Universidad de Deusto
Biblioteca

OPERA
DIVI
IOANNIS
CHRISOSTOMI

TOM. V.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVINTVS ET VLTIMVS TOMVS OPERVM DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, ARCHIEPISCOPI CONstantinopolitani, qui ob multiplicem ac miscellaneam uarietatem argumentorum, quæ complectitur, συμμικτὸς iure dici possit.

Pagella huic proximè contigua, eorum omnium index est.

13
10
RESIDENCIA SAN



Don Martin de Vndiano

De la victoria

APVD HVGONEM ET HAEREdes Aemonis à Porta.

1543

Cum priuilegio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ELENCHVS QVINTI TOMI.

De sacerdotio libri.VI. 4.A
De prouidẽtia dei ad Stargirium monachum lib.III. 21.B
De prouidentia, vel fato, sermones.V. 35.M
In dictum Apostoli ad Corinthios, Cum autem subiecta fuerint illi omnia, tunc & filius ipse subiicietur ei, qui sub.&c. 39.L.M
Aduersus gẽtiles demõstratio, quòd Christus sit deus. 41.L
Contra luxum & crapulam, sermo. 46.I
Contra gulam & cæteras corporis voluptates, sermo. 47.G
De pœnitentia, Homiliæ.X. 48.G
De pœnitentia, sermo. 61.M
De pœnitentia & confessione. 62.K
De compunctione cordis lib.II. 63.I
De orando deum lib.II. 70.H
De ieiunio, sermones.II. 73.C
De eleemosyna, sermo. 75.A
De misericordia, sermo. 75.I
De misericordia, & duabus mulieribꝰ viduis, homilia. 76.K
De dispensatione rerum tuarum, Homilia. 77.E
Ne scrutemur pauperes curiosẽ, sermo 78.G
De laude dei, sermo. 79.A.B
De amore dei & tolerantia in aduersis, sermo. 80.C
De gratiis reddendis deo non solum verbis, sed etiam operib. sermo. 80.K
De virtutibus & vitiis, sermo. 81.L
De charitate, sermo. 84.E
De mansuetudine, sermo. 84.K
De amore erga persequentes, sermo. 85.K
Vt Benedicamus maledicentib. sermo. 86.E
Ne scandalum cuiquam fratrum ponamus, sermo. 86.H
De malis à nobis euertendis, sermo. 87.E
De nequitia depulsa, & virtute inducta, sermo. 88.C
De excludenda vitiorum memoria, sermo. 89.C
Carnis concupiscentias ne sectemur. sermo. 89.I
Virtutibus progenitorum ne confidamus. 90.H
Contra desperationem & superbiam, sermo. 91.B
Ne desperemus in bene operando, sermo. 91.G
De amore & charitate, sermo 92.C
De inanis gloriæ cupiditate, sermo. 92.I
De vanitate & breuitate præsentis vitæ, sermo. 93.I
De leuium peccatorum periculis, sermo. 94.F
In symbolum apostolorum expositio. 94.M
Item in idem altera expositio. 95.F
Ad neophytos, homilia. 96.B
Ad baptizandos, homilia. 97.C
De militia spiritali, homilia. 98.L
De militia Christiana, homilia. 99.H
De eruditione disciplinæ, homilia. 100.E
De turture homilia. 101.A
Quod nemo læditur nisi à semetipso homilia 101.M
Quum presbyter esset designatus Ioannes Chrysostomus dese ac de episcopo &c. sermo. 106.B
Cum de expulsione Chrysostomi ageretur, homilia. 107.F
Post reditum prioris exilij, homilia. 108.A
De regressu sancti Ioannis de Asia Constantinopolim 108.F
Cum Sartoninus & Aurelianus acti essent in exilium, & Gainas egressus esset à ciuitate, & de auaritia. 109.C
De recipiendo Seueriano, homilia. 110.D
Sermo ipsius Seueriani de pace, cùm susceptus esset à beato Ioanne episcopo Constantinopolitano. 110.H
Ad populum Antiochenum, homiliæ.LXXX. 110.M
Contra Gentiles, siue in Babylam martyrem. 216.A
De comparatione regis & monachi. 225.L
Aduersus vituperatores vitæ monasticæ. lib.III. 227.G
Quod regulares fœminæ viris cohabitent, sermo. 244.E
De incomprehensibili dei natura, contra Anomæos, Homiliæ.V. 249.D
De anathemate, sermo. 259.I
Contra Anomæos sermo. 260.I
Aduersus hæreticos sermo. 261.M
Aduersus Iudæos orationes quinque 262.L
Contrra concubinarios, & eos qui fouent sorores adoptiuas, sermo. 277.L.M
Missa sancti Ioannis Chrysostomi. 282.A

EPISTOLAE OCTO.

Innocentio episcopo Romæ. 285.H
Item eidem Innocentio. 286.G
Cyriaco episcopo exuli. 286.K
Ad episcopos & presbyteros ob pietatẽ in carcere inclusos. 287.F
Ad Theodorum lapsum paræneſis prior, vel de reparatione lapsi 287.K
Ad Theodorum monachum. 294.E.F
Ad Eutropium. 296.C
Ad Olympiam fœminam comprimis illustrẽ. 297.E

A REVERENDO IACOBO
Huralto Heduorum episcopo,
Germanus Brixius Al-
D tissiodorensis.

ET si mihi nunquam dubiũ fuit, clarissime antistes, quin tibi essẽ charissimus, tuq; mihi, pro tua in me beneuolentia, quibuscunque rebus posses, benignè facere velles: tamen huius rei nouissimè euidens ædidisti argumentũ, extatq; id quod nouissimo nostro tecũ colloquio mihi humanissimè declaraueras, quum tu magni cuiusdam amici mei, eiusdemq; magna & authoritate, & dignitate viri literas, quibus apud te de meliore nota commendabar, de manu mea acceptas legisses: talem antea semper
B fuisse, hodieq; esse tuam erga me voluntatem, nostramq; tecum coniunctionẽ, vt si quid ego à te vellem, ad id impetrandum nullo mihi interprete, nullo deprecatore alio, quàm me ipso opus esse. Scripsit enim ad me clarissimus vir Ioannes Huraltus frater tuus germanus, li bellorum in regia magister, perliberaliter annuisse te postulationi ei, qua de ipse tecum verbis meis egisset: & ita annuisse, vt non tam dare beneficiũ, quàm accipere videreris, facilè vt intelligeret, esse me ex eorum numero vnum, quos tu carissimos haberes: tum autem quorũ causas susc ipere, negotia amplecti, studia ornare, cõmoda tueri, atque adeò augere, quantum quidem tua dignitas pateretur, maiorẽ in modum velles, Pro qua quidẽ nostra postulatione, tam facilè, vt dixi, abs te impetrata, immortales ago gratias tibi, agamq; ei viuam. nã re-
C laturum me affirmare vix ausim. tali enim tuæ erga me beneficẽtiæ, tum perpetuæ isti in me voluntati, nõ videor mihi respondere vnquã posse. nisi fortè, quod vos verè magnanimi, ac liberales viri facere soletis: tum demũ me abũde gratiam referre existimaturus es, quũ beneficium abs te acceptum iugiter memoria complectar. quod equidẽ mihi ita faciendũ propono, vt sen, quoad viuam, re ipsa atq; animo erga te gratissimus, operamq; posthac omnẽ nauem, vt more, cultu, obseruãtia omni memorẽ me tibi probẽ. Quòd si quando vnquàm res se offeret, in qua animum tibi nudare, & penitus patefacere meũ possim: ne viuam, nisi te etiam iudice, omnes omnium obseruãtias, omnes omnium cultus, assiduitates: industrias, sedulitates, diligentias, labores, nauitates, summo meo
D erga te studio superem. Quod eo etiã libẽtius facturus sum, quòd non nunc primũ experior, qui sit tuus erga me animus, quæ volũtas, quæ beneuolentia. memor enim sum, eroq; dum viuam, te iã olim nascenti propè nostræ laudi, dignitati, virtuti prolixissimè, liberalissimeq; fauisse: quũ tute videlicet tanto isto sacerdotio iam tum præditus, inq; Ludouici hoc nomine duodecimi Regis aula, multis nominibus, præ aliis gratiosus, me, me inquã nouũ adhuc hominẽ, apud Ioannem Ganaeiũ Cancellariũ, tũ pro eo, quo fungebatur magistratu, tũ pro ea, qua præcellebat & virtute & doctrina prima-
E rũque inter togatos authoritatis virum, in cuius me clientelã addixerã, ac cui à secretis erã: quũ tu inquã me apud Ganaeiũ oratione identidẽ tua ornares, insignires, cõmendares, & ita cõ-
E mendares, vt cùm ad eam voluntatẽ, quã vltrò ille erga me eximiã haberet, tum ad eã, quam de me opinionẽ aliquã concepisset, quotidie experirer, magnũ etiam tuo de me sermone pondus accedere. Erat autẽ tãta tua apud Ganaeiũ gratia illa, quidẽ partim eximii ingenii istius dotibus quæsita, partim amplissimi viri Iacobi Huralti patris tui, viri in regia gratiosissimi authoritate cõmendata, vt te ille in intimã secũ coniunctionẽ receptum eorũ numero haberet, quos sibi maximè omniũ familiares, necessariosq; esse voluisset. Quẽ nobis virũ si fata diutius incolumẽ esse fiuissent, neque tã cito seculo suo inuidissent: profectò, neq; tu in quæ postea incidisti tẽpora, incidisses, fortuna paulò duriore conflictatus, quin potius ex tuis vir
F tutibus omnibus vndiq; ornatus floreres, cùm omni gradu amplissimo dignissimus, tũ certè ordinis tui facilè princeps (etsi perpusillum illud est, quod ad tuã amplitudinẽ addi possit) & nos quoque, si veri sunt amicorũ de me sermones, multò amplissimis fortunæ ornamentis honestati in primis appareremus. ἀτὰρ θεοὶ ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλῳ τεύχουσ' ἀγαθόντε κακόντε διδοῦσι. quãquam quod ad me quidẽ spectat, quid tãdẽ est, quod de fortuna queri vel velim, vel possim? quam quidẽ ego, verè vt dicã, do me eousque beneme ritam agnosco, vt planè nihil quicq; sit, in quo illius maiorẽ in me benignitatẽ desiderẽ, cui videlicet plus satis facultatũ largita ea est, ad id otiũ excolendũ, sustẽtandumq;, quod nobis, fastiditis cæterarũ rerũ curis, humanæ nostræ fœlicitatis prorã & puppim, vt Græcorum est prouerbium: constituimus. quo nos otio vno

G affatim delectati in noſtris ſtudiis libentiſſimè
acquieſcimus, eſtq; nobis illorũ vſus & dele-
ctatio iſtorũ omniũ & actis, & voluptatibus,
& opibus etiã prior, atq; antiquior: nũc deniq;
experimento edoctis, q̃ ſint ea inania, leuia, vi-
lia, quæ nos olim præclara, magnifica, ſplendi
da putauimus. Neq; verò cogito quò ego hono
rũ, quò dignitatũ non aſpirauerim, ſed quò po
tius animũ nõ adiecerim, vt aſpirarẽ: tũ quod
vitæ gen' ſecutus, quid in eo aſſecutus fuerim:
hoc eſt, quid, quantũq; ex ſtudiorũ cultu meo-
rũ fructus, cõſolationiſq; ad nos redierit, redea-
tq; quotidie. denique quid interſit inter me,
æqualeſq; meos permultos, eoſdẽ adoleſcẽtiæ
noſtræ ſocios: quos partim vidimus ipſi, indo
luimusq; immoderato rerũ ſucceſſiu perditos,
arborũ earũ in morẽ, quas fœcunditas & luxu-
H ries enecat, partim ambitionis & auaritiæ cæ
citate in caput præcipites actos, partim libidi-
nis & vẽtris voragine, & tanq̃ charybdi abſor
ptos. Sed de his plura aliãs: nũc ad te & ad Ga-
naeiũ redeo. Mihi quidẽ quũ in mentẽ venit
mãſuetudinis, comitatis, vrbanitatis, leporis,
hilaritatis eius, quã ſumus ille vir, vel in pup-
pi ſedẽs, clauumq; reip. tenẽs, in amicos cõmu
niter ſuos, quorũ tu vnus, vel præcipuus, eras:
plena manu, aperto, quod dcitur, pectore trãſ-
funderet, quoties illi à rerũ actu, cui pro digni-
tatis ſuæ amplitudine, nõ intererat modò, ſed
præerat, reſpiranti poteſtas daretur, cũ amicis
iiſdẽ liberius agẽdi, ſeſeq; vnà cũ illis, ſuauiſſi-
mis, modeſtiſſimis, doctiſſimis ſermonibus re-
creãdi, ſiue id inter epulas, ſiue ab epulis, ſiue v-
trobique fieret. ſed dũ tẽporis illius tranquilli
I tas, ſuauitas, & vt nũc loquimur, bonitas ani-
mo obuerſatur meo: moriar, niſi dies eos, quos
Ganaeio Cãcellariatũ obtinẽte (ea eſt ſumma
togatorũ apud nos hominũ dignitas) tibi, mi-
hi, aliis permultis tanq̃ Halcyonios exigere li
cuit, vitæ verè beatæ inſtar fuiſſe putẽ, præ die
bus iis, quos poſtea longè cõmutatos, grauiore
verbo vti nõ libet, experti omnes ſumus: liben
terq; omnibus omnes opes, dignitates hono-
res (quorũ & alioqui nobis ἄλις tanq̃ φυσις) cõ-
ceſſerim, vt mihi quod æui ſupereſt, liceat, nul
la vi interpellante, in qua tũ viuebamus feſti-
uitate, ſimplicitate, cõiunctione, amicitia, con
cordia viuere. Quã voluntatẽ equidẽ cum nõ
paucis cõmunem me habere arbitror. Quotus
enim quiſq; eſt, ex iis reliquiis, quæ de Ganaeii
honeſtiſſimo illo, atque inter ſe amantiſſimo
grege ſuperare adhuc poſſunt, qui ſi modò ſa-
piat non illũ integrũ, toto ſuo mũdo atq; orga K
no, quod dicitur, inſtructũ ſibi reſtitui, inq; eo
ætatẽ conſumere malit, q̃ vel Crœſi, vel Craſſi
tũ conſuetudine vti, tũ opibus abu..dare? Et e-
rat certè Ganaeius extra eũ, quem multũ habe
bat, publicarũ rerum vſum, extra eã, qua varia
ac multiplici præcellebat, doctrinã, tanta præ-
terea ingenii benignitate, ac facilitate prædi-
tus, tãta morũ comitate, ac ſermonis ſuauitate
cõmendatus, quæ omnia natura in eo iucunda
quadam ac feſtiua grauitate cõdierat, vt cùm
quibuſcũque conſuetudinis ſuæ copiã feciſſet,
eos omneis ad ſui amorẽ viuus mirabiliter pel
lexerit, tũ verò eoſdẽ mortuus ad ſui deſideriũ,
vt ſi quis alius, maiorẽ in modũ reuocet. Quid
ni autẽ is reuocet? qui vel tãta authoritate quũ
polleret, talis tamẽ eſſet, vt ab eo nihil vnquã L
in quenq̃ aſperũ fuerit, aut violentũ, nec tamẽ
quicq̃ remiſſum, aut diſſolutũ, ſed ita in eo tẽ-
perata, ita ordinata, ita compoſita omnia, vt
cùm in rep. ſummã conſtantiam exhiberet, tũ
in priuata parẽ præſtaret modeſtiã? qui etiam
tantã tota illa Cancellariatus ſui adminiſtra-
tione integritatẽ præ ſe tulit, vt nulla vnquã
priuata vtilitas illũ ad facinus, ac ne ad cuiusq̃
quidẽ offenſionem impulerit. vt enim guber-
natori curſus ſecundus, medico ſalus, imperato-
ri victoria: ſic illi remp. moderanti ciuiũ ra-
tio vna & cauſa propoſita erat, qua quidẽ ex
re effectũ eſt, vt à nobis ille, oculisq; noſtris li-
cèt receſſerit, tamẽ nobiſcũ adhuc viuat, victu-
rusq; ſit ſemper: cuius videlicet laus & memo-
ria in noſtris omnium ſermonibus, animiſq;
nullo nõ tempore ſacroſancta futura eſt. Ego
verò magna adeò cũ voluptate hìc apud te in il M
lius mentionẽ incidi, à quo vidi ipſe, tanquã ea
quæ oculis cernuntur, & te propter ſummum
tuũ ingeniũ, cultiſſimos mores, ſingularẽ pro-
bitatẽ, conſtantiã, grauitatẽ, prudentiã in pri-
mis dilectũ, amatumq;, & quem viciſſim non
neſcio abs te eximiè propter incredibilẽ eius
humanitatẽ, admirabilẽ integritatẽ: pari ſapiẽ
tia coniunctã cultũ fuiſſe atq; obſeruatũ. Qui
quoniã exiſtimo te, quæ ſumma tua eſt mode-
ſtia, hauò paulò plus voluptatis illius laudibus
audiendis, quàm tuis ipſius lectitandi capere,
libẽs hìc occaſionẽ tantã à mutua veſtra cõiun
ctione nactus, ad vtriuſq; veſtrum iuſtas, ple-
nasq; cõiunctim laudes aggrederer. tũ tuam, tũ
illius effigiem ſuis, quod aiunt, coloribus, quã-
tum à me fieri poſſet, depingerem: veruntamen
quod verear, ne veluti inanis pictor bonas for

mas

A mas imperitia mea reddã deteriores, reliquis
in aliud tẽpus reiectis, intra ea, quæ de ambo-
bus vobis pauca dixi, me continebo, & ad me
reuertar: hoc eſt, ad animũ, amoremq; erga te
meũ, quem ego quũ ad ſummũ creuiſſe iã crede-
rẽ, maximũ tamen illi cumulũ acceſſiſſe ſen-
tio, ob eã cauſam, quã initio epiſtolæ attigi, vt
maximopere mirer, locũ fuiſſe augẽdi in eo, q̃
ego iãpridẽ cumulatiſſimũ eſſe rebar: tãtũ por-
rò ad amorem eundẽ auctariũ acceſſit, vt quæ
mea antea tui erat dilectio, nunc denique verè
amor eſſe videatur. Quẽ quidẽ ego amorem
quũ non intra me tantum cælari vellẽ, ſed vel
per epiſtolã aliquam noſtrã, quæ illius tanquã
teſtis eſſe poſſet, foras productã ad eorũ ſaltem
hominũ, qui à noſtris legendis non abhorre-
bunt, conſcientiã peruenire maximopere aue-
B rem, cõmodùm rei huius periclitandæ, nõ au-
ſim dicere cõficiundæ, occaſionem poſterioris
noſtri tecũ colloquii recordatio in animũ no
ſtrum inuadẽs ſuppeditat. Memini equidẽ quũ
nouiſſimè apud te eſſem, vnaq; de literis iucun
diſſimè cõmentaremur, indicare mihi te maio
rẽ in modum ſcriptorũ meorum lectione, quæ
ſumma tua eſt facilitas, capi: maximè verò ani
mum tuũ afficere, ac nulla non ſui parte tibi ar
ridere noſtrã illam qualencunq; Chryſoſtomi
de ſacerdotio translationẽ. In cuius quidẽ
lectione quoniã te ſic diesq; & noctes verſari
dicitaſti, vt te ipſe interpreter tam illius eſſe
ſtudioſum, quàm olim vel ille Alexander ma-
gnus perdiſcendæ Homericæ Iliados, cuius a-
more ſic illũ captũ ferunt, vt illã dormiens ſub
puluinari iacentẽ ſemper haberet: vel Cypria
C nus Carthaginenſis protomyſes Tertuliani
apologetici lectitandi ſtudioſus fuiſſe dicitur,
quẽ ſcripſit Hieronymus, ne diẽ quidẽ vnum
abſque illius peramata lectione vnquam præ-
teriiſſe, ita illũ quocunque ſe conferret, in ma
nibus ſemper habebat: ſed quũ Chryſoſtomi
liber idem à tuis vix vnquam oculis faceſſat,
quidnam, quæſo, hinc aliud coniectãdum no-
bis relinquis, quàm te, hac quidem ratione,
ſummopere curare, enitiq; operã nauare, vt tu à
tanto doctore edoceare, quẽadmodum dignè
munus ſtud tueri & ſuſtinere valeas: tum ve-
rò vitã tam, quod facis, accõmodes, mores cõ
ponas, denique actiones omneis tuas ad eã di-
rigas regulã atq; amuſſim, quã Chryſoſtomus,
ille quidẽ author ſalis, vt illius authoritati re-
fragari religio ſit, quandò ei eſſe ſanxit, qui
iuſtè epiſcopi officia, atque partes implere cu

pierit: quod ipſum quiſquis præſtabit, ne is no D
bis albã, quod dicitur, auẽ relaturus eſt. Tam ra-
rum eſt deplorata hac ætate, ex tanto epiſco-
porum catalogo, vnũ aut alterũ numerare poſ
ſe, non dico titulo, ſed re ipſa epiſcopũ, vſque-
adeò ſeculi noſtri mores à priſci ſeculi mori-
bus degenerarunt. In quo videlicet qui ad eam
perducebatur dignitatẽ (inuitos autem ac re-
pugnantes nõ rarò perduci ſolere accepimus,
vt de Chryſoſtomo) hunc ſibi ante oculos ſco
pum proponebant omnes, vt creditarũ ſibi a-
nimarũ ſaluti proſpicerẽt: & ita proſpicerẽt,
vt illam ſuis vel cõmodis, vel cupiditatibus, ne
libidinibus dicam, non poſteriorẽ, ſed priorẽ
habẽrẽt. Sed de hoc quoque plura aliãs: redeo
ad tuũ Chryſoſtomicæ lectionis ſtudiũ: quod
quidẽ tametſi per ſe ſatis accenſum videbam,
tamen vt illud etiã magis, ac magis incitarem, E
equumq;, quod dicitur, ſua ſatis ſponte curren
tẽ inſtigarẽ: faciendũ mihi putaui, vt illud idẽ
de ſacerdotio opus tibi tã probatum exactiſſi-
mè & diligẽtiſſimè recognoſcerem, recogni-
tumq; ſub tuo nomine, & quidẽ ornatiore, ele
gãtioreq; forma, quàm priore æditione exie-
rit, in ſtudioſorum hominum manus emitte-
rem: præpoſita operi eidem epiſtola hac, qua
lectori perpetuum meum erga te amorem, fi-
dem, obſeruantiam ſpectatã teſtatamq; relin-
querem. meretur enim animus iſte tuus Chry
ſoſtomo ſic deditus, addictus, deuotus, vt tibi
per me recognitionem eam, ornatum, elegan-
tiam, quãtulacunq; ea eſt: ſtudioſi debeant. Nã
& alioqui priorẽ ipſam æditionẽ nemini ho-
mini ſeparatim, ſed lectori communiter nun-
cupaui. Quod equidem factum à me licèt im- F
prouiſum, fœliciter tamen cecidiſſe interpre-
tor: q̃ videlicet videatur ex cõpoſito peculia-
ris operis nuncupatio tuo fuiſſe nomini reſer
uata, vt habeat noſtra lucubratio te peculiarẽ
ſibi fautorem, defenſoremq; ſine controuer-
ſia talem, cuius præſidio tanquã Aiacis clypeo
ab aduerſariorum petitionibus, ictibuſq; ſarta
& tecta, vt aiunt, eſſe poſſit. Quod reliquũ eſt,
rectè tu quidẽ feceris, eritq; mihi abs te ſum-
mi beneficii loco, ſi ita ſtatueris, quũ pro ſum-
ma tua iſta dignitate, ac virtute, & amicos, &
propinquos, & clientes, & tibi obſtrictos, in-
numeros habeas, me in fide, amore, cultu, ob-
ſeruantia erga te eorum nemini concedere.
Bene vale, & in amore erga me iſto perſeue-
ra. Ex Bertocuriano noſtro, calendis Decem-
bris. M.D.XXXIIII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARGVMENTVM TOTIVS operis per eundem Germanum Brixium.

DIui Ioannes Chrysostomus & Basilius Magnus etiãdum adulescẽtes ac cõdiscipuli, quum maximopere inter se amarent, animisque mirè conuenirent, iisdem studiorũ sacris iam inde à pueritia initiati, paciscuntur, iurántque uitæ sibi reliquæ commune contubernium. Ad quod dum sese accingunt, ecce tibi exortus rumor quidam disseminat, fore, ut uterque iã tũ ad sacerdotale episcopaléque munus adlegeretur. Hic Basilius cũ Chrysostomo ea de re communicat, abs quo facilè per amicitiam impetrat, ut eandem consiliorum rationem, eandem item fortunæ, honorumque aleam unanimes sequantur, néue alter ab altero quocũque casu emergente unquam deseratur. Verùm quũ paulò pòst uterque ad id, quod dixi, munus posthabitis aliis cõpluribus, cunctis suffragiis electus fuisset, sese Chrysostomus (Basilio interim à suis suffragatoribus ad eum honorẽ pertracto) occultat, delatum ad se munus deprecatus. Tum demum Basilius à Chrysostomo proditum sese animaduertens (neque enim ille pactis, promissisque steterat) ad eum primo quoque tempore adit. qui cùm dũ uerba facit, expostulat primùm, quòd fidem sibi datam uiolauerit: tũ uerò rogat, causam ut dicat, qua causa adductus delatum sacerdotiũ repudiauerit: putare enim se id ab illo temerè nequaquàm fuisse factũ, sed considerata potius ratione quadã, quam ipse Chrysostomo edocẽte edoceri cupiat.

Itaque Chrysostomus se Basilio primùm purgat, ostẽdens bona fide, atque adeò ex usu Christiani gregis, illum à se circumuentum: deinde haud se alio nomine occultasse, dignitatemque oblatam recusasse docet, nisi quòd imbecillitatis suæ conscius, intelligeret humeros suos tanto oneri ferendo nõ esse: interim copiosissimè, simul, atque elegantissimè declarans, quàm multæ sint dignitatis, sed quàm difficile tamen episcopum uerè agere. quẽ ipsum talibus ille coloribus depingit, totque ac tantis uirtutibus perpolitũ esse uult, ut si quis hodie episcopis nostris talem depingere uelit, dispeream, nisi futurũ sit, ut cum sua tabula, ut delirus rideatur, atque exibiletur. Intantum enim seculi nostri mores à priscæ ætatis moribus degenerarunt, ut bona episcoporum nostratium pars (neque enim de omnibus id à me dictum esse uelim) non solùm non elaborent, ut tales ipsi sint, quales esse deberent ueruetiã ex professo animi sui imaginem diuersissimam reddere studeant, ab ea episcopi imagine, quam nobis diuus Chrysostomus, hac quidem in parte Apellem ipsum superans, penicillo suo artificiosissimè, atque elegantissimè expressam reliquit. Quos ipsos tamen optarim, ex tam alto illo otio, eóque ueluti sedentario, in quo assidue desides, inertesque uitã transigunt, descendere nonnunquàm ad Chrysostomi aureum opus hoc lectitandum, ut uel uitæ an. tactæ pœnitentia tandem compuncti, id ipsum parte saltem aliqua præstare curent, quod præstare illos oportere uoluit Chrysostomus, author talis cui refragari nefas fuerit: uel, quo nullum illis supplicium grauius fore puto, infœlices perpetuò obstinatique uirtutem uideant, intabescántque relicta.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI DE sacerdotio liber primus: Germano Brixio Altissiodorensi interprete.

EVere mihi olim amici complures, iidemque veri & germani, ac qui amicitiæ leges tum exactè intelligerent, tum diligẽter seruarent. Horũ cõplurium in numero vnus quidam eximia erga nos charitate ac beneuolentia, ita illos exuperare studuit, vt omnes tanto post se interuallo ipse relinqueret, quãto illi reliquos alios, à quibus vtcunque amarer, reliquissent. Hic idem ex iis erat, qui lateri meo perpetuò assiderent. etenim cùm earundẽ disciplinarum sacris initiati fuimus, tum etiã præceptoribus iisdẽ operam vterque dedimus, erat & nobis eadem animi propensio: erat studiũ par in illas ipsas, in quibus versabamur, literas: præterea idẽ desideriũ iisdem è rebus natũ. Neque enim solùm quo tempore ad magistros scholasque conuenimus, sed etiã quũ illinc egressos cõsiliũ iam inire oporteret, quã tandẽ præstaret reliquæ nobis vitæ viã tenere: & hic quoque eadem in nobis animorũ conspiratio, eadem concordia apparebat. Erant & alia itẽ, quæ voluntatũ nostrarũ cõuenientiam hanc, constantẽ inconcussamque seruarent. Neque enim ob patriæ amplitudinem claritatemque alter altero sese plus efferre ac vẽditare poterat: neque ego summa diuitiarũ copia abundabam, ille contrà, extrema premebatur paupertate: quinimo facultatũ nostrarũ modũ consiliorum paritas ac studiorũ æquabilitas æmulabatur. Adde quòd & nobis idẽ generis honos ac splendor: vt nihil nõ concurreret ad voluntatũ, studiorũ, sententiarũ consensionẽ. Postea verò quẽ eò à nobis ventũ est, vt iã oporteret monasticã vitã, beatã illam quidẽ ac fœlicẽ persequi, ac veræ philosophiæ studiis inhærere: iam nõ hæc erat nobis par eademque statêra: nã illi quidẽ lanx sublimis, vt quæ leuior esset, ferebatur: ego verò humanarum rerum cupiditatibus etiamnum abundãs, meã lancem deprimens, propẽdere cogebam iuuenilibus eã aggrauans cogitationibus. Hic amicitia quidẽ nostra constãs stetit, vt & antehac: at cõsuetudo direpta. neque enim dabatur, vt qui haud in iisdẽ amplius versarẽtur studiis, cõmunes inter se cõgressus haberent. Cæterùm vbi & ipse paululũ caput à vitæ huius tẽpestate exerui, hic nos ambabus ille manibus porrectis excepit. Sed tamen ne sic quidẽ pristinam inter nos æquabilitatem retinere quiuimus. Etenim quũ nobis ille tempore anteuertisset, tum autẽ vehementiã studiumque ad id non modicũ attulisset, rursus meipso sublimior ferebatur in altum: adhuc dũ sublatus: idẽ tamen bonitate sua, & quòd amicitiã nostrã magnifaceret, à cæteroquin omniũ cõtuberniorũ sese abducẽs, assiduus nobiscũ erat: id quod & antehac desiderauerat: sed quod dixi, ab animi huius langore prohibitus, assequi minimè potuerat. Nam qui fieri posset, vt qui continenter iudiciis ac foro interesset, ac scenæ oblectamenta attonitus sectarer, frequenti vti posset: consuetudine eius, qui nõ nisi libris affixus in forũ nunquam veniret? Quocirca quũ id illi per nos prius nequaquam licuisset, vbi primũ factũ est, vt me in cõmunem secũ vitæ cõditionẽ acciperet, tũ demũ quod iampridẽ desideriũ parturiebat, cõfertim perperit: ac ne breuissimã quidẽ diei partẽ à nobis absens fieri sustinuit, nunquam non adhortans, vt domo vterque sua relicta vnà habitaremus, atque id quidẽ persuasit: iamque ea res nobis in manibus erat. At verò assiduæ matris illecebræ obstiterunt, quòd minus hac ego illũ gratia demererer, seu potius quòd minus id beneficij illi deberẽ. Etenim vbi illa subodorata est id me cõsilij inire, dextra apprehensum introduxit in peculiare sibi cubiculũ. Hic illa quũ me sibi assidere voluisset, super eum lectũ, in quo me enixa fuerat, in lachrymarum fontes prorupit, verba etiãnum adiiciẽs, quę me plus lachrymis illis omnibus ad misericordiã pertraherẽt. Porrò eius quidẽ lamenta eiusmodi fuere: Patris tui virtute ac præstantia, fili, me haud ita multũ tẽporis vtifrui numen permisit. vtpote cuius mors dolores eos, quos in te pariendo passa sum, cõtinuò exceperit, ac tibi orbitatem, mihi viduitatẽ attulerit intẽpestiuã: vt sileam viduitatis ipsius mala, ærũnas, incõmoda. quæ quidem solæ animo illæ cõplecti rectè queant, quas cõtigerit ea ipsa perpeti. Nullius enim sermo, nullius oratio par esse possit enarrandæ tempestati ac turbulẽtiæ illi quã subire oportet puellam, quæ ipsa etiãdum rudis, rerũque humanarũ expers, simulatque paternã domũ reliquerit, derepentè immensorũ dolorũ facibus æstuans, curam, solicitudinemque ætate ac sexu superiorẽ sustinere cogatur. quam videlicet necesse est seruorũ ignauias emendantẽ, eorundẽ maleficia obseruare, cognatorũ propulsare insidias, publicanorũ molestias, & quã illi, dũ eis tributa numerantur, immanitatẽ exercere solẽt, forti generosoque animo ferre. Proinde quũ decedit pater, relicta à se prole, si fortè fœmina ea est, magnãve sic matri curã exhibet: sed tamẽ hoc ipso tolerabilem, quòd illi educatio tum impẽsa caret, tum etiã formidine vacat. At masculus à patre relictus matris animũ in dies singulos immensa formidine, tũ permultis complet solicitudinibus, vt nihil hìc agam de sumptu, deque impensa, quàm multã tolerare cogitur mater, quę adlaborat, vt masculus ille liberaliter educetur. Quarũ rerum omniũ nulla me tamen permouit, vt nuptiis iteratis spõsum alterũ in patris tui ædes inducerẽ: quin potius in æstu illo, in fluctuatione ac turbine perseuerans, cœlestis gratiæ suppetiis in primis adiuta, ferreã illam viduitatis fornacem nulla ex parte refugi: quũ mihi inter eas ipsas ærumnas atque incõmoda solatio esset non modico, quòd aspectum istũ assiduè spectare, inque eo tanquam vitalẽ defuncti mariti imaginẽ, verisque ac certissimis characteribus expressam mihi asseruare daretur. Quo nomine puerulus quũ adhuc esses, necdũ fandi gnarus, qua potissimũ ætate maximã liberorũ suorũ voluptatẽ parentes sentiũt, magno certè mihi solatio, magnæ iucunditati fuisti. Atqui ne id quidẽ mecum expostulare possis, quòd nos viduitatis quidẽ conditionẽ perpessæ fortiter simus, sed viduitatis eiusdẽ angustiis coarctatæ patefecimus tibi imminuerimus facultates: id quod infœlicibus orphanis permultis vsu venisse scio. Siquidem patrimoniũ tibi nulla nõ parte saluũ integrumque seruaui: quũ tamen nihil etiã prætermiserim sumptuum eorũ, qui tibi nominis istius existimationem aliquã parare possent, quos sumptus suffeci ex meo peculio: hoc est, ex iis pecuniis quas mecũ domo paterna attulerã. Neque verò existimare te velim, exprobrãdi gratia hęc nunc à me dici: pro rebus porrò his omnibus vnã abs te gratiã peto, ne me viduitate altera inuoluas, neu luctũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Giam sopitũ iursus exuscites obitus hui⁹ diẽ potius expectato:hinc paulò pòst nobis fortasse emigrandũ.Nã vt qui iuuenes sunt,ad lõgè senectutis annos accedãt, sperare quidẽ liceat:qui autẽ iã cõsenuimus,quid tandẽ aliud,q̃ mortẽ iamiam aduentantem præstolamur. Itaq; vbi corpus hoc à te sepultum cũ patris tui ossibus coniunxeris,tũ demum fili longas profectiones suscipito,& quodcunq; æquor collibitũ fuerit,emetitor:per me nemo tunc prohibiturus est . Cæterùm tãtisper dũ spiramus,contuberniũ conuictumq; hunc nostrũ tolerato,dei offensionẽ frustra ac temerè ne incurrito,nẽve cõmittito,vt matrẽ nihil cõmeritam tã multis inuoluas incommodis: qui si fortè criminari potes q̃ in mundanas molestias pertractũ , rerum tuarũ curã temet gerere cogã:te non iam naturæ leges moueãt, nõ educationis cõsuetudinisq; iura tangãt,deniq; nulla te res alia impediat,quò minus nos statim insidiatorum atq; hostiũ loco habeas,vitato etiã cõtubernio nostro. Sin verò nihil nõ agim⁹,vt tu facilè altor- in otio pẽ fis vitæ huius vsura frui:si minus aliud vinculũ , certè hoc vnũ te apud nos detineat.nam vt te à sexcentis amari dicas,nemo certè fuerit, qui tibi tãta in libertate
H viuere cõcedat:quũ & neminem esse putem cui nominis istius existimatio æquè ac mihi vni chara esse possit.Hæc & his longè plura matris ad me monita erãt: quæ quum amico illi verè magnanimo ac generoso recitasse,tãtùm abfuit,vt iis ipse moueretur, vt acrius etiã instaret,eadẽ à me,quæ & antea efflagitãs. Hęc cùm inter nos versaremus, remq; ille assiduis vrgeret precibus,me interim nihil innuente, ecce exortus derepentè rumor quidã nostrũ vtriusq; animum cõmouit.Percrebuerat autem fore,vt ad episcopes dignitatẽ vterq; perduceremur. Quo ad me rumore perlato, hinc formidine,hinc hæsitantia perculsus sum, formidine,ne fortè vel inuitus eo ipse raperer:hęsitantia,dũ identidem animo versarer , vndenã in illorũ patrum animos obrepsisset,vt de nobis tale quiddã cogitarẽt. Nam mihi quidẽ ingenij mei vires circunspicienti nõ succurrebat quicq̃ quod honorẽ illũ mereretur.Generoso autẽ vir ille animo ad me quũ adisset , semotisq; arbitris mecũ rem totã cõmunicasset , ratus nondum me quicq̃ de ea audiisse,obsecrabat , vt quemadmodũ
I antea semper apparuisset , ita etiã nunc appareret nos ambos eorundẽ factorũ consiliorũq; rationẽ hac in re sequivelle:paratũ sese vt sequeretur,ac mihi comes foret,vtracũq; egovia præire mallẽ,seu fugiẽdũ,seu quod offerebãt illi,sequendũ magis esset.Itaq; animaduertẽs tã propensam in eo voluntatẽ , tũ verò arbitratus me hoc nomine magnũ vniuersæ ecclesiæ detrimentũ allaturũ,si ob meã imbecillitatẽ infirmitatẽq;, Christianũ gregẽ fluene tanta probitate prædito, eodemq; regendis moderãdisq; aliis maximè idoneo spoliarẽ, nõ iudicaui detegẽdũ illi esse quid animi super ea re habe rẽ,quãq̃ nunq̃ antea passus , vt illũ cõsiliorũ meorum quicq̃ lateret.Cui quũ iudicassem me negotij huius cõ siliũ in aliud tẽpus reiicere (neq; enim id in præsentia vrgere:)factũ est,vt statim persuaderẽ , non esse vlterius super eo cogitãdum.Præstiti autem vt confideret vnanimẽ me ac concordẽ secũ fore , si quãdo tale aliquid euenisset . Tẽpore autem haud ita multo elapso, quũ iam dies aduenisset,in quo eligẽdi vterq; essem⁹, ac me ipse occultassem,idẽ ille harũ omniũ rerũ ignarus quũ esset,appræhẽsus,ducitur quidẽ à patribus tãq̃ alio prætextu,sed tamẽ iugum nequaq̃ detrectat:q̃ promissa nostra spẽ illi facerent,nos eò omnino sequuturos,seu potius nos iã præire,se subsequi. Etenim non- K
nulli ex eorũ numero qui aderant,quũ viderent illum haud æquanimiter se captũ ferre,facilè ei verba dedere,acclamãtes,absurdũ esse, illũ qui omniũ iudicio ferocior visus semper fuisset (me designatũ) multa cũ comitate patrũ suffragiis parêre:eum verò qui prudẽtia ac facilitate semper excelluisset , ferocire & tanq̃ gloriosulum apparere,resilientẽ,tergiuersantẽ, obsistẽtem.His ille verbis parens, posteaq̃ intellexit me subterfugisse,tristis admodum ad me adiit , ac mihi propior quũ assedisset , eloqui quidẽ nescio quid velle videbatur:cæterùm ab animi angustia oppressus, quũ oratione vim eam qua premeretur assequi nequiret , in ipso horis hiatu fari prohibebatur,animi cõsternatione orationẽ,priusq̃ ea dentes transiliisset, interrũpente.Itaq; illũ ego intuitus lachrymis permadentem , ac multa animi perculsum conturbatione , mali causam quum intelligerẽ,in risum præ nimia animi voluptate prorupi:apprehensumq; dextra deosculari conatus sũ: deo acceptum referens , q̃ astus meus fœlicem tandẽ fuisset exitum sortitus,ac nõ aliũ ab eo: quem animus hic optauerat.Vt verò me vidit lætam,hilaremq; fron tem præferre,ac tum primùm à me deceptum sese ani L
maduertit: hoc magis animo cõpunctus indignatusq; est.Porrò ab eo animi æstu quietior tandẽ paulùm factus,Tu verò , inquit,vt partes etiã nostras respueris, ac nullã iam nostri rationem habeas(id quod si ita est, qua tãdem causa nõ facilè perspicio) te certè oportuit vel famæ existimationisq; tuæ rationẽ habere. Nũc verò mortalium omnium ora adaperuisti , quorum hæc vna consentiens vox est:te per inanis gloriæ cupiditatem munus hoc recusauisse.neque enim quisq̃ est , qui te ab hoc crimine eximat.mihi autem ne in forũ quidem ventitare licet:tam multi nobis occurrant nullo non die facinus istud vitio vertentes.Nam quoties illi quacunq; vis vrbis parte me conspexere, semotis arbitris abductum(de iis loquor qui amicitia ac necessitudine aliqua nobiscum coniuncti sunt) bonæ criminis huius partis reum faciunt. Illius enim,inquiunt , animus tibi exploratus quum esset(quid autem rerum ad illum pertinentium latêre te poterat:) oportuit te rẽ minimè dissimulare,sed nobiscum communicare : id quod si fecisses , nunquã profectò nobis defuisset ars, M
qua illum in retia iecissemus . Me verò hìc fateri pudet,nesciuisse id à te cõsilij multo iam antè tẽpore initum:idq; ne amicitiam nostram fictam illi ac simulatam hactenus fuisse ducant.Nã si ea simulata est,vt omnino est,quod ne tu quidẽ inficiari possis, vel ex cõmissis aduersum nos tuis:tamẽ externos homines, eos præsertim qui vel mediocrẽ de nobis opinionem concepere,pulchrum esse reor, vitia, si qua in nobis sunt, cælare.Itaq; rem,vt se habet, verè apud illos edisserere dum vereor,cogor prorsus,quod vnum supereſt,caput in terram silentio mihi iniecto demittere,amicorumq; occursum auersari ac declinare.Etenim vt priº illud crimẽ,cuius nos illi dãnant , effugiam:nihilominus stat tamen necessariò,vt me mendacij conuincãt . Neque enim persuasum illis vnquam esse queat, q̃ & Basilium quoq; eorum loco ac numero habueris,quibus arcanorum cõsiliorumq; tuorum cõscientia interdicta esset. Cæterùm posteaq̃ id tibi cordi fuisse video,de eo non admodum laboro . Reliquum verò dedecus quis ferre possimus?Certè alij te fastidij accusauerunt amaciæ,alij inanis gloriæ accusant:qui autẽ te damnare seuerius rigidiusq; volũt,ij nos duplicis huiº criminis reos agũt:

Basilij expostulatio.

addentes

A addentes cõtumeliæ crimen , qua contumelia à nobis affectos fuisse eos dicunt , qui nos honore illo dignati sunt:quos etiam censent:nõ ea solùm iniuria , quam à nobis accepere , sed longè etiã grauiore dignissimos: propterea q̃ egregiis atque excellentibus viris (quos multos haberent)à se relictis cõtemptisq;, duos quosdam adulescentiæ annos heri aut nudiustertius egressos,vitæ huius curis etiãnum inuolutos, vt perexiguũ tempus supercilia ipsi sua fastuosi contraherent,pullos habitus induerent,vultusq; tristitiam adfingerent,derepentè ad tanti honoris culmẽ perduxerint: quãtum ne in somnis quidẽ assequi sperauissent . Atque ij quidem,inquiunt,qui à prima ætate ad extremã vsq; senectutem acribus atque assiduis meditationib⁹,vigiliisq; sese exercent : ecce tibi , si diuis placet , inter subditos sunt:imperant autem illis ipsorum filij , atque adeò ij qui ne leges quidem ac præcepta audiere,quibus huius modi magistratus regendus moderandúsque sit. Hæc ipsa & his lõgè etiam plura qui nobis assiduè obiiciant passim exoriuntur:quum ego interim defensionẽ planè nõ habeam,qua me aduersus illos tuear . Itaq; par-
B tes hìc tuas imploro:neque enim puto leuiter te ac temerè cùm genus hoc fugæ quæsiuisse : tum verò in tã acrem virorum tã præstantium offensionem incurrere voluisse:sed te potius consilio quodam atque animi cogitatione ad id descendisse.quo fit,vt cõiectam paratã tibi rationem,qua tu factũ istud tuum rectè tueri ac defendere valeas.Effare,obsecro,si qua tibi iusta excusatio adest:quã afferre possimus aduersus eos,à quibus in crimen vocaris.Neq; enim postulo , vt causam hìc dicas,cur factum sit,vt me sic offenderes , decipere,proderes, nulla etiam ratione habita fructus eius, quem tibi perpetuus amicitiæ nostræ vsus antea peperisset:quum nos animum nostrum gestantes,vt sic dicam,tibi tanquã in manũ tradiderimus:tu cõtrà tantùm aduersus nos astũ adhibueris , quantum maximũ potueris:ac quantũ vtique adhibuisses,si tibi fuisset ab aduersariis tuis cauendũ. Atqui oportuit, quidẽ cõsilium istud vtile ac cõmodum noueras te lucrũ eiusmodi minimè deuitare:sin detrimẽtosum,& me quoque(quẽ tute semper omnibus in amicitia prætulisti) à detrimẽto isto per te sartum tectum esse:quum tu tamen operã omnem nauaueris , vt in aduersariorũ laqueos incideremus,dolo etiam ac simulatione aduersus eũ adhibita,cui⁹ dicta factáque omnia syncera,simplicia, ac dolo vbique carẽtia nunquam non expertus esses. Enimuero,quod iã à me dictum est , nihil horum hìc tecum expostulo,neque exprobro solitudinem,in quã tute nos cõiecisti , congressibus colloquiisq; iis per te diremptis,ex quibus non vulgarẽ identidem tum voluptatem,tum vtilitatem cepimus . Hæc enim omnia missa faciens facilè atque humaniter fero, non quò tu humaniter in nos deliqueris , sed quia hanc mihi ipse legẽ præscripserim, ex quo amicitia mihi tua coli cœpta est,vt si quid posthac in mẽ delinqueres, nũquam te
C ego ad iniuriæ dicendæ necessitatem adigerem.Nam q̃ sim ego non mediocri abs te damno affectus,tute etiã nosti:si modò memor esse velis sermonum eorũ, quos tum alij,tum nos de nobis ipsis perpetuò vsurpauim⁹: qui sermones haud aliud sonabant,q̃ ex animorũ nostrorum conspiratione magnum nobis fructum olim sperandum.Proinde muniendos firmandosq; nos cẽsebas mutua inter nos charitate atque amicitia . quin & cæterorum omnium sermo in hoc consentiebat, vt cõcordiã amicitiamq; nostrã etiam aliis permultis in primis vtilẽ ac necessariam fore dicerent. Ego verò, D
quod ad me quidẽ spectaret, nunquã mihi persuasi ad alios vtilitatẽ istam manaturam.certè id lucrj nõ exigui nobis inde accessurum dicebã, q̃ magno cum negotio capiendi expugnãdiq; essemus ab iis,qui nos oppugnassent.ac te quidẽ antea semper hisce à me verbis cõmonefactum memini.Temporis difficultas magna,insidiatores permulti , vera ac germana charitas extincta: in cuius locum inuidiæ labes inuasit . per laqueos⁹ medios ingredimur,inambulamus per murorũ pinnas,minasq;:neq; desunt qui siquid calamitatis forte acciderit,malis nostris insultaturi sint(multi autem multis ex locis imminentes circunstãt) qui verò mali doorisq; participes futuri sint,nulli prorsus, aut si qui ij esse possunt,pauci admodũ sunt.Vide ne fortè diffũcti dissociatiq; risum aliis luculentũ præbeamus:nẽve, quod risu deterius futurũ fuerit,magnũ nobis malum atque incõmodũ accersamus . Frater à fratre protect⁹ adiutusq;,quid aliud est q̃ fortis quædã vrbs? q̃ regnũ Prou.18.c
quoddam tanq̃ vectibus repagulisq; vndique constabilitum?Ne,obsecro,ne istã dissoluas necessitudinẽ , neu amicitiæ nostrę vectem cardinemq; reuellas.Hæc ipsa E
vnà cũ aliis pluribus nunq̃ nõ inculcabã, nihil omnino tale accidere posse quod accidit suspicat⁹:quin potius arbitratus te sano admodum erga nos animo esse,amoris abundantia quadã medelam afferebam,minimè animaduertens ægrotanti medicinã me adhibere.Ac ne sic quidẽ miser opẽ tuli,neq; mihi lucri quicquam accessit ex tanta illa cautione ac prouidentia. Quandoquidem omnia illa simul excutiens , ac ne in animi quidẽ cogitationẽ influere permittẽs, me continuò tanq̃ nauẽ nullis fulcimentis vallatã in immensum pelagus præcipitẽ egisti:nihil expẽdens fluctuum illorũ,quos sustinere cogimur , sæuitiã atq; asperitatẽ. Nã siquando nos vel calũniam,vel cachinnũ, vel aliã id genus iniuriã molestiãve pati oportuerit(persæpe autẽ multa eiusce modi necessariò erumpunt) ad quẽ, obsecro,confugiendũ nobis erit?qui cũ, quæso , animi nostri dolores atq; angustias cõmunicabimus? quis nobis necessitate aliqua pressis auxilio esse volet?quis molestiæ authores retundet?quis animi huius mœstitiam sedaturus est?quis nobis solatiũ ac iucunditatẽ allaturus?quis animũ nostrum præparaturus ad aliorũ ineF
ptias fortiter perferendas?Certè neminẽ futurum puto , posteaq̃ te ipse à graui isto ac periculoso bello eo subtraxisti,vnde ne clamorem, quidẽ exaudire possis. Ecquid igitur animaduertis q̃ atrox , quamq; nefariũ scelus feceris?Ecquid,post inflictam saltẽ à te plagam, sentis q̃ perniciosum ac lethale nobis vulnus intuleris?Cæterùm de his satis superq; : neque enim quæ facta sunt,fieri ea infecta possint: neque rei quę deplorata sit,remedium afferre vllum queas . Tantùm edoce, quã nos tandem orationem apud alios vsurpare,quóve defensionis genere illorum criminationes retundere possimus. Bono,inquam, animo esto:neque e- CHRYS.
nim harũ modò rerũ nomine paratus sum ad rationũ reddendarum calculos descendere: sed à quarũ etiam culpa immunem me esse voluisti,earum tibi hìc rationem defensionemq; expedire pro viribus enitar.Quibus ab ipsis,si placet , apologiæ nostræ exordiũ sumatur.quippe absurdo plane, neq; satis candido ac liberali animo fuerim,si solicitus quámnam alij de me opinionẽ habeant,studiumq; omne adhibens,vt criminãdi accusandiq; mei finẽ tandem illi faciant: hominem mihi amicissimum , quiq; sic me ipse vertatur , colat,

obseruet,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gobseruet,vt ne de iis quidē,quas à nobis accepisse se dicit,iniuriis,mecū expostulare velit:deniq; talē, vt suā ipsius cæsam dignitatemq; postponens ac pro nihilo dueēs,nostræ in primis curā habeat:nō possim hic flectere,illicq; persuadere,se nulla à me iniuria læsū fuisse:quin potius cōmittam,vt maiorē nostrā erga illum somnolentiā ac negligentiam,q illius erga me studiū, ac sedulitatē extitisse appareat. Itaq; quid tandē illud est in quo te ipsi læsimus:siquidē hinc constituimus apologiæ pelagus ingredi.Læsi ne,q circūuenerim atq; imposuerim?q animi mei sententiā occultandam tibi duxerim?quod tamē factū à nobis est partim tuo quē circonuenimus cōmodo,partim eorū vtilitate quibus te ipostura nostra ꝓdidimus.Nā si in vniuersum fraudis genus omne, malū vituperandumq; est, neq; eam cuiq; licet in hominū vsum vtilitatemq; vnquā vertere:equidē paratus sum pœnas dare quascunq; præscripseris:seu verius dicam,quādoquidē tu,ni fallor,nunq; à nobis sustineas pœnas exigere,vltrò ipse nobismet eā pœnam irrogabimus,qua iudices mulctare eos solent, qui iniuriæ illatæ rei sunt,quoties ab actoribus suis rei H peracti fuerint:sin verò fraus ipsa non semper incōmoda,sed pro eorū qui eam adhibent animo atq; consilio bonæ malæve rei nomen sortitur missam faciens crimination̄e istam,qua te à me circūuentū quereris, edoce,nisi graue est,in malū damnumq; tuū, fraudem huiusmodi fuisse à nobis excogitatam, quandoquidē donec animus malus abfuerit,consentaneū est, vt qui sese iustos æquosq; in causa eiusmodi ostēdere velint, deceptorem hunc,quē dico,nō modò nō accusent cul pēntve,sed etiā laudent atq; approbent. Tam lucrosa enim tamq; fructuosa esse solet opportuna ac recto animi iudicio facta fraus,vt permulti etiā pœnas sæpenumero luerint,hoc ipso ꝙ rem fraude nō egissent. Ac si exquirere velimus,quinam copiarū Imperatores iam inde ab orbe cōdito claruere: illorū trophæa bona ex parte cōperiem⁹ impostura ac fraudis facinora fuisse, eosdemq; fatebimur maiore quidem laude dignos, q qui aperto Marte victoriam de hostibus reportant.Hi enim magno cū sumptu,tum pecuniarum tum corporum sic bella cōficiunt,vt ab ipsa etiam victoria nihil illis amplius accedat: quin potius victores quum sint, I nihilo tamen secius pari cum iis,qui victi sunt,calamitate premuntur,tum copiis absumptis,tum ærario exhausto.Adhæc qui victi sunt,ne ipsos quidem victores patiuntur solida victoriæ gloria perfrui: cuius bona pars ad eos redit qui cecidere:vtpote qui animis victores,corporibus solùm inferiores fuerint:quibus item si per sua vota in bello nō cadere licuisset,neq; illis mortis interuētus dimicationis finem attulisset, nimirum alacritatis magnanimitatisq; suę ostendendæ modum fecissent nullum. At qui fraude aliqua victoriam sibi parat,is præterq; ꝙ calamitatem atq; perniciem hostibus affert,id etiam præstat, vt cæteris illi de se risum præbeant.Neq; verò vt illic fortitudinis,sic & hic prudentiæ laudē gloriamq; ex æquo vtriq; reportant: verùm integra victoriæ totius laus ad victores solos pertinet.Et,quod iis,quæ dixi, inferius nequāquam esse reor:qui æstu vincunt, ciuitati suæ seruant synceram, illibatam,atq; integram ex victoria parta voluptatem. neq; enim cōmune quicq habet animi prudentia cum pecuniarum corporumq; multitudine atq; copia: quibus quidē vsuvenit,vt quò magis in bello vtare,eò magis insumātur,magisq; suos deficiant possessores: quē cōtra naturæ sic cōparatum sit,vt animi prudētia,quò magis exerceas,eò magis adolescat.Neq; verò foris tā K tùm ad militiā, sed etiam domi ad pacē non publicis modò ciuitatis,sed & priuatis vniuscuiusque negotiis pertractandis,& marito aduersus vxorē, & vxori aduersus maritū,& patri in filiū,& amico in amicū, addam etiā & liberis in patrē,æstus huius vsum cōmunē necessariumq; cōperies.Neq; enim filia Saül maritum suū alia ratione de Saül manibus eximere,q circunuēto ac decepto patre potuisset. Cuius item frater eundē illum ab ea semel seruatū de vita periclitantē seruare dum vellet,iisdem telis quibus & vxor sese armauit.

Atq; hìc Basilius:Sed nihil horū,inquit, ad me:neq; BASIL. enim hostis ego atq; aduersarius,neq; ex eorū numero, qui nocere iniuriamq; afferre parāt.quin ipse cōtrà,animi tui sententiæ omnia mea quum cōmisissem, de ea via nunq deflexi,qua me ipse subsequi iussisses. Ego CHRYS. verò ô admirāde idemq; optime Basili,nō ob aliud,inquam,q ob hoc ipsum anteuertēs nuper docui, non in bello tantū contra hostes, sed etiā in pace aduersus amicissimos quosq;, æstus huius vsum cōuenire. Nam quod id conducat nō circunuenientibus solùm, sed etiam circūuentis:ad vnū aliquē ex medicis profectus, L scisciture,quēmnam illi in modū laborātes,morbo liberare soleant:certè ex iis audies merā nudamq; artē ipsis nō satis esse:sed & aliquoties ipsos impostura vti, cuius auxilio cū arte medica cōiuncto ægrotantē sani tati pristinæ restituant. Etenim dū hinc ægrotantium morositas,hinc morbi difficultas medicorū auersatur consiliū:tum cogūtur illi,fraudis atq; impostura persona induere,vt quod in scena fieri solet,in qua fictis omnibus & adūbratis loci plurimū est,rerum factorūq; veritatē occultare possint. Atq; hìc si placet dolū vnū explicabo ex multis,quē olim à medicis fuisse structū audiui.Inciderat quidā in acrē vehemētemq; febrim. Idē æstu febris indies gliscente augescenteq; remedia Bonus medici dolus. ea omnia auersabatur,quæ ad ardorē illum restinguendum faceret.cæterùm quū desiderio ferretur,multusq; esset in vrgēdis hortandisq; omnibus iis,qui ad ipsum introisset:id perpetuò ages,vt multo vino,eoq; meraco,sibi porrecto,exitiosam illā appetētiam extingueret:futurū quippe erat vt si quis illi obsecundans, hac in parte gratificat⁹ fuisset,febris ardorē nō solùm magis inflammaret,sed miserū etiā illū prorsus ad insaM niam furoremq; adigeret:hìc demū quū ars ipsa effœta iam atq; exhausta nullū salutis remediū inueniret, in eius locū sese fraus insinuās, tantā exhibuit virium suarū efficaciam,quantā mox ex me auditurus es.Etenim medicus acceptū vas testaceū (id recēs à fornace exierat)vi ꝙ permulto immersit: quod quū vacuū,sed apprimè tinctū extraxisset,aqua implet:tū iubet ægrotātis cubiculum tapetibus velisq; vndiq; adūbrari, ne fraus ipsa lumine detegatur.hic testam ægroto propinat,quasi mero plenā:quam ille manibus quū necdum apprehendisset,vini odore ad eius nares statim perueniente,nō sustinuit curiosè indagare, quid sibi à medico porrigeretur:verū eo odore persuasus, & tenebris deceptus,ꝙm etiā appetitæ rei desiderio victus, quod propinabatur propensissimè hausit, ac satiatus febris æstū statim excussit,periculo eo, quod graue imminebat,liberat⁹.Quòd si quis fraudis ei⁹,de qua loquor,cōmoda vtilitatesq; vna cū medicorū dolis omnib⁹ recē serevolet,hui⁹ certè oratio nullū prorsus finē habitura sit,Cōperies aūt nō ab iis solùm, qui corporū medēdorū, sed etiā ab iisq animi curā susc piūt,pharmaci hui⁹ vsū assi duū vsurpari solitū.Sic beat⁹ ille Paul⁹ multas illas ludæorum

A dæorū myriadas ad se adlectauit.Per huius item consilij rationē,idē ille,qui Galatis cōminatur fore vt Christus circūcisos nihil adiuuet,Timotheū tamē circunci Galat.5.a &.6.d Acto.16.a dit.Propterea itē legi aliquoties sese submittit:qui idē cēset post fidē deo datā, exitiosam esse legis sanctificationē.Fraudis quidē magna vis,modò ne fraudulento ea animo fiat. quā ipsam tum ne fraudē quidē nominandā putauerim,verùm œconomiam quandā potius ac sapiētiā artemq;,qua possis è mediis iisq; imperuiis desperatarū rerum angustiis difficultatibusq;, correctis emēdatisq; animi vitiis euadere. Neque enim Phi Nūe.25.d nees illū homicidam ego vnquā appellauerim,quanq is plaga vna corpora duo sustulit. Quēadmodū neque 4.Reg.1.b.c Heliā vel post milites centū vnà cum ducibus suis in3.Reg.18.g terfectos,atque adeò post magnū illum sanguinis torrentem,quē ex eorum nece qui dæmonibus consecrati essent,fecit excurrere.Nā si hoc dederimus,& res ipsas per se singulas, nudas ab authorū suorum consilio propositoq; separatas expēdere quis voluerit: nemini Gene.22.b sanè non licebit,vel Abrahā ipsum parricidij accersere.Itē & illius tū nepotē tum abnepotē doli ac maleficij reos agere:sic enim ille ius sibi primogeniorū vsurB pauit:hic autē Aegyptiorū opes in Israëlitarum castra Gen.27.d Exod.12.f transtulit.Sed nō est ita,nō est ita. Facessat hinc tanta ista impudētia.neq; enim solùm eos quos modò nominaui,culpa liberamus:sed etiam eosdē vel hoc nomine admiramur,quandoquidem & ipsi hoc demū nomine gratiam à deo magnam inierūt.Proinde veri illusoris deceptorisq; nomine dignus fuerit,quisquis re ipsa in quo ac nocendi animo abutitur. alioqui sæpenumero profuit decepisse: & hac potissimum arte in maximis rebus alteri opem subsidiumq; tulisse.Cęterùm qui recto semper calle ingreditur,de eo nunquam deflectēs: sæpe fit,vt ei etiam cui non astū aliquem struxerit, malorū incommodorumq; q plurimorum author sit.

LIBER SECVNDVS.

PRoinde ꝙ fraudis vim atque vsum bonam etiam in partem adhibere possis, seu(vt verè dicam)ꝙ ne fraudis quidem,sed admirandæ cuiusdam dispensationis nomine tū fraus ea designāda sit, pluribus quidem hic à me exemplis doceri poterat:quū verò quæ à nobis adducta sunt, ea idoneam C rei comprobandæ fidem facere possint, graue molestumq; arbitror in prolixitatem quā superuacanea sit, orationem nostram producere.Reliquū est vt tute expendas,nū ex vsu ac cómodo tuo fraus ea à nobis adhi BASIL. bita sit. Tum Basilius:Et quódnam,inquit,commodum ad nos ex hac rediit,seu œconomia,seu sapientia, seu quocūque eam nomine appellare mauis: vt testatū nobis esse queat ac persuasum, fucū mihi ære nequaCHRYS. quam esse factū? Quódnā verò, inquam, hoc vno maius commodū existat,q si ea nos facta præstare contenterit, quæ quidem dilectionis charitatisq; in Christum exempla esse Christus ipse nos docuit? Hic enim cū apostolorū principe verba faciens: Petre amas me, Ioan.21.e inquit, atque illo id confitente,adiungit: Si amas me, pasce oues meas.Interrogat discipulū magister, nū ab eo ametur:non quò id ipse edoceatur: (quis enim id edoceri sit adeat is, cui vni mortaliū omniū corda perspicua sunt:(verùm vt nos doceat,quàm sibi curę sit gregis huius præfectura.Id quod vbi constiterit, & illud item pariter constabit:copiosam atq; adeò immensam mercedem illum expectare, qui consiliū,curam, cogitationem atque operam in iis suam ponat, quæ quidē magno apud se in precio atque æstimatione Christus esse voluit. Nam si quoties videmus seruorum pecua D riorúmve nostrorum curam à quibusdam suscipi, ex eo studio aduersus illa impenso colligimus, ab iis nos amari(etiamsi illa ipsa eiusmodi esse soleant, vt pecunia væneant:qui neque pecunia,neque alia re vlla, sed morte propria armentum hoc redemerit,suumq; propriū sanguinem gregis precium obtulerit:quanto, quæso,præmio gregis huius pastores ac rectores remuneraturum olim credimus? Propterea enim quum respondisset discipulus:Tu scis domine,ꝙ amem te, testemq; citasset amoris huius ipsummet,qui amaretur: haud se hìc cōtinuit seruator Iesus,sed & amoris quoque indicium adiunxit.Neque enim tum volebat testatum esse,quantum à Petro amaretur,siquidē id multis nobis argumentis constabat: verùm hoc ille tum agebat,vt & Petrū & cæteros nos edoceret,quāta beneuolentia ac charitate erga suā ipse ecclesiam afficeretur: vt hac ratione & nos quoq; eiusdē ecclesiæ studiū curaq; toto animo susciperemus. Nā qua de causa filio suo eiq; vnigenito deus opt. max. vsqueadeo non parcendū putauit,vt etiā quem vnicum haberet, hūc dederet?Certè vt qui in ipsius offensionē incurrissent, E eos sibi reconciliaret,tū verò peculiarē selectumq; sibi populum redderet.Quánam item de causa idē ille sanguinem effudit suum?certè vt pecudes eas acquireret, quarum curā, tum Petro, tum Petri successoribus cōmittebat?ure igitur ac meritò sic loquebatur Christ⁹. Quisnā fidelis seruus & prudens, quē dominus super Mat.24.d familiā suam cōstituit?Rursus verba quidem ista,hæsitantis esse videntur:quū tamen ab eo prolata sint, qui minimè hæsitaret.Nā quēadmodū Petrū dum interrogaret,num ab eo amaretur:interrogabat profectò,non ex eo ꝙ vellet amorem huiusmodi ex discipuli verbis intelligere, sed ꝙ declarare cuperet quænā cēseri deberet nostræ erga se charitatis dilectionisq; magnitudo:ita & hìc dū ait,Quisnam fidelis seruus & prudēs? non hoc ait,quòd ei ignotus sit fidelis ac prudens seruus:sed quòd exprimere velit,tum hoc opus q rarum sit,tū quæ sit functionis huius amplitudo.Contemplare itaq; & præmiū,quantum:super omnia,inquit,bona Ibidem. sua constituet eum.Etiā ne nunc nobiscum cōtendes, fraudem istā tibi non bene ac fœliciter cessisse,qui per eam vniuersis dei opt. max.bonis sis præficiēdus? quū F præsertim ea agas,quæ quum Petrus ageret,illū Christus authoritate prædituꝝ esse voluit,ac reliquos item apostolos longè præcellere. Petre enim,ait, amas me pluspluāquā hi omnes? Atqui illi quidē licebat verbis huiusmodi Petrum affari:Si me amas Petre, iciunia exerce,super nudam humum dormi,vigila cōtinenter, iniuria pressis patrocinare, orphanis patrem te exhibe, viduæ item te maritorū loco habeant.Nunc verò præ termissis omnib⁹ his,quidnā ille ait? Pasce oues meas. Ioan.21.d Nā quæ modò à me dicta sunt,ea cōplures etiā ex subditis præstare facilè possint,nō viri solùm,sed etiā fœminæ. At quum de ecclesiæ præfectura, de credenda huic vel illi tam multarum animarū cura agitur:vniuersa quidem muliebris natura functionis istius moli ac magnitudini cædat oportet,itemq; & bona virorum pars.Prodeant autē in medium qui longè omnibus præstant:quicq animi virtute tantùm reliquos excellunt,quantùm corporis magnitudine.Saül Hebræo rū gentē vniuersam excellebat:seu potius multò etiā magis.Neq; enim hìc nobis humerorū excellētiæ ac proceritatis mēsura quærēda. Sed quanta inter sese differētia homines rationis vsum habētes,& bruta ratione carentia

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gcarentia dissidet:tantũ sanè discrimen inter eũ qui pascit,atq; eos qui pascũtur esse velim : vt ne maius etiã exigã.si quidẽ in multò etiã maioribus rebus periculũ ipsum versatur.Etenim qui oues perdiderit , vel lupis rapientibus, vel latronibus adorientibus , vel lue aliqua,aut alio id genus casu sæuiente : fortassis veniam nonnullam à domino gregis impetret: sin & pœnas ille exiget,damnũ non nisi pecunia cõstat. At verò cui homines ipsi,rationalis Christi grex,concrediti sunt:hũc primùm ouibus deperditis nõ pecuniarũ, sed animæ propriæ iacturã facere oportet : tũ verò & certamen lõgè maius ac multò molestius sustinere. Neq; enim illi aduersus lupos pugna est,neq; à furibus timet,neque solicitus anxiusq; est de peste à grege abigenda.Cõtra quos ergo illi bellũ?quibuscũ lucta? Audi obsecro beatum Paulũ loquentẽ:Non est vobis lucta aduersus sanguinẽ & carnẽ,sed aduersus principatus,aduersus potestates,aduersus mũdi dominos , rectores tenebrarũ seculi huius,aduersus spirituales malitias in cœlestibus. Videsne terribiles aduersariorũ copias?vides phalanges asperas,nõ ferro quidẽ circũseptas, sed quibus provniuersa armatura ingeniũ ipsis suũ abundè satis est? Vis & alium exercitum spectare immanẽ ac crudelẽ gregi isti insidiantẽ? Hunc ipsum tibi de eadẽ specula spectare licebit.Nam qui de illis,quos antè dixi,aduersariis verba fecit: hic idẽ & hos nobis hostes indicat, ita loquẽs:Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt hæc: Adulteriũ , scortatio,immũditia,lasciuia, simulacrorũ cultus,veneficiũ,inimicitiæ,lis,æmulationes,iræ,cõcertationes, oblocutiones, susurri,animi tumores , & alia his lõgè plura:neq; enim omnia annumerauit, sed ex his,nobis cætera reliquit intelligenda . Porrò quod ad brutorũ pastorẽ pertinet,qui gregẽ perdere quærũt, vbi viderint illius præfectũ fugę se mãdare, missa aduersus illũ pugna,cõtenti sunt ipsarũ pecudum raptu. Hic verò vt vniuersum gregẽ ceperint , ne sic quidẽ à pastore manus abstinẽt:sed eò magis instant,eò magis ferociũt:neq; certè dimicandi finem prius faciunt , q̃ vel illũ supplãtarint, vel victas ipsi manus præbuerint. Adde his,q̃ pecuarij morbi aperti sunt ac manifesti,si vel fames sit,vel pestis,si vulnus, si aliud quoduis dolorem ægritudinémve pariens : quæ res non modico adiumento esse solet morbis à pecudibꝰ abigendis.Est item & aliud hoc ipso maius , quod quidẽ præsentaneũ affert ægritudini illi remedium. Quidnam porrò hoc est ? Magna cũ authoritate pastores pecudes suas porrectã medicinã capere cogunt:nam & eas vincire procliuè,quoties vrere, quoties incidere opus : itemq; & diutius asseruare facilè , quandocunq; id conducit: & aliud itẽ pro alio pabulũ præbere, & arcere à fluentis:præterea cætera omnia quæcunque pastores probauerint pecudũ saluti conferre,nullo ipsi negotio,nullo labore adhibere solent.Horum verò morbi principiò haud facilè sese homini produnt. Nã quæ intra hominẽ latent,præter hominis spiritũ, qui in ipso est,nemo certè alius intelligit . Qui igitur pharmacũ adhibere quis possit morbo ei,cuius genus nequaquã intelligat? quũ etiam persæpe vsu veniat, vt ne intelligere quidẽ possit,morbus subsit necne: qui vbi sese prodidit , tibi tũ maius negotium facessit. Neque enim homini licet tãta cum autoritate homines curare,cũ quanta oues pastor curat.Hic enim liberum est & vincire, & à pabulo arcere,& vrere,& secare:quum illic medicinę ac curationis susciptędæ facultas posita minimè sit in illo qui medicinã adhibet , sed in eo tãtùm qui laborat.

Ephes.6.b

Galat.5.d

1.Cor.2.c

Hoc enim admirãdꝰ ille vir quũ intelligeret,sic Corinthios alloquitur: Nõ q̃ dominemur vobis nomine fidei,sed adiutores sumꝰ gaudij vestri.Christianis enim minimè omniũ licet peccantium lapsus vi corrigere. Exteri quidẽ iudices quũ facinorosos homines leges trãsgressos fuisse deprehẽderint,magna se prędicatos authoritate ac potestate ostẽdunt,eosdemq; vel inuitos, suos ipsorũ mores mutare cogunt. Hic verò non vim afferre,sed suadere tantùm oportet,atque hac ratione meliorẽ efficere,quẽ emendandũ susceperis.Neque enim nobis facultas tanta à legibus data ad delinquentes coërcẽdos:ac ne si dedissent quidẽ, haberemus vbi vim huiusmodi potẽtiamq; exercere possemus: quum Christus eos æterna corona donet, nõ qui coacti , sed qui certo animi proposito à peccato abstinẽt. Quamobrẽ multa quidẽ arte opus est, vt qui laborant Christiani vltrò sibi ipsi persuadeant sacerdotũ curationibus sese submittere oportere:neque id solùm,sed vt etiã curationis ac medicinę nomine gratiã illis habeãt. Nã siue qui vinctus illigatusq; est,cõtumaciter restiterit(id autẽ per se ipse potest)malũ certè exasperat,graiusq; reddit:siue admonentis verba ferri modo secãtia neglectim trãsmiserit.nimirũ aliud sibi vulnus cõtemptu infert: vsqueadeo vt curationis illius prætextus grauioris morbi color fiat. neque enim est qui hìc vim afferat,nec qui curare inuitũ possit . Quid igitur facias?Etenim si blãdius eũ tractes , cuius affectũ corpus sectione,eaq; magna indiget : ac nisi altã inflixeris plagã ei,qui ea opꝰ habet: nimirũ fiet vt vulnus ipsum partim sit resectũ,partim relictum.Rursum si nulla ex parte parcere volens , debitã adhibueris sectionẽ : fiet sępe vt animũ ille doloris impatientia desp̃dens,atq; adeò omnia simul detrectãs,tum pharmacum,tũ vinculum,se ipse præcipitẽ ferat,contrito iugo, ac cõfracto laqueo.Equidẽ complures recensere possim, quos cõstat in extrema mala adactos,nõ ob aliud nisi quòd digna ab eis pœna, & quæ peccatis perpetratis par esset,exigeretur . Neq; enim temerè ad delictorũ modũ oportet & mulctã ipsam adhibere:sed tanq̃ coniecturis quibusdam explorãdus est delinquentiũ animus:ne quà fiat vt dũ consuere vis quod interruptũ est,scissuram deteriorem facias:ac dũ eũ qui lapsus est erigere, atque emẽdare studes , casus ipse maior per te reddatur.Nã qui infirmi sunt ac remissi , & magna ex parte mũdi huius deliciis illecebrisq; illaqueati , quiq; iidem à generis claritate,à potẽtia atque opibus habere se putant vnde animos magnopere tollãt:ij si sensim ac paulatim peccatorũ correctionẽ adhibeas,possint vtiq;,sinon penitus,attamen parte aliqua eximere se ac liberare malis peccatisq;,quibus occupantur:quos si iusta statim animaduersione emendes,fiet vt minori etiam illa correctione,quam sustinere poterãt,priues.Humanus enim animus posteaquàm verecũdiæ fines semel transire coactus est,in indolentiã dilabitur: tum autẽ neque blandis verbis paret, neque minis flectitur:neq; beneficiis mouetur malitiã etiam superans ciuitatis illius in quã propheta conuiciis huiusmodi insurgebat: Factus est tibi meretricius aspectus,depuduit te aduersus omnes . Quocirca multa quidem opus est pastori prudentia,sexcentis etiã,vt sic dicã,oculis:vt rectè vndique humani animi habitũ circũspicere possit . Nam sicut aliquoties vsu venit,vt animũ pleriq; desp̃deãt, atque in suæ salutis prorsus desperationẽ, nõ ob aliud nisi q̃ ab amaris acerbisq; medicamẽtis abhorreãt: ita nonnullos reperias , qui hoc ipso quòd pœnas peccatis

Hiere.3.b

A catis suis pares non luerint , in negligentiam ac contemptum dilabantur,ac longè deteriores facti,maiorẽ peccandi licentiam sibi vendicent . Itaq; nihil horũ relinquendũ est,quod probè non excutiat atq; examinet episcopꝰ:q̃in omnia accuratè ac studiosè perscrutatũ tum dẽmum illũ oportet sua ipsius remedia congruè,aptè,accommodatè afferre . idq; ne operã fortè ludat . Cæterùm non in iis solũ quæ dixi , verùm etiã in absciss̃is ecclesiæ mẽbris cõmittendis coniungendisq; multis illũ negotiis distringi videas . Etenim ouium pastor gregẽ habet è vestigio subsequẽtem,quacunq; prærierit:q̃ si quæ de recta via oues deflectant,ac feraci pabulo posthabito,sterilia atq; abrupta loca depascant:satis habet pastor altius aliquantum inclamare,vt palantes ac dispersas reducat , atq; in gregẽ cogat.Sin verò à recto Christianæ fidei tramite aberrauerit quis:hìc pastori magnũ certè opus incũbit , magnũ negotium,magna tolerãtia.Neq; enim vis illi inferenda,neq;terrore ille cogendus: verùm suadendus tantùm,vt de integro ad veritatẽ redeat , vnde initiò dilapsus est.Itaq; magnũ ac generosum animũ ad eam

B rem episcopum afferre oportet : vt ne animo deficiat ac delassetur, vt ne errantium salutẽ desp̃deat ac desperet:deniq; vt nunquã non illud secum cogitet ac dicat:Si quãdo det illis deꝰ veritatis agnitionem , ac resipiscant è diaboli laqueo.Propterea dominus quũ discipulos alloqueretur,ait: Quisnã fidelis seruus ac prudens?Etenim qui suum vnius animum excolit, sibi dũtaxat vtilis est : at pastoralis functionis lucrũ ad vniuersum populum manat. & qui pecuniã indigentibus erogat , aut qui alioqui iniuria pressos subleuat , is & proximos quidẽ iuuat.Sed tamen id tantò minus præstat q̃ episcopus , quantò dissident inter se interuallo corpus atq; anima.Non ab re igitur dominus Iesus pastoris studiũ aduersus gregẽ impensum,amoris ac charitatis erga se symbolũ esse dixit. Tu verò, inquit, Christũ nõ amas? Et amo,inquã,& amare certè nũquam desistã : cæterùm vereor ne quẽ amo,eum iritẽ.

1.Tim.2.a

Mat.24.d

BASIL. CHRYS.

BASIL. Ioan.21.d

Hoc verò,inquit, ænigmate quódnã aliud obscuriꝰ esse queat:si Christus illũ à quo ametur,oues suas pascere iussit:tu autem hoc nomine nolle pascere affirmes, quòd eundem illum qui hoc iusserit,ames? Non est,

CHRYS. C inquam ego,sermo hic ænigma: quinimò valde apertus & simplex . Nã si par atq; idoneꝰ administrando muneri isti,iuxta id quod Christo placitum est: nihilo secius tamen munꝰ ipsum detrectassem,hæsitare quidẽ ad verba mea cõueniret:postea verò q̃ me ad functionis istius præstationẽ,animi huius imbecillitas minus idoneũ reddidit:quis hìc quæstioni,dubitationive locus?Etenim vereor ne si prouincia sumptero regen di Christi armentũ iam valẽs ac vegetũ, deinde illud idẽ sęcordia negligentiaq; mea deprauauero : eũ contra me iritẽ,qui sic armentũ id dilexit,vt seipsum ob il

BASIL. lius salutẽ ac preciũ dederit. Iocò hæc, inquit,ille, loqueris.nã si extra iocũ, equidem non video quibusnam alijs melius argumentis à te demonstrari potuerit,iusto nos dolore vexari,q̃ istis tuis verbis:quibus tamen ab animo meo mœstitiã hanc depellere studio è adlaborasti.Antea enim quũ nouissem me à te deceptũ ac proditũ,nũc autẽ id longè etiã apertius,dũ tu obiectas tibi crimina diluere aggressus es:equidẽ bellissimè hinc capio,atq; intelligo, q̃ me tandẽ malorũ adegeris.Nam si te hoc demũ nomine à functione huiusmodi submouisti , q̃ intelligeres animi istius facultates, nequaq̃ pares rei ipsius moli sustinẽdæ me sanè prius exemptũ esse oportuit,etiãsi id muneris summo studio ambiuissem : ne dicã hìc rei totius consilium,curamq; tibi à me fuisse cõmissam.Nũc verò tu tuis vnius partibus prospicies,nostras planè neglexisti. Atquè vtinã neglexisses tãtùm:mecũ enim vel hac ratione præclarè actũ existimassem. At verò & tu quoque author cõsultorq; eius artis fuisti,qua facilè in hostiũ nos captantium manus incideremus.Neq; enim possis ad id effugij te conferre,q̃ tibi videlicet vulgi opinio fucũ fecerit.atq; hinc adductus sis,vt magna quædã atq; admirãda de nobis cõciperes : vtpote qui is certè nõ essem, qui inter admirandos , insignes,atq; excellentes viros numerari deberem. Neque tamẽ vt se ita res haberet, vulgi opinionem veritati præpositã esse oportuit . Nã si tibi nunquã antea per nos licuisset vt consuetudinis nostrę periculũ faceres:haberes certè,vnde honestum sumeres prętextũ,in hoc q̃ in suffragio isto ferẽdo vulgarem famã fueris sequutꝰ:sin nemo omnium est, qui rem nostras omneis notiores habeat,q̃ ipse habeas, eousq; vt animꝰ hìc vni tibi magis spectatꝰ perspectusq; sit,quàm iis qui me vel genuere vel educauere:quę tãdem oratio sic probabilis vsurpari à te possit,vt persuadere auditoribus queas,me abs te vltrò in periculũ *hoc nequaq̃ fuisse coniectum? Verùm prætermittatur* & hæc in præsentia:neq; enim cogimus , vt tu horum nomine causam dicas. tantum effare quãnã defensione apud nos vtamur,qui nos insimulant. Ego verò, CHRYS. inquam,non antea ad illa me conuertam,q̃ ea diluero quæ ad te spectant,etiam si nos sexcenties velis criminibus huiusmodi vacare.Ignorãtiam enim dixisti veniam nobis impetrare posse, nosq; nulli prorsus crimini obnoxios fore,si in rerum tuarum omniũ ignoratione versantes, te in præsentem rerum statum deduximus . Cęterùm quoniam te non ignoratione prodidimus , sed quum maximè res omnes tuæ cognitæ nobis essent , propterea vis excusationem omnẽ,quæ ratione niti ipsa posset,defensionemq; qualibet iustam sublatam præreptamq; nobis esse.At nobis sanè cõtraria sententia. Huiusmodi enim res magno admodum,iudicio quidẽ meo,examine indiget:eumq; oportet,qui exhibitur sit,quem ad sacerdotij functionem idoneũ censet,non vulgarem tantùm famam atque opinionẽ sequi,eaq; esse contentum: sed eundẽ itẽ necesse est vnà cum ea,illius vires facultatesq; in primis excutere,atq; ante omnia examinare. Nam quum beatus ille Paulus ea de re disserens ait , Oportet autẽ illum & bonũ habere ab externis testimonium:nequaquam tollit exactam exploratamq; indagationẽ : neq; sanè fidem eam,quæ sibi à vulgi opinione facta sit , vt præcipuum signum,aut rei totius cardinem esse vult: quippe multa prius quum disseruisset, id postea adiunxit:ostẽdere volens non satis hoc esse oportere ad huiusmodi electiones creationesq; faciendas, sed vnà cũ aliis,& hoc item præsidij à nobis assumẽdum esse . Nã sæpe vsu venit, vt vulgi opinio falsa sit:à qua tamen nihil periculi exoriri possit , si res ipsa tota per te prius exactè ac diligenter discussa atque examinata fuerit. Quocirca post alia,illud ipse de testimonio ab externis posuit.Neque enim simpliciter hoc dixit, Oportet autem illum bonũ habere testimoniũ : sed illud etiam, ab externis , attexuit:planũ facere volens, futurũ episcopum intrinsecus magnã eũ diligentia excutiendũ atq; examinandũ anteq̃ ad eam opinionem descẽdas, quam de eo vulgus cõceperit.Itaque q̃ vita tua ac mores magis mihi,id quod tute profiteris, noti spectatiq; sint

1.Tim.3.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

BASIL. G sint q̃ patentibus ipsis tuis, ob id dignus sim, qui ab omni criminatiõe liberer. Vel hoc nomine, inquit ille, hoc certè nomine elabi atq; euadere nequaquã possis, si te quis accusare, atque in iudicium trahere velit. An non ipse meministi à nobis audire, id quod & sæpenumero reipsa comprobasti, animus hic q̃ parũ fortis generosus q; esset: an nõ propterea perpetuis istis cauillis pusillanimitatẽ nobis obiecisti: ꝙ videlicet natura nostra curis etiã leuibus facilè succũbamus? Memini, CHRYS. inquam, huiusmodi quidẽ ex te verba sæpenumero audire: neq; ibo inficias. Ego verò si quando cauillabar, ioco, nõ serio id factitabã. Mihi tamen hìc ea de re tecũ contendere non est animus. Postulo autẽ à te eandem mihi, vt tu æquanimitatẽ præstes bonorũ virtutumq;, quibus animus iste præditus est mentionẽ facere aggredienti. Nã si tum conaberis mendacij nos cõuincere, equidẽ nihil dissimulans liquidò cõmonstrabo, modestiæ potius istius q̃ veritatis causa, sic te de te verba facere. Id quod nõ aliis argumẽtis cõprobaturus sum, q̃ nudis tum verbis, tum factis tuis: quibus ego perinde atq; certissimis testibus vtar, ad plenã dictorũ meorum fidẽ faciẽdam. Atq; id ex te primùm quærere volo. Nostin charitatis vis quanta sit? Certè Christus reliquis aliis prodigiis ac miraculis posthabitis, quæ ab H
Ioan.13.d apostolis ædenda essent: In hoc, inquit, cognoscent homines, ꝙ discipuli mei sitis, si charitatẽ inter vos mutuam habueritis. Quinetiam Paulus charitatẽ legis esse consummationẽ affirmat: sine qua ipsa dona nulli
Rom.13.c esse vsui vult. Proinde eximiũ istud bonũ, idemq; Christi apostolorũ signum vnicũ, ac quod quidẽ cæteris donis superius excellentiusq; est, scio in animo tuo generosè admodũ ac præclarè insitum esse copiosoq; inibi
BASIL. fructu exuberare. Tũ Basilius: Mihi, inquit, magnæ eam rẽ curæ ac studio esse, ne ipse quidem inficior: metamen eundẽ ne dimidia quidẽ parte illius numeros impleuisse, vel tu ad eam rem testis mihi optimus fueris, si quidẽ quod verum est spectare magis, q̃ quæ ad
CHRYS. gratiam faciunt loqui, in animũ induxeris tuũ. Ergo ad argumenta ipsa, inquam, me conuertã, atq; hìc certè quod promisi, exequar, facta per me fide, te animi istius modestiã magis q̃ rei veritatem sequi. Proferã autẽ historiam admodum recentem, vt ne quis suspicari possit, vetera recẽsentẽ, temporis diuturnitate verum ipsum tanquam adumbrare me velle: quũ alioqui I
etiam veritas minimè permittat quicq̃ nos affingere, vel iis ipsis quæ ad gratiã prolata à nobis fuerint. Nã quo tẽpore vnus quidã ex amicis necessariisq; nostris per calumniã accusatus contumeliæ, ac contumaciæ, de salute periclitaretur: hìc te ipso, quum neq; insimularet quisq̃, neq; is qui periclitaretur auxiliũ tuum imploraret, in media ipsa pericula vltrò conieci sti. Ac factum quidem tale tuum extitit. Vt autẽ te verbis etiã tuis cõuincamus: quũ animi tui propensionẽ huiusmodi alij non probassent, alij contrà laudassent, admiratiq; fuissent: hìc tu ad eos, qui te accusarent, dixisti: Quidnã ipse facerẽ aliter enim amare non didici, nisi vt & meã animam in discrimen adducã, dum periclitantẽ amicum aliquẽ seruare opus est: diuersis quidem verbis, sed sensu eodẽ, ea enuncians, quibus Christus discipulos suos alloquebatur, positis ab eo perfectę cha-
Ioan.15.b ritatis termin. s. Maiorem enim, inquit, hac charitatẽ nemo habet, q̃ vt animam suã ponat pro amicis suis. Igitur si maiorem hac, inuenire non est, ad ipsius finẽ peruenisti: atque adeò tum verbis, tũ etiam factis istis ad ipsius verticem conscendisti. Propter quod vnum te ipsi, dolo illo à nobis consuto, prodidim⁹. Etiam ne K
igitur tibi persuasum est, te à nobis in istud stadiũ protractum neq; vlla maleuolentia erga te nostra, neque quòd te in periculũ aliquod coniiceremus? quin potius id à nobis factum, ꝙ certum nobis est, quàm vtilis accommodusq; futurus esses: Ita ne, inquit, charita- BASIL.
tis vim sufficere putas ad proximorũ correctionẽ atque emendationẽ? Maximè quidẽ, inquã, ac magna CHRYS.
adeò ex parte ad id conferre charitas possit. Cæterùm si me vis & prudentiæ item istius specimina proferre, ad id quoque me accingam: ostendamq; maiori te prudentia q̃ charitate ac beneuolentia præditum. Ad hæc ille verecũdia tactus, ruboreq; suffusus: Quæ ad me, BASIL.
inquit, spectant nunc omittantur: neq; enim iam inde ab initio horũ rationem à te exegim⁹. Tu verò si quid habes quod iustè aliis opponere possis, lubens eos sermones auscultabo. Itaque prætermissa hac vmbratili pugna, edoce quidnam cæteris respondere possimus: hoc est, tum iis, qui nos tali honore dignati sunt: tũ iis qui vicem illorũ tanq̃ iniuria à nobis affectorũ dolent.

Equidem ad id, inquam, iam festino: nam quando- CHRYS.
quidem tibi iam expediui facti erga te mei rationem, L
facilè ad apologiæ istius partem me conuertam. Quã igitur super hisce accusationẽ, quas illi criminationes afferunt? Grauem se videlicet iniuriã à nobis accepisse queruntur, quòd quem nobis illi honorem deferebant, eum deprecati simus. Ego verò illud primùm dico: Nullam nos rationem habere oportere iniuriæ per nos hominibus illatæ, quoties per delatum eis honorẽ, dei opt. offensionem subire cogimur: quum iis etiã qui se iniuriam huiusmodi accepisse ægrè ferunt, boni eã non consulentes, hoc certè ipsum, ꝙ boni scilicet non cõsulant, ne à periculo quidem alienum sit, verùm in primis dispendiosum ac detrimẽtosum. Decere enim existimo illorum animos qui deo opt. dicati sunt, quiq; in illũ vnum intuentur, tanta religione affici, vt ne id quidẽ iniuriæ loco habeant, etiamsi abs te iidem contumeliis mille affecti sint. Sed quòd huiusmodi audacia, ne in huius quidem animi cogitationem descenderit, constare illinc potest. Nam si contumacia, fastu, atq; ambitione (vt tute sæpenumero affirmasti multos calumniari) ad id deductus sum: certè nihil prohibeat quin hominis maximè iniurij notam iubeã, iis sic per M
me cõceptis, qui præterq̃ ꝙ magna atq; admirabili virtute clarent, de me quoq; sunt bene meriti. Etenim si in eos animaduertere debemus, qui iniuriam iis inferũt, à quibus nulla ipsi iniuria lacessiti sunt: quãto, quæso, honore digni esse queant, qui nobis ex se vltrò honorem aliquem deferre proposuerint? Neq; enim hoc dicere quis possit, illos beneficio à me vel tenui, vel magno affectos, meritorum acceptorum vicem rependere voluisse. Quódnã igitur suppliciũ non mereatur, si quis contrariis factis repensetꝰ? Sinautẽ id ne cogitauimus quidẽ, sed longè alio consilio grauẽ istã sarcinã detrectauimus: quorsum, prætermissa facti nostri condonatione ac venia, si probare id ipsi factũ nolint, criminãtur insimulantes, ꝙ nostræ animæ pepercerimus? Tãtùm enim abest, vt ij vllã à me iniuriã acceperint, vt eos etiã honore affectos dicere possim re[illegible]satione hac nostra. Neq; verò mirũ id tibi esse debet, quod dixi, perinde quasi dictũ id sit præter cõmunẽ hominum sensũ. nã de eo quoq; tibi nox satisfecerim⁹. Tũ enim si minus omnes, certè qui maledicẽt a delectãtur, potuissent pleraq; tũ suspicari, tũ eos qui, partì de me electo, partì de illis eligẽtibus. Verbi gratia, ꝙ diuitias illi

solas

A solas spectent, quòd generis splendorẽ admirentur, ꝙ à nobis adulatione victi eũ nobis honorẽ mandassent. Nam quòd & pecunia adducti, corruptiq;, dicere non habeo, si quis & ipsum hoc suspicetur. Præterea, Christus quidẽ piscatores, tabernaculorumq; texendorũ artifices, itẽq; publicanos ad huiusmodi principatum aduocauit, hi autẽ eos respuũt, despiciuntq;, qui sibi quoti diano opere victum parant: sin verò quis peregrinas literas, studiaq; nihil ad scripta euangelica pertinentia attigerit, atque in otio vitam transigat, hũc ipsum admittunt, probant, admirantur. Nam quo nomine eos qui sudores propemodum infinitos pertulere, dum ecclesiæ vtiles esse studeant, contempserũt: at eum, qui nihil vnquam sudorum illorum gustauerit, totam verò ætatem in futili, atq; inutili externorum studiorum labore insumpserit, derepentè in tam sublimem honorẽ traxere? Hæc, quæ dixi, atque adeò plura dicere illis licuisset, si huiusmodi honos à nobis fuisset susceptus: id quod illis nunc in contrarium euenit, vt quibus maledicentiæ occasio omnis præcisa sit: neque iam mihi adulationem, neq; illis sordes, ac corruptelam obiicere
B possunt: nisi si qui fortè erunt, qui merè insanire volẽt. Nam qui adulationẽ, largitionẽ ve honorem aliquem candidatus ambierit: hic qua ratione eum tum quum suscipere oporteat, aliis suscipiendum ipse relinquat? Id enim perinde fuerit, ac si quis laboribus multis in excolenda terra impensis vt segetem copiosam nouales reportent, ac vino lacus exundent, post sudores infinitos, post multum pecuniæ sumptũ, cùm messis, ac vindemiæ tempus appetit, tum aliis fructuum illorum prouentum fruendum relinquat. Intelligis ne tum calumniari illos volentibus occasionem haudquaquàm fuisse defuturam, etiam nõ longè à veritate alienam: ꝙ videlicet facta ab illis de nobis electio⁹, à recto animi iudicio nata nequaquàm fuisset? qui tamen nunc ne hi scere quidem, aut labia tantùm diducere per me possunt. Ac tales quidem initiò illorũ extitissent sermones, seu etiam his, quos dixi, plures additi. Cæterùm posteaquàm muneris functionem attigissemus, nullæ certè illorum defensiones, criminationibus, quotidie exorientibus pares esse potuissent: etiãsi à nobis omnia
C inculpatæ administrata fuissent, ne dicam necessariò futurum fuisse, vt partim ministerij imperitia, partim ætatis huius vitio in multis aberrare. Nus. Nunc verò eisdem criminationis huius occasionem sustulimus. tũ autem futurum erat, vt probris ipsos innumeris obnoxios redderemus. Quotusquisque enim id non fuisset conquestus? Pueris insipientibus res tam miras, tamq; magnas crediderunt. Depraauerunt dei opt. gregem. Ludicræ iam ac deridiculæ factæ sunt res Christianæ. At verò nunc quotquot vbique existunt iniqui atq; improbi, sibi ipsi os obturabunt: qui si propter te ista protulerint, euestigiò eos re ipsa edocebis, nõ oportere prudentiam ætate metiri, neque senẽ canicie probare, neq; iuuenem arcendũ ab huiusmodi ministerio, sed neophytum nouitiumq;. Maximum autem inter vtrunque discrimen.

LIBER TERTIVS.

ATque quod ad eam iniuriã pertinet, qua eos à me affectos fuisse dicis, ꝙ me cohonestarunt, tum quòd nullo eos dehonestandi consilio ab isto me honore subtraxerim: afferri quidẽ à nobis ea possent, quæ diximus. Cæterùm quòd nullo etiã fastidio, nulla cõtumacia inflati id fecerimus: idipsum quoque nunc pro viribus tibi planum facere adnitar. Etenim si nobis vel imperij militaris, vel regni etiam D
proposita fuisset optio, potuisset quis id meritò de me suspicari, si modò eandem hanc sententiam sequutus fuissem, quam hìc sequutus sum: seu verius dicam, tum sanè nos nullus fastidij ac contumaciæ insimulasset, amentiæ verò ac stultitiæ nemo non damnasset. Sacerdotij verò optione proposita (quod quidem regno tanto est excellentius, quantum spiritus & carnis interual lum esse potest) sustinebit ne quisquàm contemptus, ac fastidij nos accersere? Qui porrò id non absurdum? eos qui prouincias pusillas respuunt, vt deliros incusare? eos verò qui hoc idem in maximè excellentibus factitant, liberare quidem amentiæ crimine, insolentiæ autem, ac superbiæ reos agere? perinde quasi si quis eũ, qui boum armentum despiceret, armentarius esse recusans, animi quidem insolentia nequaquàm præditũ esse, mentis autem alienatione prorsus laborare criminaretur: ei verò, qui orbis vniuersi regnũ deprecare- E
tur, neque pateretur exercituum vbique terrarum instructorum imperium ad se deferri, pro amentiæ crimine fastus tantũ atq; insolentiæ crimen impingeret? Sed non est ita, nõ est ita. neq; certè nos magis q̃ seipsos incusant, qui ista afferunt. Nam vel cogitasse tantùm, fieri posse, vt tanta illa sacerdotij dignitas ingenio sit humano despicabilis: id verò contra eos ipsos, qui sermones huiusmodi vsurpant, indicium argumẽ tumq; esse possit opinionis eius, quam iidem de re, qua de agitur, concipiunt. nam nisi sacerdotium inter res viles modicíq; precij ponerent, ne ista quidem suspicio sese in animo ipsorum insinuasset. Cur enim de angelica dignitate nullus vnquàm inuentus est, qui tale ali quid sustineret suspicari, ac pronunciare, humanum ingenium præ fastu, ac contumacia ad naturæ angelicæ honorem, dignitatemq; non aspirare? Nempe magna quidem ea sunt, quæ animo concipimus de potestatibus illis: atq; id ipsum vetat, vt credam⁹ licere homini maiorem illa dignitatem animo concipere: quo fit, vt consentaneum magis sit, si quis in illos, fastus ac contumaciæ crimen id torqueat, quod in nos impingunt ipsi. neque enim id de aliis suspicati fuissent, nisi rem ipsam pri⁹ damnassent, ac nihili æstimassent. Porrò autem si id me dicent gloriæ atque ambitionis nomine cõmisisse, iidẽ sibiipsis non constare, imò pugnã- F
tia secum loqui apertè coarguentur. Neque enim video quámnam aliam orationẽ quæsiuissent, si nos inanis gloriæ criminibus liberare voluissent. Nam si in animum fortè meũ laudis amor huiusmodi inuasisset, amplecti potius munus illud oportuit, q̃ auersari. quid ita? Nempe quòd ea rẽ magnæ nobis gloriæ, magno honori futura fuisset. Hominẽ enim hoc ætatis, quiq; idem haud ita pridẽ vitæ huius curis seabdicasset, derepentè in tantam hominũ admirationẽ venisse: vt iis etiam, qui in laboribus huiusmodi omnem ætatem cõsumpsissent, anteponeretur, & plura illis suffragia reportaret: id verò neminem non attraxisset in magnã aliquam, atque admirandam nostri opinionẽ: tum autem nõbis passim veneratione, illustremq; nominis huius gloriam conciliasset: vbi me nũc, déptis paucis, ecclesiæ bona pars ne de nomine quidem norunt. Quãobrẽ ne omnibus quidẽ innotescerem deprecatum me fuisse quod offerebatur: sed paucis quibusdã, quos paucos ne omnes quidẽ ipsos rẽ, vt se habet, rescíscere opinor. Consentaneũ enim est ex iis etiã complures, aut existimare nullam prorsus de nobis electionẽ factam, aut ab electione nos reiectos fuisse, tanquàm non satis

idoneos

Universidad de Deusto
Biblioteca

G idoneos visos. non etiam nos vltrò id functionis deui
CHRYS. tasse. At verò, inquit, quibus rei cõperta est veritas,
demirabũtur. Atqui, hosipsos dixisti ambitionis nobis
1 atq; insolentiæ crimen impingere, vndenã ergo laudẽ
sperare licet? A multis: sed nescĩũt illi rẽ, vt se habet: at
à pauciorĩbus? Verũ & hic nobis res in cõtrarium reci
dit. Neq; enim alio nomine huc introisti, q̃ vt edoce-
ris, qua aduersum illos defensione vti posses. Sed quor
sum horũ gratia hic tantopere disceptamus? Quòd e-
nim, si vel omnibus res ea innotuisset, ne sic quidẽ aut
insolentes, aut ambitiosi iudicãdi essemus: paulisper su
stineto, idq; apertè intelliges: Itemq; illud, cp non iis so
lum qui hoc audentiæ sibi sumũt, si modò quisq̃ existit
mortaliũ talis. nã existere haudquaq̃ credo, sed iis etiã
qui id de aliis suspicantur, periculũ imminet nõ me-
diocre. Etenim sacerdotium ipsum in terra quidẽ pera
gitur, sed in rerũ cœlestiũ classem ordinemq; referen-
dum est. Atque id perq̃ meritò. quippe non mortalis
quisquàm nõ angelus, nõ archangelus, non alia q̃ æ-
uis creata potentia, sed ipse paracletus ordinẽ huiusmo
di disposuit: qui mortalibꝰ hominibus etiamnũ in car
H ne manentibus auctor fuit, vt angelorũ ministerium
animo conciperent. Idcirco necesse est sacerdotem sic
esse purũ, vt si in ipsis cœlis collocatus inter cœlestes
illas virtutes medius staret. Terribilia nanq; atq; hor-
rifica fuisse ferunt, quæ gratiæ tempus præcesserunt:
quod genꝰ fuere, tintinnabula, mala punica, lapides pe
ctori sacerdotis, itemq; alij humeris eiusdem superpo-
siti, mitra, strophium, vestis ad pedes vsque demissa,
lamina aurea, sancta sanctorũ, ingens intus quies, atq;
silentiũ. At verò si quis ea, quæ gratiæ tẽpus nobis ad-
3.Cor.3.c uexit, examinet, terribilia atque horrifica quæ dixi, iu-
dicabit esse admodũ leuia, ac quod de lege à Paulo dic-
tum est. hic demum verum esse cõperiet, quandoquidẽ
ne glorificatũ quidẽ fuit, quod glorificatum est in
hac parte, propter eminentem gloriã. Nam dũ consbi-
cis dominũ immolatum, sacerdotẽ sacrificio incũben-
tem, ac preces fundentem, tum verò turbam circunfu
sam precioso illo sanguine intingi ac rubefieri, etiã ne
te inter mortales versari, atq; in terra consistere cen-
ses: an nõ potius euestigiò in cœlos trãsferreris? an nõ
carnis cogitationẽ omnem abiicĩes, nudo animo, men
I te pura circunspicis quæ in cœlo sunt? ô miraculum, ô
dei benignitatem: qui cum patre sursum sedet, in illo
ipso temporis articulo omniũ manibus pertractatur,
ac se ipse tradit volentibus ipsum excipere ac comple
cti. Fit autẽ id nullis præstigiis, sed apertis, ac circũspi-
cientibus circunsistẽtium omnium oculis. Nũ tibi ista
contemptu ac despectu digna esse vidẽtur? aut eiusmo
di, vt possit quis cõtra ea attolli atq; insurgere? Vis ne
& sanctã monĩam istius excellentiam alio miraculo per-
3.Reg.18.f spicere? Ponito ob oculos Heliã illum, præterea & insi
nitam illam turbam circunfusam, & sacrificium lapi-
dibus superpositũ, tum verò reliquos omnes admodũ
quietos ac taciturnos, solùm autẽ prophetã preces fun
dentem, secundũ id flammam derepentè è cœlo dela-
bentẽ, sacrificiumq; ipsum lãbentẽ: mira sunt ista profe
ctò, ac stupore omni plena. Ab illis ergo sacris ad no-
stratia sacra te trãsferri: nec ea mira modò esse videbis,
sed etiam omnẽ stuporẽ excedentia. Adest enim sacer
dos, non ignem gestans, sed spiritũ sanctum: is preces
diuturnas fundit, non quo flãma cœlitus dilapsa, sacra
apposita absumat: sed vt gratia in sacrificiũ influens,
per illud ipsum omniũ animos inflammet, & puriores
reddat argento igni excocto, purgatoq;. Hoc ergo my
steriũ omnium maximè horrendũ, verẽdumq; quis tã- K
dem, qui insanus idem minimè sit, quiq; è potestate nõ
exierit, fastidire ac despicere poterit? Ignoras futurum
nunq̃ fuisse, vt humanus animi captus sacrificij ignem
illum sustineret: sed funditus omnes tum fuisse interi
turos, nisi magnũ diuinæ gratiæ auxilium affuisset? Nã
si quis consideret quantũ id sit mysteriũ, vt is scilicet
qui homo ipse sit carne ac sanguine etiamnũ constãs,
iisq; inuolutus, beatæ atq; immortali naturæ illi fieri
propior queat: tum probè intelliget quanto sacerdo-
tes honore, quanta dignitate spiritus sancti gratia di-
gnata fuerit. operantibus enim illis, tum sacra hæc quę
dico, initiantur, perficiunturq;: tũ etiam alia his nihilo
inferiora, quę ipsa ad dignitatis salutisq; nostrę ratio-
nẽ spectant. Etenim qui terram incolũt atq; in ea ver
santur, iis commissum est vt ea quæ in cœlis sunt, di-
spensent: iis datum est vt potestatẽ habeant, quã deus
opt. neq; angelis, neq; archangelis datã esse voluit. ne-
que enim ad illos dictũ est, Quæcũq; alligaueris in ter Mat.16.&
ra, erunt alligata & in cœlo: & quæcũq; solueris in ter- 18.c
ra, erunt soluta & in cœlo. habent quidem & terrestres
principes vinculi potestatẽ, verùm corporum solùm. L
Id autem quod dico sacerdotũ vinculum ipsam etiam
animã contingit, atq; ad cœlos vsq; peruadit: vsquea-
deo vt quæcunq; infernè sacerdotes confecerint, illa
eadẽ deus supernè rata habeat, ac seruorum sentẽtiam
dominus cõfirmet. Etenim quidnam hoc aliud esse di Ioan.20.f
cas, nisi omnem rerum cœlestiũ potestatem illis à deo
cõcessam? Quorũcunq; enim, ait, peccata retinueritis, Ibidẽ.5.d
retẽta sunt. Quenàm, obsecro, potestas hac vna maior
esse queat? Pater omnifariã filio potestatem dedit. cæte
rùm video ipsam eandẽ omnifariam potestatẽ à filio
illis traditam. Nam quasi iam in cœlum translati, ac su
pra humanam naturam positi, atq; nostris ab affecti-
bus exempti, sic illi ad principatũ istum perducti sunt.
Quid multa? Rex aliquis si cui ex subditis suis honorẽ
hunc detulerit, vt potestatem habeat quoscunque ve-
lit incarcerem coniiciendi, eosdẽmque rursus laxãdi:
beatus ille & admirãdus iudicio omnium fuerit. at ve-
rò qui à deo tantò maiorem accepit potestatem, quan
tò cœlum terra preciosius est, quantò etiã animæ cor-
poribus præstant: hic vilem eousque dignitatem acce-
pisse nonnullis videri debet, vt vel in illorum cogita- M
tionem descendere queat, reperiri quandoque posse
vnum aliquem ex eorum numero, quibus tãta illa quæ
paulò antè dixi, fuerint à deo concredita, cui ipsi mu-
nus suum sordescat, quique donum sibi à deo datũ de-
spiciat? Procul, procul hinc facessat huiusmodi insa-
nia. Insania enim manifestaria, despicere tantum istũ
principatum, sine quo neque salutis, neque promissorũ Ioan.3.a
bonorum compotes fieri possumus. Nam si non potest Ibid.6.f
quis in regnum cœlorũ ingredi, nisi per aquam & spi-
ritum regeneratus fuerit: &, Qui nõ manducat carnẽ
domini, & sanguinem eius non bibit, æterna vita pri-
uatur: omnia autem hæc haud aliter quàm per sacro-
sanctas illas manus perficiuntur, manus, inquam sa-
cerdotum: quî fiet vt citra illarum opem aut gehen-
næ ignem euitare quis possit, aut repositæ in cœlo co-
ronæ præmia assequi? Hi enim sunt, hi sunt inquã, qui-
bus tum concreditę sunt spirituales parturigines, tum
etiã baptismatis partus à deo est commissus. per hos
ipsos Christum induimus, vnà cũ dei filio sepelimur:
beatæ carnis illius mẽbra efficimur. quo nomine sacer
dotes meritò nõ modò plus verẽri debemus, quàm vel
principes vel reges, verum etiam maiori honore q̃ pa
rentes

A rentes proprios honestare. Hi enim ex sanguinibus, &
voluntate carnis nos genuerũt: illi verò authores no
bis sunt natiuitatis eius quã à deo habemus, beatæ re-
generationis illius, libertatis veræ, atq; adeò adoptio-
nis eius, qua nos per gratiã filij dei sumus effecti. Cor-
poris leprã purgare, seu verius dicã, haud purgare qui-
dem, sed purgatos probare, Iudæorũ sacerdotibus so-
lis licebat: neq; nescis quanta cũ ambitione, quanto cũ
studio, ac concertatione sacerdotalis dignitas id tem
poris acquireretur. At verò nostris sacerdotibus non
corporis leprã, verum animæ sordes, nõ dico purgatas
probare, sed purgare prorsus cõcessum est, quare iudi-
cio quidẽ meo qui istos despiciunt, contẽnuntq;, mul-
Nume.16. tò sceleratiores, ac maiori supplicio digni fuerint, q̃
a.b fuerit Dathan, vnà cũ suis omnibus. Illi enim tametsi
principatũ ad se non spectantẽ sibi vendicabant, tamẽ
miram quandã de eo principatu opinionẽ animo con
ceperãt. Id quod declarauit ingens rei concupitæ stu-
dium. Hi autẽ tum quum iã sacerdotalis honos incre
mentum, ornatũ, præstãtiam magnam accepit, contrà
q̃ illi: sed tamen multò maiora audẽt. Neq; enim per-
B inde est ad despicientiæ rationẽ subducendã, honorẽ
aliquem indebitũ appetere, & tòt, tantaq; bona fastidi-
re: verũ facinus hoc tantò est illo grauius, quantò in-
ter se dissidẽt interuallo fastidiũ, & admiratio. quis er
go tã infœlici genio natus, vt tot tãtaq; bona fastidiat?
Equidẽ neminem existere talẽ dixerim, nisi si quis fu-
riarum œstro percitus sit. Sed enim eò iã se oratio no-
stra referat, vnde digressa est. Neq; enim in puniendo
solùm, sed & in bene merendo maiorẽ deus potestatẽ
sacerdotibus largitus est, q̃ naturalibus nostris paren-
tibus: quos inter vtrosq; tantũ est sanè interiectũ in-
teruallum, quantũ vitã inter præsentem, & æternã. Pa
rẽtes enim nos in præsentẽ, sacerdotes in vitã æternã
generant. Atq; illi certè ne corporalẽ quidẽ interitum
à liberis amoliri possũt, neq; ingruentẽ morbum pro-
pulsare: quũ hi laborãtem ac morti iãiam propinquã
animã identidem seruarint, aliis remissiorẽ pœnã in-
fligentes: alios prorsus labi non permittentes, non do-
ctrinæ solùm, atq; cõmonitionis, sed etiam precũ præ
sidio. neq; enim solùm quũ nos regenerant, sed postea
Iacob.v.1.c etiã condonandorũ nobis peccatorum facultatẽ obti-
C nẽt. Infirmatur, inquit, inter vos aliquis, accersat pres-
byteros ecclesiæ, & orent super eum vngentes eũ oleo
in nomine domini, & obsecratio fidei saluum reddet
laborantẽ, & eriget eũ dominꝰ: & si in peccatis fuerit,
remittentur ei. Iã verò naturales parentes, si quos eo-
rum liberi principes, magnatesve offenderint, pẽ cer
tè illis nullã afferre possunt, quũ sacerdotes non prin-
cipes, nõ reges, sed ipsum deũ nobis infensum sæpenu
mero concilient. Nos igitur sustinebit ne adhuc quisq̃
fastidij atq; arrogantiæ reos agere? Equidẽ ex iis quæ à
me dicta sunt, auditorũ meorũ tãta puto religione oc
cupatas, vt non iã eos qui fugiũt, sed eos qui per se ac-
cedũt, honorẽmq; istũ vltrò sibi ambiũt, contumaciæ,
temeritatis, atq; audaciæ accusent. Nam si vsuuenit vt
quibus ciuitatũ principatus cõcreditus est, q̃ nisi valde
prudẽtes patrter ac vigilãtes fuerint, tum ciuitates ip
sas euertãt, tum seipsos perditũ eant: quanta illũ virtu
te non sua tantũ, vnius, sed & cœlesti præditũ esse con
uenit, cui sorte obtigit, vt Christi sponsã colat, ornetq;?
si modò peccandi occasionẽ vitare is velit. Christum
nemo est qui Paulo vehemẽtius dilexerit, nemo qui a-
pud deũ gratiosior q̃ Paulus fuerit: tamen post tot pri
uilegia à deo accepta veretur adhuc ac tremit, princi-

patus istius subditorumq; suorũ gratia. Metuo enim, D
inquit, ne qua fiat, vt quemadmodũ serpẽs Heuã dece 2.Co.11.a
pit versutia sua, ita corrũpantur sensus vestri à simpli- & Gen.3.a
citate quæ erat in vobis erga Christum. ac rursus: In ti 1.Cor.2.a
more ac tremore multo vobiscũ versatus sum. Atque 2.Cor.12.a
hæc quidẽ dicit homo is, cui à deo datũ fuit, vt in ter-
tium vsq; cœlũ raperetur, ac diuinorũ arcanorũ parti-
ceps fieret: qui idẽ totidẽ, vt sic dixerim, mortes pertu
lit, quot ipse dies post fidẽ Christo datã vixit: qui item
idẽ, ne concessa quidẽ à deo potestate vtendũ sibi vbi-
que iudicauit, vt ne quis eorum qui fidẽ suam Christo
obstrinxissent, offenderetur. Si igitur Paulus dei man-
data sic obseruans, vt maiora etiam q̃ ipsi à deo iniun
cta fuissent, præstaret nunq̃ suo ipsius, sed subditorum
tãtum cõmodo studẽs, sic vbiq; formidauit, magistra-
tus sui molẽ expendens: quid faciemus ipsi, qui multi
vbiq; sumus in quærẽdis, quæ nostra sunt? qui Christi
mãdata Pauli exẽplo non solũ non superamus, sed ea
maiori quidẽ ex parte trãsgredimur. Quis infirmatur, 2.Cor.11.g
inquit ille, & ego nõ infirmor? quis offenditur, & ego
non vror? Eiusmodi sanè cõuenit, sacerdotem esse:
quinimo non eiusmodi tãtum: parua enim sunt ista, E
ac certè nulla præ eo, quod ipse sum dicturus. hoc autẽ
quidnam esse potest? Optarim, inquit, anathema esse à Rom.9.a
Christo pro fratribus meis, pro cognatis meis secun-
dũ carnem, cp si quis existit, qui vocẽ hanc obsecrans
enũciare possit, is demũ dignus quidẽ est, qui si oblatũ
episcopi munus detrectet, insimuletur: sin à Pauli vir-
tutibus illis pari nobiscũ interuallo distat, is nimirum
odiũ, ac vituperationem meretur, quũ munus idẽ de-
latũ amplectitur, nõ quum detrectat. Neq; enim, pro-
posita militaris dignitatis electione, si ij quibus pro-
uincia ea demandata foret, fabro ærario, aut cerdoni,
aut cuipiã id genꝰ opificũ in mediũ tracto, honorẽ hu
iusmodi ad illũ deferrent, laudarẽt vtiq; miseri ac sto
lidi illius consilium, qui oblatũ munꝰ nõ statim detre
ctaret, nihilq; nõ faceret, vt ne se ipse in præsens conii
ceret periculũ. Nã si idvnũ satis sit, pastorẽ simpliciter
vocari, & prouincia ista vtcunq; defũgi, nec vllũ pror
sus inde periculũ exoriri possit: equidem nihil moror
quin me, quisquis volet, inanis gloriæ studiosum appel
let: sin verò rara prudentia, rara itẽ à deo opt. data gra
tia, quæ prudentiã etiam ipsam præcedat, præterea si F
morũ integritate, si vitæ puritate, denique si maiori q̃
pro humano captu virtute præditum eũ esse oportet,
qui administrationis istius curam in se suscipit, ne me
venia priuatũ per te veliꝭ, si frustra ac temerè vitæ mi
hi meæ exitium accersere noluerim. Etenim si nauem
quis agẽs amplissimam, & quæ decẽ milia pondo fe-
rat, quæq; eadẽ remigibꝰ suis sit instructa, ac surreptuo-
sarum merciũ pondere onerata, me illius gubernacu-
lo præfectũ iuberet Aegeũ Tyrrhenúmve mare traiice
re, nimirũ fieret, vt ad primã statim auditionẽ manda
tũ id detrectarẽ: ac me siquis interrogaret. Quid ita?
ne nauem submergã, vtique respondere. Itáne igitur,
vbi pecuniæ tãtùm iactura subest, nec nisi corporis in-
teritꝰ periclitatur, nemo est qui incuset, reprehẽdatq;,
siquis magna cautione prouidentiaq; hic vtatur: vbi
autẽ nauem frangẽtibus, non in hoc vel illud pelagus,
sed in ignis æterni abyssum corruendũ est: vbi itẽ eos
dem naufragos interitus manet, nõ qui corpus ab ani
ma dirimit, sed qui animam ipsam vnà cum corpore
in æternũ exigit supplicium: hic mihi vos succen
sebitis? hic mihi odium, inimicitiasq; præferetis, si, me
ipse temerè in tantam non coniecerim perniciẽ? Ne,

Universidad de Deusto
Biblioteca

G obtecro atq; obtestor,cõmittere id velitis.Noui profecto animi huius vires q̃ sint infirmæ atque exiguæ,noui quãta sit functionis illius moles, noui q̃ ingens negotij ipsius difficultas.Fluctus enim episcopi animum concutientes, ventis mare identidẽ conturbantibus, crebriores,infestioresq; esse solent.Ac primùm quidẽ omnium occurrit pestilentissimus inanis gloriæ scopulus:longè iis infestior,quos poëtæ prodigiosè effingunt.Hũc tametsi compluribus licuit saluis præternauigare,atque incolumibus effugere: mihi tamẽ sic molestus est,vt ne nunc quidẽ quũ nulla me in voraginẽ illam impellit necessitas,facere possim vt prorsus hac noxa vacẽ.Quòd mihi si quis prouinciã magistratus istius imponat,quid aliud q̃ manibus his post tergum tantùm non reuinctis, beluis scopulũ illum insidentibus,in dies singulos lacerandũ me tradat? beluæ verò quænã tandem illę? Animi tũ citatio,tũ remissio,inuidentia,cõtentio,calũniæ,excandescẽtiæ in minimè noxios,delectationes natæ ex ministerio ineptæ atq; indecenter ab aliis administrato, dolor si cui fortè muneris sui functio prosperè cesserit,laudũ appetentia,ho
H noris desideriũ:quod ipsum in primis hominis animũ præcipitẽ ferri cogit:doctrina voluptatem:non etiam vtilitatẽ captãs:illiberales adulationes,palpationes minimè generosæ,pauperũ despicientiæ,diuitũ cultus,honores nulla ratione impensi:gratiarũ, munerumq; largitiones dãnosæ, periculum parientes tã largientibus, q̃ accipientibus:timor seruilis,ac nõ nisi pessimis quibusq; mancipiis cõueniens:fiduciæ interitus:modestię animi species quidẽ multa,veritas autem nulla: coarguendi,atq; increpandi procul reiecta facultas, seu vt verè dicã,contra inopes increpatio modũ nullum seruans:at contra eos,qui potentia aliqua præditi sunt,ne diducere quidem labia quisq̃ audet.Has enim omnes atq; his longè etiã plures feras noxias scopulus ille nutrit:à quibus quidẽ homines semel captos in tãtã profectò seruitutẽ distrahi necesse est,vt sæpe etiã pleraq;, dũ mulieribus placere,atq; obsecundare studeant,necessariò cõmittant,quæ ne eloqui quidẽ honestũ.Eas quidẽ diuina lex ab hoc ministerio remotas esse voluit. Illæ verò vi facta intrò irrũpunt: quæ quandoquidem per se nihil ipsæ possunt,per alios omnia factitant, ac
I tantã sibi vendicãt potestatem, vt quoscunq; illæ episcopos velint, & adlegent & submoueãt. Fitq; tãdem
Prouerbiũ per eas,vt quod est in veteri prouerbio,sursum ac deorsum sese habeãt res,ac principes suos subditi ipsi regãt.atq; vtinã id tantùm viri factitarent, non etiã eæ, quibus ne docere quidẽ permissum est.Sed quid dico, docere? certè ne in ecclesia quidẽ fari illis beatus Pau-
1.Co.14.g lus permisit.At memini sanè ex quodam me audire,q̃ & tantã ipsis impertisset libertatem, vt & ecclesiarũ præsides obiurgarẽt,illosq; acerbius incesserent, q̃ seruis à dominis suis incessãtur.Cæterùm nolim,vt quisq̃ existimet episcopos omneis à me criminũ eorũ,quæ dixi reos factos.sunt enim,sunt inquã permulti, qui sese ab iis retibus probè extricarũt:atq; adeò plures iis, qui se capi atq; intra ea inuolui passi sunt. neq; tamẽ ob id sacerdotalem ipsam dignitatem malorum istorũ authorem fecerim.Absit enim tanta à me insania.neque enim ferrũ,cædis:neque vinũ,ebrietatis:neq; robur,cõtumeliæ:neq; fortitudinem,incõsideratæ audaciæ: sed eos potius qui præterquàm deceat donis à deo datis abutũtur,quisquis sana mente fuerit authores esse dicet,punitq;,quandoquidem & sacerdotiũ meritò hoc biscum expostulare possit, si se non ritè atque ordine pertractemus,administremusq;,neque enim illi acce- K
pta ferre debemus mala ea, quæ dixi,sed nobis potius qui illud idem,quantum in nobis fuit,conspurcauim⁹, atque coinquinauimus, hominibus q̃ibuslibet illius administrationẽ in manũ tradentes: qui quidem neq; viribus suis ipsorũ prius consultis, neq; cõsiderata rei magnitudine,obuiis statim vlnis munus oblatum amplectuntur. quum autem eò ventũ est vt negotiorum functioni manus admoueant,nimirũ inscitiæ caligine occupati,calamitatibus infinitis populos fidei suæ concreditos replent.Hoc ipsum,hoc ipsum certè est quod nostra ætate propemodũ accidisse vidim⁹,nisi nos repentè deus è periculis illis asseruisset,partim suæ ecclesiæ,partim animarũ nostrarum saluti culpam eã condonans. Alioqui vndènam,quæso,existimas tam multas in ecclesiis turbas nasci: Equidẽ non aliunde opinor,q̃ ex episcoporũ,antistitumq; electionibus casu potius ac temerè,q̃ diligenter atq; accuratè factis. Nam caput valetissimũ quidem esse oportet, vt prauas exhalationes ab inferiori reliqui corporis parte sursum ascendentes dispensare,easdemq; ritè,atque ordine cõ
ponere possit.quum enim per se caput infirmũ est, ac L
fumorum insultus illos morbificos repellere minimè potens:tum fit vt ipsum etiam infirmius in dies reddatur,tum autem reliquum corpus secum perdat. Id quod vt ne in præsentia accideret,voluit deus, vt nos in loco & numero pedestri,quem sors nostra initiò tulerat,permaneremus.Multa enim alia sunt Basili,præter ea quæ iam à nobis dicta sunt,quæ sacerdotem præstare oportet,ac quæ certè in nobis nõ agnoscim⁹. Inter quæ illud præcipuum,Sacerdotis animum honoris illius desiderio vndique vacuũ esse oportet.Nam si ad eũ principatum adipiscendum vehementi animi affectu rapietur,eo adepto impotẽtiorem sanè ambitionis suę flammam incendet, ac vi tandem captus vt sibi adeptum honorem stabiliat,nulli non peccato seruiet,seu adulandum,seu seruile quid,atque indignum sustinendum,seu res magno pecuniæ sumptu tentanda. Nam q̃ nonnulli cædibus ecclesias compleuerint,contaminarintq;:tum eius honoris gratia depugnantes ciuitates aliquot funditus euerterint,dicere hìc prætermitto:ne quibusdam videar ea in meorum aferre,quę fide maiora sint. M
I Oportere autem puto tãta cũ religione, ac cautione ad rem ipsam accedere, vt illius molem,magnitudinemq; primùm prorsus detrectes: deinde adepto honore aliorum iudicia sententiasq; non expectes,si quod fortè cõmissum deprehendatur,propter quod oporteat te honorem illum deponere: quin potius illis anteuertens te ipse munere abdices. Sic enim par est vt diuinam cõcilies, impetresq; misericordiam:qui si tibi honorem illum præter decorum tanq̃ mordicus retinere studueris, indignus es,qui veniam consequaris:tum verò diuinam iram magis ac magis incendis,altero peccato, & eo grauiore per te addito. At verò constantiã hanc præstare nullus valeat,tã pestilens,tamq; letale est appetentiæ huius virus, neq; id dico,cùm B.Paulo pugnare volens,quinimo vt maximè cum illius verbis consentiam. Ea verò cuiusmodi 1.Tim.3.a
sunt? Si quis episcopi munus appetit,honestũ opus desiderat.At ego non operis ipsius,sed dominationis, ac potentiæ desiderio pessimos esse dixi. Atque hoc ego desiderium sic toto studio ab animo abiiciendum esse censeo,vt ne animum quidem ipsum prorsus permittas ab illo occupari,vt is rerum omnium liberè agendarum potestatem habeat. Nam quem nulla cupiditas

A trahit,vt sese in eo munere collocatũ ostentet,ac tanq̃ digito ab aliis monstretur,is certè ab eo solio deturbari non formidat.Porrò autem qui id nõ formidat, hic cum ea libertate quę Christianas mentes decet,omnia exequi potuerit. dura enim & acerba atque adeò multis referta incõmodis illorum est seruitus,qui honoris huiusmodi casum reformidant: ob quem sæpenumero fit,vt & hominum & dei opt. offensionẽ subire cogantur:decet autẽ affectus nostros tales non esse. Sed quemadmodũ in præliis videmus generosissimos quosque milites alacriter manũ cum hoste conserere, tum si ita res ferat,fortiter occũbere:ita oportere puto animatos esse qui ad ministerij istius functionẽ se conferunt,vt quod verè Christianos viros decet, & consecrari & submoueri iuxta parati sint: quum intelligant submotionẽ priuationemq; huiusmodi nõ inferi⁹ pręmiũ afferre solere,q̃ honor ipse afferat. Nam quoties tale aliquid cuipiã euenerit,ea ferre nolẽti, quæ indecora,ac muneris sui dignitati minimè conuenientia putat:fit vt & illis,qui ipsum iniustè submouerint, gra-
Matt.5.a uius suppliciũ,& sibi copiosiorem mercedẽ paret.Bea-
B ti enim,inquit, estis,quũ probra iecerint in vos, & insectati fuerint, & dixerint omne malum verbũ aduersus vos,mentientes, propter me: gaudete & exultate, quoniã merces vestra multa est in cœlis. & hæc certè ipsa tantò magis locũ habent, quoties à sociis ac conuictoribus,aut per inuidiã,aut dũ aliis placere illi student,aut per simultatẽ, atq; inimicitias iniustè quis loco suo depellitur. nã quoties id te ab aduersariis pati contigerit, ne oratione quidẽ opus esse puto ad lucrũ id demonstrandũ,quod illi malitia sua tibi acquirunt. Illud igitur oportet vndiq; circunspicere, ac diligẽter perscrutari:necubi desiderij illius scintilla aliqua ardens lateat.Præclarè enim actum fuerit vel cũ eis qui iam inde ab initio ab hoc morbo liberos sese esse student,si ad honorem istum quũ peruenerint,tum demũ effugere morbum eum possint,q̃ si quis existet qui honore illo nondũ adepto atrocẽ hanc atq; efferã beluã secum enutriat,verbis assequi non possim in quantam perniciem accepto honore præceps iturus sit.Nos autem(ac ne me rerũ nostrarum eleuandarũ studio hìc apud te falsi dicere velle putes) cupiditatis, desideriiq; C
istius morbo vehementer laboramus.Quæ res vnà cũ aliis omnibus non parum nos exterruit, atq; in fugam hanc vertit. Nam quemadmodũ qui corporum amore capti sunt,ij donec propinquos eos habent quos amant, grauius quidẽ morbi sui tormentum vim⁹q; sustinent:quum autem quam longissimè sese ab illorum conspectu abduxerint, tum furorem ipsum ab animo excutiunt:sic & qui honoris istius,quem dico,cupiditate titillantur,dum propius adsunt, malo ferendo impares sunt:quum autem sese illic submouerint, honoremq; desperauerint,fit vt desideriũ vnà cum expectatione extinguant. Porrò vna hæc causa nõ mediocris est,quæ vt sola existat,tamen idonea fuerit, quæ nos à munere isto arceat. Verùm & alia quædam subest hac
1.Tim.3.a ipsa nequaquam inferior.Quænam tandem ea est? Sobrium modestumq; episcopum esse oportet,eundemq; perspicacem, atque innumeros quoquouersus oculos circunferre:quippe qui non sibi vni tantùm, sed & tã multis viuat populis.Cæterùm q̃ nos segnes simus ac remissi,ac vix nostræ ipsorum saluti sufficientes, vel tute fateare,qui amoris abundantia quadam,vitia,siqua in nobis sunt, dissimulare studes. Absit enim vt mihi hìc iactes vel iciunia,vel noctes insõnes, vel cor-

pus humi decubare assuetum, vel siqua alia est corpo- D
ris indurati afflictio.Nam tibi satis innotuit quantum ab his virtutibus absimus,quas vt nos etiã exactè,atq; absolutè præstiterimus,ne sic quidẽ possent cum huius animi segnitie coniunctæ nobis ad præfecturæ illius quã dico administrationẽ obeundã præsidij quicq̃ afferre.Homini enim in cubiculũ aliquod incluso,tũ de suis tantùm reb⁹ solicito,magnũ res eæ adiumentũ afferre possint.Ei verò,qui in tot populos scissus est,curas solicitudinesq; suas in subditos suos singulos partiens,non video quid idonei adiumẽti ad illorũ profectum cõferre queant,nisi idẽ acrẽ, fortissimumq; animũ nactus sit.Neq; sanè mirũ tibi esse debet si vnà cũ tãta tolerantia,alia quadã fortitudine episcopi animũ spectatũ esse volo.Nã cibum,potũ,stratum item molle contẽnere,multis ne labori quidẽ id esse videm⁹,iis præsertim qui natura agrestiores per ætatis vigorem ita sint educati:ac multis itẽ aliis: aliãs corporis habitudine,aliãs ipsa etiã assuetudine laborũ illorum aspe
ritatem molliẽte,mitigante q̃. At contumeliã,vim,incommodũ,molestũ aliquod verbũ, tum verò scõmata ab inferioribus nõnunq̃ leuiter, atq; impræmeditatè, E
nonnunq̃ etiã reddẽdo iure cõtorta. Præterea & querelas temerè ac nulla causa tũ à principibus, tũ à subditis natas,nõ multorũ est ferre posse, sed vnius tãtùm, & alterius.Ac videre sanè est eos qui animi virtutib⁹ illis plurimũ possunt, ad hæc ipsa tanta veluti animi vertigine laborare, vè vel immanissimis beluis facili⁹ exasperentur.Huiusmodi autẽ ingenio præditi homines ab episcopat⁹ cancellis,à sacerdotij clausstris procul arcẽdi sunt.Nã episcopum inedia minimè cruciari,extenuari ve,tum eundẽ nudis pedibus non ingredi: id certè nihil incõmodabit ecclesiæ vniuersitati:at verò agrestioris animi ferocitas,furorq;,tũ domino possessoriq; suo, tum etiam proximo ingentium calamitatũ author sæpe fuit.Atq; iis quidem, qui virtutes illas non præstant,nulla à deo comminatio: at temerè
excandescentibus gehennã ac gehennæ flammam æ- Matt.5.c
ternam deus cõminatus est.Ac quemadmodum fit,vt qui inanis gloriæ titillatione mouetur,siquando populi principatũ obtineat,materiam igni accenso suppeditet:sic qui solitudini assuetus,ne in paucorum quidem F
hominũ consuetudine,animi sui iræ imperare non potest,quinimo perfacilè ab ea transuersus agitur: huic si popularem magistratum credas:instar ferę alicuius à multis vndique extimulatæ, neque quieto vnquã animo esse queat, & cõmissos sibi populos in infinita mala,atque incõmoda distrahat. Nihil enim sic ingenij perspicuitatẽ,nihil sic mentis aciem hebetat,vt ira nullum ordinẽ seruans, ab animi impotentis impetu nata.Ira enim,inquit ille,& prudentes perdit: quasi enim in nocturna pugna aliqua obtenebratus animi oculus,nõ internoscit amicos ab aduersariis, neq; ignobiles à claris,sed omnes simul vno loco habet: & si iactura etiã aliqua,calamitasq; subeunda sit,omnia perfert,vt animi voluptatem impleat satietq;. Est enim etiam quædam voluptas,iræ excandescentia:cuius tyrãnis humanum animũ vbi possedit, voluptatis tyranni de crudelior truculentiorq; est,vniuersum illius statũ, sursum ac deorsum conturbans,incolumis it: semq; excarnificãs:nã & ad arrogantiã,fastũq; facilè impellit, & simultates intẽpestiuas,& odiũ nulla ratione subortum,& offensiones leuiter ac temerè natas assiduè para & multa id genus alia,tum verbis, tũ factis vi aggreditur:quum animus interim clàm vehementi mor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G bi illius flatu raptus,nõ habeat vbi suam vim affirmãs
BASILI. tanto impetui resistat. Tũ Basilius: Ego verò te, inquit,nõ amplius dissimulantem hìc patiar, quis enim
CHRYS. nescit quantũ ab hoc morbo sis alienus? Cur me igitur,inquã,ô bone vis flammæ atq; incendio admotum esse? cur beluã quiescentem iritare pergis? ignoras id nobis non nostra virtute successisse, sed potius ex solitariæ ac quietæ tantùm vitæ cultu, ac studio? cum eo autem qui ad animi morbũ huiusmodi propensior sit, præclarè sanè actum fuerit,si solitariã vitam sequutus vniusque & alterius amici vsu delectatus,possit excandescentiæ incendium illud deuitare:vt ne dicam cogi illum alioqui in tam multarum curarum altissimum pelagus præcipitem ruere. Tum enim non se solũ,sed & alios complures secum ad interitus præcipitiũ pertrahit,redditq; minus animatos ad humanitatis facilitatisq; studia excolenda: quando sic natura comparatum esse videmus, vt subditorum multitudo magna quidem ex parte principum suorũ mores tãquam exẽplarem quandam imaginem spectent,seq; ad illos formare studeant. Qui ergo fieri possit,vt illorum tumores,& inflãmationes sedet is qui ipse intumescat? quis verò plebeius vir concupiscat statim temperans moderatusq; fieri,principẽ intuitus iracũdum? Neq; enim possunt episcoporũ vitia dissimulari,sed vel parua atque exigua cõfestim manifesta fiunt. Quãdo & athleta tantisper dum domi se continet, cum nemine manus conferens,imbecillitatem it.firmitatemq; suã occultare aliis potest: vbi verò nudato corpore in harenam decertaturus descẽderit,tum facilè apparet.quid ille possit:Eadem ratione qui priuatam hanc & quietã vitam viuunt homines,solitudinem habent suorũ vitiorum tanq; velamen quoddã:iidem rursus quum in medium prodierint,solitudinem illam, sic vt vestem exuere,ac per externos aduentitiosq; motus,suos animos omnibus nudos exhibere coguntur. Quemad.modum ergo illorũ officia rectiq; mores multis vsui sũt, accenduntq; ad studij æmulationem eiusdem,ita & vitia ad virtutis cultũ segniores reddunt, præstantq; vt cæterorum animi ad bonorũ operũ labores capessendos torpescant.quamobrẽ sacerdotis animi pulchritudinem vndiq; splendescere oportet,vt oblectare pariter & illustrare possit eorum animos, qui suos in illũ oculos coniiciunt.Nã vulgarium hominũ delicta, veluti in tenebris commissa,authores suos solos perdũt. Cæterùm hominis illustris,& vulgo cogniti delictum cõmune omnibus damnũ adfert:cùm eos, qui ad virtutis capessendæ sudores reuocati sint, supiniores etiãnum reddens:tũ eos,qui sibi ipsis attendere,ac virtuti acquirendæ aduigilare volunt,ad desperationẽ extimulatis. Præterea ignobilium delicta si in mediũ prodierint,neminẽ insigniter vulnerant:atqui in istius dignitatis fastigio positi sunt, primùm nemini non noti manifestiq; sunt,tũ verò si vel tantillum peccauerint, parua eorum peccata aliis magna videntur:neq; enim peccati magnitudine, sed peccantis potius dignitate peccatum plæriq; omnes metiuntur. Ac certè episcopum conuenit & studio acri, & perpetua vitæ cõtinentia tanquam adamãtinis armis circunseptũ, quoquouersus circũspicere,necubi nudo quis aut neglecto loco deprehẽso letale vulnus adferat.Circũsistunt enim cæteri parati vt vulnerent, ac si liceat supplãtent:neq; ij ex hostium atq; aduersariorũ numero,sed ex iis, qui se amicos esse adsimulant. Episcoporũ ergo animæ ales eligantur, qualia olim in Babylonia fornace sanctorũ illorũ corpora diuinæ gratiæ largitas exhibuit. Neq; enim ignis eius,qui episcoporũ animos depascit, alimẽta sunt sarmentum,pix,stupa: sed alia quædam his longè infestiora:quãdo ne ignis quidẽ sensibile illud elemẽtũ hìc substernitur,sed pro igne episcopũ circũlambit voracissima inuidię flãma,vndiq; se attollẽs, atq; adeò vitã illius ac mores altius subiens, scrutans, probans,quã ignis ille Babylonius puerorũ illorũ corpora probauerit. Quoties igitur repererit vel tenue aliquod stipulæ vestigiũ,celeriter admota partẽ illã debilẽ,ac vitiatã exurit:tum verò reliquã structuram, vt ea solaribꝰ radiis radiantior lucidiorq; fuerit, fumo illo inuoluit,totamq; denigrat:quãdiu enim sacerdotis vita pulchrè partibus ex omnibus congruens, concinnataq; fuerit,nullæ illi aduersariorũ insidiæ nocere possunt:qui simul atq; vel tãtillũ officij recti prætermiserit(vt par est nõnunq; prętermittere eũ,qui homo quidẽ ipse sit,quiq; humanę vitæ plenũ erroribus pelagus traũciat) iã illũ nihil anteactæ vitæ honestas adiuuat, ad incusantiũ voculas effugiendas: quinimo leue illud cõmissum,reliquæ illius vitæ luminibus officit: ac certè sic sacerdoti omnes iudices esse volũt,vt carne nequaq; cõposito,vt humanã naturã non sortito, verùm vt angelo,vt humanæ infirmitatis minimè participi. Porrò quemadmodũ tyrannũ,donec imperio potitur, reformidant,eiq; adulantur omnes,nõ ob aliud,nisi q; illũ tyrãnide deturbare nõ possunt: quũ autẽ illi res in contrariũ cedere viderint,hìc relicto honore illo simulato,qui haud ita pridẽ amici erãt,fiunt derepentè aduersarij,atq; hostes, ac vitiatas infirmasq; in illo partes rimati,per quas videlicet illũ facilꝰ adoriãtur, impressione facta imperio depellere conãtur:sic & in sacerdotibus vsu venit. Nã qui sacerdotẽ paulò antè ac dũ munere potiretur,reuerebãtur,colebantq;, ij occasionẽ nacti perexiguã,magno se studio accingũt,vt illum infestius etiã q; tyrannũ imperio depellant:atque vt tyrãnꝰ corporis sui custodes timet,sic sacerdos eos quos sibi propinquos,collegasq; habet,maximè omniũ reformidat. nulli enim alij perinde illius magistratũ affectant,eiusdemq; res omnes notas habẽt atque illi. propinqui enim ac familiares quũ sint,siquid tale acciderit,continuò ante omnes præsentiunt,ac facilè illis etiã calumniantibus fides adhibetur: possuntq; illi haud ita magno negotio calumniis suis circunuentũ episcopum capere,illius errata,quantumlibet leuia,aggrauantes. Qua in parte apostolicum illud dictum immutatum est:siue patitur vnum mẽbrum, gaudent omnia mẽbra:seu glorificatur vnũ mẽbrũ, simul patiũtur omnia mẽbra:nisi si fortè ingentẽ quandã pietatẽ, ac religionẽ præstiterit,quã aduersus illa omnia opponere queat.In tantũ igitur bellũ nos emittis? & aduersus pugnã tam variã,tamq; multiformem animũ nostrũ sufficere posse existimas? Vnde nã,quæso,& à quo id edoctus es? nã si cœlitus id tibi innotuit,oraculũ ipsum nobis indica,& tibi iã assentior. Sin id non potes: verũ ex hominũ opinione de hac re pronũcias: ab isthac tandẽ errore animũ liberes.In iis enim quæ ad nos spectant par est,vt nostrũ potius, q; aliorum sequamur iudiciũ.quæ enim in homine sunt nullus nouit, nisi spiritus hominis,qui in ipso est.Nam q; tũ nosipsos, tum eos à quibus electi ipsi sumus,ridiculos fecisse nos,illo per nos munere suscepto,ac magno itẽ cum nostro dispendio ad vitæ conditionem hanc,quã hodie quoque tuemur,reuertissemus,si minus antehac,nũc certè per hæc me verba persuasisse puto. Neque enim inuidia

Daniel.3.c

A dia solũ,sed & quæ inuidia longè infestior est,principatus huius affectatio, cõplures armare solet aduersus eũ,qui principatũ ipsum occupat. Ac quẽadmodũ qui principatũ affectant filij,molesto animo intuẽtur longã patrum morũ senectutẽ:sic ex his nonnulli quũ viderint cõstitutum, vt sacerdos ad longum aliquod tempus dignitatis suæ munere fungatur, quãdoquidẽ interficere nephas, deturbare illũ imperio accelerãt: omnes in deturbati locum suffici cupientes,ac singuli honorẽ illum ad se deferri expectãtes. Vis & aliud tibi pugnę huius genus aperiã periculis mille plenũ:Ito hinc iã,ac publica festa spectato,ea dico in quibus dignitatũ ecclesiasticarum electiones de more fiunt, & tam multis videbis inibi criminationibus lacerari episcopũ, quãta est tota illa subditorũ multitudo, quibus eligendi potestas cõcessa est. Hos omnes tum in multas factiones scindi,neq; inter se cõsentire,neque cum eo cui sorte episcopatus delatus sit cõuenire videas:sed vnusquisq; à suis vnius partibꝰ stat,alius hũc, alius illũ eligens.Cuius rei causa hæc est, q; id ipsum nõ spectant,quod solùm spectãdum fuerat,nẽpe animi virtutẽ: sed aliæ sunt causæ quibus honor is cõciliatur.Verbi gratia:hic,q; claro genere natus sit,in episcopatus,inquit,ordine cooptetur.Ille, q; opibus abundet,neq; indigeat alimẽtis ex ecclesiæ proũctibus quæsitis:alius q; ab aduersariis ad nos trãsfugerit: alius sibi genere propinquũ,ac necessarium: alius adulatorem cæteris anteponere mauult:nemo est qui eũ, qui idoneus sit,spectare velit,aut animi partes explorare curet.Ego verò tantùm absum, vt causas huiusmodi ad probãdos sacerdotes idoneas esse putẽ, vt si quis etiã magnam perpetua vita religionẽ, pietatẽq; præstiterit,quę ipsa tamẽn nõ paruũ ad id adfert præsidium, ne hunc quidẽ huius nomine adlegere statim audeã, nisi magnã etiam animi prudentiã religione huiusmodi cõiunctam habeat.Nam multos ipse noui, ex iis qui sese perpetua cõtinẽtia cohibuissent,ac quorum corpora ieiuniis multis exhausta essent,donec solitariam vitã agere,ac suas dũtaxat res curare licebat, deo maximè acceptos fuisse, eosdẽq; in dies singulos cœptę illi philosophiæ auctarium nõ parnum adiecisse: qui iidem posteaquã in hominũ lucem venerunt, vulgi insciti emendare coacti,alij prorsus muneri illi administrando impares fuere, alij in eo ipso munere perseuerare dum cogerẽtur,pristina vitæ cura atq; austeritate procul excussa, tum sibi detrimẽto maximo,tũ aliis nulli prorsus vsui fuere. Neq; verò si quis vitæ tẽpus perpetuũ in extrema sacrarũ functionum classe persistens cõsumpserit,ac sic demum ad vltimã vsq; ætatẽ peruenerit,hũc protinus propter ætatis reuerentiã ad summum honorẽ perducemus. Quid enim si vel ea ætate quũ sit,tamen minus idoneus adhuc reperiatur? quod tamẽ sic à me dictum nõ est, quasi velim canitiẽ vituperare: vt statuere lata hìc per me lege eos,qui è monachorũ sodalitiis prodiere,ab huiusmodi præfectura arcendos prorsus esse.cõtigit enim aliquoties,vt ex eo grege cõplures ad id muneris pertracti,vitæ cãdore in primis elucescerent. Verũ illud eo nomine dixi,vt ostendã, si neq; religio per se ipsa, neq; senectus longęua satis esse possint,vt eum qui episcopatum obtinuerit,munere illo dignũ efficiãt:certè vix hoc ipsum causas eas,quas paulò antè cõmemoraui,efficere possẽt,quibus cauſis nõnulli etiã absurdiores alias adiungunt. Etenim alij quosdã, vt ne aduersariorum partes sequantur,in cleri ordinẽ recensent:

B

C

D

E

F

alij propter malitiam,ne cõtempti scilicet luculentorum malorũ reliquum tẽpus authores fiant. Potest ne quicq; hoc ipso iniquius esse? quum videlicet homines peruersos, malis flagitiisq; omnibus abundãtes,ppter hæc coli ab aliis videmus, ob quę puniri ipsi deberẽt: eosdemq; quarũ rerum nomine ne ecclesiæ quidẽ limen introire oporteret, vel ad sacerdotalem dignitatem ascendere. Etiã ne, obsecro, quæremus diuinæ in nos iræ causas,quum nos mysteria tam sancta, tamq; horrenda hominibus partim flagitiosis,partim nihili labefactãda tradamus? Quũ enim alij prouinciæ ad se minimè pertinẽtis, alij multò etiã maioris q; propriæ patiantur vires, præfecturã sortiti fuerint,ij certè efficiunt,vt ecclesia dei nihilo ab Euripo differre videatur. Equidẽ principes externos antea ob id ridebã, q; honores præfecturasq; distribuerent nõ animorũ virtutis,sed pecuniarũ rationem habẽtes:atq; vt alij aliis vel annorũ multitudine,vel dignitatũ gradibꝰ iã antecedant,ita demũ eos vlterius promouẽtes. Posteaq; verò audiui indignitatẽ hanc in nostrum etiã ordinẽ quodãmodo debacchatã irrepsisse,facinus huiusmodi mihi nõ perinde graue visum est.Qui enim mirũ fuerit homines rerũ humanarũ cultui deditos, populariẽ tantùm aurã venantes, pecuniæ causa nihil nõ agentes,in huiusmodi vitia prolabi,vbi qui se puros esse ab ab iis oibus vitiis simulant, illis nihilo sese melius animo affectos ostẽdunt:quinimò rerũ cœlestium certamen suscipientes perinde atq; si de terræ iugeribus, aut alia id genus re deliberarent, gregarios quosdam homines temerè assumptos,rebus iis præficiũt: quarũ nomine & gloriã suam exinanire,& homo fieri,& serui formã accipere,& cõspui,& colaphis cædi,& morte ignominiosissima occũbere secundũ carnem, vnigenitus dei filius nõ deprecatus est? Neq; isti tamẽ intra hos fines se cõtinent, sed & alia addunt absurdiora. Neq; enim immeritos solũ adlegunt, verũ & idoneos eiiciunt. Nã quasi cõueniret vtrinq; ecclesiæ firmitudinẽ labefactari, ac causa illa prior nõ sufficeret ad diuinã iram accendendã, ita illi alterã nihilo deteriorem cõiunxerunt. Etenim iuxtà ego pestiles esse reor,vtiles arcere,& inutiles intromittere. id quod ab illis certè fit, vt Christianum armentũ nulla ex parte aut cõsolationem inuenire,aut respirare valeat. Hæc igitur nõne millies dei fulmẽ merentur:nõnne digna sunt quę gehennæ,nõ illius quã nobis sacræ literę cõminantur,sed longè etiã grauioris igne plectãtur? verumtamẽ mala huiusmodi sustinet patiturq;, qui peccatoris mortẽ nõ vult,vt cõuertatur ipse ac viuat. Cuius in nos benignitatis mirandi quis satis mirabimur? ad cuius misericordiã quis satis obstupescẽm? En qui Christiani sunt,sęuius etiã quàm aduersarij, q; am hostes Christi opes perdunt. At ille etiamnum bonus benignitatem vbiq; præfert,ad pœnitentiã inuitans. Tibi gloria,tibi inquã gloria domine:quãtæ apud te clementiæ abyssus,quãtę est patientię copia? Hem qui nominis tui prętextu ex ignobilibus & obscuris clari atque illustres effecti sunt,honore abutuntur,cõtra eum qui honorem est largitus,audentq; nõ audenda, in sacrosancta illa tua mysteria iniurij, probos extrudentes eiicientesq;,vt homines malis perditisq; moribus præditi, magna cum quiete ac summa cum licentia quæcunque collibuerit inuertant, atque conturbent. Cuius quidẽ morbi si causas perdiscere cupis, iis ipsis quas paulò antè numerauí, similes cõperies. radicem enim,& vt sic dicam,matrem vnã habent inuidẽriã:

Ezec.18.g

Universidad de Deusto
Biblioteca

G earum verò nō vna tantū ſpecies eſt, ſed admodū diuerſę. Hic enī, inquiūt, quādoquidē iuuenis eſt eiiciatur. Illi: quādoquidē adulandi neſcius eſt: alius ꝓpterea ꝙ illius cuiuſpiā offenſionē incurrit: alius vt ne indoleat ille, neſcio quis: ſi quē ipſe eligendum obtulit, expoſuum, hunc verò adlectū viderit: alius ꝓpterea ꝙ probitate, benignitate, facilitate, humanitate prædit⁹: alius propterea ꝙ delinquentibus aſper ac terribilis: alius alia ſim. ili de cauſa: neq; enim illis cauſæ atq; excuſationes deſunt, quotquot afferre voluerint. Atq; adeò dum cauſari aliud non poſſunt, opum, diuitiarūq; copiā cauſantur: addētes nō oportere quenq; repentè ad dignitatē huiuſmodi aſſumi, ſed ſenſim & per gradus quoſdā. Poſſunt & iidem alias quidem atq; alias, quotquot illis libitū fuerit, cauſas cōminiſci. Ego verò lubens hic ſciſcitarer, Quidnā igitur epiſcopus hic faciet, cōflictu illi cōtra tot ventos ꝓpoſito? quōnā ille modo aduerſum tam multos fluctus vnus reſiſtere poterit? qui inſultus impetusq; machinarum huiuſmodi repellet? Etenim ſi rem recta ratione ac iudicio agredi volet, inimici protinus atq; hoſtes tum eidē, tū electis omnes illi: tum verò omnia ſtatim illi per cōtentionem, atq; vt epiſcopo aduerſentur faciūt: præterea & ſimultates, ſeditionesq; quotidie concitant, & ſexcentis etiā ſcōmatis eorum vitā qui electi fuerint inceſſunt, horum nullū finem faciētes, donec vel illos eiecerint, vel ſuos, cādidatos intromiſerint. Denique perinde eſſe videas, vt ſi quis gubernator, piratas habeat eadē naui vnā ſecum nauigātes, qui quidem, tum ipſi, tum nautis, tum vectoribus aſſiduè horisq; ſingulis inſidias ſtruant. Quòd ſi epiſcopus illorū gratiā ſaluti ſuę prepoſuerit, admiſſis iis, ꝙuos admiſſos eſſe nō oportet: fiet ꝓfectò, vt illorū loco deum ſibi offenſum habeat. qua re quid illi peſtilētius accidere poteſt? Adde ꝙ epiſcopo eidem cū illis res erit lōgè difficilior, moleſtiorq; q̄ antehac, omnibus illis inter ſeſe iā cōſentientibus, ac multò etiā fortioribus rei cōtrouerſę cōtentioſæq; victoria accedente redditis. Nam quēadmodum ſæuientibus pugnātibusq; inter ſeſe aſperrimis ventis, derepentè mare antea quietū ac trāquillum furit, atq; intumeſcit, eosq; omnes quos tum vela facere cōtigerit, perdit: ita eccleſię trāquillitas, perditis hominibus admiſſis, turbulentia, ac naufragiis permultis infeſtatur. Hic igitur animo expēde, qualē eſſe oporteat eum, qui tātę tempeſtati opponendus, ac tam multa impedimenta rerū ad cōmunem ſalutem ſpectantium probè temperaturus ſit. Nam & grauem illum, ſed minimè faſtuoſum, & terrificū, ſed humanum: & viſenda maieſtate priſcipem, ſed omnibus tamen appellandis comem eundēq; integrum, officioſum, hūmilem, ſed minimè ſeruilem: acrem quoq; ac vehementem eſſe cōuenit, ſed tamen & manſuetū, vt nullo ipſe negotio contra illa, quæ dixi, omnia depugnare, tum verò eū, qui idoneus viſus fuerit, magna cum authoritate ac libertate, q̄q̄ omnibus reclamantibus, in mediū promouere poſſit: rurſus eum qui aliⁿ cōpertus fuerit, cum eadē illa authoritate ac libertate, vt etiā omnes conſpirent, nō admittere. deniq; vt nihil in cuiuſquā vel gratiam, vel odium, facere conatus eccleſiaſticæ vnius ædificationis decus cōmodūq; tantùm ſpectet. Tibi ne hic Baſili meritò videor negotij iſtius miniſterium deprecatus fuiſſe: atqui nondum omnia tibi perſenſui: ſuperſunt enim alia mihi dicenda. Tu verò ne delaſſeris tantiſper dum patienti aure perfers viri amici ac verè germani orationē, tibi perſuadere conātis, ſeſe criminum eorum reum haudquaquā eſſe, quorum tute eum inſimulas. Neque enim ipſa hæc tantū conducūt ad defenſionem eam, qua apud alios nomine noſtro vti potes: ſed & ad ipſam muneris eiⁿ, quo de agitur, functionē, lucrum auxiliumq; nō exiguum cōferunt. Eum eñ oportet, qui ad terendam vitę huiuſmodi ſemitam acceſſurus eſt, omnia prius ad vnguem perſcrutari, atque ita demū negotio manus admouere. Quāobrem? quandoquidē vt nullum aliud inde naſcatur emolumentū, certè rerum omniū prudenter gnaro lucrum id ſupererit, vt quū id genus procellæ tempeſtatesq; emerſerint, nihil rerum inſolentia ac nouitate perturbetur. Vis igitur tibi hic à me prius expediri præſidium patrociniumq; id, quod viduis impendendū eſt? an ſtudium curamq; eam, quā epiſcopus virginibus debet? an potius iudicialis partis, cui ab illo maximopere attendendū eſt, difficultatem? Nam vnūquodq; horum diuerſam ſibi curā vendicat, timoremq; cura etiā illa longè grauiorem. Ac primū vt ab eo quod inter alia leuiſſimū eſſe putant, exordiamur. Viduarum quidē cultus videtur haud aliā, quàm pecuniæ inſumendę ſolicitudinem iis præbere, qui illarum tractandarū curādarúmque prouinciā ſuſcepere. Id autē lōgè aliter ſe habet: nā quoties illæ deligēdæ, ac tanquā in catalogum referendæ ſunt, & hic quoq; magno admodū examine opus eſt. Id enim ipſum, ꝙ temerè, & vt caſus tulit, in albū referantur, innumera olim mala peperit: nam & familias peſſundedit, & nuptias diuellit: præterea hac vna de cauſa cōpertum eſt viduas aliquot tum furando, tum cauponando, atque alia id genus committendo, multa præter dignitatem, atq; ordinem egiſſe. Huiuſmodi verò viduas eccleſiaſtica pecunia ali, præterquā ꝙ dei vindictam paratā habet, facit etiā vt apud homines maximopere ea res improbetur, damneturq; ac multorum quoq; beneficentiam remoretur. Quis enim vnquā velit, quas quis Chriſto offerri mandauit facultates, eas iis ſuſtentandis inſumi, quæ Chriſti nomen calumniari nō ceſſant? quo nomine multam huc, ac diligentem afferre diſcuſſionem cōuenit: idq;, ne quæ ſibi ipſæ vitam ſufficere poſſunt, nedum illæ de quibus loquutus ſum, indigentium menſam abſumant. Porrò diſcuſſionis huius diſigentiam ſequitur cura non mediocris, vt viduis videlicet in album relatis alimenta, quæ præſtanda ſunt, affatim tanquam ex fonte quodam affluant, nec vnquā deſint. Fit enim neſcio quo pacto, vt inuita paupertas malū ſit inſatiabile, querimonia ſemper atq; ingratitudine plenū. Ac multa ſanè prudentia, multo ité ſtudio opus eſt, vt qui criminationis cauſas oēs amouere à ſe cupit, ipſarum ora obſtruat. Iam plerię vbi aliquem viderint pecuniæ imperantem, continuò idoneum ad huiuſmodi œconomiam pronunciant. At ego nunquam exiſtimauerim hanc illi animi magnitudinem ſatis eſſe, quam ipſam præſtandam quidem in primis eſſe: (quippe ſine ea vaſtator potius quàm antiſtes, & pro paſtore lupus fuerit.) verùm & vnà cum ea videndum pūro, num & aliā animi virtutem habeat. Ea eſt autem mortalibus bonorū omnium author patientia atq; æquanimitas, hominis animū tanquā in ſerenum quēdam portum appellens. Nam viduarū genus tum pauertatis, tum ætatis, tū ſexus nomine immodicā tibi libertatē vſurpat, (ſic enim loqui præſtat,) vociferantúrque importunè ſemper, & ab re conqueruntur, & lamentantur vbi gratia habenda, & incuſant quod

A laudādum ac probandū. qua in parte antiſtitem oportet oīa generoſe ac fortiter pati: neq; iritari, ſiquādo illæ aut intēpeſtiue obtundāt, aut immeritò expoſtulent. Illarū enim infœlicitas miſericordiā potius q̄ cōtumeliam mereātur: quarū certè calamitatibus antiſtitem inſultare, & dolori ob paupertatē nato cōtumeliæ etiā moleſtiam addere, extremę crudelitatis atq; immanitatis fuerit. Quocirca vir quidam ſapiētiſſimus, humani ingenij auaritiā faſtumq; cōtemplatus, tum intelligens paupertatis vim, naturāq; tantùm poſſe, vt vel generoſiſſimū quēq; animum proſternat, cogatq; identidem iiſdē rebus poſtulādis impudentē eſſe, vt ne quis per pauperū efflagitationes ira excādeſceret, tum verò aſſiduo illorum occurſu iritatus illis aduerſarius is fieret, qui opem afferre deberet, ipſum inſtruit ad ſeſe mitem, ac facilē indigenti præſtandū:

Eccleſiaſtici. 4. a

Pauperi, inquit, citra animi tui moleſtiā aurem inclina, atq; illi pacificè humaneq; reſpōdeto, ac miſſum faciens indigentē eundemq; iritantē, (quid enim dicere quis ad illū poſſit, qui ſupplex iaceat?) cum eo ſapientiſſimus ille idē verba facit, qui illius infirmitatē ſubleuare poteſt, exhortans, vt tum vultus māſuetudine,

B tum orationis humanitate, anteq̄ ad largitionē deſcēdat, illius animū erigat, excitetq;. Quòd ſi quis deſtinatas viduis facultates ne vſurpet quidē: in ipſas autē probra cōiiciat' infinita, cōtumeliaq; afficiat, atq; adeò aduerſus eas iritetur: nō ſolùm liberalitate ſua natum à paupertate dolorem nō leuat, verū & malum ipſum cōuiciis aggrauat: cogūtur enim perfricta admodū eſſe frōte ob ventris eſurientis neceſſitatē: verūtamen & dolorem etiā ab huiuſmodi vi cōtumeliaq; cōcipiunt. Proinde quū ob inediæ timorē mendicare, & ob mendicitatem impudētes eſſe cogantur, rurſus cū ob impudentiā cōtumelia afficiātur, multiformis quędā angoris, mœſtitiæ, doloriſq; vis, & quę caliginē multam afferat, in illarū animū irruit: eumq; oportet qui illarum curā ſuſcipit, hacten⁹ æquanimem patientēq; eſſe, vt nō ſolùm nō ſua deſtomachatione illarū mœſtitiam anxietatēq; augeat, ſed & cōſolatione ſua dolorem eum magna ex parte ſopiat, qui aliūnde enatus illarū animos occupauerit. Nā quemadmodū neſcio

C quo pacto fit, vt quem cōtumelia affeceris, is nō ſentiat pecuniarū acceptarum ſubſidiū ob inflictā contumeliæ plagā: ſic quem blandè atq; humaniter appelleris, quiq; donū aliquod vnà cū ſui cōſolatione, à te acceperit, exultat magnopere, ac lætatur, tum verò donum ipſum donātis vultus geſtusq; cōduplicat. Quæ

Eccli. 18. b

ipſa nō ex me pronūcio, ſed ex illius verbis, cuius illa ipſa eſt admonitio, quæ præcēſit. Fili enim, inquit, in bonis ne des querelā, & in quocunq; dato ne des triſtitiam verbi: nónne ros ardoré tollet? ſic verbū melius q̄ datū. Ecce enim verbū ſupra dona ipſa excellēs bonū vtrunq; autem vir gratus præſtat. Proinde nō humanum ſolū ac patientem ſui illarum curā ſuſcipit, verum nihilo etiā minus œconomicum eſſe oportet: quādoquidem ſi ipſum hoc abfuerit, rurſus pauperū facultates in idem dānum recidunt. Pridē enim quidam, cui adminiſtrationis huiuſmodi prouincia demandata fuerat, magnā auri copiam quum collegiſſet, id ipſe quidē haudquaquam deuorauit, ſed neq; in indigentiū vſum præter pauca quædā inſumpſit: maximam autem pecuniæ illius partem terra obrutā aſſeruauit, donec temporis iniquitas ſuperueniens hoſtibus in manum illam totā tradidiſſet. Magna igitur prouiſione opus eſt vt eccleſiæ facultates neq; redun-

dent, neq; rurſus deſint: ſed quę eccleſiæ erogantur, D cōtinuò indigentibus ſunt diſpertiēda: cæterū in ſubditorum animis ac beneuolentia eccleſię theſauri collocandi. Enimuero quāta pecuniarum impenſa opus eſſe exiſtimas, tū in excipiendis hoſpitibus, tum in curandis ægrotis: quātam autē tum diligentiā, tum prudentiam ad eam rem afferre debent, qui illi præfecti ſunt? quādo hanc ipſam impenſam nequaq̄ ea, quā dixi, inferiorem, plerūq; autem & maiorē eſſe oportet: præfectumq; ipſum largitorem eſſe decet circūſpectū: ac prudentem, vt eos, qui bonis abundant, animet: ad certatim etiā, atq; hilariter bona ſua erogāda. ne dum cōſulit tollendæ ab infirmis inopiæ, largientium animos percellat, offendatq;: atq; hac quidē parte animi propenſionem, ſtudiūq; multò vehementius præſtare cōuenit. Sunt enim quodā modo qui ægrotāt, moroſi ac torpeſcentes: ac niſi ſummā vndiq; diligentiam curamq; adhibeas, vel tātillū, quod quidē à te fuerit neglectū eiuſmodi eſt, vt ægrotanti mali plurimū afferre poſſit. Sed quod ad virginū curam ſpectat, tātò certè maior inibi timor ineſt, quātò virginitatis donum preciоſius: quātò virginalis grex cæteris regalior. Pri

E dem enī factū eſt, vt & in ſanctarū virginum chorū infinitæ, eædemq; vitiis refertæ infinitis inuaſerint, debacchatęq; fuerint: quæ res & luctū multò acerbiſſimum parit. Ac quemadmodum nō ex æquo ſe res habet, puella ne liberalis, an illius ancilla peccet: ſic paria inter ſe nō ſunt virginis ac viduæ delicta. Viduis enim impunè eſt & nugari, & conuiciis inter ſe depugnare, & adulari, & fronte perfricta eſſe, & nuſquam nō apparere, & in foro frequētes eſſe. At virgo ad maiora ſeſe accinxit certamina, vtpote quę cœleſtis illius philoſophię æmulatrix, profitetur ſe angelicā vitam in terris referre: cui item propoſitū eſt illa eadē præſtare, quæ cœleſtes illæ atq; incorporeæ virtutes præſtant: quā ipſam nō conuenit, neq; frequentes, ac ſuperuacaneas inambulationes agere, neq; verba temerè, atq; inconſultè effutire: cōuicij verò atq; adulationis, ne nomē quidem agnoſcere: propterea tutiſſima cuſtodia, ac maiori præſidio indiget. nā ſanctimoniæ aduerſarius aſſiduè aſtat, iiſq; in primis inſidiatur, deuorare paratus, ſicubi virgo aliqua cadat, labatúrque. F Præterea ex hominibus inſidiantur permulti, cūq; his omnibus naturæ inſania: deniq; ſuus illi ordo in quē ſe adſcribi voluit bellū conduplicat, tum quod extrinſecus ingruat, tum quod intrinſecus obturbet. His igitur de cauſis efficitur, vt ei, qui regendis virginibus præfectus ſit, magnus timor immineat: ſed maius tamen periculū, maior animi dolor: ſi quid fortè præter animi ſententiā (quod deⁿ auertat) eueniat. Nam ſi patri filia occultā in animo vigilantiā affert, ſi item cura de ea ſuſcepta ſomnū à paternis oculis excutit, vbi timoris illi tātum incūbit, ne vel filia ſterilis euadat, vel nubilem ætatem domi paternæ tranſigat, vel inuiſa aliis negligatur: quid facturū putamus eum, cuius animum nulla harum rerum quas dixi, cura tangat: ſed qui de aliis quibuſdam lōgè grauioribus ſolicitus ſit? Neq; enim hic agitur de mariti, ſed de Chriſti neglectu ac contemptu: neq; ipſa ſterilitas probrū ignominiamq; tantum, ſed & animæ tandem interneciomem parit. Omnis enim arbor, inquit, fructum non fa- Matth. & ciens bonum, exciditur: & in ignē mittitur. Iam vir- Luc. 3. b gini, quam ſponſus Chriſtus oderit, non ſatis eſt accepto repudij libello abire: ſed odij illius pœnas luit, ſupplicium æternū. Ac pater quidem ſecundū carnem

Universidad de Deusto
Biblioteca

G multa habet præsidia,quibus procliue illi sit filiã asseruare:ad cuius virginis custodiã opitulantur,tum mater,tum nutrix, tum famularũ turba,tum dom⁹ tutela.Neq; eni licet ei frequẽter in forũ descendere: neq; si quãdo ea descẽderit occurrentiũ oculis cõspicua esse cogitur.Præter hæc autẽ culpę omnis atq; criminationis expers est,ꝙ nunq̃ cogatur in virorum prodire conspectũ.Neq; enim rerũ necessariarũ cura,neq; iniuriorum hominũ improbę molestię,neq; id genus aliud hominũ occursum cõgressumq; necessarium illi efficit,cùm illi pater pro omnibus sit.Ipsa autem vnã dũtaxat curã habeat,vt nihil scilicet vel faciat,vel loquatur,quod virginalem honestatẽ dedeceat.At si episcopi partes spectes,multa certè sunt,quę illi virginis custodiã difficilem seu potius omni arte superiorẽ efficiunt.Neq; enim illam secũ domi habere possit,neq; illud sanè cõtubernium decens, aut periculo vacans fuerit:etenim vt nullũ vel hinc detrimentũ ipsi patiantur, sed syncerã constantemq; sanctimoniã seruẽt: nihilo tamẽ minus rationẽ reddituri sunt pro iis animis,quas offenderint,ac praua aliqua suspitione asperserint,q̃ si inter se peccauisse eos cõtigerit. Porrò quũ
H episcopo non liceat virginũ cõtubernio vti,relinquitur,vt facile illi nõ sit virginalis animi motus perdiscere,& quę nimis exuberant, ordinẽq; excedunt circuncidere:quæ autẽ intra ordinem ac numerũ consistunt,magis ac magis excolere,atq; in meliorẽ profectum perducere:tum verò eidem nõ perinde procliue erit pscrutari curioseq; indagare, siquãdo virgines domo egresſę foras eant, vageturq;.Nam ꝙ virgo inops sit,atq; imperio soluta,idipsum certè efficit,vt episcopus haud ita magnã diligentiã præstet in examinãda illius honestate, quippe cùm ipsa sibi omnia administrare cogatur,cõplures intẽperatè viuere volenti egressuũ vagationũq; tituli ac prætextus : quos quidem impedire eum oportet,qui illam iusserit domi assidnẽ demorari,rebus necessariis suppeditatis,ac data pedisequa,quę illi administret.Iam & virgini oportet funebres põpas,ac publica peruigilia interdicta esse.Nouit enim,nouit ingeniosissimus serpẽs ille,vel per bona opera suũ virus disseminare : propterea virginem oportet vndiq; tanq̃ muro circunseptam esse, ac toto anno perrarò domo egredi:idq; demũ quũ inexcusa-
I biles,ac necessariæ vrgebunt causæ . Quòd si quis dicet episcopo opus nõ esse, vt res huiusmodi ptractet: nouerit is singulas virginalis studij curas, atque adeò criminationes omnes,quas in virgines coniici cõtigerit,in illũ recidere:qua ex re vtilius multò fuerit, si ipse rem per se administrans ab iis causis vacet,quas illum per aliorũ delicta sustinere oportet, q̃ administratiõne ea relicta rationis reddendæ iudicium reformidare, eorum delictorum quę alij commiserint. Adde quòd qui per se ipse hoc munus exequitur, magna cum facilitate omnia transigit, qui autem necesse habet vicaria aliorum opera defungi, præterquam quòd magnum illi adest negotium , vt omnium animos ad id munus gerendũ sibi persuasos reddat:certè laboris remissionem tantã non habet ex functionis illius abstinentia,quãta negotia,quãtosq; turbines sustinet ab iis qui resistunt,atq; ipsius sententiæ ac iudicio repugnãt.Sed virium nostrarũ nõ fuerit eas omneis curas sollicitudinesq; percensere,quas sibi studiũ virginibus impendendũ vendicat:quę ipsæ quũ in album referendæ sunt,mirũ dictu est quãta illi negotia faceſ sant, cuſ prouinciã hanc crediderit.Iam pars illa,quã
epiſcopũ tractare in iudiciis cõuenit,infinita certè odia, infinitas offensiones parit:quę quidẽ prꝫ negotiis permultis plena est,tam multas etiã difficultates affert,q̃ multas ne foreſes quidẽ iudices subeunt.Nam quũ iustum ipsum inuenire labor est, tum eo inuento id nõ sequi inuidiosum.Neq; verò hic negotium tãtùm ac difficultas,sed & periculum nõ mediocre inest.Pridẽ enim ex infirmioribus quidã,molestiis quum premerentẽ, neq; haberent, quorũ defensione ac patrocinio subleuarentur, fidei naufragiũ fecerunt.Fit autẽ nescio quo modo, vt qui iniuria afficiuntur, nihilominus eos oderint,à quibus nõ adiuuãtur , q̃ eos qui iniuriã inferunt,ac neq; negotiorũ distractionis,neq; temporũ inclementiæ,neq; episcopalis magnitudinis,neq; alterius id genus rei cuiusquam rationem vllã habere volunt: quinimo iudices se ipsi prestant inexorabiles,defensionem vnã prętendentes malorũ se prementiũ defunctionem: quã quidem qui prestare nõ potuerit, quãuis mille etiã causas afferat, nũquam effecerit,quò minus condẽnationem subeat. Et quoniã nos in patrocinij mentionẽ incidimus,agẽ hic & aliã quandã querelarũ speciẽ causamq; tibi patefaciã. Nã nisi quotidie episcopus omniũ domos cir
L cũierit, hac in parte vel eos superãs,quib⁹ nullũ aliud studium est, q̃ in foro versandi,deãbulãdiq; hinc cõtinuò offensiones infinitæ emergẽt. Neq; enim ij solũ qui ęgrotãt,sed & qui sani sũt, inuisi se volũt.Id quod nõ religionis ac pietatis,sed honoris dignitatisq; potius nomine plurimi sibi vendicãt:ac si quẽ fortè cõtigerit ex ditioribus potentioribusq; Christianis, ecclesię vsu lucroq; communi ita vrgente,ab episcopo frequentius inuisi,hic protinus episcopus palpatoris atq; adulatoris notã sibi inurit . Sed quid attinet patrocinandi,inuisendiq; partes hic persequi,quũ & solæ appellationes,salutationesq;, quibus episcopũ vti oportet,tam magnũ etiam criminationũ pondus afferant, vt & ille põdere ferendo incuruetur, atq; adeò prę animi mœstitia plerũq; succumbat?vt nihil hic agã , ꝙ & ob oculos illo potius,q̃ illo cõiectos ad calculos vocare illum volunt.Quę enim ab episcopis temerè, ac simpliciter fiunt, plerique accuratè ac diligenter excutiunt,pensitata etiã vocis mensura,aspectus habitu,ac risus quãtitate. Illi enim, inquiunt, magnificè arrisit, eundeq; tum hilari vultu,tum voce liberali salutauit: M
me verò longè parcius,atq; vt casus tulit: ac nisi multis vno in loco simul sedentibus quoquouersus oculos ille circũtulerit,omnes appellans,id ipsum contumeliam esse vulgus dictitant . Quis igitur qui idem nõ sit q̃modum fortis, tam multis accusatoribus sufficere poterit:vt vel ab illis prorsus nõ accusetur, vel accusatus crimen effugiat? Oportet enim primùm te ne reum quidem esse,accusatoresq; habere : deinde si id prestare nequaquã potes,diluẽda sunt crimina,quę illi obiecerint . Quod si hẽ istud quidem facile erit, sed deiectabunt quosdam temerariæ, ac nulla causa subsistentes criminationes,tum demum generose, ac fortiter animi doloribus huiusmodi occurrendum, resistendumque. Etenim qui merito incusatur , facilè tulerit eũ , à quo incusatur : quippe cum accusator minus quam conscientia ipsa infestus sit,efficitur, vt quoties ab ea , quæ omnium molestissima est, deprehensi,conuicti; prius fuerimus,accusatores extraneos , tanquam mansuetiores facilè postea patiamur.Porrò qui nullius sibi culpæ cõscius est,dum inquistè accusatur , continuò ad iram propensus fertur,

necnon

A necnon animũ facilè despondet: nisi idem sic se prius animo cõparauerit,præparauerit; q̃, vt multorum insipientiam patientissimè ferat.Fieri enim vix potest,vt qui se temere calumniam pati , atq; iniquè dãnari intelligit,non aliquo modo aduersus tantam hominum iniquitatem,atq; absurditatem commoueatur.Quorsum autem hìc enumerare attinet reliquas illas molestias,doloresq;,quos tolerare episcopum oportet,dum necesse est amouere aliquẽ ab ecclesiæ cœtu:quę atrocitas vtinam intra molestiam,doloremq; consisteret,ac non etiam perniciem nõ mediocrem afferat. Timendum enim est,ne ille fortè ad iniustius suppliciũ ad-
2.Cor.2.b actus dolore immodico,quod B.Paulus ait,absorbeatur. Magna ergo diligentia hìc opus est,ne dum prodesse,illi cupis, maioris damni author sis: nã quæcũq; ille post huiusmodi curationem peccata commiserit, futurum est vt horum singulorum pœna cum medico illo cõmunis sit,qui vulnus probè nõ inciderit.Quàm multa igitur supplicia episcopos manent , cùm ex eis vnusquisq; nõ solùm rationem redditurus sit suorum
B delictorum:sed eorum item omnium,quæ alij cõmiserint , ad extremum illos venire oporteat periculũ? Nam si horremus, dum iudicium id nobis subeũdum est, in quo peccatorum propriorum rationẽ reddituri sumus, vt qui sentiamus nos ignem illum æternum effugere nequaquam posse: quid illi expectandum est, qui tã multorum nomine causam sit dicturus ? Quòd autem hoc verum sit,audi beatum Paulum, seu potius
Hebr.vlt.c non Paulum,sed Christum Pauli ore loquẽtem: Parete iis qui præsunt vobis & concedite , nam illi vigilãt pro animis vestris tanquã rationem reddituri.Hiccine exiguus tibi videtur cõminationis terror ? equidẽ illũ quantus sit,verbis exprimere non possum.Vsqueadeo vt qui admodum etiam animo duri sint , ac qui se facilè aliorum oratione persuaderi non patiantur, quæ dixi abundè sufficiant , vt persuasum illis sit, nos neq; fastu,atq; cõtumacia, neq; inani gloria adductos, sed tum nobisipsis tantùm timẽtes,tum rei ipsius magnitudinem emensos,fugæ genus hoc quæsiuisse.

LIBER QVARTVS.

BASIL. C HAc Basilius cùm audisset,paululum cunctatus: Tu verò,inquit,si ad huiusmodi dignitatem acquirendam studium intẽdisses tuum: nimirum animi tui formido ista,ratione aliqua niteretur. Nam qui se idoneum ad muneris alicuius functionem semel professus est, hoc ipso quòd functionẽ eam studiosè arripuerit,hic certe siquid post creditam sibi muneris administrandi prouinciam abeſ auerit, haudquaquam ad inscitiæ prætextum cõfugere possit: vt qui antevertẽs,sibi ipse defensionem ademerit, vel ob id quòd accurrerit,quodq; administrationem eam sibi rapuerit:intantũ vt qui spontè, ac volẽs eò accesserit,iã non sermonẽ hunc vsurpare possit: inuitus peccaui,inuitus illũ aliquẽ perdidi. Dicet enim ad eũ qui tũ illi hac in causa iudex futurus est:Et quo tandẽ nomine,quum animi,consiliiq; tui vires pares nõ essent functioni huiusmodi inculpatè pertractandæ,aduolasti, aususq;es prouinciam humeris istis minimè parẽ subire:quisnam,obsecro,te ad id coegit:quisnam vi te attrãxit detrectantem fugientemq;? Tu verò nihil tale vnquam audituꝝ es:neq; enim possis delicti cuiusquam huiusmodi teipsum damnare : estq; omnibus iã spectatum,te ne tantillum quidem laborauisse,vt honorem hũc assequereris: sed aliorum potius officium
beneficiumq; id honoris tibi detulisse. Atq; adeò quòd D
illos delictorum veniam impetrare non patitur, hoc certè abundans tibi apologiæ argumẽtum suppeditat.

Ad hos sermones caput quum mouissem, sensimq; CHRYS.
arrisissem,hominis facilitatem simplicitatemq; demiratus,hac ego ad ipsum oratione vsus sum : Equidem optarim vir omniũ optime, hæc ita se habere vt dixti:idq; non vt id muneris amplectar,quod iam detrectaui.Nam vt mihi etiam nullum propositum sit supplicium defunctorię, atque adeò imperitè Christiani gregis administrationem gerenti: tamen omni supplicio grauius fuerit,si constaret me,cui tã excellens credita fuisset functio,pro eius dignitate qui credidisset, sustinere eam non posse.Quamobrem igitur optarim tuam istam opinionem nequaquam falsam,sed potius verã esse? Nempe vt miseris,calamitosisq; (neq; enim alio nomine ij digni sunt,qui rectè non aspirarunt ad muneris istius prefecturam, vt millies tute eos dicas vi pertractos fuisse atq; ignorantia peccasse)vt miseris, inquam , illis effugere liceat ignem illum æternũ: Esa.66.g
exteriores tenebras , ac vermem nunquam emoritu- Mar.9.g
rum: postremò vt ne dissecentur, ac perditi cum hy- E
pocritis partem habeant.Verùm quid facias?certè lõgè aliter sese res habet. Ac si placet à regno primùm, cuius quidem studium apud deum tanti non est, quãti est sacerdotij , verborum meorum fidem tibi faciã. Saul ille qui patrem Cis habuit, nõ suo ipse studio rex 1.Reg.9.a
factus est , vt qui quum abiisset asinas perquisitatum, prophetam super iis rogare cœpit . At ille cum eo de regno colloquutus est . Porrò Saul ne auditis quidem prophetæ verbis,ad regni administrationem suscipiẽ dam accurrẽdum sibi putauit: quinimo tergiuersatus deprecatusq; est,quum diceret:Quisnam ego sum?quę Ibidem.d
nã itẽ patris mei domus?Quid tandem?Saul ne posteaquam nõ rectè honore sibi à deo delato vsus est, potuere verba ista eximere ab eius ira, à quo rex creatus ipse fuerat?Atqui licebat illi aduersum Samuelem increpantem,insimulantemq; verbis his vti:Num ad regnum ipse administrandum accurri?Nũ ad huius potestatis regimen prosilij,atq; aduolaui?Equidem in animo habui priuatam vitam viuere,quietam illã quidem,ac molestiis vacãtem: tu verò ad hoc me dignitatis,authoritatisq; pertraxisti.In illa ergo vitæ humi F
litate,atq; obscuritate versatus, facilè offensiones huiusmodi deuitassem. Nam si ex vulgarium,atq; ignobilium hominum numero vnus fuissem,mihi aduersus Amalechitas bellum deus non credidisset,quo mi 1.Reg.15.d
hi non credito peccatum huiusmodi nũquam perpetrassem.Verùm hæc,quæ dixi,omnia ad defensionem sunt infirma:neq; infirma tantũ, sed etiam vsqueadeo periculosa,vt dei iram magis iritent.Eũ enim,qui magistratum meritis suis maiorem assecutus est,vt errata ipse sua tueatur,defendatq; , magistratus magnitudinem prętendere non oportet:quinimo in maiorem virtutis profectum magna illa dei erga se beneuolentia vti.Qui verò ob id peccandi licẽtiam sibi permittit,quòd præstantiori dignitate ornatus sit,certè nihil aliud quàm dei benignitatem,peccatorum suorum author facere conatur: id quod solenne quidẽ est impiis hominibus,iisq; quorum vita in ignauia,ac socordia versatur . Nos autem sic animatos haudquaquam esse conuenit:neq; in parem cum illis insaniam prolabi,sed omni ex parte operam dare, vt vigilãtiam nostram omnem pro virili exhibeamus,bene vbique de
deo ominantes,nunciãtes,cogitãtes. Neq; enim Heli Ibidé.2.c
(vt missо

Universidad de Deusto
Biblioteca

G (vt missō regno ad sacerdotium, de quo nobis sermo, veniamus) studiosè, ambitiosèue dignitatem eam sibi parauit. Hoc ipsum igitur quid illi post delictū profuit? Et quid dico parauit? quum ne illi quidem id muneris detrectare per legis necessitatē fas fuerit: vt qui vnus esset ex tribu Leui, ac quem ipsum oporteret dignitatem eam, ad se iam à maiorum suorū retro origine descendentem suscipere: qui idē tamen liberorū suorum petulantię nō mediocres pœnas dedit. Iā quid dicas de primo illo Iudæorū sacerdote, de quo tā multa cum Mose deus verba fecit? nónne hic posteaq̄ vn⁹ non potuit tāti populi insaniæ resistere, parum abfuit quin periret, nisi fratris patrocinium dei irā auertisset? Posteaquā verò Mosis mentionem intulimus, cōsentaneū est ex iis, quæ illi obuenere, orationis nostræ veritatē demōstrare. Hic quippe Moses vir verè beatus, tātùm abfuit, à rapienda Iudæorum præfectura, vt & oblatā recusaret, & deum etiam quòd illi id iubēti non auscultaret, cōtra se iritaret. Quod quidem nō solùm id temporis fecit, verū & postea quum iā præfecturam eā administraret: qua vt explicaretur, lubēs è H viuis decessisset. Quid igitur posteaq̄ ad aquam peccauit, potuere ne assiduæ illæ recusationes illum tutari, ac deo persuadere, vt veniam ei cōcederet? Quānam alia, quæso, de causa terra illa promissa priuatus est? certè non alia (quod quidē omnibus nobis notum est) quàm ex peccato huiusmodi, propter quod viro illi admirando haudquaq̄ licuit rebus iisdem potiri, quibus subditi eius potiti sunt. Quinimo post diuturnum tēpus insumptum, post multas afflictiones, post immēsum illum errorem, post bella ac trophæa permulta, procul ab ea terra mortu⁹ est, cuius gratia tot, tātosq̄ labores sustinuerat: ac qui pelagi mala atq̄ incōmoda grauissima perpessus fuerat, portus tamē fructus nullos capere potuit. Vides vt iam nulla peccatorū excusatio relicta sit, non solū iis qui rapiunt, sed ne iis quidem qui alieno studio huc euehūtur? Nam vbi qui vel deo decernente, eligenteq̄ sępenumero honorē ipsum recusauére, tantas tamen pœnas luerūt, ac nihil quicq̄ à periculo huiusmodi eximere potuit, neq̄ Aarō, neq̄ Heli, neq̄ virum illum perbeatū, sanctum, prophetā, admirandum, mortaliū omnium humanissimum, eūdemq̄; quasi amicum quendā cum deo colloquētem: I nimirum vix nobis, qui ab illius virtute tantùm absumus, satis esse ad defensionem poterit, cōscios esse nobismetipsis, quòd ad honorē huiusmodi nullo ipsi studio, nulla ambitione aspirauerimus. Idq̄ eò etiam magis, quòd ex his ipsis electionibus plerasq̄ humano studio acceptas referre non oportet. Iudam deus elegit, eundemq̄ in sacrosanctum illud cooptauit collegium, dignitatē apostolica vnà cum aliis ornatum, cui etiam maius quiddā quàm aliis dedit, pecuniarum dispēsationem. Quid igitur? Nū posteaquā duabus illis prærogatiuis contrà quàm debuit vsus est, tum eo quem prædicandum susceperat prodito, tū pecuniis (illi hoc nomine creditis, vt rectè eas administraret) malè impensis, impunitate donatus abiit? Certè hoc potissimū nomine grauius sibi accersiuit supplicium. Idq̄ perquā meritò. Neq̄ enim prærogatiuis à deo acceptis sic abuti decet, vt per eas deum offendas: quinimo vt magis ac magis deo acceptus fias. Cęterùm qui hoc nomine, quòd alios honore aliquo excellat, pro delictis pœnā cōmerentibus veniā dignum se esse censet: perinde facit, vt si quis ex infidelibus Iudæis Christum audiens sic loquentē, Nisi venissem, eisq̄ loquutus fuissem, peccatum nō haberent: ipsum seruatorem optimè de humano genere meritū his verbis increpet, insimuletq̄: Tu verò cur venisti, ac loquutus es? cur & signa fecisti, vt grauioribus in nos suppliciis animaduerteres? At verò dementiæ ac summę adeò insanię verba hęc. neq̄ enim medicus, vt te magis condemnaret, curatū accessit, sed vt prorsus à morbo liberaret. Te autē vltrò ipse ab illius manibus summouisti. Igitur & grauius supplicium sustineto. nā quemadmodum si curationi paruisses, futurum erat, vt & à pristinis morbis, peccatisq̄ liberareris: sic quandoquidem medicū, quē præsentem habuisti, auersatus es, iam non peccata illa abstergere potes. Quòd autem id nequaq̄ possis, propterea horum certè pœnas dabis. Idq̄ eò magis quòd medicus, quod quidem ad te spectat, studiū operamq̄ suam perdiderit: quibus de causis efficitur, vt non pares, cōmunesq̄ pœnę eæ sint, quas ante dignitatē à deo acceptam damus, cum iis quas dignitate iam accepta luere cogimur. Hic enim lōgè grauius, quàm illic pletimur. Etenim quem beneficia accepta meliorē non reddunt, is certè etiā grauius supplicium cōmeretur. Itaq̄ cùm defensio huiusmodi iam nō satis firma esse L videatur, ac non solū eos non tueatur qui ad eam confugiunt, sed magis etiā prodat: nimirum aliud nobis præsidium inueniendū, quo nos tueamur ipsi. Qua- BASIL. lēnā, quæso, futurum hoc est præsidiū (Basilius inquit) quādoquidem apud me iam esse ipse non possum, tātum mihi terroris, ac formidinis tua isthęc verba incusserunt. Ne te, inquā, obsecro atq̄ obtestor, ne te CHRYS. ipse eousq̄ deiicias: est enim, est certè præsidium: siqui scilicet infirmi sumus, eò nunq̄ descēdamus. Rursum siqui firmi ac valentes estis, salutis vestræ spes nō alibi sitas habeatis post gratiā à deo acceptam, quàm vt nihil cōmittatis, quod indignum esse possit tū munere, tum deo muneris ipsius largitore. Maximè autē puniendi illi fuerint, qui post eū honorem studio atque ambitione adeptum, vel per ignauiā, vel per malitiā, vel per imperitiam re ipsa nō rectè vtuntur. Neq̄ verò propterea paratā veniam esse dixerim iis qui nulla sua ambitione dignitatē eam obtinuerint. nā ne illis quidem quisquā relictus est excusationis defensionisq̄ locus. Decere enim arbitror, vel si te eò sexcenti vocent: atq̄ ad id cogant, non illos ipectare: verū animi tui dotes prius examinare, viresq̄ tuas omnes exactè perscrutari: atq̄ ita demum cogentibus cedere. Iā domum se aliquā ædificaturū polliceri nemo audeat, qui idem architectus nō sit: neq̄ ægrotantia cōtingere corpora quisquā aggrediatur, qui medicinam non didicerit. Quinimo vel plurimis vim afferentibus deprecabitur, neq̄ eum suæ pudebit ignorātiæ. Cui autem tā multarum animarum cura credenda sit, is nō prius se ipsum examinabit, quin potius, vel omniū imperitissimus, munus ipsum suscipiet, posteaq̄ vel ille iubet, vel ille cogit, atq̄ adeò vt ne illum offendat? Et quòniā ille pacto, sese vnà cū illis in præsentaneum non cōiicit periculum? Nam cū illi liceat vt se ipse perse seruet, nimirū, & alios secū perditos perdit. Vnde enim spe-anda salus? Vnde venia expectanda? quinam tū nobis internunci, deprecatoresq̄ existent? illi nimirū fortasse, qui nunc nos coguint, & ad necessitatē adigunt? Hosce verò quis per id tēpus seruaturus est? siquidē ipsi deprecatoribus indigent, vt ignis ęterni supplicium deuitent. Quòd porrò hoc dicā, non quò te terream, sed vt rē ita, vt verè se habet, edoceam: ausculta quid beatus Paulus ad Timotheum dilectū, ac verè germanū filium

net supplicium, qui episcopatus administrationem iu D stè præstare nescierint, temerè atq̄ vt casus tulerit in tantum nos coniiciemus periculum, alienæ violentiæ causam opponentes? Atqui rationē huiusmodi admissurus haudquaq̄ est, qui causæ istius iudicem aget. Decebat enim multò maiorem cautionē ac prouisionem spiritalium rerum, quàm carnaliū præstare. Hic verò ne parem quidem nos exhibere cōstat. Etenim quæro ex te, si quē suspicamur fabrum esse, ad opus vocemus, sequatur q̄; ipse: deinde manus admouens materiæ ad ædificiū paratæ, ligna, itemq̄ & lapides auertat, opus autem sic coagmentet, sic domum ædificet, vt statim collapsura ea sit: nū ille sese abūdè hac defensione tutaturus est, si dixerit, ab aliis se coactum, non etiam vltrò ad ædificandum accessisse? Certè nequaq̄. Idq̄ iure optimo. oportebat enim vel aliis ad id vocantibus pedem referre, ac tergiuersari. Itáne verò qui ligna ac lapides auertit faber, huic nullus prorsus suffugij locus, quo minus pœnas pendat: qui verò animas negligenter ædificans perdiderit, hiccine alienam vim, abun- E dans sibi suffugium præsidiumq̄; putabit? & quo id pacto non valde ineptum atq̄ absurdum? nōdum enim adiicio, nolētem à nemine cōpelli posse: sed & ipsum volo vim fuisse immodicam perpessum, artibusq̄ variis circūseptum, vt in retia caderet. Hoccine igitur illum à supplicio eximet? ne, obsecro, ne eousq̄ nobis imponamus, neq̄ simulem⁹ ignorare nos ea quæ vel admodū pueris nota essē possunt. re vera enim cùm rationis reddendæ tempus aderit, ignorantiæ simulatio hæc nihil nobis allatura est præsidij. Principatū huiusmodi nihil ipse ambiuisti, imbecillitatis tuę conscius? Probè id ac rectè. Oportebat ergo cū eodem hoc cōsilio vocātibus etiā aliis tergiuersari. An ne cùm te nullus vocaret, imbecillis tu, ac minimè idone⁹ eras: vbi primùm verò cōperti sunt qui honorem ad te deferent, derepētè in valentē atq̄ idoneum euasisti? Certè huiusmodi res deridicula prorsus, ac nugatoria est, eademq̄ extremo etiā supplicio digna. Nam hac vna de causa dominus admonet, ne qui turrim ædificaturus est, fundamētum prius iaciat, quàm suas vires expendat: ne qui illac transituri sunt, iis infiniti ludibrij ac risus ansam in se præbeat. Atqui illius mulcta sese F intra derisum continet, cùm hic supplicium sit ignis ætternus, vermis nunq̄ emoriturus, dentium stridor, extremæ tenebræ, dissecari atq̄ in hypocritarum ordinem cogi: quorū tamen omnium nihil ij expędere volunt, qui factum nostrū accusant. Id quod si facerent, profectò cessaturos tandē putauerim, ab eo accusando, qui se temerè ac nulla causa perire noluerit. Nobis quidem haudquaquā nunc res est de frumento, hordeóve dispensando, de bobus ouibúsve pascendis, aut aliis id genus rebus distrahendis: sed de ipsomet corpore Iesu curando. Christi enim ecclesia, ex beati Pauli verbis Christi corpus est. Ac certè eum cōuenit, cui creditum corpus id fuerit, ipsum illud tū ad multam honestatem, tum ad pulchritudinē incredibilē perpolire, vndiq̄ circūspicientem, necubi macula, aut ruga, aut nęuus, vitiúmve aliquod huiusmodi, pulchritudinem, honestatemq̄ illā labefactet. Et quidnam aliud præstare oportet, quàm vt capite illo immortali ac beato, quod ipsi superpositū est corpus ipsum pro humanarū viriū captu, dignum efficiat? Nā siqui suum corpus ad athleticā habitudinem cura adhibita cōponūt, iis necessarius est vsus & medicorum, & pædotribarū, & tēperatæ diætæ, & exercitationis assiduæ, & infinitæ

1.Reg.4.d
Exod.4.d
Num.20.b
Act.1.c
Ioan.12.a &.13.c
Ioan.15.d
1.Timo.5.d
Luc.14.f
Mar.9.g. & Matt.24.d
Colos.1.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gnitæ adeò obseruationis (etenim minimus quisq; rerum illarum contẽptus, labefactare omnia, atq; euertere potest:) quibus forte obtigit Christi corpus hoc quod dico curandũ (cuius quidem exercitatio nõ corpora ipsa, sed inuisibiles potentias spectat:) ij quibusnã artibus cõseruare illud syncerum atq; incolume poterunt, nisi omnifariã animæ curationem cõgruam, cõuenientem, atq; humana virtute longè superiorẽ calluerint? An ignoras corpus id quod dico pluribus tũ morbis, tum insidiis obnoxiũ esse, quàm caro nostra hæc obnoxia sit? Itemq; & celerius corrũpi, & ægrius sanari? Certè humana corpora curãtibus, diuersa suppetunt medicamenta. Itemq; & instrumentorũ apparatus varij, & cibi ægrotantibus cõgrui: plerunq; autẽ & sola aëris natura satis fuerit ad sanitatem laborãti restituendã: aliàs etiã somnus qui opportunè obrepserit, medicũ ipsum labore omni leuat, liberatq;. At verò hic nihil huiusmodi cõminiscí licet, sed vna quædam post operũ præstationẽ ars ac curationis viã tenenda, sequendaq; est: nẽpe per sermonem euangelicũ doctrina. Siquidẽ hoc demum instrumentum est, hoc cibus, hoc aëris tẽperamentum optimum, hoc medicamenti instar, hoc ignis loco, hoc ferri vice: ac si vel vrere, vel secare opus, hoc ipso vti necesse: atq; hoc si nihil profuerit, reliqua omnia euanida pereant oportet. Hoc & iacentem animã suscitamus, & tumescentẽ cõpescimus: hoc & superuacanea amputamus, & quæ desunt supplemus, cæteraq; omnia conficimus, quę ad animi cõferunt incolumitatem. Ac sanè vt vitã quàm optimè constituas, alterius hominis vita te ad idẽ exemplum æmulationemq; parem pertrahere possit. At cùm humanus animus decretorum minimè verorũ, sententiarumq; à fide abhorrentiũ morbis laborauerit, hìc demum euangelici sermonis vsus magnopere necessarius, nõ solùm vt qui tibi domestici sunt, robores, atq; cõfirmes: verùm etiã vt cum externis bellum geras, ac manus cõseras. Nam si quis armatus foret tũ spiritus gladio, tum fidei scuto, eousq; vt miracula ædere, & per miraculorum æditionẽ, impudentium maledicorumq; hominum ora obturare posset, huic certè euãgelici sermonis præsidiis nihil opus fuerit: quin potius ne tũ quidẽ sermonis vsus inutilis est, sed admodum necessarius. Quãdo & beatus Paulus ab eo nõ abhorruit, tametsi à signis ęditis vbiq; in admiratione habitus. Et alius quidam ex apostolis vnus hortatur, vt huiusmodi sermonis vim studiosè amplectamur, inquiens: Parati semper sitis ad respondendũ cuilibet petenti, vt loquamini de ea, quæ in vobis est, spe. Atq; adeò vniuersi apostoli, cùm vna essent, nullo alio nomine, Stephano eiusq; collegis viduas regẽdas cõmisere, nisi vt in eiusdem sermonis ministerio versarẽtur. Verũtamen si cõtigerit nos aliquid posse, in signis per nos ædendis, sermonis huius studio non ęquè erit nobis inuigilãdum. Sin ne vllum quidẽ virtutis illius vestigium in nobis relictum est, ac multi vndiq; assidue imminent aduersarij: supereſt necessariò vt nos hoc sermone armẽmur, muniamusq; simul vt ne aduersariorum telis feriamur, simul vt illos feriamus. Quapropter ingens adhibere studiũ oportet, vt Christi sermo in nobis largiter inhabitet: neq; enim nobis pugnę species vna parata est, sed bellum nobis variũ ac multiplex propositum, variis multiplicibusq; aduersariis cõstans, atq; instructum, qui ipsi neq; iisdẽ armis vtuntur omnes, neque vno eodemq; nos artificio adoriri meditãtur, eumq; oportet, qui cũ illis omnibus prælio decertaturus sit, omniũ artes notas habere, eũdẽq; & sagittarium, & funditorẽ, & centurionem, & manipuli ductorem, & militẽ, & ducem, & peditẽ, & equitem, & naualis & muralis pugnę peritum esse. Etenim in militaribus præliis quod quisq; opus peragendum susceperit, hoc adoriẽtes hostes defendit. At hìc haud quaquã sic se res habet. nisi enim qui victoriam reportaturus est, dimicandi artes ad vnã omnes sigillatim percalluerit, nouit diabolus vel parte vna aliqua, si ea fortè neglecta fuerit, piratis prædonibusq; suis introductis pecudes diripęre. At non ita vsuenit, cùm pastorem ille senserit omni esse scientia præditum atq; instructum, insidiarumq; omniũ suarum probè gnarũ. Qua de causa omnibus nos ex partibus munitissimos esse oportet. Nam & ciuitas quàdiu muro vndiq; cincta est, eos irridet à quibus obsidetur, præsidio illo tutissima: vbi verò quis murum diruerit ad portulæ tãtùm magnitudinẽ, tum longè illi abest sepți præsidiũ: etiã si firmum alioqui, ac tutum illud maneat. Haud aliter igitur & dei ciuitas, dum ipsam vndiq; pro muro pastoris solertia atq; prudentia cingit, aduersariis suæ omnes machinæ, artesq; in opprobrium risumq; cedunt, euaduntq;: qui eam incolunt indemnes atq; illęsi: si autem eam parte aliqua demoliri quis possit vt vniuersam non diruerit, à parte totum, vt sic dicã, labefactatur. Quid enim profuerit aduersus gẽtiles viriliter aliquem dimicare, si illum populentur Iudæi? Quid item de ambobus his victoriã reportare, si Manichæi illum deprædentur? Atq; adeò vel his superatis, si qui dicunt fato omnia regi, pecudes intus iugulẽt? Et quid hic opus est omnes diaboli hęreses, sectasque cõnumerare? certè nisi omnes eas pastor rectè noluerit propulsare, poterit lupus vel per vnã ex eis tantùm, bonã pecudum partem deuorare. Iã in bellis militaribus ab iis qui stant, ac depugnãt fore tum victoriam, tum cladẽ expectãdum semper est. Hìc verò res longè in cõtrarium cedit. Persæpe enim vsuenit, vt pugna aduersus alios cœpta, ad eos qui prorsus nõ cõgressi fuerint, quiq; nihil omnino pulueris bellici hauserint, quiescentes sedentesq;, victoriã deferat: tum vt qui in iis non magnopere exercitatus fuerit, proprio ipse gladio cõfossus & amicis, & hostibus ludibrio sit. Verbi gratia (periclitabor enim tibi id exemplum planum facere quod dico) Legem quã Moses à deo accepit, qui Valentini ac Marcionis insanum dogma tanquã per manus traditum accepère, atq; adeò quicunq; eadẽ cum illis sentiunt, de sacrorum scriptorum catalogo delent. Rursus illa eadẽ Iudæis tam sacrosancta est, vt contendant, tempore etiam id iam vetãte, nihil in ea esse quod obseruari nõ debeat, præter diuinum etiam placitum. At dei ecclesia vtrorũq; intemperãtiam vitans, mediam viam sequuta est: quæ neq; cẽset collum illius iugo submittendum, neq; patitur, vt illã calumnieris. Sed vel exoletã laudat, quòd ea scilicet ad tempus vsum atq; vtilitatem pepererit. Oportere igitur puto eum qui aduersus vtroslibet depugnatur⁹ sit, modum huiusmodi adhibere. Nam si Iudæos docere volens, intempestiuè nunc veteris legis ceremoniis impediri, acriter increpitare atq; accusare illam cœperit, nimiũm hæreticis oblatrare volentibus ansam nõ mediocrem dederit: qui si huiusmodi hæreticorum ora obturare voluerit, veterem legem laudibus extulerit immodicis, eam tanquã hodie quoq; necessariam commendans, fiet vt Iudæis ora laxet. Rursus qui Sabellij insaniam insaniũt, ac quos Arij rabies inuasit: ij

Auasit, ij q̃ modũ minimè seruarint, à sana vtrique fide prolapsi sunt: qui iidem Christianũ etiam nomen obtinent. At si dogmata examines, alteros inuenies Iudæis nihilo meliores saniorésve, nisi quatenus appellatione tantùm inter se differunt: alteros maximè conuenire cum Pauli Samosatensis hæresi: cæterùm vtrosque longè à veritatis tramite aberrare. Magnũ igitur hìc periculum, arctaq; & angusta via, præcipitiis vtrinque intercepta: verendũq; maximè, ne alterum dum ferire vis, ab altero vulnus accipias. Etenim si quis deitatem vnam posuerit, hic Sabellius continuò debachabitur vocem hãc ad suã insaniã, impietatemq; pertracturus. Sin verò diuisione quis facta aliũ patrem, alium filium, aliũ esse spiritũ sanctum dixerit, hìc instabit Arius, in diuersitatem essentiæ, personarũ differentiam trahens. Fugienda verò, auersandaq; est tũ illius impia confusio, tũ huius insana diuisio, ita vt patris, filij, ac spiritus sancti deitatem vnã fateamur, personas quas vocãt hypostaseis tres addẽtes. Hac enim ratione vtrorũq; incursiones, quasi vallo obiecto impedire poterimus. Sunt item & alij cõgressus, insultusq; permulti, quos hìc colligere possem⁹, aduersum quos nisi diligẽter, fortiq; animo decertgueris, fiet vt pugna decedas vulneribus confossus innumeris. Iã quis numerare queat domesticorum nugas, atque contentiones? quæ quidẽ externis insultibus inferiores quũ non sint, maiorem etiã ei qui docere illos velit, sudorem pariunt. Sũt enim alij, quibus præ curiositatibus studio temerè ac nullo cum consilio solicitè indagare ac scrutari ea placet, quæ neque facilè disci possunt, neque iis vtilia esse, qui ea edocti fuerint. Alij rursus iudiciorũ diuinorum rationes ab eo postulant, conati abyssum illam magnam dimetiri. Iudicia enim tua (inquit ille) abyssus multa. Item fidei, ac vitæ institutionis paucos admodũ inuenias studiosos: plures autẽ curiosè ea indagantes exquirẽtesq;, quæ nequaquã inuenire queas, quorum item exquisitio deum etiam iritat. nam quoties quæ ille noluit nos scire, ediscere conamur, ea ipsi neque sciemus, (quî enim deo id nolẽte?) & periculum vel ex ipsa tantùm indagatione ad extremũ reportabimus. Atque hæc quum ita sint, tamen quũ quis authoritate inte[illegible] iusmodi curiosorum hominũ ora obstruxerit: is sibi tũ arrogãtiæ, tũ insolentiæ notã inurit. Qua de causa antistitẽ magnam huc adhibere prudentiam oportet, vt tum illos ab huiusmodi quæstionibus abducat, tum eas quas dixi criminationes à se amoliatur. Cæterùm aduersus hæc omnia nullum aliud q̃ euãgelici sermonis suppetit auxilium: qua facultate si antistes spoliatus fuerit, fiet, vt eorũ animæ qui ei subditi fuerint (de iis loquor qui infirmiores curiosiorésq; sunt) nihilo[illegible]neli⁹ sese habeãt, q̃ naues eæ, quas assidua maris tempestas exagitat. Quãobrem episcopum oportet nihil non agere, vt sibi facultatem hãc comparet. Atque hìc Basilius: Quid igitur, inquit, Paulus ille facultatis huius sibi paranda studiosus neq; aquam fuit? qui ne eloquẽtiæ quidem inopiam dissimulat, sed apertè idiotam se esse profitetur. Idq; tũ maximè quũ ad Corinthios scribit viros ab eloquentia in qua magnopere sibi placerent, claros atq; illustres. Hoc ipsum, inquam, hoc ipsum certè est, quod plerosq; perdidit, remissiores quod vere doctrinæ studium reddidit. Etenim quum nõ possent illi apostolicę mentis altitudinem exactè rimari, neque verborum sensum capere: totius ætatis tempus consumpsere in somnolentia atque oscitantia, insciitiam eam amplexati, non quam sibi ipse Paulus tribuit, verùm à qua tãto ille abfuit interuallo, quãto non alius quisq; eorũ omnium hominũ qui sub cœlo hoc viuunt, abesse potest. Cæterũ proposito hoc aliquantisper à nobis intermittatur. Interim autẽ illud dicã: Sit nobis Paulus ex ea quidẽ parte idiota quatenus illi iidẽ eum faciunt. Quid tum, si illũ contuleris cum nostræ ætatis hominibus? Etenim facultatẽ ille obtinuit, orationis facultate multò præstantiorem, ac longè potentiorem. Ostendens enim sese tantùm, ac tacens, dæmonibus formidabilis erat. Nostri omnes si vnum in locum simul cõuenerint cum infinitis tum precibus, tum lachrymis, nunquàm certè tãtùm possint, quãtùm olim Pauli semicincta potuere Paulus quidem precibus mortuos suscitauit. præterea miracula alia ædidit tam multa, vt apud externos pro deo haberetur: atq; anteq̃ vitã cum morte commutasset, dignus habitus est, qui vsque ad tertiũ cœlũ raperetur, verborumq; particeps fieret, quæ humanã naturã audire nequaq̃ fas est. At qui hodie viuunt homines, sed nihil ego eloqui possum quod molestũ, inuidiosũq; sit. Neq; enim hæc dico, quò memoriæ nostræ hominibus insultẽ: sed q̃ admirer, quo pacto non perhorrescant, dum sese cum tali viro conferunt. Nam si miraculis omissis ad illius vitã descenderimus, eiusdemq; mores ac studiũ verè angelicũ excusserimus, per hoc demum Christi athletam magis q̃ per miracula victoriam reportare videbis. Quorsum enim dicere attinet zelum, mansuetudinẽ, continentia pericula, frequẽtes curas perpetuas animi solicitudines ecclesiarũ causa susceptas, commiserationem affectumq; in lãguentes ægrotantesq;, afflictiones permultas, alias atque alias persequutiones, quotidianas mortes? Quis enim locus orbis vniuersi, quæ continens, quod mare iusti illius certamina ignorauit? Illum vel deserta atq; inhospita tellus cognouit, atq; adeò periclitantem identidẽ hospitio excepit. Nã & insidiarũ genera omnia pertulit, & nullum non victoriæ modũ expertus est, vt in decertando indefessus, ita in reportanda victoriæ corona continuus. Sed enim nescio quo pacto eo ipse perductus sum, vt tanti viri laudes oratione mea eleuarem magis q̃ exornarem. Eximia enim illius facinora vt omnium orationẽ excedunt, ita nostram tantùm superant, quantùm ab iis relinquimur, qui dicendi facultate in primis excellunt. Atqui ne sic quidẽ (neque enim euentu, sed animo potius cõsiliũ nostrum ille metitur) supersedebo, donec eloquutus id fuero, quod tantò est iis quæ dixi præstantius, quantò ille mortalib⁹ omnibus excellentior. Hoc igitur quid est? Certè post tam multa egregia facinora, post innumeras coronas, in gehennã detrudi, & æterno tradi supplicio optauit, vt Iudæos qui ipsum crebrò tum lapidarant, tum etiam quantùm in ipsis erat interfecerãt, seruaret, & Christo lucrifaceret. quis mortalium sic Christum desiderauit, si modò desiderium hoc appellandum est, ac non potius aliud quiddam desiderio maius? Etiã ne igitur nosipsos cum illo conferemus? Idq; post tantam gratiã quam partim cœlitus accepit, partim ex se ipse præstitit? Hoc verò quidnã esse queat audacius, ac temerariũ magis? Atqui quod vnum reliquũ est, Paulum sic idiotam nequaq̃ fuisse vt isti existimãt, id iam cõmonstrare aggrediar. Isti enim non eũ modò qui in peregrinę ac prophanę eloquentiæ præstigiis tyrocinium non posuerit, sed etiam eum qui pro tuendo veritatis dogmate depugnare nesciat, idiotam appellant: & rectè id quidem. At Paulus non vtrobique idiotam se profitetur,

Acto.6.b
1.Pet.3.c
Acto.19.b.c
Ibidem.
2.Co.11.a
Rom.9.a
Act.14.d
Psal.35.b
2.Co.11.b.c
BASIL.
CHRYS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gsitetur,sed in horum altero duntaxat. Id quod dū confirmaret,rem diligenter admodum diffiniuit:oratione nota etiam cognitione idiotā se appellitans. Et certè si hic exigere vellemus Isocratis tersum læuorem. Demosthenis amplam sublimitatem,Thucydidis verendam maiestatem,Platonis excellentem dignitatē, Pauli testimonium hoc adductum esse oporteret.Nūc verò,si placet,omnia illa prætermittentes,ac peregrinæ eloquentiæ ornatum vt superuacaneum ducentes, dictionem,enunciationemq; negligamus: ac nobis orationis paupertatē sic permittam°, vt rerum verborumq; compositio nuda nobis ac simplex sit: modò ne quis in cognitione, atq; adeò in dogmatibus diligenter excutiendis idiotam se præstet:neque quò suam ipsius ignauiam protegat, Paulum illum beatum ornatu suo maximo,tum laude quæ in eo summa est,dispoliet.Vndenam enim,obsecro,Iudæos eos, qui Damascum incolerent,cōfudit,signis miraculisq; ab eo nōdum cœptis?Vnde Græcos idem suppleuit? Quamobrem autem Tarsum relegatus est? nónne id factum est,posteaquam vi dicendi victor ille euasit:sic,vt quū victos se illi ferre non possent,ad illius cædem inflammati ferrentur?Nondum enim miracula ædere cœperat.Neque verò dicere quis possit,Paulum ab æditorū miraculorum gloria,apud multitudinem in admiratione habitum: eosq; qui cum eo congrederentur ab ipsius fuisse existimatione oppressos. Ad id enim vsq; tempus non nisi ab eloquentia victoriam de aduersariis reportabat.Aduersus eos autem, qui Iudaismum sequi in Antiochia cœpissent, quibus auxiliis pugnauit, disputauitq;?Rursus Areopagita ille superstitiosissimæ ciuitatis illius ciuis,nónne vnà cum vxore,audita tantùm Pauli cōcione illum secutus est? Eutychus verò quomodo de fenestra delapsus est? nónne posteaquàm vsque ad multam noctem Pauli docentis orationi intentus operam dedit?Quid verò in Thessalonica atque Corintho,quid in Epheso & in ipsa Roma,nónne totos dies totasq; noctes insumpsit,dū diuinas scripturas ordine exponeret?Iam quorsum percensere opus est disputationes eas, quas cū Epicureis Stoicisq; palàm habuit?Nam si hic omnia referre velim,profectò noster sermo in magnam sese longitudinem producat.Quum igitur Paulum constet tum ante miraculorum æditionem,tum in mediis ipsis miraculis magnam adhibuisse eloquentiam : qua fröte iam sustinebunt idiotam illum vocare , cuius magna fuit apud omnes qua disputantis, qua concionantis admiratio . Quamobrem enim Lycaones ipsum Mercurium esse suspicati sunt ? Nam quòd Barnabam ac Paulum deos esse crederent,id à signis æditis fiebat. Quòd autem Paulum Mercurium esse vellent,id non iam à signis,sed ab eloquentia nascebatur.Quánam autem re prærogatiuā ille verè beatus vir inter cæteros apostolos obtinuit?Vnde item per vniuersum terrarum orbē multus in omnium mortalium ore versatur?Vnde nō apud nos modò,sed etiam apud Iudæos, ac gentiles in primis admirationi est?nónne ab epistolarum facultate ac virtute:per quam non eos tantùm qui id temporis in Christum crederent, sed eos quoque qui ab eo tempore in hunc vsq; diē credidere,ac qui postea credituri sunt(tantisper dum ille de vnoquoque iudicaturus aduenerit)adiuuit , adiuturusq; est?Id quod facere nunq; cessabit,donec mortale genus duraturū est. Cuius certè scripta instar muri ex adamante constructi omnes orbis vniuersi ecclesias quouis in loco positas circūuallāt:Idemq; ille fortissimi ac generosissimi belK
latoris exemplo medius etiam nunc stat, captiuam ducens omnem cogitationem ad obediendum Christo: itemq; & cōsilia celsitudinemq; omnem aduersus dei cognitionem sese extollentē demolīens , quæ omnia ille perfecit per illas ipsas quas nobis reliquit epistolas admirabiles,easdemq; diuina sapientia refertas . Sunt autem Pauli scripta nobis accommoda non solùm vt notha atque adulterina à nobis dogmata amoliamur, veriq; ac germanis nos muniamus, sed etiam ad bene,beateq; viuendū maximopere conducentia . Horū enim antistites etiā hodierni vsu ac præsidio castā virginem,quā ille Christo adaptauit, despondit;q; concinnatā deformatamq; ad spiritualem venustatē pulchritudinemq; perducunt.His item simul irruentes in illā morbos propulsant,simul præsentem conseruant incolumitatem.Talia sunt ea ipsa medicamina, quæ nobis idiota ille reliquit,ac tantas certè illa vires obtinent: quorum quidē experientiam probè admodum norunt qui assiduum eorū vsum adhibent.Atque ex his quidē liquidò constat Paulum non mediocrem his in studiis operam collocasse. Tu verò audi præterea,quibus ille verbis discipulū suum hortetur:Lectioni,inquit, operam dato,exhortationi,doctrinæ:quarū rerū & fructū addit,quū ait:Nā si id feceris,teipsum seruabis, & eos qui te audierint.Ac rursus:Seruum domini non oportet pugnare,sed placidum esse erga omnes, propēsum ad docendum,tolerantem malos cum mansuetudine. Ac progressus ait:At tu persistito in iis, quæ didicisti, & quæ tibi concredita sunt,sciēs à quo didiceris, & q à puero sacras literas noueris , quæ te possunt eruditū reddere.Ac rursus:Omnis scriptura diuinitus inspirata,& vtilis ad doctrinam,ad redargutionem,ad correctionē,ad institutionē quæ est in iustitia: vt integer sit dei homo ad omne opus bonum apparatus.Audi autē quæ ille addat,dum cum Tito de episcoporū constitutione disserit:Oportet enim,inquit,episcopum tenacē esse eius,qui secundum doctrinā est, fidelis sermonis, vt potēs sit etiam exhortari per doctrinam sanam,ac contradicentes conuincere. Quo igitur modo qui sic idiota erit,vt hi esse volunt,contradicentes conuincere,eorumq; ora obturare poterit:Quum verò opus est operā nauare lectioni,ac scripturis,si ea nobis imperitia amplexanda est?Crede mihi, nihil aliud esse omnia ista possunt q excusationes quædam , quàm socordiæ atque pigritiei tituli ac prætextus.At verò,inquies,episcopis hæc Paulus præcipit . Et nobis sanè de episcopis sermo habetur. Quòd autem ea etiā subditis præcepta sint,audi rursus quid Paulus in alia quadā epistola alios cōmonefaciat : Sermo Christi inhabitet in vobis opulente cum omni sapientia.At rursus: Sermo vester semper cū gratia sit sale conditus,vt sciatis quomodo oporteat vos vnicuiq; respōdere:Iā id quod Petrus vult, vt parati scilicet simus ad respondendū, omnibus quidē præceptum est.Paulus item ad Thessalonicēses scribens:Aedificetis,inquit,singuli singulos, sicut & scitis.Quum autem de sacerdotibus verba facit,Qui bene præsunt,inquit,presbyteri, duplici honore digni habeantur,maximè ij qui laborāt in sermone ac doctrina.Hic enim demum doctrinæ terminus cō summatissimus,quum sacerdotes tum factis, tum verbis eos,quos erudiunt,ad beatam illam vitam à Christo institutā cōducūt.Neq; enim nuda facta satis sunt ad hoc vt alios edoceas, nisi & cū his verba accedāt. Quę vox non mea est,sed seruatoris nostri Iesu: Quisquis

2.Cor.11.b

Act.9.d.e

H

Ibidem.17.b.c.d
Ibidem.g

Ibidē.20.b

Ibid.17.d

I

Act.14.b

2.Cor.10.b

L
1.Tim.4.d

2.Tim.2.d

Ibidem.3.d

Ibidem.

ad.Tit.1.d

M

Coloss.3.c
Ibidem.4.a

1.Petri.3.c

1.Thess.5.b

1.Tim.5.c

Mat.5.c

A quis enim,inquit,fecerit simul ac docuerit,hic magnº vocabitur,q si is qui facit,idem & doceret:supervacaneum certè id foret,quod secundum additum est. dixisse enim satis erat,quisquis fecerit tantùm Itaque q vtraque illa distinxerit, ostendit alias esse operū partes,alias sermonis,atq; vtrunque alterius subsidio indigere ad consummatam ædificationem. An non audis,quid Ephesiorum presbyteris scribat Christi organum illud electum?Propter quod vigilate,inquit, memores,q per triennium nocte ac die non cessaverim cū lachrymis monere vnumquemq; vestrū . Quis enim vel lachrymarum , vel commonefactionis per verba præstitæ vsus,vita in eo apostolica sic radiante? Certè vt mandata obseruet,possit vita huiusmodi magna ex parte conferre : neq; enim illi,quicquid bellè ac præclarè gestum fuerit,cōtinuò soli acceptum retulerim. Quū autē de dogmatibus exortum fuerit certamen, depugnántque omnes ab iisdem scripturis,quámnam hic vitę exemplum facultatem præstare,quámnā vim exhibere poterit : quídnā verò vtilitatis sudores permulti allaturi sunt,quum vel post labores illos exhaustos,à crassa quadā insicitia in hæresim quis delapsus ab ecclesiæ corpore absciissus æulsusque fuerit ? quod quidem scio multis vsu venisse. Quod tandem illi tū fuerit tolerantiæ commodum?certè nullum.Sicut neque fidei integræ atque incolumis vsus fuerit vllus, si perditè alioqui ac corruptè vixeris . Quibus de causis eum oportet, qui docendorum aliorum munus sortitus est,in primis huiusmodi certaminum peritia valere.Nam tametsi tutus ipse perstat , nihilq; prorsus ab aduersariis læditur:tamen simpliciorū hominum multitudo illi subiecta vbi animadverterit ducem victum esse,ac nihil habere quo se contra aduersarios tueatur, iam non victi infirmitatem,sed dogmatis potius imbecillitatem vitiumq; causantur . Atq; ita demum ob vnius hominis imperitiam , multus populus in extremam perniciem præceps rapitur,qui quanq̄ haud sese penitus cum fidei aduersariis cōiungunt, tamen de iis ambigere coguntur.de quibus confidere ipsi poterant,& ad quos sese cum fide inconcussa contulerant, iam non illis cum eadem constantia attenti esse possunt:verùm tantus æstus,tanta tempestas illorum animos infestat superato præceptore, vt malum ipsum in naufragium tandem erumpat . Quanta autem pernicies,quantus item ignis in infælix miserumq; illius caput aggregetur,singulis quibusq; ex subditorum numero pereūtibus:nihil opus est vt te hic doceam , qui per te ipse omnia ad vnguem noristi . Hoccine igitur est arrogantiæ,hoccine inanis gloriæ facinus, quòd mihi impingitur,q scilicet recusauerim tam multarum animarum interitus author fieri,ac mihi maius supplicium accersere,quàm præparatū alioqui destinatumq; post obitum esset?Quisnā verò id mihi vitio verterit?certè nullus,nisi siquis insanire,ac nulla cum ratione expostulare,inq; alienis calamitatibus philosophum agere volet.

B

C

Acto.20.f

LIBER QVINTVS.

Ventum experientiæ, atque exercitationis episcopum ad agendas veritatis tuendæ cautsas afferre oporteat, satis superque demōstratum nobis puto.Dicendum autem aliud quiddam superest , cuius causa infinita alia existunt pericula , seu vt verius dicam,non eius certè causa, sed iis potius authoribus,qui eodem rectè vti nesciunt . Quandoquidem res ipsa & salutis,& plurimorū bonorum conciliatrix est, si illius administratio in studiosorum ac D
proborum virorum manº eciderit.Id igitur quid est? Nempe labor ingens concionibus , disputationibusq; publicè ad populum habendis, impensus . Primùm enim bona subditorum pars nolunt se ad concionātes episcopos sic accommodare, vt se ipsi ad præceptores audiendos accommodant:sed discipulorum ordinem conditionemq; supergressi spectatorum eorum conditionem vsurpant qui in theatris stadiisve certamina spectaturi otiosè sedent.In quibus quemadmodum solenne esse videmus,vt multitudo in contraria scinda tur studia,aliis huic , aliis illi applaudentibus: ita sane & hac in parte discissi , alij cum hoc, alij cum illo sese coniungunt,aliàs ad gratiam,aliàs ad inuidiam dicenti aures accommodantes.Neque verò id solum molestū est,sed & aliud quiddam, hoc ipso nequaquam inferius.Nam si quam forte ex concionatoribus contigerit partem aliquam eorum , quæ ab aliis elaborata fuerint suis ipsis concionibus intertexere, certè pluribus opprobriis obnoxiū se reddit , quàm qui alienas opes sustūrantur,quum alioqui etiam sæpe fiat, vt concionator ne aliunde quidē mutuatus quicquam,sed ea E
de re tantùm suspectus,instar furis alicuius in ipso furto deprehensi habeatur.Et quid dico,eorum,quę ab aliis elaborata fuerint ? Certè ne illi quidem licet suis propriis inuentis assiduè vti. Aures enim suas vulgus assuefecēre,non vt ad vtilitatem,sed ad voluptatē potius audiant,quod faciunt qui vel de tragœdis , vel de citharœdis, iudicaturi sedent. atque adeò dicendi vis illa quam haud ita dudum explodebamus, hac in parte tantum sui desiderium præbet , vt ne in rhetoribus quidem ipsis , quum illi inter se concertant,tanta requiratur.Hìc ergo generoso opus est animo , eoq; qui longè exiguitatem hanc superet, vt multitudinis voluptatem illam immoderatam, infructuosamq; compescat.possitq; illorum auditionem ad id quod vtilius futurum sit transferre,hac ratione vt populum se sequentem,ac sibi obsecundantem habeat,non etiam vt ipse à populi desideriis agatur:id quod prestare nemo potest, nisi idem simul popularem auram aspernetur, simul dicendi vim obtineat . Quorum vtrunque nisi adfuerit certè alterum alteritis auxilio destitutum nul F
li vsui esse possit.Nam si is laudum titillationem forti animo contenens,tamen non exhibuerit doctrinam sale ac gratia conditā,fiet vt à multis despicabilis habeatur,nullo prorsus lucro commodóve ab animi magnitudine illa accepto.Rursum si dicendi partem optimè præstare quum possit,à plausu atque aura populari vincatur,tum ipsi,tum multitudini quæ audit,damnum detrimentumq; idem propositum,hoc ipso quòd laudum ille suarum desiderio captus ad auditorū gratiam magis,q̄ vtilitatem dicēdi vim exercet. Ac quē admodum nescio quo pacto fit , vt qui nulla ex parte popularibus laudibus capitur , quiq; idem dicendi est imperitus,is neque obsecundare multitudinis voluptatibus possit,neq; rursus auditoribus magno admodum vsui adiumentoque esse,propterea q̄ nullis eloquētiæ doctrinæve præsidiis instructus est:sic qui laudū desiderio trahitur,is quū doctrina,eloquentiaq; sua multitudinē reddere meliorem possit, maluit certè,dū laudes eas quas à multitudine accepit,cōpensare cupit, ea in mediū afferre,quæ auditores delectare possunt, his ipsis populares plausus clamoresq; captans . Eū igitur qui optimus populi ductor futurus sit,vtraque illa dote præditum esse conuenit:vt ne altera si abfuerit , alteram

Universidad de Deusto
Biblioteca

G alterâ ſubuertat. Quũ enim in medio exurgẽs, oransq; populo, ea eloquutus fuerit, quæ otioſorũ hominũ ignauiâ atq; ſocordiâ perſtringere poſſunt, ac deinde labatur & intercidat illius oratio, tũ verò prædicẽdi inopia erubeſcere ille cõgatur: diffluit continuò atque euaneſcit omnium eorũ quæ dixerit lucrũ. Nam qui ab eo perſtricti fuerint, illius verbi ſuccẽſi, dum alia repẽdere nõ poſſunt, ignorantiæ ſcõmatis eũ laceſſunt, his arbitrati ſua ipſorũ opprobria adũbrare. Propterea oportere epiſcopũ puto aurigæ optimi exemplo vtraſq; illas virtutes diligenter attẽperare, vt ipſi liceat illas ſimul ritè, atque ordine pertractare: quum enim talem ſe præſtiterit, vt à nemine reprehendi poſſit, tũ poterit cum quãta voluerit libertate ſubditorum ſuorum omnium delicta aliâs caſtigare, aliâs remittere: prius autem, hoc illi haud facilè factu fuerit. Porrò animi magnitudinẽ ſic eũ præſtare oportet, vt illam non ſolùm intra popularium laudũ contemptionẽ contineat, ſed & vlterius promoueat, vt ne rurſus lucr[illegible]ũ id quod captat, imperfectũ maneat. Quidnam igitur aliud cõtẽnere illum cõuenit? liuorem, atque inuidiã. Intempeſtiuas autẽ inſimulationes (quippe antiſtitẽ neceſſe eſt abſurdas etiã deuorare criminationes) neque præter modũ vereri, ac reformidare, neque rurſus leuiter deſpicere cõuenit: ſed te oportet vt falſæ etiã exiſtant, vt à plebeis ac contẽptis hominibus in te cõtorqueãtur, contẽdere eas ſtatim vt extinguas. Nulla enim res alia magis famã auget, vel bonam vẽi malã, q̃ vulgus incompoſitũ: vt quod citra omnẽ delectum, ac iudicium & audire, & eloqui quũ aſſuefecerit, id omne quicquid occurrerit, temerè proloquatur, nulla prorſus veritatis ratione habita. Quãobrem te nõ oportet vulgus ipſum contẽnere, quin potius ſuſpiciones prauas ſtatim atque exortæ illæ fuerint intercidere: blandè itẽ appellare eos qui te inſimulauerint, vt illi etiã iniquiſſimi ſint: ac nihil prorſus omittere rerũ earũ, quæ prauãm de te opinionẽ delere poſſint. Sin verò omnia quũ præſtiterimus, noluerint qui nos accuſant quieſcere, tum demũ contẽnere eos licebit. quandoquidẽ ſi quis ob populi dicta huiuſmodi, animo ſtatim deiici cœperit, næ is nihil vnquàm quod generoſum admirandumq; ſit, párere poterit. Siquidẽ mœſtitia, itemq; curæ ac ſolicitudines perpetuę animi vim maximè poſſunt proſternere, eundemq; ad ſummã etiã imbecillitatẽ perducere. Oportet igitur ſimiliter epiſcopũ erga ſubditos affici, vt ſi pater erga liberos ſuos admodũ infantes afficeretur. Ac quemadmodũ illis neque inſoleſcẽtibus, neque cẽdẽtibus, neque lugẽtibus admodũ laboramus, ac ne quũ nobis quidem arriſerint, criſtas tollimus: ſic nos oportet neque vulgaribus laudibus intumeſcere, neque probris animũ deſpondere, ſiquando ea intempeſtiuè erũpere videas. Id verò ô bone difficile admodũ ac fortaſſe tale, vt præſtari à nemine poſſit. Suis enim laudibus audiẽdis nihil inde delectari, neſcio an cuiquàm vnquàm mortaliũ obtigerit. Porrò cõſentaneũ quidẽ eſt, vt qui laudib⁹ delectetur, idẽ illis etiam frui appetat: eum autẽ qui frui appetit, omnino neceſſariũ eſt mœſtitia, ac dolore affici, quoties illas nõ poteſt aſſequi. Nã quemadmodũ quos diuites eſſe iuuat, ſiquãdo in paupertatẽ inciderint, mœrore afficiuntur, & qui deliciis aſſueuere, tẽuiẽ ac ſimplicẽ victum tolerare nunquã poſſint: ita qui laudũ amore capti ſunt, nõ ſolùm quum iniuſtè vituperantur, ſed etiam quum ab aliis aſſiduè nõ laudantur, quaſi fame quadam animum conficiunt. Idq; maximè, ſi in ipſis laudibus educati fuerint: aut ſi alios apud ſe laudari audierint. Qui K verò cum laudũ appetentia huiuſmodi in docẽdi certamen prodierit, quàm multis illum negotiis, quàm multis animi doloribus obnoxiũ put[illegible]s? Certè neq; mare vnquam poteſt vndis carere, neq; illius animus curis atque anguſtia. nam ſi is fortè fuerit magna dicendi vi præditus (hoc autẽ paucorũ quidẽ eſt hominum) ne ſic quid eſt ab aſſiduo labore expedire ſe poteſt. Etenim quãdoquidẽ nõ natura, ſed diſciplina eloquẽtiã paritq; quũ ad illius etiã faſtigiũ quis peruenerit, tũ certè ab ea ipſe deſtituetur, niſi cõtinẽti ſtudio, atq; exercitatione vim huiuſmodi excoluerit. quo fit, vt qui peritiores iã ſunt, iis maior q̃ imperitiorib⁹ labor ſit propoſit⁹. Neq; enim par atq; eadẽ iactura hos & illos manet, ſi rem vterque neglexerint. Verùm tãto ea maior eſt iactura, quanto inter ſe interuallo poſſeſſio vtraque, hoc eſt & peritia & imperitia diſſidẽt. Imperitos quidem nullus in ius vocet, ſi nihil illi attulerint quod eruditum atq; eloquens ſit. At periti niſi ſemper è penu ſua vberiora quædam, & quæ eloquentiæ opinione, quam vulgò iã receptam habent, maiora ſint, protulerint, ne auditorum omnium criminationibus ob- L noxij ſunt. Adde quòd illi vel à mediocri eloquentia magnas etiam laudes aſſequi poſſint: quum horũ ſermo niſi apprimè admirabilis, atque adeò ſtupẽdus fuerit, tantùm abeſt vt laudatores inueniat, vt etiam accuſatores permultos conciliet. Neque enim auditorũ conſeſſus magis ex præiudicata iam dicentium exiſtimatione opinioneq;, quàm ex iis quæ dicuntur iudiciũ prolaturus eſt. Quapropter quum quis cæteris eloquẽtia præſtiterit, tum demum illi in primis ſtudio, ac labore opus eſt, neque enim prætendere poteſt id excuſationis genus, quod naturæ humanæ commune eſt: fieri ſcilicet non poſſe, vt omnibus horis ſapias. Verùm niſi vbique dicta illius omnia exiſtimationis ipſius magnitudini reſponderint: infinitis certè cũ ſcõmatis, ac criminationib⁹ à populo acceptis domum ſe recipiet. Quũ interim nemo exiſtat qui ſecũ reputet vel triſtitiam aliquã, vel angorem, vel ſolicitudinẽ nõnunquã, itẽ & iram quæ in animum irruerit ſolere mẽtis aciei tenebras offundere, neque ſinere ipſos animi fœtus puros ſyncerosq; gignere: præterea fieri omnino nequaq̃ poſſe, vt qui homo ipſe ſit, vbique eundẽ ſe præſtet: ac M quicquid tẽtauerit, id omne proſperè illi vt ſuccedat. At conſentaneũ quidẽ eſſe, vt & nonnunq̃ aberret, ac ſe ipſe inferior appareat. quarũ rerum omniũ nullam illi, quod iã dixi, cõſiderare volunt, quinimo ſic in illũ crimina impingunt, vt ſi angelo iudices eſſent. Quum alioqui etiã natura cõparatũ videamus, vt alterius facinora atque officia quantũuis licèt multa ac magna deſpiciamus: ſin vel leue quidpiã in eo deſideretur, isq; vel ex lõgo interuallo aberrauerit, id plebs ſtatim perſentit, pröptè mordet, atq; vbiq; meminit. Atq; hoc ipſum parũ licèt ac tenue, multorũ eorũq; magnorũ facinorũ gloriã identidẽ eleuauit. Vides ô bone maiori opus eſſe ſtudio, ei potiſſimũ, qui dicendi præſtãtia valeat, ac præter ſtudiũ tanta itẽ tolerãtia, quãta ne illis quidẽ omnib⁹, quos tibi prius nominaui, opus fuit. Etenim illũ permulti temerè, ac nullo cõſilio idẽtidẽ adoriũtur, qui ipſi aliud habẽt nihil quod incuſent, niſi q̃ illũ ægrè ferunt apud omnes inclarẽſcere: quo magis illorũ fortiter, ac generoſè fereda eſt inuidia. Cuiuſmodi odiũ execrabile quod temerè illi collegêre, occultare ac diſſimulare quũ ipſi non poſſint, clàm conuiciãtur, incuſant, calũniantur, malitiæ etiam ſuæ vi-

A rus palàm diffundunt. Animus autem is, qui ad illa ſingula dolorẽ aliquem concipere, atq; inde iritari cœperit, non poteſt quin eo ſtatim dolore arrodatur, atq; cõficiatur: neq; enim illũ per ſeſe ipſi vleiſcuntur tantùm, ſed id etiam aliorum opera aggrediuntur: ac ſæpe fit, vt vnũ aliquem ex eorum numero, qui dicendi facultate minimè valeant, eligant: eundẽq; laudibus in cœlũ extollentes, ſupra dignitatẽ admirentur: alios ad id inſania, alios inſcitia, alios inuidẽtia impellente: nõ quidẽ vt illius eloquentiam admirabilẽ reddant, quæ talis etiã ipſa nõ ſit: ſed vt huius gloriam deuent atq; extinguant. Neq; verò cum huiuſmodi adũerſariis athletæ illi certamen modò propoſitũ eſt, ſed & ſæpenumero cũ vniuerſi populi imperitia. Nam quandoquidẽ ex elegantibus eloquẽtibusq; viris auditorũ in vnum coëuntiũ conceſſus haudquaquã cõflatur: verũ bona concionis totius pars ex imperitis conſtat, ſunt autem reliqui & ipſi illis quidem prudentiores: iidem tamẽ tantò iis inferiores, qui de dicendi facultate iudicium ferre poſſunt, quantò iiſdem reliqui omnes. Sed quoniã vnus tantũ aut alter in concione aſſidet, qui dicendi virtutẽ huiuſmodi obtineat: fit neceſſariò, vt qui doctius, atq; eloquentius di- B xerit, minus plauſus reportet: aliquoties autem, ne laudatus quidem diſcedat. ac certè neceſſe eſſe puto animũ contra huiuſmodi ineptias atque abſurditates generoſe præparare, iiſq; ignoſcere, qui inſcitia peccant: eos verò qui inuidia adducti hoc facere ſuſtinent, vt infœlices ac miſerabiles deplorare: neutro autẽ horum exiſtimare epiſcopus debet, de ſua dicendi facultate quicquã detractũ. Neq; enim ſi pictor, qui optimus quidẽ ſit, quiq; omnes pingendi arte præcellat, imaginem accuratiſſimè à ſe expreſſam ab imperitis artificij illius vellicari videat, conuenire putauerim, vt animũ ſtatim deſpondeat, picturãq; ab imperitorũ iudicio ineptam cenſeat: quemadmodũ ne eam quidẽ quæ verè inepta ſit, ob eorum ſtũporẽ, qui pingendi rudes ignariq; ſunt, admiratione, amore, atq; amplexib⁹ dignã cenſere debet. Sit enim optimus opifex ſuorũ quiſq; operum iudex, atq; is quidem opera ea quæ facit, hac ratione vel venuſta, vel inepta iudicet, quũ mens atq; ingeniũ, cuius iuduſtria opera ipſa deformata fuerint, tale de illis ſuffragium, iudiciumq; tulerit: aliorũ autem opinionem erratem, atq; arte carentem ſic reiiciat, vt ne in animi quidem cogitationem deſcendere permittat. Haud aliter ſanè, qui aliorum edocendorũ prouinciam ſuſceperit, is ne de aliorum laudibus dependeat, néve ab iis animum deſpõdeat. Quin orationes hoc cõſilio meditatus, vt deo opt. gratæ atq; acceptæ ſint, hunc vnum ſibi ſtatuat canonẽ, ac terminum optimi illarum opificij non etiam plauſus ac laudationes. Laudatur is ab hominibus, laudes ne reiiciat. Laudes ab auditoribus illi neganturs eas ne ambiat, neu negatis indoleat. Abundans enim illi fuerit laborum ſolatium, idq; omnium certè maximum, ſi ſibi ipſe conſcius eſſe potuerit, ad hanc ſe rationem, doctrinam, eloquentiamq; ſuam compoſuiſſe atq; adaptaſſe, vt deo illa placens acceptáque fiat. Etenim ſi illius animum iniquarum laudum appetentia prius occupauerit, ei certè nihil ſudores laboresq; illi improbi, nihil dicendi vis illa ac facultas profuerit. Humanus enim animus is qui temeraria ac cæca vulgi iudicia ferre minimè poteſt, ſtatim fathiſcit, ſtudiumq; ipſum literarum abiicit. Quamobrem in primis erudiendus is eſt, in laudum contemptu ac deſpicientia. neque enim ſatis eſt eloquentia præditum eſſe ad dicendi facultatem hanc conſeruandam, niſi hic ipſe, quem dico, laudum contẽptus adfuerit. Quòd ſi quis rem ad calculos exactè exi- D gere velit, & illi quoq; qui facultate iſta caret, cõperiet nihilo minus opus eſſe contemptu iſto laudũ, quàm ei qui admodũ eloquens ſit. Nam ſi à popularis auræ illecebris vinci ſe ille patietur, neceſſariò fiet, vt multis in rebus delinquat: vt qui quũ non poſſit claros illuſtresq; illos dicendo æquare, nõ recuſabit aliâs illis inſidias parare, aliâs inuidere, aliâs iniuſtè detrahere, multaq; alia id genus præter decorũ cõmittere: quinimo nihil nõ audebit, vel vſq; ad animæ exitium, vt illorum gloriam ad ſuæ tenuitatis humilitatem deducat. Adde quòd à ſtudiorum ſudoribus laboribusq; abſtinebit, tanquã torpedine quadam illius animo circũfuſa. Quiſquis enĩ poſt immenſos labores ſuſceptos laudis fructũ inferiorem reportat, is niſi ſe prius ad laudũ contemptum gnauiter cõpoſuerit, nimirum animum ſtatim deſpondere, eundemq; ad altam quandã ſomnoſẽtiam cõuertere ſoleat. quando & agricola dum in ſterilium locorũ cultũ ac labore verſatur, ac lapidoſam noualem arare cogitur, ſtatim labore ſuperſedit, niſi illũ vel agricolationis ſtudiũ vehemens, vel famis timor ingruentis vrgeat. Etenim ſi quibus dicendi facultas magna ineſt, vt donum illud conſeruent, tanta opus eſt exercitatione: qui facultatis illius nihil comparauerit, ſed in mediis dicendi certaminibus, in ipſo concionum agendarum ſtadio meditari cogitur: is quantum, quæſo, ſubiturus eſt difficultatis, quantum tumultus, quantum turbulentiæ, vt magno ſuo labore tantillum auræ popularis ſibi conciliet? ſin verò quis exiſtet qui vel inferiorem epiſcopo dignitatẽ atq; ordinẽ ſortitus, hac ſanè in parte plus quàm ille clareſcere poſſit, hic demũ diuino quodã animo opus eſt, vt ne vel inuidia vincatur, vel animi deſperatione opprimatur. Ab inferioribus enim dicendi gloria vinci eum qui dignitate præcellat, remq; fortiter ac generoſe perpeti: id verò non cuiuſlibet, neq; noſtri ſanè fuerit, ſed adamantini potius cuiuſdam animi. Porrò qui ſic excellit, hic ſi humano fortè, ac modeſto animo præditus fuerit, malum vtiq; vtcunque tolerandum. Sin & audaculus, & arrogans, & gloriolæ ſitiens, nimirum mors aduerſario quotidie optanda: vſqueadeo amarulentam ei vitam riualis reddit, in propatulo exuperans, clàm ſubſannans, pleraque de ipſius authoritate identidem vellicans, omnia ipſe eſſe cupiens. quarum rerum omnium maximũ ſibi præſidium facit, tum eam quam in F dicendo vſurpat libertatem, tum multitudinis in ſe ſtudium, tum ſubditorũ erga ſe omnium dilectionẽ. Ignoras quantus iam ornatè copioſeq; dicẽdi amor, quãtum ſtudium in Chriſtianorũ animos inuadat, ac tanq̃ debacchetur: quantoq; iã in precio habeantur, qui ſtudium id excolunt: nõ apud externos tantũ, ſed etiam apud eos qui Chriſtianę pietatis partes ſequũtur? Quî igitur tantũ dedec⁹ quis ferat? quũ ipſo ſcilicet dicẽte taceãt omnes, ac ſeſe interturbari exiſtimẽt, tũ verò oratiõis finẽ quaſi laborũ requiem quandã expectẽt: alterũ aũt vel diu admodũ orantẽ, patienter auſcultẽt, & dicendi finẽ facere volentẽ ægerrimè ferãt: deniq; quo iã ſilere volẽte iritẽtur, cõmoueãturq;? Hęc enĩ etiã ſi tenuia tibi ac deſpicabilia inexperto videãtur, tamẽ eiuſmodi ſunt quæ poſſint tum alacritatẽ extinguere, tum animũ ipſum eneruare, atq; diſſoluere: niſi ſi quis à perturbationibus humanis omnib⁹ ſeſe aſſerens ad incorpoream potentiarum exemplũ animum ipſe ſuũ compoſuerit: quæ quidẽ neq; inuidiæ, neq; gloriæ ſtudio, neq; æteri id genus morbo obnoxiæ ſunt. Proinde ſi quiſquam eſt mortaliũ omniũ talis qui beſtiam hãc captu difficilẽ, indomitam, ac tru-

c culentam,

Universidad de Deusto
Biblioteca

G culentam,auram dico popularem conculcare, ac multiplicia illius capita excidere possit: imò verò siquis est, qui illam nullo enasci modo permittat, hic sanè facilè poterit complures insultus istos à se depellere, ac sereno quodam portu tandem frui: qui si ab ea sese non asserverit,idem hic multiplex bellum, tumultum perpetuum, denique desponsionis animi reliquorumq; morborum turbam aduersum se depugnaturam præparabit. Quorsum attinet reliquas difficultates persequi? quas quidem nemo neque docere,neque discere potuerit,nisi qui in rem præsentem venerit, rerumq; ipsarum administrationem subierit.

LIBER SEXTVS.

ET certè hoc in orbe dum viuitur, huiusmodi res existunt,cuiusmodi ex me audisti. Vita verò defunctis quémnam,quæso,in modum ea à nobis ferentur,quæ tum ferenda erunt,quum nos videlicet pro iis sigillatim omnibus, qui nobis concrediti fuerint,rationem reddere cogemur? neque enim dedecoris tantùm, atque ignominiæ pœna,sed etiam æterni
Heb.vlt.c supplicij mulcta nos illic expectat. Illud enim: Parete
H iis qui præsunt vobis,& cõcedite: nam illi vigilant pro animis vestris,tametsi prius iam à me dictum est, tamẽ ne nunc quidem reticebo. Huius enim cõminationis terror,animum mihi concutit. Nam si ei qui vnum aliquem duntaxat offenderit, expedit vt mola asinaria suspendatur à collo ipsius,ac demergatur in profundũ maris: Item si qui fratrum suorum conscientiam offendũt,
1.Cor.8.c ij omnes in ipsum Christum peccant: qui non vnum, non duos,non tres tantùm,sed tam multos etiam populos perdiderint,illis quid tandem fiet? ac quámnam illi pœnam sunt pensuri? neque enim licet imperitiam excusare,neq; ad ignorantiam confugere,neque aut necessitatis,aut violentiæ speciem obtendere: verùm subditus potius aliquis, si modò id liceat, suis ipsius, quàm antistes aliorum peccatis excusandis, suffugio hoc vti possit. quamobrem? quandoquidem qui delegatus est,vt alienam emendet ignorantiam, tum verò diabolicum instare bellum denunciet, is profectò ignorãtiam prætendere minimè poterit, neque vocem hanc vsurpare: Tubam non exaudiui, bellum non prouidi. Quippe in
Ezc.7.d hoc sedet ille,vt Ezechiel ait,vt aliis signum tuba canẽs det,& quę futura sunt incommoda prænunciet. Quo no
I mine supplicium nulla excusatione depellere poterit, quanuis vnius duntaxat animæ iactura acciderit. Si enim dum romphæa imminet, populo tuba signum nõ
Ibid.33.b dederit,neque prænunciauerit,inquit ille, speculator,ac gladius animam inuaserit: ipsa quidem anima à sua iniquitate capta fuerit,sanguinem autem ipsius ex speculatoris manu exquiram. Desine ergo nos obtrudere in sic ineuitabilis iudicij aleam. Neque enim nobis hic res est de ducendis militibus,aut de regno gubernando,sed de functione angelicæ virtutis indigẽte. Etenim sacerdotis animum solaribus radiis puriorem esse oportet: vt
Gala.1.d nequãdo spiritus sanctus desolatum illum relinquat, vt dicere illi liceat: Viuo equidem non amplius ego, viuit autem in me Christus. Nam si qui eremum inhabitant, quiq; procul tum ab vrbe,tum à foro, tum à tumultibus illinc enascẽtibus securi,liberiq; viuunt: deniq; qui perpetua portus tranquillitate perfruuntur, tuto vitæ illius præsidio fidere nolũt,quinimo infinitas quoq; alias addunt custodias, vnciq; seipsos circũsepientes, magna adeò cum diligentia & dicere & facere omnia adlaborãtes, vt cum libertate ac puritate quadã syncera, quantũ humanus captus ferre potest,ad dei conspectũ accedere K possint: quantã putas sacerdotem præstare debere tum vim,tum potẽtiam, vt animam suã ipsius ab omni vindicet fœditate,vt spiritualem pulchritudinem illæsam, atq; incolumem seruet? Etenim multò maior vitę integritas huic,quàm illis necessaria est. Cui porrò integritas maior necessaria est, hic certè pluribus quàm illi iidem casibus,obnoxius esse cogitur, qui eum cõspurcare possunt,nisi continentẽ sobrietatẽ,ac vehemens admodum studium adhibens,animũ impertium,impenetrabilemq; præstiterit. Nam & oris decor, & motuum exquisita mollities, & incessus affectatum studium,& vocis confractio,& oculorum,& malarũ pigmenta,& cincinnorum compositiones,& capillitij tinctura,& vestiũ sumptuosarũ auratarũq; diuersitas, & gemmarum pulchritudo,& vnguentorum fragrantia,& cætera omnia, quę muliebre genus affectare solet: talia sunt quæ animũ commouere possint, nisi is continentiæ austeritate occalluerit. Proinde ab iis,quæ dixi,commoueri mirũ nequaquam est: at per alia quædam, quę his contraria sint, diabolum ferire,humanasq; animas misso velut telo cõ figere posse, id verò admirationis ac dubitationis plenum est. Pridem enim nonnulli, qui retia illa quæ dixi L euaserant,à longe diuersissimis capti sunt. Nam & neglecta oris facies,& squallida coma,& sordida vestis,& habitus incompositus, & morum simplicitas, & sermo simplex,& incessus inaffectatus, & vox minimè figurata,& paupertatis contubernium,& sui contemptus,& libera item solitudo ad misericordiam primùm pellexerunt eum,qui ea cerneret,pòst autem eundem ad extremam perduxere perniciem: permultiq; inuenti sunt,qui priora illa retia quum effugissent, retia inquã ex auro, ex vnguentis, ex vestibus sumptuosis,cæterisq;, quæ cõnumeraui,contexta,in hæc longè ab illis diuersa, facilè inciderint, hisq; perditi tandem fuerint. Quum ergo & per paupertatem,& per opulentiam,& per habitus elegantiam eiusdemq; negligentiam, & per mores tum compositos tum incompositos,vno verbo quum per ea quæ dixi omnia in spectantis animo prælium accenditur: illumq; dioli,fraudes, artificia vndique circunsistũt: vnde illi,quæso,respirare dabitur,inter tot laqueos medio? quãnam porrò latebras nancisci poterit? non dico ne vi ipse captus succumbat, (hoc enim non admodum difficile,) sed vt suum ipsius animum à fœdis cogitationibus inconcussum asserat. Et quidem nihil hic M
loquor de honoribus, malorum infinitorum authoribus. Honores enim ij qui à mulieribus deferuntur,tem perantiæ contentionem eneruant, ac pessundant sæpenumerò, quoties quis assiduam vigilantiam aduersus huiusmodi insidias afferre nescierit. Rursus honores eos, quos viri largiuntur, nisi quis magna cum animi constantia admiserit: morbis duobus contrariis capitur,quorum alter est adulationis seruitus, alter arrogãtiæ amentia: dum hinc suffalpatoribus, adulatoribúsque sese summittere, hinc propter honores eos quos illi deferunt, aduersus tenuiores cristas tollere, atque adeò in fastidij ac contumaciæ baratrum præceps ferri cogitur. Dicta quidẽ à nobis sunt hæc: sed quàm detrimentosa ipsa sint,nullus planè,nisi qui expertus sit,recte nouerit. Neque enim solùm hæc, verum longè his tum maiora,tum periculosiora subire illum necesse est, qui ipse medius inter hómines versetur. At qui solitudine delectatur,is omnium horum immunitatem consequitur: cui siquando absurda quæpiam animi cogitatio simile quid oculis repræsentauerit: infirma tamẽ im-

becillaq;

A becillaque est imaginatio huiusmodi, ac talis vt statim extinguí atque interimi possit, propterea quòd extrinsecus materia nulla subest, qua cogitationis flamma illa coalescere possit. Ac monachus quidem sibi vni tãtùm timet: qui si quando aliorum curam suscipere cogitur, certè pauciſſimi illi sunt. Illi autem si fortè plures erũt, tamen pauciores iis futuri sunt, qui in ecclesiis viuunt: iidem sui ipsorum curas,solicitudinesq; leuiores,ac minus molestas præfecto suo exhibentes,non tam propter paucitatem; quàm quòd omnes illi mundanarũ rerum securi viuunt,ac neq; liberos,neque vxorem, neq; aliud quicquam id genus animo versare possunt: quæ sanè res facit, vt qui illis præfectus sit,eos sibi facilè parentes, ac communi secum contubernio vtentes habeat: intãtum vt illorum lapsus exactè tum intueri,tum emẽdare possit. Affert autem non modicum ad virtutis studia incrementum assidua magistrorum cura. Eorum verò homi
B num, qui episcopo subditi sunt, bona pars vitæ humanæ curis vinci distringũtur: id quod pigriores ignauioresq; illos reddit ad spiritus opera peragenda. Vnde & episcopum necesse est in singulos,vt sic dicam, dies semẽtem facere: vt ipsa saltem assuetudine doctrinæ, sermonẽ auditorum animi retinere possint. Nam & opulentia ingens,& potentiæ amplitudo, & languor à deliciis exoriens,itemq; & multa alia his addita sementes semel iactas suffocant: nonnunquam autem & spinarum densitas ne ad terræ quidem superficiem sementẽ ipsam decidere patitur. Adde quòd afflictiõis magnitudo,& paupertatis vis,& molestiæ assiduæ,& alia id genus prioribus illis contraria, humanos animos à diuinarum rerũ studio abducunt. Peccatorum autem, quæ subditorum quisque commiserit,episcopo ne minima quidem pars nota esse potest. Qui enim nota foret? quum illorum complures ne de facie quidem ille nouerit? ac talem quidem,tantámque episcopo populi regendi cura molestiam difficultatemq; affert. Quòd si examinare ea quis volet,quæ illum præstare erga deum oportet: quæ dixi, præ illis nihil prorsus esse comperiet,tam ingens, tam solicitum, tam exactum ea studium requirunt. Eum enim qui pro ciuitate tota, quid dico ciuitate? imò verò
C pro vniuerso terrarum orbe legatus intercedit, deprecatórque e[illegible]m,vt hominum omnium, nõ viuentium modò, sed etiam mortuorum peccatis propitius fiat: qualem quæso esse oportet? Equidem neq; Mosis,neque Heliæ fiduciam fore vnquam satis putauerim ad supplicationem huiusmodi peragendam. quãdoquidem quasi mundus illi vniuersus concreditus,atq; adeò omnium sit pater, sic ad deum ipse accedit, deprecans quicquid vbique bellorum est extingui,turbas sopiri: atque in horum locum pacem ac fœlicem rerum statum succedere: denique celerẽ malorum vnicuiq; imminẽtium quæ priuatim,qua publicè defunctionem postulãs. Porrò illum ipsum oportet tanto omnibus in rebus iis præstare pro quibus intercedit, quantũ par est vt subditos præfectus excellat. Quum autẽ ille & spiritum sanctũ inuocauerit,sacrificiumq; illud horrore, ac reuerẽtia plenissimum perfecerit, cõmuni omnium dominorum manibus assiduè pertractato: quæro ex te, quoto nam in ordine collocabimus? quantam autem ab eo integritatem exigemus? quantam religionem? cõsidera enim quales manus illas administrantes esse oporteat: qualem linguam, quæ verba illa effundat: qua denique re non puriorem sanctioremve esse conueniat animam, quę tantum illum,tamq; dignum spiritum receperit. Per idtempus & angeli sacerdoti assident, & cœlestium potesta-

tum vniuersus ordo clamores excitat,& locus altari vicinus in illius honorem qui immolatur, angelorũ choris plenus est. Id quod credere abundè licet, vel ex tanto illo sacrificio quod tum peragitur. Ego verò & commemorantem olim quendam audiui, quum diceret senem quendam, virum admirabilem, ac cui reuelationum mysteria multa diuinitus fuissent detecta sibi narrasse, se tali olim visione dignum habitum à deo esse: ac per illud quidem tempus derepentè angelorum multitudinem conspexisse (quatenus aspectus humanus ferre poterat) fulgentibus vestibus indutorum, altare ipsum circundantium: denique sic capite inclinatorum, vt si quis milites præsente rege stantes videat: id quod facilè mihi ipse persuadeo. Item & alius quidam mihi narrauit, non ille quidem ab alio edoctus, sed dignus habitus, qui id & vidisset ipse, & audiisset: quòd qui de vita hac emigraturi sunt, si mysteriorum huiusmodi cum pura ac munda conscientia fuerint participes, spiritum ematuri, ab angelis illorum corpora satellitum more stipantibus,propter assumptum illud sacrum, hinc recta in cœlum abducuntur. Tu verò non- E
dum exhorresc is talem hanc animam in tam sacrosanctum introducens mysterium? eúmque qui sordidas vestes induerit in sacerdotum dignitatem collegiúmq; cooptans,quẽ tamen à reliquo conuiuarum choro Christus expulit? Luminis instar vniuersum orbem illustrãtis sacerdotis animum splendescere oportet: noster autem tantum habet tenebrarum ex praua conscientia circunfusarum,vt vereatur ac reformidet,fixis intentísque oculis cum fiducia dominum suum obtueri. Sacerdotes terræ sunt sales: nostram autem insipientiam omnibúsque in rebus imperitiam quotus quisque est,qui facili patientiq; animo ferat,extra vosipsos,qui me nimia quadam amoris abundantia prosequi consueuistis? Neque enim solùm sic vt dixi purum mundúmque sacerdotem esse oportet, vt qui tali ministerio dignus habitus sit,sed etiam in primis prudentem,atque adeò multarum rerum experientia instructum ornatúmque, intantum vt secularia,mundanáque,omnia nihilo minus noscat, quàm norunt ij qui in media hominum turba versantur: rursus rerum omnium mundanarum secu- F
rior viuat,quàm monachi ij qui montes ipsos habitandos occuparunt. Nam quum illum necesse sit eorum hominum consuetudine ac congressione vti, qui & vxores habent, & liberos alunt, & seruos possident: quique & diuites admodum sunt, & publicè negotiantur,& potentia pollent, certè varium esse conuenit. Varium autem dico, non subdolum, non adulatorem, non dissimulatorem: sed magna tum libertate tum fiducia plenum, ac qui ex re sese summittere, atque obsecundare sciat, quoties negotiorum vsus postulat: quique idem benignus sit & austerus. Neque enim vnum duntaxat in modum subditis omnibus vti debet, quando neque medicis conuenire videmus, vt eos omnes,qui morbo laborant,vno eodémque modo tractent: neque gubernatori, vt vnam tantùm artem calleat, qua aduersus ventos depugnet. Etenim sacerdotij nauem assiduæ tempestates circunsistunt. Huiusmodi autem tempestates non solùm extrinsecus adoriuntur, sed etiam intrinsecus enascuntur: quo fit, vt sacerdos diligenter accommodare sese ad multos ac de iure suo quodammodo concedere debeat,quæ omnia vel,inter se pugnantia ad vnũ hunc finem spectant: nimirum ad dei opt.laudem,atq; ecclesiæ ædificationem. Monachorum certamen ingens,ac labor multus est. Verùm si conferre quis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gvolet instituti illius sudores, cum rectè administrato sacerdotio: certè tantum esse inter illa duo discrimen comperiet, quantum est priuatum inter & regem interuallum. Nam illic quanquam magnopere laborandum, tamen labor concertatioque huiusmodi, corporis atque animi communis est, seu vt verius dicam labor huiusmodi maiori quidem ex parte corporis constitutione absoluitur. Quod quidem nisi valens fuerit, animi prõptitudo in se ipsa vertitur, ac veluti soluaga & ieiuna manet, non habens quemadmodũ in opus exeat. Quippe contento studio ieiunare, humi decubare, aduigilare, illoto esse corpore, multùm desudare, & cætera id genus, quæ monachi ad durandum affligendúmque corpus sibi exercenda proponunt: statim omnia depereũt, nisi corpus quod castigandum est, sufferendis afflictionibus illis par fuerit. Hic verò nuda simplicis animi arte opus est, ac certè tali, quæ corporis habitudine nihil indigeat, vt suã ipsius virtutem prodat. Quid enim nobis præsidij corporis robur ad id cõferre possit, vt neque præfracti, neque iracundi, neque procaces simus: sed sobrij potius, casti, honesti, aliisque animi virtutibus instructi, per quas beatus Paulus ineffabilis sacerdo-
1. Tim. 3. a
Htis imaginem numeris suis omnibus absolutam esse voluit? quod ipsum itidem dicere non possis de ea virtute, quam monachus præstare debet. Ac quemadmodũ præstigiatoribus necessaria quidem est instrumentorũ, rotarum, funium, gladiorum copia, varietásque: cõtrà, philosophus vniuersam artem in animo reconditam habet, externarum rerum nihil indigens: sic & hic monachus eò amplius, alieno indiget officio, eáque benignitate quæ vice aliena commoueatur: & conuenientia item rerum locorúmque ad vitam illam commodorum: vt ij loci neque ita multum ab hominum conspectu remoti, solitudinis tamen otium quietémque habeant: neq; iidem optima anni atq; aëris temperie careant. Nihil enim esse possit intolerabilius ei, qui abstinentiis ieiuniisq; corpus suum macerat, quàm cœli atq; aëris intemperies, vt sileam hic quàm multa monachis negotia necessariò exhibeant tum vestium confectio, tum vitæ cura: quippe quum certatim etiam contendãt omnia per se opera peragere. Sacerdoti autem quòd ad ipsius vsum pertinet, nihil his opus fuerit: vtpote qui sese quum minimè curiosum, tum promiscuum omnibus
I
his in rebus quæ damnum non afferant, præstare: tum verò scientiam omnem in animi sui thesauro recondi tam habere debeat. Quòd si quis existet, qui admiretur, laudetq; sacerdotem eum, qui sibi ipse viuens domi se contineat, ac multorum consuetudinem, vsumq; auersetur: equidem hoc patientiæ specimen aliquod esse dixerim: non tamen idoneum id argumentum virtutis omnis eius, quæ illius animo inesse debet, affirmauerim. Nam qui intra portum ad gubernaculi regimẽ assidet, is non cõtinuò sufficiens artis periculum præbet. At verò qui medio in mari quum esset, nauem sæuiente tempestate eripere potuit: hunc certè nemo est, qui optimũ gubernatorem esse neget. Proinde ne monachum quidem magnopere ac supra modum admirabimur, quòd is apud se viuens neque commoueatur, neque in multa ac magna peccata prolabatur. Neque enĩ ei res illæ adsunt, quibus ipse animo iritetur extimuleturq;. Sin verò quis se ipse turbis vniuersis tradiderit, ac multorũ delicta hominum ferre coactus quum esset, incõcussus, immotusq; perstiterit, animũ ipsum vel tempestate actum tanquam in malacia, ac tranquillitate gubernãs: hic verò dignus est, quem omnes plausu atq; admiratiõe prosequantur: abundè enim suæ ille virtutis periculum fecerit. Ne te igitur admiratio subeat, si qui à foro atque à populari consuetudine abhorremus, accusatores multos nequaquam habeamus. Neque enim si quum obdormirem, non deliqui: neq; si quum non colluctarer, non cecidi: neque si quum non depugnarẽ, non percussus sum mirari oportuit. quis enim, obsecro, quis inquam deferre poterit, ac detegere flagitium meum? tectúm ne, cubiculumq; hoc? at in vocem erumpere non possit. an matẽ? potius, cui vni in primis res omnes meæ notæ sunt? At ne cum illa quidem mihi quicquam commune est, neque ipsi inter nos in rixam, contentionẽmque vllam venimus. Id quod vt etiam acciderit, equidẽ nullam esse matrem existimo sic à pietate charitateq; alienam, sic à liberorum amore abhorrẽtem, vt quem parturierit, peperierit, educauerit, nulla causa impellente, ac nemine cogẽte, eum palàm vituperare, ac criminari sustineat. Nam si quis alioqui hunc animum exquisitè excutere velit, certè per multa in eo desiderabit. Id quod ne tibi quidem incognitum est, qui me tamen apud omnes laudibus in cœlum efferre cõsueuisti. Ac sanè quòd non extenuandi mei nomine hoc pronunciem, recordare si placet, quoties tibi dixerim, (quũ huiusmodi sermo idẽtidem inter nos incidisset) si quis optionem mihi proponeret, vtrum ego institutum sequi, inq; eo clarescere mallẽ: in ecclesiæ alicuius præfectura, an in monachali solitudine, me prius illud vitæ genus mille calculis ante positurum. Neq; enim cessaui vnquam illos apud te suspicere qui munere illo iustè defungi possent. me verò id munus non detrectaturũ fuisse, quod tantopere magnifacerem, si modò illi probè pertractando par fuissem, nemo planè cõtradicturus est. Verùm quid facerem? Equidem nihil minus vtile, minúsque aptum esse puto ad ecclesiæ præfecturam administrandam, quàm animi mei pigritiam hanc, atque socordiam: quã tamen alij exercitationem esse existimant. At ego illam quasi meæ imbecillitati velamen prætendo. Qua quidem ex iis, quæ in me desiderantur, plura obtego, neque sese prodere patior. Quisquis enim tanti otij fructum capere, multáque in quiete vitam trasigere assuetierit, vt magno etiã ingenio præditus sit: is sane si quid agendũ est, in ſ̃go tyrociniũ non [illegible] imo statim turbatur, ac percellitur, obtunduntúrque magna quidem ex parte facultates viréque illius omnes: nisi eas prius M
ad id ipsum quod facturus est, probe exercuerit. Qui si fortè simul & tardo ingenio natus, & certaminum huiusmodi expers fuerit: suscepta ista sacerdotij administrandi prouincia, nihil prorsus quod nostrate verbo dicitur, à statuis distabit. Quamobrem pauci admodum existunt, qui ex palæstra illa in hæc certamina descendant. quotquot autem descendunt, ex iis plures sese quales sint produnt, tum verò animis concidunt, denique insuaues atque acerbas sibi res deuorare intelligunt. Nec ab re quidem illud. Quum enim non eadem sunt, neque eisdem de rebus proposita certamina, exercitationésque: tum fit, vt qui decertat, atleta qui prorsus inexercitatus est, nihil discrepet. Gloriam in primis contemnere eum oportet, qui in stadium ipsum decertaturus descendit, iram superare, ac multa prudentia abundare. Huic autem qui solitariam vitam amplectitur, nullus prorsus exercitationis campus propositus est. Nam neque iritantes habet multos, vt hac ratione meditetur, ac sese exerceat in coërcenda animi excandescentia: neq; rursus palpatores, applausoresq;, vt hac itẽ ratione popularem auram respuere discat. Præterea hoc

homipum

A hominum genus non admodum laborant, eam sibi parare animi prudentiam, quam ecclesiæ administratio requirit: quo fit, vt quum in ea certamina descenderint, quorum nullum antea periculum fecerint, hæreant ipsi, hallucinentur, ineundi consilij inopia laborent, atque adeò præterquam quòd ad virtutem progressionem nullam faciunt, eas etiam dotes quas secum attulerant, plerique plerunque deperdant. BASIL. Tum Basilius: Quid igitur? eos qui in media hominum turba versantur, qui vitæ huius cultum, negotia, curas sequuntur, qui ad rixas, ad pugnas, ad maledicentiãs occalluere, sexcentis ingenij facultatibus, artibusq; instructi, deliciisq; affluentes, CHRY. ecclesiæ regimini præficiemus? Bona verba, inquam. Huiusmodi enim hominum ne in mentem quidem tibi venire debet, quum de sacerdotum delectu agetur. At verò si quis existet, qui vel multorum hominum vsum cõuictúmque ferens, possit item animi puritatem, constantiam, sanctimoniam, tolerantiam, sobrietatem, cæterasq; virtutes quæ monachis insunt, magis etiam incorruptas, atque inconcussas seruare, quàm ipsi etiam monachi seruent: næ hic tibi deligendus erit: quandoquidem quisquis vitiis multis quum laboret, eadem illa
B
potest solitudine dissimulare, atque obtegere, sicq; intra se continere ne in opus erumpant, propterea quòd nullorum conuictu hominum vtatur: hic certè si in mediũ accesserit, nihil inde lucri assequetur, nisi quòd tum ridiculus futurus est, tum etiam maius periculum subiturus. Id quod nobis propemodum accidisset, nisi dei optimi prouidentia ignem hunc à capite statim meo defendisset. Neque enim dissimulare se ipse potest, qui moribus iis fuerit, quum in luce hominúmque cœtu versatur. Verùm quoquo se ille vertat, statim proditur: ac quẽadmodum sit, vt metallicas materias ignis probet, ita & cleri exacta probatio mortalium animos secernit, atque internoscit: ac si quis est, vel iracundus, vel pusillanimis, vel gloriæ appetens, vel arrogans, vel alio quouis animi morbo obsessus, id omne detegit, ac latentes statim morbos denudat: nec denudat solùm, sed etiam tum asperiores, tum impotẽtiores reddit. Nam vt corporis vulnera si atteris, curatu difficiliora reddis: sic natura comparatum videmus, vt animi morbi, si irites exasperẽsque magis ac magis rebellent, atque increscant, dominorumque suorum peccata augeant. Etenim
C
ad ambitionem statim attollunt, impellúnque, eum qui sibi cauere, atque imperare nescit. Itémque ad arrogantiam, auaritiamq;: clam autem ad delicias pertrahunt, ad animi demissionem, ad ignauiam: ac pedetentim ad alia deinceps indidem enascentia. Multa enim alia sunt vitia iis quæ connumerauí interiecta, quæ animi vim eneruare, ipsumq; ad deum cursum interrumpere possunt. Atque in primis mulierum vsus, consuetudoq; Neque enim potest antistes, qui gregis vniuersi curam susceperit, viris tantùm curandis operam dare, mulierum autem curam negligere: qua in parte magna profectò opus est prouidentia, quòd facilè ad peccandum quisq; procliui sit: sed illum oportet cui administrandus episcopatus sorte obuenerit, pro illarum salute si non maiorem, at parem certè curam, studiúmque impendere. Nam & eas inuisere ægrotantes, & solari lugẽtes, & increpare languentes, & adiuuare affectas oportet: quæ omnia dum fiunt, plures irrumpẽdi aditus dæmon inuenire potest, nisi exactissima quis, ac munitissima custodia sese vallauerit: quippe animum ipsum ferit ac cõmouet non impudicæ tantùm, sed etiam pudicę mulieris oculus: præterea & palpationes emolliunt, & hono-

res mancipant. Et simul charitas feruens, eadem bonorum omnium author, iis qui ea rectè vti nesciunt, malorum omnium author fit. Aliquoties autem & solicitudines assiduæ, mentis acumen hebetant, eumq; qui animo volucri ac pernici sit, plumbo grauiorem reddunt: denique & ira, quæ in animum fortè inuaserit, fumi instar interiora omnia à se occupata inuoluit. Quis tandẽ reliqua enumeret incommoda, contumelias, violẽtias, incusationes, non solùm quas viri prudentes, sed etiam quas tam tenuiores, tum imprudentes intendunt: quæ hominum pars quum recto animi sensu ac iudicio careant, conqueri, atque expostulare nunquam cessant, excusationes quibus te defendas haud facilè admittentes. Porrò & antistitem qui bonus sit, oportet ne istos quidẽ contemptui habere, sed multa cum humanitate, facilitate, comitate, omnium criminationes diluere, iniustas potius accusationes condonantem, quàm ob eas ægrè ferentem, ac succensentem. Si enim beatus ille Paulus veritus est ne furti apud discipulos suspectus esset, quo nomine & alios in pecuniarum administrationem secum assumpsit: vt ne quis, inquit, nos carpat in hac exuberan- 2. Cor. 8. d
tia quæ à nobis administratur: quomodo non omnia à
E
nobis agenda sunt, vt malas à nobis suspiciones amoueamus quantũuis licet falsas, iniquas, & ab ea quam habemus opinione alienas? A nullo enim peccato tantùm absumus, quantum à furto aberat Paulus. Attamen tantum ille quũ abesset à prauo huiusmodi facinore, ne sic quidem negligendam sibi putauit communem multorum suspicionem, etiamsi admodum iniquam, atq; insanam. Insania enim mera, tale quid suspicari de beato illo, atque admirabili Pauli animo. Nihilo tamẽ minus, quum huiusmodi suspicio sic iniqua, atq; absurda foret, vt in nullius animum, nisi eius qui mente alienata esset, influere posset, causas ille à se omnes procul amolitur. Neque verò hac se defensione tuetur: Quis tandem vestrum hoc ipsum de nobis suspicari sustineat, quum nemo vestrum sit qui nos tum ex signis miraculisq;, tum ex vitæ honestate atq; integritate non reuereatur atque admiretur? imò contrà & suspicatus ille est & expectauit prauam hanc de se suspicionem, atque idcirco radicitus eam auellit, seu vt verius dicam, prorsus ne exoriri quidem eam permisit. quamobrem? Procuramus enim, inquit, quæ honesta sunt, non modò coram domino, sed etiam coram hominibus. Tantum certè oportet, imò verò longè maius studium adhibere, vt malas opiniones non solùm dum erumpunt, diuellamus arceamusq;, sed & procul vnde erumpere possint prospiciamus: atque adeò causas ipsas, è quibus enascantur, longo antè tempore interimamus: non etiam dum coalescãt, & in vulgi ore versentur, ac diuulgentur, expectemus. Tum enim haud procliue fuerit illas delere, sed admodum difficile: fortasse etiam nulla eas arte tum extinguere valeas. neq; verò tum res noxa careat, propterea quòd hoc ipsum fiat, quo tempore multorum conscientiam iam læseris. Sed enim quousq; tãdem immorabor in persequendis iis, quę oratione quidem assequi minimè ipse possim: quippe difficultates eas omnes recensere velle, quas episcopũ tolerare oportet, prorsus nihil aliud fuerit, quàm maris altitudine emetiri. Nam vt etiã ille ab omni animi perturbatione vacet (id quod assequi certè nemo potest) tamen emendandis corrigendisq; aliorum delictis labores, ærumnásque infinitas ferre necessariò cogitur. Quibus quidem si domesticos peculiarèsque morbos addideris, hic tu contemplare laborum pelagus, curarumq; abyssum, & quæ episcopo toleran-

 da e-

Ibidem. & Rom. 12. d
F

Universidad de Deusto
Biblioteca

G da erunt, volenti & domestica & aliena mala edomare.

BASIL. Atque hic Basilius: Nunc verò, inquit, nullús ne tibi labor huiusmodi subeundus? nullæ ne animum tuum cu-

CHRYS. ræ in solitudine ista excruciant? Excruciant quidem, inquam, vel hodie. Quî enim potest is qui homo quidē ipse sit, ac vitam hanc ærumnosam viuat, à curis, laboribus, angustiis sese expedire? Verùm haudquam certè paria inter se sunt, immensum pelagus emetiri, & fluuium aliquem natigio transmittere. tam ingens enim has inter, & illas curas interiectum est interuallum. Equidem si hodie possim vsui aliis esse, id vtique desideriis, votisque omnibus concupiscam: sin id præstare nō possim, at mihi certè factum satis putabo, si me seruare,

BASIL. atque à tempestate eximere dabitur. Tu verò, inquit Basilius, hoc ipsum magnum esse censes? Prorsus autem

CHRYS. & te seruatum iri putas, qui alios nulla re iuueris? Bene ac rectè, inquam, eloquutus es: neque enim id mihi persuasi, saluum fieri quenquā posse, qui prō proximi sui

Matth.25.c salute nihil laboris impenderit: quum neque miserum illum quicquam iuuerit, talentum sibi trāditū non imminuisse: imò hoc ille nomine periit, quòd illud nō auxisset, duplicassetq;. Veruntamen leuius mihi suppliciū

H adfore puto, accusato cur & alios ipse non seruauerim, quàm si & me item vnà cum illis perdiderim, tanta ista sacerdotij dignitate suscepta, longè ipse deterior, sceleratiórque effectus. Equidem nunc mihi persuadeo fore, vt tantum mihi supplicium irrogetur, quantum peccatorum à me perpetratorum magnitudo postulat: qui si principatum hunc suscepero, tum me sanè pœnam pendere oportebit non duplam, triplámve, sed longè item grauiorem: hoc ipso quòd simul plures læserim, simul post maiorem honorem à me acceptum, deum optimū qui me honore illo dignatus fuerit, offenderim. Propterea enim deus Israëlitas accusans, ob hanc causam acrius ostendit maiori illos pœna dignos, quòd peccauerint post honores ab ipso acceptos, aliquoties in hæc verba eos compellans: Atqui vos cognoui ex omnibus terræ tribubus, propterea vindicabo in vos impietates vestras. Aliàs autē: Assumpsi ex filiis vestris qui essent prophetæ, itémque ex adolescentibus vestris qui mihi

I sancti essent. Atque adeò ante prophetarum tempora, ostendere volens deus hominum peccata longè maioribus supplicio expiari, dum à sacerdotibus quàm dū à priuatis fiunt, mandat vt tantundē pro sacerdotibus, quantùm pro vniuerso populo sacrificiū offeratur. Quod qui dem quid aliud signat, quàm sacerdotis vulnera maiori medicamento atque auxilio indigere, atque adeò tantò, quanto coniuncta simul vniuersi populi vulnera indigent? Porrò maiori nequaquam indigerent, nisi ea grauiora forent. Atqui grauiora certè fiunt, non natura ipsa, sed sacerdotis, qui ea commiserit conditione ac dignitate. Cæterùm quid hic nos de viris verba facimus, qui ministerium pertractantes sacris operarentur? quū & sacerdotum filiæ, quibus ipsis nihil cum sacerdotio commune est, propter dignitatem paternam eorūdem peccatorum pœnam multò acerbiorem sustineant. Ac peccatū quidē par, æqualeq;, tum quod ille, tum quod priuatorum hominum filiæ cōmiserint: mœchatio enim vtrunque, at multa illis irrogata multò seuerior. Cernis quàm abundè deus declaret longè maius sese supplicium à principe quàm à subditis exigere? Neque enim qui in filiam propter eius patrem, grauius quàm in alias quasuis animaduertit, à patre certè, qui ipse auctarij pœnæ in filiam irrogandæ auctor sit, parem, eandemq; cū multis pœnam exiget, sed multò sanè grauiorē. Id quod vel maximè consentaneum est. Non enim damnū in- K de exoriens in illum tantùm recidit, verùm & infirmorum, & eorum item omnium quorum oculi in illū conuersi sunt animos tentat. Hoc ipsum & Ezechiel docere Eze.34.d.e volens, separat, secernitq; arietes ab oūbus. Ecquid tibi nunc videmur iusto terrore percussi fuisse? Nam præter illa quæ à me dicta sunt, quanquā magnopere mihi adlaborandum est, vt ne penitus ab animi huius morbis opprimar, tamen laborem ipsum sustineo, nec certamē quidem subterfugio. Etenim animus quidem meus ab inani gloria, vel hodie capitur. Sed tamen exerto capite sæpenumero respiscō: ac me captum esse intelligo, atque adeò aliquoties captū, seruilémque animū increpo. Obrepunt mihi vel hodie absurdæ quædam appetentiæ: sed quæ remissiorem incendant flammā, propterea quòd oculis extrinsecus materia nulla suppeditet, qua ignis conceptus foueatur. Vaco autem prorsus ab oblocutionibus, maledicentiisq;, quas vel in alios cōtorqueam, vel ab aliis in me contortas audiam, quum nullos habeam, quibus cum sermones ipse meos conferre possim. Neque enim priuati hi parietes vocem edere va- L leant. Sed nec iræ quidem moderari perinde possum: etiam si nullus adsit à quo iriter. Sæpe enim quum mihi in mentem venit ineptorum quorundam hominum, facinorumq; ab illis perpetratorum, tum certè fit, vt animo intumescam, commouearq;: qui tamen animi motus non ad finem vsque decurrit. Statim enim excandescentem illum compescimus, persuadentes, vt conquiescat: præsertim vbi illum docuerimus, insulsissimum esse extremæq; demum infœlicitatis, domesticis malis incōmodisq; prætermissis, in alienis curiosos esse. Qui si in multitudinis consortium me conferam, perturbationúmque illarum infinitate occuper: iam non liceat admonitione huiusmodi perfrui, neque rationes eas comminisci, quibus animus mihi meus sic instruatur, atque eruditur. Sed quemadmodum fieri videmus, vt qui fluctu rapiente, aut alia vi in caput præcipites feruntur, possint quidē interitus sui finem prospicere, at salutis rationem inire non item: sic & ipse si in ingentem illum morborū tumultum irruero, potero quidem supplicium meum contueri in dies magis ac magis ingraue-

M scens: mihi autem cōstare, quemadmodū & mihi nunc consto, ac morbos huiusmodi vndiq; rabientes increpare, nō perinde facilè atq; antea. Mihi enim animus imbecillis, exiguus, & captu admodū facilis, non ab his tātùm morbis, sed & ab inuidentia, morbo omnium longè molestissimo: qui animus, neque contumelias, neque honores moderatè ferre potest: quin potius supra modum vanis attollitur, ita vilis deprimitur. Ergo quēadmodum ferarū immanium est, vt dum læto saginatóque corpore gestientes luxuriant, facilè eos vincant qui secum depugnent, præsertim si aduersarij imbecilli ac pugnandi minimè periti fuerint: sin verò eas quis fame macerarit, strigosasq; effecerit, tum fiet vt illarū furorē sopiat, ac virium bonam partem sic contundat, vt qui non admodum generosus fortisq; sit, possit cum illis facilè decertare ac depugnare: sic & animi morbos quisquis infirmos reddiderit, eos certè sub rationis gyrū facilè reducit. Rursus quisquis exquisitè educauerit, molestiorem sibi aduersus illos pugnam constituit: atque hac demū ratione sic aduersum se terribiles efferásque reddit, vt cogatur in perpetua tum seruitute, tum formidine vitam transigere. Quæ nam igitur beluarum istarum alimenta? inanis quidem gloriæ alimenta sunt laudes, atque honores: Contumaciæ, potentiæ atque adeò

licentiæ

A licentiæ magnitudo: Inuidentiæ, alienæ famæ celebritas: Auaritiæ, largientium liberalitas: Intēperantiæ, deliciæ atque assidui mulierum congressus: In summa, ne hic de singulis agam, alimentum aliud, aliud peccatum alit. Proinde beluæ hæ omnes me, si in medium hominum cœtum accesserō, magno impetu adorientur, animúmque hunc conturbabunt, tum verò terrorem afferentes, molestiorem mihi contra se pugnam efficient. Cæterùm tantisper dum solitudinem hanc colo, quanquam cum illis etiam luctans, tamen dei optimi gratia adiutus, eas sic domo, sic subiicio, vt præter latratum nihil habeant. His de causis in hoc me ipse cubiculo cō tineo: his de causis, alios quærentes, nemini ad me aditum patere, contuberniumq; ac conuictum meum cum nemine communem esse, infinitasq; in me id genus criminationes congerentes facilè fero: quas equidem lubens abstergerem, sed quum id non liceat, quod proximum quidem est, animum hunc dolore compungo, ac mœstitia excrucio. Neq; enim pcliue mihi est vno eodemq; tempore tum hominum consuetudine vti, tum hac in animi securitate, ac præsentia persistere. quo fit, vt te ego exhorter eum potius miserari, quàm calūniari

B vt velis, qui tanta difficultate interceptus est. At verò, ip se tibi quod video, nondum oratione mea persuasi. Itaq; appetere iam tempus reor, vt quod vnum supereſt, mihi arcanum, id in sinum tādem tuum effundam, etiamsi multis id fortasse tale futurum sit, vt credi minimè debeat. me verò quicquid id est, ne hac quidem ratione euulgare pudebit. Nam vt illud à me euulgatum, futurum sit tum malæ huius conscientiæ, tum infinitorum peccatorum argumentum: tamen quū non alius quàm deus ipse (cui vni nihil certè occultum est) de nobis iudicium facturus sit: quid nobis tandem lucri, quid emolumenti ex hominum ignoratiōe, hac in parte accedere poterit? Quod nam igitur arcanum hoc est? Ab eo ipso die quo tute mihi episcopatus suspicionem hāc iniecisti, factum est identidem, vt corpus hoc ab anima propemodum dissolueretur. tam ingens pauor, tam ingens mœstitia animum meum occupauit. Nam quum apud me considerarem Christi sponsæ gloriam, sanctimoniam, venustatem spiritalem, prudētiam, ornatum. tum verò animi mei vitia expenderem, fiebat vt assiduis tum illam, tum etiam me gemitibus luctibúsque prosequerer: quæ animi angore, dolóreq; dum versarer, hisce memet verbis conueniebam: Quisnam consilij huius author fuit? quid tādem tantum peccauit dei

C ecclesiæ quæ nam tāta res ipsius ecclesiæ dominum excitauit, induxitq; vt illam tanto cum eius dedecore mihi mortalium omniumq; ignominiosissimo regendam traderet? Hæc ipsa mecum identidem reputās, tum absurditatis, indignitatisq; huius ne cogitationem quidē animo sustinere valerem, fiebat, vt eorum exemplo qui attoniti sunt, stupens, neque cernere, neque audire quicquam possem. Ab hæsitantia autem ac consternatione huiusmodi quum animus eadem meus dimissus esset, (facessebat enim intermittebatq; illa nōnunquā) succedebant lachrymæ, ac mœstitia: tum verò post lachrymarum satietatem rursus insinuabat sese timor, animū hunc commouens, conturbans, concutiens. In tanto ego æstu antea vixi, quum id tute ignorares, meq; in trāquillitate victitare existimares. Ego verò tibi hic animi mei æstum detegere tentabo. hinc enim fortasse veniam mihi dabis. Neque amplius simulare desines. Quî igitur illam detego? Nam si eam apertè oculis istis cernere velis, id nimirum haud aliter liceat, quàm corde

hoc tibi per me prius detecto, nudatoq;. Quod quia fieri non potest, tibi hic ego, per obscuram quandam imaginem, vtcunq; potero, experiar mœstitiæ meæ fimum repræsentare. Tu verò ex ipsa imagine mœstitiam tantum nostram colligito. Fingamus puellam aliquam regis filiam, & eius quidem cui terra ea vniuersa quæ sub Sole posita est, pareat, à proco quopiam expeti: tum verò demus nouam quandam in ea inesse formæ venustatē, quæ sic humanam naturam transcēdat, vt per eam puella muliebre genus vniuersum magno admodum discrimine superet: præterea tantam illi inesse animi virtutem, vt virorum genus, eorum inquam qui vel antea fuere, vel futuri olim sunt, longo post se interuallo relinquat: tum autem & morum honestate tanta eandem excellere, vt vel omnes philosophiæ terminos excedat: denique talem esse, vt proprij aspectus gratia, oculorūq; venustas vniuersam illam corporis totius elegantiam obscuret. Addamus item si placet, ipsius procum, non ex iis tantùm quæ diximus, virginis amore ardere, sed furore item nescio quo erga illam affici: quo quidem insanissimos quosque, qui antea vnquam extiterint, amatores superet: postea procum hunc, dum hoc philtro ac furore deflagrat, alicūde accepisse, futurum, vt puellam illam, quam miro amore depereat, homuncio nescio quis humilis, abiectus, obscuro atque ignobili genere natus, quique idem corpore sit mutilo, denique mortalium omnium nequissimus, in vxorem ducat. Tibi ne hic exiguam doloris nostri partem repræsentauimus? satin tibi à me factum putas, vel finita hic à nobis imagine? Equidem satis me fecisse puto, quod ad animi mei mœstitiam repræsentandam spectat, cuius vnius rei gratia imaginē ipsam adhibuimus. Atqui vt tibi item hic metus stuporisq; nostri modum oculis subiiciam, ad aliam rursus hypothesim descriptionemq; me confero. Ponito ante oculos exercitum ex militibus, tum peditibus, tum equitibus, tum nauticis viris constantem, ac mare quidem obtegat triremium numerus. Rursum ipsas cāporum planities, ipsos montium vertices hinc peditū, hinc equitum phalanges contegant: æs item armorum oppositum Soli splendorem reddat, atque à solaribus radiis, & galearum, & clypeorum corusc atio vibretur: hastarum fragor, equorúmq; hinnitus in cœlum feratur: neque mare, neq; terra appareat, vbiq; æs, vbique ferrū. Tum sint cōtra hos instructi, armatiq; efferi quidam, ac F truces viri. Instet iam & conflictus tepus. postea rapiat quis derepentè adulescentem aliquem in agro educatū, ac qui nullius prorsus artis alterius gnarus sit quàm lyræ pastoricæ ac pedi, eundémque armatura ærea quum induerit per totum illum exercitum circumiens deducat, ostendatq; manipulos, manipulorū ductores, sagittarios, funditores, cēturiones, duces, cataphractos, equites, iaculatores, triremes, triremium ductores, milites inibi confertos, nauales machinarum copiam: ostendat hostiū procinctā aciem vniuersam, & auersandos, formidolososq; quosdam in illis aspectus, & armorum apparatum ab aliorū apparatu diuersum, & immensam multitudinem, & conualles, & alta præcipitia & montiū iniquitates: ostendat & aduersarios in equis volantibus incantatione quadam insidere, & cataphractos per aërem ferri, explicata etiā ei incantationis illius vi, ac forma: Recenseat porrò & belli calamitates, missilium nubem, iaculorū niuis instar ingruentium impetū, multam illam caliginem, & tenebras, obscurissimam noctē quam sagittarum multitudo efficiat Solis radios densitate sua auertēs, puluerem tenebris non minorē omniū

Universidad de Deusto
Biblioteca

G oculos obcæcantem,sanguinis torrentes,cadentium gemitus,stantium clamores,iacentium aceruos, rotas sanguine tinctas,equos præcadauerum multitudine vnà cũ suis sessoribus in caput præcipites, terram vniuersam mixtim hæc omnia continentem,sanguinem,arcus,sagittas,equorum vngulas,hominum capita simul iacentia,& brachia,& collum, & tibiam,& pectus trãsfixum, cerebella ensibus traiecta,iaculi cuspidem effractam,cui hominis oculus tanquam infibulatus hæreat.Recenseat item & classis mala atque incommoda,Triremes,alias in mediis aquis conflagrantes, alias cum catapractis ipsis pessum euntes, fluctuum fragorem, nautarum tumultuationem, militum clamorem, spumam tum vndarum tum sanguinis mixtam, eandẽq; in naues simul omnes irrumpentem, cadauera alia super ipsa nauium transtra iacere,alia submergi, alia adnatare, alia ad littora æstuantis maris impetu eiici,alia intra ipsos fluctus sic obrui,vt nauibus iter veluti obsepiant.Postremò quũ exactè belli tragœdias omnes edocuerit: addat item & captiuitatis calamitates, & seruitutem nulla non morte duriorem. Ac secundum hæc omnia, iubeat illum cõtinuò in equum ascẽdere,vniuersiq; illius exercitus ducem agere. Hic tu adulescentulum illum censes vel nudæ harum rerum narrationi sustinendæ parem esse posse? ac non potius vel à primo statim aspectu animo defecturum? Proinde ne me ipse hic putes rem oratione attollere,neque hoc ipso quòd corpore sic, vt carcere aliquo incluſi, nihil prorsus rerum inuisibilium cernere possimus,magna ea esse ducas,quæ à me dicta sunt. Videas enim eo prælio longè tum maius,tum horribilius, si tibi fortè caliginosissimam illam diaboli aciem,conflictúmque insanum oculis istis cernere liceat.Nõ enim illic aut æs, aut ferrum, non equi,non currus, non rotæ, non ignis, non iacula ista quæ cernimus, verùm alia quædam machinamenta, iis quæ dixi longè terribiliora. certè aduersariis istis nequaquam opus est thorace,non scuto,neque ensibus, neque hastis. Sed vel nudus execrandæ illius militiæ aspectus talis est,vt humanam animam à corpore ipso dissoluere possit, nisi ea admodum generosa fuerit, atque adeò antequam à viribus ipsa suis auxilium petat, diuinæ in se clementiæ prouidentiam senserit. Ac sanè si liceret corpore hoc exuto, aut vna etiam cum ipso corpore perspicuè atque intrepidè vniuersam illius aciem, bellumq; contra nos instructum ipsis oculis coram contueri, videres vtique non sanguinis torrentes,neque corpora demortua, sed animarum lapsus tam multos,sed vulnera sic grauia, vt tibi statim belli vniuersa illa pictura, quam modò expressi puerorum delectamẽta,& ludicrum potius,quàm bellũ videri possit: tam multi certè ac frequẽtes ij sunt, qui in dies singulos feriuntur,quorum vulnera non idẽ mortis genus pariunt:sed quantum inter se dissident anima atq; corpus, tantum est certè inter mortem hanc atque illam discrimen.Nam quoties plagam anima accipit,eadémque cadit, hic prostrata quidem iacet malè iam conscientiæ cruciatu cõtabescens: postea verò quàm separata à corpore hinc emigrarit, per iudicij sui tempus æterno crucianda supplicio traditur. Quæ si quis existet qui diaboli plagas non persentiat,nimirum illius morbus ex ea indolentia ingraueſcit. Quencunq; enim plaga vna inflicta non mordet, neque attristat, is certè facilè & alteram excipit, itémque & hac accepta, tertiam: neque enim intermittit ad extremũ vsque spiritum feriens nefarius ille,quoties inuenit animam supinam, priores q; plagas contemnentem: qui si & con- K
gressus modum expendere velis,hunc verò longè acrio rem,ac magis diuersum comperies. Neq; enim quisquã est qui tam multas fraudis, doli, artificij formas norit, quàm multas sceleratus ille hostis.qua quidem in parte maior illius vis ac potentia inest: neq; inimicitias quis tantas tamq; inconciliabiles aduersus hostes sibi infensissimos gerere potest, quantas ille aduersus humanam naturam gerit. Porrò si quis examinet quanta cum inhumanitate id depugnet, ridiculum certè fuerit homines hoc in loco conferre. Sin iracundissimas ac truculentissimas quasq; feras delegeris, quas cum huius furore atq; insaniã conferas,reuera mãsuetissimas humanissimasq; eas à comparatione comperies: tantum ille in animas nostras furorem spirans euomit. Adde quòd & pugnæ inter homines gestæ tẽpus breue quidem esse solet: qua etiam in temporis breuitate multę dãtur inducię.Nam & natura sic comparatum videmus, vt & noctis superuentus, & iugulandi labor, & cibi capiendi tempus, & multa id genus alia militi respirandi potestatem sic faciant,vt & armaturã exuere, tum verò paulum respirare,seq; & cibo & potu reficere,multisq; rebus aliis pristinas vires recuperare valeat: aduersus autem diabolũ dimicanti nunquã licet arma ipsa ponere,somnúmue vllum capere,ei præsertim qui perpetuò inuulneratus,prælio excedere volet. Ex duobus enim necessariò alterum consequitur,vt aut cadat quis ac pereat armis spoliatus: aut continenter vigilet, armatusq; stet. Siquidẽ ille continenter cum sua ipsius acie stat, sodalitias nostras obseruans,ac maius quidem afferens studium ad nostram internecionem, quàm ad nostram ipsi nos salutem afferamus. Postremò vt semel finiam,quòd à nobis hostis ille minimè cernatur, quodq; derepentè atq; improuiso nos adoriatur(quæ res iis qui non assiduè in excubiis vigilantes fuerint, infinitorum malorum causa esse solet) facit nimirum, vt bello hoc ægrius ac maiore cum negotio,quàm illo defungi possis. In hoc ergo campo voluisti nos Christi militibus duces esse? Hoc ipsum verò quid aliud erat quàm diabolo potius duces esse? quum enim is qui cæteros debet tum in ordines partiri, tum militaribus armis instruere, omnium simul infirmissimus, simul imperitissimus fuerit, fit nimirum vt suæ fidei creditos prodat, & diabolo magis quàm Christo ducem agat. Tu verò quid ingemiscis? quid lachrymaris? neque est rerum nostrarum conditio lamentatione, sed gaudio potius, ac lætitia prosequenda. L

Mea vero,inquit, non perinde se habet, quin potius infinitis digna ea est planctibus. Vix enim potui ipse vel hactenus animaduertere, quo me malorum præcipitem egeris.Siquidem ad te ipse eo solo nomine adieram, vt obs te edocerer, quid mihi tandem iis posthac respondendum verbis tuis foret,qui te insimularent: tu verò me ipse emendas,curam aliam pro alia mihi iniiciens. neque enim solicitus iam sum, qua tẽ ego apud illos, verùm qua tum me ipsum, tum delicta mea apud deum defensione, excusatione,neque tuear. Atqui abs te ipse iterum atque iterum peto & contendo, si qua tibi rerum mearum cura,si qua in Christo consolatio, si quod dilectionis solatium,si qua viscera,& commiserationes esse possunt(ipse enim nosti tua potissimum opera me in hocce adductum periculum) manum mihi auxiliatricem porrigas,ea posthac in gratiam meam apud me tum dicens, tum faciens, quibus vita mea corrigi, atque emendari possit. nec tute, quæso, vel breuissimum temporis punctum nos deseras: quinimo sit tibi hoc ipso magis tempore quàm antea commune nobiscum consortium, BASIL. Philip.2.6

CHRYS. A consortium,atq; contubernium. Ego autem ad verba ista subridens: Et quánam,inquam, tibi in re Basili vsui esse valeam,qui te tanta ista negotiorum mole pressum subleuare atq; adiuuare possim? Enimuero quandoquidem tibi id gratum acceptumq; video, bono amice animo esto.Id enim tempus omne, quo tibi à curis illis respirare dabitur, & tecum ipse adero, & te consolatione mea reficiam,quantùm in me erit,nulla tibi in re defuturus.Quę verba quum ille audisset,multò etiam quàm antea magis illachrymans surgit. Hìc ego illum amplexus,capútq; deosculatus deduco, hortatus vti generoso, fortiq; animo id omne perferat quod accidisset. Talis enim,inquam,mea est in Christo, qui tibi ad se vocato, ouium suarum curam commisit,fides atq; expectatio,vt tu tantam tibi olim ex huiusmodi functione fiduciam apud illũ paraturus sis,vt & me quoq; in die illo pericli tantem æterni tui tabernaculi consortem efficias. B

Dialogi Diui Ioannis Chrysostomi de sacerdotio finis.
Germano Brixio Altissiodorensi,canonico Parisiensi,interprete.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, EPIscopi Constantinopolitani, de prouidentia dei,ad Stargirium monachum arreptitium,liber primus: incerto interprete.

OPortuerat quidem ô amãtissime omnium Stargiri, fueratq; sanè conueniẽtissimum, nos tibi nũc adesse, atq; in ærumnarum tuarum consortium trãsire, ac partim verbis exhortando, partim fouendo ministerio, cũctaq; reliqua inferendo obsequia iuxta C modulum virium nostrarum, partem aliquã lenire mœroris:quoniam verò & corporis malæ valetudo, & inuectus in caput nostrum acerrimus dolor, domi nos manere compulerunt, nobisq; tanti lucri ministerium abstulerunt: iam quod reliquum est pro consolatione tua, & pro vtilitate nostra hoc inferre non negligam. Profuerit enim id fortasse magis ad præsentes aduersos casus fortissimè ferẽdos.Sin verò nihil tale perfecerimus, certè vel in nullo nos officium deseruisse, nihilq; omisisse diligentiæ nos cõsolabitur, melioriq; animo esse in reliquum faciet.Is enim,qui cuncta impleuerit,quæq; ad leuandos dolores maximè conferre arbitratus fuerit,etiamsi nihil aliud peragat,vel cogitationis saltem atque conscientiæ accusatione liberatur,criminúmque onere deposito, sola mœstitiæ põdera perferrre cogitur. Si igitur ex illorum essem numero, qui deo familiarius coniuncti,plurimum apud illum possunt,nũquam profectò orare & obsecrare pro mihi cõiunctissimo charissimóque capite desisterem. Quoniam autem huiusmodi vires, atq; confidentiam mihi scelerum meorum multitudo abstulit, verborum consolationem, ac fomenta tibi afferre conabor.Nam & in his,qui corporea mala valetudine laborãt, cùm medicorum sit fugare dolores, infirmitatèmq; compescere, non tamen famulis qui sunt in ministerio interdicitur verborum consolatio:immo verò hi maximè sunt, qui plurimis in consolando vtuntur, atque eò pluribus, quò dominis suis maioro beneuolentia afficiuntur.Si quid itaq; dictũ fuerit à nobis,quod maximum hunc, atq; immensum dolorem tuum possit extinguere,factum erit vt volumus,ac vehemẽter optamus.Sin verò huiusmodi nihil inuenire aut loqui potuerimus, voluntatem tamen nostram, ac propositum ille approbabit,qui per beatum Paulum flere cum flentibus, humilibusq; consentire iussit.Videtur itaq; vna esse causa mœroris tui,nequissimi scilicet huius dæmonis insania. Verùm ab hac veluti radice plurima tristia oriri,si quis rectè perspexerit,animaduertet.Quod non ex meipso modò colligo,sed ex verbis illis tuis,qui dũ adesses coràm, querimoniæ ac doloris plena familiarius exposuisti.Aiebas enim primò ea te consideratione turbari, ac ferè in desperationem præcipitari, quòd cùm priore tempore laxius,& negligentius viueres, nihil huiusmodi perpessus sis:postea verò quàm teipsum mundo crucifixisti,tunc demũ iste morbus inuaserit: secũdò quàm plurimos noueris dum delicatè viuerent,hac peste correptos:eos tamen paruo pòst tempore ita ea infirmitate liberatos, vt perfectæ integritati restituti & vxores ducerent, & plurimos procrearent filios, omnibusq; vitæ præsentis voluptatibus diu, ac iucundè fruerẽtur, nihilque postmodum tale paterentur:contrà,tu cùm tantum tempus in ieiuniis, ac pernoctationibus, & reliqua propositi,& vitæ austeritate contriueris, nullam ærumnarũ tuarum liberationem, nullum finem hactenus inueneris.Tertiò,quòd cùm sanctus ille vir tantam in reliquis aduersus dæmones potentiam ostenderit, nihil eiusmodi potuerit in tua dilectione perficere,neq; ipse, neq; hi qui cum illo erant, illo etiam in hoc genere potentiores,verùm omnes re infecta abs te cum rubore discesserũt.Ad hæc alia ex parte nimium te angi dicebas, quòd ita animum tuum incredibilis vis mœroris occupauerit,vt sæpius ad laqueum ferè, fluuiumq; & præcipitium proueharis.Quarto deinceps loco,quòd æquales tuos & contubernales,qui tecum sacram hanc, cœlestemq; conuersationem inierunt,tranquillè agentes aspicis:te verò sæuissimæ procellæ expositum, & quod omnium profectò miserrimum est,carceri addictum.Neque enim his qui ferro vincti sunt ita lachrymãdum asserebas, vt his qui huiusmodi catena colligati fuerint. Aiebas & aliud esse præterea,quod maximè te turbaret: vereri enim ac tremere,ne si ista pater sentiat, maximis iniuriis, atque incommodis afficiat sanctos illos,qui te à principio susceperunt.Quippe summis viribus atq; opibus fretũ, mœroreq; & indignatione concitatum, cũcta aduersus eos summa audacia moliturum,parciturum nemini,qui sibi ex illorum numero occurrerit. Et hactenus quidẽ potuisse matrem rem gestam notitiæ patris subducere,repulisseq; illum sæpe,ac fregisse cùm de te solicitè inquireret:fore autem vt processu tẽporis deprehendatur cauta hæc matris simulatio, iámq; ille & ipsi, & monachis omnibus acerrimè immineat.Postremò quod omnium malorũm supremum culmẽ est,nullam tibi certam esse futurorum confidentiam dicebas, neq; apertius scire,si quãdo futura sit morbi huius absolutio, neque liberatio, cùm sæpius hac expectatione suspensus,rursus in eãdem miseriam incideris.Dura sunt profectò ista,& quæ animum maximè perturbare possint,ingentiq; implere tumultu,sed animum remissum, imperitum ac desidem. At vero nos si respiscere paululum, ac respirare voluerimus, D E F

Universidad de Deusto
Biblioteca

Grimus,cogitationésq; pacis admouere, has omnes mœroris causas veluti tenuissimum puluerem excutiemus. Caue autem putes me modò ista idcirco tanta facilitate polliceri,quòd extra dolorẽ hunc,vexationemq; persistam.Etsi enim quibusdam fortassis incredibilia dicere videbor,dicam tamen:neq; enim cum reliquis tu mihi quoq; fidem non adhibebis.Cùm inuasit animam tuã sceleſtus ille dæmon ab initio, atque orantem cum cæteris prostrauit,non quidem tunc ipse præsens aderam: gratiasq; ago clementissimo deo , didici tamen omnia diligentissimè,non secus quasi ipse affuissem. Nã Theophilus Ephesius vtriusq; nostrum amantissimus profectus ad me , cuncta mihi per ordinem tristis ac mœrẽs retulit,distortas manus,toruos oculos,oris spumã, horrendam illam & confusam vocem, diabolicum tremorem,sensus per multam horam priuationem.Visuq; terribile,quod ea nocte ostensum est. Suem enim quẽdam ferocissimum maxima vi luti inquinatum in te insilire iugiter,atq; infestissimè peruadere visum aiebat.Cumq; is qui iuxta obdormiebat, cũ ea visione turbatus, expergrectus esset, inuenisse te acriter concuti , atq; à dæmone
H vexari.Cùm igitur hæc ille nunciaret,tãtam fateor mœroris nebulam mihi effudit, quãtam hic ipse durissimus dæmon charitati tuæ. Postea verò quàm me ex acerbo, ac diutino dolore collegi,nihil mihi iam nisi tristis humanarum rerum,inanisq; occurrebat facies. Non iam dura aduersa, non blanda læta quæque videbantur : sed cùm olim vanitatem seculi cõtemptui habuerim,ac reprehendere solitus sim,tunc maximè id passus sum,maiorq; affectus,ac desiderium subiit dilectionis tuæ: quippe ea est casuum tristium natura, qui amicitiam peraugere consueuit:idq; ex eo liquet, quòd inimicitias quoq; facilè reuocare in gratiam possit.Nullus enim ferè tam immanis,támq; lapideus ac ferreus est,qui si videat gratui aliquo casu angi inimicum,aduersus illum seruare odium possit.Quòd si inimicis quoq; miseremur, eósque amicorum habemus loco,cùm graue aliquid,atq; insperatum illos perpeti videmus: considera quæso diligẽter quid me pati, quóve esse animo necesse fuerit, dum eũ, quem ex omnibus maximè diligo,quẽnq; nõ aliũ,quàm me alterum duco,vexari acerrimè, ac mœrore deficere audirem?Noli itaque putare nos vexationis tuæ immu-
I nes, ac exortes , fomenta tibi consolationis admouere. Etsi enim à perturbatione illa,ac deiectione,collisionéque diaboli sum dei gratia liber,huius tam mœstitiæ,ac doloris æquas partes mihi tecũ vendico: atque istud mihi credent,qui ita vt oportet diligere nouerunt. Agè ergo excutiamus hunc puluerem : ita enim erit tolerabilis,ac leuis huiusce vis mæroris, si noluerimus credẽdo protinus perturbationibus tradi ad præcipitia, sed respicere potius,atque vt conuenit,vel tãtisper vti ratione curauerimus. Plurima enim ex his quæ videntur acerbissima,priusquam examinentur diligentius, grauia putantur,& intolerabilia:si quis tamẽ ea admota ratione discutiat,inueniet esse longè opinione leuiora:quod modò quoque futurum non despero,tu tantùm teipsum erige, neq; stultæ atque inanissimi vulgi opinioni acquiescẽs, fortiorem contra nos inimicum statuas. Igitur si quidẽ ad aliquem infidelium mihi sermo esset , qui fortuito, vel casu ferri omnia existimant,nequissimísque dæmoniis mundi curam, atque prouidentiam assignant , plus mihi negotij incumberet , repellendáque prius erronea opinio fuisset,atque veritatẽ prouidentię ostensa,tũ demum admonitio salebris , atq; consolatio subinferẽda. Quoniam vero Christi gratia instructus ab infantia sacras didicisti literas , veráq; & salutaria dogmata prius K
hæres ex maiorum tuorum successione suscepisti,credis profectò absque vlla hæsitatione deo curã esse de omnibus,& de his maximè, qui sibi fide iuncti sunt : itaque omissa hac parte, aliunde sumamus initium . Principiò cùm angelos crearet deus, immo verò vt priora cõplectatur oratio, antequam angelos conderet , cœlestésque reliquas virtutes,deus erat sine vllo vnquam suæ substãtiæ principio. Cùm verò nullius rei egens semper esset, id quippe proprium diuinitatis est, creauit angelos, archangelos,omnésq; reliquas incorporeas immortalésq; substantias.Creauit verò ob aliud nihil,nisi sola bonitatis suæ causa. Quorũ enim obsequio non indigebat,nũquam eos profectò creauisset, nisi supremè bonus atque clemens esset:post verò illorum creationem fecit hominem ipsa scilicet , atque eadem causa, mundúmq; hunc omnem,quem cùm innumeris bonis, omníque ornatu, ac decore insignisset,paruum illum, atque vilissimũ puluerem his omnibus præfecit,hoc illam in terra constituens,quòd ipse esset in cœlo.Quòd enim ait:Faciamus Gene.1.c
hominem ad imaginem,& similitudinem nostram, nihil aliud profectò , quàm sub ditione eius posita terrena L
cuncta significat.Cùm igitur ita illum conditum in tãto honore locasset, veluti regi regiã paradisum sibi terrenorum omnium pulchẽrrimam sedem assignauit, volens præterea sibi alia quoque ex parte ostendere,quantùm animantes reliquos honore transcenderet:adducit ad illũ omnes,ac nomina singulis imponere iubet,nullúmq; ex his in adiutorium dat sibi , causámq; protinus adiiciens: Non enim,inquit, inuentus est adiutor simi- Ibidem.2.d
lis sibi. Cùm verò hæc per omnia medium vtriusque naturæ eum statuisset,vtq; omnibus esset ipse clarior & honoratior,nihílq; sibi esset simile,quod in tanta rerũ multitudine illum decuisset: tunc iàm & mulierem creat,& in hoc illum rursus honorans, manifestúmque faciens, quòd illam quoque ipsius gratia creasset.Sicut & Paulus 1.Cor.11.b
ait:Non,inquit,creatus est vir propter mulierẽ, sed mulier propter virum.Non autem his tantùm illum honorauit , verùm & sermonem illi ex omnibus largitus est, suíq; illum notione dignatus est,ac suo dedit frui contubernio, quantũ frui homo poterat. Immortalitate præterea donandum promisit, summáque impleuit sapientia,spiritualem illi gratiam adiiciens,adeo,vt nonnulla M
etiam prædiceret. Itaque illi omnia largitus est, cùm tamen ab eo nulla antè rectè facta manauissent. Quid igitur ille post tanta,támque singularia beneficia, fideliorẽ parente ac donatore suo inimicum arbitratus est, spretóque mandato conditoris,fallaciam illius prætulit,qui se perdere omnino,bonísque omnibus eiicere,atque honore omni expoliare cupiebat? Prætulit autem, cũ tamẽ nullum neque magnum neque paruum beneficiũ ab eo esset consecutus , soláque verbum eius aure percepisset. Num verò deleuit illum deus tanta ingrati animi signa ab initio statim,atque ab ipsis,vt ita dixerim,lineamentis præ se ferentem? Hoc enim iustitiæ ratio poscebat,vt is qui inpumeris antea affectus beneficiis ab inobedientia statim,atque ingratitudine vitæ initia ceperat,deleretur,atque de medio auferretur.Deus verò non minus quàm antea bene illi facere perstitit,ostendens per hoc, & liquidò comprobãs , quòd nos etsi millies peccemus, illúmq; aduersemur:ipse tamen saluti nostræ prospicere nunquam desistit,vt si quidem conuersi fuerimus,seruemur : sin autem in vitiis perseuerauerimus , ipse tamen quod suum erat,fecisse aduertatur. Itaque videtur quidẽ eiectio illa paradisi, ligníq; vitalis inhibitio , mortísque
mulctatio

A mulctatio cruciantis esse,atque punientis:sunt autẽ profectò ista omnia signa clementiæ,& quidem nõ minus quàm priora. Etsi enim mirabile id quod dicimus videtur,verissimum est tamen : ea quippe quæ fiebant cũ diuersa viderentur, atque disiunctissima,vno tamen,concordíque fine sibi inuicem consentiebant. Exempli causa:Quòd illum exclusit à paradiso, quòd contra paradisum collocauit, quòd vetuit,quòd mortalem fecit,quòd interim ea sententia superior,asperiórque visus est: hæc omnia,priorá; illa molitus est . Atque anteriora quidẽ illa sola hominis causa cõdita fuisse,illíque & ad decus, & ad commodum adiecta ita manifestum est , vt inde verba facere opus non sit: posteriorum potius ratio reddẽda est,vt ea quoque homini sint vtilitati, atque ornamẽto. Quónam ergo modo scire id, & planè perspicere poterimus? Si consideremus diligentius quid illũ pati necesse fuerit,nihil hæc ita contigissent:nam si pollicente diabolo æquales illos deo se ostensurum post præuaricationis reatum in eodem honore perstitissent,tria
B profectò incurrissent suprema scelera. Primò enim deũ maleuolum,& iniustum, seductorẽmque & mendacem existimassent:secundò verò seductorem,maleuolentiéque & mendacij,& inuidiæ parentem beneficum, atque amicũ putauissent.Postremò peccare mortaliter,& absque vllo fine perstitissent . Is autem hominem tũc omnibus eiectum paradiso liberauit . Ita ferè & medicus si vulnus negligat,ac deserat,purulentum amplius reddit: sin vero id contrectatum iugiter depurare persistat,vlterius progredi saniem,ac morbi virus vetat.Quid igitur? Num his tantũ contẽtus fuit? Minimè,immo & sudores illi adiecit & labores : nihil enim minus otio , & quieti natum est,quàm hominis natura.Si enim his addicti, nec sic quidem peccare desistimus : quò scelerum progressa non esset audacia nostra , si nos affluere deliciis & otio constituisset deus? Omnia enim,inquit,mala otiositas docuit. Attestãtur autem nostræ huic rationi & quæ quotidie fiunt, & quæ maioribus nostris conti
Exodi.32.b gerunt.Sedit,inquit,populus mãducare,& bibere, & surDeute.32.b rexerunt ludere.Ac rursum: Incrassatus est & impinguatus,& recalcitrauit dilectus.Consona his quoque beatus
Psal.77.d Dauid loquitur,dicens: Cùm occideret eos,tunc exquirebant eum,& reuertebantur , & diluculo veniebant ad
C eum . Ad Hierusalem quoque per Hieremiam loquitur
Hiere.6.b deus:Per omnia erudire Hierusalem,ne recedat anima mea à te. Quòd autem non solũ malis, verùm & bonis humiliari,atque incuruare salutare sit, rursum significat
Psal.118.l propheta,cũ dicit: Bonum mihi domine,quia humiliasti me,vt discam iustificationes tuas. Post hunc & Hieremias hæc eadem,sed non eisdem verbis exclamat:Bo
Thre.3.c num,inquiens,viro,si iugũ tulerit graue à iuuentute sua, sedebit solitarius, & tacebit, & de seipso deum obsecrat dicens:Non sic tu mihi parcens in alienationem,in die mala.Beatus item Paulus, qui tanto munere gratiæ cœlestis effulsit,tantúmq; naturam excessit humanam, boni tamen huius vtilitate indigebat, quocirca etiam dice
1.Cor.12.b bat:Datus est mihi stimulus carnis meæ,angelus satanę, qui me colaphizet,vt non extollar.Propter quod ter dominum rogaui,vt recedat à me,& dixit mihi:Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur . Poterat certè sine persecutionibus,& pressuris, laboribúsq; & sudoribus prædicatio perfici: sed tamẽ id noluit Christus prædicantibus parcens , ipsorúmq; commodis per
Ioan.16.g omnia consulens.Quocirca dicebat illis: In mũdo pressuram habebitis . Cupientibúsq; cœleste regnum ingredi,angustam viam arripiendam iubet , quasi non aliter
Matt.7.b

id intrare liceat:ideo pressuræ,& tentationes,& quæque D
nobis tristia contingunt,quæ non minus dei prouidentiam,summámq; clementiam indicant,quàm læta & iucunda.Quid autem dicam pressuras huius temporis, cũ non minus ipsa quoque gehennæ comminatio , quàm promissio regni ineffabilem ipsius clementiam cõmendet? Nisi enim ille gehennam minatus esset,non facilè quispiam cœlestibus bonis potiretur.Neque enim sufficit sola gaudiorum repromissio ad excitandos ad virtutem animos , nisi etiam eos pœnarum timor impellat, qui negligentius affecti ad illam sunt. Quocirca primũ hominem quoque à principio paradiso expulit , quia ex honore sibi præstito deterior effectus esset , si post spretum,violatúmq; mandatum immotus ille,stabilísq; durasset.Iam verò vt Adam omittamus, quid non feciſſet Cain in paradiso degens,tantísque deliciis fruens,quãdo his omnibus priuatus, patrísq; supplicium ante oculos habens,ne sic quidem emendatus est , in tantúmque nequitiæ prorupit , vt homicidium ipse primus inueniret,ausúq; nefario impleuerit?Homicidiũ vero nõ qualecũque,sed omnium sceleratissimum: neque enim pau
latim,neque ex longæuo,diúq; meditatus nouum hoc fa E
cinus aggressus est:sed repentè ac simul verticem,& cul
men iniquitatis occupauit: eúmque qui ex eodem vtero processerat,qui eadẽ suxerat vbera, qui in nullo ius naturæ violauerat , (nisi honorare deum, id sit violare ius) appetiit insidiis, ac protinus necauit . Velim hìc rursus consideres clementiam dei.Patitur ipse iniurias, & verbis iniuriam corripit,tristèmq; consolatur.At vbi insania fertur in fratrem,tunc iam seuerus vlciscitur,cruciátumque statim infert. Et certè priora illa eodem digna erant cruciatu,imò verò longè grauiore. Si enim in hominibus cõseruus aliquis meliora quæque sibi seruat, ac domino suo deteriora offert,rem indignissimam, plenámque contumeliæ facere arguitur , multóque id magis, in deo.Caïn vero non in hoc solùm, verùm in alio quoque deliquit,quod fratris honorem ægrè , atque indignè tulit . Nam si ex prioris peccati pœnitentia vultũ demisisset, accepta profecto fuisset hæc illi optima mutatio.Nunc vero non pœnitentia erat illa confusio,vultúsque deiectio,sed zeli ac liuoris,quod rei exitus docet.
Nam deo quodammodo irascebatur, quod iniuriis affe F
ctus non se honoraret,quod moderato intemperantem non præferret. Verũ cùm hæc illius scelera vehemẽtissima animaduersione punienda essent , largè clemẽtius quàm merebatur delinquente vtitur , tumentésque animos illius comprimere nititur:erat enim indignatione
Gene.4.a plena illa deiectio, idcirco loquitur ad illum : Quiesce. Hoc autem cũ diceret,sciebat quidem quò progressurus esset zelus , cæterùm ingratis occasionem omnem amputare volebat: si enim ab initio punitus ille esset, huiusmodi multi plurima dixissent , Non poterat admonere verbis, & corripere, ac terrere prius , atque tunc demum si perseuerasset in malis,irasci,& suppliciũ inferre?Ingentis crudelitatis est iste cruciatus, idcirco igitur suas æquanimiter iniurias tolerat,vt vnà & illorum obstruat os, & ipsius Cain parentem quoque sola bonitate se corripuisse ostendat : prætereáque vt eiusmodi benignitatis exemplo cæteros ad pœnitentiã prouocet.Postea vero quàm secundum duritiam suam,& cor impœnitens thesaurizauit sibi iram, ille tunc iã vlciscitur in criminosum:sin vero post scelus homicidij mansisset impunitus,etiam ad aliud maiúsq; flagitium progressus esset. Neque enim dicere possumus per ignorantiam illũ primo deliquisse:nam quod iunior intelligebat,ipse ma
ior natu

Universidad de Deusto
Biblioteca

G ior natu quid ignorare poterat? Esto autem per ignorãtiam peccauerit prius, postquã audiuit, quiesce, postquã prioris culpę venia potitus est, ex qua ignorantia ad paricidium prorupit? Vidésne vt prior etiam culpa nõ de ignorantia, sed de malignitate & nequitia, supremáque sceleris audacia venerit? Quæ nam verò fuit huius pœna? Profugus eris ac tremens super terram. Videtur tamen dirus, & acerbus esse cruciatus: sed si peccatum cõsideremus, non iam ita videbitur: & ipsum verò supplicium diligentius intueamur. Cũ ille verò offerret mœstus, atque demissus incessit: cùm verò post iniuriã dei honoratus ab illo non est, corripientem respuit, paricidiumq; primus inaudito scelere patrauit: immo verò facinus paricidio longè sceleratius, parentes enim incredibili dolore confodit, ac deo etiam mentitus est. Num enim, inquit, custos sum fratris mei? & pro his omnibus solo timore, ac tremore cruciatur. Equidẽ dei benignitatem non ex eo solùm manifestari dixerim, quòd mitiorem pœnam tanto scelere adhibuit: sed ex eo maximè, quòd in ipsa pœna lucrum haud spernendum in se habere videatur. Id vero lucrum est, quod ex ea ipsius castigatione cuncti postmodum admoniti sunt resipiscere à malis, fierique meliores. Idcirco ergo non occidit illum, quia par vtilitas profectò non fuisset, audiri quod Cain fratre interempto, morte mulctatus esset, & videre paricidam ipsum pœnas exoluentem. Fortasse enim id auditum, ob immanitatem sceleris credi rum minimè fuisset. Nũc verò videtur, dum coràm adest, longoq; superstes tẽpore, plurimos pœnæ suæ testes reliquit: manifestum certè ac credibile, & suæ ætatis hominibus, & postea futuris omnibus id facinus cõstituit. Quid ergo, inquies, hoc illi contulit? Maximè quidem illius saluti prospiciebat, cũ eius rabiem quantùm in se fuerit, coërceret castigatione verborum. Verũ ne ipsa quidem illata sibi pœna, si quis diligentius inspiciat, maxima ipsius vtilitate vacat. Si enim statim illum occidisset, nullũ sibi pœnitẽtiæ tempus, per quam melior euaderet, dedisset. Tunc verò cum metu, ac tremore vitam ducens, nisi nimis insensatus, ac belua potius quàm homo esset, ex huiusmodi vita plura capere potuit emolumenta. Præterea futurum cruciatum leuius, atque tolerabilius præsentis temporis pœna constituit: ea enim quæ nobis in
I hac vita inferuntur supplicia, diuinitus futurorum cruciatuum partem haud exiguam succidunt. Atq; harum rerum testimonia de scripturis diuinis afferre facilè possumus. Nam Christus dominus cũ discipulos alloquens, de diuite & Lazaro dissereret, Abraham retulit, cùm rogaretur à diuite vt mitteret Lazarum, qui extrema digiti parte paululum aquæ ardenti linguæ instillaret, dixisse ad illum: Fili, recordare quia recepisti tu bona in vita tua, & Lazarus mala: nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris. Paulus quoq; (Paulum vero quoties dico, rursus Christi præcepta replico. Christus enim profecto, mea quidem sententia, beatissimam illius mouebat linguam) dum Corinthiis scriberet, aliquando iubet eum, qui grauissimè fornicatus fuerat, tradi satanę in interitũ carnis, vt spiritus saluus sit in die domini nostri Iesu Christi. Rursusq; cùm eosdem de his qui indignè sacra & veneranda mysteria percipiebant, admoneret: Propterea, inquit, inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi. Nam si nosipsos iudicaremus, nũquam profecto iudicaremur. Cũ iudicamur autem à domino, corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur. Vidistine ineffabilem clementiam, immensasq; diuitias benignitatis? Vidisti vt omnia agat, atq; moliatur deus, vt post peccatũ quoq; mitiore, quàm debuimus, plectamur K
pœna, aut etiam omnino liberemur? Porrò si quis id curiosius inquirat, cuius rei gratia veteranum illum seductorẽ non continuò deleuerit, id quoque pro summa in nos cura illum fortasse comperiet. Si enim sceleratus ille obtineret, esset fortasse irrationabilis ista inquisitio: sin autem hac potentia priuatus, tantũ persuadere, atque allicere potest: illius vero suasionis illecebras renuere in nobis est. Cur tu materiam abscindis coronarum, industriæq; probitatis occasionem tollis? Ad hæc si illum sciens fore insuperabilem, cunctosq; deuicturum: ita illum dimisisset deus, ne sic quidem ista hæsitatio locum habuisset. Nam tum quoque quòd ille obtineret, quòd vinceret non reluctantes, sed spontè sibi cedentes, atque succumbentes, à nobis profecto manasset. Quòd si plurimi quidem illius potentiam, ac vires frangũt, complures item posthac illum superaturi sint: quid tu futuros probatissimos, clarissimaq; victoria insignes, tanto priuas honore? Idcirco enim illum dimisit, vt eũ deiiciant qui fuerant ab eo prius superati, quod illi omni supplicio grauius, ac durius est. At nõ omnes, inquies, illum superaturi sunt. Quid hoc ad rem? Profecto enim L
H multò melius, multòq; conuenientius est iustis occasiones suppeditari, quibus ad virtutem se exerceant, voluntatemq; ostendent suã: eos vero qui non sunt huiusmodi, ex propria puniri negligentia, quàm istorum causa illis etiam coronas suas adimi. Nam modò is qui malus & secors est, nõ aduersarij viribus, sed suo potius torpore superatur, quod indicat vincentium illũ multitudo. Tunc vero studiosi quiq;, atque alacres malorum causa meritis honoribus fraudati fuissent, non habẽtes vbi vires exercerẽt suas: veluti si agonotheta quis athletas duos nactus, alterum quidem aduersario congredi paratũ, omnemq; tolerantiam ostendere, coronámq; ex certamine referre: alterumq; labori illi, & ærumnæ otiũ deliciasq; perferẽtem comparat, atque aduersario de medio sublato, ambos re infecta dimittat. Sic enim strenuus ille, propter alterius ignauiam graui iniuria affectus videretur. Ignauus autem nõ fortissimi socij causa malus esset, verũ ob̃ secordiam suã. Sed enim hæc istorũ quæstio, cũ de diabolo agitari videatur, si suo ordine procedat, plurimis in rebus dei prouidentiam insimulat, cunctamq; simul disciplinam perimit. Accidit etiam oris atque oculorum factionẽ, quippe cùm per hæc quæque illicita concupiscant, atque in adulterium corruant plurimi: per hoc autẽ blasphement alij, atq; pernicios dogmata proferant. Num ergo sine oculis & lingua debuerunt homines fieri? Pedes quoque abscindere, & amputare manus necesse erit, eò istæ plenæ sint sanguine, illi vero prompti ad malum currant: nec ipsæ quidẽ aures immanitatem rationis huius effugere poterũt. Nam in- M
mania quæq; & praua percipiẽtes, corruptionem dogmatum ad animam mittunt: itaque & istæ auferendæ erũt. Quòd si dabimus cibos quoque ac potus, cœlum, terrã, mare, Solem, lucem, lunam, stellarumq; chorum: atq; omnium animantium genera tollamus, nec esse erit. At quid ista enim omnia erunt necessaria, cùm is cuius causa facta sunt, adeo miserabiliter truncus, conscissusq; iaceat? Videsne qui risus, quæ ineptiæ, quæ deliramenta rationem istam necessario sequantur? Diabolus nempe sibiipsi, non nobis est malus. Nos enim si velimus, plura etiã commoda per illum, perq; illius nequitias consequimur, illo etiam inuito ac renuente: quod est profecto mirabile, & in hoc diuinæ bonitatis magnitudo conspicitur. Nam si cũ meliores efficimur, mordet: id quidem ac per

A ac per se solum angit, excruciatq; diabolum, quãdo hoc ipsum per eũ, atque illius causa nobis suppeditatur, ferre ipse iam sua detrimenta, aut seipsum capere prę doloris magnitudine nõ potest. Quomodo autem ex illo proficimus, dũ illius astum, immanitatem, perpetuasq; insidias, ac fraudes varias soliciti metuimus, somnum immodicũ excludimus, vigilamus sobrij, semperq; dei reminiscimur? Quòd autem ista mea ratio nõ sit, sed beati Pauli, ipsum audias (licèt ejsdẽ ferè verbis) fideles dor-
Ephes. 6.b mientes excitantem. Nam Ephesiis cũ scriberet, sic ait: Nõ est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinẽ, sed aduersus principatus & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum huius seculi, aduersus spiritalia nequitiæ in cœlestibus. Hæc autem cũ diceret, non deiicere studebat auditorũ animos, sed potius erigere. Petrus
1. Pet. 5.c itẽ: Sobrij estote, & vigilate, quia aduersarius vester diabolus, tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret, cui resistite fortes in fide. Promptiores profectò, atque fortiores nos ista faciunt, persuadentq; familiarissimos deo fieri. Qui enim imminere sibi cernit inimicũ, maiori ad illum currit desiderio, quò se tueri possit. Ita
B ferè infantes pueri, cũ quid horrendum viderint, ad matrum sinus protinus fugiunt, illárumq; pendentes vestibus, eis se tuentur ac protegunt, atque ita vt sæpius retrahentibus plurimis inde auelli non possint. At verò quãdo nihil eiusmodi perturbat, ne vocantes quidem illas exaudiunt, neq; trahi patiuntur: immo blandiciis allicitẽtes respuunt, & cũ plurima illi moliantur, vt ad se eos pertrahant, semper eas auersantur, appositámq; mensam despiciunt. Quocirca matrũ plurimæ, cũ nihil obsecrãdo proficere se viderint, laruas quasdam horrorisq; figmenta parant, atque illos demũ ad reditum impellunt, persuadentq; ad se iterum recurrere. Hoc autem non in solis pueris contingit, sed etiã in nobis. Quando & malignus ille perterret nos, atq; perturbat, tũc frugi efficimur, tunc nosipsos agnoscimus, tunc ad deum omni studio recurrimus. Quòd si deletus ab initio nequã ille fuisset, atq; sublatus è medio, fortasse nec præterita credidissent plurimi: puta quòd hominem illum fefellisset, quòd bonis illis innumeris eum eiecisset, deumq; hoc inuidia & liuore commotum fecisse arbitrarentur: quãdo enim ne modo quidem desint, qui post tanta illius
C seductionis indicia id audent dicere, si non illius nequitiæ, & astus experimenta cepissent, quid non dixissent? quid non obiecturi fuissent? Quòd si penitus, atq; diligẽter his quę fiunt animũ intendere velimus, inueniemus minimè ad omnia nos diabolum impellere: sed cũ plurimorum ille nobis lapsuum sit author, plurimum ipsi nosmetipsi per nostrã solam secordiam, ac negligentiã patimur. Vbi enim, vt ad priora reuertamur, ad Cain diabolum accessisse, fraternámq; cædẽ suggessisse legimus? Nam matri quidem illius visus est loquens, fraudémq; concinnans: huic autẽ minimè, nisi forte quis malas illum cogitatiões dicat immisisse. Quod etsi nec ipsi renuimus, iamen totũ illius culpa contingit, qui suggerentem admisit, illiq; paruit, atq; principium in se inuadendi præstitit. Attamen nec sic illum dimisit deus, verũ ex his pœnis quæ punire videbatur, admonere potius atque corripere nõ desinit. Quod autem Cain viri vnius supplicium dico, quãdoquidem etiam diluuium, in quo tot periere viri, dei nobis prouidẽtiam aptissimè potest asserere. Primũ enim non repentè, neq; insperatè mortalibus vim illã inundationis induxit, sed fore prędixit: ídq; non ante breue tempus, sed ante centum & viginti
Gene. 6.a annos. Tũ verò ne ex longitudine prędictionis in obli- D
tionem, ac negligentiã incideremt, ædificari arcã in oculis omniũ instituit, voce omni clarius clamantẽ, deiq; minas omnibus annunciantẽ. Cain quippe sanitate mẽtis exciderat, illa verò ante omnium oculos posita iugiter imminentiũ sibi malorum illos admonebat. nec sic tamen illi emendati sunt, sed in vitiis perseuerauerunt, supplicia sibiipsis conscientes atq; attrahentes. Deus enim diluuium ipsum neq; comminari, neq; inferre voluisset, si uti nec gehennã ipsam quidem. Verũ istorum omnium nosipsi nobis causa sumus, quod & sapientissimus quidem videret, cũ diceret: Deus mortem non fe- Sapien. 1.d
cit, nec lætatur in perditione viuentiũ. At deus ipse per prophetã ait: Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. At verò nos nisi conuertamur, damnationẽ Ezech. 18.g
nobisipsis vltro, mortẽmq; congerimus, non is qui nos perire voluerat, quiq; viam effugiendi nobis ostenderat. Ergóne id solũ habemus, quod de diluuio dicere possumus, nullág; ex eo prodisse emolumenta docemus? Dici profectò non potest, quantũ vtilitatis & his qui illa inundatione periere, & cæteris postea futuris inde cõparatum sit. Illi enim vlterius in vitiis ac flagitiis progredi permissi non fuerũt: qui autem post illos secuti sunt, E
maiora etiã quàm illi, atq; excellentiora lucra retulerũt, fermento (vt ita dixerim) materiáq; malorum è medio sublatis, extinctisq; peccatoribus. Nam si etiã sine exemplis mala homines per se facilè inueniũt: quid nõ facturi existimentur, si plurimorum exemplo ad pernicios actus inuitẽtur? Quod vti ne fieret, ne tot scelerum magistros hi, qui postea futuri erant, intuerẽtur: eos omnes vna perdidit. Verũ enim, quæ nam est illorum sapiens, imò plena stultitiæ ratio, qui cũ nihil boni agere velint, omnia verbosis ac ventosis quęstionibus agitant, vt suorum delictorum causas ad deũ referant? Nisi permisisset deus, aiunt, nequaquã accepisset diabolus, nunquam decepisset ab initio, sed neq; cognouisset Adam, quantum boni antè habuerit, neque suã illam arrogantiã vnquam deseruisset. Qui enim seipsum in tantũ culmen honoris erexerat, vt fieri se deum expectaret, quò non prorupisset audaciæ, nisi digna fuisset animaduersione castigatus? Dices nihil diabolũ cõsiluisse, nihilq; penitus Heuæ de ligno locutum fuisse: nũ sine peccato perstitissent, si istud non ita contigisset? Minimè verò: nã cui mulieri tã facilè quod volebat persuasit, ipse etiã diabolo ab- F
sente, ex seipso quãprimum in peccatum corruisset, quo maiori quoq; pœna mulctari meruisset. Prœterea ne nũc quidem diaboli solius est omnis illa seductio, sed sua etiam concupiscentia mulier corrupta corruit, atque hoc scriptura sacra indicat, quæ dicit: Viditque mulier quòd Gene. 3.b
bonum esset lignum ad edendũ, gratúmq; oculis ad videndum, ac speciosum ad considerandum, & ac sapiens de fructu illius cõmedit. Neq; verò ego nũc ista loquor, quasi diabolũ insidiarum criminibus purgare intendẽs, sed indicare volens eos, nisi sponte cecidissent, à nemine vnquam potuisse deiici. Nam qui tam facilem propinatam sibi ab altero deceptionẽ suscipit, is profectò & negligenter, & laxi fuisse affectus ostenditur. Neq; enim tantũ ille potuisset, si sobrium vigilantemq; animum allocutus esset. Sunt autem plurimi, qui cũ ad hãc partem differendo perueniunt, diabolo omisso ad mandatum transeunt, cùm à peccante homine abstinẽant, deo crimen impingunt, dicentes: Quid enim eis præceptũ dabat, quos peccaturos nouerat? Ista ra vera sũt diaboli verba, & impiæ mentis inuenta. Nam quòd præceptum dare longè maioris dispensationis sit, quàm non dare, clarissimè constat. Si enim Adam volũtate, & animo tam negligenti,

Universidad de Deusto
Biblioteca

G negligenti,quàm fuisse ostenditur, nullum suscipiat mã datum,sed in deliciis,& securitate persistat:ex huiusmodi licentia imbecillitas tanta atq; negligentia ad meliora,an ad deteriora prorumpet?Liquet profectò illum ad summum fastigium vitiorum euasurum, si absq; cura sit. Nam si necdum de immortalitate securus, eamq; spem dubiam pendere non ignorans,in tantam arrogãtiam atq; amentiã elatus est,vt deus fieri speraret:istúdque cũ id promittẽtem nulla ex parte fidelem cerneret, si firmam ac securam immortalitatem cõsecutus esset, quò non progressus esset arrogantiæ? quid non peccasset,quãdo ille deo obtemperasset?Tu verò dum ista criminaris, idem profectò facis, ac si quis fornicationem & libidinem interdicentem simularet, ideo quòd pluri mi ista audiẽtes fornicaturi essent. Nónne sunt ista extremæ dementiæ?Si enim nullo mandato suscepto diabolus ad illum accedens, recedere à deo consuleret, id quoq; illi & quidem facilè persuasisset.Nam qui post ac ceptum mandatum præcipientem sic lẽtiter contẽpsit, si nihil ab illo penitus audisset,citò se etiam esse sub domino nesciret:idcirco anticipat deus,& ex his quæ præ
H cipit,docent habere illum dominum, cũctáq; illi parere oportere. Et quid amplius commodi est ex hoc secutum,inquiunt?Etiam si nihil aliud secutum esset,non id docenti deo esset imputandum,sed potius non suscipiẽti homini optimam hãc saluberrimámq; disciplinam. Verũ vsqueadeo inutilis fuit, etiam post prævaricationẽ præcepti exhibitio. Non illæ latebræ,illa confessio delicti,illa viri ad mulierem, mulierísque ad serpentem stu diosa causæ traductio: illa,inquam,omnia metuentium sunt,atque tremẽtium, deíq; authoritatem agnoscentiũ. Porrò quantũ lucri inde consecutum sit ex diabolica illa expectatione, in tantũ timoris illos fuisse translatos nullus ignorat. Qui enim æqualitatem dei prius meditatus fuerat,ipse iam ita cõtrahebatur humiliter, vt pœnã,cruciatúmque tremens metueret,ac peccatum confiteretur suũ.At verò nõ absque sensu peccare, delictúmq; recognoscere minimum,nõ est aut negligẽdum:sed via quædam est ad emendationẽ atque ad imitationem in melius ducẽs .Omnẽ itaque in nos dei benignitatẽ neq; cogitatione reprehendere, neque narrare possibile est. Eorum tamen quæ nouimus,summã dicturus sum .Nẽpe enim post adeo insignem cõtumaciã, post talem inobedientiam, post tanta scelera, cùm iã orbis totus tyrãnide peccati premeretur, cũ extrema iam luenda pœna esset,cũ delẽdum omne mortalium genus, nomẽq; ipsum hominum meritò expectari posset: tum vero maximum omniũ beneficium,& clementiam ostẽdit vnigenitum suum pro inimicis,pro alienatis à se, pro se odientibus, atque aduersantibus morti tradens, ac per eũ
1.Cor.2.c reconciliationẽ nostram operans, cœlorúmq; regnum, & æternam vitã,aliáque bona innumera nobis se daturũ spondens,quæ nec oculus vidit,nec auris audiuit,neque in cor hominis ascẽderunt.Quid igitur huic dispẽsationi,huic clementiæ,huic bonitati comparari, aut simile excogitari possit?Propterea & ipse dicebat:Quantùm distat cœlum à terra, tantùm distãt viæ meæ à viis
Esa.55.c vestris,& cogitationes meæ à cogitationib⁹ vestris.Dauid quoque mitissimus,cùm de clemẽtia illius loqueretur, aiebat: Secundum altitudinẽ cœli à terra corroborauit dominus misericordiã suam super timẽtes se. Quãtùm distat ortus ab occidente,lõgè fecit à nobis iniquitates nostras. Quomodo miseretur pater filiorũ,misertus est dominus timentibus se quod nõ cõparans dixit.
Psal.102.b Quæ enim humana clementia diuinæ bonitati cõferri possit? sed quia exemplum summæ affectionis nullũ nos K maius nouim⁹,quàm patris ad filios. Nisi fortassis Esaias maius aliquid docuit, qui matris potius exẽplo vsus est, quæ erga natos suos longè miserẽ ordius afficitur, quàm pater. Dixit enim: Nunquid obliuiscetur mulier Esa.49.d infantuli sui,vt non misereatur filio vteri sui?sed etsi illa oblita eius fuerit,ego tamen tui non obliuiscar, dicit dominus: ostẽdens dei misericordiã affectus omnes naturales longissimè excedere.Et propheta quidẽ sic. Ipse autem dei filius cũ Iudæis loqueretur, aiebat: Si autem Matt.7.b vos cũ sitis mali,nostis bona data dare filiis vestris:quãtò magis pater vester cœlestis dabit bona petentibus se? Nihil profectò aliud per ista significans,nisi tantam esse diuinæ prouidentiæ, & gubernationis paternæ differentiam, quantũ interest inter bonos & malos. Verùm neque hactenus iterum stes velim,sed mẽte ad interiora progredere.Nã id quoque pro captu, & modo tuo dictum est:quippe cuius est infinita intelligentia, bonitatẽ quoque & clementiam fine nullo terminari necesse est. Quòd si hanc per singula,quæ fiunt non perspicimus:& hoc signũ illius infinitatis est. Plurima enim & magna quotidie pro nostra salute disponit, quæ sibi soli sunt cognita. Quia enim sola bonitatis suæ gratia mortalibus per omnia prospicit,nihil nostris indigẽs laudibus, nul L láque alia remuneratione opus habens,plurima nos latere permittit.Sed & si aliquãdo hæc reuelat,& illud nostræ vtilitatis causa facit,vt gratias illi semper referentes, ex hac gratitudine nostra amplius nobis attraham⁹ illius auxilium. Nõ igitur de his solũ quæ nouimus, gratias illi referamus:neque enim volentes solùm,verũ inuitos quoque, & nolentes beneficiis consuevit afficere. Quod Paulus optimè nouerat, qui semper,& in omnibus gratias agere monebat. Quod autẽ non cõmuniter solùm omniũ curam gerat,sed seorsum singulorũ,ipsum audias licèt dicentẽ: Non est volũtas coram patre meo Matth.18.a qui in cœlis est,vt pereat vnus de pusillis istis.de his dicens,qui in illum credunt.Cupit ipse quidem & eos,qui non credunt saluos fieri,mutarique in melius,& credere,sicut Paulus ait: Qui vult omnes homines saluos fie- 1.Timo.2.b ri,& ad agnitionem veritatis venire.Et ipse ad Iudæos: Non veni vocare iustos,sed peccatores ad pœnitẽtiam. Marci.2.& &,Misericordiam volo,non sacrificium. At verò si post Lucæ.5.c tantæ curæ ac prouidentiæ fruitionem noluerint melio Oseæ.6.c res fieri, veritatẽmq; recognoscere, ne sic quidem illos & Matt.9.b deserit:sed quoniã æternæ vitæ participatione ipsi se sua spõte priuauerunt, vel præsentis vitæ bona illis omnia M largitur, Solẽ suum oriri faciens super bonos & malos, Matt.5.g & pluuias super iustos & iniustos, aliáque præstans,quæ ad præsentis vitæ cõstantiam pertinent.Quòd si inimicis quoque tanta cura & prouidentia prospicit, fideles suos,& qui totis ei viribus seruiunt, quomodo vnquã cõtemnet?Nõ ita,non ita est:verũ istos maximè ex omnibus fouet,atque cõplectitur:Vestri enim,inquit,& capil Matt.10.d li capitis omnes numerati sũt.Quoties ergo tibi in mẽtem venit,parentes te,& patriã,domũ,amicos, propinquos,opésque innumeras,& gloriã illam ingentem abiecisse atque excussisse propter Christum de manibus, pósq; ista omnia huiusmodi vexationẽ pati: noli deiicere teipsum,nisi mœrore deficere.Nam ex quibus cogitationibus hesitatio gignitur,ex eisdẽ rursus sopita restringitur.Quo nã modo? Impossibile est mẽtiri deum, Ibidẽ.19.& promisit autem ille vitam æternam ista relinquentibus. Mar.1.d Reliquisti tu omnia ista,& abiecisti: quid igitur prohibet de huiusmodi cõsidere promissione, & esse securũ? Num ea qua nunc probari tentatione & hæc ad promissionem

A sionem quid?Non hìc æternam repromisit vitã, imò verò si in terris quoque huiusmodi promissio implẽda esset,ne sic quidẽ ægreferre debueras: quippe quòd fidelẽ, ac religiosum virum adeo constanter & firmiter promissa dei tenere conuenit, vt quantũlibet effectus cõtrarios aspiciat,ne sic quidem perturbetur, neque desperet euentum.Intuere deniq; fidelis Abrahã cuiusmodi pol-
Gene.13.d licitationẽ acceperit, & qualia facere sit iussus. Nã promissio quidem erat, ex Isaac implendum esse orbẽ vni-
Ibidẽ.22.a uersum,iussio autem hunc ipsum Isaac immolare vrgebat, ex quo orbis totus erat implendus. Quid igitur? istúdne perturbauit iustum virum?Minimè verò,immo cũ tanta dissonantia & repugnãtia esset præcepti & promissi,in nullo penitus turbatus est,neque hæsitauit, neq; aliquid huiusmodi locut⁹ est:Quid hoc est?Alia promisit mihi deus,alia facere iubet? Ex puero isto nepotũ ingentem mihi multitudinem promiserat,& hunc ipsum modò necare mihi præcepit?Quomodo igitur hoc erit excisa radice?Fefellit me igitur,atque delusit?Nihil prorsus huiusmodi locutus est, sed ne cogitauit quidem. Et meritò sanè.Cũ enim deus aliquid pollicitus fuerit,etiã
B si milia sunt quæ pollicitationem huiusmodi obtundãt atque intercipiant,turbari minimè conuenit,aut de fine dubitare.Hoc enim maximè dei potentiam cõmendat, dum in rebus ambiguis finem certum,atq; exitum repe-
Hebr.11.d rit:sicuti tunc beatus secum reputabat.Quocirca fidẽ illius maximè admirãs Paulus,aiebat:Fide obtulit Abraham Isaac dum tentaretur, vnigenitumq; offerebat, qui promissiones acceperat. hæc ipsa scilicet insinuans,atq; significans. Non modò autem ipse, verùm ipsius quoq; pronepos Ioseph,cùm per longum tempus, & varios casus promissionem periclitari perspiceret, rigidus atque immobilis perstitit:sola enim promissa intuebatur, ne-
Gene.37.b que humanis cogitationibus motus, de fine desperauit. Nam & ostensa sibi visio,& fratrum & patris adoratio-
Ibidem.d. nem pollicebatur. Quæ verò illi cogitabant, non erant huiusmodi,sed ab his lõgissimè remota. Primùm enim illiipsi fratres,quos se prætuiderat adoraturos, in lacum illum iniiciunt,ac barbaris hominibus venditũ in alienam ac remotissimam regionem emittunt,atque adeo contraria promissis ea quæ contingebant videbãtur, vt
Ibidem. miseri illi dicerent:Ecce somniator ille venit, nunc ergo venite occidamus eum,& proiiciamus in lacum, di
C cemusq;: Fera pessima deuorauit eũ, & videbimus quid somnia sua sibi proderunt. Postea verò hi,qui illũ emerant,non saltem libero homini,sed seruo illũ regio venduntiterum.Neque hactenus aduersa steterunt,sed petu-
Ibid.39.c.d lantis dominæ calumniam incidit, damnatusq; carceres annos plurimos habitat,& fugientibus cæteris amplioreillic tempore ipse perdurat. Cumq; tanta essent quæ illius animum perturbare possent, constans tamen perseuerat,atque inuiolabilis. Eiusmodi verò etiam nostra sunt,immo verò lõgè perplexiora. Quæ enim promissa sunt nobis,regnum cœlorum est,& vita æterna,& incorruptio,& infinita illa bona atq; immortalia. Quæ autem interim contingunt, valde ab his remota, atque aliena sunt. Mors enim nos & corruptio sequitur, & pœna & supplicium, & tentationes variæ, atque perpetuæ. Cuius ergo rei gratia hoc facit deus, permittitq; cõtraria promissis aduenire? Non planè absque ratione, verũ ex hoc duo maxima bona elicit,dum ex altero certissimum potentiæ suæ argumentum capimus,quod scilicet possit desperatissima promissa sua, spe atque opinione melius perficere. Ex altero autem nostros animos erudit,cuncta sibi credere fideliter, & si dictis facta cõtraria videantur emergere:quippe spei virtus eiusmodi est, D vt eum qui syncerè sustineat, nunquam confundi permittat. Si enim hi, qui promissa in hoc seculo acceperũt, ita insigniter affecti sunt:quid nos facere necesse est,qui non in præsenti vita, sed in futuro seculo bona illa sempiterna expectamus?In hoc enim seculo pressurę nobis, angustiæq; promittuntur. Quid ergo est quod te pertur bet? Qua ratione induci potes, vt suspecta habeas promissa dei? Nempe enim cùm dicis te ab eo negligi,cuius causa mundum omnem despexisti,liquidò ostendis te illi non credere, atque suspectum habere, fallacémq; promissionem eius existimare. Id autem verè est à dæmone corripi,ac sempiternos ignes promereri. Sed sũt qui seculi negotiis dediti, quietè ac licenter viuunt. Et
Ioan.16.d istud quoque prędixit Christus:Amen amẽ dico,inquit, vobis,quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit.Sed in prioribus generationib⁹ hoc fermè videas contigisse.Quippe Babylonij cùm deũ ignorarent,opi-
Apoc.18.a bus potentiaq; pollebant:Iudæi verò captiuitatis atq; seruitutis premebantur iniuriis. Et Lazarus ille, qui regnis
Luc.16.e cœlestibus, æternisq; gaudiis potiri meruit, vlceribus plenus canum linguis erat expositus, atque perpetuò cũ fame pugnabat: diues verò in honore ac frequenti consti E patione seruorum, & requie, & deliciis vitam ducebat. Verùm vt huic nihil apud inferos profuere deliciæ,atq; illa omnia:ita nec Lazaro fames,aut vlcera, nec omnia simul congesta incommoda vitæ præsentis obstiterunt: sed veluti quidã athleta fortissimus in æstu grauissimo, & algore luctans,& præclarè vicit,& coronatus immortaliter est. Quocirca vir quidam sapientissimus aiebat:
Eccli.2.a Fili,si accedas seruire domino, præpara animam tuã ad tẽtationem,dirige cor tuum & sustine, & ne festines in tempore inductionis.Et post pauca: Quoniam, inquit, igne probatur aurum,homines verò acceptabiles in fornace humiliationis.Rursumq; alio loco scriptum est:Fi-
Prouer.3.b li noli negligere disciplinam dei,neque deficias cùm ab eo corriperis.Qui enim aurum in fornacem mittit, nouit quatenus illud incendi, atque ignescere, & quando igne oporteat educi.Ideoq; alter ex his: Ne festines, inquit,in tempore inductiõis.alter:Neque deficias,inquit, cùm ab eo corriperis.Magnum reuera magnum,& excellens pressura est,ad probandum virum,atque ad docendum patientiæ virtutem.Quid ergo,inquies,si illius
1.Cor.10.c nos magnitudo cõuellat,atque deiiciat? Fidelis est deus, F qui non patietur nos tẽtari supra quàm possumus, sed faciet etiam cum tentatione exitum, vt possimus sustinere.Nam si ex dilectione correptio,ex odio verò derelectio est: neque eiusdem est quempiam simul & amare, & odisse,neque corripere quidẽ & derelinquere. Quomodo ergo,inquiunt,multi corruerunt? Seipsos illi deo priuauerunt,non autem à deo derelicti sunt.Ecce enim,
Psal.72.d inquit,qui elongant se à te,peribunt. Elongant verò se à deo,qui correptiones illius non sustinent, sed irascũtur atque indignantur,ac veluti mali & peruersi filij, cùm à patribus traditi magistris,vel impatiẽtes laboris,vel fugientes verbera,parentum aspectus declinant,ab eis resiliunt: nihil inde lucrantur, nisi quòd plurimis & grauioribus incommodis se implicant, atque in aliena regione famis & erroris, ac morborum, ignominiæq; & seruitutis iniurias subire coguntur:Ita & qui dei disciplinam ingratè susciẽpiunt,indignanturq; & grauiter ferũt, præterquam quòd nihil ex ea lucrantur, summis se calamitatibus afficiunt. Quocirca tolerare admonemur, ac dirigere cor nostrum. Ad multa grauiora te perpeti dices:Ne prædotribæ quidem omnes æqualiter,atq; eodẽ modo

Universidad de Deusto
Biblioteca

G modo exercent,sed imbecillioribus imbecilles, fortioribusq; sui similes comparant. Nam qui suis viribus minorem comparem fuerit nactus, etiamsi tota die ille cõgrediatur,inexercitatus tamen permanet.Cur ergo,inquies, non omnes qui eandem eligere vitam, eisdem etiam laboribus certare facit? Quia nõ vna apud deum est exercitationis species,neque omnes qui eisdem opus habent,eiusdem status sunt: quippe & plurimi cùm eisdem morborum incommodis laborant, non eisdem tamen indigent medicamentis,sed alia quidem istis, alia illis opponuntur.Atque ideo & flagellorum modi varij sunt atque differentes.Et alius quidem morbo perpetuo probatur,alius grauissima inopia,vi atque iniuria alius, hunc iuges atq; perpetuæ liberorum propinquorúmq; ęterorum orbitates excruciant, hícq; ab omnibus abiicitur, nulliúsq; rei dignus æstimatur: ille quòd sibi in his derogetur,quorum nihil sibi sit conscius, grauissimũ putat;atque alius aliter affligitur.Neque enim possibile est omnia nunc examussim numerare. Videntur tibi eorũ singula, si tuis ærumnis conferantur, leuia ac nulla esse. Verũ tu si hæc expertus esses, addiscereres profectò quãtò H id quod nũc te angit,his omnibus leuius,ac tolerabilius sit. Sed & si qui sunt quorum sit leuior quàm nostra castigatio,nihil penitus miremur,aut perturbemur. Nam adiectio laborum,incrementum meritorum est, ac firmissimum munimen nostrum,quo freti nunquam, siue sponte,siue etiam inuiti corruamus. Nanque fastum ac tumorem animorum comprimit, negligetiam auertit, prudẽtiorẽsq; ac religiosiores efficit.Prorsus verò si quis omnia enumerare velit, plurima tentationum emolumenta reperiet,nullusq; nunquam ex his, qui deo maximè chari atque acceptabiles fuerunt,sine pressuris vixit, etiamsi non ita nobis videatur.Nã si beatus Paulus tantum negotij sustinuit, nullus verò Paulo maior est, aut etiam æqualis: qua tandem ratione illi credantur huiusmodi auxilio nõ indiguisse? Sin autem quidam ex istis tribulationibus emendati non sunt,non hoc illi imputandum est,qui causam emendationis prestitit,sed illorum potius negligẽtiæ & secordiæ. Nam si illis nõ fuisset adhibitum medicamentũ, per dei negligentiã perisse videretur.Nunc verò non parũ actum est,cùm nemo medicum accusare possit,sed ægrotos potius, ipsorumq; I contemptum.Si qui verò antequam tentarentur,gradiẽtes rectè post tentationem corruerunt,aliiq; cùm omnibus essent peccatis inuoluti, nulla tribulatiõe vexati sũt, atq; alij à prima statim ætate vsq; ad vltimam afflictionem animæ innumeris calamitatibus contriti:nihil horum nos penitus perturbet,aut nostros animos deiiciat. Nempe enim si omnem prouidentiæ illius dispẽsationem scire valeremus,aut deberemus,ista quoq; ignorãtes,nõ erroris ac perturbationis nõ immeritò causam habere videremur.Sin verò is qui tantorum arcanorũ effectus particeps,ad tertium cœlũ raptus fuerat, ad hanc tamen abyssum hærens substitit, inspiciensq; in profundum diuitiarum sapientiæ ac scientiæ dei obstupuit solùm,atq; inde resiliit: quid nos ipsos frustra cõcidimus, perscrutãtes inscrutabilia,atq; inuestigabilia curiosè inquirentes? Certè cùm medicus contraria his,quæ nobis salubria videntur præcipit, siue algens membrum profluo fonti subiicere iubeat, siue alia huiusmodi efficere, nonnunquam reluctamur, sed cũ nobis antea persuaserimus,artis illum ratione cuncta facere,prompte ac libenter cedimus,idq; cùm ille sæpius fallatur:Deũ cuius viæ in omnibus incredibiliter à nobis distãt,qui est ipsa sapientia, qui nũquam falli potest, punienda curiositate

a.Cor.12.a

perscrutabimur? Cúmq; illi simpliciter cedamus, à quo K facti rationem exigere iure nostro possemus:ab illo,cuius solũ cedendum est nutui, eorum quæ gesserit,causas ac rationes requiremus, atq; huiusmodi indignè ignorantiam feremus?Hæccine sunt religiosæ mẽtis,ac piæ? Ne quæso,ac supplico, ne ad tantam væsaniam progrediamur,sed in omnibus in quibus ambigimus,illud potius nobiscum pia cogitatione voluamus: Iudicia tua abyssus multa.Nam & hoc ipsum, quòd non omnia aperte scimus, diuinæ sapientiæ atque prudẽtiæ profectò est. Si enim omnium quę fiunt,causa & ratione cognita,ita demum deo pareremus,non magni meriti esset, neque fidei ostensio ea res videretur. Cùm verò nihil horum penitus noscentes, ita quæque summa affectione mãdatis eius omnibus cedimus,ex legitima obedientia fidẽque integerrima,maxima animabus nostris emolumẽta conquirimus.Hoc enim solùm nobis persuadere debemus,omnia nobis vtiliter à deo inferri,non iam modum inquirẽtes,neque huius ignorationes grauiter, vel cum mœrore ferentes. Neque enim possibile est ista scire,neq; vtile:illud,quia mortales sumus:hoc,quia citò in L arrogantiam extollimur. Plurima nos facimus, quæ cũ liberis nostris noxia esse videantur, vtilia sunt tamen. Quorum neque illi causas quærunt addiscere, neq; nos illis antea persuadere studemus, id expedire quod facimus:sed hoc solùm illos admonemus vt in omnibus cedant,quæcunq; præceperint patres,nihilq; vlterius inquirant.Quòd si parentibus nostris,qui nobiscum eiusdem naturæ sunt,ita promptè,ita liberè obtemperamus, neq; vlla ratione indignamur:deo indignabimur,aut grauiter feremus,quòd nõ illius omnia nobis explorata sunt, qui tanta excellentia hominibus præcellit, quantam ipsi capere non possumus?Et quid hac impietate grauius ac durius excogitari possit? Aduersus huiusmodi sanè beatus Paulus indignans dicebat? Alioquin ô homo,tu quis Roma.9.d es qui respondeas deo? Nunquid dicit figmẽtum factori suo,cur me ita fecisti?Equidem filiorum exẽplar proposueram, ipse verò multò aliquid maius posuit, figuli scilicet,atque ab eo formati luti.Sicut enim lutum quocunque manus se formantis duxerit,sequitur:ita hominem quæcunque deus iusserit,ea sequi,& quę ille intulerit,grato animo perferre conuenit, nihil omnino reluctando,vel curiosè addiscere quærendo. Neque enim no M bis solis ista ambigua sunt, verũ & his qui ante nos fuerunt sanctis illis ac moralibus viris. Ait enim Iob: Vt quid enim impij viuunt, diuitiisq; veterascunt? Beatus autẽ Dauid: Paulò minus,inquit,effusi sunt gressus mei, Psal.27.a quia zelaui super iniquos,pacem peccatorũ videns. Quia non est respectus mortis eorum,& firmamentum in plaga eorum.In laboribus hominum non sunt,& cum hominibus non flagellabuntur.Post hunc Hieremias quoque:Iustus es,inquit,domine,verũtamen iusta loquar ad Hiere.12.a te. Quid est quòd via peccatorum prosperatur? Ambigebant isti quidem,atque inquirebant,sed non ita vt faciunt impij. Neq; enim accusabant deum, neque ex his quæ fiunt,illius iustitiam reprehẽdebant. Sed alius quidem aiebat:Iustitia tua sicut mõtes dei,iudicia tua abyPsal.35.b ssus multa. De alio cùm tanta passus esset,scriptũ est: Nõ Iob.1.d dedit insipientiam deo. Et in libro ipse deo incomprehensibilem sapientiam illius, & dispensationem enarrans,cùm de opificio disseruisset: Ecce,inquit,istæ sunt Ibidẽ.26.d partes viæ eius, & ad hãc humorem verbi audiemus in eo.Idipsum quoq; Hieremias prouidens, ne quis vnquã suspicaretur, interrogationi iudicium suum præposuit, dicẽs:Iustus es domine,hoc est, scio quidem à te omnia

fieri

A fieri iustè:modũ autẽ ignoro,quo fiunt.Quid igitur amplius illi didicerunt?Nempe de his nullum responsum retulerũt,quod beatus Dauid indicat,cũ dicit:Et existimabam vt cognoscerem,quia hoc labor est ante me:idcirco autẽ responsa super his non acceperunt, vt posterioribus seculis futuros homines docerent etiã ipsi interrogatione abstinere. Atque priores illi quidẽ vnum tantũ inquirebant,cur scilicet impij in copia rerum omnium, & prosperitate viuerent,& ne sic quidem didicerũt. At verò isti lógè plura, quàm illi temeraria curiositate scrutantur.Ea enim quæ proponuntur nunc,multò grauiora & maiora sunt. Itaq; manifesta horũ ratio illi permitta tur,qui nouit omnia antequam fiãt. Si tamen pro captu nostro his qui huiusmodi curiosi sunt, respõdere necessarium sit,rationẽq; aliquã afferre, illud primũ dixerim indignũ esse quærere,cur boni in pressuris, mali contrà in requie persistant,cœlesti iam reuelato regno, futuriq; seculi præmio nobis ostenso. Nam cùm illa vita singuli digna suis meritis recipiant,quid iam eis rebus perturbamur,quæ hìc bonis aut malis contingunt? Eos nempe B qui sibi intentius ac deuotius obtẽperant,veluti fortissimos athletas huiusmodi laboribus exercet: imbecilliores verò,vt qui nihil durorũ laborũ perferre possunt,prius ad bona opera hortatur. Quòd si cõtrà nõnunq; euenit,plurimiq; iusti hic in requie vitã cum honore agunt: mali verò in ignominia,sunmisq; aduersitatibus perdurant,interim quidẽ prior illa obiectio,quæ affligi bonos malos verò iugiter esse in deliciis cõquerebatur,hac ratione euersa profligatur.Sin autẽ & huius rei causam inquirere velim°, id profectò dicimus deũ nostra omnia nõ vno modo solitum esse disponere, sed cũ sit misericordissimus ac potentia affluẽtissimus, plures nobis salutis vias scindere.Cùm itaq; plures sint, qui futuri seculi ac resurrectionis rationẽ admittere pertinaciter renuant: veluti in breui tabula hìc iudicij futuri imaginẽ ostẽdit,cùm punit malos,bonosq; remunerat. Quod cũ in iudicio illo supremo generaliter futurũ sit,etiam nũc ex parte aliqua.Ideo fit vt qui longinquũ illud iudicium fore desperant,vel his quæ in hoc seculo cõtingunt admoniti,mansuetiores atq; meliores fiant.Siue enim nul lus hìc omnino puniretur malus, nullusq; honoraretur C bonus:plurimis his,quibus resurrectionis ratio incredibilis videtur, virtutẽ veluti malorũ causam aspernarentur,ac fugerent:vitiositatem verò veluti bonorũ, lætorumq; omnũ occasionem persequerẽtur: siue rursum hìc singuli iuxta merita reciperent,superfluã iã,falsamq; existimassent resurrectionis rationem. Itaq; ne huic nõ crederetur,ne ingẽs,vulgarisq; turba ex contemptu deterior fieret,nõnullos hìc peccatores vlciscitur,quósdãque pro rectè factis in oculis omniũ præmiis donat, vt ex eo q; nondũ omnibus facit, resurrectionis asserat fidem.Ex eo verò q; ante iudiciũ quoq; malos aliquos supPfal.72.c pliciis afficit,profundissimè quasi somno sepultos excitet.Nam & malorũ quidem punitione, plurimi timore corriguntur,ne patiantur eadẽ? Ex eo autem q; non omnibus pro meritis hìc retribuitur,cogitare cõpelluntur huiusmodi præmia in aliud tẽpus esse reseruata. Nunquã enim profectò cùm iustus sit deus,tot spernaret,siue malos impunitos ex vita migrare, siue bonos hìc innumeris incõmodis & cruciatibus affici,si nõ vtrisq; varia in futuro seculo præmia pro meritis parasset. Quocirca non omnes vel supplicio,vel honore afficit,sed quosdã, sicut & in Persarum rege,& in Ezechia contigit, quanquam fuerint plurimi,& Assyriorum impietate,ac Ezechiæ pietate,ac virtute pares. Cur autem non in omni

bus hoc agat deus,causa iam suprema memorata est, q D scilicet nondum adsit iudicij tempus. Quòd autem ista mea ratio non sit, sed eius qui nos tunc iudicaturus est, dominum ipsum audias. Nã cùm profecti ad eum quidam,mortem illorum qui sub turre occubuerant, Pilatique væsaniam annunciassent, quam in his qui mortui fuerant,ostendit, sacrificiis illorum sanguinem miscendo,quum ait: Putatis quòd hi Galilæi peccatores præ cæ Luc.13.a teris Galilæis fuerint,quia talia passi sunt? Non dico vobis,sed nisi pœnitentiã egeritis,omnes similiter peribitis. Aut illi decẽ & octo super quos cecidit turris Siloë, & occidit illos,putatis quòd ipsi præ omnibus qui habitant Hierusalẽ,debitores fuerunt?Nõ dico vobis,sed nisi pœnitentiam egeritis,omnes similiter peribitis. Hæc dilationis ratio,hæc causa est.Idcirco nõ omnes qui eisdẽ supplicij sunt digni, vnà punire consueuit, vt reliqui eorũ casibus admoniti,meliores fiant. Atque ista quidẽ interim expedisse sufficiat. Sed enim tu fortassis ea etiã quæ paulò antè proposuimus, multò etiam perplexiora, vt similiter enodemus,inquiris.Sed cùm priora pro viE ribus patefecerimus,ad illa etiam soluenda,fundamenta quædam iacta fuisse arbitramur.Quid ergo illud est, in quo hæres & fluctuas? Quòd plurimi ex primordiis ætatis ad finem vsque variis calamitatibus affecti. Ego & de his, & de prioribus dixerim, præcipuè quidẽ illos ob propria vitia puniri,deinceps verò vt alij quoque illorum exemplo emẽdentur.Quod si nõ in omnibus fit, nihil est quod mireris;nondũ enim iudicij tempus aduenit.Quid ergo de illis,inquies, qui antequã per ætatẽ bona vel mala discernere possint, quasi maxima peccauerint,suppliciis subduntur? Huius quidem rei non vna causa est,sed plurimæ ac variæ.Nam & ex parentum intemperantia & scelere, & ex nutritiorum negligentia, & ex intemperie,atque inæqualitate aëris,& ex aliis plurimis huiusmodi casibus id contingere potest.Propterea cùm plurimos illorũ futuros nequã præsciuerit deus, omnes veluti cõpedibus quibusdam huiusmodi supplicio coërcet.At non vides & mendicorũ plurimos inter pressuras ipsas, & angustias innumera perpetrãtes scelera, quorum tamen omniũ causa nõ afflictio paupertatis est,sed sola nequitia?Audiui ego quosdã aliquando,cum F dicerẽt huiusmodi homines mulierẽ quandã honestate & forma liberali in solitudine nactos,ei violẽter ac petulanter illusisse.Atqui cuius hoc necessitatis, cuius afflictionis opus fuit?Quæ isti scelera non admisissent,si nõ huiusmodi quasi nodis,ac vinculis continerentur?Eorũ verò qui carceribus inclusi sunt,quis facilè vęsaniam & rabiem proferre possit? At hi,qui à dæmone corripiuntur,nihil minora his faciunt:nõ autẽ ea modò memoro quæ tunc agunt, cùm ab eiusmodi peste apprehendũtur, sed posteaquam illa vexatio cessauerit,admittunt.Nam & edacitatẽ sequuntur,& furantur,& inebriantur,& plurima huiusmodi etiã flagitia turpiora admittũt. Deniq; sicut malefactorum plurimos carcerem diutissimè incolere permittit iudex,adeò vt plerũq; vitã illic finiant, & cũ ex multis aliquos puniri vult, vnũ ex illis, aut etiã duos eminetiori loco statuens circũstantibus omnibus, ita demum ad mortem duci præcipit, atq; ad terrorem cęterorum sic vtendũ sibi omnibus censet.Ita deus quoque cùm nos emendare vult,non omnes vnà malos punire necessarium existimat, sed aliquos rapiens ex eis quos nunquam corrigendos nouit,potentiam atque irã ostẽdit suã, plurima ex hoc vtilia tholis atq; cõficiens. Quippe & malos execranda,si velint,vitia hortatur, & bonos intentiores atque cautiores efficit, & longani-

d mitatem

Universidad de Deusto
Biblioteca

G mitatem ostendit suã,resurrectionisq; rationẽ, vt antea diximus,omnibus insinuat.Quid ergo hæc, inquies, ad eos, qui primã ætatem omnẽ nutriti in calamitatibus, priusquã bona vel mala per ætatẽ discernere possint, ẽ vita migrãt:Et quid mali,quæso,isti patiuntur, qui necdũ quid patiantur,sentiunt:neq; dolere, aut gaudere didicerunt? Ego non hoc solùm pro huiusmodi soluenda quæstione dixerim,verum parentes ipsos,etiã & fratres, & propinquos huiusmodi liberorũ cladibus emendatos noui.Id verè nõ minimi lucri est,ita quempiã affligi,vt ex his quæ nescient patitur,alius maxima emolumenta cõsequatur.Fieri autẽ potest, vt sit alia causa & ratio secretior,quã solus norit rerũ opifex deus. Vnũ video reliquum esse explicandũ,quã scilicet ob causam, hi qui rectè priusquã tentarentur,incedebant, post tentationem lapsi sunt.Quis,oro,planè nouit qui rectè incedant,nisi qui corda nostra singulariter finxit, intelligitq; omnia opera nostra?Fit enim sæpius, vt plurimi ex his qui boni esse videbantur,peiores omnibus sint, atq; id quidem & in hoc seculo manifestũ est in nõnullis iam casu aliquo,ac necessitate ingruente. Cùm vero is, qui corda &
Hebr.4.c renes probat,viuꝰ & efficax,& acutior omni gladio ancipiti, pertingens vsq; ad diuisionẽ animæ & corporis,
H artuum & medullarũ, discretor cogitationũ & intẽtionum iudicans sederit:tunc verò nõ paucos ex pluribus, sed omnes omnino qui sunt eiusmodi videbimus: neq; tunc ouina pellis lupum,neq; sepulchri deaũdatio internã inquinationẽ tegere,atq; occultare poterit. Nulla enĩ
Ibidem. creatura est inuisibis coram eo, qui tunc iudicaturꝰ est: sed nuda & aperta sunt omnia oculis eius,quod Apostolus indicat cùm Corinthiis scribit: Itaq; nolite ante tẽpus quicquã iudicare,quousq; veniat dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum,& manifestabit consilia cordiũ.Vt autem simulatoribus omissis, ad eos tandem qui rectè reuera incedunt veniamus, vnde nobis
1.Cor.4.a cõstat q; etiamsi bona reliqua,virtutesq; subierint, summum tamen omnium virtutũ culmen humilitatem nõ neglexerint? Quòd si dicat quis melius fuisse illos cùm rectè agerent extolli, q̃ post lapsum humiliari: is mihi maximè videtur iactantiæ detrimenta, atque humilitatis lucra ignorare. Nosti enim planè hominẽ arroganter bona operantẽ (si tamen bona facere arrogãs possit)
I quamprimũ in summã perniciem lapsurũ. Is verò qui labi permissus fuerit, atq; ex ruina humiliari didicerit: resurget,ac si quidem voluerit,lapsus sui damna citò reparabit. Porrò is qui cũ iactãtia rectè putatur operari nihil patiens aduersi, ne sensum quidẽ vllũ propriæ iniquitatis recipiet aliquãdo,sed augebit scelera: atque dũ ne-
Luc.18.c sciet,hinc vacuus proficiscetur: sicuti pharisæus ille qui ascendit in templũ, putans se bonis omnibus esse locupletem, descendit verò,publicano pauperiorẽ meritis se esse percipiens.Est & alia species pestis, quæ plurimũ roboris habet ad haurienda,ac penitus euacuãda bona nostra,quam cũ multo sudore colligimus, ventus scilicet inanis gloriæ.Nã reuera venti instar ingressa thesauros omnes virtutis exufflat.En & secũda nobis occasio prolapsionis apparuit,rectè,vt tu dicebas,gladiantiũ.Plurimi enim ex his qui apud nos ingentes videntur virtutis causa tolerasse labores,ac reuera tolerãt,cùm omnia ad honorem, hominũ nõ pro dei gloria facerent, permissi sunt in tentationẽ labi: vt multitudinis opinione, & gloria nudati,per quã detrimenta omnia perpessi sunt, eiusq; gloriæ naturã in nullo flore fœno esse meliorem addiscẽtes,iam deo soli vacent, atq; ipsius causa gerant omnia.Sũt præterea & aliæ causæ,atq; rationes,& quic longe his plures:cæterùm,vt dixi,nobis obscuræ & incoK gnitæ,sed omnium opifici deo bene notæ. Nõ igitur in his quæ contingunt indignemur, non ea grauiter feramus,sed in omnibus gratias agamꝰ.Hoc enim gratorũ, fideliumq; seruorũ est.At vero tu dũ admiraris,cur non antea potius cùm delicatè viueres, excelsaq; illa seculi gloria,ac põpa stipatus incederes:sed nunc potissimum, quando abiecisti illa omnia,ac teipsum totũ deo deuouisti,pessimus te ille dæmon inuasit: idẽ prorsus facis ac si admireris,cur spectatoribus nullus molestus esset,sed qui in pugilum numerò adscriptus, exercitatusq; certamen descendisset, hunc solũ ex omnibus colluctator & cõpar expeteret,percutiens caput,faciẽq; cõcidens.Non hoc ergo aut mirando,aut mœrore dignũ est,si nos ille tactus aduersus quos pungit,premit,instat, angit, vrget: quippe ista est pugnantiũ lex.Verùm si ille deiiciat, atq; prosternat,ac præmia laborũ tollat:hoc graue, & intolerabile putandũ est.Quãdiu vero ille nõ præualet, non solùm nobis nihil nocuit,sed profuit plurimũ,conflictu illo suo,summa nobis ornamenta cõquirens. Nãq; & in castris ille præstare cæteris putatur,qui plura vulnera aduersa frõte susceptа præ se ferre potest, ac singularia certamina aduersus quoslibet hostiũ fortissimos susciperе. L
Eos itidẽ athletas maxime miramur,qui immundis (sic enim appellant cõtentiosiores) quosque aduersarios & cõpares summis viribus congrediuntur.Sed & venatori illi maxime applauditur, qui ferocissimas beluas sustinens superat.Impudẽs est atque imperterritus hic dæmon:at ego propterea te mirari ac stupere nõ desino,q; huiusmodi aduersarium nactus tam violentũ, lapsus nõ es,neque in deditionẽ venire toleraſti:sed rectus, rigidusq; perstitisti, nulla ex parte illius improbitati cedẽs, aut loco motus.Porrò q; non assentãdi studio nunc ista loquar, sed ex animo: atque vt ostendam q̃ maxima ex huiusmodi afflictione ceperis emolumenta,patere,quæso,nos fiducia tantisper in loquẽdo vti:neque enim aliter huius rei documẽta afferre possemus.Nosti sane, ac memoria tenes priorem tuã conuersationem, eam scilicet, qua ante huiuscemodi tibi immissam tẽtationem degebas.Hãc itaque velim diligẽter examines, ac præsenti,qua nũc viuis,cõponas: aspicies profectò quantum lucri ex isto cõflictu cõsecutus [illegible] in ieiuniis, vigiliis,lectioni,orationibusq; perpetuis intẽtissime incumbis,grauitatemq; & humilitatẽ excellenter consecutus es.Antea verò nulla tibi laborũ ratio, nulla cura erat,sed studiũ omne & laborẽ hortuli curæ, pomariique arboribus deuoueras. Audiui ego tunc plurimos, qui te obiurgantes,arrogãtem,ac superbũ dicerẽt,atque in hac parte nobilitatẽ generis,patrisque claritudinẽ, & quòd in opibus plurimis nimia parentum indulgentia fuisses educatus,causarentur. Vigiliarum verò q̃am tunc negligens fueris,ipse melius nosti.Sæpe enim alijs profunda nocte statim exurgentibus,ipse graui somno mersus dormiebas,& cùm te alij ad collectas excitarent, indignabantur,ac modestissime ferebas:at nũc ex quo bellum hoc & pugnã subiuisti, illa omnia sepulta sunt, atque in meliusꝰ mutata.Quòd si quæras ex me, quã ob rem cùm in deliciis gereris, ac mundi rebus omnino intentus esses,non tunc tibi dæmonẽ istum instar freni immiserit deus:illud ego respondebo, hoc quoque singulari illius actũ esse prouidentia. Sciebat enim hunc te imbecillum superãdum facile,ac mature peritum. Atque ideo ne tunc quidem statim ad hãc luctam vocauit: cùm autem ad monachorum vitam accessisses,sed exerceri prius te permisit, ac prolixo temporis spacio durare: iam verò

A postea quàm robustissimus factus es, tũc ad laboriosum hoc studium pertraxit. Adhuc igitur eorum qui sunt in seculo mentionẽ facis,famulumq; tuum in mediũ adducis.Illum enim te significare voluisse reor,cùm diceres plurimos seculares viros, cùm in hũc morbum incidissent,celeriter atq; integerrimè fuisse liberatos. Verùm enim famulus tuus ô amãtissime,& quiq; huiusmodi cura cum illo potiti sunt, non eadem ex causa cum huiusmodi peste congredi permissi sunt,qua tu modò.Illis enim,ac cæteris similibus sola terrendo eos causa, vt ex huiusmodi timore meliores fierent,hanc beluã immisit deus.Tibi verò non ea quæ cæteris causa est, sed vt pugnares fortiter,ac strenuè,dũmodo vinceres, coronãq; patiẽtiæ referres, Porrò victoria tunc est non cùm quis adhuc theatro constanter luctando seipsum aduersario subducit:sed cũ se præsentem iugiter exhibet, cõgrediq;, atq; luctatorem suum suscipere paratum,ac demum cogitationes omnes nequã,quas ille per mœrorem suggerit,à se omnino excutit.Quòd vero res ita se habeat, sic
B collige.Constat profectò omnibus,quantũlibet tu te per humilitatem deiicias,à serui tui vita tuã longissimè differre,ac esse meliorẽ:deo itaq; maior tui,illiusq; cura sit necesse est.Hoc autem dato,id quoq; similiter constabit non esse odij permissionem illã. Si enim esset odij, nũquam profectò quem magis diligeret,illi addixisset: cũ eũ qui longè fuerat deterior,tam citò illa eripuisset.Neque enim ex hoc solùm id asseuerauerim, sed ex quibus à deo te desertũ putas, ex eis maximè illi curã tui summã esse conabor ostendere: Nã si non studiosissimè cũcta hactenus egisses,quæ ad hanc liberationem pertinerent:si non peregrinationes longinquas, ac laboris plenas,vt sanctis illis viris, atq; ad eiusmodi soluendos nodos potentissimis cõgredieris assumpsisses,meritò fortasse quidam dubitassent.Cùm verò satis aperta videretur esse causa, cur tantum temporis affligi te dominus permitteret: postea verò quàm martyrum loca frequẽs adisti, vbi plurimi ex his quoq; qui cõcitati rabie hominem comedunt,sæpe sanati sunt: plurimũq; tẽporis apud viros illos mirabiles ac strenuissimos, quiq; nunquã nõ potiri orationum suarũ fructu antè consueuerant, huius rei gratia fecisti:nihilq; omnino obmisisti,quod ad hãc
C absolutionẽ conferre posse vlla ratione videretur, reuersusq; es ferens tecũ inimicũ,apertum ac certissimum diuinæ circa te prouidentiæ documentum,& eis quoq; qui valde insipientes sunt & hebetes conspicuum retulisti. Nunquã enim profectò tantam impẽdisset deus gratiã, nunquam tot incassum labores effundi, nũquam seruos suos ita mœrore suffundi passus esset, nisi id & tuæ probationi, & vtilitati vehementer expedire cognouisceret. Itaq; quod tu diuinæ derelictionis signũ putas,id in primis summi in te affectus & amoris certũ argumẽtũ est.

Libri primi finis.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI *de prouidentia dei, ad Stagirium monachum de angore animi,liber secundus.*

IStа quidem de prouidentia dei, vtq; ille nõ aduersans & execrans, sed & nimiũ indulgẽs, ac diligens hoc te exercet modò, dixisse sufficiat. Quoniam vero alia etiã ex parte vehemẽter te angi questus es,adeo vt sæpenumero demõ vel pelago,vel præcipitio, vel alio quouis informis lethi genere vitam tibi extorquere ferè persuadeat:agẽ de huiusmodi quoq; cogitationibus paucis disseramus. Nempe enim solius dæmonis non est istud consilium, sed etiam mœroris

D imo vero plus mœroris quàm dæmonis, fortasse verò mœroris solius.Quod ex eo profecto constat, quòd plurimi etiam ab huiusmodi insectatione liberi, dolore solo ac mœrore agitati, mortem sibi vltro conscierunt. Hunc igitur ex animo tuo fuga,ac penitus elimina. Videbis nullam vim restare dæmoni, non solùm ad persuadendum istа,verùm ne ad suggerendũ quidem. Nam quemadmodum hi,qui parietes suffodiunt, noctis tempore,extincto lumine,& furari opes,& earum dominos cum omni facultate iugulare possunt:ita & hic per cæcæ noctis horrorem ac tenebras mœrorem effundens, cogitationes omnes, quæ ad munimẽ nostrũ esse possunt, subducere prius ac furari nititur, vt desertã, & sine adiutorio animam inuadens, plagis eam innumeris confodiat.At verò cùm quis summa & intentissima in deũ spe assurgẽs has tenebras discesserit, atq; ad Solem iustitiæ confugiens,clarissimũ illius iubar totis animæ sinibus haurire & recondere studuerit, protinus cogitationum suarũ tumultum in latronẽ illum impurum transfundet.Nã & qui furta noctu aucupantur,cum quis illos E deprehenderit,ac lumen ostenderit,tremunt,fluctuant, atque perturbantur.Et quomodo,inquies,possit quis hoc dolore liberari,nisi prius eripiatur à dæmone agitatore, eiusq; doloris incentore? Nõ dæmon est,qui mœrorem mouet,sed mœror potius vires dæmoni administrat,cogitationesq; malas suscitat. Attestatur huic rationi nostræ beatissimus Paulus, qui cùm de lapsis in sceleris ruinã Corinthiis scriberet, nõ dæmonem aliquẽ metuere, sed mœroris magnitudinem timere deprehenditur.Ne 2.Cor.2.b fortè,inquiens,abundantiori tristitia absorbeatur,qui talis est. Cæterùm vt cõcedamus dæmonẽ acrius instare, pulso ex animo mœrore: quid iam erit ex hoc incõmodi,vel detrimẽti?Quid hic per seipsum aut paruum, aut magnum possit cõtra nos?At vero mœror absente dæmone multa per se horrenda efficit, plurimosq; eorum qui sibi vel nexuerunt laqueos,conscierunt gladios,vel fluuij se vndis,vel flammis donauerunt, vel alio quouis genere perdidere seipsos,sola doloris ac mœroris vi ad ita occumbendum impulsos reperiemus.Quòd si inter eos quispiam fortassis fuerit arreptus à dæmone, huius quoque perditio non dæmoni, sed mœroris tyrannidi, ac violentiæ meritò imputanda erit. Et quomodo, in- F quies,possum non mœrore affici?Si à multitudinis opinione,quam habes de huiusmodi re,longissimè recedes sola superna sentias. Nũc enim idcirco ea res grauis atque horrenda videtur,quia vulgares turbę ita existimãt. Atque si obmissa inani,fallaciq; existimatione ipsam rẽ diligentius,considerare volueris,inuenies nullam inesse ei mœstitię occasionem:quod iam sæpe superius ostẽdimus.An verò æqualium tuorum, & in religiõe sociorum gratia afficeris? Reor enim te intuentem illorũ lætitiam,ac fiduciam cum fratribus confundi,atque ex tristitia confundere. Atqui ego id veraciter dixerim, si quidem his in summa continentia & sobrietate, atque in reliqua vitæ philosophia degentibus, ipse in ludis & in aleis,& comessationibus tempus omne consumeres, rationabilis profectò esset hic mœror tuus. Sin autem eandem incedis viam,eius causa quid angeris? quid anxius tabescis? Equidem si mihi ad aliquem ex his sermo esset, qui facilè extolluntur laudibus, ea quæ modò dicere intendo, profectò tacuissem. Quoniam verò ea mihi de te spes & confidentia est, quòd quantumlibet quis te laudet, atque admiretur, nunquam humilitatem deseres, ac ex eis laudibus potius humiliaberis, atque inter extremos teipsum statues: cuncta, nihil me-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gtuens, aut dissimulans loquar tanta didici tibi accessisse religionis incremẽta,tamq; singulares profectus, vt nõ iam cum adolescentulis illis,sed cum magnis,admirãdisque viris virtute contendas. In nullo te illis inferiorem aiunt.Nõ ratione ieiunij. Quo enim pacto,cùm panem & aquam tantùm in cibũ sumas, idque post biduũ vel triduum?Nõ vigiliarum prolixitate, cùm vt ipsi plures vnà noctes insomnes orans transigas.Non diuturno instituto, quo te quoque plurimos illorum transcendere fama est.Audio admirans,vt tibi omne tempus in lachrymis,perpetuísque orationibus cõsumitur.Sic enim referunt,qui à te ad nos proficiscuntur. Et quemadmodum hi, qui silentio se deuouerunt, sęque ipsos tugurio breui incluserunt,nihil loquuntur:ita & te aiunt in tanta conuersantem multitudine persistere. Porrò contritionem cordis tui,squallorẽ ac dolorem,& hi qui enarrant exhorrescunt, plurimósque hìc dum tua narrarent instituta,compunxerũt. Nullum vnquam ingredientiũ, aiunt,respicit,nihil ex cõsuetis laboribus relaxat.Sæpius orauimus,vt parceret oculis,ne eos perpetuis lachrymis contereret,ne tempora vigiliarum nimietate, irremissõque & iugi lectionis studio fatigaret,neque id sibi persuadere potuimus.Hoc ergo te mœrore cõficit atq; perturbat,quòd æquales tuos tanta excellẽtia superas, quòd acerrimum & infestissimum nactus aduersarium,tanto spacio tecum pariter currẽtes excessisti.Ergóne nõ meritò dicebam mœrorem hunc præsumptæ sibi esse opinionis , quæsitum verò & perspicuum summas nobis lætitiæ ac tranquillitatis materias præbere? Quæ enim vtilitas,quæso te,à dæmone non corripi , si omnis conuersatio & diligenter exacta,& ritè concluſa fuerit ? At fortasse confunderis atque erubẽscis ,cum te sub oculis quorundam deiicit ? sed hoc tibi ex eadẽ occasione cõtingit,quòd multitudinis opinione negotium hoc, non ratione metiris.Nanque cadere nõ id tandem est, quod tu te pati dicis,sed in peccatum corruere.In hoc sanè casu dolere,in hoc erubescere conuenit. Nos cõtrà in his, quæ nullam habent verecundiæ rationẽ, confundimur: quę autem reuera sunt turpia,execratiõnesque ac supremo digna cruciatu,ea dum perpetramus,nihil nos mali pati arbitramur. Atq; anima quidem singulis diebus corruẽte,nullus est qui lugeat : si quãdo verò corpus hoc aliquid patitur , id verò durum atq; intolerabile esse iudicatur.Nõne id potius est à dęmone corripi,si adeo mirabiliter animus afficiatur,atque ita circa rerum iudicia fallatur?Nam si quidem ex ebrietate patereris,confundi meritò,ac mœrore debuisses:quippe id volũtatis crimen esset.Sin autem ex alterius violentia id fit , non is qui deiicitur atq; eam violentiam tolerat , sed is qui illã infert erubescere, & confundi debet . Nam & in platea & si quando nõ commissa pugna alter alterum impellens deiicit,non cadentem, sed impellentem causamur omnes.Vtile quidẽ est erubescere, sed tum profectò, cũ aliquid gesserimus,quod ille dignũ cruciatu iudicet, qui nos iudicaturus in fine est.Quandiu autem nihil huiusmodi nobis conscij fuerimus, cuius rei gratia cõfundimur?Neq; enim si quis te sine ratione, nihilque abs te lesus cæderet,aut in terram deiiceret, túque omnia mansuetissimè tolerans abires,cõfusionis ea res esset,sed supremæ philosophiæ,maximarúmque laudũ. Quòd si hominibus iniurias inferentibus, perferre gloriosum est, eo qui mortales omnes astu & nequitia trãscendit , hoc ipsum faciente,qui illius væsaniam fortiter tulerit,quasi rem vituperatione dignam fecerit , rubore confusus perfundẽtur?Et quid hac cõtrarietate dici irrationabilius possit? Siquidẽ enim ex casu illo exurgens turpe aliquid aut facere inducereris,aut loqui, ne ipse quidẽ super his te lugere ac dolere prohiberẽ. Sin autem omnia cũ gratiarũ actione toleras, atq; ad orandũ te statim cõuertis: quid est quod tibi verecundiã,aut cõfusionẽ faciat? Sed fortassis dura & dolenda iudicãtur probra,ab aliis in os coniecta.Et quid eiusmodi hominibus dici vituperabilius possit,qui neq; digna exprobratiõe ritè possunt discernere?Isti enim reuera insani sunt,ac dæmonio pleni, qui rerũ natura vt sese habeat,intueri nunquã didicerũt: sed ea quæ sunt laudibus dignissima,vituperant : & quæ sunt exprobranda,in laudabiliũ transferunt ordinẽ. Plurimis & phrenetici præsentes maledictis insectãtur,sed hi,qui illa audiunt,nullas se pati cõtumelias existimant. Et tu igitur cũ amentes illos ita loqui audis,noli contumeliã aut confusionẽ eam rem existimare,ne tunc maximè probris te dignũ cõstituas, dùm contra te deũ per tuã impatientiam prouocas . Quoties enim ea quæ pro nostra emendatione & vtilitate à deo inferũtur,probro tibi esse arbitraris,vide quo hæc pestis emerget . Quòd si vis qui sint reuera cõfusione , & exprobratiõe dignissimi perspicere , paucos è multis tibi conabor ostẽdere. Eos ergo inspice, qui mulierũ formæ omni studio addicti sunt,qui pecuniis vsq; ad insaniam inhiant,qui potẽtię ac glorię sunt cupidissimi,dúmque ista cõsequuntur, agere omnia & pati sustinẽt, qui liuore & inuidia tabescunt,qui insontibus insidiantur,qui semper atrã bilẽ patiuntur, qui vitæ præsentis cõmoda summa rabie sectãtur.Ista reuera,atq; his similia vęsaniæ sunt opera,supremísque cruciatibus dignissima.Ista probris omnibus & confusione atque irrisione insectanda . Porrò si quis dũ perturbatur à dæmone , sic quoque summã philosophiã per omnẽ vitæ ordinem ostẽdit:nõ solum non exprobrandus,verùm admirandus,laudibúsque merito extollendus est, qui tot tantísque præditus vinculis , cursum adeo laboriosum currit,arduãque & asperã conscendit virtutis viã . Cæterũ nescio quo pacto me penè & aliud effugerit, quod ipse plus habes q̃ fratres reliqui. Id autẽ est huiusmodi:Si quid tibi antea peccatum est,facilè per hãc pressurã id omne deletur ac remittitur. Atque à nobis hoc antea ostẽsum est,cũ de Lazaro, & de illo qui apud Corinthios fornicatus fuerat,sermonẽ haberemus. Sed patri,inquies,timeo:& si enim omnia mea modestè ac leuiter perferre possim , quõ illius cladem ac vęsaniã ferã,si quando quid horũ illum explorare,cõtigerit?Hactenus quidẽ nihil persensit.Est autẽ maximæ pusillanimitatis,eorũ gratia,quę necdũ contigerunt, incertũque est an euentura sint,mœrore iã nos ac dolore conficere. Vndẽ enim nobis cõstet hęc ad illius peruẽtura notitiã? imo vero sit hoc plane perspicuũ,concedamúsque si vis cuncta illũ nosciturũ, plurimáque furiosè & atrociter facturũ.Laudo te equidẽ,si illius indoleas vicẽ,cæterũ nolo id cũ tuo detrimento fieri.Quippe eos qui superna, non terrena sapiunt,nõ solum ira & concupiscentia,cæterisq; perturbationibus, sed mœrore etiã abstinere cõuenit.Hic enim lõge pluribus q̃ perturbationes illæ incõmodis afficit.Prorsúsq; necesse est aduersus illũ nos fortissimè insurgere,nisi omnino perire velimus. Nam siquidem ipse huiusmodi calamitatũ pater author fuisses,rectè sanè trepidares ac tremeres, qui tantæ illi perditionis causa esses : sin autẽ ipsemet summis malis atque incommodis affici vult, nihil te horum penitus tãgit,nisi inquantũ patri piè condolendum est . Præterea nescimus quomodo huiusmodi rumores ille laturus sit, Plurima enim sæpe contrà quàm sperabatur , emerserunt,

serũt. Toleraturum autem illum sine molestia præsumi facilè potest.Cur id?Habet adulteros filios, quos & plurimi facit,& maximè diligit.Porrò hæc illi amoris vis eiusmodi mœrorem facillimè lenire poterit. Ne igitur teipsum curis eruciues.Nã si dolendum est,eius profectò rei gratia dolendum est,q̃ irrationabilibus sumptibus,q̃ comessationibus,quòd fastu & tyrannide,q̃ præsenti incestu,opinioni suæ maculam inducit:& quod omnibus grauius est , periculo sę æternæ mortis exponit. An tu modicũ scelus existimas, vxore illi matre vestra viua atq; incolumi,alterius maculari concubitu, filiosq; ex illicito procreare matrimonio? Ista luctu digna , ista lachrymis,& omni cõploratione miseranda,quæ aperta sunt,atq; in finem pessimũ excedunt.Quæ vero tui gratia futura sunt,fieri potest vt grauia sint:fieri itẽ, vt opinione leuiora. Summæ verò esset amẽtiæ in rebus adeo incertis certo se iam cruciatu conficere. Vt autem concedamus interim illum vehementissima indignatione cõcitatum : at citissimè illius ista commotio sedabitur, & antequam plene incẽdatur,extinguetur.Homo enim tot deliciis accubans,maximarumq; rerum curis implicitus,parasitos & assentatores nutriẽs , puellamq; illam tam vehementer ardens,ex qua filios habet , vestros dimidio fratres,etiam si tuos casus perceperit,dolorem minimum capiet.Idq; nõ ex his solùm quæ dixi,sed gestis præteritis coniicio.Nosti enim, plane nosti, cùm te ille nimium antea diligeret,totúsque in te quiescere,atque ex te pendere videretur, ex quo te ad monachorum vitam,atque instituta contulisti,affectus omnis ille q̃ refrixit.Rem enim ille te facere turpissimam , & maiorũ suorum gloria indignam , opinionémque & claritatem generis obscurare obtestans clamabat.Itaque (nisi tamẽ nimis ineptum quod dicam,videatur) arbitror illum rẽ gestam cum voluptate auditurum,quasi pœnas dederis, quod orante illo sæpius, atque à vitæ istius tolerantia te remouere cupiente,consilium ipsius nunquam passus sis admittere.Et de patre quidem,ac timore tuo,quo de illo maxime solicitus es:ista habui quæ dicerem, sufficiẽt (vt reor)ad omnem huiusce metũ excludendum. Quoniam vero malorum tuorum summam esse asserebas, quod neque de futuris posses certius confidere,neq; scires huiusmodi ne vnquam vinculis solutus esses, an in finem vsque pugnare ille decreuisset,qui tibi certamẽ hoc proposuit, ne ipse quidem exploratum ac certũ aliquid dicere,aut futurorum euẽtus aperire possum. Illud tamen scio manifeste,tibíque persuasum cupio, vtrumuis horum contingat, pro tua vtilitate & gloria futurũ. Quòd si hoc animo fueris, citò supremum hunc malorum,vt ais,verticem abs te arcebis . Ad hæc illud quoq; tibi cogitãdum est , præmiorum & coronarum tempus esse futurum,seculum,colluctationum verò,ac laborum præsens . Quod nobis apertius insinuare volens beatus Paulus,dicebat:Sic curro,non quasi in incertum:sic pugno,nõ quasi aërem verberans:sed castigo corpus meũ, & seruituti subiicio,ne fortè aliis prædicans,ipse reprobus efficiar. At vero cum ad finem certaminis venisset, tunc demum beatissimam illam emisit vocem:Bonum certamen certaui,cursum consummaui , fidem seruaui, iam reposita est mihi corona iustitiæ. Ostendens vitam omnem in certaminibus & laboribus nobis esse agendã,si cupimus æterna requie,bonisque illis perfrui . Sin autem aliquis ita delicatus,ac negligẽs sit , vt puret se & huius vitæ voluptatibus & præmiis, ac gaudiis cœlestibus iustis præparatis frui posse,hic seipsum prorsus fallit ac decipit.Nã sicut in athletis, qui intẽpestiuè certamẽ

1.Cor.9.d

2.Tim.4.b

num requiẽ & absolutionem quærit,cõfusionem sibi atque ignominiã parat: qui vero in stadio labores omnes fortiter tolerat,coronam & gloriam & laudes,& in ipso certamine,& post solutũ theatrũ à spectatoribus cõsequitur:Ita in nobis quoque fit.Nã is qui laborum tempus quieti dedicat,tunc in mugiet,& stridebit dẽtibus,quãdo in insenescibili illa & æterna requie debuisset requiescere,extrema & immortalia supplicia luere cogetur. Qui vero pressuras omnes promptè ac libenter tulerit,& hic & in futuro seculo clarissimus erit , veráque & immortali gloria beatus.Nã si in secularibus qui rerũ tẽpora confundit,omnibus sibi propositis cõmodis excidit,atque innumeris se calamitatibus exponit lõge id magis in rebus spiritualibus patitur, qui temporum ordinem ignorat.Dixit enim Christus:In mundo pressuram habebitis.Beatus enim Paulus:Et omnes,ait,qui pie volunt viuere in Christo,persecutionem patientur . Nõ solas hominum persecutiones dicens,sed & dæmonum insidias.Iob quoq;:Tentatio,inquit,est vita hominis super terrã.Quid ergo angeris? quid grauiter fers , qui in ærumnæ tẽporibus vexaris? Tunc enim dolendum,tũc ingemiscendum esset,si quod Christus pressuræ tempus deputauit,id nos deliciarum,& quietis facerem?: si quo tẽpore pugnare ac laborare iussi sumus, eo torperemus: si latam incederemus viam,cum ille per angustã præceperit eundum.Ita enim necessario iam nobis relinqueretur crucistus ille sempiternus. Quid ergo,inquies,de illis dicis,qui & in isto seculo gradiuntur in latitudine, & in futuro æternis præmiis,fœlicissimáque requie donãdi sunt?Quem tu mihi talem dabis? Ego enim solius Christi verbis acquiesco dicentis : Angusta & arcta via est,quæ ad vitam ducit. Quòd autẽ per angustam viam late iri non possit , omnibus profecto liquet.Si enim in exterioribus certaminibus nullus absq; sudoribus coronã referre potest,atq; id cũ eiusdẽ naturæ consortem habeat aduersariũ : vbi nobis virtutes illæ nequã obluctãtur,quo pacto sine summis laboribus,pressurisq; & angustiis illarum insaniã superare poterimus?Sed enim nos quãdiu rationibus ista ventilamus,cũ liceat cõfugere ad beatos illos ac fortissimos qui prioribus fuere tẽporibꝰ. Examina diligentius eos,qui fuerũt nominatissimi, videbis omnes primo aduersitatibus probatos , ita demũ diuina familiaritate dignos habitos fuisse, maximamq; ad illũ habuisse confidentiã. Atq; primo si placet,primũ tẽporis inspiciamus filiũ,agnũ Christi , secundũ Abel.Is cũ in nullo ius violasset,ea passus est quæ merẽtur hi,qui grauissimè peccauerint. Nos enim dum flagellis eruditur,peccatorũ nostrorũ pœnas damꝰ.At vero iustus ille nulla causa cruciatus est,nisi quia iustus erat. Atque is quidẽ quãdiu nullũ excellẽs virtutis suæ documentũ dedit,agnoscebat illũ frater: vbi vero ex sacrificio placuit, clarusq; meritis eluxit,tum iam naturã quoq; ipsam ille ignoranit,inuidia scilicet cæcatus . Vnde vero nosti an modò quoq; eadẽ causa diabolũ aduersum te cõcitauerit , vitæq; tuæ fulgor illũ ad hanc pugnam euocauerit? Rideas placet ista loquentẽ, laudo equidẽ humilitatem, [illegible] tamen ab hac sentẽtia [illegible] enim ille aditum, nec quenquam [illegible] acceptúsque fuit, is qui nihil pem offerẽs ita deo [illegible] extinxit , sed seipsum totũ obtulit deo,multò profectò magis aduersum se prouocauit inimicum . Deus autẽ te illum inuadere permisit, sicuti & tũc cæden illam tam immanẽ haud quaquã impedíuit: sed passus est sanctũ illum,atq; innocentissimũ virũ in scelerati paricidæ manus incidere,neq; eũ eripuit , qui propter se,atq; ob gratiam honoris sui mactabatur. Noluit enim illi coronas

Gene.4.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

G suas minui. Quocirca ad finẽ vsque illũ excurrere permisit. Et quis, inquies, cruciatus est mors? Vtinã quidem hunc & ego subirem cruciatum. Ista nunc dicis amantissime. At prius res omnium grauissima esse putabatur, omniq; supplicio immanior. Deniq; in lege Mosi hi, qui maxima quæque deliquissent, ac venia indigni, morte mulctabantur. Sed & apud ipsos quoque externos legũlatores, hi qui in maximis, turpissimisq; flagitiis deprehenduntur, nõ alio supplicio afficiuntur, sed tamen perditissimorum hominum supplicium iustus ille perpetitur, imò verò eo grauius, quò & fraterna dextra percussus occubuit. Quid autẽ de Noë dicimus? qui & ipse iustus ac perfectus fuit, cunctisq; corruptis ac perditis, solus placuit deo, reliquis omnibus illum offendentibus. Innumera planè iste aduersa pertulit, pressurasque plurimas ac varias. Neque enim vt Abel cõtinuò mortuꝰ est, neque id passus quod tibi leuissimum videtur, sed lõgissimã vitam tolerauit, tot annos his qui ferunt onera, grauissimóque semper pondere premuntur, nihilo leuius, aut quietius affectꝰ. Hoc autem statim apertissimè probabo, hinc initium sumens. Annum integrũ iste carceri addictus fuit, carcerique peregrino & horrẽdo. Vt enim ferarũ serpentium multitudinẽ omittã, quibus cum tanto tẽpore communiter vixit, in tantis relictus angustiis: quid illum animi habuisse putas inter adeò ingentes tot tonitruorum mugitus fragoresque nimborum? Quippe inferior abyssus disrumpebatur, superior fucama impetus vi demittebatur, cũ intrinsecꝰ ille cũ liberis sedebat solus. Etsi enim de fine quieto securus erat, per eorum tamẽ quæ fiebant vehementiã, metu ferè præmortuus fuerat. Vbi enim nos cum habeamus firmissimas sedes, ac domus in terra altius fundatas, vrbesq; septas mœnibus inhabitamus: tamen si videamus pluuiã vel modicè vehementius solito demitti, cõcidimus, metúque constringimur: quid ille passus æstimet, cũ solus intus esset, abyssumque illã horrificã, ac varia discriminum genera, cõsideraret? Denique sufficere solet ad feriẽdos summo pauore animos, vrbẽ vnam, vel domum etiã vi aliqua inundationis absorptã, vndisque opertam cernere. At verò quando id orbis vniuersus passus est, dici non potest, quanto vir ille iustꝰ mœrore, quo metu, cũ in mediis fluctibus circunferretur, affectus sit. Totum ergo annum illum in eo metu ac dolore egit. Cùm verò tandẽ diluuiũ cessasset, paulatim quidẽ iam cedebat metus, sed plenè mœror augebatur, prodientemque ex arca tẽpestas alia excepit priore nõ minor, cum intueretur horrendam illam solitudinem, necèmque illam violentam, atque interfectorũ corpora limo ac luto permixta, cunctósque pariter homines, & asinos, & cætera his etiã ignobiliora animantium genera, vno prorsus miserabili sepulchro obruta. Nã etsi nimiũ peccatores fuerãt, qui talia perpessi erant: homo tamen erat Noë, gentilesq; suos nõ poterat non miserari. Quippe & Ezechiel cùm iustus esset, sciretq; Israëlitas iniquissimos ex omnibus, vidẽs tamẽ illos iugulari, & corruere, hoc idẽ passus est, atq; illachrymauit. & certè anticipãs deus omnẽ sibi illorũ impietatẽ reuelauerat, atq; ipse oculis intuendã præbuerat, vt cũ illos puniri inspiceret, eã calamitatẽ fortiter perferret. Sed tamen cum tanto præscientiæ solatio præparatꝰ esset, ita quoq; angebatur eorũ cladibus, corruensq; pronꝰ in terrã eram.bat: Heu mihi domine, deles tu reliquias Israël? Nõ semel autẽ soluã perpessus est, sed & secundò cũ Iechoniã regem, gentis suæ cerneret occisum. Itaq; & Noë, tametsi innumera sciebat illorũ esse scelera, nõ tamen Ezechiel siue Mose fortior erat: quippe & ille sapiebat quæ propheta passus est, peccãtes intuens Hebræos tunc eos maximè miserabatur, quando puniendi erãt, magisque ipse q̃ qui puniebãtur, angebatur. At verò Noë calamitas lõgè erat grauior, quippe dũ tot premeretur angustiis, solitudine horribili, miseria geẽ.cis suç, pereuntiũ multitudine, mortis genere, terræque totius desolatione atq; vndiq; mœror increscret, qui se vehementissimè cõcuteret, adiicitur cõtinuò cõsolationis loco nati contumelia, res quidẽ intolerabilis, verecundiçque & doloris incredibilis. Quanto enĩ amicorũ probra grauiorũ q̃ inimicorum sunt, tantò iniuriæ à filiis acceptæ, quaslibet amicorũ quoque iniurias ratione doloris exuperant. Cũ enim quẽ genuerat, quẽ educauerat, quẽ erudierat, cuius gratia labores plurimos, ac dolores, curásque tolerauerat, eum præ cæteris cõtumelioſissimè se tractare cerneret, ne ferre quidẽ animi dolorem poterat. Contumelia quippe libero homini, tum per se est intolerabilis: tum si à filiis manauerit, in stupore animi conuertit. Tu velim nõ id modò facinus cõsideres, sed ex eo ipso cõiicias, q̃ ille contumelioſè priori omni tẽpore patre vsus sit. Qui enim ante oculos recentis timoris imagines atque iudicia versabat, ac nuper horrido ex carcere illo pruperat, orbisq; totius clades hauriebat oculis, ne sic quidẽ correptus siue emendatꝰ fuerat, sed eum quem minimè omnium debuerat, cõtumeliis afficiebat, neque omniũ mortalium necẽ, neque solitudine, neque dei ira, neque alia vlla earum rerum quæ tum cõtigerant melior effectus fuerat, cuiusmodi ille ante diluuiũ fuit, cũ plurimos haberet, qui suapte natura pronũ hortarentur ad vitia? Tũc enim profectò, tunc molestiores fluctus iustus ille pertulit, q̃ fuerint qui post in diluuio cõtigerunt, & huiusmodi ipsius filij, & reliquorum omniũ gratia. Nã in diluuio quidem sola illum aquarum multitudo angustabat, ante diluuium autẽ vndique vitiositatis abyssꝰ cõprimebat, vndique cunctis vehementius insidiis nequissimorum hominum, ac sceleribus collidebatur. Solus enim relictꝰ in tanta scelestorum hominum, flagitioſorumque multitudine, etsi nihil aliud patiebatur, irrisiones tamen plurimas, ac iurgia quotidie ferebat. Idque cũ aliàs antea, tũ maximè quãdo illis de futuris cladibus verba faciebat. Istud verò quantã vim habeat ad perturbãdos animos, testatur qui ex utero matris sanctificatꝰ est Hieremias, qui propterea prophetiã quoque ipsam relinquere meditabatur. Dixerat enĩ, inquit, vt nõ prophetẽ. Præterea id solum, q̃ nullus illi erat vnanimis, nullisque suis moribus cõformis, quantũ illi tædij, quantum putas mœroris effuderat? Neque hoc tãtũ angebat vir fidelis, verùm ex illorũ miseratiõe cruciatus innumeros horis singulis patiebatur. Nõ enim tunc fólũ mœrent viri iusti, cũ iustos morientes aspiciunt, sed etiã cũ peccantes videt. Immo verò multò amplius morte ista animarũ q̃ corporũ anguntur, quod ex pphetis facillimè animaduerti potest. Alius quippe illorũ amarè ingemiscens: Væ, inquit, mihi, quia periit pius, ac religioſus de terra, nec est in hominibꝰ qui quod rectũ est, faciat. Alius ad deũ loquebat: Quare ostendisti mihi labores & dolores? Et de his qui iniuriis opprimebãtur nimiũ cõdolens lugebat, dicens: Facies homines vt pisces maris nũ habẽtes ducẽ? Quod si tunc ista cõtingebant, cũ leges cõstitutæ essent, & principes, & iudices, & sacerdotes, & prophetæ, & cruciatus: considera quãta impudicitiç magnitudine sub Noë cuncta scelera admittebantur, cùm nullo horum adhuc homines quasi freno continerentur. Et sub prophetis quidem non valde longæua erat vita, ætásque mortaliũ: sed septuaginta vel octoginta annis terminabatur: tũc verò vltra huiusmodi distantia locorũ & tunc erat & nunc est. Porro itineris conditio nõ ea modo est, quæ tunc fuisse creditur. Nunc enim & mãsionibus perpetuis distinctũ est, & vrbibus ac villis frequẽtibus ornatum viatoréſq; plurimos offendit, qui illuc proficiſcuntur, quod nõ minus ad securitatis rationẽ valet, q̃ mansiones, vrbes atq; villæ. Præterea & ex puincia ciuitatũ principes, viros corporis magnitudine & robore cunctos excellentes, iaculóque & funda tantũ valentes, quãtùm vel sagittarij sagittis, vel armati pilis, statutis ducibus quibus illi obtẽperent, hoc eis vnicum iniungunt munus, solámque itineris tuẽdi curã, custodiámque permittunt. Ad hæc aliã longe his omnibus diligentiorẽ curã excogitarunt. Habitacula enim mille passibus ab inuicẽ distincta, itinere toto fabricãtes, nocturnos illic statuere custodes, per illorum labores & vigilias maximum cõtra latronũ impetus munimen viatoribus cõstituentes. Tunc vero nihil horum erat, nõ villæ perpetuæ, nõ vrbes, nõ diſcretæ dierum singulorum mãsiones, nõ crebra diuerſoria, nõ cõmeantium vſtigia, nõ aliquid denique huiusmodi. Libet nunc omittere semitæ asperitatẽ, aërisq; inæqualitatẽ, quæ si & desinat, alia per se viatoribꝰ sunt molestissima. Testes mihi sunt, qui cum vehiculis, iumẽtisq; inuehuntur: nec sic quidẽ consueta itinera audent incedere, nisi prius ea strata lapidibus viderint, foueásque impleuerint, atq; cuncta cõplanauerint. Cæterũ tunc inhabitabili regione erat via illa desertior, ipsisq; mõtibus & collibus asperior: præruptísque omnibus & præcipitiis periculosior. Nondũ id quod est omniũ grauissimũ dixi, quo pacto Barbaris, ferisq; nationibus nouus, semper hospes iungebatur. Hoc enĩ maiora illi, atq; difficiliora indies negotia præbebat, cũ omnes tunc per gentes, immo verò, vt verius loquar, per ciuitates diuisi essent atq; separati. Neque enĩ sicuti nunc in maxima orbis parte fieri cernas, vni imperio, vniúsque ditioni, mortales omnes seruiebant, eiſdẽque gubernabantur legibus: sed veluti corpus vnũ in multa mẽbra concisum, ita hominũ genus dispersum erat, atque dissipatũ, hostẽsque ex hostibus iustus ille mutare indies cogebatur, etiã antequã priores effugeret, rursus in alios incidẽs, cùm alibi quidẽ cõfusè plurimi dominarentˉ, alibi nullus dominationis ordo seruaretur. Quid igitur hoc vitæ genere molestius? Nõ enĩ sibi soli metuebat ac pauebat, verũ patri & vxori & nepoti. Seruorũ quoque nõ exigua, nec contẽnenda erat cura, etiã cùm domi requiesceret, nedum tunc quando vagus per aliena ferri cogebatur. At siquidẽ exploratum ille habuisset, quãdo hic error finẽ fuisset habiturus, nõ adeò graues illæ curæ fuisse viderentur: nunc verò cũ simpliciter atq; indefinitè audisset, In terrã non istã vel istã sed quã mõstrauero tibi: omnia mẽte circunibat, ac perlustrabat, ingentẽsque tumultus animo excipiebat, cùm nunquã sistere cogitationem posset, sed suspicarꝰ plurima, curisque angi cogeretur. Credi enim potest ad orbis terræ fines, Oceanumque ipsum se profecturũ expectasse. Itaque etsi nõ omnem perlustrauit terrã, curã tamen huiusce sibi perficiẽdi itineris sustinuit. Neque enim animo ita paratus erat, quasi solã vsque Palestinã profecturus: sed quasi vbique iubente secuturus, etiãsi orbem totum peruagare iuberetur, etiamsi ad eas quæ extra orbẽ sunt insulas accedere. Quòd si sperare contrarium præceptum indefinitum suaderet, id rursus erat molestissimum. Is enim qui graue aliquid, ac onerosum toleraturus est, multò feret leuius, si apertè sciat, quid sibi sustinendum sit, & ad quicquid sese præparare debeat, quàm si per omnia cogitationibus iactetur ambiguis, &

Gen. 6. & seq.

Hiere. 20. c

Mich. 7. a

Abac. 1. a

Ibidem. d

Eze. 9. d

Ibid. 19. a

A vltra sexcentos annos humana vita tendebatur. Vt igitur alia omittã, quot labores, quot negotia subire cogebatur, qui adeò prolixum iter gradiẽs currebat, ac viribus totis contendebat, in tãta viæ longitudine ne parũ quidem diuertere, cùm plurima essent quæ prohiberent? Et quid dico plurima, cùm tota prorsus vita à finibus ad fines terræ esset huiusmodi, tota scopulis, sentibus, beluis, squalore, peste, algore, maleficiisq; omnibꝰ plena? Equidẽ facilius existimauerim angustissimã semitã profundissima nocte semper incedere, quàm illis temporibus virtutis viam: tot & tãta erant, quæ gressus illius rectos conarentur euertere. Cùm enim omnibus quæcunq; velint agere licitum sit, vnus verò solus contrariam omnibus incedat viam: quando is ad finem peruenire poterit, cunctis illum retro impellentibus, atq; à cœpto excludẽtibus itinere? Cuius enim difficultatis sit cum plurimis degendo rectè operari, documento nobis sunt hi, qui modò quoq; solitudines occupant: cũ tamẽ rectè viuendi formam vbique disseminatam, concordiámque
B & summam adinuicem beneuolentiam, charitatisque consensionem cernere in promptu sit. Tunc verò nihil horum inueniri poterat, sed aduersum virum illum omnes vnà feris omnibus immaniores erant. Quid igitur hac vita tristius, quid luctuosius, quid laboriosius dici, aut fingi potest? Equidem ostensurum me promiserã illum nihilo meliore conditione fuisse his, qui semper onera ferunt, nunquã requiescunt, sed ratio aliquid amplius efficit. Non solùm enim non meliore, sed & longè grauiore, ac deteriore conditione fuisse nobis patefecit. Videtur plurimis Abraham ætatem omnem prosperè ac trãquillè vixisse. Quocirca fœliciores quosque, & vndique florentes illi cõparare solent. Agè ergo inquiramus diligentius, quæ illi cõtigerunt. Hic mihi videri solet lõgè grauiora quàm Noë, quámque Abel perpessus: sed ego satius esse ac melius iudico nihil interim dicere, quoad rerum diligens discussio sententiam ferat. Quæ igitur illi in Perside & vsque ad septuagesimũ annum cõtigerunt tristia, nullus apertè scire potest: neque enim beatus Moses eius nobis temporis historiam tradidit, sed omni hac ætate omissa, à septuagesimo anno narrationis suæ cepit initium. Quòd tamẽ & ipse nõ dissimilia Noë perpessus sit, valde rationi consentaneũ
C est, cũ inter tot impios, ac barbaros solus pietatem coleret. Hoc sanè incertum, vt reliqua, obscurúmque nõ est: imò ita clarum, vt id tardissimi quique facile contectare possint. Verum ista quoque modò omittamus: atque à peregrinatione sua ordiamur, illud primo inquirentes diligentius, quanto itineris spacio Chaldæorum prouincia à Palæstina separata sit, aut quænam fuerit viæ illius cõditio, quomodo tũc sibi misceri illi potuerint: qui fuerit viuendi atque conuersandi modus. Nõ enim quia facile tunc iussis ille obediuit, res & continuò facilis existimetur: neque quoniam citò ac breuiter Moses rei gestæ digessit ordinem, opus ipsum verborũ breuitate putes imitatum. Ista enim dicere & narrare facillimũ est: agere autem, laboris, difficultatisq; plenissimum. Viæ igitur istius longitudinem, locorúmque intercapedinẽ diligentius nobis enarrare possent, qui inde ad nos profecti essent. Nos hactenus illorum quidẽ nemini cõgressi sumus: vnum verò ex his, qui ex citeriore prouincia aduenerunt nacti, cùm ab illo inquireremus quo iter agere coactus esset, trigesta & quinque dierum numerum audiuimus, & Babylonem quidem ille nunquam se vidisse ait: audisse tamen ab his, qui ibi fuerant, tantundem itineris restare conficiendum, vt eo peruenire tur. Atq;

Gen. 12. a

Universidad de Deusto
Biblioteca

G nunc læta,modò tristia expectet:nec possit cuiquam horum firmiter hærere, cùm vtrunque pariter sperari aut credi possit: & ista quidem antequam in repromissam terram perueniret. Cùm verò tandem Palæstinam venisset, & quasi iactis ancoris se iam quietum sperare, tunc verò maior illum in portu tempestas excepit. Est autem ea non minima doloris pars, cùm quis aduersis se ereptum putans, atque ad finem ipsum peruenisse, cura iam omni & cogitatione solutus, rursus initiũ aliud malorum congredi compellitur. Nam qui ad ferenda fortiter aduersa adhuc paratus est, æquiore animo ista cùm sibi inferentur, excipiet. At verò si positis curarum cogitationibus, dum se quieturum sperat, aliquid huiusmodi contingat, duabus ex partibus turbatur, ac facillimè dolore capitur: quippe dum præter spem, & expectationẽ vritur curis, & animo iam solicitudine vacuo, sese præparare desiit. Quæ nam ergo ista tempestas fuit? Fames ita valida Palæstinã occupauerat, vt inde continuo exurgere coactus sit, atque in Aegyptum proficisci. Quò cũ peruenisset, veluti malorum finem inuenturus, aliã illũ rursus fame tristior, atque acerbior clades inuasit, adeò
H vt periclitari de vita cogeretur: atque eò timoris deductus est, vt quod humana existimatione grauissimũ est omnium, vxorem scilicet alienę libidini exponere, metu coactus eligeret. In tantã enim tunc necessitatẽ deuenit, vt etiam hypocrisi submitteretur: quo quid dici miserabilius possit? Quo enim animo illũ fuisse existimas, Gene.12.c cùm vxori ita consulere cogeretur, & dicere: Scio ego, quòd mulier decora facie sis. Et it ergo cùm te viderint Aegyptij, dicturi sunt, quia vxor illius est, & interficient me, & reseruabũt te. Dic ergo quia soror illius sum, vt bene mihi sit propter te, viuatq; anima mea ob gratiã tui. His verbis vsus est, qui propter deum & patriam, & domũ, & amicos, & cognatos, aliaq; omnia dimiserat, qui huiusmodi ærumnam tantumq; laboris tam prolixo tẽpore in itinere perpessus fuerat: & tamen nihil huiusmodi locutus est, puta, reliquit me deus, & auersatꝰ est, quaq; cura & prouidentia exclusit: sed fortissimè solùm, ac fidelissimè omnia pertulit: & qui maximè omniũ, vxorẽ per summam vim cõtumeliis affecta, irasci, atque indignari debuerat, agebat omnia ne contumelia tam grauis manifesta fieret. Hoc verò cuiusmodi mœroris ac
I doloris sit, nego ego sermone posse explicari. Norunt id omnes, qui vxores duxerunt, atque in zelotypiæ vnquã suspicionẽ inciderunt. Sed & Solomon quænam sit hæc Prouer.6.d passio testatur, dicens: Plenus enim zelo furor viri eius, non parcet in die iudicij: neque vllo precio inimicitias Cantic.8.b soluet, neque bonis plurimis reconciliabitur. Et rursus: Fortis vt mors dilectio, durus vt infernus zelus. Quòd si zelotypus ita excandescit: is qui tantis pressus incõmodis, vt cogeretur eis quoque adulari, qui se contumeliis afficerent, & in quos vlcisci debuerat, cuncta facere, vt libidines explerent, suaque vxore fruerentur, quo non dici potest miserabilior? Interea cùm ista quoque tristia finem accepissent, alia rursus aduersa gignebantur, famique illi bella succedere grauissima. Omitto nũc rixas & iurgia pastorum, distributionem cum nepote substãtiæ: quamuis ista quoque, si cum cæteris examinentur, mœrorem facilè inferre possunt. Cùm enim is, qui seruatus ab eo fuerat, tantis que per illum potitus commodis, quẽ sibi cedere per omnia, pastoresq; suos increpare decuerat: hic optione proposita, fertiliorem sibi regionem elegit, incultam illi ac desertiorem relinquens: quis oro, facilè ferret, non dico detrimentum, sed iniuriã, cùm videret se qui honorasset, parũ gratè atque honorificè tractari? Id quidem omni detrimento grauius cẽsetur: sed K
hæc tamen vniuersa prætereo. De patriarcha enim, non de quouis homine nobis sermo est. Successit illi fami Persicum bellum, cogitúrque aduersus hostes victoria elatos militem ducere is, qui principio non affuerat bel li, integris adhuc vtrisque partibus: sed victoria iam potitis hostibus, cùm eos nemo ferre potuisset, sed alij quidem passim interfecti essent, alij se latebris & fugæ dedissent, & reliqui in seruitutem abducti fuissent. Sed tamen cùm tantæ vndique difficultates premerent: num illi ut domi maneret, quietémve ageret, persuaderi poterat? Minimè verò, imò rei gestæ nũcio percussus, profectus est, ipse quoque eiusdem calamitatis particeps futurus, seq; ipsum haud dubiè neci expositurus. Nam velle cum trecentis seruis suis, vel modicè pluribus, aduersum hostem numerosissimum, ac victoria ferocem dimicare: nihil aliud profectò erat, quàm se & captiuitati, & supplicio, & morti acerbissimæ exponere. Profectus itaque est, vt ipse quoque barbaricam immanitatem experiretur. Verùm dei clementia seruatus, confusis hostibus prædæ ac nepotis compos cùm remeasset, sua rur L
sus incommoda flere cogebatur, cùm ob defectum liberorum nullum reliquerit hæreditatis successorem. Noli enim cùm eum audis conqueri, & ad deũ dicere: Quid Ibid.15.a mihi dabis? Ego autem sine liberis pereo: hoc illi recens fuisse, ac nouum existimare. Hæc enim cura & solicitudo cum sponsa vnà in domũ iusti illius introierat, imò verò ante ipsum ingressum sponsæ. Quippe omnes cõsueuimus, cùm incipimus de vxore cogitare, iam tunc rei ipsius curis omnibus tentari, quarum omniũ suprema est, gignendorum filiorum sterilitas, metusq; ille ex ea die nostros animos excruciat. Quòd si cõtingat post matrimonium solenniter perfectum, primum aut secundum, siue tertium annum sine liberis transire: tunc iam augetur dolor, ac spes læta minuitur. Rursus alio adiecto anno omnino spes nos illa deserit, solusq; mœror animũ occupat, per omnia vitæ iucunda simul obnubilans, nullum nobis voluptatis sensum permittit. Itaque & si nihil contigisset aduersi, cunctaq; fœcundissimè & ad votum successissent: ista liberorum desideratio lętis illis rebus admota, cunctam illam prosperitatem obnubere, M
ac deiicere sola potuisset. Nam promissio illa diuina ad extremam senectutem, quando maximè desperabatur impleri posse, facta est. Priori autem toto tempore à luctu & mœrore nunquam vacauerat: quantóque amplius augeri diuitias videbat, tantò lugebat vehementius, cùm hæres illi non esset, qui his omnibus succederet. Quid verò illum tunc passum putas, quando audiuit: Peregri- Gene.15.c
num erit semen tuum in terra sua, & in seruitutem eos redigent & affligent, atque humiliabunt annis quadringentis? Vxor autem ancillam suam nunc viri amplexibus iungens, nunc post eam cõiunctionem criminibus illum & querimoniis agitans, deumq; aduersus eum inuocans: & quę thori particeps fuerat, cùm iam filium paritura esset, domo deturbari cogens, quem constantis licet animi, in mœrorem ac dolorem acerbissimum nõ præcipitasset? Ista si cui fortasse leuia videantur, is cùm cogitauerit familias, & domos integras harum rerũ causa sæpius euersas, maximè iustũ istum admirabitur. Etsi enim timoris diuini causa fortiter ferebat omnia, homo tamen erat, & his rebus non poterat non angi, atque cruciari. Rursus autem in domini domum ancilla regreditur, illiq; filium parit, efficiturę Abraham pater post illud adeò prolixum tempus: habereq; ea res nonnihil voluptatis videbat, sed ea ipsa voluptas maiore vi mœroris pre-

A roris premebatur. Nothus ille filius legitimi eum admonebat, maiusq; illius desiderium iniicieat. Quod enim
Gene.15.a illi dictum erat, Nõ erit ille hæres tuus, sed qui egredietur ex te: de Hismaële dictum fuisse arbitrabatur. nullũ enim eatenus de Sara responsum acceperat. Cùm verò iam planiorem ac euidentissimam de Isaac promissionem accepisset, tempúsque partus definitũ esset, rursus antequam eius spei voluptatẽ vllam sentiret, Sodomorum clades ingẽtem illi mœroris nebulam offudit. Nã quòd res ipsa iustum virũ immodicè turbauerit, ex verbis illis ac prece, quam pro eis fudit, omnibus profectò
Ibidẽ.19.e constat. Cùm verò lapsum cœlo imbrem illum igneũ, atque omnino terribilem cerneret, cunctaque in puluerem & cinerem conuersa: neque in seipso iam erat. Nã si cùm delongè domos aliquas conflagrare incendio videmus, deficimus, stuporeq; & mœrore ac metu rigescimus: quid illum passum arbitramur, vrbes integras & regiones cum habitatoribus incendio nõ consueto sed nouo, ac terribili ardere conspicientem? An tibi nõ videntur iusti huius clades, æquoreos perpetuósque fluctus
B imitari? Sicut enim in mari antequam fluctus alij quieuerint, alij rursus montis instar intumescunt: ita & per totam viri vitam cõtigisse perspicies. Nam cùm adhuc
Gen.20.a & 12.d Sodomorum recens esset illa desolatio, rex Geraræ eadem quæ Pharao in Saram comittere conatus est, rursusq; mulier miserãdam simulationem confingere cõpellitur: atq; in opus prorupisset ea cõtumelia, nisi prohibuisset deus. Cùm aũt in partu illius & vxor simul & filius, ac tota familia lætaretur, solus ille in tanto omniũ gaudio tristis esse, ac mœrere cogebatur, ancillam cum
Ibid.21.b filio eiicere vi cœlestis oraculi compulsus. Etsi enim nothus erat, atque ex ancilla natus Hismaël, naturalis tamẽ vis amoris ex ea indignitate nullo minor erat, neq; imbecilliorem paternorum viscerum dolorẽ fecerat ignobilitas matris. Istúdq; ex ipsa historiæ serie possumꝰ addiscere. Ille enim fortis, ille seueriſſimus, & qui vnigenitum propriis manibus postea mactandum suscepit: vxore sibi hoc præcipiente ægrè ferebat, nũquámq; illi cessisset, nunquam obtemperasset (etsi tunc maior accessisse videretur authoritas, iustáque ab eo postularet) nisi illum timor dei vehementer impulisset. Itaque cùm au-
C dis illum deo iubente, ancillam emisisse cum filio: cauetes doloris sensu caruisse. Hoc enim erat impossibile, verùm illius potius singularem admirare obedientiam, quòd cùm etiã miserationis affectu retraheretur, emisit tamen cum filio matrem, quorsum profectura esset nesciens. Tolerabat autem atque sustinebat mœrẽs: neque enim ille natura superior euaserat. Hoc autem & in legitimo passus est filio: nullus enim eum non doluisse dicat, neque paternis affectibus fuisse commotum, ne dũ vltra modum illius ostendere nitatur philosophiam, illum summa laudum omnium priuet. Nam si in flagitiis teterrimis quosque deprehensos, ac longissimo tẽpore vita positos, ignotósque, & quos nunquam antea vidimus, cùm repentè conspicimus ad mortem duci, misericordia ac dolore conficimur, sæpe autem etiam illachrymamur: is qui vnigenitum atque charissimum filiũ qui præter spem, qui post tantum temporis, qui ad extremam senectutem natus erat, (hæc enim omnia excitant maiorem doloris flammam) hũc iam adultum suis manibus mactare & incendere iussus, nihil humanum passus existimetur: quid ista dicentibus ridiculosius? Nanq; si lapis esset, si ferrum, si adamas denique, posséne non molliri, non flecti, non frangi ad decorum amantissimi filij aspectum? Erat enim ad ipsum ætatis florem iã sapientia maturus, & animi religione perfectus, denique D
audiuit: Deus prouidebit sibi ouem in holocaustum fili Gene.22.b
mi, nihilq; perquisiuit amplius. Aspiciebat patrem se ligantem, nec reluctabatur: impositus rogo, non refugiebat videbat gladium contra se vibrari, neque omnino terrebatur. Quid hoc animo religiosius, quid deuotius dici aut excogitari potest? Audebitne ergo quisquam adhuc dicere, nihil in huiusmodi omnibus perpessum esse Abrahã? Si enim inimicum, si hostem interfecturus esset, etiamsi belua fuisset immanis: num ista sine dolore perpetrasset? Non est ita, non est. Noli iustum virum ita crudeliter arguere, dolebat profectò atque diſrumpebatur. Deus, inquit, prouidebit sibi victimam in holocaustum fili. Quanta miseratione verba ista plena fuisse arbitraris? Continebat se tamen, ac premebat acerrimi doloris vim: atque ista omnia ea deuotione & alacritate patrabat, qua facerent qui nullo istiusmodi impedimento continerentur. Immolatum interea filium, quippe deuotione illum immolauerat: sanum rursus, atque incolumẽ restituit matri, quem illa suscipiens antequã affatim dulci nato frueret, excessit è vita: id iusto illi maximo mœ- E
rori fuit. Etsi enim longo simul vixerant tempore, nihil tamen persuadere poterat, vt eum casum leuius ferret: immo verò hoc ipsum ampliore illum dolore conficebat. Nanque consueuimus eos, qui plurimo nobiscũ tẽpore vixerunt, summáque virtutis suæ & amicitiæ nobis documenta dederunt, maximè omnium, ac summo desiderio requirere. Quodq; ista sic se habeant, ipse patriarcha nobis indicat, qui fletu ac lamentatione solenni, illi debitas persoluit inferias. Quis iam reliquas curas prosequi possit, quas filij gratia suscepit? vxorẽ illi ex remotioribus locis conscisceẽdo, ac per omnia illius ornamẽtis, & gloriæ prospiciẽdo, quásque pro illius fratribus necessariò subiuit, aliáq; omnia: quæ qui examussim cõsiderare velit, atque discutere, longè laboriosiorem iusti huius vitam, curísque cumulatiorem perspiciet, quàm ipsi, nunc ostendere possimus. Principalia nãque tantũ, ac magis necessaria scriptura restringens, reliqua nobis omnia examinanda reliquit, quæq; diebus singulis verisimile est in ea domo contingere, vbi seruorum erat multitudo, vir, vxor, ac filij, multarúmque rerũ cura ac solicitudo. Ita sanè, inquies, sed illi solatiũ ferebat in sin- F
gulis huiusmodi aduersis, quòd propter deum illa omnia patiebatur. Et teipsum igitur illud non consolabitur? Nullus enim profectò, nisi deus tibi hanc inferri tentationem permisit. Nã si nec porcos quidẽ inuadere ne- Matt.8.d
quissimi dæmones ausi fuerant, nisi prius ille permittet: multò minus mortalibus cunctis rebus excellentiorem animam. Sicut igitur illi omnium fortis toleratio, atque in omnibus gratiarum actio maxima causa præmiorum fuit: ita erit tibi, tu modò nõ grauiter, atque indignanter feras, sed in omnibus gratias referas clemẽtissimo deo. Nẽpe enim & beatus Iob ea, quæ passus est, deo permittente perpessus est: coronis tamen non ideo donatus est, quia passus fuit: verùm quia contra aduersa omnia fortis, atque inuiolabilis perstitit. Admiramúrque illum omnes, nõ quòd priuatus omnibus fuerit, sed quia inter hæc omnia non peccauerit, neque in labiis Iob.1.d
suis. Quoniam verò de Iob mentionem fecimus, vellẽ quidem longa ipsius lamenta, passionúmque vehementiam persequi: verùm ne in longissimũ tendatur liber, ad Isaac redeat oratio. Porrò si tu cupis ipsius omnia diligentius addiscere, librum ipsum in manibus sumens, aspice in abyssum altissimã calamitatẽ viri, plurimáque in consolationem tuis casibus inuenies. Quanto enim

melior,

Universidad de Deusto
Biblioteca

G melior,quātóque prēclarior meritis iustus ille est quàm nos,tantò aduersus eum numero, & magnitudine maiori vi dimicauit, eóque vehementius contra illum tūc nequissimus ille concitatus est. Cæterùm rectè facta nō tam tentationum numero & magnitudine, quàm rerū virtute ęstimantē. Itaque etsi inferius,ac minus istud certamen est, nihil id tuas coronas poterit minuere: nam & is qui duo talēta tulit,nihil minus retulit,quàm is qui obtulerat quinque.Cur id? Quia etsi nō idem redditus, eadem tamē deuotio & alacritas fuit. Quocirca & eodem honore vterque potitus est,audiens: Intra in gaudium domini tui.Quid ergo Isaac? peregrinationē quidem illam longissimam, ac difficillimam subire exemplo patris,terrámque suam derelinquere coactus nō est: sed planè supremum malorū omniū ipse sustinuit metum,scilicet ne sine liberis decederet.Postea verò quàm oratione ad deum fusa,eo metu liberatus est, alius eum continuò excepit timor lōgè illo grauior & maior.Neque enim par metus est pro coniugis sterilitate, & pro radice ipsa trepidare. Sic enim partus doloribus dirūpebat,vt vita ipsa morte omni illi esset acerbior.Et hoc ipsum audias licet dicentem: Si mihi ita futurum erat, ad quid mihi viuere? Famis autem & iste experimentū cepit,etsi non vt pater in Aegyptum descēdit: sed quod ille verè in Aegypto pertulit, & iste pati periclitabatur, vxorem scilicet amittere.Et patrem quidem venerabātur omnes,hunc verò non secus, quam inimicum & hostem exagitabāt,neque propriis illum laboribus perfrui sinebant: verūm cùm illum angustiis vndique concluderent,licenter ipsi laboribus ipsius fruebantur. Tandē verò cùm sibi illos amicos conquisiuisset,filiósque adultos cerneret, tunc iam, tūc quando summam se consolationem inuenturum sperabat, optimósque senectutis suæ custodes,ac nutritores habiturum, in supremū corruit mœrorem. Primum enim maior natu filius vxorē sibi alienigenam contra patris votum cepit,& eoipso q pugnam & bellum in domum introduxisset,illū summa & incredibili vi doloris affecit. Innumeris enim iniuriis mulieres illæ soceros afficiebant:quæ omnia scriptura deuitans,vno verbo cuncta signauit,cùm diceret: Cū Rebecca contendebant:reliquitq; id dictum eis intelligendum,qui domos habent,ac filios iam vxoratos, Illi maximè omnium nouerunt diligenter quantū mali sit, quantúmque detrimēti, si socrus oderint nurus:idq; maximè tunc,cùm ambæ eandem inhabitēt domum. Hoc autem iuge illis erat incommodum.Ad hęc illi grauior quoque molestia adiecta est,oculorum caligo scilicet,ac luminis priuatio:quæ cuiusmodi sit,illi soli sciūt,qui patiuntur.Præterea ne illud leue incommodū existimetur quòd dum beneditceret filiis,cōtrà quàm volebat matris astu,& arte minorem pro maiore benedixit. Qua in re ita inde oluit, vt amarius q̄ is qui passus fuerat, clamaret, excusarētque ignorantiam,quòd non illum sciēs, benedictione fraudasset,verūm fratris arte circūuentus.Hęc autem omnia scenæ tragœdiam præcurrebāt, fabulámque Thebanorum adolescentium signabāt. Nam & hic etiam senectutē,occæcationemq; patris maior natu cōtemnens,iuniorem fratrem deturbauit domō. Etsi enim non ille necauit,id matris impediuit sapientia:& hic enim cōminatus est cædem, patrísque mortem operiebatur.Quod cùm mater cauta didicisset, patríque retulisset,illum protinus eius manibus eripuit.Et eū quidē qui se venerabatur,quiq; sibi summa beneuolentia ac pietate iungebatur,parēres fugæ cōmittere coguntur:improbū autē per cuius intemperantiā viuere illi nisi in amaritudine summa ac dolore non poterant(hoc enim ipsa Rebecca indicat)apud se iugiter tenebant. Igitur cū ille effugisset,qui semper in domo educatus (erat enim innocens habitans domi)plurimūq; cū matre conuersatus fuerat:quibus lamentis,quo dolore, quo gemitu Rebeccam iam affici necesse fuit, mœrore semper charissimi ac dulcissimi filij,virūq; intuentem,& per ętatem,& per infirmitatē nihilo meliore conditione, quàm mortuū? Quibus itē luctibus senē detentum putas, dū cōmunes & suas,& vxoris clades flere cogeretur?Cū verò illa moritura esset,quid non dixit?quid nō locuta est?Etiam lapides ea ipsius verba licęfacere potuisse puto,cùm non videret propè adstantem filiū,atq; illachrymantē, oculósque sibi excæcantē, atq; mœrore suffusa ora contrahentem,atq; alia omnia agentē, quæ parentibus morte ipsa videntur grauiora.At verò Isaac,dum illā ita efflare animam cerneret:quo animo fuisse putādus est & tunc, & post ipsius mortē? Talis ille nobis fuisse ostensus est, quē multis fuisse fœliciorē putabamus. Iam verò Iacob ipsi vitā cuiusmodi fuerit,absq; discussione aliqua ipsius verba indicant,qui cū Pharaonē alloqueretur, aiebat: Dies mei parui & mali, & non peruenerunt ad dies patrum meorum:hoc est, & breuiorē, & laboriosiorē vixi vitā. Verùm & absque hac illius sententia ita sunt apertæ clades eius,vt pauci admodum sint,qui illas nesciāt. Auus nanq; eius etsi longinquissimā peregrinationem emensus est,iussu dei hoc fecit. Quæ res maximo sibi solatio fuit.Hic autem fratrem fugiens insidiantē, paricidiúq; meditantem,summos itineris labores passus est. Atq; ille quidem necessario victu, & quidem abundanti nunq; indiguit:huic verò voti res erat,indumento ac pane solo non indigere.Seruatus autem, atq; itineris fatigationibus liber,cùm tandem ad affines suos peruenisset, qui in tanta rerum copia nutritus fuerat,seruire cogebatur. Non ignoras autem,seruitutē, cùm semper molesta sit, tum maximè videri molestissimā, cū quis propinquis, ac paribus seruire cogitur:idqûe cū eius rei nunquam periculum fecerit,sed priorem omnem ętatem in deliciis egerit.Quod cū intolerabile esse videretur,forti tamen & magno animo ferebat.Porrò quid ærumnarū in vita illa sua pastorali passus sit,ipsum audias licet dicentem: Ego persoluebā à meipso furta diei,& furta noctis. Per diē vrebar æstu, & nocte gelu,recessitque somnus ab oculis meis,ista mihi fuerunt annis viginti.Hæc ille passus est,qui vitā vixerat simplicem, qui semper fuerat domi. Postque tot labores,tot incōmodā,post longū illud seruitutis tempus, fraudē illā amarissimā pertulit, qua sibi altera alterius loco tradita vxor est. Nam si nō seruisset annis septem,si nō ea passus fuisset, quæ auunculo conquestus dixit:si nō amauisset puellā, hocipsum tamen q̄ sibi meliore,ac formosiore promissa, tradita sibi pro illa deterior fuit:quātū putas mœroris, quid indignationis,quid doloris beato illi tunc præstitit? Sanè si quis alius id passus esset,nunquam eam fraudē, atq; iniuriam tulisset:sed omni prius socerorū euersa domo, tunc demū se ipse cū illis vnà interfecisset, aut alio quouis modo perdidisset.Quoniā verò patientissimus ac lōganimis erat Iacob,nihil penitus huiusmodi fecit, sed ne initium quidē eiusce cogitationi dedit:imò verò septē annos alios iterū seruire iussus promptè obediuit,adeò mitis erat ac māsuetus:q̄ si puellæ amor mansuetudini morum obsecundabat, rursus mihi mœroris magnitudinē asseris.Considera enim,quæso, quantū ille doloris passus sit,cùm eius quam ita vehementer diligebat, fraudatus amplexibus, illiúsque connubia desiderans, septem

rursus

A rursus annorum dilatione cruciatur,frigora,& æstus,& vigilias,& detrimenta patiens. Ea tamen ipsa potitus tādē, viuensq; apud socerum vitam ærumnis,& laboribus plenā:sic quoque inuidiæ patuit, secundā fraudem in mercedibus passus, vt ipse quoque illum arguerit,dicens: Immutasti mercedem meam septem vicibus. Vnà verò cum socero affines reliqui, magis etiam aduersus illum efferati excandescebant. Quod autē erat omnibus grauius,vxor illa tam dilecta, cuius gratia bis septem annis seruire delegerat,præ molestia suffocabatur,cùm sororem suam parientem cerneret: se verò omni pariendi spe destitutam,atque in tantā tunc amentiā ex nimio mœrore deuenerat, vt criminibus & querelis agitaret virum,mortémque sibimet cōscisceremineretur,nisi pāreret.Da mihi,inquiens,liberos, alioqui moriar ego.Quomodo igitur ille lætari poterat, cū ea, quā diligebat,sic affecta esset, fratresque illius sibi insidiarētur,omniaque molirentur,vt ille ad extremam deueniret inopiam? Nā si ea,quæ sine sudore dotis nomine tra

B duntur vxoribus,cum quis tulerit,maximo mœrore afficimur:is qui periclitabat ea quæ summis laboribus quæsierat amittere,quo animo ferre ea detrimenta potest? Cum autē haud obscure suspectus esset,eósque se intuentes cerneret, clàm fugā iniens discessit. Quo quid dici miserabilius possit?Nā & ex paterna domo & ex aliena cum metu ac periculis migrans,in eadem prærupta rursus cogebatur incidere. Quippe fratrē fugiens,se ad socerum contulerat, à quo iterum exagitatus,ad fratrem redire cogebatur,propheticum illud passus,quod de die domini dicit Amos: Veluti si quis fugiat à facie leonis, & irruat in eum vrsus,ingressusq; in domum suā,& parieti manus applicans,mordeatur à colubro. Quis autē eum tremorem enarrare possit, quem perpessus est cōprehensus à Laban, itinerisq; angustias cum se tam numerosum pecus,filiiq; sui sequerentur? Cæterū cùm fratris faciem esset inspecturus,nōne idem passus est,quod apud Poëtas,qui fictum caput Gorgonis vident? Nonne ita per omnia affectus erat,vt hi qui ad mortem ducuntur?Audi sanè illius verba,atque ex eis insitam illius animo timoris flammam addisce.Deus erue me,inquit,de

C manu Esaü fratris mei, quia valde eum timeo, ne fortè superueniens interficiat me,ac matrē cum filiis.Tu autē mihi dixisti,quòd bene mihi faceres.Quam non lętitiā hic metus excussisset, etiā si priori omni tempore tranquillissimè vixisset?At nunc omnis illi vita, ex qua die benedictionem accepturus, metu penè fuerat mortuus, per calamitates varias,insidiásque texebatur.Tātus denique tunc illū timor inuaserat, vt post congressum fratris,quantumlibet ille præter spem benignè & humaniter eo vsus esset,cōfidere ne sic quidem posset, anxietatémque deponere.Denique cùm obsecraret ille, vt secū se ire permitteret, non secus q̄ à fera aliqua liberari cupiens,vt recederet orabat,dicēs:Nosti domine,quia infantes teneriores sunt,ouesq; & boues mecū fœtæ, quas si plus in ambulando laborare fecero,morietur vna die cuncti greges. Præcedat dominus meus ante seruū suū, & ego sequar paulatim vestigia eius, sicut videro paruulos meos posse, donec veniam ad dominum meum in Seir. Respirauitq; ex illis periculis modicum, in alium longè maximum timorem incidit. Rapta quippe illius filia,primū quidem puellæ iniurias, & contumeliam ægrè ferebat:sed cum id facinus leniisset, q̄ eam regis filius ducturum se vxorem polliceretur, eamq; sententiā laudasset Iacob,fœdera violauit Leui fratrib⁹ adiunctis, ciuesq; viritim ad vnū iugulantes, in id tremoris patrē induxerūt,vt inde protinus migrarent, eò quòd omnes aduersum se bellaturos timeret, Dixit enim(ait scriptura)Iacob ad Simeonem & Leui:Odiosum me fecistis,vt iniquus sim omnibus habitantibus terrā, Chananæisq;, & Pherezęis.Ego autem sum minimus numero,congregatiq; contra me simul obiurgabunt me, deleborq; ego & dom⁹ mea. Quippe omnes illos vnà finitimi necassent, nisi illorum indignationem dei clementia continuisset,finēmque cladib⁹ imposuisset. Factus est, inquit, timor dei super omnes per circuitū ciuitates, neq; persecuti sunt post Israël.Quid ergo cùm hoc metu liberatus esset?Num tandem vel parum respirauit? immo verò tunc supremus eum malorum omnium vertex inuasit,mors scilicet amantissimæ coniugis & immatura simul & violēta. Peperit enim,inquit,Rachel, parturiēsque laborabat.Factum est autem cùm parturiens periclitaretur,dixit illi obstetrix:Cōfide, & hic enim tibi filius est.Et cùm efflaret animam,(moriebatur enim)vocauit nomen eius, Filius doloris mei. Cumque luctus adhuc recens esset,accessit mœrori Ruben, patris thorum cōtumelioſè impetens.Quod ille tā grauiter tulit, vt moriens quoque mala imprecaretur filio,tum scilicet,quando filiis parentes misericordi⁹ affici cōsueuerunt. Istud cùm ille primogenitus esset omnium, quòd etiam affectus nomine nō parum valet.Sed hęc tamen omnia vis mœroris exclusit,vocāsque illum dixit: Ruben primogenitus meus,fortitudo mea, & initium filiorum meorum,durus ad ferendum, durusque & audax, effusus es sicut aqua,non crescas.Ascendisti enim in cubile patris tui,tunc maculasti stratum vbi ascendisti. Cum autem adoleuisset amantissimæ vxoris filius, solariq; illius desideriū,huius præsenti & iugi contubernio speraret,tunc sibi multiplices parantur clades: fratres enim illius tunicam intinctam sanguine patri ostendentes, vario illum luctu confecerunt.Neque enim solam lugebat mortem,sed ipsum quoque mortis genus: plurimaque erant quæ illius animum cōfunderent,ac penè in desperationem præcipitarent,quòd amatæ illi⁹ filius, quod melior reliquis,quòd maximè dilectus, quòd in ipso ætatis flore,quod ab eo missus,quod neque in domo, neque in lecto,neque patre coram assistente,neque dicens aliquid, & audiens: quod non communi morte omnium, quòd viuens à ferarum immanitate discerptus fuerat, quod ne reliquias quidem illius reperire poterat,& humo cōdere:quod ista illi non in iuuentute contigissent, quando melius ferre potuisset,sed senectute vltima. Eratque miserandum omnino spectaculum,videre canos verendos puluere fœdatos,senilēque pectus discissa tunica nudatum,lamentaque admittentia consolationem nullā. Scidit enim,inquit,Iacob vestimenta sua, & circumposuit cilicium lumbis suis, lugebatque filium diebus pluri mis.Congregati sunt autem omnes filij eius, & filiæ, & venerunt consolari eum,noluitq; consolari,dicens:Descendam ad filium meū lugens in infernum.quasi vero possibile non esset vacare à mœrore animum ipsius.Cū cœpisset ea plaga curari, fames valida incumbens, terramque peruersam occupans, primū quidem vehementi illum mœrore turbauerat.Cùm autem reuersi ex Aegypto filij,rei frumentariæ copia famis incommoda solati essent,aliam item consolationi illi mixtam doloris causam attulerunt, voluptatémque quam & ex famis leuamine tulerat,absentia filij premebat, atq; obscurabat. Neque id solum,sed Beniamin ipsum postulabant: quo ille vnico solatio & vxoris defunctæ, & à fera deuorati filij leuire mœrorē consueuerat.Erat autem non ea sola

causa

Gene.31.f
Ibid.30.a
Amos.5.f
Gene.32.c
Matt.25.b
Ibid.24.g
Ibid.27.a
Gene.27.g
Ibid.28.a
Gene.25.c
Gene.47.b
Gene.31.c
Ibid.29.c
Ibid.33.c
Ibid.34.d
Ibid.35.a
Ibid.c
Ibid.d
Gene.35.e
Ibid.49.a
Ibid.37.g
Ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

causa detinẽdi Beniamin secum, verũm ætas quoque ipsa, & educationis ratio. Non ascendet enim, inquit, filius meus vobiscum, quoniam frater eius mortuus est, & ipse solus derelictus est: cõtingetq; illum lassescere, & deficere in via, qua vos pergitis, deducetísque canos meos cum dolore ad inferos. Primùm igitur omnino renuebat, illum nunquã se daturum asserebat. Cùm verò vehementissima vis famis vrgeret, grauioriq; necessitate tangerentur, quanquam nimium mœrens: Quid enim, inquit, me afflixistis, nunciantes homini, quòd esset vobis frater? verbaq; illa misereda locutus: Ioseph, inquiés, non est Simeon, nõ & Beniamin, hunc assumetis, in me venerunt ista omnia: dolens scilicet Ioseph & Simeon, etiam Beniamin à se niterentur auellere: ostendénsque omnia se potius passurum, quàm dimissurum à se filium victus tandem suis eum manibus tradidit, dicẽs: Et fratrem vestrum assumite, surgentesq; descendite ad virũ. Deus autem meus det vobis gratiam in conspectu viri, emittátque vobiscum fratrem vestrum vnum & Beniamin. Ego enim sine liberis effectus sum. Ita vehemẽter summis illis angebatur incommodis, vt visceribus etiã discerptis, paulatimque imminutis filiis, vniuersa deteriorum metu toleraret. Maiore enĩ ex huiusmodi aduersi dolore angebatur, quàm ante ex Ioseph. Quippe ea clades, quæ meliorum spe & expectatione caret, si vehementiore dolore nos cruciat, ille tamen ipse dolor protinꝰ lenitur, dum animo desperatio huiusce cladis corrigendæ semper ingeritur: quæ verò suspẽsa, hactenus animum requiescere non sinit, futurorum incerto anxietatẽ iugiter nobis augens, & ronouans: idq; ex beato Dauid facilè animaduertere possumus, qui cùm adhuc viuente plangeret filio, eoipso mortuo se à fletu continuit: quod cùm serui illius mirarentur, causamq; requirerẽt, hanc ipsam rationem allegauit, quam ego modò. Meritò igitur Iacob in his casibus metuebat magis, atq; tremebat. Sed aspectꝰ ille desiderabilis, ac Ioseph facies voluptatem illi, & quietem postmodum præbuit. Et quid inde voluptatis consecutus est? Sicut enim vehementissimo igni adusta membra, quantũlibet quis refrigerare moliatur, nihil proficit: ita & illius mœstum animum, nimiiq; doloris flammis adustũ, nihil erat quod recreare, ac refouere posset, maximè cum ea ætate nullus ferè sit voluptatis sensus: quod Berzelaï Galaadites excusans dicebat ad Dauid: Quot dies annorũ vitæ meæ illic erunt mihi, vt ascendam cum rege in Hierusalem? Filius octaginta annorum sum hodie, nũ discernam inter bonum & inter malum? Num gustabit seruus tuus quæcũque comederit, aut biberit dominus meus? Num audiet seruus tuus cantantium virorum aut mulierum voces? Et quare seruus tuꝰ grauis sit domino meo regi? Verùm quid hoc ex aliis coniicimus, cùm liceat ipsum audire de se profitentem? Postea enim q̃ filium viderat à Pharaone de vitæ suæ annis interrogatus: parui sunt, inquit, & mali dies mei, & nõ peruenerunt ad dies patrũ meorum, adeò viuacem rerum gestarum memoriam secum semper gerebat. Sed enim filius iste clarissimus & gloriosissimus Ioseph, cuius clades non suarum magnitudine gloriarum operuit? Nempe enim pater eius vnum tantummodo insidiatorem passus est, hic autem porrò plures: atque ille quidem priorem omnem ætatem in summa rerum copia & requie nutritus est, hic in alienã puer adductus regionem, tineris ærumnas perferre cogebatur. Atque illi quidem aderat mater, insidias leniés: hic adolescentulus quando illi matre opus erat, tũc maximè isto adiutorio destitutus, & destitutus est. Ad hæc Esaũ quidem vsque ad comminationem tantum Iacob perterruit: at verò Ioseph fratres, insidias in apertum opus perduxerunt, atque ante insidias inuidia commoti detrahere illi nũquam destiterunt. Porrò quid acerbius esse possit, quàm eos quibus cum iugiter inhabitas, inimicos pati? Videntes enim, quòd à patre cæteris liberis suis plus diligeretur, oderant eum, nec poterant ei quicquam pacificè loqui. Neque enim ego, quòd sub negotiatorum, regiiq; serui manu fuit, tam graue illi fuisse dixerim, quàm quòd in illorum impias incidit manus. Multò enim isti clementiùs illo vsi sunt, quàm fratres. Attamen nec sic quidẽ quieuit calamitatũ sæua hyems, quippe vehementior procella irruens, ipsum rursus ferè demersit. Fortasse me quispiam hoc in loco insidias dominæ dicturum existimet. Ego ante eam quoque, tempestatem aliam sæuiorem dicam. Graue quidem, reuera graue, atque intolerabile, calumnias huiusmodi criminum pati, damnarique, & carcerem tam prolixo tempore incolere puerum, liberum, nobilem, eúsque necessitatis hactenus ignarum. Sed sanè grauius his omnibus, ac difficilius illi visum puto, fluctus ætatis compescuisse. Si enim nulla flagranti concupiscentia turbatus, illius amores blanditiásque respuisset, non mihi ita laudandus, atq; admirandus videretur, Christi scilicet sententiam tuenti. Neque enim ille eos qui natura sunt eunuchi, sed qui seipsos absciderunt, dignos regno cœlorũ dixit. Sin verò aliãs, quam ille victoriam tulisset, aduersus quem dimicans victoriam reportaret? Quónam hoste superato buccinaretur, si nullus esset qui oblectaretur, cúmque summa vi niteretur deiicere? Neque enim eos qui à domitorum animantium coitu abstinuerunt, castitatis ratione prædicamus, quòd naturæ insita non sit huiusmodi concupiscentia. Si igitur beato illi adolescenti eiusmodi ignis nihil molestus fuit, quid est quòd illius castitatem ita admiramur? Quòd si eo tempore, quo vehementius huiusmodi flamma succenditur (agebat quippe iam fermè vigesimum ætatis annum) & cùm nullis admotis aliis fomentis incẽdij, intolerabilis per se est ista vis, tunc maximè impudica mulier castissimo adolescenti insidiata est: tantum huic flammæ virium ex suis illecebris & ornamentis adiiciens, quantùm illi erat per naturam: quis iam tum illius fluctus tumultus, & anxietatem narrare sufficiat? cùm intrinsecus quidẽ & natura illum, & ætas perturbarent, arsq; & decor Aegyptiæ extrinsecus pellicerent: istudq; non vno die, vel duobus, sed plurimo tempore perferret? Quidem reor ipsum tunc non sibi tantùm timuisse, sed illi etiam indoluisse, quòd ad tantum præcipitium tanto studio peruenire curaret, festinaret. Atq; illud ex verbis, quæ mulieri plena grauitatis & modestiæ respondit, nobis constare poterit. Etenim licebat illi profectò iure suo, si voluisset, & contumeliosius & audacius ad illam loqui: siquidem illa per nimiam amoris vim facilè cuncta toleraret. Verùm nihil eiusmodi locutus est, aut cogitauit: sed piis religiosisq; cogitationibus admotis, ea solummodo locutus est, per quæ putabat à sceleris illam posse reuocari, nihilque ampliꝰ adiecit. Ecce enim, inquit, dominꝰ meus, præter me nihil scit eorum, quæ sunt in domo sua: & omnia quæ sua sunt dedit in manu mea, nihilq; in domo sua plus habet q̃ ego: neque aliquid quod non dederit in potestate mea, præter te, eò quòd vxor illius sis: & quomodo facio hoc verbum malum, vt peccẽ coram deo? Et tamen post tantam modestiam, tantáque castitatis indicia, falsi criminis calumniã subiuit, deusq; istud fieri permisit. Vinctus est, nec sic prodidit insidias, iniustámque

iniustamq; mulieris calumniã coarguit. Studebat enim copiosiora præmia, coronasq; clariores præparare, atq; ideo ipsis quoq; seruis regiis dimissis ipse inclusus perseuerabat. Tu nolo mihi custodis clementiam obiicias, verùm ipsius verba diligentius examines, inspicies profectò summum animi dolorem. Nã cùm somnium interpretatus esset, regio pincernæ dixit: Sed memento mei per temetipsum, cùm tibi bene fuerit, faciesq; super me misericordiam, & suggeres Pharaoni de me, & educes me de lacu isto, quia furto sublatus sum de terra Hebræorum: & hic non feci quisquam, sed innocentem iniecerũt me in domum lachrymarum. Etsi enim claustra carceris facilè ferebat, cum eis hominibus viuere, puta sepulchrorum violatoribus, furibus, paricidis, adulteris, homicidis, & reliquis eius generis hominibus (his enim atque huiusmodi plenum erat illud habitaculum) grauius illi ac molestius erat. Neque id solùm, sed quòd plurimos intueretur frustra, & inaniter illic aggregari, atque velut in falsũram mitti. Sed tamen id quod tute modò quereris, seruus quidem vinculis eripiebatur, liber autem in ærumnis persistebat. Quòd si quis regni mentionem faciat, hic mihi rursus curarum examen, vigiliarumq; & mille negotiorum difficultates velim in medium adducat. Quæ omnia eis qui quietam, curisq; vacuam vitam diligunt, nõ nimium iucunda, aut grata sunt. Præterea sanctis illis quidem si quid lætũ cõtingebat, mirum profectò non erat, cùm nec dum cœleste regnum planum & apertum esset, futurorumq; bonorum manifesta promissio. Hic verò quando tanta bonorum copia proponitur, rèsque cunctis manifesta est, audebítne obsecro iam quispiam dolere, si in præsenti vita iucundis nullis perfruatur: aut prorsus in hac vita dulce aliquid existimabit, qui præmia futura nouerit? Et quid hoc animo dici abiectius potest, si sperans & expectans paulo pòst in cœlum migraturum, huius mundi requiem inquirat, ac tranquillitatem mẽbro nullo meliorem? Vanitas enim vanitatum, inquit, & omnia vanitas. Quòd si is, qui præsentis vitæ voluptates præteris hominibus fuerat expertus, hanc aduersus illas sentẽtiam tulit: multò magis nos ita affici & sentire cõuenit, quibus nihil est commune cũ terra, quibusq; in superna inscribi ciuitate festinare, totumq; illuc animum transferre iussum, atque imperatum est.

Libri secundi finis.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI de prouidentia dei, ad Stagirium monachum, liber tertius.

Vfficere quidẽ & ista poterant, quę dicta sunt, ad extinguendam mœroris flammam, atque persuadendum meliore, ac tranquilliore esse animo. Verùm vt cõsolatio sit cumulatior, & hunc librum adiicere instituí, illud abs te primùm inquirens: Dic oro, si quis te ad regnum terrestre & imperium vocaret, atque ante ingressum eius ciuitatis, in qua coronandus esses, in stabulũ diuertere necesse esset, vbi luti ac fimi plurimum, viatorumq; tumultus esset, & latronũ perturbatio, summaq; pressura & angustia: nũ ad illa tristia cogitatione cõtristeris, an illa omnia quasi nihil essent, gaudio & spe regni contẽneres? Perquàm igitur ineptum, & indignum est, terrenis mortalibusq; rebus potiturum, nihil his quæ interim inciderint contrahi, æterni autem regni spe elatum & erectum, atque ad cœlos accersitum, per singula quæ in diuersorio cõtingũt tristia decidere, atque perturbari? Profectò enim in hoc diuersorio ac stabulo nihil præsentis vitæ status melior est, idq; cùm sancti patres nostri nobis indicare cuperent, hospites ac peregrinos seipsos appellabant, his verbis nos erudientes, & læta seculi præsentis, & tristia pari mentis altitudine contemnere, atque à terra lõgissimè remotos, toto animo cœlestia ambire, atque ad ea totam transferre cogitationem. Agè itaque ad sanctos ipsos veniamus, à Ioseph ad Mosen orationem transferentes. Hic enim omnium, qui in terra versabantur, mitissimus gignitur, gentilibus quidem suis vi durissimæ seruitutis oppressis: alienatus autem à parentibus, ignorans q; à quibus genitus esset, priorem omnem ætatem à Barbaris viris educatur. Quo quid grauius Hebræo, singulariq; prudentia prædito adolescenti potuit contingere, & si millies regis filius esse putaretur? Non autem hoc solo angebatur ille tunc, verùm quòd intueretur gẽtem suam summis calamitatibus opprimi, grauissimum sibi videbatur. Qui enim præter illorum salutem ne viuere quidem, neque in dei libro conscribi patiebatur, quando aulæ regiæ, regniq; bonis frui potuisset, cùm tãta omnes tempestate iactari gentiles cerneret. Nam si nos quoque post tam multa secula exortos, nullúmque huiusmodi priuilegium ad Iudæos habentes, tãta subiit miseratio, cùm infantium illam immanissimam iugulationem audimus, aut legimus: quid beatus ille pati potuit, qui tam singulari affectu genti suæ adstrictus, ipsas eorum clades hauriebat oculis, ac eos præterea qui tantis illos incommodis afficiebant, parentum titulo honorare cogebatur? Reor ipsum miseros illos tunc infantes plus luxisse, quàm fecerint parentes ipsi. Quod ex his liquet, quæ postea gessit. Cùm enim eum qui pater esse putabatur, nec suadendo flectere, neque cogere valeret, vt feralem tyrannicámque iussionem remoueret, ipse vnà malorum communium pergit esse particeps. Nec; istud est quod ego nunc admiror, sed ex cæde illa coniiciens, quam præterito tempore mœroris flammam in intimis animi recessibus aluerit, stupeo. Nam qui ex maxima doloris vi ad homicidium protinus erupit, ex eo opere quid prius animo doloris tulerit, apertius ostendit. Neque enim tanta illos vehementia vltus fuisset, ni si plus quàm patres ipsi eorum incommodis tabesceret. Quid igitur posteaquàm illos vltus est, num vel parum animus ex mœrore illo relaxatus est? Potuitne diutius frui dulcedine illius iustissimæ vltionis? Vix dies altera illuxerat, cùm beatum illum dolor alius, & quidẽ priore longè grauior excepit, tantúsque metus, vt ipsum Aegypto tota deturbaret. Durum quidem ac molestum est, à quouis homine maledictis lacessiri: verùm cùm beneficiis quispiam affectus, beneficia ipsa exprobrauerit: nunquid occidere me tu vis, inquit, quemadmodum? Aegyptiũ heri occidisti? tunc iam tunc efficitur ea contumelia intolerabilis. At verò Mosæ præter hęc aliud quoque tertium inerat, regis videlicet metus, qui adeò iusti occupauerat animum, vt vniuersa illum regione exturbaret. Efficitur itaque fugitiuus regis filius, vt si quis regiæ illius educationis indulgentiam beatam arbitrabatur, is modò mœrorem prioris abundantiæ animaduertat, illum iusto viro doloris incredibilis, ac difficultatis causam extitisse. Neque enim idem quempiam in priuata nutritum domo, plurimis iam laboribꝰ, multisque peregrinationibus, & ærumnis exactis, longos iterum labores, atque ea incommoda, quæ extrà patrium solum necessariò subeunda sunt, perpeti: & eum qui ista nũquam vel breuiter fuerit expertus, sed contrà penitus in regia magnificen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G magnificentia omne tẽpus educatus,idipsum pati. Multò enim grauior fuga videbitur,quàm illi,si quando experiri hanc necessario cogetur:quod illi quoq; tunc cõtigit.Itaque profugus effectus , alienigenæ viri hospitio fruitur,quod ratione mœroris haud exiguũ est. Dæmonijs quippe hospes ille suus sacra exoluebat,diuersatusq; est apud illum longissimo tempore. Tradita autem sibi pascendi gregis custodia, quadraginta annis ita perstitit . Porrò si hoc durum , aut difficile non esse alicui videatur:is velim eos examinet,non qui metus, aut timoris causa peregrinantur,latebris abduntur,sed qui sponte sua domo se vel parum abdicãt,quàm molestè, quàm grauiter eam peregrinationem ferunt , quantumq; cõmodi,ac dulcedinis in reditu reponunt . Cùm vero illi nec metus defuerit,nec vita ærumnis plena , istaq; onerosa & molesta reditu illo suauissimo leuiora iudicauerit:considera,quæso , diligentius calamitatis eius varietatem.Neque enim simpliciter audias, pascebat, sed recole nunc Iacob verba,quæ ad socerum conquerens dixit:Ego à meipso reddebã furta diei,& furta noctis: die
H vrebar æstu,nocte gelu , recedebátque somnus ab oculis meis.Hæc enim omnia ista illi etiam contigisse putandum est , & annis pluribus , & maiori cum difficultate. Quippe est ea regio longè desertior , atque incultior,q̃ Mesopotamia . Quòd si non ita querebatur Moses , nec beatus quidem ille questus vnquã fuisset,nisi summa necessitate compulsus,atq; soceri ingratitudinẽ in hæc verba prorumpere necessario coactus esset.Sufficit quidem & ipsa per se longinquæ peregrinationis habitatio eum humiliare virũ, qui necessitatis tãtùm causa peregrinatur.Sicut enim auis cùm ex nido suo auolauerit,facilius capitur: ita & homo cùm à sedibus propriis lõgius profectus fuerit,in seruitio subiicitur.Tũc vero nec de propria salute securus esse poterat ille , sed vt seruus aliquis crudelissimum dominũ effugiens,pauet semper, ac trepidat ne capiatur:ita & beatus Moses nunquã sine timore esse poterat.Idq; ex eo maximè liquet, q̃ deo post tãtum temporis præcipiente,vt rediret in Aegyptum,hæret,ac titubat:idq; cùm audisset,defunctus est qui quærebat animam tuam.Postea vero quàm vxorem ac liberos
I relinquere coactus est, rursus querimoniæ & contumeliæ & minæ ab eo qui tũc regnabat in Aegypto , criminaq; & maledicta ab eis ipsis quos beneficiis fouebat. Ille enim aiebat: Quare Moses & Aaron auertitis populũ à laboribus suis?Israëlitæ autem:Videat,aiebant, deus & iudicet vos, quia execrabilem fecistis odorem nostrum coram Pharaone & coram seruis suis, vt daretis gladiũ in manus eorum ad interficiendum nos . Grauia quidẽ sunt hæc & molestissima:sed illud omnibus grauius , q̃ ingressus ad suos, innumeráque promittẽs bona, libertatem,incumbentium malorum ereptionem,fallax esse & seductor putabatur.Non solum enim illis tunc leuatũ non est imminentis seruitutis onus , verum grauius est adiectum:& qui gẽtem omnem liberaturus sperabatur, idq; promiserat , is cruciatuum & verberum causa esse, insidiator & corruptor putabatur . Quis nõ facilè mœrore tunc fuisset absorptus,cùm pollicitus tot malorum ereptionem,post pollicitationem diriora videret cumulari?Dolebat quidem quantum par erat,cùm talia audiret & videret: nõ ea tamen perturbatione deiiciebatur, sed manebat immobilis ; & quidem cùm promissionibus ea quæ contingebant non solùm non consentirent, verùm & maximè obluctarentur . Accedens autem ad deum,& de his loquens,ac multùm ingemiscens : Domine,inquit,quare tu afflixisti populum tuum , & quare me misisti?Ecce enim ex quo ingressus sum ad Pharaonem,vt loquerer in nomine tuo,afflixit populum tuum, nec liberasti eum . Hæc ergo cùm ille lamentatus esset, atque eadem iterum quæ prius audisset, annunciat quidem ea rursus Israëlitis:sed illi minimè tolerãt,eo quòd animæ illorum labore premerentur,ac mœrore deficerent.Non,inquit,audierunt Mosen præ angustia & laboribus duris.Hoc autem haud parum illum affligebat.Vt verò ad signa ventum est:sæpius à Pharaone delusus, eã irrisionem fortiter tulit: cùm vero liberatus tandem ex Aegypto,atque vnà cum populo iam ferè securus videretur,antequam plene respirasset,peiore,immo verò lõgè grauiore metu comprehẽsus est . Vix enim tertia effluxerat dies, cùm repẽtè Barbaros omnes armatos cernunt super se irruere:atque idem passi sunt,quod fugitiui serui,dum in aliena regione repente dominorum oculos offendunt? vel certè quemadmodum si illi ipsi aliquando somniassent se lætari,& esse ea seruitute liberatos, ac demum experrectos in Aegypto , atque in eisdẽ
L pressuris inuenissent . Immo verò nescio quid illi somnium reputasse existimandi sunt potius , triduúne illam liberationem,an præsentem rerum faciem horrendam ac pauendam nimis,tanta oculis omniũ offusa erat mœroris nebula . Interea Moses multò maioribus tenebris continebatur. Non enim solos Aegyptios metuebat, vt reliqui,verùm ipsos vnà Israëlitas:vtraque enim gens illum iam vt seductorem ac versutissimum oderat.Aegyptij quidem irridentes atque inuadentes: Israëlitæ verò carpentes,ac mœrore confecti.Sed quid me necesse est dolores,angustiásq; viri cõsecturis colligere , cùm possimus ex illa ipsa superna voce cunctum ipsius dolorem intelligere?Tacenti enim illi,neque labia referare præsumenti,dixit deus:Quid clamas ad me? Tumultum animi ipsius nobis hoc verbo significans . Postea verò q̃ is etiam solutus est metus,maiora iterũ parabantur aduersa . Nam per omne illud iter sæuius atque immanius illo vsi sunt hi , qui ab eo regebantur, innumerisque per illum bonis fruebantur , quàm fecisset Pharao ipse & Aegyptij:ac primum quidem instabant vehementius illum suffocantes,Aegyptiásque carnes requirentes, ingratiq; præsentia fastidiebant, & præterita desiderabãt,
M quod erat sanè omnium grauissimum . Quid enim pati poterat acerbius,si amentium , insanientiumq; hominũ gubernacula sibi credita fuissent? Et tamen omnia beatus ille fortiter ferebat,& nisi illos summo affectu dilexisset,toleraſſet æquanimis illorũ aduersos casus,ac pro suis tantùm doluisset iniuriis : nunc verò cum illis non secus quàm filiis afficeretur, ex huiusmodi affectu adeò eximiõ aliam rursus molestiam subire cogebatur , cùm illorum peruersitatem ac væsaniam auctiorem indies fieri intueretur. Neque enim illum angebant contumeliæ,sed quòd eos ab illis pateretur , quos tanta charitate diligeret.Graue quidem reuera fuerat , etiam ante cibi illius mirabilem largitionem ingratos esse: verùm illi inter media miracula æquitiam ostendebant suam,iniquitatem & infrenatam cupidinem, quam egentes illũ cibum præferebant,atque cùm parum processissent,rursus ingrati murmurabant , rursus dei beneficiis ingrati querebantur. Cùm verò per singula quotidie peccarent, beatus ille lugebat,ac mœstus perdurabat.Nam cùm vitulum fecerunt,ipsi quidẽ ludebant ac lasciuiebant: Moses autem lugens,ac mœrore affectus,maledictum illud terribile sibi imprecabat,nihilq; omnino persuadere poterat vt à miserationis affectu abstineret.Cùm igitur sic dilectos in deteriora semper progredi cõspiceret:quãto illum

Exod.3.c

Exod.5.a
Ibidem,d

Ibidem.

Gene.31.f

Exod.6.b

Nume.11.b

Ibid.14.d

Exo.32.a b

A illum dolore,quibus lachrymis iugiter obuersatum putas? Si enim vnum quis tantum habens filium , viuere sine dolore non potest,cùm illum semper in vitia pronum animaduertit,etiamsi ipse omnibus nequior sit: is qui tot millia hominum in filiorum ordine locauerat, immo vero plusquam filios amabat : nullus enim pater cum filiis vnà perire cupit , cùm præcipuè nihil peccauerit:is,inquam, qui tot habet filios , mala auersans , ac bona studiosè diligens : quid pati potuisse putandus est, cùm eos omnes veluti ex quodam signo & condicto,ad vitiorũ prærupta & præcipitia cursere intueretur? Profectò nisi obtenebrasset vehementer , atque ex intimis recessibus animam ipsius : mœroris ipsius magnitudo turbasset,tabulas de manibus nunquam abiecisset,atque contriuisset. Sed citò clades illa sedata ab eo est. Quónam,quæso,remedio? Nempe enim etiam si curationis illo genere sanatum fuerat præsumptum facinus , ipse tamen erat semper in lachrymis . Nullus enim ferè ita esset lapideus , qui nihil pateretur , fratres & cognatos
B à suis interfici , atque ad viginti trium millium numerum eam cædem progredi conspiciens . Nos denique cùm liberos nostros in aliquo peccasse deprehendimus, tormentis quidem ac flagris illos subdimus : verùm id non sine dolore facimus,immo verò magis ipsi , quàm qui patiuntur affligimur . Cùm ergo & illum & castra omnia maximus luctus occupasset , alia rursus anxietas adiecta est.Deus enim se non iam illis parciturum, sed eos dereliçturum, angelóque daturum eam curam minabatur.Id verò Mosi visum est omnibus grauius atque intolerabilius.Audi denique quid ille ad deum locutus
Exo.33.c sit:Nisi ipse venias mecum,non educes me hinc.Vidésne vt timoribus timores,mœrorésque mœroribus semper successerint? Neque tamen hactenus steterunt aduersa,verùm cùm id quoque persuasisset deo,annuissétque clementius ac præstitisset gratiam, aliis rursus doloribus affligitur . Deum iam propitium illi iritantes, sese summis doloribus exposuerunt:nam post cædem il lam lachrymabilem ita deum rursus offenderũt, vt cõtra se incendium illud prouocarent , ex quo omnes ferè cõsumpti periêre . Mosen verò duplex semper mœstitia angebat, quòd & illos perire , & reliquos corrigi nolle,
C nihilque ex pereuntium casibus lucrari conspiceret.Necdum clades illa finem acceperat, cùm hi qui reliqui fuerant,cæparum memores , datas sibi diuino munere escas ægrè ferebant,dicentes: Quis nos cibabit carnibus?
Nume.11.b Recolimus pisces,quos in Aegypto comedebamus, cucumerésque & pepones & porros & cæpas & allia. Nũc autem anima nostra aresçit,nihílque oculi nostri intuẽtur nisi manna.Hic iam non tulit ingratos Moses, imo verò dolore superatus,illorum regimen recusat , morí-
Ibidem.e que optat potius,quàm in tanta amaritudine viuere. Audi denique ipsius verba . Et dixit, inquit, Moses ad deum:Quare afflixisti seruum tuum ? & quare non inueni gratiam in oculis tuis?& cur imposuisti pondus vniuersi populi huius super me? Num ego in vtero accepi omnem populum istum?quia tu mihi dicis, accipe illum in sinu tuo,veluti nutrix lactentem in terram quam iurasti patribus eorum.Vnde mihi carnes,vt dem omni populo isti?quia flent aduersum me dicentes : Da nobis carnes vt comedamus . Non potero ferre populum istum solus,quoniam graue mihi est verbum hoc. Quòd si nõ
Exod.32.g ita facis mihi,obsecro occide me, si inueni gratiam coram te.Ista ille locutus est,qui dixerat : Et nũc siquidem dimittis eis peccatum,dimitte:sin autem, dele me de libro quem scripsisti:adeò illum mœror auerterat. Quod

& parentes sæpe patiuntur,cùm his indignantur , quæ à D filiis fiunt. Nam quòd nec postea vnquam desierit illorum misereri,liquet ex his quæ postea gessit.Cùmenim illum exploratores occidere tentarent , ipsumq; lapidibus obruere , effugiens illorum manus , rursus ad orandum pro eis conuertebatur,deumq; illis propicium fieri,qui se necare cupiebant,precabatur: adeó quoque naturali amore vehementior illi inerat affectus . Itaque exploratoribus mortuis ac ingentis adhuc luctus necdum hora præterita,rursus illi alias nectebant mœroris causas.Primò enim pugnare prohibenti non obtemperauerunt , secundo vero pugnantes ab Amalechitis cõcisi sunt , & ante bellum istud & bilis & gulæ causa maxime cõsumpti sunt.Nam occidit, inquit, plurimos eo- Psal.77.d
rum,cùm adhuc esca esset in ore eorum. Ingenti autem hac illorum cæde inspecta , cùm necdũ hic dolor quieuisset , alio rursus inuaditur luctu , tantáque necessitate constrictus est, vt istos ipsos tam dilectos atque amantissimos , nouo aliquo ac peregrino mortis genere vitã finire precaretur.Ita alij quidem erumpente igne repen E
tè incendio conflagrauerunt, alij repentino terræ hiatu absorpti sunt, neque pauci alij , sed plura quàm quindecim hominum millia ista passi sunt.Quo facto , quo animo illorũ cognatos & amicos aduersum Mosen fuisse putandum est?Quo item Mosen ipsum cùm cerneret pupillos filios & vxores viduas ex ea calamitate fieri videret:item fratrem suum ac sororem vita excessisse,illiúsque filios præuaricationis causa ignis vstione perisse?Horum sane singula, nihil etiam antea perpessum animum afficere dolore potuissent , nedum tot iam incommodis,tot malis exercitum & fatigatum. Vt autem Chananæo superato longum iter circumire cogebantur , rursum murmurauere Iudæi , rursúmque periere. Non iam quidem morbis vt prius , non igne aut hiatu terræ,sed venenatorum serpentium morsibus:qui profecto omnes periissent , nisi rursus accedens ad deum Moses precibus suis eius auertisset irã.Postea vero quàm de hac peste liberati sunt,vastásque imprecationes effugerunt,rursum seipsos per durissima prærupta iecerunt, atque post benedictiones Balaam, immo verò dei, (ne- Nume.23.a &.24.c.
que enim illius voluntatis ea verba fuere, sed implentis F
se atque mouentis diuini afflatus & virtutis) fornicati sunt cum alienigenarum filiabus , & initiati sunt Beelphegor . At moses huiusmodi scelus , confusionẽmque non ferens , eos rursus se inuicem concidere ac necare iussit.Interficite,inquiens , vnusquisque proximum suũ, qui initiatus est Beelphegor:non secus quàm in vulnere Ibidẽ.25.a
horrendo,quod plurimis sectionibus,vstionibúsque susceptis,nihil melius habuerit,iubet quisque rursus, quod reliquum est secare atque vrere . Cæterùm tu cùm has difficultates audis,noli putare ista tantùm contigisse:siquidem & ipse ex his quæ scripta sunt non pauca prætereo,puta bella,inimicorum obstacula,longissima itinera,sororis contumeliam,eiusdem cruciatum,quo mitissimus ille Moses tunc maximè indoluit . Sed ea tamen omnia si quis diligentissime in vnum congerat,ne mil lesimam quidem partem ex his quæ contigerunt , scriptam fuisse reperiet.Si enim qui in vna domo vel paucis præest seruis,innumeras quotidie & irritationum & mœroris occasiones habet, qui tot millibus quadraginta annis moderari coactus est,idq; in deserto vbi neque aër,neque aqua erat: quot negotia singulis diebus , quas difficultates obire cogebatur? quot curas,quot mœrores & viuentibus illis , & vita functis? Vides enim omnes quos ex Aegypto duxerat mortuos , præter duos viros solùm,

Universidad de Deusto
Biblioteca

G solùm,eosq; qui ex illis nati fuerant, dignus habitus nõ est in terrã repromissionis inducere. Cæterũ vidit quidem ellm terram ex vertice montis Nabo,naturamq; illius optimè didicit, frui autẽ illa cum reliquis Israëlitis
Deut.4.c permissus nõ est,sed extra eam mansit, ac mortuus est, idq; ipse Israëlitis conquerẽs, dicebat: Et dominus deus iratus est mihi de his,quæ dicebantur à vobis, iurauitq; vt non transeam Iordanem istum,vos autem transibitis,& hæreditate possidebitis terram hanc optimã, quã dominus deus tuus dat tibi in hæreditatem. Quodq; omnibus erat acerbius,ipsum in infernum deduxit,dum illi scelera & futura Iudæorum mala præostendit, idolorum scilicet culturam, captiuitatesq; illas ineffabiles: vt non solùm his quæ intuebatur, sed eis etiam quæ nec dum contigerant affligeretur animo,ac penè deficeret. Denique à prima statim ætate ita dolere ac mœrere incepit, vt nunquam desisteret,vitamq; ipsam cũ mœstitia finiret. At verò successor eius Iosue omnium, vt ità dixerim,tristium,cum eo vnà periculum fecit. Si quid tamen illum, eò quòd iunior esset, effugit: hoc sanè post
H mortẽ illius, in eo cumulatius impletum est. Nõ solùm autẽ dum viueret Moses, vestimẽta scidit, cineremq; capiti aspersit:sed etiã postquàm ille defunctus est, immo tunc longè maxima necessitate id facere coactus est,nõ breui tempore,sed die tota pronus in terra iacens: audi
Iosue.7.b deniq; verba etiam illius & ploratus:Et scidit,inquit,Iesus vestimenta sua, prociditq; in faciem super terrã coram domino vsque ad vesperam:ipse & seniores Israël, miseruntq; pulverem super capita sua,& dixit Iesus:Obsecro domine, vt quid traduxit puer tuus populum hũc trans Iordanem,vt traderes eum Amorrhæo ad perdẽdum nos? Vtinam permãsissemus, & collocati essemus circa Iordanẽ. Et quid dicam? Postquàm vertit Israël terga inimico,audietq; Chananæus,& omnes qui habitant terram,& circundabunt nos,& cõterent de terra. Talia orantem audiens deus,causam illi cur superati fuerant, aperuit:quam ille cùm didicisset, perdidit vnà omnes, nõ eũ qui peccauerat solùm, sed cognatos quoq; & propinquos,omnemq; familiam cum pecorum multitudine. Id autem haud parum illius perturbauit animũ. Nã si nos cùm alienos quoque puniri cernimus,nec videre
I quidem toleremus:quid ille passus est, qui cõtribules & cõmilitones tantis afficiebat incommodis? Quid autẽ Gabaonitarum fraus, tribuumq; trans Iordanem habitantium suspicio? quid perpetuò bellorum atque pugnarum exercitatio? Quem ista statum animi rectissimum licèt,nõ euertissent? Etsi enim vincebat iugiter,victoriæ tamen voluptatem reliquorum bellorum cura obfuscabat:sortiumq; distributio summos illi labores, ingẽtesque difficultates pariebat. Norunt ista qui vel substantiã fratribus aut quibuslibet alicuius aliàs hęredibus distribuẽdam susceperunt. Plebis autem reliquas deinceps calamitates nec referendas existimo. Neq; enim est propositi nostri ærumnas singulorum numerare, sed eorũ tantum,qui deo familiares & charissimi fuere. Quocirca si videtur Heli omisso, quippe & is per filiorũ vitia, imò verò per suã negligentiam offendit deũ. Neq; enim ideo q̃ malos haberet filios puniebatur, sed quia vltra debitum increpationi pepercerat:& cùm dei leges violarentur,seuerius in illos vltus nõ est. Cuius rei & ipse sibi conscius post ingentes illas & terribiles minas aiebat:
1.Reg.3.d Dominus est,quod bonũ est in oculis suis faciat. Eo, inquam,omisso ad Samuelẽ veniamus. Is à puero nutritus in templo,deo semper charus & gratissimus fuit, tenaq; virtutis indicia à prima statim ætate portulit,
anteq̃ ad viriles annos euaderet,inter mirabiles prophe K
tas inscriberetur. idque cùm ea res tunc defecisse omnino videretur. Non enim erat,inquit, visio dirimens, Ibidem.a
verbúmque preciosum. Hic ergo Samuel qui post multas matris lachrymas conceptus fuerat,primũ quidẽ cũ intueretur magistrum in mortem illam miserabilẽ deuectum,ita confusus atque turbatus est,vt decebat gratũ amabilẽmque discipulũ. Interea & Iudaïcas calamitates fiere cogebatur. Porrò filij ipsius,cùm iniqui & mali essent, tque ad culmen iniquitatis peruenissent,& hoc ipso mœrore illum incredibili afficiebant, & sibi præstiti honoris hæredes esse non poterant. Successit huic mœrori,imò verò non successit(quo enim pacto,cùm prior nondum quieuisset?)sed adiectus est alius, Israëlitarũ scilicet iniustissima petitio. Qua in re ita concidit,vt ingẽti consolatione indigeret audi denique quid illi dixerit deus:Nõ te spreuerunt,sed me. Post hæc tamen iste par- 1.Reg.8.b
cebat illis,& ita miserabatur,vt diceret: Mihi autẽ absit Ibid.12.d
vt peccẽ,& desistam pro vobis orare. Istos igitur ita dilectos à se cùm opprimi cõspiceret,atq; à bellis superari, deúmque contra se prouocare: quã sentire voluptatem L
poterat? quod tẽporis absque mœrore, & lachrymis viuere? Cùm verò Saul constituisset regẽ,alterni sibi perpetúique gemitus adiiciebantur. Nãque cùm sacrificium ille præter dei voluntatẽ obtulit, & cùm superatis Amalechitis,illorum pepercit regi, idque cõtra iussionẽ dei: ita animo perculsus est, vt ex eo iam vltra nõ viderit virum,sed vsque ad vltimũ diẽ luxerit, & lachrymatus sit, quando etiam ob doloris vehementiam à deo increpatus est. Quousque enim,inquit,tu luges Saul,& ego repu 1.Reg.16.a
li illum? Si autem his ita contingentibus lugebat,quo animo tunc fuisse existimandus est, cùm tot sacerdotes frustra,& sine causa interfecit? quando eum qui se multis beneficiis,nullisque iniuriis affecerat,secundo vt interficeret profectus est: quãdo nondũ illũ prophetantẽ, ac deridentẽ vidit,cùm audiuit Dauid in familiari cõgressu multa cõtra illum conquerentem? Postquã verò de Dauid mẽtionem feci,nescio quid agam,lamentáne illius lõga & assidua quæ in psalmis scripta sunt, in medium adducam:an ista tibi in otio recensenda permittens,ipsius potius calamitates explicem? Is igitur plurima quidem clam greges pascere aduersa professus, adM
uersúsque aëris intemperiem,& beluarum feritatẽ reluctatus est. Quorum alterum ex his quæ Iacob cõtigerũt, alterũ ex his quę ad Saul locutus est,possumus animaduertere. Postea verò quàm omissa vita illa pastorali,belli negotia intempestiuus miles arripuit, omitto fratrũ inuidiam,etsi molestissima ea res fuit, cùm clarissimã illam,admirabilẽmque victoriam adeptus esset, vehementiorem deiecto Goliath inuenit inimicum Saul,eũ scilicet, quẽ minimè debuerat, cùm à se beneficiis omnibus affectus esset. Neque enim palàm aduersus eũ prę liabatur,sed amantium simulationem assumens, ipsúsque honori & dignitati prospicere se velle simulans, ita aduersus illum immanissima inimicis omnibus moliebatur. Porrò quàm graue,quàm molestúmve sit pro bonis mala recipere, audire licet beatum prophetam lamentantem iugiter,& ægrè ferentem ac dicentem: Sic 1.Reg.24.d
reddũtur mihi mala pro bonis. Illud erat molestissimũ, illud erat lachrymis & lamentatione dignissimum, q̃ dux exercitus suspectum se cerneret regi,cùm se ille minimè lætis oculis intueretur. Quod autem timoris,quid solicitudinis, quid angoris ea res habeat, documento nobis sunt serui nostri: quos si modicè suspectos habemus, ferre æquanimiter non possunt. Longè ergo id magis

A id magis passus est fidelissimus dux,suspectus regi. Cùm verò insidiæ præterea contra suspecti caput adiectę sint, quid hac eius grauius vita,atque amarius dici potest? Ferebat tamen ille omnia & tolerabat, aderatq; illi iugiter,qui se perimere meditabatur,atque illius bella ducis prestantissimi fide & virtute bellabat. Postea verò quàm insidias regis declinãs recessit, atque à belli curis se ipsum remouit,hoc ipso quidem quòd se insidiis subduxerat, apertásque inimicitias regis constituerat, habebat nonnihil aliud ratione fiduciæ: verùm cũ aduersus tantas copias cùm quadringẽtis viris dimicare cogeretur, metu ampliore quàm prius tenebatur. Nã cui neque vrbes, neque castella, neque socij, neque reditus inerant: considera quo animo erat, cùm aduersus fretum his omnibus pugnare cogeretur:nec præter deserta & spelũ-
1.Re.23.a.b cas,quò cõfugeret,reperire posset. Nam cùm vrbẽ Ceïla nomine occupasset,ex ea protinus resiliit, sacerdotis responsis admonitus,quòd si illic manere pergeret,deus illum Saulis manibus haudquaquam eriperet. At verò sacerdos ille ipse erat, qui impias regis manus effugerat, & qui cladem luctuosissimam, quæ in Nobe contigerat,
B annunciauit regi, quãdo in amarissimam quoque illam
Ibidẽ.22.d erupit vocem: ego enim sum causa mortis cunctarũ animarum domus patris tui. Itaque cùm illo iugiter cõgressus, nihil aliud erat quàm luctus illius ac mœroris monimentum. Cum enim in illum intuebatur,semper versabatur illi ante oculos necatio illa sacerdotum. Porrò ipsius necis memor,ac tam sceleratæ cædis causam sibi imputãs,reis omnibus ac damnatis infœlicius degebat. Etsi enim nihil aliud illum perturbasset,sufficere id poterat ad vulnerandum suffocandúmque animum, quòd seipsum tot sacerdotum peremptorem impium existimaret. Hac verò cogitatione saucius, quæ diu,noctúque plusquam tinea ipsius corrodebat animũ, & alia deinceps vulnera alterna ac perpetua suscipiebat: quippe cũ
Ibid.25.b Nabal per seruos suos contumeliis afficeret,fugitiúmque ac refugum atque ingratum serutum appellaret,non sine dolore verba tam iniuriosa percepit. Et cùm ad Achis profectus, insanum se simulans concideret, versáretque oculos, atque spumæ plurimũ ex ore emitteret, longè profectò amplius cruciabatur, quàm illi qui re vera corripiuntur à dæmone, cum secum reputaret in quã
C ille se necessitatem dedaxisset, quem summis beneficiis
Ibidẽ.21.d fouerat. Cum verò paululum apud hostes quieuisset,essetq; in hostem illorum deducendus exercitus, inuidia commoti aduersum eum satrapæ,atque illi apud regem suum detrahentes, suo illum exercitu deturbant, veluti inutilem sibi & insidiatorem, proditorémque futurum. Irati sunt,inquit,aduersus illum satrapæ alienigenarum,
Ibidẽ.29.b dixeruntq; regi: Emitte virum,& reuertatur ad locũ,vbi tu illum statuisti,nec veniat nobiscum ad bellum,& nõ sit insidiator in castris. In quo enim iste reconciliabitur domino suo,nisi in capitibus virorum illorum? Quibus ille verbis percussus, accepta summa cõtumelia recessit mœrens,ac domum rediens tanta mala, tot clades offendit,vt pene mœrore suffocaretur. Quæ enim tunc cõtigerunt aduersa,ea erant,vt possent præuisa etiã & premeditata illi animum tenebris obducere. Porrò ex insperato superuenientia duplo quàm erant, grauiora videbantur, neque iam tolerabilia. Iuerat quim ille quasi quieturus domi, mœroris præteriti consolationem in-
1.Reg.30.c. uenturus,vxores scilicet ac liberos: tum repentè audiit illos in seruitium ab hostibus abductos, hausitq; oculis ignem,fumum, sanguinem, cadauera, atque antequam istos lugeret, captiuósque defleret, irruunt ad eum feris

omnibus immanius,habitatores ciuitatis quærentes sin D
guli casuum suorum consolationem ex illius capite. Et veluti cùm venti contrarij in mari irruunt,ingens & sæua procella ex ea pugna concitatur: ita & tunc tristitia & metu iusti huius perturbantibus animum tempestas maxima,tumultúsque harum passionum inuicem se collidentium sugiter inerat. Fretus autem copiis, & dolore concitatus,cum vxores ac natos, captiuitatẽmq; omnem recepisset, antequã victoriæ illius voluptate frueretur,mœrissimo percussus est nũcio, mortem Ionathæ comperiens: quæ illius animum tãto dolore prostrauit, quantus ex illius lamentatione cognoscitur. Incidit e- 2.Reg.1.d
nim, inquit, super me dilectio tui,quasi dilectio mulierum. Quid autem lamentationes prosequar? Qui enim patrem illius insidiatorem suum atque inimicum,& qui millies illius mortem concupierat, ita fleuit & lachrymatus est: quid passus existimetur, cùm illum qui sibi in illis periculis semper adstiterat,ac sæpissimè patris insidiis eripuerat, secretorúmq; suorũ particeps fuerat: qui eum pacta plurima inierat,antè vita defecisse cognoscere, quàm illi acceptorum beneficiorum vicẽ restituere valeret? Cùm adhuc vrgeret illa perturbatio, alio rur E
sus mœrore dux illum suæ militiæ excruciat, dum Abner qui sine labore ac vexatione aliqua, imò & cum facilitate omni totum illi exercitum præbiturum pollicitus fuerat,ante impletam pollicitationem occupãs,fraude interimit. Sui cædi intantum condoluit,vt extũc mala Ioab imprecaretur, & ipso mortis suæ tẽpore filio imperaret,vt vlcionem ab eo tanti sceleris exigeret,at prę-
terita verba ipsa lamẽtationis suæ perturbationem ani-
mi illius facilè nobis insinuare possunt. Eleuauit enim Ibidem.3.f
rex, inquit, vocem suam, ac fleuit super tumulo Abner: Si secundum mortem Nabal,morietur Abner. Manus tuæ non fuerũt vinctæ, neque pedes tui in compedibus, neq; audisti, sicut Nabal coram filio iniquitatis corruisti. Quid igitur post hæc? Dolo iterficitur Miphiboseth, succellitq; hic mœror: quippe & illum ita luxerat, vt interfectores eius morte mulctaret: claudorũ adiecta relusatio,quæ illum immodicè turbauit. Eis tamen,aliísque hostibus nonnullis superatis,arcam ingenti cum lætitia reducere instituit. Verùm cum ea reduceretur,gaudentibus omnibus, in medio lætitiæ communis res cõtigit,quæ voluptatem obscuraret omnium, regisq; ani-
mum ingenti metu ac dolore confoderet. Oza enim cũ F
vellet arcam labantem corrigere, dei confestim iracun- 2.Reg.6.b. &.1. Parali. 13.a
dia percussus ac mortuus est: atque diutissimè adeò regis animum metus iste commouit,vt non prius auderet arcam ad se introducere quàm addisceret quo nam modo ea vteretur, qui illam susceperat ab Hedera. Interea mortuo Ammonitarum rege,rẽ boni ac benigni homi his faciens, misit qui consolarentur superstitem filium, persuaderentq; patris obitum patienter tolerare. Tũ ille pro honore suscepto,summis iniuriis abeuntes prosecutus,atq; turpiter dehonestatos remisit ad regẽ. Parúmne hoc tibi videtur ad feriẽdum, deiiciendúmq; animum? At inde secutum vtriusq; bellum quãto dolore pertulerit,ostendit quòd nullũ aliud initium cepit, atq; intantũ vehementiæ progressum est,vt innumeris illum incommodis afficeret. Sufficere quidem & ista poterant, etiãsi eis quispiam ille iucũda permisceat, illius vitã inter eos numerare,qui semper in luctu & miseriis vixerunt. Nũc verò talia postmodũ secuta sunt, vt nec olim tristia pati cœpisse videatur. Quippe fabulas omnes, omnemq; tragœdiã vicerunt regis huius clades: adeò illi mõstruosa, & inuicem sibi succedẽtia, domuiq; suæ contigerunt, cũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

G clades cladibus succedere semper pergerent. Consi-
2.Reg.13.a ra,quæso, Adamauit sororem Thamar Amnon frater,
amatam vi oppressit,oppressam odiuit,eamq; violatio-
nem nefariúmq; concubitum,prior ipse patefecit alicui
ex seruis mãdans,vt inuitam pelleret domo,ac per pla-
team emitteret clamantem, ploratúq; & lamentis om-
Ibidem.e nia implentem. Id cùm didicisset Absalon, ad prãdium
fratres inuitat vniuersos,inter quos & stuprator ille so-
rorius aderat, edentem illum atq; bibentem cum cæte-
ris inter conuiuandum per seruos iugulat. Itide quispiã
exurgens,nec plenè rei gestæ ordinẽ noscens, regi mor
tuos omnes illius filios annunciat. Quo ille percepto,
sedens filiorum,quæ non erat,lugebat cędem. Postquam
verò ille rem gestam apertius audiuit, filio quidem cõ-
minatus est,eúmq; se morti addicturum asseuerauit. Cũ
verò ille effugisset,totúmq; triennium in aliena vixisset
regione,totóq; illo tempore rex permansit iratus: & ne
tunc quidem illum accersisset, nisi eum ducis sui sapiẽ-
tia flexisset. Eo autem accersito, nec sic quidem extincta
est doloris flamma,sed duos rursus annos illum aspectu
remouit suo. Vixque post adeò prolixum tempus à duce
H exoratus,suis illum aspectibus dignatus est. At verò ille
harum rerum memoria indignatus, siue aliâs tyranni-
dem gestiens, insurgit in patrem , illúmq; rursus ad fu-
gas,errorésq; perpetuos,quos perpessus erat sub Saul,re-
uocat , immo vero multò illi molestior ea fuga , quàm
prior fuit. Nam prius quidem dux cũ esset , ista perpes-
sus est:nunc autem cũ annis plurimis regnasset,hostesq;
ferè omnes superasset, migrare cogebatur , ac profugus
fieri. Qui autem illum conditione tam miserabili pro-
fugum agebat,non alienus quispiam, siue hostis erat:sed
qui ex ipso natus fuerat , sicut & ipse cũ excederet à ter-
ra sua,lamentabatur plorans. Et tũc quidem cùm in fer
uore esset ætatis,ferre vniuersa fortiter poterat:nũc ve-
rò florido illo tempore emenso , quando senectutis suæ
solatium scelestum illum habere debuerat, tũc maximè
insidiosum,sibíq; infestissimũ sentiebat. Egrediebatúrq;
cum paucis nudis pedibus rex ille sublimis mœrens, ac
lachrymas fundens,pudore ac dolore plenissimas. Bel-
lum quippe illud non calamitatis tantùm,sed confusio-
nis quoque materia illi & causa erat. Tantò enim con-
tumeliosius quàm Saul impius filius beato illo tunc vte-
I batur,vt patris quoq; thorum violaret:idq; nõ clàm, sed
in tecto domus videntibus omnibus, ac iura naturæ, le-
gesq; concubitus per nimiam qua in patrẽ ferebatur in-
saniam,peruerteret:atque amẽtia ebrius , bello necdum
confecto,quasi iam vicisset,captiuósq; duxisset aduersa-
rios,ista audebat,ac prę se ferebat. Sic igitur mœstum &
metuentem Sibas cùm inuenisset, turbauit amplius,cõ-
tra dominum mentitus suum,asserẽsq; illum tyrãnicè
sen ire . Huic successit Semei vir quidam sceleratus, &
ingratus,innumerísq; illum probris respersit,verbis la-
2.Reg.16.b pides admiscens: Egredere,inquiens,vir sanguinum,&
vir nequam. Conuertit in te dominus omnem sangui-
nem domus Saul, quia regnasti pro eo, & dedit domi-
nus regnum in manu Absalon filij tui, ostẽditq; tibi ma
litiam tuam,quia vir sanguinũ es tu. His ille auditis at-
que toleratis,tabescebat quidem:quod ex ipsis lamentis,
manifestè comprobatur:verùm nihil vltra facere aude-
bat. Sed cùm dixisset insurgenti in illum, ac domini sui
Ibidem. iniurias vlciscì cupienti, Dimitte illum maledicere mi
hi: dominus enim dixit illi , vt videat humilitatẽ meã,
retribuátq; mihi dominus bona pro maledictione viri
huius,viuum ab se abire permisit. Ipse autem Chusi ad-
uentum præstolabatur , solicitúsq; ac tremens rei exi-
tabat exitum . Vt autem & ista nunciata sunt,bellũ in- K
struebatur, bellis omnibus quæ vnquã contigerunt per-
egrinius,significationi quàm veritati similius. Eũ enim
qui causa fuerat malorum omnium , eiúsq; belli totam
materiam præbuerat,& quo mortuo aduersa omnia fi-
niebantur,hunc ducibus suis tota prouidentia & cura cõ
mendabat,ista illis iugiter replicãs: Parcite,aiebat, filio
meo Absalon. Quid hac hęsitatione,& ambiguitate de- Ibidẽ.ita
terius? Quid ea miseratione miserabilius? Suscipere bel-
lum cogebatur,in quo & vincere, & vinci æquè illi mo
lestum erat. Nam neq; superari volebat,qui tãtas copias
emiserat:neq; rursum superare , qui belli authorẽ necari
prohibebat . Verùm discreto bello, ac fine quem voluit
deus consecuto,ac paricida illo interfecto:reliquis om-
nibus in lętitia & gaudio agentibus,solus rex lugebat,&
lachrymabatur, ac seipsum includens defunctum appel
labat filium:ferebatq; grauiter,quòd pro illo ipse nõ oc- 2.Reg.18
cubuisset. Quis enim, aiebat, mihi mori pro te dabit Ab-
salon fili mi? Quid hac clade perplexius vnquam audi-
tum est? Quando fratrem ille necauerat , ipsum inter-
ficere quærebat : quando autem contra se væsanus fere-
batur,tunc filio parcebat. Neque flere quidem destitisset L
mortuum , nisi ingressus Ioab indignitatẽ rei arguisset,
ac vehementius alloquens erexisset illum, exercitumq;
decẽti facie & habitu suscipere persuasisset. Ne tum qui-
dem clades suæ finem acceperunt, sed primò quidẽ ad-
uersum se versi in seditionẽ milites,diuisíq; sunt. Postea
verò quàm vix & per summas blanditias cessarunt , te-
silientes rursus adiecti sunt Sabee,bellúmq; aliud cõsta-
ri cœpit,cùm adhuc prioris reliquiæ remanerent. Qui-
bus rebus perturbatus Dauid, coactis copiis eas cum du
cibus misit. Ioab autem & ex hoc bello peracta victoria
non permisit victoriæ voluptatem sine mœrore contin
gere. Nanque ducem vnà secum constitutum Amasan, Ibidẽ.17
qui omnem populum subiecerat Dauid,innocentem,&
qui in nullo se læserat,inuidiæ stimulis agitatus occidit.
Quæ res ita grauis ac molesta fuit regi, tantóq; illũ con
fudit mœrore,vt filio moriens mandarit, eius viri san-
guinem vlcisci , orauerítq; ne tanti sceleris authorẽ im-
punè mo i patereturꝰ Et quod longè grauius est,ita affe-
ctus est , neque mœroris sui causam dicere audebat , eò
quòd aduersus innumera incommoda ipse obluctatus
esset. Etenim post bellorum fremitus,fames cuncta pro M
uinciam depasta est:& cùm eius incõmodi absolutionẽ
quæreret,cogebatur filios Saul ad mortẽ tradere. Quip-
pe hoc cœleste oraculũ præcipiebat: Super Saul,inquies, Ibidẽ.2.a
& super domum eius hæc iniustitia, eò quòd Gabaoni-
tas morti addixerit. Quòd si quis recolat quantum Saul
inimicissimi mortem defleuerit, animaduertet quid tũ
quoque passus sit , cùm filios innocuos tradidit Gabao-
nitis. Attamen & ista tolerabat,vlteriúsq; clades proce-
debant. Nam post famem protinus insurrexit pestis, ce
ciderúntq; in dimidio vlici septuaginta milia virorum,
quando miserãda illa verba locutus est rex. Cũ enim vi Ibidẽ.24.d
disset angelũ districtũ gladiũ tenentẽ, dicebat: Ecce ego
pastor peccaui,& ego pastor malefeci. Isti qui sunt grex,
quid fecerunt?sit in me manus tua,& in domum patris
mei. Denique ipsius aduersus omnes casus, mœrorísque
causas diligentius enumerare possibile non est : neque
enim omnes conscriptæ sunt, verùm ex ipsius lamentis
& gemitibus possumus conijcere, calamitatum quoque
omissarum magnitudine, vtq; iustus ille nunquam plan
gere,ac dolore desierit. Quid enim ille ait? Dies anno- Psal.89.d
rum nostrorum in ipsis septuaginta anni. Si autẽ in po-
tentatibus octoginta anni,& quod in his est amplius, la
bor &

A bor & dolor. Sin verò tu dixeris,per hæc illũ verba non
suam solùm,sed communem vitam omnium deprehen
disse:plus aliquid quàm ego velim concedis, plurimisq;
nos controuersiis liberas, ipse consentiens non illius so
lùm , sed ne alterius quidem cuiusquam vitam inueniri
posse,cuius nõ multò sint plura tristia ac difficilia,quàm
læta & iucunda. Siquidem ille vt tu quoque ritè confite
ris,non suas solùm calamitates, sed aliorum quoq; in cõ
mune considerans:ita demum hanc sentẽtiam tulit,ea-
dem ferè quæ patriarcha locutus , nisi iste maiori cum
vehemẽtia. Quam enim ille de se, hic de omnibus pro-
Gene.47.b tulit. Aiebat ille:Parui & mali sunt dies mei: hic autem,
Psal.89.c Dies annorum nostrorũ in ipsis septuaginta anni : hoc
est,omnium hominum,& quod plus his est, labor & do
lor. Verùm enim hæc, vt dixi, tibi diligẽtius in otio ex-
aminanda relinquens,ego ad prophetas reliquos veniã.
Etsi nusquam vitam suam illi nobis conscriptam reli-
querunt,ob malorum tamen quæ illos obtinuerunt ma-
gnitudinem,vel ex vno verbo omnem illos vitam in la
boribus,ærumnis, & doloribus egisse reor ostendi pos-
se. Ac primum,quod commune illis omnibus fuit,ludi-
B briis, & verberibus affecti, lapidibus obruti, carceribus
inclusi,serrati,in occisione gladij morientes,circumeũ-
tes in melotis & pellibus capriñis,egentes & pressi,affli
cti per omnem vitam perstiterunt. Ad hęc aliam quoq;
mœroris adiectionem his omnibus acerbiorem habue
re,quòd illorum nequitiam qui se ita afficiebant,semper
ad deteriora progredi intuerentur. Qua ex re lõgè plus
quàm ex incommodis, ac pressuris suis angebantur. Et
Ose.4.a alius quidem aiebat:Execratio & mẽdacium,& furtum,
& adulterium,& homicidium effusa sunt in terra,& san
guinem super sanguinem admiscent:per hęc verba ma-
litiæ licentiam, perplexitatemq; , & copiam nobis insi-
Mich.7.a nuans. Alius rursus clamabat: Væ mihi, quia factus sum
sicut qui colligit stipulam in messe,& sicut racemum in
vindemia,cùm non adsint botri:per hæc raritatem bo-
norum hominum deplorãs. Item alius alia similia que-
ritur . Porrò armentarius ille nõ eorum vitia lugebat so
lum,verùm plus in illorum calamitatibus,quàm in suis
tentationibus mœrebat,ac deum obsecrabat,dicẽs: Pro-
Amos.7.a pitius esto domine, quis suscitabit Iacob , quia paruulus
C est? Pœnitere domine super hoc. Et ne sic quidem pre-
Ibidem. cum suarum effectu potitus est. Dixit enim, & non fiet,
dicit dominus. Esaias verò cum audisset,quia deserta e-
Esa.22.a rit omnis terra,ne consolari quidem voluit, sed assiduè
lugebat,dicẽs: Dimittite me,amarè flebo, non poteri-
tis consolari me. Hieremiæ autem lamentationes & se-
orsum cõscriptas, & per omnem prophetiæ textum dis-
persas,partim de seipso cõponẽs,quis possit sine lachry
Hiere.9.a mis legere? Nam nũc quidem aiebat: Quis dabit capiti
meo aquam,& oculis meis fontem lachrymarũ,& plã-
gam populum istum die ac nocte?nũc autem : Quis da-
bit mihi in deserto mansionem extremam, & derelin-
quam populum istum, & recedam ab eis? Omnes enim
adulteri sunt. Nonnunquam verò indignans, ac mœrẽs
Ibidẽ.15.b clamat: Va mihi mater,vt quid me genuisti virum,qui
discernat & diiudicet omni terræ? Aliquando diei quo-
Ibidẽ.20.d que natiuitatis suę maledixit,dicens:Maledictus dies,in
qua natus sum in ea . Sed & cœni lacus, & vinculorum
pressuræ,& verbera, & insidiæ, irrisiones q; perpetuæ ita
illum excruciabant,vt iam penè desperaret . Quid autẽ
quando capta vrbe,prouidentia & honore à Barbaris di
gnatus est? Num ista sentiebat ? Imò verò tunc maximè
amara illa lamenta conscripsit, mortuos & abeuntes lu
gens . Neque minora illi visa sunt sequentia mala præ-

teritis,cum hi qui ex bello reliqui fuerant,rursus per sua D
scelera deum iritarent . Cùm enim pollicerentur se illi
per omnia obtemperaturos,nihílq; reluctaturos, in Ae-
gyptum rursus descenderunt, oraculo contraria præci-
piente,prophetámq; secum deduxerunt,ac per suam in-
gratitudinem illum sibi longè grauiora prioribus dice-
re,atq; imprecari coẽgerunt. Quid verò Ezechiel? Quid
Daniel? nonne in captiuitate tempus omne vixerunt?
Quorum quidem prior fame, ac siti pro alienis cruciа-
batur malis , vxorèque defuncta eum casum absque la-
chrymis perferre iubebatur. Porrò quid graui dici pos-
sit,quàm in suis aduersis casibus ne flere quidem permit
ti? Omitto enim modo, quòd super stercus bubalorum Ezech.4.d
panem suum comedere coactus sit,& quòd super vnum
latus centum & nonaginta diebus iacere,aliáque huius-
modi tolerare sit iussus. Etsi enim illi ex his,quæ vel di-
ximus,vel omisimus,nihil triste contigisset:certè id so-
lum quòd inter hostes,ac Barbaros, impurósque hõmi-
nes vir iustus & sanctus iugiter versatus sit , omni erat
illi supplicio acerbius . At verò Daniel videbatur quidẽ
summis honoribus frui,& quasi captiuitatis , & seruitu-
tis iniuriis non tangi , cum in regia iugiter obseruare- E
tur aula,essetq; potentissimus . Cæterum si quis illius o-
rationem audiat,ieiuniúmque consideret,facieique im-
mutationes,ac iuges precationes, agnoscátque diligen-
ter quorum gratia ista faciebat: animaduertet hunc ex
omnibus maximè in doloribꝰ,angoribusq; vixisse. Ne-
que enim illum præsentia tantũ mala excruciabant, ve-
rum & futura perturbabant:quæ etiam cũ necdum con-
tigissent,prænoscere dignus est habitus,atque prophe-
tícis oculis aspicere. Cúmq; necdum præsenti seruitute li
beratos Iudęos cerneret,aliam illis rursus captiuitatem
præuidere cogebatur : & quæ nondum ædificata fuerat,
eam vrbem capi cernebat , sacrificiisq; contaminatum
templum,ac desolatũ , omnémq; euersam sanctificatio-
nem, idcirco lugebat & lachrymabatur, dicens: Nobis Baruch.1.c.
autem confusio faciei, & regibus nostris, quia peccaui-
mus tibi domine. Verum enim nescio quo pacto me pe
nè inter prophetas effugerat cœlestis ille animus,qui sic
in terra versabatur,vt in cœlo semper esset. Nihil enim
illi terrenum præter melotẽ erat . Quid igitur summus
iste,atque admirabilis vir, si virum illum vocare opor- F
tet ? Nam post ingentem illam fiduciam qua aduersus
Achab vsus fuerat , post ignis illam è cœlo demissionẽ,
post necem sacerdotum, posteaquã clauserat & aperue-
rat cœlum,quo tempore vtrunq; voluerat , post tanta ac
talia rectè facta & signa fiduciæ,ita metu mœroríq; ma
gnitudine detinebatur , vt hæc verba loqueretur : Tolle 3.Reg.19.a.
animam meam à me:non enim ſum melior ego quàm
patres mei. Ista ille,qui hodiéq; necdũ mortuus est. Ne-
que istud solum , sed in desertum profectus obdormie-
bat , præ doloris aẽ mœroris onere lassus ac fatigatus.
Porrò huius discipulus non solum spiritum magistri du 4.Reg.2.b
plicem accepit , sed & pressuras longè etiam maiores.
Hoc denique paulò antè beatus Paulus ostendens , illo-
rumq; ærumnas enumerans,aiebat:Quibus dignus non Hebr.11.g
erat mundus. Peropportunè nunc Pauli fecimus mẽtio-
nem. Qui enim per se solus inspectus ad consolandum
sufficere posset,hic post alios veniens,cuius non dolorẽ
ac mœrorem euanescere facit? Eius nempe famẽ,sitim,
nuditatem,naufragia,desertíq; habitationes, timores ac
pericula,insidias,carceres,verbera, vigilias innumeras,
mortes,& alia quæ prædicationis causa perpessus est,ne
referenda quidẽ arbitror. Ista enim etsi pressuras illi ex-
hibebant,nõ tamen erat absq; voluptate quadã. At verò

Universidad de Deusto
Biblioteca

G quando illum Asiatici omnes auersati sunt, quando Galatæ peruersi, gens integra, & eatenus grata, quando ecclesiarū Corinthij plurimas in partes sciderunt, fornicatoriq; teterrimo per suas blanditias pudoris quoque sensum abstulerunt: quid illum perpessum putas, quātas illius animo tenebras obfusas arbitraris? Sed quid nos ista cōiecturis colligimus, cū illius verba audire liceat? Corinthiis enim scribens, dicebat: Quoniam ex multa tribulatione & angustia cordis scripsi vobis per multas lachrymas. Et rursum: Ne fortè cū venero, humiliet me deus, & lugeā multos qui antè peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam. Galatis verò: Filioli, inquit, mei, quos iterum parturio donec formetur Christus in vobis. De Asiaticis verò scribens ad discipulum, queritur & ingemiscit. Neq; enim ista solùm tūc illum mœrore afficiebant, sed & datus illi stimulus ita eum vexabat, atq; affligebat, vt sæpe, pro huius absolutione deum deprecatus sit. Quòd enim hìc ait, ter, sæpius significat. Prorsus verò quando ille respirare potuit, qui fratris quoque absentiam lugebat? Ex eo enim, ait, quòd non inueni Titū fratrem meum, non habui requiem. In alterius item morbo hoc idem passus est: Deus enim misertus est eius (de Epaphra scribens Philippensibus) non illius autem solū, sed & mei, ne tristitiam super tristitiam haberem. Et de seductoribus, ac sibi reluctantibus grauiter mœrens, ad Timotheum scribit: Alexander, inquiens, ærarius, multa mihi mala ostendit, reddat illi deus iuxta opera sua. Quam igitur iste vel breuem mœroris ac doloris habere requiem poterat? Neque enim ea sola quæ dicta sunt obsidere animum suum poterant, sed & alia quæ mœrem illi assiduum præbebant. Et ea rursus ipse aperuit, cùm dicat: Præter ea quæ foris sunt instantia, mea quotidiana solicitudo omnium ecclesiarū. Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? Si igitur ille per singulos eorum qui scandalizabātur vrebatur, profectò ea adustio extingui ex illius animo non poterat. Neque enim vnquam deerant qui scādalizarentur, igniq; illius materiam subministrarēt. Nā si & vrbes & gentes sæpe integrę more deciderunt, multò sanè magis vnum semper & alterum qui hæc paterētur, inueniri necesse erat, cùm tot essent ecclesiæ per orbem. Concedamus autem si placet, neque scādalizatum fuisse aliquem, neque ab eo disiunctum aliquando, neq; aliud aliquid huiusmodi tristium illi contigisse, ne sic quidem mœrore vacuū inuenire poterimus. Qua in re nullus iterum testis aptior ac fidelior occurrit, quàm ipse qui passus est. Quid enim ille ait: Optabam anathema esse à Christo pro fratribus meis secūdum carnem, qui sunt Israëlitę. Quod autem dicit, huiusmodi est: Optabilius mihi erat in gehēnam incidere, quàm Israëlitas infideles & incredulos videre. Hoc enim est, optabā anathema esse à Christo. Is autem qui erigebat gehēnę cruciatum, vt Iudæos omnes ad fidem posset inducere, liquet profectò quòd non potitus voti sui grauius afficiebatur, quàm hi qui in gehenna cruciantur: quandoquidē hoc potius quàm illud cupiebat. Tu velim per singula quæ dicta sunt, nō solum materiam cogites, ex qua mœstitia viris illis gignebatur, sed mensuram etiam doloris ac mœroris, multò illum maiorem aspicies, quàm tuus sit. Quod enim modò quæritur, hoc est, grauiusne, an leuius illi angebantur: porrò mœstitiæ mensura non ex occasione qua nata est solùm, sed ex verbis etiam & rebus probari consuevit. Nam plurimi cum solum amisissent pecunias, magis quàm modo charitas tua doluerunt, atque ex his alij se aquis suffocauerunt, alij laqueo sibi vitam extorserunt, rei pecuniariæ detrimenta nō ferentes. Aliorum vero etiam oculos mœroris huius vis, ac magnitudo cæcauit. Et certè longè leuius ac tolerabilius videtur pecunias amittere, quàm perturbari à dæmone: sed tamen plurimi cum hæc fortiter tulissent, ab illo superati sunt. Neque enim velim ista nūc ex animo tuo metiaris, neque quoniam tu pecuniarum detrimenta irrides, alios etiam ita affectos arbitreris. Quippe earum amissio plurimos in stuporē animi, & summa detrimēta perduxit. At enim fortem, & illustrem animū, neutrum horū deiicere, prævalet: imbecillis vero, ac seculo addictus, illo potius quàm isto cruciatur. Cur id? Quia idem nō est, famem metuere, & paucis diebus agitari hoc morbo. Nam hìc quidem breui tēporis parte fit violentia omnis nō secus quàm febris cuiusdam, aut rigoris, vel alterius imminentis pestis, immo vero multo minus temporis occupat, quàm ista omnia. Sed fortasse vicit vehemētia? Atqui plurimos tibi possem equidem ostendere laborantes febribus, qui cū eo igne corripiuntur multo magis, quàm hi qui perturbantur à dæmone, stupent atque obrigescunt. At vero indigētię metus, ne desint necessaria, veluti vermis assiduus iugiter perturbans, atque assidens, pauperum corrodit animum. Et quid ego paupertatem dicam? Omnes hominum calamitates si dinumerare velimus, non ipsi solùm, sed tu quoque lamenta tua ac ploratus fortasse ridebis. Denique non solum omnes, sed ne breuissimam quidem earum partem eloqui nobis possibile esset. Neq; enim scimus illas, neque si sciremus, tēpus omni narrationi sufficeret. Verum paucas ex plurimis pro viribus colligens, ex his tibi eas etiam quæ dictæ non sunt, coniiciendas relinquam. Memento, quæso, senis illius optimi, atq; amantissimi, Demophilum dico, ex magna illustriq; familia. Hic iam quintum & decimum annū agit, ex quo nihil agere plus potest, quàm mortuus, nisi quòd tremit iugiter, & loquitur, sensumq; disertissimum suorum habet malorum. Cæterū in summa paupertate vitam agit, ministro tantum vno adolescēte comitatus, bono quidem ac domini sui studioso: non tamen calamitatem illam sedare, ac solari idoneo. Neque enim inopiam iuuare potest, neq; resolutionis illius tremorem sistere, sed buccellam tantū ori domini apponere (quippe neque ad hoc illum iuuare possunt manus) & offerre calicem, & purgamenta narium abstergere prævalet, aliud autē plus inferre nihil. Et iste quidem, vt dixi, quindecim iā annos in eiusmodi ærumnis degit. Ego autem illū de euangelio cōsidero, qui triginta & octo annis hoc morbo consumptus fuerat. Tu velim præterea Aristophenum quoq; ex Bithynia cogites. Huic enim corpus nondū resolutum est, vt illi seni, verū languor alius imminet, longè paralysi illa molestior & grauior. Nanq; alui contractiones quædā, doloresq; tormētis omnibus acerbiores, nunc quidē verubus omnibus acutius pungentes, nunc igne vehemētius vrentes, diebusq; singulis ac noctibus eū exagitantes, apud ignaros eius morbi væsanū illū videri faciunt, adeo torquēt illius papillas, adeo manus nescq; contrahunt, mutumq; illum per multā horā constituunt. Porro clamores illius, ac gemitus (nā post illā priuationem vocis nonnunquā in clamorem erumpit) lamenta partim cientiū superant, adeo vt sæpius hi etiam, quibus longinquius ab illius habitaculo remotis infirmi sunt, præ vigiliarū tædio & inimitate turbati, mittāt cul pātes quod ex illius clamoribus infirmis suis deteri⁹ sit, quod illi nō ex lōginquis interuallis, sed sæpi⁹ dieb⁹ singulis, ac noctib⁹ cōtingit. Sextusq; iā hic annus vertitur,

A ex quo molestissimo huic flagello permissus est, neq; seruus vllus adest, qui curam eius habeat, neq; medicus, qui consoletur: id, propter inopiam: istud, quia superat omnē artis industriam, is morbus. Plurima enim plurimi cùm egerint (erat enim antea pecuniis fretus) nihil profecerunt. Quòdq; his omnibus grauius est, neque amicorum aliquis eum iam videre vult, sed eum omnes desuerunt, & hi qui plurimis antea ab eo beneficiis fuerant affecti. Quòd si quis vnquam ingreditur, protinus resiliit: tanto fœtore domus illa plena est, eò quòd nullus adsit qui curam eius gerat. Vna enim & sola illi ancilla assidet, tantùm illi ministrans, quantum potest mulier, cùm sit & sola, & ex opere manuum viuens. Quænam ergo dæmonum vexatio illius cladibus comparari potest? Etsi enim eum horum nihil perturbaret, quid nō pateretur, considerans adeo prolixum tempus, quo iam in lectulo decubat, ingentésque sumptus, qui se in supremam iniecerunt inopiam, amicorum contemptum, famulorum atque obsequentium solitudinem: & id quod maximè te nunc perturbat, certámq; nullam fiduciam habet, an finem clades istæ habiturę sint: immo verò summam cō-
B fidentiam, quòd se viuente ac spirante nunquam finientur. Quippe eius morbi vis, & quotidianus in deteriora progressus hoc pollicentur. Verùm ne per singulos enumerans eos, qui huiusmodi aduersis casibus afflicti sunt, fastidium legentibus faciam: perge quæso, ad illum cui xenodochij cura permissa est, ac iube te ad ibi iacentes introduci, vt omnium morborum inspicias radicē, nouáque infirmitatem genera, omnésque materias mœroris. Inde te ad carcerem conuerte, cunctísque illius habitaculi diligenter exploratis, proficiscere ad balnearum propylęa, quo in loco, fimo, & stipula pro vestibus vtentes, iacent nonnulli nudi, frigore, morbo, fameq; perpetua obsessi, aspectúque solo, ac tremore corporis, & sonitu se collidentium dentium, prætereuntes ad misericordiam flectentes, neque vocem emittere, neque manum extendere valentes, eò quòd iam his malis penitus attriti sunt. Neque hactenus persistas velim: sed ad pauperum diuersorium, quod ante vrbem est, egredere: perspicies profectò eum, quo nunc detineris mœrore portum esse tranquillissimum. Quid enim dicere necesse
C est, vel elephantia consumpta virorum membra, vel cācro mulierum? Ambo enim isti & longi sunt, & insanabiles. Horum verò alter quos occupauerit, suis vrbibus eliminat, neque lauacri eos, neque fori, neq; alterius cuiuspiam illorum loci participes fieri fas est. Neque istud solùm graue & acerbum est, verùm illo longè grauissimum, quod neque confidere certè possunt, necessaria vi ctui sibi non defutura. Quid verò illos memorem, qui frustra sæpius ac sine causa ad fodiēda metalla damnati sunt? Nempe isti omnes multò grauiore dolore cruciantur, quàm qui à dæmone corripiuntur. Si verò non credis, nihil mirum est. Non enim eadem sententia, nostra, qua aliena incommoda iudicare consueuimus: cùm illa quidem verbo solùm & aspectu, nostra verò experimento, ac sensu ipsum nostri ipsorum miseratione cōiuncta didicerimus. Atq; idcirco ista grauiora esse, minusq; tolerabilia. Sin verò quispiam omnium librę illorū naturā diligentius consideret, & eos qui in illa inciderunt animaduertat, hic profectò nobis de huiusmodi fert incorruptam, integerrimamq; sententiam. Sed fortasse dicturus es, omnes illos morbos circa corpus versari solū, hanc autem pestem intimos animi regressus attingere, illisq; omnibus esse diriorem. Nempe hoc ipso in primis eam inuenimus illis omnibus esse leuiorē. Neq; enim

hæc vt illi corpus iugiter corrumpit & perimit, sed solū D animam breui tempore excruciat. Cæterū illiipsi morbi, quos modò numerauimus, cū in carne gignantur, eā omnem pestem non eatenus sistunt, verū ad animam emittunt, angustantes illā iugiter, & per dolores ac mœroris aculeos summos corrumpētes. Vt enim, inquit, vlceri acetum minimè conuenit, ita & morbus inuectus perturbat cor. Non igitur id solū dixeris, hos tantùm gigni ex corpore: sed illud potius ostende, quo pacto pestē omnem & corruptionem ad animā non mittāt. Quippe & fames cùm non gignatur ex corporibus corrumpit, & perdit corpora, virúsq; serpētum cùm ex eis prodeat, perdit item nos: ita & in his morbis sentiendū est, qui cùm gignantur ex corpore, malitiæ suæ venena in animæ nostræ substantiam transfundunt. † Hic locus corruptissimę est, in cæteris exēplaribus longè corruptior: quē, quia ex emplari grę co (quo potissimū resti E tui possit) destitutus, aliis emendādum relinquo.

penetralibus effundunt. Omni deniq; actione diabolica potentior est ad nocendum mœroris magnitudo. Nāque & dæmon quoscunq; superat, per mœrorem superat. Eum si auferas, nihil à dæmone quisquā lędi poterit. Et quomodo, inquies, fieri potest, vt mœrore vacē? Ego cōtrà te interrogabo, qua tu ratione mœrore affici debes? Nempe enim si adulterium, si homicidium, si scelus aliquod huiusmodi perpetrasses, quod te regnis cœlestibus excluderet: rectè mœreres ac iusta tibi causa lugendi esset, nullúsq; te à lachrymis & fletu prohiberet. Quòd si per dei gratiam ab his omnibus longissimè remotus es, quid frustrà teipsum concidis ac perimis? Mœrorē quoque deus inseruit naturæ mortalium, non vt ab re, & intempestiue illo in rebus contrariis vtamur, neq; vt nosipsos perimamus, verùm vt ex eo maxima emolumenta consequamur. Quo nā verò modo illa consequemur, si illum intempestiuè assumamus? Porrò mœroris tēpus non tunc est, cùm aliquid patimur aduersi, sed cū malè operamur. At verò nos ordinem peruertimus, temporáq; immutamus: qui cū innumera mala perpetremus, ne leuiter quidem dolore contrahimur: sin verò quippiam à quoquam patiamur mali, protinus concidimus, hęremus, titubamus, liberariq; & cedere ex vita festinamus. Grauis igitur & onerosa ea res videtur, non secus quàm iracundia & concupiscētia. Nam & hæc nisi quis ea ritè ac tempestiuè vratur, deiicit ac maculā inducit. Cōtingitq; idem quod in medicamentis, quæ à medicis traduntur: quippe & illa si nō suo ordine & tempore, ac F pro quibus morbis parata sunt, sed pro aliis imponātur alia, non solū infirmos languore non liberant, sed infirmitatem potius aggrauāt. Ita prorsus, & mœror facit, ac meritò sane. Nam cū sit austerum corrodénsq; medicamētum, atq; (vt ita dixerim) vitiorum quæ in nobis sunt purgatio, si admoueatur otioso, ac delicato animo, ingētíq; peccatorū pondere oppresso, maxima susципienti, curísq; presso, & plurima perpesso adhibeatur: præterquā quod nihil prodesset, maximè nocet, imbecilliorē illum faciens, atq; ad desperandū facilem. Quocirca stātibus & acriter pugnantibus Paulus cū scriberet, dicebat: Gaudete in domino semper, iterū dico gaudete. Porrò dissolutis, ingēmq; habentibus tumorem: Et vos, inquit, inflati estis, & nō potius fleuistis. Itaq; his quidem qui peccatorum sagina impinguatur, extenuetur ac siccetur hoc medicamento. Qui verò bonæ habitudinis est, atque in decenti statu seipsum seruat dei gratia, peccatorē bonā suā valetudinē non corrūpat. Adeo est enim ille acer atque efficax, vt etiā ope sua indigentibus, si plus tēporis quàm necesse sit immoretur, maximorū malorū causa fit. Quod & beatus Paulus metuens, citò illū, postq; fecerat quod suū erat, auferri iussit, causamq; protinus adiecit

Philip.4.a

1.Cor.5.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

2.Cor.2.b eam: Ne fortè,inquit,absorbeatur abundãtiori tristitia.
G Porrò si nimius mœror irruens,eos etiã quibus erat necessarius,sæpius perdidit:quid illis faciet,qui cũ non indigeant,sponte illũ sibi conscisciunt?ita sanè inquies,Noli hoc & ipse:sed quo pacto illum excludam,atq; ab animæ meæ recessibus amoueam,nescio. Et cuius hoc difficultatis amantissime?Nam si cõcupiscentia esset aliqua, si corporum turpis atq; insanus amor,si inanis glorię pestis,vitium profectò superatu difficillimum, aut aliquid perturbationũ huiuscemodi,meritò hæreres, & esses de huiusmodi liberatione solicitus. Eos enim qui his capti fuerunt,nõ quidem est impossibile: difficillimum tamẽ ea retia diffugere. Cur id,quia voluptas his cooperatur, atq; illa adiuuat.Ea verò est,quæ semel captis fines plurimos innectit. Istudq; primum difficultatis plenissimũ est,persuadere animo sic irretito,vt planè ac penitus velit,ac cupiat hisce nodis liberari:fitq; simillimum,veluti si quis scabiem ac pruriginẽ depositurus,morbo suo delectetur,ac passioni huiusmodi exposita,ea liberari quæ rat. Cæterũ ad effugandum mœrorem id parum nõ cõfert,si interim ingratè illum admittamus. Nam qui re
H aliqua grauatur,citò illam ab se excutere & abiicere studebit.Porrò si quis eam ab se eiicere studeat, nec possit: non remittat studium,& citò poterit.Certum est enim Christianum,si quando tristetur duas tantũ habere mœroris causas,vel cùm ipse,vel cũ proximus offendit deũ. Quum verò pręsens mœror tuus nullam huiusmodi occasionum radicẽ habeat,cur teipsum frustra discrucias? Et vnde id constet,inquies, quòd non offensionum nostrarum pœnas exoluamus? Id quidem maximè liquet, sed hoc interim non asseramus.Verùm sit si vis id non incertum,sed maximè manifestum,vt tu dicis,hanc esse peccatorum tuorum retributionem: Nũ quæso,idcirco mœres & doles? Atqui gaudere potius, & meliore animo esse debes, quòd hìc peccata tua tibi remittantur, ne cum sęculo isto damneris.Qui enim dolet,non quia cruciatur,sed quia offendit deum,dolere debet. Peccata enim separant à nobis deum, constituuntq; nobis illum inimicum.Cruciatus verò nobis illum reconciliat,prępărătq; propitium ac propinquum fieri.Quòd autẽ non sit peccatorum retributio,sed coronarũ potius,præmiorúmq; materia sudor iste tuus,ac dolor,hinc sanè manifestum est. Si enim prius turpiter,ac luxuriosè vixisses, atq; ita te ad monachorum conuersationem cõtulisses, ne sic quidem hæc suspicio locum habuisset. Nam si ob hoc pœnas infert, vt in malis perseuerantes ad pœnitẽtiam prouocet,ostensa pœnitentia,superflua iam erit pœna.Intantum enim abest,vt nos punire velit deus, vt cũ sæpenumero pœnis digna faciamus,summáq; cõuersione opus habeamus,cõminatione solùm, verbisq; terribilibus nos castigare malit: idq; facilè quispiam animaduertet & in Israëlitica plebe,& in Niniuitarum ciuitate. non solùm enim supplicia intentata non intulit, cũ pœnitentiam ostenderent,sed & minas ipsas remouit.Lõgè enim vult ipse nihil nos pati mali,quàm nos ipsi,nullúsq; sibi ita parceret libenter,vt omnibus [illegible]s.Deinde is qui sæpius peccantes verbis tantũ exterret, nec punit pœnitentes,eósq; hac formidine liberat:te qui tanta religionis, tanta virtutis & probitatis indicia præ te tulisti,nõ sõlum minis,atq; hoc terrore non eripuit, verum & opera ipsa suppliciis exposuit.Et quomodo credi hoc potest? etiam si prior illa tua conuersatio corruptissima fuisset ac perdita,vt dixi:quis id vel suspicari auderet?Cũ verò deterior illa fuerit quàm præsens sit,ornata tamen & ipsa,summáq; honestate pollens,profectò nẽbis omni ex parte constabit colluctationes has tuas,coK ronarum tibi, maioríq; gloriæ occasionẽ esse. Oportet igitur,vt dixi,& has & huiusmodi cogitationes amouere.Conuenit item & cũ his vnà, imò ante has orationibus, perpetuísq; precationibus has tenebras dispergere, & dissipare. Nam & beatus Dauid magnus ille vir atq; mirabilis,his medicamentis semper vsus est, hísq; plurimos dolores pressurarũ remouit ac repulit.Nunc quidẽ orans,ac dicens, Tribulationes cordis mei multipli catæ sunt,de necessitatibus meis erue me. Nunc piis ac religiosis cogitationibus admotis, inquiens: Quare tristis es anima mea, & quare cõturbas me? Spera in deo, quoniã adhuc confitebor illi. Rursumq; ex cogitationibus huiusmodi ad orationes conuersus:Remitte,inquit, mihi,vt refrigerer priusquã abeam, & vltra iã non ero: atq; ab orationibꝰ ad cogitationes.Quid enim,ait,mihi est in cœlo,& à te quid volui super terrã?Ita & Iob vxori, quæ verba diabolica suggerebat, piis cogitationibus reluctabatur,illámq; increpans,dicebat, Quasi vna stultarum mulierum locuta es:si bona suscepimus de manu domini,mala autem quare non sustinebimus?Ad deum verò precibus vtebatur. Beatus verò Paulus vtrisque his L armis eos qui in pressuris,ac tentationibus erant, iuuabat: nunc quidẽ dicens, Si autem extra disciplinã estis, ergo adulteri,non filij. Quis enim filius, quem nõ corripit pater?Nunćq; orans,Fidelis,inquit,deus est,qui nõ patietur vos tẽtari supra id quod potestis:& rursum, Siquidem iustum apud deum est, retribuere retributionẽ his qui vos tribulant,& vobis qui tribulamini requiem. Si igitur armis his ipse quoque vsus fueris, ac teipsum perfectè vndique armaueris,cogitationibus piis mœroris retundens impetũ, orationibus verò tam tuis, quàm aliorum te veluti vallo fortissimo muniẽs,celeriter disciplinæ istius percipies fructus. Non enim hoc solũ lucraberis, quòd præsentia fortiter feres: verùm his exercitationibus robustissimus effectus,nullis iam vitę huius aduersis casibus frangi,vel deiici poteris.

Iob.41.d
Ibidẽ.41.b
Ibidẽ.38.c
Ibidẽ.72.d
Iob.2.c
Hebr.12.b
1.Cor.10.c
2.Thes.1.c

De prouidentia dei libri tertij finis.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, de prouidentia, vel fato, sermo primus.

M

Referta est hæc vita turbelis,plena est tumultibus: atqui nõ tam graue,neque dolendum est hoc, quàm quòd cũ possumus quicquid id est tumultuũ turbationũmq;, vel in tranquillioręm statum cõmutare, vel certè posita tristitia patiẽter ferre: neutrũ illorum nobis curæ est,sed omnẽ vitam in luctu ac mœre desidles trãsigimus.Deplorat enim alius egestatẽ, alius aduersam valetudinẽ,alius curarũ administrandarq; rei domesticæ molestias,alius in educandis pueris difficultatẽ:cõtrà,alius orbitatẽ.Et videre licet,quàm desipiatur mirum in modũ. Nam nõ solũ tristes sumus, cũ res ita se habent:sed & cũ mutantur, cõtrarióq; modò eueniũt, nõ minus pleriq; tristes sumus. Profectò si rerũ natura lugẽdi causa esset, nõ oportebat mutatis rebus idipsum fieri. Etenim [illegible]tã mala,tãq; intolerabilis est inopia: cur

A à luctu non vacat,qui in diuitiis agit? Item si tãtum malum est orbitas,cur nõ semper læto animo sunt, quibus numerosa soboles cõtingit?Præterea si tam optabile est, fungi muneribus publicis,frui honoribus,multis prępesse,fugienda plane & odio habenda vita otiosa & priuata. Iam verò cùm videmus conqueri tam diuites, quàm pauperes, & nonnunquam diuites plus quàm pauperes, videmus,inquam,ægrè affectis animis esse tã dominos, quàm subditos: tam habentes, quàm non habẽtes filios, ne dicamus huius deordinationis causas rerum euẽtus, sed potius nosmetipsos reprehendamus,qui nescimus illis sicut oportet vti,neq; à mœrore nostros animos vindicamus.Inquietudo enim illa, & perturbationum molestia non tam à rerum euentu est, quàm à nobispsis & mente nostra:quæ si se bene haberet,& composita foret, semper nobis trãquillè liceret agere,dormiremusq; ceu in portu aliquo, etiamsi vndequauis innumeræ tempestates insurgerent:sicut è diuerso,cũ illa malè se gerit,nihilo melius habemus naufragis,etiãsi venti secundi nos comitentur. Potes tale quiddam & in corporibus videre.Nam is cui corpus natura firmum est,& bene exercB tatum, non solũ ex intemperie cœli nullo incommodo afficitur, sed propter exercitationẽ, etiam ex intẽperie, cui assuescit,firmitatis incrementum assequitur: cũ interim alius,cui tenerum & imbecille corpus,licèt tẽperato cœlo fruatur,nihil melius habet, quãdoquidem ob internam infirmitatem etiã in optimis temporibus offenditur.Contingere idem videmus & in alimẽtis.Stomachus enim bene valens,nullum reiicit alimentũ,sed prævalente ac cibi vitia vincente naturali vi,cruda etiã & incocta in puros transformat succos: contrà, stomachus æger,cuiusq; deprauata & corrupta est complexio, etiã saluberrimi succi cibos,infirmitate virtutẽ illorum tollente,in pessimos vertit ac corrumpit.Et nos quoque cũ videmus rerum indignitatẽ ac deordinationem, nõ deum arguamus dilecte:nõ enim sic paramus remediũ, sed potius vulneri vulnus addimus:neq; mũdi habenas & conuersationem dæmoni tribuamus, neq; præsentia prouidentię regimine destituta putemus,neque aliquam fati tyrannidẽ, vel natiuitatũ vim asseueremus. Hæc enim omnia plena sunt blasphemiis. Cæterũ vera turbationis & deordinationis causa non est ira rerum cõtin
C gentia,sed animus malè se gerens, qui nisi in semetipso deordinationem ac perturbationẽ emẽdet, perinde malè habebit,cùm multæ bonæ cõditiones ei cõtingunt, & cùm grauis rerum est deordinatio.Quin sicut oculus sanus etiam in crepusculo securus corpori dux esse potest, malè autẽ habens & in clarissima meridie,cùm nihil ei prosint solares radij,hallucinatur, aliáq; pro aliis videt: ita & mẽtis nostræ oculus quãdiu viget,rectè videt, etiã ea quę ordine carent:vbi autem vitiatus fuerit,quãuis in cœlo ipso fuerit,ea quoq; quę illic fiunt,turbari ac inordinata esse iudicabit.Et quòd hæc ita se habẽt, proferam tã veterum,quàm nostrorum exempla. Quot hodie ferunt moderatis animis inopiam, deoq; gratias agentes nõ deficiunt? Quot item in diuitiis & deliciis non solũ non agunt deo gratias, sed & dominum blasphemant? Quot sunt qui nullo graui incõmodo affecti,diuinã prouidentiam accusant?Quot item qui omni tempore habitant in carceribus, longeq; gratiores sunt, quàm hi qui nulla re indigent & prorsus securè viuunt? Vides quòd turbatio animę,& propria ratio,tam horum quàm illorum causa sunt,& nõ ipsa rerum natura? Atq; adeò si diligentẽ mentis nostrę curam gesserimus,nulla suborietur vel turbatio,vel deordinatio,vel vlla molestia,vt cõ

cedamus interim euẽtus vitæ nostræ Euripo instabiliores sursum deorsumq; ferri.Quamobrem,dic sodes,gratias egit Paulus, quanuis iustè vixerit, virtutemq; omni tempore coluerit,& nulla illarũ perturbationum laborarit?Nullus hominum qui sub Sole viuũt,illo iustior fuit: nullus item omnium ex quo tempore viuere cœperunt homines,asperiora perpessus est:nihilominus tamen,cũ videret multos pessimè viuere, hilariq; animo præsentibus opibus frui,ingratos deo, ipse in tantis difficultatibus gratias agebat deo,omnibus idem suadẽs.Ille spectandus, & præ oculis habendus est.Et tu cùm vides hominem malum,hilari animo exaltari,dominari,vltionem sumere de his qui ipsum læserunt, nihil detrimẽti in quopiam pati,in magna veneratione ab omnibus haberi,& diuitiis abundare: tecum verò agi modo cõtrario,& inuadi te ab inimicis, pati insidias & calumnias, caue ne propterea abiectum vel derelictum te putes:sed respice ad Paulum qui tuarum partiũ est, ascende in mẽtem tuam,possìde cogitatiões tuas, ne te deiiciat tristitia,ne ex præsenti vel prosperitate vel aduersitate, amicum,inimicúmve dei iudices.Similiter cùm videris re
D ctè viuentem,beatum illum dic, etiamsi morbo omnia membra eius corrodantur,modò illi sit pietatis cura. Illum imitatione dignum existima, etiãsi innumeris teneatur catenis, etiamsi perpetuum carcerem inhabitet, etiãsi indignis seruiat, paupertate prematur, & metalla effodiat,etiãsi quoduis malum ferat: addo, etiamsi suppliciis cõficiatur,exurgatur, & in particulas minimas ei caro conscindatur.Contrà,si videris quempiam in malitia,in incõtinentia,in postremis flagitiis viuere, & interim honore multo frui,in thronum regiũ conscendere,diademate circũdari,purpura vestiri, vniuersoq; orbi imperare,tunc funde lachrymas, miserúmq; illũ esse proclama.Nihil enim ita miserum,vt anima sic affecta, etiãsi totus illi orbis pareat. Nam quæ vtilitas ditescere opibus,& pauperem esse virtutibus?Et quid lucri tot milibus & tantis imperare,nõ posse autem semetipsum & suos affectus moderari? Atqui nos videntes corpus cuiuspiã vel febri,vel podagra,vel corruptione, vel incurabili alio morbo laborare,etiãsi valde diues sit,dolemus. Nã ille quò ditior, hòc magis dolet: perspicacius enim sentit malum suũ, qui nulla rerum necessitate angitur. Enimuero illũ solatur necessitas, cui rebus frui premẽte egestate negat necessitas.At si quis vt dominus rebus vti liberè potest,prohibetur autẽ per infirmitatem,haud mirũ si magis doleat ac angatur.Quomodo autem non absurdũ,si quis aliquẽ corporali morbo detentũ, alioqui opibus abundantẽ,miserum proclamat:anima verò,qua nihil hìc dignius,cuiq; nihil hìc cõferendum,malè affecta,beatũ dicat propter pauculas opes,vel momentaneũ honorẽ,vel aliquid eorum quæ hìc manent, & post hãc vitã, imò sæpe etiam ante vitæ huius finẽ nos relinquũt? Obsecro,ne fiat hoc.Hæ nostrarum perturbationum,tumultuumq; causę.Hinc est,quòd multi deũ arguũt,multi mundũ nulla gubernari prouidentia arbitrãtur: qui si in præsenti vita nõ opes, non sanitatẽ, non potentiam, nõ quicquam aliud: sed solã virtutem honum putarent, & nõ violentiam,neq; calũnias,neque alia quę habentur mala,sed sola animæ vitia,& peccatũ: existimarẽt præsentis vitæ mala,neutiquam talia dicerent, quę solet: neutiquã in tanto mœrore obambularent, neutiquã beatos pronũciarẽt eos quos miseros esse testari oportebat: & cõtrà,inter miseros minime recẽserent,qui beati sunt habendi. Nã homines beatos putare propter corpulentiã,præsepis dapsilitatẽ,somnumq;: quid aliud est,quàm

Roma.6.c. & 2.Thes. 2.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

G quòd & de brutis animalibus sentimus hanc vnicam illorum fœlicitatem? imò & in illis vitiosum fuerit. Sæpe enim asini & equi, otio pabuliq; abundantia perierunt. Quomodo igitur quod in irrationalibus animantibus, quorum fœlicitas in sagina corporis subsistit, nocuũ dicimus, id in hominibus, quorum honos à nobilitate animi censetur, virtutem ponemus? Cur non cœlum & angelos animarum nostrarũ cognatos reueremur? Cur nõ erubescimus spectantes natiuam corporis nostri effigiẽ? Mulcò enim aliter figurauit nos deus, quàm brutũ. Formam accepimus quã decebat, & quæ immortali rationali animæ ministraret. Cur enim deus brutis omnibus dedit oculos humum spectantes, tibi autem in arce capitis imposuit, nisi vt intelligeres: nihil illis cum cœlo cõmune, tibi verò à deo & à natura ab initio datam legẽ, qua superna potissimũ contempleris? Cur item corpus tibi rectũ fecit, illis verò demissum, deorsumq; vergẽs? An non eadem causa est, vt scires, nihil tibi cum terra cõmune, neq; te præsentibus addictũ esse debere? Quocirca ne ita nostram ingenuitatem prodam, in bestiarum ignauiam degenerãtes, vt ne & nobis dicatur: Homo cũ in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Nam fœlicitatem, diuitiis, deliciis, honoribus, cæterisq; præsentibus bonis metiri: non est hominum ad suam nobilitatem spectantium, sed eorum qui asini & equi facti sunt. Verũ absit, ne tales hic in loco sancto, spirituali; theatro ac pio conuentu adstent. Quandoquidẽ ideo in auditorium hoc quotidie cõuenimus, vt superfluis excrescentibúsque cogitationibus falce sermonũ resectis, fiamus arbores fructuosæ, quę afferãt fructus in regia horrea reponẽdos, domino scilicet & agricolæ animarum nostrarum gloriam, nobis verò vitam æternam. Quam vt assequamur, donet nobis sua misericordia Iesus Christus, cũ quo sit patri simul ac spiritui sancto gloria & imperium, gratia & honor in secula seculorum, Amen.

Psal.48.d H

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI *de prouidentia, uel fato, sermo secundus.*

Exod.21. & Leuit.20.b I

QVi maledixerit patri vel matri, morte intereat, inquit. Lex hæc in veteri testamento proposita est, cùm nondũ optimæ vitæ diligentia exigebatur: cũ adhuc religio introducebatur, cũ adhuc essent puerilia præcepta, lac, pædagogus, lucerna, figura, & vmbra. Quid igitur nos dicemus nunc, qui sub tãta gratia, in tanta rerũ veritate, in tanta scientia, quando nõ tantùm patri & matri, sed & ipsi omniũ deo maledicitur? Quibus illi excipiendi pœnis? Quod illis irrogandum supplicium tanto scelere dignum? Quis igneus illis fluuius, quis immortalis vermis, quæ externæ tenebræ, quæ vincula, quis stridor, quis fletus debentur? Omnia tormẽta & quæ sunt, & quæ futura, inferiora sunt quàm meretur anima sic malè affecta, inq; id flagitij deducta. Porrò cũ variis, diuersisq; modis blasphement, operæpretium fuerit, vt de ipsis hodie disseramus, ne vltro quis in quẽpiam illorum incidat: vel si incidit, siue amicus, siue inimicus, ne contemnatur. Neq; enim est peccatum aliud hoc grauius, neq; huic simile aliud. Quippe aggrauatio est peccatorum, & omnia confundit, intolerabileq; supplicium, & pœnam absq; venia meretur. Sunt itaq; nonnulli, qui deũ maledicũt, & fati inordinationem ac necessitatem cum diuinæ prouidentiæ sapientia astruunt. Quo morbo si laborarent infideles, qui ligna lapidẽa

colunt, haud mirũ esset. At non potest non esse acerbissimum, quòd illipsi qui ab hoc errore & seruitute liberati, quíq; tantam gratiã assecuti, vt agnouerint Christum verum illũ, & re ipsa deum, ad tempestatem & insaniã illam, quasi violẽto fluminis refluxu cogitationibus suis retrahuntur. Hoc profectò multis lachrymis, atq; lamẽtis dignum quòd hi qui sese Christum adorare profitẽtur, quíq; tantis sacramentis digni iudicati, quíq; ineffabilium dogmatum participes sunt facti, post tantũ honorem, quo eis diuino munere frui datum, post sapientiam illã nobis è cœlo ælatã, sponte temerèq; à libertate quam illis deus peperit, sese demittunt, & præcipitãt, atq; mancipant in durissimã seruitutem, dũ immanissimam quandam tyrannidem, quæ nusquã est effingũt & excogitant, exactaq; omni spe bona, etiã eorum quibus est ardentius virtutis studium, neruos excindere attentãt. Et sicut cũ hostium quispiam videt strenuos in prælio milites, qui animã pro patria exponere parati sunt, neq; potest illos alio quodã modo nocere, vt diuellat à fide & alacritate pro rege, aut reddat pauidos, aut dolis circũueniat, nouam qua noceat artẽ attentat, persuadẽs quòd incassum & frustra, & absq; omni fructu laborẽt: atque ita manus ipsorum, dissoluit, robur deiicit, feruorẽ extinguit, & ab omni studio belli amouet, hócque dolo exarmatos & nudos, in seruitutẽ & vincula abducit. Ita & diabolus fecit, videns gratia dei bonã orbis partẽ deridere Gentilium errores, magnóq; conatu, ac tota anima veræ pietatis habere rationem, per quã magnũ virtutis studiũ, & frequens vitiorũ contẽptus, non audet aggredi, & manifestè loqui: Desciscite à Christo, deridete illius dogmata, fabulæ sunt & seductiones, malus est & inhumatus, nõ audet inq. Scit enim quòd hac via magis illos à tyrannide sua auerteret, & grauius sibi conciliaret odium: propterea nõ recta via reprehẽdit, sed obliqua, & in circuitu ambulare solet, clãculò venena suorum dogmatũ inserens: ita quidem vt videatur fidei nõ obesse, tametsi præcipuã eius rationẽ reuellat, omniáque veritatis decreta simul disrũpat, & grauia contra deum crimina apud eos qui sibi credunt, effundat. Et in hunc vsum letale hoc, maximéq; præsens fati pharmacũ parauit, vt omnia quæ dixit, clàm inferat, vt iudicet vanã nostram fidẽ, sanámque spem, vt persuadeat hominib⁹ de deo malè sentire. Enimuero sicut ab initio Adæ imposuit, cũ deum calumniaretur inuidum esse, & fascinatorem: ita & nunc facit. Nã inhortaturus illos fermè sic dicebat: Nouit, inquit, deus, quòd aperiẽtur oculi vestri: nouit quòd eritis sicut dij: & inuidet, intuidensq; ab honore ampliori vos impedit, & volebat quidem ita intelligi verba sua, tametsi nõ ita loquebatur. At tu vide quãta malignitate subuertebat sententiã dei, dicens: Magna illorum bona fore, si deo nõ obediant: neque aperiri oculos, assimilari deo, scientiámq; nancisci perfectam: nec tamẽ adiiciebat interim, quòd malus esset, qui prohibuerat, ne scilicet deprehẽderetur dixisse, quasi hostis & inimicus. Vnde cõsiliarij potiꝰ ac curatoris personã induit, quò adhortationi suæ maiorẽ faceret fidẽ: id quod & factum est. Neque enim quicq̃ aliud verbis suis prætẽderat, quàm vt verba sua ita caperẽt: Deficite à deo conditore, quia inuidus est, & bona meliora vobis inuidit. Licèt autẽ hæc verba manifestè nõ posuerit, cauẽs ne fugerent, si qua fortè deprehendere tentu insidiæ: sed omissis his verbis, subdolo, pernicioso; consilio eos aggressus est. Sic & nunc nõ dixit apertè: Deficite à Christo, quasi diuina dogmata dãnabilia sint: sciretur enim mentiri. Proìde liquidũ est, quòd malignè ad vera cõniuet, & malignè

K

L

M

Gene.3.b

A ligne ea prætermittit: atque alia quadam via incautos inuadit, vt ab æterna hęreditate seiungat. Facitque perinde, ac si quis puerum ingenuum & liberum, simplicem tamẽ ac rudem: non manu quidem domo paterna eiiciat, incitet autem ad ea facienda, per quæ sine velit siue nolit, à paternis bonis extrudatur. Nam fieri nõ potest, vt qui fato intendit, cœlos obtineat: immo fieri nequit, vt gehennam & supplicium euadat. Imperat enim, vt omnibus persuadeantur planè contraria diuinis dogmatib⁹. Deus dicit, Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis: si non volueritis, neq; me audieritis, gladius vos deuorabit. Os enim domini locutum est hæc. Intellexisti quomodo deus loquatur, & quales ponit leges? audi quomodo & fatum loquatur, & quomodo cõtrarias ferat leges, discęq; quomodo illa à diuino spiritu, hæc autem à crudeli & maligno quodam dæmone sint dicta. Dixit deus: Si volueritis, & si non volueritis, dominos faciens nos virtutis & vitij: & hoc reliquit in nostro arbitrio. Ille autem quid dicit? Quicquid fatum decreuit, effugere nõ possumus, etiam si velimus, etiam si conemur. Deus dicit: Si volueritis, bona terræ comedetis. fatum dicit: Etiam si voluerimus, & datum nobis non fuerit, ad nihil fuerit vtile ipsum velle. Deus dicit: Si non volueritis attendere sermonibus meis, gladius vos deuorabit. fatum dicit: Etiam si non volumus, nobis autem datum fuerit, saluabimur omnino. An nõ ita fatũ loquitur? Quid igitur hac pugna manifestius? quid hoc bello apertius? quòd ita impudenter aduersus diuina eloquia deliguntur dæmones, scelerum magistri. Sed quid dico dæmones? etiam homines hoc agũt. Alteros igitur dæmones & Gentiles voco, quibus hæc persuadẽtur: id quod minimè mirum. At quòd vos diuinas salutaręsque institutiones vobis datas sic contemnitis, & ad absurdissimas illas, quæ manifestè animas perdunt aduolatis, hoc omnium tãdem molestissimũ est. Quid enim ad me, vt externos iudicem? Meus sermo ad vos tantum est, qui membra Christi, qui filij ecclesiæ qui eruditi in domo paterna, quibus concessæ disciplinæ cœlestes, qui tantis honoribus estis ornati. Propter vos fundo lachrymas & lamentor. Digna enim lachrymis res

Esa.1.e

B

C cum quis ita grauiter ruit, vt & venia sit indignus. Et dic, qua venia dignandi sunt, qui veriores, fideliorąq; putant dæmonum dicta quàm diuina, vbi dicente aliquid deo, contradicunt dæmones? Non agimus modò rationibus, sed dei sis testimoniis, quæ recepta ostendimus.

Ecclesiastici.15.d Deus dicit: Posui ante te vitam & mortem, ad quod volueris extende manum tuam. Dæmon dicit: Non est in te quòd extendas manum tuam, sed necessitate quadã, & vi id agis. Videntúrne tibi hæc fide digniora, & cũ non sit consiliarius alius medius: nam vel diabolus vel deus consulat: non expendis, quàm differunt consilia, & quòd alterum vtpote salutare ad virtutem prouocat: alterum verò planè diabolicum ad vitia inuitet? At non consideras quæ tibi deus, & quæ tibi diabolus fecit? Et quòd deus ita te dilexit, vt etiam vnigenitum suum pro te dederit, quo nihil patri erat charius: & te adhuc ita diligit, vt te vocet per Apostolos, omniáque pro salute tua faciat: dæmon verò ita te exosum habuit & habet, vt semper te impugnet, non solum cum boni aliquid datur, sed & ob ea quæ olim accepisti? Deus angelis te parem facere studuit: dæmon autem te ignobiliorem bestiis terram perambulantibus, persuasitq; vt ipsas adorares. Deus te ad regnum cœlorum, honoresq; alios trahit: dæmon autem & præsentem honorem inuidit, nec antea destitit, donec te eiicęret. Non internoscitis illi

D dogmata, quę Sole clariora, modò quis non sit stupidus? Nam sicut ea quæ dei, virtutem: ita quæ illius, manifestè vitia continent. Et si hæc intelligere nõ potestis, cur nõ ab aliis qui consulere possunt, quid nociuum, & quid salutare sit, discitis? Et quis nõ absurdum diceret, in negotiis aliis iudicio hoc nõ vti? Ecce si quis medicus est, potionemq; dat, accipienda est, nec curiosè inquirendum qualis sit, sed habẽda vti sanitati conducens. Sin veneficus est, vel magus, vel incantator qui illam dat: nõ modò non est curiosè quęrendum qualis sit, sed & mox fugiẽda, vtpote letifera & damnosa. apud deum verò hoc modo non vtendum? quanuis nec dici nec cogitari potest quanto plus distet inter deum ac medicum, quàm inter medicum ac veneficum. Quo pacto igitur nõ fuerit extrema absurditas, in aliis nihil curiosius exquirere, quàm vt differant qui cibos suppeditãt, proq; doctrina tota habere personarum qualitatẽ: in his verò quæ à deo dãtur, nolle tãta ratiocinatione & exploratiõe vti, & curiosius discere, hoc salutare est, illud perniciale? Nõ pluribus adhortor, ne brutis simus magis irrationales. Verum resiliamus, & aures colloquiis illis ne accõmodemus. Corrumpunt mores bonos colloquia praua: ma- E 1.Cor.15.d ximè autem vbi veniam non merentur decepti. Insuper videns regionem pestilentem & morbiferam, in ea cõuersari non vis, quantumuis multæ commoditates aliæ inuitent, sed omnibus salutem corporis maiorem facis: videns autem plenos nociuis sermonibus, ac contagiosos, qui non solùm corpus corrumpunt, sed & animam perdunt, deterioremq; ac viliorem faciunt, ab illis non resilis? Audi, inquit sapiens quidam vir, ne stes: resilias, » ne moreris. Timebat ille periculum etiam in breuissima conuersatione. Hæc autem dicimus, non quòd tam solida sint blasphemorum placita, sed vestræ infirmitati timemus. Nobis enim, gratia dei, argumenta illorũ araneis imbecilliora sunt. Et quanuis fide fundatis idẽtidem obstrepant, nihil tamen aliud lucrantur, quàm risum crebriorem, similes amentibus, & ratione destitutis. Porrò nos infirmitati vestræ timemus. Neque hæc aduersus omnes, sed aduersus eos tantùm, qui rei, dicta sint. Quandoquidem & Paulus Timotheum suum monet, vt vitet non solùm Gentilium studia, & verborum 1.Tim.6.a pugnas, sed & vocum nouitates. Breue est tempus vitæ F nostræ, breue viaticum salutis. Si tempus quantumuis breue, ideo cõcessum, vt vtile aliquid addiscamus, nosque ipsos ad superflua, fatua, & nociua impẽdimus, quãdo ergo ad necessaria & vtilia suppetet? Iam si tempus nobis dimensum esset multò maximum, totum tamen in vtilia insumendum foret: verum cum ita modicum sit & breue, an non extremæ dementiæ fuerit, etiã quãtumuis sit breue, in dogmata animam corrũpentia collocare? Quid opus tibi remedio? Caue plagã, nè ad curanda vulnera, quæ ab aliis tibi infliguntur, cogaris tempus impendere. Sanitatem à diuinis scripturis collige. Quòd si quis aliquid aliud dicens, te accesserit: obtura aures, confestim resili, ne moreris, etiamsi in regum sis conuentu, ne te illis permittas, ne consilij particeps sis, etiamsi non serió affirmetur, omnino periclitaberis, vel aurium communione, si aut aduersus deum aliquid dicitur, aut doctrina diuina reprehenditur. Quòd si non fugeris, nec odio habueris linguam blasphemam, nec obturaueris ora impiorum: quomodo liberè deum precari poteris, qui calumniatoribus communicas? Obsecro ne fiant talia. Attamen hæc non præsentibus dixerim, immo etiam præsentibus: non quòd sitis rei, sed vt curetis eos, quos hoc morbo laborare scitis, his aliisque verbis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

G verbis,vt malum hoc quod tam profundas radices egit, extirpetur. Fiat,oro, precibus sanctorum & amicorum: neque enim tantum nostra valent verba, quantum illi suæ intercessionis fiducia nos adiuuant. Fiat,oro, vt omnes nos, & quicunque ad ecclesiæ plenitudinem pertinemus,à talibus malis liberemur, intrepidiq; ante tribunal Christi statuamur, cui est gloria in secula seculorum,Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOstomi de prouidentia,uel fato,sermo tertius.

QVanquam etiam pridem de fato apud charitatem vestram disseruerim, nihil tamẽ vetat, quin & hodie de eodẽ argumento denuo verba faciam: non quòd id mali intantum inualuerit, sed quòd magna est desidia nostra,qua breui ex paruis graues oriuntur morbi. Sanè & cæcis perspicuum est, quòd fidelibus vt hoc malum effugiant,nec doctrina,nec rationibus opus sit. Nam sicut hi qui regiones nostrã inhabitant, legibusq; nostris gubernantur, & iisdem quibus nos regibus subsunt,persuadẽdi nõ sunt,ne vsum nobis Persicarum legum inuehant,sed prohibendi duntaxat. Ita & hæc se causa habet. Peccatorum enim aliqua orationem & instructiõem requirunt, vt magis vitentur: aliqua autem ita manifestaria sunt,vt solùm timore ac suppliciis phibere ea oporteat: veluti homicidia, adulteria,furta. Neq; enim reddẽda est ratio eur hæc prohibeantur. Neq; legislator ipse,cùm de his agit, doctrinam & rationem adiicit, qua doceat esse rem malam: siquidem antea rationi hoc natura præcepit, sed solùm prohibet,dicens: Ne occidas,ne stuprum facias. At cùm de viduarum contemptu,deq; inficiatione depositi nobis loquitur, rationem adiungit, Miserere viduæ,ait,& aduenæ. Nam & tu aduena fuisti in terra Aegypti. Sabbatum otiando,ait, honora: eius deinde & rationẽ subdit. A fato autem deterrere non est ex eorum numero quæ oratione indigent,sed quæ manifestaria sunt. Non minus quippe liquet improbum & prohibitum esse fatum credere,quàm mœchari & occidere. Quòd si quibus persuasum aliter,ne habeatis illis fidem. Quippe & homicidium perpetratur,licet vetitum sit legibus. Committuntur item rapinę & adulteria,licet legi aduersentur. Insuper sicut Græcorum legibus prohibitum est homicidium facere,ita & natiuitati credere manifestum. Nam si de adulterio accusatus,ante tribunal dicat, Non ego peccaui,sed coëgit me natiuitas. Volebam enim ego esse continens, at illa me ad flagitium incitauit & impulit. An non propter hoc ipsum grauiores de eo pœnæ sumendæ,quãdoquidem ita ridiculè se defendit? Putásne veniam illum consecuturum? Nequaquã. Dignus enim est in quem animaduertatur. Porrò si omnia fatali natura fiunt,& nõ arbitrio, nulla iãm reliqua erit excusatio: sin arbitrium natiuitate potentius, nihil coget natiuitas. Si fatum est,etiam si quis varia conetur, necesse tamen vt fati imperata faciat,frustraq; punitur,& iniustè veniam non assequitur. Esto autem, veniam obtineat, nemo tamen est qui illum audiat: fabulam enim narrare & delirare videbitur, adeò ab omnibus reprobatur. Aliâs ad excusationem sufficit, & crimen totum aboletur,si quando ab homine quis cogitur, & vim sibi fieri causari potest. Vnde multi principes iniustorũ homicidiorum accusati,pœnas dederunt. Carnifices autẽ ipsi ministri mortis,cædem manibus suis perpetrantes, à nemine ad tribunal sunt protracti, neq; cõtra eos inuocantur magistratus. Satisfaciunt enim pro illis necessitas,dignitas magistratus & timor subiectionis. Quare igitur si homini ignoscimus, qui ab alio eiusdem naturæ & generis homine cogitur, non ignoscimus etiam his qui fato sunt subditi? Dixerit aliquis fugiẽdum erat: sed tam ferreum, tamq; inexorabile est imperium fati, vt effugere possit nullus, siue in solitudinem, siue ad mare, siue quorsuncũq; concedatur. Et quo pacto nõ absurdum fuerit, quòd hi qui Barbarorum vi coguntur, multam veniam obtineant, ita vt nec apud magistratus accusentur: alij verò qui à longè violentiore potestate, vt dicunt, cumpelluntur, pœnas luant, nihilq; ad defensionem prosit eis necessitas? Verum, quis vnquam vel maleficorum in foro, vel famulorum in domibus, vel puerorum in scholis, prætexendo fatum, euasit supplicium? Quare igitur fatum inducũt, quod in nullo honore obseruant? quandoquidem fati nomine, eius necessitate pressis condonant nihil, sicq; reipsa declarãt nugari se, id quod & secum sentiunt. Præterea cùm grauiter deliquerint, non verentur aliis peccatis etiam hoc asscribere, quasi eo pœnam imminentem euasuri, quo grauiorẽ reddunt. Neque enim tam graue facinus est peccare, quàm post peccatum non pudere, & de propriis malis accusare deum. Immo id peccato quouis peius est, & nimirum diaboli opera curatur, quòd culpam omnem in deum referentes, non solùm ad bonum segnes, sed & ad malum propensi sumus. Quandoquidem tam animam, quàm linguam ad blasphemãdum incitat, vt defensionis prætextu deus incusetur, & eorum quæ ipsi facimus, crimen in eum qui non est author criminis, transscribatur. Et vtique in homines tale quiddam attentasse capitale foret. Qui enim innocentem calumniatur, ob audax facinus ipse plectitur. Ecce, quot mala dæmon constituit fati nomine, vt virtutem aboleat. Nam vbi persuasum fuerit animę quòd non vltro peccamus, etiã quę alacris fuerat ad ferendos pro virtute sudores, dissoluta tamen ac negligens fit. Enimuero vbi addiscit adulteros, homicidas, fures non esse dignos reprehensione, quasi è procliui loco decurrens, non quiescit donec & deum & diuinam prouidentiam calumnietur. Quo malo, dic sodes, quod aliud peius? Fugiamus igitur dilecti idololatriam, anc. Profectò mors est in hac olla, vnde quisquis vel pr[illegible]ũ corrupti dogmatis hauserit, cum mori necesse, nisi properè recurrat, puramq; recipiat sanitatem. Cæterùm ne inutiliter lugeamus post hanc vitam, quando hinc nobis emigrantibus pœnitentiæ tempus resecabitur: quotquot hoc morbo tenemur, nunc cùm adhuc licet, resipiscamus, nosq; ipsos recuperemus. Sin rectè valemus, operam demus, vt bona nostra valetudo diligenter cõseruetur, & aliis qui hoc morbo laborant, curatricem manum porrigamus. Nam si tantum obsequij & ministerij corporibus ægrotantibus exhibetur, quid nõ facere debemus, cum anima ipsa ægrotat? quid item non ferre debemus, quò reparemus fratrem qui membris nostris cognatus est, vnũq; corpus perficit ecclesiæ? cum? Omnia, precor, illius nomine faciamus, nihil nõ operemur, maximè canes lupos q; abigendo. Neque enim putare debemus sufficere nobis ea quæ ad salutem nostram tantum pertinent. Nam sicut dicitur: Si videbas furem, currebas cum eo, & cum adulteris ponebas portionem: sic & hic nobis dicetur, si videremus aliquem ex fratribus, blasphemis sermonibus & susurris alios furtim abducentem. Domus enim domini ecclesia est, in qua fideles vasa preciosa sunt. Si ergo videris externum aliquem, volentem surripere vas aliquod, licet ipse nihil surripias: periclitaturus tamen es, si contempseris

Exod.20.c Deut.5.b Exo.22.d & Zacha.7.c Exod.16.f

Psal.49.c

A tempseris venire & denunciare his quorum interest ea corrigere. Reus factus es animæ illius, videns furẽ perfodere murum, & non prohibens vel per te, vel per aliũ. Quod dico, non quòd simpliciter tibi immineat periculum, sed & vt securus fias, & non minus pro aliorum, quàm tua salute sollicitus sis. Sic enim promissis frui bonis poterimus, gratia domini nostri Iesu Christi, cui sit gloria in seculorum secula, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOstomi, de prouidentia, uel de fato, sermo quartus.

Philip.3.a

EAdem dicere, mihi quidem non molestũ, vobis autem & securum. Ita Paulus. Quòd si Paulo illi ad discipulos suos opus erat frequenti institutione: Paulo, inquam, qui singularem docẽdi gratiam à spiritu sancto sortitus erat, qui imperiosa authoritate percellebat aduersarios, qui omniũ morbis medebatur, qui ab omnibus ita audiebat, & colebatur quasi angelus qui de cœlo descendisset, immo quasi Christus ipse. Quòd si illi, inquam, opus erat subinde eadem repetere, quantò magis nobis qui nullius sumus momenti? Et profectò in rem vestram est de iisdem sæpius audire: & non solùm de iisdem, sed & eadem. Nemo igitur grauatim ferat, aut confusanea nos proferre arbitretur, quòd de eodem argumento eadem repetimus. Quãuis etsi confidere liceat, quòd ad vnum sermonem nostrum morbos animę omnes deponatis, sicut & summa de vobis spes nobis est: attamen cùm denuo de iisdem dicimus, fit vt solidior stabiliorq; vobis contingat incolumitas, & non facilè in eosdem, quos ægrè curauimus morbos iterum casuri sitis. Et cũ suspicer superesse adhuc aliquid reliquiarum huius mali auditoribus, necessaria fuerit, & congrua frequens de iisdẽ repetitio. Atq; hodie operæprecium vt dicamus, quóve modo id mali possimus effugere: & quo pacto euademus? Primùm piè precando, & confabulando cum deo, dein assuefaciendo nos sanctis cogitationibus. Certum est quòd si futura spectaris & præterita, deq; his rectam tuleris sententiam, hoc malum anima tua degustatura sit nunquam. Itaque cùm videris locupletari indignum quempiam, ne ideo dicas beatum, ne putes æmulatione dignum, ne diuinam prouidentiam reprehendas, & præsentia fortunæ subdita temerè ferri existimes, eo quòd indignus

Lucæ.16.e

C ille ditatur: sed memor esto Lazari & diuitis. & quomodo hic ad luxum fastigiumq; diuitiarum peruenerit, licet crudelis esset, & immitis atque inhumanus, canibúsque ipsis ferocior. Quandoquidem canes pauperis miserabantur, & eum curabant, etiam vlcera totius corporis lingua lambentes: diues verò ne micam quidem impartiebatur. Cogita ergo, quomodo diues tanta abundãtia potitus sit, pauper verò ille, qui reuera diues & abundans in extremam inciderit miseriam, ita vt ne cibum quidem necessarium haberet, perpetuumq; cum fame & morbo bellum gereret. Et pauperi quidem non erat, quantum postulabat necessitas, diues autẽ fruebatur plusibus quàm satis erat. Cæterùm non ægrè ferebat pauper, non dicebat verbum impium, non incusabat deum, non reprehendebat prouidentiam, non fato euẽtus adscribebat: non dicebat vel ad alium, vel ad seipsum: Ego cùm non admiserim singulare malum, tantam luo pœnam, extrema fero supplicia, tabesco fame, vexor morbo difficillimo, & parum abest quin omnem formã hominis amittam, atq; totus absumar. Ille verò locupletatur & deliciatur, alienis calamitatibus victitat, & infortuniis meis insultat. Et tam inhumanum & immiseri-

D cordem, tam crudelem & saxeum deus harũ opum fecit dominum: me verò qui ne minimo quidem verbulo exasperarim quẽquam, hisce laboribus permittit implicari? Vbi illa iusta dignaq; iudicia? Vbi illa pro nobis solicitudo ac prouidentia? Nihil talium dixit Lazarus. An non absurdum est, quòd cùm hi qui grauiter affligũtur, dominum in omnibus benedicunt: tu verò qui extra agonem constitutus es, inde blasphemas deum, vnde alij gratias ipsi habent? Item cùm is qui valde affligitur, si verbum aliquod asperũ & dolens proloquitur, venia indignus est, tametsi non tantùm quantùm alius: qua venia dignus erit fœlix, nullamq; miseriam expertus? non propter se, sed propter alium animam perdet: inde blasphemat deum, vnde aliùs gratias agit, & semper à laudibus non deficit. Quando igitur videris iustũ affligi, recordare huius exẽpli. Neq; enim proferre mihi poteris aliquem isto iustiorem: id quod tam patientia quàm præmiis eius declaratum, siquidem primum locũ sortitus est, & cum Abraham colitur. Neque alium proferes, qui maiora sit passus, quíve sic despectus. Quid enim dices, cùm neq; deciduæ micæ illi sint datæ? Quum igitur vides insignitam malitiam, quid nam crudelius diuite, pauperem in tanta calamitate non agnoscente, E & prætercurrente? Et quid abundantius mensa illa, vestitu, deliciis, & prosperitate? Et contrà, cùm vides excellentem iustitiam, quid enim anima hac, qui talia patiebatur, exremamq; miseriam tam viriliter ferebat, deo gratius? aut est aliquid miserius fame & incurabili hoc morbo? Qualem tibi dabo veniam, si in aliis offenderis? An res humanæ intra vitam præsentem omnino conclusæ sunt? expecta finem, & videbis quid vniuscuiusque vita meruerit. Ne ante brabia & coronas tumultueris. Cùm videris vtrunq; ante tribunal accipere sententiam, tunc & ipse tuum de vno quoq; iudicium affer. Quot nunc latrones vias obsident, quot fures parietes perfodiunt, quot testamẽta morientium rumpunt, quot alienis coniugiis insidiantur, quot venenis mortiferis multos perdũnt, num propter hos obloqueris iudici? Nequaquam: sed si sententiam ferendo, malè ab alio affectum puniret, & malè facientem honoraret atq; absolueret, tunc nota, mahsq; extremis dignus esset. Cùm verò nondum iudici sunt oblati, neque ferendæ sententiæ tempus adest, & nondum iudex rationes exquirit, tũne præueniendo condemnabis? At oportebat, dicis, etiam F hic peccatoribus irrogari pœnas. Homo ingredere in conscientiam tuam, & cogita vt tu ipse hactenus vixeris, mutabisq;, opinor, sententiam, & cancellato suffragio tuo, deum ob longanimitatem suam misericordem prædicabis. Nam si à quouis iuxta peccata sua hic esset sumenda pœna, non duraret vsque ad nostra secula genus humanum. Quis enim gloriabitur se habere purũ Prouc.20.b cor? aut quis confidet se mũdum à peccato? Quòd si de longanimitate dei doles, cogita diligenter quę etiam tu peccaueris, discesq; quanta suæ patientiæ gratia, proculdubio suam in tolerandis malis mansuetudinem admiraberis. Turbaris, mœres, & luctu comples omnia, quòd indignè locupletetur ille, & maiori cura foueatur. Verũ non audis Psaltem dicentem: Ne timeas, si ditatus fuerit homo: quia cùm morietur, ipse non sumet omnia, Psal.48.d neq; descendet cum ipso gloria sua. Non audis prophetam clamantem voce magna: Omnis caro fœnum, & Isa.40.b omnis gloria hominis sicut flos fœni? Non vides etiam rerum euentus prophetarum testimoniis adstipulari? Non vides eos respondere his quæ dicta sunt? Nam cũ moriuntur, non accipiunt omnia. Audi & Iob qui idem dicit:

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iob.1.d
1.Tim.6.b

dicit:Nudus exiui de vētre matris,nudus & abibo. quia cùm moritur,non sumit ille omnia secum.Audi & Paulum,qui & ipse eadem sapienter disputat: Nihil attulimus in hunc mundum,manifestum est quòd nec efferre quid possumus.Et tu beatum dicis hominem, qui nihil auferre potest illuc ex iis,quæ in die iudicij patrocinari deberent?Estne alia,dic oro,maior miseria ac ꝯrūnositas excellentior, quàm quòd hinc miserrimus omnium decedit,qui in multo luxu ac deliciis vixit? An si quem in foro vides luxu,deliciis, & alieno gaudentem honore, parasitisq; & adulatoribus multis stipatum: & qui cùm in domum suam redit, nihil horum habere potest,sed nudus est & ignominiosus,& quouis mendicimonio vilior & indigentior: tu illum æmulandum putas,& non magis miserabilem,miserumq; asseris?Idem & de diuitibus senti. At sunt nonnulli , quia incidimus in hos philosophicos sermones, qui pinde ac sues & hirci,gulæ ventriq; dediti,præsentibusq; tantùm rebus seruientes , nihil futurum putant postquā hinc decesserint:sunt & alij,qui futura quidem aliqua credunt,futuris tamen præsentia præponunt. Illis quidem qui nihil post vitam hanc esse , animāq; nostram extingui putāt, nullam reddendam rationem censemus: fortè etiā ridiculum,si contradicatur vtpote insanientibus & mente destitutis . Neque enim si quis in meridie esse diem addubitet,ac de confessis ab omnibus hæsitet, eū oportet sermonibꝰ multis admonere , & ad dogma illud attrahere. Verumetiam ad illum,propter charitatem vestram,quantùm gratia dei dederit,loquemur.Quid dicis homo,nihil post hāc vitam esse putas? hoc enim dicere cogeris. Quo pacto? Sic: nam qui semel à veritate subuersus est , à diabolo semper in deteriora dogmata intruditur.Ecce persuasit sobrietatem, vel mansuetudinem,vel aliam virtutem negligendam, fecit longè deterioris vitæ,& impurioris conscientiæ homines:deinde quærunt , quomodo peccatorum retributio in alias transcribatur: oportebat sanè à peccato cauere, id quod non fecerūt,sed malum illud de fato dogma,quod malis infinitis refertum finxerunt : deinde cùm hoc iterū arguimus,& coguntur etiam fateri nihil esse prescientia, subuertunt & futurum,& tollunt quod de resurrectione dicimus.Vbi autem & in eo redarguuntur,in aliud dogma maioris impietatis prolabuntur. Veruntamē nunc quod in manibus est,refutemꝰ.Nihilne est ô homo post hanc vitam? Ad hæc dogmata respondē,& ne elabere. In hunc modum delirauerūt Gentiles,veris tamen doctrinis nō restiterunt.Quòd si & illos sequi libet,en admiserunt post hanc vitam correctiones, futuraq; in inferno iudicia & accusationes, pœnas & præmia, suffragia & sententias.Sic si & Iudæos & hæreticos, & cuiuscunq; alterius sectæ homines rogaueris,erubescēt,tam certam habentes huius dogmatis veritatem. Nam licet in aliis inter se dissideant, in hoc tamen omnes cōcordes sunt,quòd dicunt alibi esse supplicia eorum quę hic perpetrātur. Verùm à nullo istorum persuaderi vis, tuo errori impudēter innixus . Igitur propter eos qui adhuc sobrij,necessariū de his mouere sermones. Si enim confitentur post hanc vitam futurum nihil,necessariò confitebuntur neq; deum esse . Vides sicut dixi, semper posteriora dogmata in quæ incidunt peiora esse primis.Si nihil est post hāc vitam,neq; deus erit. Nam si deus est, iustus est: si iustus est,iuxta merita vnicuique distribuit. Si autem nihil est post hanc vitam , vbinam accipient singuli pro suis meritis? Aduerte item quòd multi,sicut paulò antea ipsimet testati sunt , hic bene habent , & in honore habentur,licet mali:alij autem affliguntur,licet iustè viuant.Si igitur posthac nihil est,emigrabunt iusti affecti iniuria,& iniusti immerito fœlicitate potiti. Vbi manebit ergo iustitia? necesse igitur etiam esse tempus aliquod,quo vnicuique vt meretur distribuitur.Nā hoc hic non inuenimus.Aut si tempus non est,quomodo vnusquisq; accipiet merita? quòd si merita nemo accipiet,neque deus est secundum te iustus . Si autem non est iustus deus,neque deus est. Vertatur blasphemia in eorum caput,qui nos ad hæc dicenda adigunt. Mirum,in quantam blasphemiam sermo excurrit . Atqui deū esse creaturę clamitant.Igitur & iustus est,quòd si iustus tribuit vnicuique quod iustum: si autem vnicuiq; quod iustum est tribuit,necesse est post hanc vitam futurū tempus , in quo singuli iuxta merita accipient: & irrogetur aliis pœna,& detur aliis honor pro rebꝰ bene gestis.Respiscamꝰ dilecti quotquot deum ignoramus.Respiscamus,vigilemus: peccasti, ne adiicias vltra: peccasti, ne secundò impliceris peccato . Nos autem ternis quaternisve vinculis ligati sumus,si dictorum dogmatum pōdera in animas nostras inseruerimus. Peccasti, agnosce dominum misericordem, humanū, benignum, medicum,propitium,facilem,exorabilem.Non audisti,quòd quidam decem millia talenta debens, omnem facultatem domini decoxerat, paratus tamen existens & mulierem,& pueros dare:& quia solùm plorauit,solosq; pedes domini attigit, totius debiti illius remissionem inuenit.Si autem dicis,quòd postea ipsum tortoribus tradiderit,sciunt qui historiam tenent, quòd alterius mihi misericordiæ argumentum narras . Nam & tunc misericorditer ipsum dimisit , & rursum misericorditer in vincula coniecit,idem faciens alterum iuuando , quod fecerat illum dimittendo: simulq; istum erudiit, ne esset crudelis & inhumanus,& illum à vi & immisericordia liberauit. Videte dilecti (bene enim dū hæc loquor, in mentem mihi venit,)non sola auaritia & rapina,sed & immisericordia in gehennam nos ducit . Ille enim, non quia aliena iniustè rapuit , sed quia sua immisericorditer repetiit, traditus est tortoribus. Dictum enim quòd debebat,quāuis debebat & ille. Debes autem & tu debitū.Eadem in vtroque iustitia seruanda erat.Ob hoc tibi dimissum est, vt beneuolentia sua tibi ꝯstraretur, tuq; dominicæ benignitatis fieres imitator . Verùm , cū tu rebus bene succedentibus,nihilo melior efficeris,alia te via corrigit, pœnis videlicet & vltionibus: ita tamē, vt & hoc beneficij genus sit.Tradidit tortoribus,vt eximeret ab anima malitiam, exemplū optimi medici secutus,qui ferro & igni opus habet,si nihil leni remedio proficit.Sciebat quidem cùm dimitteret ei decem millia,quòd crudelis esset ac inhumanus: sed pœnas distulit,expectans euentum rei: id quod sæpe facit.Vbi enim de facto constiterit,& tibi rationem reddiderit rei quā facturus est,facit quod vult.Sicut Sodomitarum ciuitates deuastaturus,nō ita simpliciter in eos ignem demisit: sed quid agit? Auditur Sodomorum & Gomorrhæorum clamor,& nihil adhuc agitur. Descendit vt videat , neque sic subsistit: sed mittit angelos,qui tibi ostendant malitiam inhabitantium ciuitatem: quò nulla relinquatur occasio blasphemandi deum , etiam impudentibus: sed manifestetur quòd iustè deleantur tam inhospitales,tam inhumani, tam prauaricatores, tam ignari iustitiæ, tam euersores communis legum naturæ, tam pleni omni malo . Quid tā benigno misericordiq; deo æquale ? Nos vindicaturi , sæpe dedignamur rationem reddere : ipse autem nisi prius te docuerit , nisi prius te admonuerit,

Mat.18.c

Gene.18.c

admonuerit , nisi rationē à te acceperit , vt iustè pœnā irroget, non animaduertit in eos qui iam olim meruerant pœnas,paratusvbiq; rationem reddere,& nō dedignatur iudicari . Vbiq; prophetæ eiusmodi sermonibus pleni sunt, vbique iudicia dei cum hominibus audiuntur.Sæpe ipsi qui iniustè egerant,ad iudicium vocantur, sæpe etiam ad manifestandam iudiciorum euidentiam creaturas confidere facit:neque ipsum aduersariū, neq; creaturas insensatas in iudicio audire refugit deus : qui mos noster est , cùm maximè iustas nostras esse causas confidimus.Audite valles & fundamenta terræ,quia iudicium domino.& iterum:Audi cœlum,& auribus percipe terra , quia dominus locutus est . Sæpe autem illos ipsos citat: Populе meus quid feci tibi , vel in quo iniuria te affeci?Et Hieremias. Quid inuenerunt in me patres vestri negligentiæ? Neque solùm ita agit cum ciuitatibus & gentibus , sed & cum priuatis quibusdam hominibus . Cum Dauide per prophetam disceptat. Ionæ qui Niniuitis prædicare renuerat,per coloquintidas respondet:Si tu parcis propter coloquintidas,ego nō parcam propter Niniuen. Plenas inuenies talibus scripturas.Hæc igitur scientes, ipsum adoremus, ipsum admiremur,ipsi seruiamus quantum possibile est:nam quantum dignum est,non est possibile. Ita diligēter hanc vitam instituentes,ne dubitemus deum constituisse & gubernare omnia sua prouidentia . Vt & tandem hinc emigrantes , promissa bona percipiamus: quorum nos compotes faciat gratia sua Iesus Christus , cui sit gloria in secula seculorum,Amen.

Mich.6.a
Esa.1.a
Mich.6.a
Hiere.2.a
1.Reg.7.a
Ionæ.4.d

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI DE PROVIDENTIA, VEL FATO, SERMO QVINTVS.

NVllum tam malum dogma est dilecti,nullum tam incurabili putredine plenū, vt illud quod de fato & natiuitatibus.Vbi enim blasphema, impia & pestifera hæc opinio deceptis pectoribus insita fuerit,persuadet vt talia de deo dicantur, quæ nec de dæmonibus oportebat: confunditur tota vita , turbisq; ac motibus complentur omnia,subuertuntur, dissoluūtur, & superuacua ostenduntur omnia,quæ vel à deo,vel à natura,vel à prophetis ad emendandos & instituēdos q; mores inuecta sunt.Fitq; perinde,sicut cùm æger corpore medicina indigens, persuadet medicis pharmaca parantibus,non esse sibi illis opus: ita vt nec morbo liberetur,sed expectet sibi per ignauiam,socordiámque miserabilissimum interitum. An nō ita loquitur fatū? Nemo vtilia admoneat,nemo admonentes audiat.Frustra sunt leges & iudices , frustra disciplinæ & admonitiones,frustra supplicij timor , frustra dignitates & honores,& præmia bona operantibus constituta. Neque si laboraueris,proderit: neque si neglexeris,oberit. Pueri ne in ludum eant,viri ne leges audiant, ne consilia auscultent: quid afferre poterit labor? Sicut nauis remigio carens,nautisq; & gubernatoribus destituta,ingruente tempestate: sic relicto cogitationis emplustri mens feratur. Vellēsne,dic quæso,hoc nobis persuaderi : nihilq; quod ad hāc vitam spectat nos operari , vt taceamus interim de his quæ ad animam spectant , & de præsenti corporali tantùm vita loquamur? Concedamus ea quæ nobis fatum disseruit. Itaque neque delinquētes famulos corripiemus , neque corruptos & intemperantiæ deditos admonebimus,neque ad tribunal trahemus iniustè agētes,& nullas omnino leges audiemus. Vellem hoc aliquantisper fieri,& reipsa damnosam ac pestilentem illam malorum magistram spectari.Nam si omnino nec esse est fieri,vt fatum fert,siue nos dormiamus,siue laboremus: igitur agricola neque boues iungat , neque aratrum trahat,neq; sulcos secet , neque semina spargat, neque anni partem studiose obseruet, neque ferat gelu, neque imbres,neque alias anni molestias: ne acuat falces,ne demetat fruges,ne terat aristas,ne plantet,ne curet plantas, omnem simul agriculturæ rationē abiiciat, domi sedeat,omni tempore dormiat: omnia enim quę à fato decreta sunt,vltronea in domum aduolabūt . Sin Parcæ fusum in contraria verterint , etiam quanuis laboretur,laborum,sudorúmq; nullus erit fructus. Quare igitur non eadem & vos admonetis: siquidem verè fatum creditis,quare nō admonetis, & probatis reipsa fati bona? Vis mihi ostendere quid fatum possit , tolle agricolationem,aufer nauigationem,reiice sellularia illa opificia,nullus sit faber lignarius & ædificans, nullus chalcotypus,nullus textor, neque alius quis vitæ nostræ vtilis artifex : & bene videbis quæ sint opera fati , bēne sentiēs,bene intelliges illius immutabilitatem. Et quid dico artes quibus opus habet vita nostra ? Sint opificia, neque vllum sustuleris:sed omnibus in suo ordine manentibus,vnusquisq; pro se solicitus sit nihil, nullus donus suæ curam gerat,sed fato permittat sua omnia gubernare,scietq; vtilitatem eius cùm vrgebitur & torquebitur,vt pendat tributa & census: & cùm soluendo non est,confugiat ad fati patrocinium,&nemo eum audiat. Quandiu pueri sumus sensibus ? quousq; pergimus delirando? quandiu non agnoscimus communem dominum? Si bonos & improbos facit fatum , quare erudis puerum? quare admones?Frustra enim & incassum sunt omnia.Si diuites & pauperes facit fatum , ne mittas eū in scholas , ne relinquas ei opes, ne aliquid eorū facias, per quæ crescunt opes:sed permitte ipsum fato.Sat scio, non permittes . En quomodo in minoribus nulla eius potentia creditur,& quomodo illi in maioribus credes? Nam si fatum iure est,sine vt puer malis conuiuat , & à corruptis corrumpatur . Omnino si fatum illi aliquid decreuerit, ac statuerint Parcæ, ipsum tibi proderit: siquidem fatum ita constanter asseueras.Quid ergo tibi, alteriq; facis negotium ? Et quid de pueris loquor, cùm id nec in seruis tuis obseruas? nam eis minaris,eos terres,& modis omnibus anxius es,vt boni fiant, nihil fidens natiuitati.Aut quare castigas malum,cum peccatū non tam illius,quàm natiuitatis sit?Aut quare laudas vt bonus euadat,cum bonum opus non illius , sed natiuitatis sit? immo neque bonus , neque malus erit aliquis. Qui enim iuxta te nihil à seipso facit,sed aliunde vrgēte necessitate : is neque bonus neq; malus erit.Aut quare laudamus viros vel vituperamus? quare malè vel bene precamur aliis? Vides in quantam absurditatem nos impellit sermo fati? Nullus est continens,nullus est incontinens:nullus auarus,nullus iustus.Et medio tollitur virtus & vitium , frustraq; in hanc vitam peruenimus: immo non frustra,sed magno nostro malo. Et quomodo non absurdum, in tātum malum per natiuitatis necessitatem cogi , & iterum violentia eiusdem extrema supplicia ferre ? Miseranda res, misera res.Exosi sumus & plectimur.Aut,non honore & supplicio dignior, qui iniuria afficitur, & vim patitur : nobis autem & iniuria fit,& pœnam sustinemus. Quid hoc irrationabilius cogitari posset,vt ab iisdē,suppliciis tradamur,à quibꝰ male affecti in malum intrusi sumus?Fecit homicidam fatum,& nunc animam petit , eo quòd sibi obeditum sit. Quid hoc dogmate damnosius ? Quasi si quis aliquem vt præcipitet in profundum,& postea ea de causa illum puniat:

A B C D E F

Universidad de Deusto
Biblioteca

G puniat: vel quasi quis reginæ barbarę traditus vt cædatur,innumerisq; malis afficiatur,ideo puniatur, quia seruituti & captiuitati fuerit addictus. An posset aliquid vel absurdius,vel miserius, quàm hæc,si ita se haberent? Et ignoscunt hostes hostibus,quando aliquid,quantūuis graue,fecerint inuiti & coacti: fatū autem veniam dare nescit obedientibus,ac per omnia auscultātibus, immo coactis,& propterea ad supplicia postulat,ad quę facienda paulò ante cogebat.Quæ spinositas,quis labyrinthus, quæ tempestas tantam confusionem inuitari possit?Non sufficit mihi vnica illa offensio, quòd cum nihil peccarim,in malum intrudor: & alius qui nihil boni egit,bonus euadit,& honore fruitur? Non sufficit illa offensio, quòd absque causa me malum & illum bonum fecit, nisi & aliam adiiceret? Et vtinam vel hominū in iudicādo æquitatē fatum fuisset imitatū. Nam homines māsuetudine & iustitia sua inter volūtaria & inuolūtaria diiudicant: hoc verò humana dispēsando,omnia cōfundit verè malus quidā dæmon & grinnys. Iam ā non est deus qui hæc curet, alia quædam esse ratio cōuincetur.Neq; enim possibile est in tanta ordinatione deesse prouidentiam.Et si non est deus, quomodo hæc omnia
H constitere? si autem est, quomodo ab eo despiciuntur, quæ ab ipso sunt condita?Vide impiam & portentosam blasphemiam, Si verò ab eo hæc condita non sunt, despicit autem quæ fiunt, reditur in similem priori blasphemiam. Vides vt vndequaq; constringatur diabolus, homines in id blasphemiæ aduersus deum impellens? Persuadere vult, fatum regere: & tu putas esse certam doctrinam?Ne accuses mulierem adulteram,ne irascaris,nec ad iudicis tribunal trahas adulterum. Si videris furem parietes perfodientem, ne apprehendas eum,ne exposcas pœnam: siquidem hoc non vltro fecit,vt tu dicis.Neglige igitur tua omnia,quia si à fato decreta sunt, omnino succedent.Abiice quicquid habes auri,ne cura domum,seruos,forum: nihil inde nocumenti erit otioso fato.Verùm,nihil horum feres, atq; ita opere ipso cōdemnas decreta fati. Cur ergo, quod in omnibus damnas, prætexis ad expurganda peccata? Manifestum est errorem hunc, non aliunde quàm ab ignauia introductum, vt pij conatus & labores virtutum tollantur. Ecce si natiuitas vel fatum est, iudicium non est: si natiuitas est, fides non est: si natiuitas est,deus non est: si
I natiuitas est, omnia frustra, omnia temerè & facimus & toleramus.Non est laus, non est conuicium: non est pudor,non est confusio: non sunt leges, non sunt iudicia. Sed dicit, Vnde igitur quòd ille locupletatur, alius fit pauper? Oportet eorum, quorum rationes scire non possumus, ignorantes manere, & non malo errori adhærere.Satius enim ignorare bene,quàm scire malè.Nā vt illud reprehensione caret, ita hoc veniā nō meretur. Verùm etiam idipsum aliquo modo nobis, dei gratia manifestū,quare ille diues,& alius pauper. Diues enim est vel ex patrimonio, vel negotiatione, vel arte institoria,vel rapina,vel violentia,vel fœlicibus nuptiis,vel agricultura,vel opificio,vel aliquo alio tali modo: nam multi sunt ditescendi modi iusti, ac iniusti. Sic & pauperem fieri contingit vel violentia, vel calumnia, vel auarorum fraudibus,vel luxu & crapula,vel ignauia,vel stultitia, vel aliquo alio modo: nam & hi modi multi sunt. Ille cum autem dicit: Quare ille,cum scorta pascat, & parasitos,& adulatores,inuadatq; res alienas,ac viuat dissolutè & lubricè: possidet tamē diuitias,quasi ex fontibus affluentes.Alius verò,licet piè,mansuetè,sobriè, iusteq; viuat, victu tamen necessario caret. Et bonus ille laboriosam virtutis viam deligit:malus autem sceleratam vitiorum viam incedit: & quare igitur malus ille diues est,& bonus pauper? Causa est,vt dum hic pauper fortis est,ac patiēs,maiorem mercedem accipiat: diues autem malus,maius supplicium,nisi mutatus melior euadat, & dominum suum agnoscat. Nam dilationes à deo concessæ, perseuerantes in malitia magis grauant, editq; eis in maiorem condemnationem maior prosperitas: sicut & bonis afflictio & angustiæ coronarum augmentum sunt, etiamsi nonnunquam lapsi fuerint. Habet enim & modum suum veniæ donatio, nec simpliciter & indiscretè peccata iudicātur,sed aliter diues, & aliter pauper. Diues absq; venia, pauper cum venia. Exempli gratia: Sit fur & ambitiosus, diues & pauper. Pauper enim,licet frigidam,tamen aliquam excusationem habet,scilicet paupertatis necessitatem: diues verò nullam,quæ fide digna sit. Atque sicut pauper in hac vita inferior est, tantò in futura bonis operibus abundabit: contrà verò,diues hic superior, alibi ob peccata inferior erit.Nemo ergo putet iniustè agi cum pauperib⁹, & diuites plus habere. Nam quotquot hic affliguntur, vel omnino resipiscunt, vel minora alibi pendent supplicia: quandoquidem hic afflicti fuerunt. Qui verò fœliciter hic agunt, & in honore, manentq; mali: his honor pœnarum erit fomentum. Vide enim quomodo vbique deus præsentes honores malis exprobrat: Dedi tibi omnia domini tui.& iterum, Sacerdotibus Eli,honorem.Et alibi,Dedi ex adulescentibus vestris prophetas,& ex filiis vestris in sanctificationem. Et ea quæ de eremo vbique inculcat: tu verò cum vides diuitem iniustè viuere,studere auaritiæ,rapere,habes cur ipsum deplores: quandoquidem in diuitiis hoc agit. Cum verò vides pauperem,cui iustitiæ cura est: habes quod in eo admireris, eo quòd in inopia talis sit. Hæc si tecum rectè expenderis, nunquam de rerū euentibus valde moueberis. Si ad futura respicis, & præsentia nihili existimas: si illa semper speras, & ab his te semper abducis, fiet vt bona omnia consequaris,gratia Christi,Amen.

HOMILIA DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI IN DICTVM PAVLI APOSTOLI AD CORINTHIOS, CVM AVTEM SVBIECTA FVERINT ILLI OMNIA, TVNC & FILIVS IPSE SVBIICIETVR EI, QVI SVB, &c. ITEM DE MVNDATIONE LEPROSI, DE MYSTERIO TERNARII, & CORNV OLEI.

1.Cor.15.d

M IN hesterno fratres,quem de æterno Christi regno habuimꝰ sermone, & nos omnes dicendi neruos intendimus,& his qui auscultarūt, iusta sufficiensq; obtigit enarratio. Iusta inquā, nō si dignitas rei prædicandæ,sed si meæ prædicātis vires spectentur.Neq; enim vel in cœlis, vel in terris aliquid tale,quod laudatissimam vnigeniti dignitatē, meritis laudibus efferre potest.Multa sanè de domini theophania prædixerunt prophetæ,multa decreuit lex,multa prædicarunt Apostoli,multa promulgauerunt euangelistæ, & adhuc dignitatem illam nē vnus quidem assequi potuit.Quòd si tanta spiritussancti flumina, perpetuis limphis q; amnibus manātia, omnes humanas vires insumpserint,& nihil quod par sit, ac dignum virtute diuina eructarunt:vbi nam tenuissima sermonis gutta comparebit, cum talis ac tanta sermonis eminentia proponitur? Qui posset mortalis lingua immortalem naturam dignis præconiis celebrare? Profectò non capit humana ratio,vt sermo ille per quem mūdus est factus,

A ctus,quantùm addecet,prædicetur. Quid igitur?Prædicamus, quantùm possumus, quandoquidem non possumus,quantùm debemus.Quippe in aliis quidem certaminibus laureas referunt,qui victores redeunt:at in disputationibus de rebus diuinis, solis illis debetur corona,qui se rei magnitudine victos ingenuè fatentur.Itaq; vincamur dicentes,ne condemnemur silentes.Nihilominus cum sint,qui dicant,Demonstratum est regnum Christi nullo fine consummari, & quod tradit regnum deo & patri,hoc est orbem: in quo cum regnauit olim peccatum,postea idem à gratia regi cœpit.Adhuc nihil inuestigatum est de eo,quòd quando subiecta fuerint illi omnia,tunc & filius ipse subiicietur patri,à quo subiecta sunt illi omnia.Operæpreciū igitur fuerit, vt de hoc quoque pro nostra virili aliquid afferamus in medium, ne scilicet imprudentibus silentio nostro ruinæ alicuius simus authores. Vellem itaque fratres constare vobis omnibus, quòd præter nostram voluntatem id prætermissum fuit. Nam cùm cætera iuxta ordinem, & vt sermo postulabat,traderentur: arbitrabamur,ex his quę
B iam tenebatis,declarari etiam id quod omittebatur.Nā vnus scopus,eademq; ratio,soluit quæ dicta, & manifestat intermissa. Enimuero iuxta dispensationem dicta sunt hęc ab Apostolo.Et quemadmodum illi cùm dicitur,tradit regnum deo & patri, non respondet virtuti, quanta prædicari potuit: sed leuiter & in superficie res agitur,quo consulatur imbecillitati eorum, qui deorum multitudinem inuectū iri suspicari possent:Lacte enim vos potaui,ait,nō cibo: sic & nunc, simili sermone hoc dicit. Siquidem generalis scopus apud Apostolum est, quòd nunquam inducit diuinam naturam seditionem aduersus seipsam excitantem,aut filium patri obluctantem,iuxta impiam Iudæorum suspicionem.Dicebant enim:Non est ille à deo,qđia sabbatum nō obseruat. Itaq; vnicam introducit naturam seditionis prorsus expertem,vnam concordiam,vnum sermonem,vnamvolūtatem,vnam potestatem,vnum deum in omnibus, nēpe vt erroris eorum, qui multos deos statuunt, excideret germina.Declarauimus enim, vt memores sunt auditores studiosi, quòd idem sermo,qui patris dignitatē
C adstruit, is verbis & syllabis iisdem Christi quoque dignitatem prædicat. Et sicut ibi dixit, vt sit deus omnia in omnibus,sic & de vnigenito ait,sed omnia in omnibus Christus.Igitur quid sibi nūc vult,quod ait, subiicietur? Pharmacum inquam hic parat gentilium morbo. Non statuit dogma ecclesiasticum, sed paganorum suspicionem refutat. Quòd si absolutè hoc sermone fuerit vtendum,dicit eam, quæ per ecclesiam fit, obedientiam ac subiectionem esse Christi.Quando enim ecclesia, nihil spuriū adulterinúmve habet, sed syncerā germanamq; eo mentem offert, ac si subiecerit: tunc illi germanè subiicietur. Eapropter coactius verbum locutus est, & quod non facilè incircunspectior aliquis accipiat. Proinde hic disce. Quæcunque eiusmodi dicta Christo tribuuntur, ea ad ecclesiam Christi pertinent. Cuius rei testem ipsummet dominum ecclesiæ producam: sed paulò altius rem repetamus, quò perspectiora sint,quæ dicuntur. Quandiu in mundo hoc erat secundum carnem Christus,pro salute mūdi, humanam implens dispēsationem,persequebantur eum Iudæi, & ab inimicis veritatis infestabatur saluator orbis. Et ij qui beneficiis quotidianis fruebantur,erga fontem beneficiorum erant ingrati. Vbi autem omnem humanā adimpleuit dispensationem per passionem, in cœlestes cōcessit choros: & corpore quidem translatus est,veritate autem ipsa adimplet omnia. Corpus item quod induerat,in excelsa receptum, à dextra magnitudinis in sublimibus collocauit,non quasi extraneam, ac peregrinam quandam accepturus dignitatem, sed vt corpus, quod antea mortale erat hac tanta gloria circumamiciret. Verùm post assumptam carnem, post cōsummatas passiones,post resurrectionem illam celeberrimam, postq; illam in cœlos translationem,cum ab omni exercitu adoraretur,etiam eorum qui super cœlos sunt: circunstiparetur item omnium angelicorum ordinum agminibus,& iam non esset in eorum numero, qui affligebantur,persecutionibusq; infestabantur,vbi Paulum furibūdum vidit aduersus ecclesiam,& aduersus sanctos furoris sui venenum effundere, inquit ad eum is,qui passionibus vltrà non erat obnoxius, sed in tam admirabili honore,dignaq; gloria versabatur:Saule Saule quare me persequeris?Et planè non te persequor,qui tuam in cœlis habes sedem.Quid me persequeris? proprias tibi facit ecclesiæ passiones.Saul Saul,quid me persequeris? Vides quòd persecutio ecclesię Christo adscribitur,qui ecclesiæ caput est? Sicut igitur cum ecclesia fert persecutionem,Christus eam se ferre dicit: ita & nunc Paulus, cum ecclesia subditur,dicit Christum subiici. Argumētum item aliud huius rei,si placet, accipe.In duobus enim tribūsve testibus consistet omne verbum: nō quòd voci dominicæ accedere oporteat testimonium aliud: sed quia Christus cū loquitur, apud credulos fidem inuenit,apud infideles nullum persuadet testimonium:vocem dominicam non cōfirmamus, sed insipientia hæreticorum ora obstruimus.Paulus ergo ille à Christo edoctus, quòd persecutio ecclesiæ in Christum vergeret, cognouit: & quod consentaneum quòd quicquid patitur ecclesia,in Christum quodammodo refertur. Quare & ipse regis sui verborum vestigia sequens,in vna epistolarum dicit:Impleo quæ defuerunt afflictionibus Christi.Et nunc & iterum affligitur Christus,etiam si in cœlos rediit.At vide quid præterea dicat, suppleo quæ defuerunt afflictionibus Christi in carne mea pro corpore ipsius,quod est ecclesia.Vides vt ipsius faciat, quæcūque sunt ecclesiæ,siue passiones,siue honores. Veneratus es ecclesiam, veneratus es Christum.Insectatus es ecclesiam,tametsi nō opere,proposito tamē,Christū insectatus es.Cogita quantum periculum eorum,qui ecclesiam mœrore afficiunt,quanta corona eorum, qui ecclesiam venerātur.Qui vos spernit, me spernit,inquit seruator. Agnosce domini vocem,quæ spirituale aliquid in se reconditum, & consequens habet. Nam & pater de priscis illis suis prophetis talia loquebatur,propriamq; ducebat iustorum iniuriam.Nam cum Abimelech rex Philistiim accepisset Saram Abrahæ vxorem,dicit ei deus: Restitue viro vxorem, quia propheta est, & orabit pro te.Ille verò respondens, ait: Nesciebam domine, quòd vxor eius esset,puro corde hoc feci. Quid autem ad ipsum dominus? Et ego sciebam, quòd puro corde hoc fecisti,& ob hoc peperci tibi,ne in me peccares.Declaratum itaq; est fratres,quòd omnia quæ in ecclesia considerantur,in Christum referri possunt. Et idcirco Apostolus dicit: Subiicietur filius,hoc est ecclesia, ei qui subiicit illi omnia.Cæterum est & via alia, qua solet obstrepere malignus.Et quidnam ait?Nempe ecclesia nō subditur,sed primùm subiicietur post resurrectionem.Itaq; & idem argumenti ad contradictionem tuam obtendi poterit hęretice.Dic mihi,Christus an non subiectus est etiamnum iuxta tuum sermonem,Quum subiecerit sibi omnia,tunc subiicietur: occasionem vtiq; habuisset,si in præsenti

1.Cor.3.a
Amor.1.c
Ioan.9.c
Ephe.1.d
Deut.17.b
2.Cor.11.a
Colo.1.a
Acto.9.a
Lucæ.10.c
Gen.20.a.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

G in præsenti domino non fuisset subiectus? At si hæretice iuxta tuum sermonem Christus nunquam reluctatur patri, temerè dicitur, quòd cùm subiiciet sibi omnia, tũc subiicietur. Sexcentis nominibus subiectionem illius profers, & nunc in aliud tempus semoues aliam quandam subiectionem. Cùm audis Christum dicentẽ: Non veni. vt faciam voluntatem meam, sed eius qui misit me: statim profers cornu impietatis, atque dicis: Vides vt subiectus est patri? si audieris ipsum dicentem, Ego à meipso non loquor: sed pater mihi mandatum dedit quid dicam, & quid loquar: statim excipis verbum, confirmans quòd Christo non sit authoritas, sed subiicitur. Si audieris ipsum dicentem: Ego nullum iudico, est qui quærat, & qui iudicet, raptim arguis verbo subiectionẽ. Cùm ergo in omnibus ostenderis subiectum, cuius gratia argumentum adducis malignum, dicisq; : Verbum sequor, & non mentem? Quia tunc subiicietur, qui semper est subiectus. Quid ergo vult sensus? Nusquam non Apostoli scopus est, vt aboleatur error impius, quẽ dij multi inuehuntur, vt eiiciatur seditio in natura, quæ omnis seditionis expers est, & vt exterminentur malè sentientium suspiciones. Monstrat itaq; subiectionem non violentam, neq; necessitate coactam, neq; seruilem, sed H concordiam dignitati congruam. At mi frater, ne facilè quæ prædicta sunt inuadas, vt cùm dicitur: A meipso hoc non dico: mandatum dedit mihi pater, quid dicã, & quid loquar. Vereor enim, ne quæ adueʃus hæreticos disputationis gratia dicta sint, in ecclesiasticis dogmatibus te offendant. Sicut ergo sermonem nostrũ superius adstruximus, cùm de mente Apostoli responderemus, quòd non omnia, vt dogmata prædicarint Apostoli, sed alia quædam vt dogmata, alia iuxta dispensationem proposita sunt. Id quod & apud fontẽ veritatis, dominum Apostolorũ & prophetarũ inuenio: quòd nõ semper ad dignitatem suam, iuxta dogmatum scilicet veritatẽ locutus sit, sed dispensatione quadam, pro infirmitate populi nonnunquam se submiserit. Agè dicito mihi frater, cùm dicit veritatis dominus: Si ego mihi ipsi testis sum, testimonium meum nõ est verum. Sequar dictionem, sequar verbum: iniuriam faciam dignitati, siquidem per dispensationem dictũ. Sed neq; si malignus interpres esse vellem, permittet mihi dominus, qui licet dictionem perperam sequar, sensus tamen coniecturã prauã excludit, & voce alia me corripit: quę I sicut alio loco sancta de diuinis tradit, ita nunc simpliciter dignitatẽ confundere, & iniuria afficere videtur. Quando quidem dicere posset: Rationem infirmorum Iudæorũ habens, dicebam: Si ego de me testificor, testimonium meũ non est verum: quã dictionẽ tu ad blasphemiam rapuisti, an non me alicubi dicentẽ audisti, etiamsi ego de me testificor, testimoniũ meum verũ est? Quid ergo fratres, cõtraria sibiipsi pronunciabit veritas? Absit, sed aliter se habet ad eos, qui veritatis sunt alumni, & aliter ad eos, qui à veritate aliquantulũ abalienati: nõ quòd ipsa varia sit, sed quòd pro singulorũ habitudine sese accõmodat. Quare igitur dicit Iudæis: Ego à meipso nõ loquor, sed pater mihi mandatũ dedit, quid dicam, & quid loquar? Quia opinabãtur ipsum esse Mosaicæ legis inimicũ, & præscribere aduersa patri, qui in lege sabbatum legis honestabat, videbaturq; legibus noui testamenti pugnantibus cum veteri, nouus status induci: ideirco declarare volens, sed nihil constituere quod deo displiceret: nihil etiam prædicare, quod legi aduersaretur, dicit: Ego à meipso non loquor, quemadmodum vos suspicamini: sed ille ipse, qui à vobis adhibetur, ipse mihi mandatum dedit: quasi doceret eos, K quòd si hæc sugillatis, non meam doctrinam sugillatis, sed impingitis in deum, quem confitemini. Quando ergo fratres sic miserè, sic abiectè, sic humiliter sermonẽ Christi tracto, vt accipiam quasi in seruili conditione dicatur hæc vox: A meipso nihil facio, pater mihi mãdata dedit quid loquar, & quid dicã: vides mox in quãtum impietatis profundum descendo, si ita suspicer. Facio enim ipsum non solùm patre inferiorem, sed & Apostolis ipsis minorem. Quomodo autẽ id, ausculta. Paulus dicit: De virginibus præceptũ domini non habeo, 1.Cor.7.c consilium autem do. Paulo permittis absq; præcepto cõsilium dare, Christum verò sub seruitutis iugum abstrudis, qui ita mordicus tenes verbum, quo dicitur: A meipso facio nihil? Iam sicut & antea præmisi aliter ipsum disputasse solitum cum his qui veritate enutricati, aliter cum his, qui ab ea sequestrati. Neque enim Iudæi ipsum esse filium dei reputabant, neq; in mentem Iudæis veniebat deum esse sermonem. Nõ audisti qualia de ipso dixerunt? Homo ille non est dei, quia sabbatũ non cu Ioan.9.c stodit. Non putabant esse hominem dei, & quomodo dignitatẽ vnigeniti coniectarent? Ad hæc dicebãt iterũ de seruatore: Scimus quòd homo hic peccator est, quia L sabbatũ non seruat. Cùm ergo de ipso sentirent vt peccatore, & homine, cui nihil cum veritate commune: vlãmne diuinitatis opinionem vel fortuitò de ipso conciperent? Ea de ratione ad sic affectos vocem submisit, eosq; docuit, ne ob externum habitum contradicentes, putent ipsum à diuina voluntate dissidere. Vnde dicebat: A meipso non loquor: ipse mihi mandatum dedit Ioan.14.b quid dicam, & quid loquar. Apud eos autem qui fide filij instructi, animaduertere vt vocem supplicem & abiectam deponit, diuinæq; dignitatis gloriam induit, dicens, Audistis dictum esse antiquis, non facies adulte- Exo.20.c & Mat.5.d rium, qui viderit vxorem proximi vt concupiscat, iam peccauit: ego autem dico. Vides quomodo nuda authoritas, vbi fidelis & quomodo formata ac tecta per dispensationem, vbi suspectus auditor? Cùm autem paruulus fermè in turba contritus esset, dixit: Semper diuini sermonis auditui turbatio agnata est. Etenim animarũ hostis diabolus, vbi videt quòd sermo acuta iacula aduersus deceptionem suam emittit, continuò auditores conturbat, vt veritatem redargũentem in fugam vertat. Eutychus adolescens Pauli auditorium turbarat, & Acto.20.b hic adolescẽs quidã auditoriũ populi interturbauit, quò M magis proposito destituantur auditores? At qui fratres nos fugientes fluctuũ tempestatem, ad tranquillum veritatis portum nauim appellamus. Nollem enim digressionem latius expatiari, quæ instituto sermoni obsistat. Vbi suspectus auditor, accommodetur ad dispensationis rationem doctrina: vbi verò syncerus veritatis atque pietatis alumnus, nuda sit authoritas. Ad Iudęos dicebat, A meipso nihil loquor: ad domesticos autem fidei: Audistis quòd dictum sit antiquis, non facies adulterium: ego autem dico. Vbi, Ego, illud loquentis authoritatem demonstrat: nam vbique, Ego, authoritatem testatur dicentis, vt cùm dicit: Ego sum? Ego sum: & hone Matth.14.d & Ioã.8.b.c stum est illud, Ego sum. Et iterum Iudæis dicit, Non ve Ioan.5.e ni, vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Soluit item hæreticæ suspicionis dubitationem hodierna euangelica lectio. Quando enim leprosus ille ipsum accessit, corpore quidem leproso, anima autem pura & lucida, dicit ipsi: Domine si vis, Mat.8.a & Mar.1.d potes me mundare. Quære hic hæreticorum canonem. Oportuerat enim consentanea vocis suæ dicere, non volo

A volo ego, sed vult pater, mundus esto: nõ veni enim vt faciam voluntatem meam, sed volũtatem eius qui misit me. Non audisti me dicentem, non veni, vt faciam voluntatem meam? Si ergo cogat voluntatem potestati subditam, sicut isti dicunt, cur authoritatem exposcis ab eo, qui paternæ authoritati subditus est? Verùm nihil horum seruator ad eum, qui ad se syncero pectore accesserat dixit, sed declarando ipsum synceræ esse fidei, cætera quoque ac pura sanitate donauit. Accessisti ad ipsum fideliter, accipe & remedium fideliter. Voluntati meæ adscribis beneuolentiam, voluntate mea & salutem capessito: Domine si vis potes me mundare. Volo, mũdus esto. Nõ subsistit hæreticæ impietatis definitio. Vides quantùm sermoni subest? A propria voluntate authoritatem seruat. Hęc autem cùm dicam, non induco separatam à voluntate patris voluntatem filij. Quam enim filij dixeris voluntatem patris, voluntatẽ dicis: & quam dixeris voluntatẽ patris prædicas authoritatem filij: & si dixeris authoritatẽ filij, declarabis potestatem spiritussancti. Vna enim potestas, indiuisum regnum. At dicit quis: Attigisti inter dicendum de spi B ritu sancto, de potestate, ego apostolica voce inuenio 1.Cor.15.d spiritum Christo subiectum, Dixit enim Paulus: Quãdo autem dicit, quòd omnia ipsi subiecta sunt, manifestum est quòd omnia, præter eum, qui subiecit illi: omnia intelligit, ergo spiritus subditus est: solùm enim patrem dicit non subiectum esse Christo. Verùm cùm dicit, omnia, creaturam signat: non increatam naturam iniuria afficit, sed de subiectione inimicorum disputat. Ibidem. Vltimus inimicus abolebitur mors. Cur ergo in subiectorum inimicorum regione collocas spiritum sanctum? Non enim subiectionem amicorum pater induxit, non subiectionis angelorum meminit, non subiectionem archangelorum attigit, sed subiiciendorum inimicorum inimicus extremus mors abolebitur: loquitur de inimicis qui subditi sunt, non de spiritu sancto. Iam si nos fideles, qui in Christo credimus, cum Christo regnabimus: spiritúsne sanctus non parem cum obedientibus sortietur dignitatem? In die manifestationis saluatoris sedebunt filij Zebedæi Iacobus & Ioannes, & chorus ille Apostolorum super duodecim C thronos: spiritúsne erit circa subditorum suppedaneum? Faciat hæc impietas amice, sermo hic est de creatura, non de increata natura, non de adorabili dignitate. Et vt diligentem ac exquisitum veritatis sermonem accipias, considera quomodo beatus Dauid inducens laudantium creaturarum chorum, dicit: Laudate Psa.148. dominum è cœlis, laudate eum in summis, & reliqua. Angeli, virtutes, cœli cœlorũ, & aquæ quæ super cœlos. Nullam spiritus mentionem facit, increatam naturam Danie.3.e creaturæ non connumerat. Tres pueri, qui in camino, induxerunt & ipsi creaturarum chorum: laudate, dicẽtes, angeli domini, cœli domini, virtutes domini, Sol & luna, &c. non recordati sunt spiritus sancti. Item & Paulus, cùm diuidit inuisibilia ab iis quæ videntur, dicit eo loco ubi docet quòd in Christo condita sunt omnia, tam quæ in cœlo, quàm quæ super terram: tam visibilia, quàm inuisibilia: & confestim adnumerat inuisibilia, dicens: Siue throni, siue principatus, siue Colo.1.c potestates, siue dominationes. Nam quoniam omnium quæ videntur seruitus, in confesso est: inter inuisibilia autem recensentur angeli, virtutes, & spiritussanctus, & filius, & pater, vt nota per ignorantiam cœlestium, sub iugum seruitutis dominum & dignitatem spiritussancti trahas, ea quæ videntur discernit. neque dicit, siue Sol, siue luna, siue astra, omnia seruituti obnoxia: horum enim conditio comperta est, quod omnia seruũt. Cæterùm in his quæ inuisibilia sunt principatus & angeli: est autem inuisibilis etiam & qui adoratur spiritus. Igitur ne quis ipsum cum aliis inuisibilibus copulet, seorsum numerantur superna omnia, ne in ordine ministrantium sit & dominus. Seorsim numerat, quæ non adorantur, vt segregetur quod adoratur. Siue throni, siue principatus, siue potestates: non dicit, siue spiritus. Verùm ad institutum redeamus. Si vis domine, potes Matth.8.a me mundare. Sciebat leprosus scaturientem beneficentiam, sciebat emanantem salutem, sciebat multos malè habentes, & à dæmonibus infestatos inuestigasse fontem salutis, & cogitationis hæsitationẽ deponit: & cùm esset carne quidem leprosus, anima tamen mundus erat: neque enim discolor illius animæ. Etenim sicut molesta corporis lepra, colorem variat: sic & vbi animam occuparit, duplex facit cor, scilicet ad fidem, & ad infidelitatem se dispertiens. Et quàm iniucunda oculis humanis corporea lepra, tam insuauis est oculis dei in plures secta partes anima. Et ob hoc ait scriptura: Væ du- Eccleſiaſtici.2.c plici cordi, & animæ solutæ, & peccatori vias duas in- E cedenti. Rursum contineamus nos in instituto. Volo, mundus esto. O miraculum. Volo, mundus esto. Sermo nõnunquã fratres ab authoritate, sermo nõnunquam à temeritate proficiscitur: & hunc quidem fortuitò quis eblatterat, ad illum verò opus comitatur authoritatem eius, qui solus potest. Si ergo dixisset: Volo, & non subsecutum esset opus, temeritas erat: nũc verò cùm opus vocem subsequitur, & sermonem ne ægrè feras, & opus reuerere. Vide quantum discrimen inter veterem legem, nouamq; gratiam etiam omni ex parte. Moses cùm ex Num.5.a monte descendisset, primã legem tulit, & mandauit, vt castris excederent leprosi. Christus verò monte descẽdens, leprosum protinus mũdat: & ille quidem morbidos eliminat, hic verò curam eorum agit. Ascẽdit Christus in mõtem, ascendit & Moses: & hic quidem vt acciperet, ille verò vt daret. Ascẽdit Moses, & inuenit mõtem impletum tubis, nubibus, tonitruis, fulguribus, turbinibus, caligine: quæ licet parum congruebant dexteræ, & magnitudini apparentis, verùm decebat vt populus ille ita ad pietatem erudiretur. At Christi gratia timorem ponit, seruitutem eiicit. Non enim accepimus F Rom.8.e spiritum seruitutis iterum in timorem, sed accepimus spiritum adoptionis. Et Moses quidẽ dedit decem mãdata: Iesus autem dominus Mosis, nouem beatitudines. Dictorum veritatem sciunt quotquot aliquatenus scripturas norunt. Prima beatitudo, Beati pauperes spiritu, Mar.5.a quia ipsorũ est regnum cœlorum. Beati qui lugent, quia ipsi consolabuntur. Beati mansueti, quia hæreditate obtinebunt terram. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quia ipsi saturabuntur. Beati misericordes, quia ipsi misericordiam assequentur. Beati mundo corde, quia ipsi deum videbunt. Beati pacifici, quia filij dei vocabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quia ipsorum est regnum cœlorum. Beati estis, quando exprobrauerint vobis, & persecuti fuerint, & dixerint aduersus vos omne malum verbum mentientes. Quare lex ponit decem mandata, gratia autem nouem beatitudines? Nempe decem mandatorum numerus respondet numero plagarum Aegypti. Decem plagæ Aegypti impietatem ostigarunt, & decem mãdata populum erudiunt insensatum. Id quod & litera iota indicat, qua denarius numerus scribi solet: virgu- Iota. la enim formam & figuram præ se fert. Et virga eru-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G diebat Aegyptios atque populum: Iesus verò dominus noster dat nouem beatitudines, triplici ternario triplicem plectens coronam. Quandoquidem fratres adorabilis illa trias, regalis illa dignitas, immaculata natura, indominabilis dominatio, in ternario gloriam habet, & veneratur deus ternarij prædicationem in terra, & virtutum numerum, quòd numero sanctæ trinitati respondeat. Et vt exempli gratia aliquid dicam: Multi sunt patriarchę, & deus seipsum patriarcharũ vocat deum: Ego deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob. Exod.3.d Non quòd non sit etiam deus Mosi, & non deus Ioseph. Omnium enim deus est, qui se inuocant in veritate: sed veneraẽ sicut in imagine, in terrenis cœlestia. Tres patriarchæ sunt in honorem trinitatis, tres virtutes in 1.Cor.13.d honorem trinitatis. Nunc autem manent tria hæc, fides, spes, charitas. In tria diuisum est vniuersum, nempe in ordinem supercœlestium, terrenorum, & subterraneorum. In tria secantur tempora, in præterita, præsentia & futura. Et sicut licet multi sint patriarchæ, vt prædicetur gloria viuentis spiritus, surrexit ternarius: ita cùm multi sint sacerdotes, trias tamen sacerdotum electa est, nempe Mosis & Aaron, qui in sacerdotibus eius, Psal.98.b H & Samuelis. Multi reges, multi sacerdotes, & trium celebris est memoria, Dauid scilicet, & Ezechiæ & Iosiæ: Psal.13.& 52.a Daniel.3.b Matth.17.a Gene.32.a Ibid.22.a dicit scriptura, omnes peccauerunt. In camino tres pueri. Cum Christo in montem conscenderunt Petrus, Iacobus & Ioannes. Multi in cœlo angeli, & tres apparent Abrahæ. Omnes dies dei fiunt, & tres seruiunt mysterio. Qui illi tres? Accipe Isaac, dicit, quem dilexisti filium tuum vnigenitum, & vade in vnum montium: ambulauit Abraham tres dies & tres noctes, vt simul & mysterium monstraret. Sic enim quasi à morte viuentem accepit Isaac. Quomodo autem? Audi: A quo tempore pater illum sacrificio destinarat, mortuus censeri potest, Neque enim euasurus credebatur, & propositum sanciebat promissionẽ. Tertio autem die restitutus est Ioęæ.2.a vius in figuram resurrectionis. At non potuit Ionas in mari manere plures dies? sed solùm ibi tres dies fecit, vt resurrectionis mysterium ostendat. Hic quis dicet, si alicubi reperias seiunctim mysteria talia, at non quantùm satis est ad recipiendam incarnationem & trinitatem ista miracula persuadent. Si ego dico, re- I proba sermonem: sin diuina est prædicatio, audi à me, immo audi mecum: quia tres dies interpretantur nobis passionem domini. Quia de Abraham idem saluta- Ioan.8.g tor dicit: Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum: vidit, & gauisus est. Quem diem? Mortis. Ibid.1.d Agnus enim ab arbore traditus Abrahæ, imaginem gessit agni dei, qui tollit peccatum mundi. Et quòd dicit, Vidit diem: nihil aliud facit, quàm quòd vidit mortem. Vnde hoc & vsitato more dicunt homines, præuenit eum dies, pro eo quod est mors. Verùm consuetudinis lex non est satis idonea ad astruenda ea, quæ dicuntur: itaque ad scripturam veniamus. Dicit alicu- Psal.38.b bi beatus Dauid: Obseruabit peccator iustum, & stridebit super illum dentibus suis: dominus autem irridebit eum, quoniam præuidet, quòd veniet dies eius. Et hæc quidem in Abraham dicta sint. Nunc ad Ionam quoque ipsum redeo. Iterum enim tres dies Ionæ, passionem hanc salutarem interpretari licet. Iterum seruator clamat: Quemadmodum, dicit, Ionas in ventre ce- Matth.12.c ti tres dies & tres noctes, sic oportet filium hominis in corde terræ facere mansionem tres dies ac tres noctes: sed vnum ad supradicta dicemus, quod aliis euidentius est. Populo priori tres erant ordines, sacerdotium, regnum, & prophetia: præter tres illos non videbatur alius apud Iudæos principatus. Cornu item erat olei sanctificationis, & vna fuit vnctio, tria vero dona. Vnum cornu, tria charismata: Inungebantur enim sacerdotes, reges, & prophetæ. Cæterum quia aliqui argumenti huius ignari sunt, ne incassum sermo currat, seipsum quidem absumens, lectori vero inutilis, audi breuiter: Seruabatur à prophetis cornu, è cornu autem 1.Reg.16.d inungebantur reges, prophetæ, & sacerdotes, nulla quidem chrismatis variatione: nam per idem cornu gratia adhibebatur. Inungebantur reges, inungebantur prophetæ, inungebantur sacerdotes: vna vnctio, tria dona. Quare autem in cornu erat vnctio? Quia imaginem gerebat Christi. An non in argenteo vase, an non in aureo, an non in aliqua alia preciosiore materia tantum donũ esse potuit? sed non fuit in alio, quàm in cornu. Siquidem vt dicẽdo præmisi, imaginem gerit Chri- Psal.131.c sti. Etenim dicit: Excitabo cornu Dauid: quod est dominus sacerdotij & regni & prophetiæ, ille sit cum omnibus vobis. Quia cùm caput nostrum accepit regnũ, contritis tribus illis humanis dignitatibus, in eius cornu omnis dignitas, & gloria resedit, Amen. L

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI ADVERSVS GENTILES DEMONSTRATIO, QVOD CHRISTVS SIT DEVS.

QVoniam librorum magnitudo, fastidium parit mortalium plerisque qui vel ignaui domi resident, vel immodicis huius vitæ curis implicantur, vel hebetudine & insciti præpediuntur: ideo operæpreciũ visum, resecare multiloquij remoramenta, & in arctum redigere varios prolixosq; patrũ sermones, vt ad instituti operis lectionem etiam plurimum desides allecti, magnam promptitudinem & alacritatem præ se ferant. Atq; ea de causa, orationẽ hanc nullis verborum nominúmve fucis & lenociniis illustrabo: sed huiuscemodi nominibus vtar, quæ & famulo, & ancillæ, & viduæ, & institori, & agricolæ comprehensibilia, cæteroq; facilia sint: & omnino periclitabor, vt quantũ fieri potest, omissa prolixitate, appetitus & studia excitẽ supinorũ oscitantiũq; auditorũ, quò & ad hęc nostra facilè & absq; labore ingrediantur, & quæ apprehẽdunt fideliter memoria retineant. Primũ autem cũ gẽtibus nobis certamen ineundũ. Dicet enim vtiq; gẽtilis: Vnde manifestũ, q̃ Christus est deus? Ante omnia igitur hoc præstruere oportet, & spontè sequẽtur alia omnia. Ac non à cœlo petenda demonstratio, neque ab aliis id genus. Nam si ad gentilem dixero, creauit cœlũ, vel terram, vel mare: non me feret: Incredulus enim est. Sin dixero, Mortuum excitauit, cæcos curauit, dæmones fugauit: neq; hoc accipiet. Deniq; si dixero, quòd regnum & ineffabilia bona promiserit, hoc non solùm non credet, sed & ridebit. Vnde igitur illum, maximè si idiota est, instituemus? Non aliunde quàm ab his quæ inter nos & illum confessa sunt, & quæ in dubium reuocare nequit. Nam quòd cœlum fecit, & alia quæ dicebã, non sustinebit vt sibi nunc suadeantur. Quæ igitur sunt quæ & ille fecisse Christum confitetur, & non contradicit? Quòd Christianorum genus plantauit Christus. Neutiquam enim contradicet, quòd omnes vndequaque ecclesias orbis Christus fundarit. Hinc faciemus demonstrationem virtutis Christi, & ostendemus ipsum deum. Etenim nõ est puri hominis, in tantis rebus, orbem

A orbem terra mariq;, tam breui tempore cõprehendere, & tam absurdis moribus præuentum, tantisq; malis irretitum liberare humanum genus: & non Romanos tãtum, sed & Persas, & omne (vt sic dicam) barbarorũ genus. Insuper quòd hęc confecit nullis vsus armis, nullos faciens sumptus, nullos mouens exercitus, nulla prælia cõmittens, sed per vndecim viros principio, ignobiles, viles, rudes, idiotas, pauperes, nudos, persuasit tot hominum tribubus: idq; non præsentibus solùm, sed & futuris. Quid? quot subuertit leges patrias, aboleuit consuetudines inueteratas, euellit stirpes tanto tempore radicatas, & pro illis suas alias implantauit? Abduxit ab his in quæ propensi eramus, & in ardua & difficilia induxit: cumq; hæc faceret, infestabantur & sui ab omnibus, & crucem ipse genus mortis ignominiosissimum sustinuit. Nihil hic contradicent, quòd crucifixus est & à Iudæis, quòd innumera ab illis passus, quòd quotidie prędicatio increscit & floret: non hic solũ, sed & apud Persas, etiamnum dum ab illis oppugnatur. Etenim & inde multa sunt martyrum examina, & qui ibi lupis ferociores erant, accepta prædicatione, ouibus mansuetiores euasere, nunc q; de immortalitate & resurrectione, B & ineffabilibus bonis differũt. Neque in ciuitates solas, sed & in solitudinem vsque peruaserunt hæc præclara facinora, & in pagos, & in regiones, & in insulas, & in portus, ac nauium stationes. Nec priuati & principes tantùm, sed & ipsi reges qui diademata ferunt, insigni fide crucifixo se submittunt. Ad hæc, Non simpliciter contigerunt ista omnia, sed multò antea prædicta sunt: atque adeò vt ne sermo suspectus sit, libros habemus à Iudæis, qui illum crucifixerunt, & ipsorum testimoniis, & ex libris quos illi custodiunt, nostra probamus, è quibus etiam nunc nonnulla proferemus. Primò omnium quòd deus existẽs, homo futurus erat, dicit Hieremias: Baruç.3.d Hic deus noster non conferetur alius ad illum, inuenit omnem viam scientiæ, & dedit ipsam Iacob puero suo, & Israël dilecto suo. Post hæc in terra visus est, & cum hominibus cõuersatus est. Vides, quomodo omnia paucis verbis declarauit, nempe quòd deus existens, homo factus est, & quòd etiam veterem legem ipse condidit? Inuenit enim, inquit, omnem viam scientiæ, & dedit ipsam Iacob puero suo, & Israël dilecto suo. Ecce declarat his, quòd & ante suum in carnem aduentum omnia ipse dispensarit, & omnia ipse fecerit, legem C statuens, prouidẽs quoque, curans & benefaciens. Alius Esa.7.c propheta non solùm quòd homo futurus, sed & quòd è virgine nascendus erat, dicit, quem audi: Ecce, inquit virgo in vtero habebit, & pariet filium, & vocabunt nomen eius Emmanuel: quod si interpretetur quis, sonat, Ibidem. nobiscum deus. Deinde ostendit, quòd non apparenter, sed verè homo sit, adiecit enim dicens: Butyrum & mel comedet. Mos enim est, vt his cibis peculiariter pascantur pueri mox vt nati fuerint. Et declarans quòd non purus homo, iterum addit dicens: Propter quod priusquam sciat puer bonum vel malum, bene sciet à malo seligere bonum. Et quòd non solùm homo ex virgine, sed & quòd ex domo Dauid futurus, audi quomodo & hoc multò antea prædicit Esaias, figuralibus verbis & translatione vsus multa, prædicit tamen: *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice ascendet, & quiescet super eam spiritus dei, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilii & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis: spiritus timoris dei implebit ipsum.* Nam Iesse ille pater fuit Dauid. Manifestum igitur, quòd à tribu illa, & non solùm à tribu illa, sed & à domo illa processu- D rus erat. Et hoc prædixit, dicens: Egredietur virga de radice Iesse, non de virga loquens, sed de Christo & regno eius. Quòd non de virga dixerit, consequentia declarant. Nam cùm dixisset, Egredietur virga: adiecit, quiescet super eam spiritus sapientiæ & intellectus. Nullus autem tam insipiens qui dicat, quòd super lignum veniat spiritus gratia, sed manifestum quòd super immaculatum illud templum: & non dixit, veniet: sed, super eum quiescet: quia vt venit, mansit, & non discessit. Hoc etiam euangelista dixit: Ego vidi spiritum descẽ- Matth.3.d dentem sicut columbam, & mansit super eum. Neque siluit Iudaïcam sententiam, quam ostenderunt ipso nato. Nam euangelista sic dicit: Vt Herodes audiuit, tur- Matth.2.a batus est, & omnis Hierusalem cum eo. At propheta, audi quomodo & hoc multò antè prædicens annunciarit: Puer natus est nobis, & datus nobis, & vocabitur nomen Esa.9.b eius magni consilij angelus, admirabilis, consiliarius, deus fortis, potens, princeps pacis, pater futuri seculi. Hoc de puro homine nemo dicit, etiam qui valde contentiosus. Nam nullus hominum vnquam etiam ab ipso seculo dictus est deus fortis, sicut neque pater futuri seculi, neq; princeps pacis huius. Nam pacis suæ, ait, non E est terminus. Et manifestat rerum euentus, quòd pax in omnem intrauit terram, & in mare, in orbem habitabilem & inhabitalem, & in montes & colles, & valles, à die illa à qua Christus incipiens dixit: Pacem meam do Ioan.14.d vobis, non sicut mundus dat pacem. Hominũ enim pax statim dissoluitur, & varias habet vicissitudines. Verùm quæ à Christo datur, stabilis est, immo firma, solida, immortalis, sine carens, licet millia bellorũ vndiquaq; ingruant, & quotidie millia insidiarũ paretur: attamẽ omnipotens sermo suus etiam hanc perficit, & conseruat. Non solùm autem prædixerunt futurũ hominem, sed & modum aduentus eius. Nam assuturus erat, non iaciens vel fulmina vel fulgetra è supernis, nec concutiens terram, nec rotans cœlum, nec alia id genus prodigia operans: sed absq; strepitu, & ita absq; tumultu & turbatione, vt nemo persentisceret. In domo enim fabri natus est, in domo ignobili & vili. Audi, quomodo neq; illud propheta prædicendo tacuerit, dicit enim: Descẽdet si- Psal.71.a cut pluuia in vellus, quin aduentus illius tranquillus & quietus signatur. Neq; hoc cõtentus, declarauit etiã quàm mansuetè & suauiter cũ hominibus conuersaturus esset. Nam cùm iniuriis afficeretur, opprobraretur, cõspueretur, flagellaretur, & deniq; cruci affigeretur, nullũ vltus est talia facientem: sed tulit omnia sapienter, & æquo animo, cõtumelia, insidias, insaniam & furorem importunæ illius plebis. Quod etiam ipsum manifestans scriptura, sic dicit: Calamum contritum non confringet, & Esa.42.a linum fumigans non extinguet, donec educat in veritatem iudiciũ, & in ipso gentes sperabũt. Et alius locũ in quo nascendus erat indicat, dicens: *Et tu Bethlehem in* Mich.5.a *terra Iuda, nequaquam es minima in principibus Iuda: ex te enim* Mat.2.a.& *egredietur dux, qui reget populum meum Israel, & exitus eius* Ioan.7.f *ab initio à diebus seculi.* En diuinitatẽ & humanitatẽ indicat. Nam dũ dicit, & exitus eius ab initio, & à diebus seculi substantiam declarauit, quæ ante secula fuit. Cùm autem dicit: Egredietur dux, qui reget populum meum Israël: natiuitatem secundum carnem docet. Vide autẽ iterum & aliam prophetiam refulgentem. Non solùm enim, quòd nascendus sit, sed & quòd nobilis ille locus futurus, tametsi vilis & paruus. Neq; quasi enim, inquit, minima eris in ducibus Iuda. Nam omnis orbis Bethlehem confluit, vbi natus positus est: & nobilis factus est locus ille non alia de causa, quàm hac sola. Item

Universidad de Deusto
Biblioteca

G & tempus quo affuturus erat, manifestauit, sic dicēs: Nō
Gen.49.b deficiet princeps ex Iuda, neq; dux ex lumbis eius, donec
veniat cui repositum est: & ipse erit expectatio gētium,
ligans ad vitem pullum suum, & ad vitem pullum asinę
suæ: lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ pal
lium suum: iucundiores oculi eius vino, albiores den
tes eius lacte. Vides & hoc vaticiniū congruere? Nā tunc
comparuit, cum iam deficerēt principes Iudaïci, & sce
ptris Romanorū subderentur: & impleta est prophetia,
quæ dicit, Non deficiet princeps à Iuda, neq; dux à lum
bis eis, donec veniat: Christum dicens. Nam simul vt
natus est, & descriptio prima facta est, imperantibus vi
delicet Romanis Iudæorum genti, & eam sub seruitutē
suam agentibus. Deinde assignatur & aliud: Et ipse erit
expectatio gentiū. Aduentu enim suo gentes omnes at
traxit. Herodes Christum inquisiturus erat, & interem
pturus propter eum omnes qui ibi erant, pueros: & neq;
hoc siluerunt prophetæ, sed multis antea tēporibus præ
Hiere.31.c dixerunt, dicentes: Vox in Rhama audita est, luctus &
fletus, & clamor multus: Rachel plorabat filios suos, &
Osee.11.a consolari noluit, eo quòd non erant. Rediturus erat ex
H Aegypto, & hoc significauerunt vates: Ex Aegypto vo
caui filium meum. Erat in locis insignibus manifestan
dus, vbi statim signa faceret ac doceret, & ipsum prędi
Esa.9.a ctum est, propter quod Esaias dicebat: Regio Zabulon,
terra Neptalim, populus qui sedebat in tenebris, vidit lu
cem magnam: sedenti in tenebris, & vmbra mortis, lux
orta est eis. Quibus manifestat aduentum illius. Doctri
nam quoque & cognitionē, quam à miraculis illius ac
ceperint, enarrat: & deinceps alia miracula subiungit,
Ibid.35.b quomodo claudos curarit, quomodo cæcos sanos, &
quomodo balbos expeditè loqui fecerit. Tunc aperien
tur, inquit, oculi cæcorum, & aures surdorum audient,
tunc saltabit quasi cervus claudus, & clara erit vox in
expeditè loquentium: quod scilicet nunquam factum
est, quàm in aduentu illius. Signorum item aliquorum
etiam speciatim meminerunt. Ingresso enim aliquando
in templum, pueri adhuc ab vbere pendentes, & inex
peditam habentes linguam, cecinerunt in illum hym
nos, sic dicentes: Osianna in excelsis, benedictus qui ve
Matth.21. a.b & Mar.11.b nit in nomine domini. Hoc multò antea prædixerat
Psal.8.a propheta, sic dicens: Ex ore infantium & lactentium
I perfecisti laudem, dum destruis inimicum & vltorem,
hoc est Iudaïcum populum: contra quem pugnabat na
tura, & opificem prædicabat, fungebaturq; Apostolico
munere innocens ætas, necdum loqui valens. Porrò, q
nonnunquam disputando cum Iudæis, ob ingratitudi
nem eorum, pleraque ænigmatis & parabolis adumbra
Ibid.77.a turus esset, prædictum etiam istucipsum antea fuit: Lo
quar enim, inquit, propositiones à fundatione mundi, e
ructabo occulta ab initio. Quin & sapientiam eius in
Ibid.44.a Esa.82.d concionando propheta prædixit, inquiens: Diffusa est
gratia in labiis tuis. Et alius iterum: Ecce intelliget pu
er meus, & exaltabitur, & glorificabitur, & valde sublimis
erit. Præterea aduentus sui insignia facta cum mira
Esa.61.a culis, quasi in summa enarrat idem. Spiritus, ait, do
mini super me, cuius gratia vnxit me, vt euangelizem
pauperibus misit me, vt prædicem captiuis remissionē,
& cæcis visum. At quòd Iudæi tanta beneficia in se con
ferentem, quem nec in parvo, nec in magno arguere po
Psal.119.b terant, sine omni causa auersaturi essent, audi Dauid di
centem: Impugnauerunt me gratis, cum oloribus pa
cis eram pacificus. Erat asino aliquando ciuitatem in
gressurus: hoc etiam ipsum olim est prædictum, Zacha
Zacha.2.c ria sic dicēte: Gaude valde filia Sion, prædica filia Hie
rusalem: Ecce rex tuus venit mansuetus, ascendens su K
per subiugalem & pullum nouum. Eiecit vendentes co Mat.21.b
lumbas & nummularios, faciens hoc zelo domus dei, &
ostendens quòd non sit contrarius deo, idem sentiēdo
quod pater: vnde & iustè vindicabat, quia facta erat do
mus patris, domus negociationis. Cuius rei cōscius pro
pheta mentem qua faciebat, prædixit in hunc modum:
Zelus domus tuæ comedit me. Quid hoc euidentius Psal.68.b & Ioan.2.e
dici potuit? Tradendus erat à participe mēsæ suæ, pro
ditorem agente. Vide quomodo & illum reuelauerit
propheta: Qui comedit, ait, panem meum, magnifi- Psal.40.c
cauit super me calcaneum. Considera item, quàm con
sonet euangelium: Qui intinxit, ait, mecum manum suā Mar.14.c
in catinum, ille me tradet. Erat autem illum traditurus
non simpliciter, sed vendens sanguinem preciosum, &
pro illo pecuniam accipiens: & neq; hoc obticuit pro
pheta, demonstrans consona, & impudentia illorū con
silia, ac sermones quos inter se conferebāt. Nam ille di
cebat: Quid vultis mihi dare, & ego vobis illū tradam? Mat.26.b
Isti verò respondebant: Triginta argenteos. In ænigma
te dicit: Os peccatoris & dolosi sup me apertū est. Pro- Ibid.27.a
ditor ille damnans seipsum ob peccata quæ fecerat, ar- L
genteos abiecit, & ad laqueum currēs vitam finiuit, fe
citq; vxorem suam viduam, & filios orphanos, & domū
desertam. Vide ergo quomodo & hanc tragicam cala
mitatem propheta annunciat, dicēs: Fiant filij eius or- Psa.108.b
phani, & vxor eius vidua. Cōmoueantur, vsq; quo eiiciā
tur à seruantibus domos eorū. Et post illum factus est
Apostolus quidam Matthias, & istucipsum etiam præ- Ibid.a
cinuit, dicēs: Episcopatū eius accipiat alter. Tradito Ie
su, & comprehenso voluntariè, coactum est concilium
iniquitate plenum, conuenientibus Iudæis & gentilibus.
Vides quomodo etiam hoc prædixerit propheta dicēs:
Quare fremuerunt gentes, & populi, vsque, Abiiciamus Ibid.2.a
à nobis iugum ipsorum. Quæ vox est eadē cum illa quā
clamauerunt cum Pilato dicente, Regem vestrum cru- Ioan.19.c
cifigam? responderunt, Nos regem non habemus nisi
Cæsarem. Ad hæc quoque prædixerunt, & multos alios
sermones & accusationes, quos interim miscebant. Si-
lebat Iesus, & silentium quoque Esaias dixit, Sicut ouis Esa.52.c
ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram tonden
te mutus, sic non aperuit os suum. Postea corruptam M
sententiam monstrans, In humilitate sua iudicium il- Ibid.53.c
lius sublatum est, ait: hoc est, nullus illi iusta iudicauit.
Postea & causam cædis dicit. Nam suorum peccato-
rum gratia non est passus quæ passus est. Immaculatus
enim & innoxius erat, sed pro mundi malis traditus
est. Vide quomodo duo hæc aperuerit, cùm dixit: Pec- Esa.53.c
catum non fecit, neque inuentus est dolus in ore eius.
Cuius ergo gratia occisus est? pro iniquitatibus populi
ad mortem venit. Quid lucri à cruce & morte illa? Bo-
na quibus nunc gaudemus, peccati interitus, vulne-
rum animæ emendatio, cura & medicina mirabilis, ac
rara. Quod & ipsum quomodo prædicat vide, dicit enī:
Omnes sicut oues errauimus, vnusquisq; in viam suam Ibidem.b
aberrauit, & disciplina pacis nostræ super eum, liuore e-
ius omnes nos curati sumus. Ad hæc, & Iudæi pœnas da-
turi erant pro flagitiis suis. Vide quomodo hoc mani- Ibidem.c
festauit, dicens: Dabo malos pro sepultura eius, diuites
pro morte eius. Quod Dauid quoque cum dixisset, Psal.2.a
Abiiciamus à nobis iugum ipsorum, adiicit: Qui habi-
tat in cœlis irridebit eos: tūc loquetur ad eos in ira sua,
& in furore suo conturbabit eos. Quibus significat di-
spersionem eorum in omnes gētes in toto orbe. Quod
& in euangeliis declarans, dicebat: Eos autem qui me Lucæ.19.d
super

A super se regnare nolebant, adducite huc, & occidite eos
anté me. Præterea, qui prænūciauerunt mortē, neq; mor
Psal.21.d tis genus siluerunt, sic dicentes: Foderunt manus meas,
& pedes meos, dinumerauerūt omnia ossa mea. Insuper
& aliam post crucifixionē iniquitatē non tacuerunt, di-
Ibidem. centes: Partiti sunt sibi vestimēta mea, & super vestem
meam miserunt sortē. Consequenter sepeliendus erat,
Ibid.87.b quod sic manifestatum: Posuerunt me in lacu inferiori,
in tenebris, & in vmbra mortis. Funeris quoq; pompam
Psal.44.b nō transierunt silentio: nēpe, q mulieres attulerūt myr-
rham, guttam, & casiam, audi quid dicat propheta: Myr
rham, & guttam, & casiam à vestimentis suis ex quibus
Ibid.15.c lætificauerunt te filiæ regū in honore suo. Resurrectu-
rus erat, vide quomodo & hoc prædixerunt: Non dere-
linquas, ait, animam meā in inferno, nec dabis sanctū
tuum videre corruptionem. Aliis autem verbis Esaïas
idem hoc monstrat, dicens: Et dominus vult ipsum pu
rificare à plaga, ostendere ei lumen, iustificare iustum,
qui bene multis seruierat. Quòd eius occisio fuerit mul
Esa.53.b.d Ibid.d torum peccatorum humanorum solutio: Peccata, dicit,
multorum ipse tulit. Quòd à dæmonibus liberauit ho-
mines, Et diuisit, ait, spolia fortis: per mortē enim hoc
B fecit & ea de causa in mortem tradita est anima eius.
Ibidem. Et quia præficiendus erat toti orbi, addit: Et ipse hæredi-
tate possessurus multos. Insuper, descendit in infernum,
omnes disturbauit, & tumultu turbationeq; impletā ar-
cem destruxit, audi de hoc in inferioribus tumultuan-
Psal.23.b tes, & dicentes: Tollite portas principes vestras, & ele-
uamini portæ æternales, & intrabit rex gloriæ. Quis est
Esa.45.a iste rex gloriæ? Dominus virtutum ipse est rex gloriæ.
Et Esaias iterum: Portas æneas confringam, & vectes
ferreos conteram, & aperiam tibi thesauros obtenebra-
tos, & inuisibiles ostendam tibi. Infernum sic vocat. Nā
quanuis infernus esset, animas tamen tenebat sanctas,
& vasa preciosa Abraham, Isaac, & Iacob. Propter quod
thesauros vocabas: obtenebratos autem, quia nondum
Sol iustitiæ ibi fulserat, neque de resurrectione sermo-
nes prædicarat. Iam quòd non mansurus in terris post
resurrectionem, sed ascensurus esset, hoc quoque nobis
Psal.46.a manifestauit dicendo: Ascendit deus in iubilatione, &
dominus in voce tubæ. Per iubilationem & tubam, cla-
ra eius ascensio docetur. At quòd ascensurus ipse, nō sta-
turus esset cum angelis, neque cum archangelis, neque
C cum aliis administratoriis virtutibus: sed sessurus super
Ibid.109.a sedem regiam, audi quid dicat: Dixit dominus domi-
no meo, sede à dextris meis, donec ponā inimicos tuos
scabellum pedum tuorum. Post hæc missurus erat Apo-
Esa.52.b stolos, & hoc prædixerunt, dicentes: Quàm speciosi pe-
des annunciantium pacem, annunciantium bona. En
quantum laudat corporis partem pedes, qui illos vnde-
quaq; ferebat. Sub hæc, cōmemorat quomodo præua-
Psal.67.c luerint Apostoli, dicit enim: Dominus dabit verbum
euangelizantibus virtute multa. Non enim mouerunt
arma, neque expenderunt pecunias, neque robore cor-
poris, neq; exercituum multitudine, neq; aliquo tali vsi
sunt: sed verbo simplici, & multam habente virtutem,
ac miraculorum ostensionem Crucifixum enim prædi-
cantes, & miracula facientes, totum orbem sibi subiece-
runt: & propterea dicit, Dabit verbum euangelizātibus
virtute multa: miracula significans. Et enim mira virtus
erat, piscatorem, publicanum, gellionē, nudis præceptis
mortuos suscitare, dæmones expellere, mortem abige-
re, philosophorum linguam mutam facere, rhetorum
ora constringere, apud principes ac reges versari, Bar-
baris, Græcis, & omni hominum generi imperare. Nō

omnia hæc verbo illi perfecerunt, & virtute multa mor D
tuos in vitos mutauerunt, peccatores, in iustos, cęcos in
videntes, & mortuos naturæ ac malitiam animæ expu-
lerunt. Dein, quòd virtus hęc eis à spiritu sancto affuerit,
declararunt, cùm dicūt: Spiritu impleti sunt, prophetа-
uerunt; viri ac mulieres. Quòd autem in linguis igneis
super eos consedit, Ioël multò antea prædixit, inquiens:
Effundam de spiritu meo super omnem carnē, & pro- Ioel.2.g
phetabunt filij vestri, & filiæ vestræ: & adulescentes ve-
stri visiones videbunt, priusquam veniat dies domini
magnus: futurum illum prædicens, nam nec hūc siluit.
Postea declarans fide salutem constare, dicit: Et erit, o- Ibidem.
mnis qui inuocauerit nomen domini, saluus erit. Nec
solùm habemus quòd illi mittendi erant, sed etiā quòd
in totū orbem peruenire debebat prædicatio, ita vt nul-
la pars esset in qua non audiretur. In omnem terrā, ait, Psal.18.a
exiuit sonus eorum, & in fines orbis terrę verba eorum.
Ad hæc, quòd cum authoritate prædicarint, & regibus
potentiores fuerint, docet, inquiens: Constitues princi-
pes in omni terra. Quòd autem regibus maiores sint Ibid.44.d
Petrus & Paulus, declarauit euentus. Nam regum leges,
etiam ipsis viuentibus, irritantur: at piscatorum illorum,
etiam mortuis ipsis ratæ sunt, & immobiles manent: E
licet multis legibus, animaduersionibus, armis, suppli-
ciis, argutiis, verborum eloquentia, cognationibus, ami-
citiis, dæmonibus, diabolo, consuetudinibus, malis mo-
ribus, voluptatibus, & infinitis aliis refringere plurimi
conati sint. Et quia illi constituti principes, etiam desi-
derabiliores sint subditis, non sicut multi principes, ter-
ribiles, molesti, & atroces: ideo subdit dicens: Propter- Ibidem.
ea populi confitebuntur tibi in seculum: hoc est, gratias
dicent tibi, gratias multas tibi offerent, quòd tales prin-
cipes dedisti. Et quòd prædicatio vbique increscat, au-
di: Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tu- Ibid.2.b
am, & possessionem tuam terminos terræ. Et iterum a-
licubi: Implebitur omnis terra scientia domini, sicut Esa.11.b
aqua multa, quæ operit mare. Et facilitas obedientiæ
docetur. Non docebit, ait, vnusquisque proximum su- Hiere.31.f
um, & vnusquisque fratrem suum dicens, cognosce do-
minum: quia omnes cognoscent me à minimo illorum
vsque ad maximum illorum. Indiscissa ecclesia mani- Mich.4.a
festatur: In nouissimis diebus insignis erit mons do-
mini præparatus in vertice montium, & exaltabitur su
per omnes colles, & venient ad eum omnes populi, & F
gentes multæ. Et quòd nō solùm firma, & solida, & im-
mobilis, sed quòd & multa orbi pace præsidebit. Et in-
teribūt principatus multorum in ciuitatibus, & monar-
chiæ: vnum autem quoddam regnum propagabitur, &
abundantius erit pace, non sicut prius. Nam prisca illa
regna, & dolosi rhetores, & armati milites parauerunt:
Christo autem adueniente, omnia illa dissoluta sunt, &
bella in partem seorsum concesserunt. Hoc enim do- Esa.2.a
cens propheta, dicebat: Et confringent gladios suos in
vomeres, & lanceas in falces, & non accipiet gens con-
tra gentem gladium, & non discent bellum. Nam prius
in illis omnes exercebantur, nunc & artis eius obli-
ti sunt, immo plures eius neque initium gustarunt. Si
autem sunt pauca quædam bella: quid hoc ad crebra il-
la & continua, cùm gens contra gentem insurgeret?
Deinde & vnde constituta sit ecclesia, prædicit. Nam
non solùm benigni & mansueti, & suaues homines, sed
& feri, & inhumani inter seipsos, & lupi, & leones, & tau
ri moribus colligendi erant: è quibus omnibus vna
fiebat ecclesia. Audi quomodo armenti illius varieta-
tem declarans propheta dicit: Tunc pascetur simul lu- Ibid.11.f

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gpus cum agno, quo frugalem vitam regũ indicat. Quòd autem non de feris hæc sonant, vt fortè dixerit Iudæus, quan-lo hoc factum est dicat, nunquã lupus agno cõpascuus fuit. Aut si simul pascetur, quid hoc humano generi proderit? Sed hoc ad feros & agrestes homines pertinet, Scythas, Thraces. Mauros, Indos, Sauromatas, Persas: quia gentes illæ omnes sub vno iugo erunt. Id quod
Soph.2.c & alius quidam propheta manifestans dicebat: Et seruient ei sub iugo vno, & adorabit eum vnusquisque à loco suo. Non vltra Hierosolymas solùm, sed in toto orbe: neque vltrà dicetur hominibus, vt Hierosolymas abeant, sed vnusquisque domi manens, cultũ illum perficiet. Erant eiiciendi Iudæi, audi quomodo & hoc prædixit propheta: Ecce & in vobis concludentur ianuæ,
Malach.1.c & non accenditis altare meum gratis. Et mihi quidem
Ibidem.d seruiunt, ait, ab Oriente Solis vsque ad Occidẽtem. Nomen meum glorificabitur in gentibus, & in omni loco sacrificium mihi offertur, & hostia pura. Vides quomodo cultus nobilitatem manifestauit, quomodo excẽllentiam & immutationem eius, quòd non in loco, sed modo: non in nidore & fumo, sed in alio cultu nostra erunt ministeria. Et quomodo illos, dicet quispiam, at-
H traxerunt Apostoli? Qui non nisi vnam linguam habebant, nempe Iudaïcam: quomodo Scytham, & Indum, & Sauromatam, & Thracem docebant? Acceperant à spiritu sancto gratis multiugarum linguarum dona. Et hoc quoque non Apostoli solùm suum dicunt, sed & prophetæ simul duo hæc declarantes, scilicet quòd varietatem linguarum acceperint Apostoli, & quòd ne-
1.Cor.14.d que hoc attraxerit Iudæos. In variis linguis, & in labiis aliis loquar populo huic, & neque sic audient me, dicit dominus. Quid hoc manifestius? vidit aliquis? Erant Iudæi increduli futuri, & gentes ad fidem ascisc̃dæ: hoc
Esa.65.a Esaias declarans manifestat: Inuentus sum ab his qui me non quærunt, manifestatus sum his qui me non inquirunt. Dixi: Ecce ego sum ad gentem, quæ non inuocauit nomen meum, ad Israël expandi tota die manus meas, ad populum incredulum, & contradicentem. Et
Ibid.53.a iterum: Annunciamus coram eo vt puer, & sicut radix in terra sitienti. Domine quis credidit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatum est? Et non dixit, doctrinæ nostræ: sed, auditui nostro: vbi ostendit, quòd non proprium aliquid loquuntur, sed ea ipsa administrarunt, quæ audierunt à deo. Et quòd nostra Iudaïcis
I præferenda magisq; colenda sint, vide quomodo prædicit propheta: Iritabo vos in non gente, in gente insipienti iritabo vos. Prioris populi vilitatem signat in hoc, quòd dicit, in non gente: non enim gens putabatur esse, ob vilitatem nimiam, ob stultitiam, ob insipientiam. Sed mutatio hæc fide facta est, vt nostra gens nunc multò dignior appareat, quàm ista fuit olim. Vide etiam quomodo declarauit hoc egrè laturos Iudeos, & inde iritatos futuros meliores: dicit enim, Iritabo vos in non gente: hoc est, tanta dabo ipsi bona, vt æmulatione corripiamini, & mordeamini. In hoc meliores facti sunt: nam cùm audirent Mosen, & prophe-
Psal.105.c tarum signa viderent, mare diuisum, petras scissas, aërem mutatum, aliaque prodigia, filios sacrificabant, & initiabant Beelphegor, magicæq; vacabant arti. At vbi nos ad fidem accessimus, longeque venerabiliores apparuerunt res nostræ, quàm illorum: & ipsi zelotypia laborarunt, & humiliati sunt, & ita meliores facti, quàm dum à prophetis erudirentur, & prodigia viderent. Nam ex æmulatione nostri rectè se gerunt: nullus enim ipsorum, vel pueros nunc immolat, vel ad idolo-

currit, vel vitulum adorat. Virginitatis decor apud veteres neque nominabatur, in noua autem lege fulsurus K
erat. Vide quomodo & hoc prædixit Dauid: Afferentur Psal.44.d
regi virgines post eam, afferentur in templum regis. Et neque ipsum sacerdotum nomen obticuit, episcoporũ nomen dico, Constituam enim principes tuos in pace, dicit, & episcopos tuos in iustitia. Veniet vt iudex rationem exacturus ab hominum genere, & cùm primis à Iudæis. Vide quomodo hoc prædicit & Dauid & Malachias. Malachias enim sic dicit: Et veniet sicut ventilabrũm, sicut herba fullonum, & purgabit argenteum & Malach.3.a
aureum, iuxta dictũ Pauli, Dies declarabit, quia in igne 1.Cor.3.d
reuelabitur. At Dauid secundum eius aduentum prædi- Psal.49.a
cans, Deus manifestè veniet, dicit. Nam prior eius aduentus multæ misericordiæ est, secundus autem non item: sed aderit è cœlis ipsis, angelorum multitudine vndique effusa, aduentuq; suo ad similitudinem fulguris omnia comprehendente. Nam vt fulgur egrediens Lucæ.17.c
in Oriente, etiam in Occidente videtur, ita erit aduentus filij hominis. Quo declaratur eius claritas, & quòd semetipsum annunciet: nullo enim præcone opus habebit, quod propheta docens docebat, Dominus manifestè veniet. Deinde iudicium adducens futurum, sic in- L
quit: Ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu e- Psal.49.a
ius tempestas validè. Dixit supplicia, dicit & fulgorem: Ibidem.
Aduocabit cœlum de sursum, & terram, vt discernat populum suum. Terram hic omne hominum genus dicit, deinde cum omni hominum genere & Iudæos iungit. Ibidem.
Nam ad ipsos pertinet: Congregate illi omnes sanctos eius, quia deus iudex est. Aduentu suo cultum victimarum reiecturus erat, vt ne amplius ille acceptus esset, sed nostrũ illud sacrificium admitteretur. Accipe quo- Ibid.39.b
modo & hoc prædictum sit: Sacrificium & oblationem noluisti, corpus autem perfecisti mihi. Nam per corpus, & obedientiã nostram instituturus erat cultum nouũ: ideoque dicit, corpus autem perfecisti mihi. quod & a- Ibid.17.b
libi manifestans dicebat: Populus quem non cognoui, seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi, non videns mare scissum, non petram ruptam, sed audiens meos Apostolos, & ibi corpus perfecisti mihi, tunc dixi, ecce Ibid.39.b
venio. In capite libri scriptũ est de me. Duo autem hęc manifestauit: & quòd affuturus sit tunc, quando cessabunt sacrificia: quod & factum principatu Iudæorum ad Romanos transeunte: & quòd de aduentu suo antequã M
aduenirent, prædictum sit. Quomodo autem scriptũ de Baruc.3.d
eo quòd aderit, diximus quòd Baruch dicit: In terris visus est, & cũ hominibus conuersatus. Dicit autem & Mo- Deut.18.d
ses sic, Prophetam nobis excitabit dominus deus de fratribus nostris, sicut me, ipsum audietis: & erit, omnis anima quę prophetam illum non audierit, exterminabitur de populo suo. Vides hoc in nullo impletum, quàm in hoc solo. Etenim multi prophetæ surrexerunt, & omnes parum auditi sunt: attamen propterea Iudæi nihil sunt passi. Hunc autem quia non audierunt, vagantur erratici, fugitiui, & exules, oberrantes vbique, excluſi à sua ciuitate, & à paternis legibus & cõsuetudinibus, ir ignominia & vltionis pœna. Quæ sub Vespasiano & Tito sunt passi, iam dicere non vacat: ita omnem calamitatem excedit ea tragœdia. Et impletum est prophe- Deut.18.d
ticum illud: Omnis qui non audierit prophetam illum, exterminabitur. Propter hoc omnia, quæ illorum fuerunt, in solitudinem redacta, quia prophetam illum non audierunt. Quòd suscitabit omnes, prædictum Esa.62.d
est cùm dicunt: Resurgent mortui, & euigilabunt qui in monumentis. Ros enim paradisi medicina ipsis est.

Quòd

A Quòd post crucem, post mortem res Christi clariores futuræ, & q̃ post resurrectionẽ prędicatio Christi inualitura esset, similiter prædictũ. Nam postquam orauit in
Mar.14.c Oliueto, proditus est à discipulo, cõputus est, conuicia audiuit, flagellatus est, crucifixus est, & irrisus quantũ illi volebant, neq; sepulturã obtinuit: vestes eius diuiserũt carnifices: in mala opinione vitam finiuit, vt blasphe-
Ioan.19.b mus, vt tyrannus. Nam omnis qui seipsum facit regẽ, di-
Ibid.10 5 cebant, nõ est amicus Cæsaris. Et iterum: Ecce audistis, quòd blasphemus est. Erantq; hæc omnia antea significanda. Ne timueris, horum gratia, q̃ crucifixus, q̃ flagellatus, q̃ colaphis cæsus, quòd consputus, quòd à latronibus conuiciis incessitus, q̃ tyrannidis & blasphemiæ no mine occisus. Ita se habebunt res eius post mortem & resurrectionem, vt nemo contradicat, quin summo honore antecellat. Hoc certè & factum est, & prædictum,
Esa.11.c quod & propheta prædicebat inquiens: Erit radix Iesse, & qui exurgat vt regat gentes, in ipso gentes sperabunt. Et erit quies eius, honor. Hoc autem mortis genus diademate quouis glorioſius est. Nam reges positis diadematis, crucem suscipiunt, mortis symbolum. In purpu
B ris crux, in diadematis crux, in precibus crux, in armis crux, in mensa sacra crux, & in toto orbe crux, & super Solẽ fulget crux. Et erit requies eius, honor: licet diuerſo modo in rebus humanis contingere solet. Nam cùm hi qui hic in magna gloria, rebusq; florentibus agunt, moriuntur, pereunt cum eis simul alia omnia: id quod non solùm in diuite, sed & in principe, atq; adeò id & in regibus ipsis quis videt. Nam leges eorum irritantur, statuæ obscurantur, memoria extinguitur, nomẽ eorum in obliuionem venit, à cognatis despiciuntur. Et licet pridem mouerint arma, concitarint seditiones populorũ & vrbium, reuocauerint proscriptos, occiderint dominos, simul tamen conciderunt hæc omnia, quanuis glorioſa prius fuerint. At secus in cruce euenit. Ante crucẽ
Ioan.18.a in luctu res erant, Iudas prodidit, Petrus negauit, reliqui profugerunt, Iesus solus inter inimicos comprehenſus est: multi qui crediderant retrorsum abierũt. Cæterùm, vbi occisus est, & mortuus, vt discas quòd non sit purus homo: non solùm res eius non intercidunt, sed mul-
C tò clariores illustrioresq;, & sublimiores redditæ.
Ibid.c Nam ante crucem præcipuus Apostolorum, neque ostiariæ minas tulit, & post tantam eruditionem aiebat se nescire quis esset. At post crucem, orbis ad fidem accessit, & infiniti martyrum populi occisi, malentes mori quàm dicere quòd præcipuus ille Apostolorum formidans vnius ostiariæ minas. In omni regione, omni ciuitate & solitudine, & parte orbis, quæ habitationi accommoda, & quæ non accommoda, prędicamus crucifixum. Et reges & principes, & milites & præsides, & serui & liberi, & idiotæ & sapiẽtes, & insipientes & barbari, & reliqua hominum genera, ac terræ omnes quas
Esa.11.b Sol spectat, ad hoc nomen corruunt, vt adorent: vt discas quid sit, Et requies eius honor. Et locus quidẽ quo corpus hoc positum, breuis erat, & valde angustus: angustior tamen, & venerabilior mille regum palatiis, immo etiam regibus ipsis. Et erit requies eius honor. Non ipso tantũ, sed & in discipulis suis hoc cõtigit. Nam qui ducebantur & circũducebantur, qui cõtempti erant & vincti, qui innumera patiebãtur dum viuebant: vbi defuncti sunt, regib⁹ ipsis erãt magis venerabiles etiã Romæ,
Roma. quæ vrbium est regalissima, relictis omnibus, ad sepulchra piscatoris & pellionis currunt & reges, & præsides, & milites. Et in Cõstantinopoli reges nostri magnam gratiam putant, non si prope Apostolos, sed si vel extro-

Tomus quintus.

eorum vestibula, corpora sua sepeliantur, fiantq; piscato- D
rum ostiarij reges. Neq; hinc in morte confunduntur, sed honestãtur & ipsi, & eorum nepotes, & proꝛnepotes. Et erit requies eius honor: Quale autẽ symbolum huius mortis? Signum erat mortis maledictæ, mortis omniũ defamatissimæ. Hoc enim solùm mortis genus maledi ctioni obnoxium fuit. Vt exempli gratia quid dicã, qui olim peccabant, comburebantur, lapidabantur, & aliis modis vitã finiebant, vt in suppliciis tantũ: Crucifixus autem, & in ligno suspensus, non solùm hoc ferebat, vt graue aliquod supplicium, cui adiudicatus erat, sed & vt maledictum quoddam. Nam maledictus omnis, dicit, Deut.21.d
qui pendet in ligno. Verũtamen hoc maledictũ, hoc abominabile, hoc extremi supplicij symbolum, crux, diadematib⁹, & coronis clarius factũ est. Neq; enim sic regia corona ornatur caput, vt cruce, quæ omni cultu dignior: & quã omnes prius abhorrebant, eius figurã tantopere quærunt: atq; adeò vbiq; ea inuenitur apud principes, apud subditos, apud mulieres, apud viros, apud virgines, apud nuptas, apud seruos, apud liberos: subinde omnes ea se signant, inscribendo in nobilissimum mẽ- E
brum nostrum. In frõte enim nostra, quasi in columna quotidie figuratur. Sic in sacra mensa, sic in sacerdotum ordinationibus, sic iterum cum corpore Christi, in mysticis cœnis fulget. Hanc vbiq; celebrari videre licet, in domibus, in foro, in solitudine; in viis, in montibus, in collibus, in vallibus, in mari, in nauigiis & insulis, in lectis, in vestibus, in armis, in thalamis, in sympoſiis, in vasis argenteis, in aureis, in margaritis, in murorum pi ctu ris, in corporibus brutis malè affectis, in corporibus à dæmoniis obsessis, in bellis, in pace, in dieb⁹, in noctibus, in delicatorum choreis, in monachorum ordinib⁹: adeò certatim donũ hoc mirabile rapiunt omnes. Mira est hæc gratia, nullus confunditur, nullus erubescit, cogitans quòd maledictæ mortis symbolum fuerit: sed omnes ipso magis ornantur, quàm diadematum coronis, vel multis gemmatis monilibus & torquibus. Et nõ solùm non fugitur, sed & desideratur & adamatur, & omnes de ea soliciti sunt, & vbique fulget, & sparsa est in parietibus domorum, in culminibus, in libris, in ciuitatibus, in vicis, in locis quæ habitantur, & quæ non habitantur. Vellem audire à pagano, vnde symbolum tam F
maledictæ mortis ac supplicij omnibus tam desiderabile, si non magna crucifixi virtus? Quòd si nihil hoc esse putas, sed adhuc impudens manes, & veritati te opponis, & ad lumen cæcutis, ex alio argumento disce, quale hoc sit, & quantæ virtutis. Sunt lictoribus multa tormẽtorum genera, ligna, lora, vngues, plumbum, quibus torquent corpora, & membra dilacerant, & distrahunt: & quisnam vellet hæc in domũ suam inferre? quis vellet manu contingere? vel quis vellet ad carnifices, dum hæc agunt, propius accedere, vt videat? An non plures ita abominantur, vt neque aspectum, neq; tactum sustineant, aliqui nauseant, & inauspicatum censent, proculq; fugiunt, & oculis auersantur? Tale quippiam vtique & crux olim erat, atque illis multò grauior, vt supra memini. Nam non mortis tãtum, sed & maledictæ mortis symbolum erat. Vnde ergo, dic mihi, omnibus tantum eius studium & cura, quòd ita desiderata cunctis, & omnibus desiderabilior? Ipsum ergo hoc lignũ, in quo positum sanctum corpus domini, & crucifixum: quare nam habere totus orbis ita contendit, vt qui paruum quiddam ex illo habẽt, hoc auro includant, tã viri quàm mulieres: & ceruicib⁹ suis aptãt, hinc valde honestati, & magnifici, muniti & protecti, licet condẽnatio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G nis fuerit lignum. Sed qui omnia operatur & præparat, qui orbem terrarum à peccato tanto transfert, & terrã cœlum facit, etiam rem hanc, licet contemptam, & omnibus mortibus turpiorẽ, supra cœlos eleuauit. Hæc igitur omnia prænidens propheta dicebat: Et erit requies eius, honor. Hoc enim mortis symbolum (non desisto idem sæpe cõmemorare) multę benedictionis argumẽtum est factum, & omnigenæ securitatis murus, tempestiua diaboli plaga, demonum frenum, chamus contrariarum virtutum. Hoc mortem sustulit, hoc inferni æreas portas confregit, hoc ferreos vectes contriuit, diaboli arcem expugnauit, peccati neruos execuit, totũ orbem condemnationi subiectum eripuit, plagam à deo immissam aduersus naturam nostram remisit: quæq; non potuit mare cùm diuideretur, & petræ cùm rumperentur, & aër cum mutaretur, & mãna quod quadraginta annis tot millib⁹ dabatur, & lex, & alia signa, tam in eremo, quàm in Palæstina facta, ea potuit crux: non in vna gente, sed in toto orbe, & in omnibus quas Sol aspectat terris. Crux maledicti symbolum, quod omnes fugiebant, quod omnes deprecabantur, quod probrosissimum dicebant omnes, tantum ac tale post crucifixi
H mortem robur accepit. Discę ergo, quãta eius sit virtus, quomodo sine bello & omnia facilè operetur, non solũ autem hæc, sed & præter hæc & alia ostendunt eius virtutem. Orbem enim cùm esset sterilis, & infœcundus in sermone virtutis, & nõ melius se haberet ad hoc, vt aliquid boni pariat, quàm terra solitaria, vel infœcũda mulier: fecit matrem multorum filiorũ, & paradisum frugiferam. Et hoc quoq; antea prædictum à propheta sic dicente: Lætare sterilis, quæ non paris: iubila & clama, quæ non parturis: quia plures sunt filij sterilis, quàm habentis virum. Et quòd talem eum fecerit, dederitq; ei & legem, sed priore multò præstantiorem: minimè obticuerunt prophetæ, dicentes: Disponam testamentũ nouum, non sicut dispositi patribus eorum in die, qua manum eorum apprehendi, educendo ipsos è terra Aegypti: quia ipsi non manserunt in testamento meo, & ego neglexi eos, dicit dominus. Quia hoc est testamentum quod disponam eis: dabo enim leges meas in mẽte eorum, & in corde eorum inscribam eas. Præterea illam magnam mutationem, eruditionemq; facillimã declarans prædicebat: Et non docebit vnusquisq; proximum suum, dicens: cognosce dominum, quia omnes scient
I me à minimo ipsorum vsque ad maximum. Iam etiam hoc ipsum quòd daturus esset & remissionẽ peccatorũ, omnibus ad se venientibus, prædixit propheta, sic dicẽs: Hoc erit ipsis à me testamentũ, quia auferã iniquitates eorũ, & iniquitatũ eorũ non ero memor amplius. Quid hoc manifestius? quid dilucidius? Vocatur lex: noua veterẽ exẽllit: facilè credẽtes instituũtur, danturq; in baptismate gratia & donũ. Porrò qui hæc fecit, idẽ aderit, & post hæc iudicabit: sed vide quomodo nec hoc silentio transierint. Nam eorũ aliqui viderunt ipsum in habitu quo vẽturus est: alij per verba ipsum prædixerunt. Nam Daniel quidem in medio Babylonis, & inter Barbaros, vidit ipsum in nubibus sedentem. Eccè enim, ait, quia filius hominis venit, & peruenit vsq; ad antiquum dierum, & ei oblatus est omnis principatus, omnes populi, tribus & linguæ ei seruiũt. Et de tribunali eius subdit, dicens: Throni positi sunt, & libri aperti sunt, & fluuius ignis exiit ante eum, mille millia ministrabant ei, & decem millia assistebant ei. Et quòd per ignem erit hoc iudicium: Ingredietur, ait Malachias, sicut ignis cõflans, & sicut herba fullonum. Sed quòd boni magnæ

Sap.3.c
Esa.54.a
Gala.4.d
Hiere.31.f
Ibidem.
Ibidem.
Daniel.7.d
Ibidem.
Malach.3.a

honore tunc perfruentur, ac de resurrectione gaudebunt, inquit idem Daniel: Resurgent qui in puluere sedent. Vidisti diligentiam prophetarum, quomodo ventura omnia prædixerunt? Quomodo ergo adhuc in incredulitate perstas, cùm tantam virtutis eius demonstrationem acceperis? Verba ante hæc tempora prædicta sunt, & opera verbis succedere vides consona, & omnino prætermissum nihil. At quòd non sint figmenta, testantur hi qui libros & primùm acceperunt, & conseruant, inimici nostri, & à crucifixoribus progeniti. Et quomodo hoc, dicet quis, quòd habentes libros nõ credunt? Ecce viderunt tunc operantem miracula, & non crediderunt: sed hoc non arguit id quòd non creditur, sed eos magis qui in meridie cæcutiunt. Nam & hunc mundum in mediũ proposuit, opus bonis proportionibus vndiq; bene cõstitutum, & voces vndequaq; missas, quæ annuncient opificem. Et sunt homines aliqui, qui dicere audent omnia fortuita, & per se mota: alij non esse facta quæ videntur, alij opificium & conditionẽ, ac prouidentiam dæmonibus adscribunt: alij fortunæ, & natiuitati, & fato, & stellarũ circunferentiæ. Neq; hæc in opificem cadit reprehensio, sed in eos potius, qui inter tot remedia adhuc extremis laborant morbis. Nam
L ita contingit, vt anima prudens si videt aliquid quo sibi opus, non multis ad hoc egeat adiumentis: imprudens autem, & stupida, & quæ multis antea languet affectionibus, cæcutiens maneat, etiam quanticũq; illi contingant manuductores. Vide vt hoc semper & vbiq; euenit, non in hoc argumento duntaxat. Nam quot sunt, qui nullis vnquam auditis legibus, honestè ac legitimè vixerunt, quum interim quidam à pueritia enutriti legibus, vsq; ad senectam, nunquam transgredi illas cessarunt? Hæc & apud veteres contigerunt. Nam Iudæi, licet signa & miracula plurima haberent, nunquam tamen per ea meliores euasere. Niniuitæ vna tantùm vo
Ionæ.3.b ce audita, vitam mutarunt, à peccatis liberati. Hoc etiam videre licet, non in nobilibus tantùm viris. Nam Iudas quanta doctrina admonitus, factus est proditor: Iatro autem qua admonitione incitatus, in cruce Christum confessus est, & eius regnum prædicauit? De rebus igitur, non à peruersis consilia quære, sed à rerum veritate calculum iustum affer apud rectè volentes. Non crediderunt Iudæi, & crediderunt multi ex gentibus, quod & ipsum à prophetis non est prætermissum silen
M tio. Dicit enim: Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis. Et Esaias: Domine quis credidit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatum est? Et iterum: Inuentus sum ab his qui me non quærebant, notus factus sum his qui me non interrogant. Et in hoc Christi aduentu crediderũt Chananæi & Samaritana mulier: sacerdotes autem & principes eum impugnauerunt, & ei insidiati sunt, & alios abegerunt, & è synagogis credentes in eum, eiecerunt. Non vtiq; rara hæc fuerint: nam & vita nostra plena huiuscemodi exemplis est, quæ & partim nostro tẽpore, partim superioribus seculis acciderũt. Nihilominus licet non omnes, tamen etiam ex Iudæis & nunc, & olim multi credidere. Quòd autem non omnes, nihil nouum, nihilq; admirabile. In causa enim est, quòd aliũ insipientia, alium verò incogitans, vel affectionib⁹ pessundata mens perdit. Cæterum, quia prophetias quæ de Christo multò ante sua tempora prædictas tractauimus, agè in medium afferamus, quæ etiam ipse in terris ambulans, cúmque hominibus cõuersans, de futuris dixit, vt & inde eius potentiam ac virtutem discas. Igitur cùm ad-

Pſal.17.g
Esa.53.a
Ibid.65.a
Mat.15.c
Ioan.4.d.e

A cùm adesset, nostræq; salutis ageret negotiũ, variis modis id egit, & quantũ ad illos qui tunc viuebant, & quãtùm ad posteros attinebat. Et quid facit? Miracula operatur, prædicit nonnulla longis postea temporibus euẽtura. Et per ea quæ tunc fiebant, veritatem eorum quæ post multum tempus ventura exponit, fidem faciens auditoribus, tam præsentibus quàm sequuturis, & ex dictis suis quæ tunc implebantur, & miraculis quæ fiebant: atq; hac duplici demonstratione sermones fide digniores erant. Nam duplicia prædicere solebat, ea videlicet quæ in præsenti vita, & quę post consummationem & mortem euentura: & confirmabant hæc se mutuum, omniáque verè dicta monstrabãtur. Et vide quid dicam: nam sermo parum dilucidus est, vnde & dilucidiorẽ ipsum facere tentabo. Duodecim erant discipuli sequentes ipsum, & ecclesiam referebant, quanuis nullus tunc eã mẽte conciperet: siquidem nec nomen ecclesiæ erat, sed flo
Matt.16.c rebat synagoga. Quid igitur dicit? Orbe fermè toto in impietate detento, prædixit: Super petram hanc ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt
B aduersus eam. Examina quid hoc sibi verbũ vult, & videbis perspicuam eius veritatem. Nam non solùm hoc mirum est, quòd ædificauit eam per totum mũdum, sed quia inuictam fecit, & inuictam licèt tot bella insurgãt. Hoc enim est, quòd portæ inferi non prævalebunt aduersus eam: Pericula, ait, quæ mortem generant, pericula quæ ad infernum deducunt. Vidisti prędictionis veritatem? vidisti euentus certitudinem ac robur? vidisti verba in operibus relucentia, & virtutem absque armis omnia facilè conficiẽtem? Ne ideo quia paucis dicitur, Aedificabo ecclesiam, transcurras obiter: sed considera & cogita tecum, quid sit in tam breui tempore omnem sub Sole terram tantis ecclesiis impleri, tantas gẽtes ad fidem transferri, populos persuaderi, vt patrias leges irritent, consuetudinem stabilitam & radicatam reuellãt, altaria, & templa, & statuas, & sacrificia, & prophana festa, & immundum odorem, sicut fimum aliquem aboleant: & excitent altaria vbique gentium in regione Romanorum, Persarum, Scytharum, Maurorum, Indorũ, & vltra orbem nostrum. Nam & Britannicæ insulæ extra hoc mare sitæ, & quæ in ipso Oceano sunt, virtutem verbi senserũt: (sunt enim etiam illic fundatæ ecclesiæ,
C & erecta altaria.) Illius inquam verbi, quod tũc dictum, quod & in omnium animabus, inq; omnium labiis plãtatum. Vnde & omnis (vt dicitur) terra spinis plena, repurgata, factusq; purus ager, semina pietatis susceptit. Magna res foret, & excellenter magnæ diuinæq; virtutis, etiamsi nemo interturbaret, essetq; pax summa, & multis simul adnitentibus, & reluctante nullo, posse intra tam breue tempus totum orbem, à consuetudine sua mala, qua præoccupatus fuit, liberari, & ad aliã induci. Verùm, hoc multò maius, quòd non solum in aliam inducitur, sed in multò difficiliorem: nõ solum enim diuersa consuetudo erat, sed & voluptate firmata. Duo violẽta. Quæ enim acceperat à patribus, auis & proauis, aliisque superioribus progenitoribus, & philosophis, & rhetoribus, ea respuere docebatur, quod sanè difficillimum erat: at difficilius nouam accipere consuetudinem quæ nuper irrepserat, illámq; valde laboriosam. Abduxit enim Christus à voluptate, & induxit ad ieiunium: abduxit ab amore opum, & induxit ad amorem paupertatis: abduxit à luxu, & induxit ad temperantiam: abduxit ab ira, induxit ad mansuetudinem: abduxit ab inuidia, & induxit ad benignitatem: abduxit à via lata & spaciosa, & induxit in angustam & arctam, & præruptam,

D & induxit assuetos viæ latæ. Neque enim alios homines extra huius mundi consuetudinem viuentes assumpsit, sed illosipsos qui in talibus vitiis computuerant, & luto molliores erãt, iussit vt angustam & arctã viam, asperámq; illam & duram ambularent. Et persuasit eis. Quot autem persuasit? Non duobus, vel decẽ, vel viginti, vel centum, sed omnibus fermè sub Sole habitãtibus. Et per quos persuasit? Per viros vndecim illiteratos, priuatos, ineloquentes, obscuros, pauperes, patria, facultatibus, robore corporis, præcellentia gloriæ, dignitate progenitorum, vehementia rhetorices, eminentia scientiæ carentes: per piscatores, per pelliones, per barbaros. Neque enim eadem illis & auditoribus vox, sed extraneum planè & peregrinum sermonem à linguis eorum, quib⁹ prædicabãt, fortiti erant. Hebraïcum dico. Atq; per hosce ædificauit ecclesiam hanc, quæ à finibus vsque ad fines extenta est. Neq; hoc solùm mirabile, quòd priuati, & pauperes illi, & parui & ignobiles, & illiterati, & viles, & exotici sermonis, & contemptibiles, totius orbis correctionem attentarunt: sed & quòd ad longè difficiliora opera ipsum ducere iussi, non hoc in pace fecerũt,
E sed infinitis bellis hinc inde excitatis. Nam in vnaquaque gente & ciuitate. Et quid dico, gente & ciuitate? in singulis domibus gerebatur bellum. Radicata enim hæc doctrina, & puerum sæpe à patre diuisit, & nuptam à socru, & fratrem à fratre, & seruum à domino, & subditũ à principe, & virum à muliere, & patrem à pueris: (neq; enim simul omnes crediderunt.) Ad hæc, quotidianas inimicitias, continua bella, multásq; ipsis mortes attulit. Et fecit, vt apostolos quasi communes hostes, & inimicos plerig; auersarentur, abigerentq; eos à se omnes, reges, principes, priuati, liberi, serui, populi, vrbes: & nõ solùm ipsos, sed & quod grauius nouitios in fide, & eos qui ab ipsis instruebantur. Eodem enim bello premebãtur & discipuli, & magistri. Videbatur enim doctrina hæc contraria præceptis regiis, & cõsuetudini & patriis moribus: quandoquidem adhortabantur ab idolis absti
F nendum esse, despectui habenda altaria, quę patres progenitoresq; ipsorum coluerant: desistendum à prophanis præceptis, ridendas solennitates, respuenda sacrificia: quæ illis maximè horribilia & formidabilia videbãtur, pro quibus & animas potius exposuissent, quàm vt eligerent ea quæ ab illis dicebantur, & crederent in natum ex Maria, & crucifixum, & ductũ ad tribunal præsidis, consputum, & infinita alia passum, & eum qui mortem maledictam sustinuit, qui sepultus, quíq; resurrexit. Et quæ ad passionem pertinebant, omnibus manifesta erant: vtpote flagella, colaphi, alapæ, sputa, crux, irrisio, probra, quæ omnes in eum iactabant: & sepultura, quæ partim beneficij loco erat: at resurrectio non item. Nã resurgens solis discipulis apparuit, veruntamen & eam dicendo persuaserunt, sicq; ecclesiam ædificauerũt. Quo pacto, & qua ratione? Virtute eius qui iussit: ille enim præuius, omnia faciebat, reddẽs etiam facilia quæ dura. Nisi enim diuina quædam virtus effecisset, nequaquã hæc vel principium, vel præludium accepissent. Quo enim Gene.1.a modo ille dixit, fiat cœlum, & monstrauit opus: fundetur terra, & illius substantia producta est: fulgeat Sol, & indicauit astrum, omniáq; verbo operatus est: eodẽ modo idem & ecclesias illas plantauit. Et verbũ hoc, Aedificabo ecclesiam meam, hoc omnia operatum est. Illa verba dei condiderunt opera tam admirabilia, & quæ Ibidem. nemo expectasset. Nam sicut cùm dixit, Germinet terra herbam fœni: & omnia mox ortus erant, & omnia prãtum, terraq; mandatum suscipiens, infinitis ornabatur plantis:

Universidad de Deusto
Biblioteca

G plantis: Sic & nũc vbi dixit, Aedificabo ecclesiã meam: multa acceleratione facta est, etiam contra illam tyrãnis se armantibus, & militibus arma mouentibus, & populis plus valido igne insanientibus, & obluctante consuetudine, etiam oratoribus, & sophistis, & diuitibus, & principibus insurgentibus, sermo dei velut ignis validꝰ adueniens spinas consumpsit, agros repurgauit, seminauit verbum prędicationis. Et licèt hi qui crediderunt, in carceribus seruarentur, despectui essent, amitterent substantias, occiderentur, traderentur igni, submergerẽtur aqua, & omne tormentorum genus sustinerent cũ summa ignominia, & persecutionem paterentur, vt hostes publici, plures tamen semper accrescebant: non solùm nihil ex afflictionibus aliorũ facti segniores, sed & multum alacriores, & ad pulchram hanc piscationem assiliebant: sicq; à piscatoribus capiebantur, non coacti, non vim passi: sed sponte accurrentes, gratiámq; habẽtes adducentibus. Et quanuis viderent fluere torrentes sanguinis credentium, feruentiores tamen reddebantur in fide, & fidentiores. Et non discipulis solùm, sed & magistris vinctis, fugatis, flagellatis, aliáq; mille mala passis,
H discipuli plures fiebant, & magis studiosi. Quare Paulus
Philip.1.b clamat, dicens: Atq; adeò plures fratres freti in domino vinculis meis, vt abundantius audeant impauidè sermonem loqui. Et alibi iterum: Vos imitatores facti estis ec
1.Thes.1.c clesiarum dei, quæ sunt in Iudæa: quia eadem passi estis quę & nos à cognatis propriis, prohibentibus nos loqui gentibus vt saluentur. Aliis quoq; scribens, sic dicit: Me-
Hebr.10.f mores estote dierum pristinorum, in quibus illuminati graue passionum certamen tulistis, scientes meliorem habere substantiam in cœlis, & manentem. Vides virtutis excellentiam, quæ tanta operata est? Nam qui tãta patiebantur, non solùm non ægrè ferebant, vel deficiebãt: sed & gaudebant, gestiebant, exultabant. Et de discipulis
Hebr.10.g quidem dicit, quòd publicationem substantiæ cum voluptate acceperint: de magistris verò, quòd iuerint à con-
Acto.5.g spectu concilij gaudentes, vtpote digni habiti pro nomine Iesu contumeliã pati. At de seipso ait: Gaudeo in af-
Coloss.1.d flictionibus meis, & adimpleo, quod reliquum afflictionum Christi in carne mea. Et quid miraris, quòd in passionibus gauisus fuit, cùm & moriturus non solùm gaudebat, sed & discipulos ad cõmunionem lætitiæ suę vocabat, quod sanè excellenter lætãtis animę erat: sic enim
I ait, Philip.2.c Gaudeo & congratulor omnibus vobis, idipsum etiã vos gaudete & congratulamini mihi. Et quid factum est
2.Tim.4.b dicito, quòd tanto gaudio impletur? Ego enim, ait, immolor, & tẽpus meæ resolutionis instat. Sic igitur ædificabât. Alioqui nullus ædificare potest parietem vnum, quem lapidibus & calce exstruit, si impediatur & fugetur: illi autem etiam ecclesias in toto orbe vbiq; extruxerunt, licèt ligarentur, persequutionem ferrent: fugarentur, proscriberentur eorum bona, flagellis cæderẽtur, occiderentur, comburerentur, submergerẽtur, vnà cum discipulis. Et ædificabant, non lapidibus, sed animabus & institutis: quod planè multò difficilius quàm lapidibus extruere. Non enim par est, construere sensibilem paritem, & animæ tantis temporibus à dæmonibus iritatæ persuadere, vt ab insania illa desistat, & ad tantam perueniat temperantiam. Nihilominus hoc potuerunt nudi illi, & calceis carentes, & vna veste amicti, peráq; vniuersum orbem currentes. Habebãt enim adiutricem & cõ
Matt.16.c militantem inuictam virtutem eius, qui dixerat: Super petram hanc ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Numera, quot tyranni ab illo tẽpore aduersus ipsam instruxerũt acies, quot grauissimas persecutiones mouerũt, quomodo toto prio K re tempore, quando nouitia erat fides, & nuper plantata, teneręq; hominum mentes, gentiles regnabant, Tiberius, Caius, Nero, Vespasianus & Titus, & post illum omnes, vsq; ad beati Constantini tempora, & omnes illi, alij minus, alij sæuius infestabant ecclesiam, infestabant tamen omnes. Quòd si qui ipsorum visi sunt mansueti, hoc ipsum quòd reges manifestè in impietate erant, materia aliqua bellorum erat, cùm alij eis adularentur, alij satagerent, vt aduersus ecclesiam bella susciperent. Veruntamen insidiæ & machinationes illæ omnes leuius quàm araneorum telæ discerptæ sunt. Et ea quibus nos inuadebant, & quibus insidiabantur, citius fumo dissoluta, puluere præterierunt infirmiora. Magnum enim nobis numerum martyrum implerunt, immortalesq; illos ecclesiæ thesauros reliquerunt, & colũnas, & turres, & eos qui non solùm viuentes: se & mortui posteris magnæ vtilitatis materia facti sunt. Vides prædictionis robur? Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Ab his & de futuris crede, quòd nullus obsistet. Si enim cùm ex paucis constaret, & nouæ sectę opus esse videretur, no
uáq; haberetur doctrina, ac tot bella, tot pugnę vbiq; cõ- L
mitterentur, non præualuerunt, neq; obstiterunt: multò magis cùm vniuersum orbem, & omnem locum, & mõtes, & colles, & valles, & terram, & mare, & gentes omnes quę sub cœlo sunt, comprehenderit. Parum est, quicquid reliquum est impietatis, præsertim sublatis tẽplis, altaribus, idolis, omnibusq; festis & sacrificiis, & fumo, & nidore, & prophanis conuentibus. Quo pacto ergo tale atq; tãtum negotium, tot munitum obstaculis, finem habere potuisset, tam clarum veritati exitum testificantem, nisi diuina quædam & inuicta virtus fuisset, quæ & hæc prædixisset, & perfecisset? Nullus vtiq; his contradixerit, nisi quis valde insanus, & totus stupidus sit, naturáq; sensu priuatus. At non hæc tantùm, sed & cæteræ eius prophetiæ, & alia, inuictam eius potentiã testantur. Nam futura verissimè prędixit, & ad finem fœlicissimè perduxit. Adeóq; impossibile est, vt intercidat vel vnũ verborum, quod ab eo dictum, immo citius peribit cœlum & terra, quàm aliquod verbum in prophetia falsò dictum coargui possit. Propter quod & ipse antequã res fieret, hocipsum declarãs, de dictis suis ita manifestè af- M
firmauit: Cœlum & terra transibunt, verba autem mea Matth.24.f
non transibunt. Et meritò: nam licèt verba sint, sunt tamen verba dei, & per quæ res conduntur: sic cœlum fecit, sic angelorum multitudines, sic alias inuisibiles potestates. Quod manifestum faciens propheta dicebat:
Dixit, & facta sunt: mãdauit, & creata sunt. De omni si- Psal.148.a
mul creatura tam quæ supra, quàm quæ infra nos: tã sensibili, quàm intellectuali: tam corporea, quàm incorporea, ea pronuncians. Indicabat igitur, vt ad ea cõmemorauí, prophetia de ecclesia, magnitudinẽ, põdus & eminentiam veritatis, prudentiæ, bonitatis, & curæ eius. Agè & aliam eius prophetiam in manus accipiamus, quę Sole & radiis illius sit clarior, quę ante omnium oculos sita, quæ in omnes subsecuturas generationes protendatur, sicut & prior. Nam id genus sunt multa eius vaticinia: non consummantur breui tempore, neq; in vna generatione cõmplentur: sed ad omnes pertinent homines, tam ad eos qui sunt, quàm qui futuri sunt post illos, & iterum ad illorum posteros, & eos qui illos quoq; sequentur: & ita vsq; ad seculi consummationem, omniáque docent veritatis illius fortitudinem, quemadmodũ & prius vaticinium. Nam à die, qua dictum est, constat ecclesia solida, & stabilis, ac inuicta, florens & fulgens,
& indies

A & indies magis ac magis vigens, crescens, & plus roboris sumens, & omnibus qui ab illo die vsque ad domini aduentum futuri sunt, præstans vt summos inde fructus & ineffabilem vtilitatem capere queãt. Nam & qui ante nos, & qui ante illos, & qui multò superius fuere, cognouerunt eius virtutem. Videtes enim eam vexari bellis, periculis, tumultibus, turbis, fluctibus & tẽpestatibus: & neq; sic submergi, vinci, superari, & extingui: sed florere, crescere, & extolli. Et hoc vaticinium quod nũc dicturus sum, tale est, vt demonstrare possit eius robur, ac dictorum veritatem. Et quæ nam prophetia illa? Ingresso aliquando Iesu in templum Iudaïcum, florens tunc & vndequaq; fulgidum auro, conspicuúmq; tam pulchritudine, quàm magnitudine ædificiorum, ac alia omnifaria magnificentia, non solũ artificio, sed & materia, admirantibúsq; discipulis: quid inquit? Nónne videtis hæc
Matt.24.a omnia? Amen dico vobis, non manebit lapis super lapidem. Eam subuersionem ibidem declarãs, desolationẽ, interitum, ruinam, quæ nunc in Hierosolymis: Omnia enim ædificia illa, quanuis fulgida & præclara, corruerunt. Vides in vtroq; magnam & ineffabilem eius potẽ-
B tiam, in eo quod se colentes augebat & ædificabat, & in se impingentes humiliabat, destruebat, & radicitus euellebat. Nusquam enim huic simile templum erat, & tam venerabile, & quod tanto cultu insigne. Nam in toto orbe habitantes Iudæi, etiã in finibus terrę, illuc olim proficiscebãtur, dona, & hostias, & oblationes, & primitias, & multa alia ferentes, orbisq; diuitiis tẽplum ornabãt: confluebant enim eò omnes ex toto orbe aduenę Iudęi, ita vt celeberrimum nomen loci esset, etiam in extremitatibus terræ. Sed vnum verbum Christi omnia illa obscurauit & perdidit, & quasi puluere è medio eiecit. Et illuc olim neq; Iudæis omnibus, neque sacerdotibus omnibus, sed vni soli summo sacerdoti intrare licebat: & hoc semel tantum in anno, & cum stola, coronis, & mitra, alióq; amictu sacerdotali: nunc autẽ & meretricibus & mollibꝰ & effœminatis & mœchis ingredi licet, nec est qui prohibeat: Nam vt verbum illud aduenit, omnia euanescere fecit, & perdidit. Et tãtę solùm supersunt templi reliquiæ, vt monstrari queat, cùm ibi fuisse templum. Cogita ergo quantæ & hoc sit virtutis. Nam hi qui olim tam potentes erant, vt se opponerent po-
C pulis & regibus, & absq; sanguine vbiq; hostibus prœualerent, miros & inopinatos triumphos statuentes: templum vnum ab illo die vsque in hodiernum reędificare non valuerunt, quanuis tot tantiq; reges, & tanta multitudo in toto orbe dispersa ipsos iuuarent, essentq; sibi tãtæ opes. Vides quomodo quæcunque ædificauerit, nullus destruet: & quæcũq; destruxerit, nullus ædificabit. Ædificauit ecclesiam, & nullus eam destruere poterit: destruxit templum, & nullus illud ædificare poterit, idq; in tã longo tempore. Nam & illam destruere conati sunt, & non potuerunt: & hoc ædificare attentauere, & nec idipsum potuerunt. Cõcedatur autem hoc, quod nullus dicere poterit, si attentassent, potuissent: ecce attentarunt, & nihil valuerunt. Enimuero rex, qui hac nostra ætate omnes alios impietate præcellebat, & facultatem tunc dedit, & cooperatus est: & opus incipiebant, sed nec in minimo præualuerunt: nam ignis à fundamentis exiliẽs, omnes ipsos fugauit. Quod autem voluerint, & hoc indicium est, quia vsq; nunc manent fundamenta denudata: vt videas quod attentarunt quidem effodere, non valuerunt autem extruere. Nam obsistebat eis hoc Christi verbum. Quanuis autem & olim destructum templũ illud, attamen vbi post septuaginta annos redierũt, statim excitatum est, fuitq; priore multò præclarius. Et dí- D
cunt hoc prophetæ, & prædicunt, priusquam factũ. Nũc autem supra quadringẽtesimum annum est, & nulla vel cogitatio vel expectatio est, sed neq; spes quòd instauretur. Et quid obstabat, si nõ diuina virtus obluctata esset? Non certè opum penuria, quarum multa illis copia: neque patriarcha, qui omnium vndequaq; colligebat tributa, & immensos thesauros possidebat: non raritas populi, non pudor, non lites, non inscitia, non bella, nõ hi qui in Palæstina, non qui in Phœnice, non alia multitudo. Quomodo ergo non potuerũt vnum templum extruere, præsertim videntes cultum suum alioquin vbiq; residere quasi ligatum, & Iudaïcos ritus aboleri, & sacrificia & oblationes, & alia legitima auferri? immo non licebat eis excitare vel templum vel altare, aut sacrificiũ offerre, aut immolare ouem, aut imponere thymiama, aut recitare legem, aut instituere festa, aut aliud quiddã, quod vel in vestibulis quondã agebant. Porrò cùm olim in Babylone essent, & cogebantur ab hostibus vt psallerent, illis tamẽ non parebãt: & licèt serui & captiui essent, dominis tamen & imperatoribus non obediebãt: sed quia patriam & libertatem amiserant, & periclitabã E
tur de vita, in medio laqueorum, & in manibus potentium derelicti, iussiq; canere canticum in organis, sic dicebant: Super flumina Babylonis illic sedimus & fleui- Psal.136.a
mus, quando rogabant nos, qui captiuos duxerant nos. Quomodo cantabimus canticum domini in terra alie- Ibidem.
na? Neq; quis dicere poterit, quòd ob organorum penuriam, luctum faciebant: nam & ipsi causam posuerãt, dicentes: Quomodo cantabimus cãticum domini in terra aliena? Nam in salicibus in medio eorum suspendimus organa nostra. Sed neq; ieiunium ieiunare licebat: & hoc declarans propheta, dicebat: Non ieiunabitis ie- Esa.58.b
iunium mihi septuaginta annis, dicit dominus. Et quòd Ezech.7.b
neq; immolare, neque sacrificare eis fas erat, audi à tribus pueris dicentibus: Non est princeps, neque prophe- Danie.3.d
ta, neque dux, neque locus primitiarum coram te, vt inueniri queat misericordia. Non dixit, non est sacerdos: aderant enim sacerdotes. Sed vt discas, quòd hoc totum illius loci erat, & omnia quæ à lege statuta, tunc erãt impedita, dixerunt, non est locus. Et quid de sacrificando & litando inquam, prorsus ipsam legem legere non li- F
cebat. Quod & alius propheta citãs, ait: Et legerũt abs- Esa.29.g
que libris legem, & indixerunt confessionem: non Pas- Thre.2.c
cha, non Pentecosten, nõ scenopegiam, neq; aliud quicquam illorum. Attamen nunc cùm vident, quòd solitudo eius loci ab his omnibus se excludat, & quod attentarunt quidem, sed temeritatis pœnam luentes: non potuerunt locum, in quo hæc omnia licebat legitimè operari, erigere & construere. Nam virtus Christi, quę ædificauit ecclesiam, eadem & templum destruxit. Et prædixerunt prophetæ ẽtiam hoc, quòd & aderit Christus, & hæc operabitur. Et quidam post captiuitatẽ sic dicebat:
Propter quod & in vobis concluduntur ianuæ, & non Malach.1.c
accenditur altare meum gratis: non est mihi volũtas in vobis. Quia ab Oriente Solis vsq; ad Occidenẽ nomen meum glorificatum est in gentibus, & in omni loco sacrificium offertur mihi, & oblatio pura. Vides quomodo manifestè & Iudaïsmum eiecit, & Christianismum monstrauit effulgentem vbiq; in terra diffusum, rationemq; cultus significauit? Alius iterum: Et adorabit eum Sopho.3.c
vnusquisq; à loco suo, & seruient ei sub iugo vno. Alius quoq; ait: Virgo Israël cecidit super terram suam, nõ est Amos.5.a
qui erigat eã vltra. Et Daniel manifestè omnia hæc narrat, & quòd omnia auferẽtur, sacrificium & immolatio,
& vnctio,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& vnctio,& iudicium. Sed hæc omnia, quando cum Iudeis conferemus, manifestius & latius considerabimus. Iam autem in instituto itinere manentes, gētilium stultam contentionem redarguimus. Nō tibi dixi mortuos suscitatos, non leprosos mundatos: vt ne dicas hæc, mendacia, figmēta & fabulas, quis vidit? quis audiuit? Et quātuis qui dixerunt, quòd crucifixus sit, & à Iudæis & consputus & alapis cæsus, & colaphis: illi etiā hæc dixerunt. Quomodo dignos fide putas in illis, in his verò arguis, quasi dixerint nō facta? & si ad gratiam magistri sui hęc scripsissent, stultè & frustra iactassent, si non tacuissent, quæ multis ignominiosa & dura videntur. Nunc autem horum veritatem monstrarūt hi, qui in his maximè cōuersati sunt, omniaq; valde diligenter, & magna copia tractarunt, neque paruum, neque magnum prætermittendo: sed in signis & miraculis plura transierunt: omnia autem quę ad passionem attinent, & quę contumelioſa videntur, ab omnibus dicta sunt. Verùm, ego nihil horum tibi dixi, de signis & miraculis loquor, vt abundanter omnem impudentis linguæ furorem compescā. Sed in medium attuli ea quæ nunc apparent, & quæ nūc ante oculos sita sunt, quæ Sole clariora, quę vbique in toto orbe dispersa, quæ in toto orbe recepta, factaq; sunt: ita vt humanam naturam transcendāt, sintq; dei solius. Quid dicis, non suscitauit mortuos? An & hoc potes dicere, quòd ecclesiæ non sint per totum orbem, vel quòd non insidias passæ, vel quòd non infestatæ, vel quòd nō vicerint & obstiterint? Sed sicut dici nō potest, quòd nō sit sol: ita nec hæc. Quid autem tēpli Iudaici subuersionem dicam? Non vides ante totius orbis oculos hæc cōspicua? Quare non ipse tecum expendis? Si nō deus esset Christus, quomodo colentes illum, sic aucti forent, cùm diuexarentur? At hi qui crucifixerunt illum, & impegerūt in petram, & sic humiliati sunt, vt & totā rempublicā perdiderint, ipsiq; vagi, errones & profugi obambulent: neque vllus ex eis in tanto tempore liberatus est: quanuis tunc tam potentes Iudæi illi fuerint, vt aduersus Romanorum principatum bellū decreuerint, & arma mouerint, & longo tempore illis se opposuerint, etiam aliquando vicerint, & negocia fecerint non vulgaria Augustis: tanta ipsorum potentia erat. Verūtamen qui cum tantis regibus bella gessere, & in acie decertarunt: & opum tantam potentiam ac armorum & militum habuerunt, totq; milites, ac fossores, vnum non potuerunt extruere tēplum: sed synagogas in omnibus ciuitatibus ædificant, locum autem, à quo suæ reipublicæ dominium cœpit, & vbi omnia facere consueuerunt, & vnde Iudaïsmus collectus est, illum solum reparare nō potuerunt.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI contra luxum & crapulam sermo.

EDamus & bibamus, cras enim moriemur. In prophetas hæc multi apud Iudæos dicebāt, sed haud mirum, si Iudæi ita dicant, quorum deus venter est, & gloria in cōfusione ipsorum: sed quòd post gratiam, post contemptum rerum præsentium, & tantā perfectionem & diligentiā, sunt adhuc aliqui, licēt non omnes, dicentes, & vt per ipsum apparatum patet, clamantes: quanta reprehensione fuerit dignum? Etenim sunt profectò, qui ob hoc in hanc vitam adductos se putant, vt deliciis vacent, & ventrem disrumpant, & corpus impinguent: atque sic hinc migrent, vermibus largiorem é sua carne mensam instructuri. Et vtinam hoc solum graue esset, quòd frustra & incassum, & in nullā vtilitatem expenderent præsentia, quanuis nec hoc reprehensionibus caret. Nam quando opes quæ datæ sunt à deo ad nutriendum corpus, & in subsidium egētium, in intemperantiam & contumeliam, & extremā ignauiam insumimus: non sine correctione esse poterit pessimus ille sumptus, sed omnino de hoc dabimus rationem. Et quod de quinque talentis, & duobus, & vno dictum est: etiam de diuitiis & aliis omnibus dicere fas est. Igitur id quod dicebam, si frustra & inuanū hìc adessemus, neque sic sine culpa esset hoc opus: nūc & absq; hoc etiam alia iustè irrogabuntur. Nam eum qui viuit in deliciis, & ebrietati deditus est: & parasitos alit, & adulatores, & carnium voratione & vini potatione dissumpitur: sæpe & inuitus & sponte necesse est peccare, & extra huius loci tempus, & cùm illinc recesserit. Nā sicut nauis oneraria, quæ supra suam magnitudinem venenda capit, oneris magnitudine grauata submergitur: ita anima & corporis nostri natura si plures acceperit cibos, quàm ferat natura sua, impletur, & iniectorū grauitatem non amat, & in perditionis pelagus demergitur, & nautas, & gubernatores, & eos qui in prora, & alios nauigantes, & ipsum onus cum hominibus perdit. Sicut igitur non tranquillitas maris, non scientia gubernatoris, non nautarum multitudo, non præparationis studium, & non anni pars tempestiua, non aliud quicquam naui, quæ sic in tempestate est, prodest: ita & delicatis euenit, neque cogitationum multitudo, neque eruditio & admonitio, neque admonitiones & consilia, neque aliud quid, neq; timor futurorum, neque pudor, neque accusatio præsentium, neq; aliud quid saluare potest sic periclitantem animam: sed inualescit luxus & amentia per omnia, & sub aquas nolens volens eum qui ægrotat defert, & graue facit naufragium. Vnde nihil facile, neq; ad futuram vitam & iustificationes quæ alibi futuræ afferet. Sed qui talibus vacat, & ad præsentem vitam inutilis fit, ad nihil accommodus, & vbique ridiculus, tā in publicis, quàm in priuatis rebus: & si in tumultu aliquid opus est fieri, non inuenitur habere aliquid prouidentiæ vel gubernationis: ab omnibus inimicis capi potest, omni opus inutilis, amicis & accedētibus: & nō solùm periculis & obsidionibus facile potest rapi: nō in tranquillitate solùm eum adire pauore nō caret, sed & in arduis ob immodestiam morum se accedēti erit inutilis. Nam ipsum illic, in aduersitatibus loquor, timor & effœminatio, & metus modicus, & consilij inopia apprehendunt: hìc autem in prosperitate, audacia, & ignominia, & intemperantia, & inflatio, & arrogantia plus inutilem quàm superiora efferunt. Sanè talium non solùm corpora sic effecta, & iniucundis, & superfluis, & fœtidis vndique plena sunt, ita vt tolerari nequeant: sed & anima corpore multò iniucūdior, multò maiores quàm illud, morbos in se arripit ex deliciis. Nam sicut corpus nō solùm superfluitates emittit naturales, sed multò plures, & vndique. Nam & oculi, & nares, & os grauedine, muco, & corruptione, & his quæ intus generantur, lutulentis & impuris affectibus sunt plena: & ipsa natura carnis laxior fit, quàm naturalis proportio fœtidaq; & inutilis, & ad omne bonū opus inutilis. Etenim & terra, quādo à sua abundantia oppressa fuerit, suum innatum perdit calorem, perdit autem & suas vires, & neq; ad opus, neque ad suam generationem est accommoda. Hinc autem incurabilib⁹ & difficillimis implicātur morbis, qui perpetuò in voluptate viuūt. Nam in tremoribus & palloribus, mirisq; & pedum, & manuū doloribus, & aliis pluribus,

1.Cor.15.d
Philip.3.d

pluribus, de quibus medici dicunt, irretibiles fiunt. Idq; adeò ac si non esset gehenna, neque cruciatus, neque extremum iudicium dei, neq; apud omnes homines correptio, neque intēpestiuus sumptus, neq; alia multa quæ ex luxu oriuntur? Hoc autem si solum adsit, nónne sufficeret ad omnes auertendos? Venenorum letalium nullum melius instrueret mēsam, immo si verum oportet dicere, nullum peius: nam letifera illa mox auferunt eū qui potat, & mortē sine sensu inducunt, ita vt & qui moriatur, non doleat: voluptates autem vitam multis mortibus grauiorem inducunt, iis inquam, quibus magnum vitæ studium non miserabilis tantùm, sed & fœdæ & ridiculæ. Et dolores quidem alij, multos inueniunt, qui cō patiātur, sed quæ ex ebrietate & luxuria fuerint orta, neque volentes si viderint, permittunt condolere eis qui his obnoxij sunt. Sanè grauitas quidem mali ad misericordiam flectit, causa autem huius morbi exacerbat eū qui videt. Eapropter media quadā affectione tenemur, neq; miseramur eos, quia non sinit hoc causa malorum: neque irascimur, non enim permittit magnitudo malorum: sed inter accusationem & compassionē est status. non enim à natura incitati sunt, sicut & ij qui se in barathrum proiiciunt. Igitur sicut eos qui se submergunt, vel ex alto præcipitant, & gladiis transfigunt, non multùm miseramur: sic neq; hos. Quanuis si compatiēdum, magis illi quàm hi compassionem merentur, tametsi etiam illi valde indigni compassione. Illi quidem vel calumniis, vel opū damnis, vel periculis quæ expectāt, vel plagis quas timent, vel aliam quandam expectantes mortem, & maioribus seipsos malis erepturi, ad consolationem mortis confugiunt, tanquam in asylum quoddam ad mortem procurrentes, vel vt in portum securū à tēpestatibus imminentibus festinātes. Hi autem nihil horum dicere possunt, vitę se tradentes plurimis violentis mortibus grauiori. Tempestiuum igitur & nunc dicere illud Sapientis: Quis miserebitur incantatorē à serpente ictū, & omnes qui sibiipsis feras adducunt? Fera enim est voluptas, fera grauis: neq; scorpio, neque serpens in visceribus nostris sedens ita vnde quauis grassatur, sicut deliciarum concupiscētia omnia subuertit & perdit. Et feræ illæ tantùm corpori insidiātur: hæc autem cùm insederit, cum corpore simul & animā perdit. Eapropter fugiamus ab hac, vt prudentius loquar, si habet aliquid suaue, ne feramus, ne persuadeamur. Quòd si vera quæ dicta sunt, & corruptio omnium est, & extremus risus, vestri parcite corporis incolumitati & animæ sanitati. Non loquor, vt austeritatem vitæ inducam, si quidē noueris: superfluum amputemus, inutile resecem⁹. Quam veniam habemus, quādo alij quidem qui domi sunt, vsu non fruūtur: nos autem plus quàm vsus exposcit, excedimus? Terminus nobis sit alimoniæ, ita vt non noceat & absq; incommodo fames pellatur. Vltrà nihil requiramus, immo si oportet aliquid mirabile dicere, & præter multorum opinionem, quod tamen verum est: Si etiam voluptatem ipsam inquirimus, in frugalitate ipsam magis quàm in luxuria inueniem⁹. Audi quomodo hęc quàm illa voluptas maior est, & vberior. Nam illa subsistere nequit, neq; inuenit naturam sanguinis, quę ei vtilis, sed hæc consistere potest. Quid enim dicit Sapiens, qui his abundauit prę omnibus magis? Animæ enim dicit indigenti, & amara dulcia videntur. Anima impleta, fauis illudis. Vides quomodo illa quidē ex paucis & ex omnibus facilè constitui potest, hæc autem minimè? Nam si fauos non attingimus nec curamus, quid vltrà nobis dulce erit? si quod est dulcissimū nequit prę-

Eccli.11.c

Prou.27.a

bere voluptatem, quale erit quod voluptatem poterit efficere? atq; adeò si voluptatem quærimus, hìc magis inuenimus. Quomodo ergo non extremæ dementiæ, fugere à mensa frugali, quæ habet voluptatem, & suauitatem, & omnia bona, & dei amorem: & instruere aliam plenam innumeris calamitatibus, insuauem, tristem, & morbosam, & quod grauissimum omnium, concitātem contra nos deum? Nam si vidua quæ in deliciis agit, viuens mortua est: quid dicemus de viris? Si in veteri hoc prohibetur diligentissimè, multaq; vehementia contra agentes in deliciis vsus est propheta, quāuis speciem ponat deliciarum, non valde sumptuosam, neq; adeò mollem. Comedentes, ait, arietes ex gregibus, & vitulos lactentes, bibentes vinum defecatum, & qui vngūtur primis vnguentis, & dormiunt in lectis eburneis, & lasciuiētes in stratis suis. Si tāta accusatione digna sunt hęc, quando omnia erāt carnalia, & cœli sermo nullus, quādo doctrina erat Iudaïca: quid dicem⁹ ad præsentē molliciem quæ nunc? Nam si arietes & vitulos lactētes comedere, vt fluxar⁹ & luxuriosam accusat vitam: quid dicemus de his qui profunda maris perscrutantur, & extrema terræ, & varios auium & piscīū venatores vndequaq; sibi colligunt? & si bibentes vinum defecatum reprehenduntur, quid dicere⁹ de his, qui mittunt transmarinas pro vino profectiones, & omnia mouent, ne aliquod genus vini eis surripiatur, quāsi rationes sint dandæ, vel ipsi inter extremos sint computandi, nisi omne genus vini intulerint? Si eburneo lecto vti, dignū reprehensione: qui multo lectos argento circundant, imò ex puro argento fabricant, nō lectos, sed matulas, & ollas, & lebetes, & furcas: qualem assequentur veniam? Quid paruū vel magnū, si de his corrigantur dicere poterunt? Ego autem his appono, quod omnibus grauius, quòd ex alienis calamitatibus hæc collecta sunt, quanuis prophęta hoc non posuit, sed solùm delicias arguit. Quādo autē & causa adest deliciis grauior, quis eximet illos hæc facientes ab extrema pœna? quis Noë patrocinabitur? quis Iob? quis Daniel? Non est vnus quidē: sed de his dicendum, Exardescet furor meus sicut fumus. An nō est, obsecro, furoris & iræ extremæ, impleri & disrūpi, quādo alius quidem neq; necessario alimēto fruitur? Tu autem tantū argentum frustra & incassum in nullū vsum fabricas, sed ne ad ostētationem quidem. Non enim ad hoc tibi vtile erit, sed in diuersum vertetur. Tu enī hoc facis, vt illustris & nobilis fias: sed fec⁹ euenit. Nō enim es aliquis illustris & nobilis: sed ob crudelitatem & auaritiam, & extrema mala accusant te omnes. Nam quanta inuidia, quanta inuidentia, quantū odiū ob omnibus? quantum vicissitudinis & mutationis desiderium omnibus? Mitto dicere blasphemias in deum, quas diuitiæ illę pariunt, quanuis hoc grauissimum est omniū. Et hoc præ illo, & quod dices illud illo deterius inuenies⁹. Sed frugalem illam & mediocrem mensam, quam nō propheta carpit, non homo arguit, nō deus reprehendit, nō ignis punit, nullus auersatur, nullus odit, nullus inuidet: sed probat deus, commendant angeli, laudāt homines, suscipit cor. Istæ mensæ angelos susceperunt, istis Christus adest, non illis. Tales prophetarum erant, tales apostolorum, tales & iustorum. Sed illæ tyrannorum, & eorum qui in terris malè locupletantur, habentes saltatrices, & alios qui vitam corruptam egerūt, & latrones, & magos, & fures. Quando talem apponis mensam: angelus quidem refugit, exasperatur deus, lætatur dæmonum princeps, auersantur & odio tabescunt præ inuidia, non inimici solū, sed & homines, qui officiosi in te videntur,

Psal.88.g

1.Timo.5.a

Amos.6.b

odio

Universidad de Deusto
Biblioteca

Godio magis arrodentur,quàm præsentibus fruantur. Si autem illam sobriam & frugalem,& nullam habentem iram apposueris: & suauissima & blanda erit omnibus, amicis,& deo,& angelis,& hominibus:aderit quoq; dei vnigenitus.Nam sicut fugit omnem inflatum, & superbum,& turbulentũ:sic humili amicus est,& presens semper,eumq; in omnibus,& per omnia munit & custodit. Christo autem præsente nihil aliud inquirere opus est. Hęc igitur dilecti cùm sciamus,fugiamus luxum,sequamur frugalitatem, vt & præsentia & futura bona nobis eueniãt:Gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri honor, simul spiritui sancto nunc & in secula, Amen.

CONTRA GVLAM, ET CAETERAS CORPORIS VOLVPTATES, SERMO.

Incerto interprete.

Corpus nobis reliquis ritè peractis morte multandum est,verùm(quod absit) haudquaquam corporis substantiam ipsam conficiendam dixerim,verùm incitamenta,& libidinũ impetus mactandos duxerim,qui nos ad praua facinora compellũt. Nã & humanũ nihil subire,nec indulgere voluptatibus vitę loco habendum est:siquidem qui his se dediderit prę tristitia,formidine,periculis, & multiplici animorum affectu,quæ illis immixta in examinis morem circũferũtur,vitam ducere quietius in reliquũ haud poterit,adeò vt si ei hac vita sit excedendum,prę horrore quodam & metu vel ante constitutum obeat mortem. Item si futuram ægritudinem suspicetur,si contumeliam,si paupertatem,seu aliud istiusmodi quippiam ex insperato affuturum præuiderit,perit illico,& consumitur. Quo vitæ genere quid esse potest miserius? Contrà verò qui spiritu vixerit:nulla erit simili calamitate obstrictus,sed sine timore,mœstitia,discrimine erit, & quauis rerum mobilitate superior:neq; eò victor euadet,quòd nihil sit aduersi perpessus:sed quod maius vtiq; est,aduersus omnes fortunę casus contemnet:idq; eo pacto fiet,si spiritus nobis diuinus inhabitauerit, qui nõ ad breue asseritur,sed perpetuò habitaturus.Nam inhabitare spiritũ dicit,non inhabitasse,vt continuam eius mansionẽ ostẽdat. Quocirca qui vitam hanc viuere creditur,sempiternę illi ac perpetuæ intereat necesse est: vnde dictum illud esse cõstat: Spiritus vita est per iustitiã. Sed hæc vt clarius innotescant,producamus homines duos in medium,quorum alter lasciuiæ sit & voluptatibus deditus: alter verò prorsus sit his rebus demortuus, videamusq; vter horũ sit viuens dicendus. Concedatur,abundet alter diuitiis, sit etiam cõspicuus,sit insignis,alat parasitos, helluones, adulatores,vniuersumq; his in rebus diem terat, det itẽ lasciuiæ operam,debacchetur:alter verò parcè ob victus austeritatem,& temperanter viuat,vesperi duntaxat cibum capiat necessarium, maneat si velis ad dies binos ternósve impastus:quem horum magis viuere existimabitis?Credo plerosq; mollem,prodigum,& bonorũ dissipatorem opinaturos: at nos eum dixerimus, qui in his bonis fortunę modum sibi pręfinit.Sed quoniam disceptatio hæc ex re orta est,adeamus interea istiũsmodi domos, vel eo maximè tempore,quo tibi opulẽtus ille viuere videatur,cùm in suis inquã deliciis diuersatur. Ingressiq; spectemus quibus sint iidem illi in rebꝰ occupati: ex his enim quæ per eos gerentur, quotus quisq; eorum fuerit, mortuúsne,an viuens sit,apparebit.Inueniemus certè alterum libris incumbentem,vacantem rei diuinæ,abstinentię,vel rebus necessariis incumbentem,habentemq; cum deo sermonem:alterum verò madentem mero, & emortuum, apud quem si ad vesperum vsq; moram traxerimus,nihil eum in melius videbimꝰ profecisse: quin imminentem ei mortem magis ac magis augeri,& exortam inde increscere somnolentiam? Hũc verò nostrũ (sobrium dico,& continentem) vel noctes spectabimus insomnes ducere. Vtrum itaq; horum vitæ plus habere dixerimus,cúmne qui sine sensu prostratus iacet,& torpidus,& cunctis est ad risum expositus: an actuosum illum,& deo colloquentem? hũc quidem dixerim illum. nam & si accedens rem aliquam opportunam rogaueris, nihil magis quàm quempiam vita functũ audies respondentem.Cum nostro verò hoc interdiu, noctúq; versari cupieris:eum quippe audies & de rebus cœlestibus disserentem,& angelũ potius agentem quàm hominem.Videsne vti is pro eius vitæ solertia,& integritate inter vos obtineat primatum: ille verò mortuis ipsis miserabilius iaceat consternatus & torpens, inter agendúmq;, si quid fortè agere videatur, nihil gerendarum rerũ ordinem discernat,furentiúmq; sit haud absimilis:quin & his longè calamitosior, quibus affectis iniuria condolemus & increpamus,si quos his fortè conuiciari conspicabimur:illum verò si quis inuadat,nõ modò nihil erimus commiserati, sed iacẽtem potius & prostratũ meritò fuisse malo affectum pronũciabimus.Num erit hæc vita dicenda, quæ mortibus infinitis est grauior? Vides itaq; hominem deliciis incumbentem, non solùm viuẽdo obisse mortem, sed esse mortuis longè inferiorem, pernicioſioremq; dæmone agitato,& furiis. Quippe misericordia hic iudicatur haud indignus,ille odio: veniã hic,pœnas ille pro eius tum vitiis,tum morbo meretur. Quòd si adeò quispiam exteriore hac facie fluẽte ex ore pingui,& marcente saliua,& vrgente baccho grauis cõspurcatur, cogita quàm malè cũ anima illa calamitosa agatur, quæ hoc in corpore tanquã in sepulchro aliquo recondita est,& cõtumulata. Cuiusmodi in homine temulentia nec secus videri debet, quàm si barbarus quispiam deformis,& impurus vi summa, & potestate impetum faciat in adolescentulam decoram aliquam,venustam & continentem. Quis igitur,qui mentis sit cõpos,non potius optet mille obire mortes,quàm diẽ vnũ hanc vitam agere? Quòd si orta iam luce,ex ea se iocu lari ebrietate attollens,sobrius fortassẽ appargat,nebula adhuc quadam ex vinolẽtiæ procella sibi prę oculis obuersante,nondum satis libera temperantia fruitur: eundem si vel abstinentem viderimus, & modestum, quid iuuat, cùm nihil ex eo aliud assequatur vtilitatis, quàm quòd se crapulæ insimulantes recognoscat? Cùm enim impudentius agit cùm debacchatur,id duntaxat lucrifaciat,quòd se irrideri nõ sentit:vbi verò dies illuxit,amittit omnem quam ex lasciuia ceperat voluptatem: siquidem familiam obmurmurantem,& insectantem se iurgio coniugem,obiurgãtes amicos, inimicos ludibrio se habẽtes recognoscit. Quid ergo dici hac vita potest miserius, irrideri ab omnibus interdiu, & rursum eadem illa tumultuariè inceptare? Vis etiam cupidos in medium producam? est enim & hæc deterior alia quædam debacchatio, quæ & si dici hoc nomine potest, consequenter & mors est:quin alio quouis mortis genere tãtò est acrior, quantò grauior est temulentia:neq; adeò etiam vino madere molestum,quàm ipsa est pecuniarum affectatio infesta. Ibi enim iactura ad ægritudinem vsq; prouehitur, torporeq; & insensibilitate subsistit,nitq; in ipsi⁹ ebrietatis perniciem: hic verò in habendi scilicet cupiditate detrimentum,& per innumeros hominũ discurrit animos,&

A mos,& varia vbiq; suscitat bella. Agè & homines tũ auaritia,tum temulentia detentos adinuicem conferamus, videamúsq; quibus in rebus aut conueniant inter se aut excedant,rursus inquam,fiat de ebriosis cõparatio,quãdoquidem nequeant cum beato illo, cuius suprà meminimus,spiritu incalescente conferri, mensamq; iteratò infinitis cædibus refertam,in mediũ producamus, aperiamúsq; quibus in rebus simillimi inter se & pares proipsius morbi natura videantur: nam cùm huius morbi sint species variæ,siquidem partim vino,partim ex cupiditate nimia afficiuntur,morbus tamen vtriusq; inest nõ absimilis:æquè enim absurda quadam auiditate detinẽtur.Nam vino grauis quò plures hauserit calices,eò magis sitim incendit.Item & qui pecuniæ fuerit amore captus,quantò plura accumulauerit,tãtò maiorem sibi excitat cupiditatis & auaritiæ flammam, & grauius se diuexantem sitim subministrat. Ea itaq; re vtriq; sunt pares,verùm in eo rursus temulẽtum excedit cupidus:quid illud sit quæris, ebrius enim rem patitur à natura nõ alienam.Vnum quippe natura calidum,cùm innatam auxerit siccitatem, perpotandi ingerit auiditatem vel in-
B explebilem.Vnde,inquies,auaro & cupido tãtus hic habẽdi amor accreuit? vnde inquis? Cùm enim is ad summum euaserit diuitiarum culmen,tum maximè pauper est.Incredibilis sanè hic morbus,perplexus est & ambiguus.Spectemus ergo si libet & hosce, cũ temulenti esse desierint,cœperintq; mentis esse compotes: tametsi cupidus ille nunquam sit vinosæ huius auiditatis expers: quin vtrosq; potius cùm ebrij sunt cõsideremus, videamúsq; vter horum magis sit irridẽdus, effigiemúsq; eos acrius,& subscribamus: videbimus certè alterum prævino delirantem, apertis oculis nec quempiam discernẽtem,oberrantem frustrà, & agitari in obuios quosq; offendentem,euomentem,lacerum, & informiter nudũ, vsqueadeo,vt cunctis abundè risum moueat.Agè ad hęc & auarum in medium proferamus,cuius res gestę & actus,non risum modò,sed execrationem,iram,& fulmina merebuntur:verùm reliquis omissis,quàm sit irridẽdus consideremus. Siquidem æquè is atq; vinaticus ille, neminem vel amicum discernit,vel hostem,oculósque apertos gerẽs,captus luminibus est.Vtq; ille præter merum nihil habet acceptum, ita & is præter pecunias nil
C aliud spectat: lõgè verò hinc grauior est vomitus,siquidem non cibum,potúmve remittit: quin verba cõuicij, dissensiõis & mortis plena,infinita insuper in caput suũ fulmina prouocat:cuius anima nõ secus se habet, quàm ebriãtis corpus,quod maculosum est, imbecille, ac fluidum: quando ne ipse quidem huiusce temulentiæ vitio careat:quin quod grauius est,curis capitur,ira & vigiliis ad vsq; interitum diuexatur & sensim absumitur: quippe qui vinolentia opprimitur, nocte transacta potest & sobrius fieri:hic verò & dies & noctes auaritiæ ebrietate detinetur,acrioriq; pœna afficitur, quàm qui vinculis adstringuntur,vel qui metalla operantur & cudunt, vel supplicia patiuntur,si qua sunt grauiora. Respõde mihi: Nũ hęc illa eò vita,nec mors potius existimanda,quinetiam vel quauis morte miserior? mors quippe corpus quieti donat,& quauis irrisione, dedecore & erroribus liberum reddit. At habendi cupientissima temulentia hominem planè in res huiusmodi impingit, occludit; aures,excæcat oculos, mẽtem multa caligine obtenebrat. Nihil enim patitur præter scœnera audire,deq; adauctis vsuris,turpi indecentiq; lucro testandis tabernulis, seruilibúsq; & illiberalibus mercaturis iuuat verba facere: omnibus quemadmodum canis oblatrat, omnes odit, omnes respuit,cunctis est sine causa infestus,insurgit in D
pauperes,opulentis inuidet,nulli se gratum exhibet,nec vxori quidem,non liberis, non amicis: quòd si negueat vndique lucra congerere, vel hos quidem habebit infensiores, quàm qui natura sunt hostes. Quid præterea tali vesania aut fieri deterius,vel calamitosius potest:siquidem ipse tibi corpus habenti vnicum, ventríque solùm indulgẽdo,scopulos,præcipitia,terræ hiatus,& quęquis barathra subministras: qui vel si aliquod ciuile munus iniegis,impensas veritus,prædabundus rapis,moxq; corruptelis, & ambitu plerosque alios comparas magistratus,superiore illo non modo sumptuosiores, sed certiores quidem,cùm mammonę tributum dependis:neque pecuniis duntaxat,vel corporis sudore animæq; ipsius dolore & tormẽtis,sed sanguine ipso improbo huic facis tyranno satis, vt aliquid tibi magis accrescat: miserũ equidem te pro tua hac barbara seruitute dixerim, & calamitosum. Nónne quotidie spectas, qui ad sepulchra simulandi gratia efferuntur,vt nudi, & rebus omnibus destituti educantur, vtq; nihil eis liceat è domo efferre:quin vel ea quibus mortui obteguntur,vermibus deferant corrodenda? Quocirca hæc velim tecum animo diebus singulis reputes, forsitan hoc pacto auaritiæ E
in te morbus omnis sedabitur,ni fortè vel in ipsa funeris pompa libuerit maius in modum debacchari. Est sanè id graue vitium & horribilis valetudo, eóque & nos concionibus singulis habemus de hisce rebus apud vos sermonem, sumúsque forsan vestris auribus iniucundi, eásque dicendo exhaurimus, vt assuetæ saltem proficiãt magis. Cæterùm,neq; enim in hoc mihi vestrum quispiam contradixerit, nõ solùm in ipso futuri iudicij die, sed longè antè,varius iste & multiplex auaritiæ morbus supplicia quàm multa allaturus est:quando nec vincti & compediti, neq; longiori & aduersa affecti valetudine, neq; hi quidem quibus cum inedia & fame colluctatio est,seu quouis mali genere pressi,talia sustinebunt, talia pecudiarum tolerant amatores. Quid enim item ferri cuiquam molestius potest, quàm omnium in se concitare odia, ipsúmque omnes habere inuisos,immitem se prębere vniuersis & intractabilem,expleri nunquam siti continua laborare,afflictari fame assidua, vltra quàm credi potest,grauiori mœrore confici quotidiano, angi continuò & perturbari? Hæc & his longè plura subeunt F
hi,qui accumulandi trahuntur cupiditate, adeò vt si cũctorum sibi mortalium fortunas parant, nullam prorsus præauiditate immodica sentiãt voluptatem. Quòd si vel nummi vnius iacturam fecerint, putant se superæteros fuisse grauiora perpessos, & vita ipsa excidisse: cuiusmodi mala quis poterit sermo explicare? At si presentia hæc tantopere illos affligunt, cogita quàm acerbiora post mortem tormenta manent, illum dico à regno cœlesti casum, doloremque qui sit ex gehenna futurus,perpetuósque carceres,tenebras exteriores, vermes illos venenatos,dẽtium stridorem,pressuras, angustias, ignis fluenta & caminos inextinguibiles. Quæ omnia colligens,conferènsq; cum ipsa peomniarum voluptate,funditus hunc auaritiæ morbum reuellito,vt graui eius inopia liber, & veras tibi diuitias cõpares, bonisq; cũ his præsentibus & futura assequaris.

DIVI

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, EPIscopi Constantinopolitani, de pœnitentia, Lælio Tifernate interprete, homilia prima.

† De pœnitẽtia vltimã habes homiliã ad populum Antiochenũ, hoc eodẽ tomo. Itẽ de eadẽ ad eosdẽ homiliis. 22. 40. & 41.

Laeta nobis hodie, ac festiua celebritas, solitóq; illustrior cœtus. Quæ nam ergo causa? Ipse ieiunij hoc clarum tempus, hoc esse noui ieiunij nõ præsentis, sed expectati. Illud nãq; nos huc ad patriam cõgregauit domum, illud etiam eos qui ante hoc pigritauerunt ad maternas reduxit manus. Si enim solũ quod expectatur, tantum studij nobis ingessit: cùm apparuerit, aduenerítq;, qualem quantámq; præ se veneratione feret? Sic & ciuitas principis tremendi subitura damnatũ, omnem omittit desidiã, maioríq; excitatur studio. Sed haud timete tremendum principem ieiunium audientes: non enim nobis, sed dæmoniorum naturæ tremendum est. Etenim si lunaticus fuerit quis, ieiunij ei faciẽ ostende, atq; lapidibus ipsis immobilior manet timore suffocatus, & veluti vinculo quodam detentus: id potissimum, cùm viderit ieiunio adiunctam sõciam contubernalẽmq; orationem, propterea & Christ⁹ dicit, Hoc genus dæmonij non eiicitur, nisi in ieiunio & oratione. Cùm itaq; nostræ salutis hostes sic persequatur, atq; inimicis vitæ nostræ tam sit tremendum, num & amare & diligere id decuit? Si enim crapulam ebrietatẽmque timeri oportuit, nõ ieiunium timeri debet. Illa siquidem nostras post terga ligans manus, vitiorum tyrãnidi veluti cuidam prauæ dominæ, seruos nos, captiuósq; reddit, ieiunium verò seruos existẽtes nos, atq; ligatos nueniẽs, vincula remittit, & tyrannide liberat, pristinamq; in libertatem reducit. Igitur quãdo & inimicos nostros expugnat, seruituréq; nos liberat, atq; ad priorẽ nos reducit libertatem: quã aliam maiorem eius, quàm ad nostrũ habet genus, amicitiæ rationem exquiris? etenim maximum rationis indiciũ id esse videtur. Vis discere quantus hominibus ornatus sit ieiunium, quæve stabilitas ac custodia? cõsidera beatum atq; admirabile monachorũ genus. hi nãq; qui in eremo sunt, tumultus fugiẽtes, atq; ad ipsa montium cacumina currentes, tugurij in eremi silentio veluti in tranquillo quodam portu fugientes, id quasi cõnegotians, atq; totius vitæ particeps susceperũt, ea propter angelos ex hominibus illis fecit: nõ illos modò, sed & in vrbibus quotquot se tolerantes inuenit, ad ipsum philosophię culmen euehit. Nam & Moses & Helias veteri in testamẽto prophetarum turres, tametsi ex aliis illustres magníq; habẽtur, ac multa fiducia gaudẽt: tamen si quando ad deũ volebant accedere & colloqui, quantũ homini possibile erat, ad hoc confugiebant, atq; per huiusmodi ad deũ ducebantur manus. Propterea & deus hominem à principio faciens, illico frenũ ei ieiunij manibus imposuit, veluti piæ amabiliq; matri, & magistro optimo cõmittens. Nam ab omni ligno quod est in paradiso comedetis, de ligno vero scientiæ boni & mali nõ comedetis, species ieiunij est. Si in paradiso ieiunium necessariũ fuit, extra paradisum multò magis. Si ante plagã vtilis medicina fuerat, multò magis post plagam. Si necdũ bello voluptatum insurgẽte nobis arma fuerant opportuna, multò magis tantũ post voluptatum vitiorúmque præliũ à dæmoniis nobis illatũ. Igitur necessaria nobis à ieiunio sunt auxilia. Si hanc audisset vocem Adam, nequaq; secundam audiuisset, Terra es, & in terrã reuerteris. Sed quoniam hanc quidem trãsgressus est: propterea mors & erũna, & curæ, & vita omni morte acerbior: propterea & spinæ & tribuli, propterea labores & dolores, vitáque angustiis plena. Vidisti quomodo irascitur deus ieiunio spreto? Disce & quomodo lætatur ieiunio honorato. Quemadmodum enim ieiunio spreto, mortẽ spernenti addidit, honorabile spernẽti, sic iterum eodem honorato, de morte reuocat. Nã & volens tibi ostendere rei virtutẽ, potestatem ipsi dedit, post sententiam, post abductionem, abductos media de via rapere, atque reducere ad vitam, idque non in duobus tribús ve, aut viginti hominibus, sed vniuerso Niniuitarum populo: & vrbem magnã admirabilémque, ac dicẽtem, ingemi, ad ipsum barathrum iã inclinantem caput, veniẽtem desuper plagã accepturam: veluti quædam desuper stans potentia ipsis ex carnificis manibus eripuit, atq; ad vitã reduxit. Sed si videtur, & ipsam audiamus historiã. Factum est, inquit, verbum domini ad Ionã prophetam, dicens, Surge & vade in Niniuen ciuitatẽ grãdem. Subiecto, ad vrbis ipsam magnitudinẽ, dubitare timeréque vult, futurã præuidens prophetæ fugã, sed prædicationẽ audiamus. Adhuc tres dies & Niniue subuertetur. Et cuius rei gratia, quæ facturus es mala prædicis? vt nõ faciã quę prędico. Propterea & gehẽnam minatus est, quò gehennam nõ inducat. Terreant, inquit, vos verba, ne facta conturbent. Cuius autem rei gratia pactũ ad tam tenue tempus cõpulit? quò & Barbarorum discas virtutẽ, Dico autẽ Niniuitarum tribus diebus tantam peccatorũ iram soluere valentiũ, atque dei clemẽtiam admireris, trium dierũ pœnitentia contenti tot pro peccatis: túque desperatione nõ corruas, & si peccaueris, muteris. Quẽadmodum enim anima pigritans atque negligens, quãquam multum ad pœnitẽtiam temporis accipiat, nihil operatur magnũ, neque sibiipsi deum per desidiam cõciliat: Sic qui proposito excitato feruet, atque multa cũ solertia pœnitentiã ostendit, breui temporis momento longæui tẽporis peccata delere poterit. Nónne tertiò Petrus negauit? nónne vilis cuiusdam ancillæ verba timens? Quid ergo? oportuitne illum ad pœnitentiã multos annos terere? Nequaq;, sed eadem nocte lapsus est & erectus, vulnusq; & medicinã accepit: ægrotauit atque ad priorem rediit sanitatẽ. Qualiter & quomodo? flens & lugens. Magis autem nõ modò flens, sed multa cũ solertia, multôque cũ proposito: propterea euangelista nõ dixit, quoniã solùm flet, sed, fleuit amare. Et qualis, inquit, quantáque fuerit lachrymarum vis, sermo non poterit explicare: ipse autem rerum exitus manifestè ostẽdit. Et enim crudelem post illum casum, nam nullũ negationi par malum: sed tamen post malũ, iterum eũ ad priorem honorem reuehit, & ecclesiæ primatum gubernationẽmque sibi per vniuersum mũdũ tradidit: quódque cunctis est sublimius, ostendit eum nobis ad dominum maiorem apostolorũ omnium charitatẽ habuisse. Petre, inquit, diligis me plus his? Huic autem ad virtutis rationem nihil sanè par fuerit. Quò verò minimè dicas, meritò deũ Niniuitis ignouisse: Seruus, inquit, nesciens voluntatem domini, & non faciẽs, vapulabit paucis: vt ergo hoc nõ dicas, Petrum sibi in medium propterea duxi, seruum voluntatẽ domini maximè scientẽ. Sed tamen hic idem peccans maximo peccato, respice quantũ ad fidei, constantiæq; culmẽ rediit. Igitur & ipse peccatis

peccatis concidens, nequaquã orbatus perstiteris. Quid enim in peccato magis impium est? in peccato scilicet stare. Et quid peius in casu est? iacére in eo: hoc & Paulus deflet, & ingemiscit, hoc fletu dignum esse dicit. Ne forte, inquit, cùm venero, humiliet me deus apud vos, & lugeam multos ex his qui non solum peccauerunt, sed ex his qui pœnitentiam non egerunt super fornicatione & immunditia quam fecerunt. Ad pœnitentiam verò quasi cõgruentius tempus posset accedere ieiunij tempore? Sed ad historiam reuertamur, Audiens autẽ prophetа verba hæc, descẽdit in Ioppen, vt fugeret in Tharsis à facie domini. Quónam fugis homo? nunquid & alium audiuisti prophetam dicentem: Quò vadam à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? In terram? Sed domini est terra, & plenitudo eius. Si ad infernum, ades: si in cœlũ, tu illic es: si in mare, & illic, inquit, tenebit me dextera tua: quod & super hunc euenit. Sed tale est peccatũ, quod ad ignorantiam multam nostram rẽdigit animã. Et quemadmodum qui grauitate capitis ebrietatéq; tenẽtur, stultè simpliciterq; feruntur, quamuis præcipitiũ, quamuis barathrũ, & aliud quid simile subsit, infra concidunt incautè: sic qui corruũt in peccatum, veluti praua ebrietate, actionis desiderio detẽti, nescíunt quid faciũt, scilicet non præsentia, non futura præuidentes. Dominum, dic mihi, fugis? parumper igitur mane, atq; ipsum per rerum discès euentum, quoniam neque serui maris poteris manus effugere. Neque enim nauim iam conscenderat, atque illud fluctus excitauerat, in altitudinẽq; eleuauerat magnã: & veluti fidelis seruus & prudens cõseruum inueniens fugientem, quasi quid ex domini bonis surripuerit, nusquamq; ab eo recedit, milleq; impedimenta ingerit recipientibus illum, quoad ipsum vẽdicans reducit: sic & mare conseruum inueniens & cognoscens, mille impedimenta excitat, turbans, clamans non in iudicium trahens, sed comminans nauem ipsis demergere cum nautis, nisi conseruum suũ sibi prodiderit. Quid ergo nautæ his cõtingentibus? Iactum, inquit, vasorum fecerunt, nauis vero nequaquam alleuiabatur. Nihil tam onerosum & graue atque ineptũ, quàm peccatum & inobedientia. Propterea & Zacharias id plumbi figurauit similitudine. Dauid verò deseribit eius naturã, dicẽs, Iniquitates supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ sunt supra me. Christus autem ad eos qui in peccato vixerãt, iterũ dicit, Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, ego reficiã vos. Ipsũ autem peccatum & scaphã tunc granabat, & pessundari cogebat. Jonas verò dormiebat & stertebat, sed nõ voluptatis erat somnus, magis aũt tristitiæ & afflictionis: nã qui ex seruis & domesticis prudentes sunt, citò peccata sentiunt: quod & ille patiebatur. Post enim commissum peccatũ, peccati nouit prauitatem: nã eiusmodi est, Cùm enim factum fuerit, atque ad ipsum actum culmen, tunc dolores parturienti animæ excitat, aduersus legem nostræ generationis. Nos enim cùm primũ nati sumus, parturienti dolores soluimus: illud autem simul æditum distrahit dolor, ous parturiẽtibus ipsũ cogitationes. Quid ergo gubernator? accessit, & inquit, Inuoca deum tuum. Nouerat ergo ipsa experientia insuetam illã esse hyemẽ atq; à deo illatam plagã, maiores humana industria fluctus, vbi gubernatoris manus nusquã proierant. Alterius enì maioris gubernatoris rei illius casus, hunc vniuersum scilicet gubernantis mundum, ope atq; superno indigebat auxilio: propterea & illi remos & vela & funes atque diuersa dimittentes, orationi instãtes manus tendebant, deumq; orabant. Vbi verò neque sic profecerunt, miserũt, inquit, sortes, & prodidit de cætero sors noxium. Hi verò neque sic arripientes eũ demerserunt, sed tanto tumultu, tanta tempestate incumbente, veluti multa in quiete, multo silentio, sic iudicium in naui statuentes, & interrogari & respondere eum dignum fecerunt, atque cuncta subtili cum indagine exquirebant, veluti cuidã pœnas iudicialiter inflicturi. Audi igitur eos quemadmodum in iudicio examine cuncta exactissimo inquirunt. Quod opus est tuum? vnde venis? quò vadis? qua de regione? quo de populo es tu? Et quidem accusabat mare, acclamans contrà: increpabat autem sors & condemnabat. Sed tamen neque mari contrà exclamãte, neque sorte ex aduerso testimonium reddente sentẽtiam vsque dabãt, sed veluti in iudicio & accusatoribus instantibus, & testibus præsentibus, indiciis atque argumentis veridicis non prius damnantes, ipsi sententiam ferũt, quoad dãnandus ipse propriæ fieret accusator culpæ. Sed & hi nautæ homines Barbari & insensati, eũ qui in iudiciis optimus est ordinem imitantur, & id quidẽ tanto timore, toẽ fluctibus, tanta ipsis circũstante procella, & mari neque vel respirare permittente: tantus eius tumultus, forensq; turbatio, insaniente atque exclamante, continuasq; vndas implicante. Vnde igitur tanta fuit prouidentia? a dei dispensatione. Etenim hoc fieri deus permittebat, prophetã vel ex his admonens, ex his mãsuetum fore & mitem, quasi ad eum clamans, & dicẽs: Imitare nautas, homines insensatos: siquidem hi neque vnam spernunt animã, neque vni tuo nõ parcunt corpori: tu verò vniuersam vrbem tot millia habentẽ, quãtum in te fuerit exposuisti. Et hi quidem eius qui suorũ causa malorum effect⁹ est, neque impetu ad damnationem irruunt: tu verò nihil habens Niniuitas accusare, demersisti eos ac perdidisti. Et tu quidem me præcipitẽte eos ad salutem tua prædicatione reuocare, minus parcisti: hi autem vnum audientes vniuersa faciunt, & moliuntur, quò noxium effectum à mulcta reuocẽt. Etenim ipsam post maris accusationem, post ostensionem sortis, cùm incusaret sese, fugamq; fateretur, neque sic irruerunt ad prophetæ necem, sed nitebantur de industria, & vim atque omnia faciebãt, quò eum neque post eius manifestissimam culpam violentiæ maris exponerẽt. Sed non permittebat mare, magis autem deus, sicuti per nautas eum & per cetum corripere, ad sapientiamq; reducere volens. Nam postquam auditum est, Tollite me, & mittite me in mare, & cessabit mare à vobis. virib⁹ conabantur in aridam euadere, sed nequaquam permittebant fluctus. Tu autem quemadmodum fugientem vidisti prophetam, audi eum & confitentem ex inferioribus de ceti ventre. Illud quidẽ veluti homo passus est, hoc vero quasi propheta ostendit. Accipiens igitur eum mare, veluti in quodam iudicio, ceti ventre deposuit, salvum domino fugitiuum seruans: neque acres vndæ susciepientes suffocauerũt, neq; cetus vndis ipsis acrior oppressit. Saluauit autem, ad vrbemq; reduxit, atque & mare & cetus contra naturam obtẽperarunt, quò per omnia propheta instrueretur. Veniens igitur in ciuitatem, sententiam regit, veluti regalem epistolam, pœnas tormentáque habentẽ, & clamabat dicens, Adhuc tres dies & Niniue subuertetur. Audierunt illi hæc, neq; non crediderunt, neque neglexerunt, sed illico cursus omnium vnus ad ieiunium virorum mulierumq;, iuuenum, senũ, seruorum, principum, subditorum, puerorum, antiquorum, neque irrationabiliũ natura expers ab eo erat obsequio. Vbique saccus, vbique cinis, vbique fletus & eiulatus: nam ipse diademate caput ornatus à regali descẽ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G dens throno, saccum sibi substrauit, atque sic vrbem periculis eripuit. Et erat rem quidem nouam videre, purpuram sacco cedentem præstãtiori effectu. Quod enim purpura nequiuit, id saccus potuit: quod cõsummare diadema non valuit, hoc cinis perfecit. Vides quomodo haud in vacuum dixi, non ieiunium, sed ebrietatem, crapulamq; timeri oportuisse? Nam ebrietas & crapula vrbem stantem, quati, ad casumq; nutari compulit: ieiuniũ
Daniel.14.f nutantem ipsam, casuramq; saluauit. Post hæc & Daniel leonum ingredi͂s lacum, quasi cum ouibus, mitis cum immitibus conueniens, sic exiuit. Nam æstuãtes ira, crudele mortiferumq; respicientes, appositam non tangebant mensam: & hæc ipsa excitante atq; impellente natura. Nihil enim agrestius illis bestiis, & fame (nã & septem diebus non acceperunt cibũ) veluti carnifice quodam intrinsecus vrgente, vtque ipsa prophetæ femora discerperant, clamante, cibum venerati sunt. Tres pueri
Ibid.3.c dum apud Babyloniam caminũ ingressi, atque in igne multo colloquentes tempore, igne ipso fulgidiores corpora habentes egressi sunt: profectò si quis erat ignis ille,
H quomodo quæ ignis sunt partes non implebat: si corpora erant illa, quomodo his quæ corporibus contingere consueuerunt, non contingebant? Quomodo, ieiuniũ interroga, & respondebit, tibiq; ænigma soluet. Etenim corporum natura cum natura ignis certabat, corporáque ipsa victoria secuta est. Vidisti pugnam admiratione dignam? vidisti nouam inauditamq; victoriam? Igitur ieiuniũ mirare, pronisque manibus suscipe, quoniãquidem & in camino fert opem, atque in leonum custodit lacu, dæmonesq; fugat, & dei reuocat sentẽtiam, vitiorumq; furorẽ suprimit, & ad ipsam reducit libertatẽ, plurimamq; in nostris cogitationib⁹ quietem insinuat. Quomodo non supremæ fuerit iniquitatis, tot tantáque in manibus habentem bona & fugere & timere? Conterit, inquis, nostríque corporis insuper auget infirmi-
2.Cor.4.d tatem. Sed quantò exterior homo corrumpitur, tãtò interior homo renouatur de die in diem. Magis autem si rem diligentius volueris intueri, & sanitatis bonaq; habitudinis patrem inuenies. Atque si meis ipse sermonibus derogas fidem, de his filios medicorum percuncta-
I re, ipsiq; eadem tibi manifestius explicabunt: qui abstinentiam matrem sanitatis appellant. Pedum verò dolores, & grauedinem capitis, vomitum, apostema, & hydropisim, & phlegmata, milléque morborum aliorũ torrentes, à delicatis cibis crapulaq; prouenire dicũt, quasi à pessimo quodam fonte, prauos riuulos, bonam corporis habitudinem, & animæ sanum intellectum nõ tam lædentes, quàm depopulãtes. Ne igitur ieiunium timeamus, tot à nobis excludẽtes mala: neque ego vos sine ratione potissima continuè ad id maneo. Sed quoniamquidem plurimos video homines pigritantes & immorantes non secus si agresti horridóque cuidam dandi in manus forent, ebrietate hodie sese crapuláque corrumpentes: propterea moneo ne quis futuram à ieiunio vtilitatem perimat, gula ingluuiéque præueniens. Nam qui malè se cibis ingurgitant, cùm asperas sunt medicinas accepturi, si nimia sese esca sepeliunt, atq; sic medicinam accipiunt, asperitatem quidem illam pertulerunt, vtilitate verò exciderunt, ægram facientes medicinę dimicationem ad corrupti humoris malitiam. Quamobrem medici eos incœnatos dormire mãdant, quò virtus totius medicinæ quamprimum atque illico morbosis occurrat humoribus: Sic & ieiunio contingit, si teipsum hodie multa obrueris ebrietate, crastina verò eam acceperis quæ ab illo est medicinam: hanc tibi profectò vanam inutilemq; effeceris, & laborem quidem pertuK leris. quod vero ab illa fuerat lucrum, nequaquam asseqeris, ruísque in recentem ebrietatis malitiam, eius omnem consumentem virtutem. Si vero leue præparabis sibi corpus, sobriéque & vigilanti cogitatu susceperis ex electis vteribus medicinam, multa poteris expurgare. Igitur per ebrietatẽ discamus, ne fortè tale fiat, quale si quis infirmãti corpori & conualidato, lasciuè minúsque temperatè innitens, iterum velocius atq; cum maiori ruina cadat. Quod & in nostra fit anima, cũ vtraque ieiunij ex parte, principio videlicet ac fine, ebrietatis nube obfuscamus mũdationem in nobis ab abstinẽtia factam. Veluti enim qui cũ feris dimicaturi, armis multis munientibus, munimẽtisq; mortalia quæq; mẽbrorum loca circundant, atque ita bellum suscipiunt: sic & nunc homines milites, quasi cum fera quadã pugnaturi, ventris se muniunt crapula, disrumpẽtésque sese & obtenebrantes, multa cum impudentia suscipiunt mitẽ ac quietum ieiunij oculum. atque si quempiam interrogauero, Cui⁹ rei gratia ad thermas hodie properas? quò
L corpus abluam, ieiuniúmque suscipiam. Si verò interrogauero, quare inebriaris? iterum dices, Quoniamquidẽ ad ieiunium sum ingressus. Quomodo igitur non erroneum corpore quidem puro, impura verò ebriáque anima, optimum hoc rerum ieiuniũ susciperet? Restant quidem plura, sed hæc sobriis ad correctionem sufficiant. Quare necesse orationem supprimere: nã cupio patris audire vocem, quoniam ipsi quidẽ pastoralis pueri subtili calamo sibilamus, veluti sub quercu, aut fago quodã ad vmbram satorum horum sedentes. Hic autem veluti musicus optimus aureum citharam modulatus, sonorũ consonantia vniuersum excitat theatrum. Et huius non ictuũ soni, sed consonantia verborum, consonantia operum plurimam nobis affert vtilitatem. Eiusmodi & Christus doctores querit, Qui enim fecerit & docuerit, Matt.5.c
hic magnus vocabitur in regno cœlorum. Cõtingat autem & nos eius, omniúmque præsulum orationibus regno cœlorũ dignos fieri, gratia & amabili pietate domini nostri Iesu Christi: cum quo honor patri, gloria & fortitudo, cum bono & sancto spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

M * Homilia quæ antea hoc loco secunda numerabatur, nunc habetur inter homilias in Genesin prima.

Homilia tertia.

Etsi hesterna die vobis defuerim, nõ mea sponte, sed actus necessitate defui: defui corpore, non voluntate: defui carnis absentia, nõ mentis affectu. Nam & complectebar omnes vos & ferebã. Iteſ an fratres temporalem hunc transeuntes morbum
solertiꝰ studuimus facies vestras videre. Iam enim mecum habens infirmitatis reliquias, ad vestram charitatem cucurri. Consueuerunt quidem ex ægris nõnulli lauacra & balnea inuestigare: ego autẽ facies vestras desideratas dignum videre duxi, debitámque auditorum voluptatem implere. Pelagus hoc magnum & salsugineñ non habens, mare hoc fluctibus vacuum, veni tellurem vestram inspicere. Quod enim pratũ tale, qu e ecclesia: Quis paradisus talis, veluti hic vester cœtꝰ? Nõ est hic serpens insidians, sed Christus docens: nõ Heua ad supplantandum, sed ecclesia ad dirigendum. Nõ hic sunt ortorum frondes, sed spiritus: non hic spinarum sepes, sed vitis fœcunda. Si autem spinam inuenero, in oleam transfero. Non enim naturæ defectus, sed propositi hic libertas honoratur. Si lupum inuenero, ouem faciam, haud naturã conuertens, sed propositum mutans.

Quare

A Quare iam non peccauerit, qui arca ecclesiam maiorẽ
Gene.7.b esse confessus est. Arca quidem animalia susceperit, & animalia conseruauit: ecclesia verò animalia susciens, eadem trãsformans, vt puta, accipiter illuc introiuit, & accipiter exiuit. Introiuit hic quis accipiter, columba exit: introiuit lupus, & ouis egreditur: Agnus introiuit, & exit agnus, non trãsmutata natura, sed malitia exclusa. Ideo ad pœnitentiam assiduo sermone admoneo, sed acerba & horrida est peccatori: est enim delictorum medicina, iniquitatum consumptio, lachrymarum impensa, fiducia ad deum, aduersus diabolũ arma, gladius vim eius præcidens, caput eius amputans, salutis spes, desperationis occasus. Ipsa cœlum aperit, ea in paradisum ducit: ipsa diabolum superat. Ea igitur de re sæpenumero sermone moneo, vt pœnitentiam agas: peccator es, ne à spe recedas. Non cesso iisdem continuè medicamenta deliniens. Noui enim quę arma sint contra diabolum, à spe nunquam decidisse. Peccata si habueris, ne desperes, non desiste eadẽ sæpius repetens. Tametsi quotidie pecB cas, quotidie pœnitentiam age. Et quod in domibus facimus, cùm fragiles & ad casum nutant, fragilia educimus, tignaq; noua submittimus, continueq; reparationis munus obliteramus: idipsum & in nobis faciamus. Si hodie à peccato seueris, teipsum per pœnitẽtiam instaura. Estne, inquit, pœnitentem saluari? sed dices, est, & valde. In peccatis omnem contriui vitam, atque pœnitentiam si egero, putas saluabor? valde. Vnde mihi constabit? Domini excellentia pietateq;, non iam tuæ confidens pœnitentiæ. Neque enim tua poterit pœnitentia sola sordes tot diluere. Si sola superfuerit pœnitentia, meritò timebis: sed quoniam pœnitentiæ dei clementia deiq; pietas iuncta est, fide. Nam dei clementia, pietasq; mensuram non suscipit, neque ipsius bonitas verbo interpretari potest. Tua quidem malitia mensuram habet dei verò clementia & pietas mensuram nõ habet. Tua malitia qualiscunque fuerit, humana malitia est, dei clementia & pietas est incircũscripta: ipsa igitur tuam malitiam superat. Cogita scintillam si in mare ceciderit, nũ poterit stare, aut apparere? Quantùm scintilla ad mare se habet, tãtùm hominis malitia ad dei clementiã pietatemq;, imò verò non tantummodo, sed & lõgè suprà.
C Nam & pelagus, tametsi magnum sit, mensuram recipit: dei verò clementia & pietas mensuram non habet. Hæc dicam: non quò vos desidiores faciã: sed prõptiores reddam. Admonui sæpenumero theatra non ascendere. Audisti, atque haud obtemperasti: theatrum ascendisti, meóque verbo aduersatus es: non te pudeat ecclesiam ingredi secundò, & audire. Dicis, audiui, neque custodiui, quomodo iterũ possum ingredi & audire? Deinque ipse nouisti, quòd minus custodiuisti: denique cõfunderis, erubesc͡s. Denique corripiente nemine ipse frenũ accipis, denique sermonem mente ipse tua habes radicatum. Denique me non coparente, ipsa te mea purgat oratio. Non obseruasti, temetipsum accusa: vel semis obseruasse est, si minus obseruareris, non obseruasse. Dixisse. Nam qui seipsum accusat, quasi non obseruasse, ad obseruandum festinat: prospexisti altius, iniquitatem consummasti. Captiuus meretrici effectus es, & in theatrum ascendisti: iterum recordatus es, iterum pudore confunderis. Accedes: contristatus es, dũ ora. Sed hic, atque eousque veniens cõsististi ya mihi, audiui, minus obseruaui. Quomodo audeam ecclesiam introire? quomodo audeam iterum? Magis autẽ ingredere, quoniãquidem non obseruasti, quò iterũ audiens obserues. Medelam si apposuerit medicus, neque priori te die purga-

uerit: tum eam rursus die altera non apponet? Est quis- D
quam quercini roboris cæsor, is quercum si velit cædere, securim accipit, incidit radicem: si plaga vna porcusserit, neque ceciderit infructuosa arbor, nonne secundã dederit, non quartam, non quintam, non decimam? sic & tu fac. Quercus est fornicator, glandes ferès irrationabilium animalium escam, multo tempore tua in mẽ te radicata. In arborum circuitu tuam deiecit conscientiam. Meus sermo securis est, vno audisti die. quomodo vno die cadat, quæ tanto tempore radices immisit? Si enim bis, si ter, si centies, si decem millies, non iam mirum. Modò incide vi rem malam, & fortem consuetudinem malámque illam deiice, & gratiam impetrasti. Manna comedebant Iudæi, & cæpas de Aegypto quærebant, consuetudine ducti. tam adeò turpis est res consuetudo pessima, quòd non statim potest abíci, nec tẽpore breui. Si enim decem consummaueris diebus, si in viginti, si in triginta: non tamen non gratias ago, nõ te foueno, modò nos deficias, sed pudore confundaris, & despice. Iterum de charitate disserimus, subisti & rapuisti, neque ipsa per opera ostendisti sermonem, haud cõfundaris ecclesiam ingredi secundò: pudeat te peccantem, non pudeat pœnitentem. Attende quid tibi diabolus fecerit. Duo hæc sunt, peccatum & pœnitentia: peccatum vulnus, pœnitentia medicina. Quemadmodum enim in corpore vulnera & medicinæ, sic in anima peccatum & pœnitentia: sed peccatum pudorem habet, pœnitentia verò fiduciam possidet. Attende diligenter obsecro, ne ordinem turbes, & vtilitatem perdas. Est vulnus & medicina, peccatum & pœnitentia: in vulnere sanies in medicina purgatio saniei: in peccato sanies, in peccato improperium, in peccato derisio, in pœnitentia purgatio peccatorum. Aduerte, peccatum ipsum confusio & pudor sequitur, pœnitentiam verò fiducia. Intellexisti quæ dico? ordinem satanas peruertit, & confidentiam dedit peccato de vita longa, confusionémque pœnitentiæ. Nõ desistam vsque ad vesperam quoad te soluero: oportet enim me promissionem cõplere, impossibile est me desistere. Est vulnus & medicina: vulnus saniem habet, medicina saniei purgationem. Nunquid in
F vulnere sanitas? Num hæc proprium habent ordinem, & illa proprium? Nunquid hoc in id transire potest, & illud in hoc? veniamus ad ipsam post hanc delinquentẽ animam. Peccatum confusionem habet, peccatum improperium, peccatum honoris obfuscationem habet hæreditariam. Pœnitentia fiduciam habet, pœnitentia ieiunium habet, pœnitentia iustitiam possidet. Dic tuas Esa.43.d
prius iniquitates, vt iustificeris. &, Iustꝰ priori in sermo- Prou.18.e
ne accusator sui. Sciens igitur satanas peccatum quidẽ confusionem habere, potentem ad se pœnitentem retrahere, mutauit ordinem, deditq; confusionem quidẽ pœnitentiæ, confidentiam verò peccato. Vnde hæc, ipse dico. Carpitur quis prauis desideriis de publica meretrice, sequitur scortum, captiuus ingreditur locum, nequaquam erubescens, impudens meretricem complectitur, peccatum exequitur, nusquam ipsi pudor, nusquã correctio: egreditur inde cùm peccatum cõsummauerit, atque vt pœniteat pudore tenetur. Miser & infœlix, quum meretricem complectebaris non te puduit: quum ad pœnitentiã venisti, pudore tunc confunderis? Quorsum nam id? Cùm fornicabaris non pudebat, rem cùm facis non erubescis: erubescis cùm pœnitere & confiteri debes peccata verbo, Diaboli hæc astutia est, quòd te in peccato erubescere vetat, & peccatum edicere impe- t pudore. Nouit enim si homo erubuerit peccatum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

G fugiet illud: inuerecundus autem vel difficilè pœnitere
poteſt.& ita duo facit mala, & in peccatum trahit, & à
pœnitentia arcet.Quid erubeſces ergo? Cùm fornicari
te cõtigit haud erubeſcebas,cùm te peccato liberes,eru-
beſcis:tũc erubeſcere debuiſti, tunc oportuit pudore cõ-
fundi,cùm peccabas.Cùm factus es peccator,tunc pude
re oportuerat:quum iuſtus efficieris,pudes.Dic prius ini
quitates tuas,vt iuſtificeris.O domini clementiã & pie-
tatem,nõ dixit vt pœnitearis,ſed vt iuſtificeris. Nõ deo
ſatis eſt eum non punire qui peccat, ſed eum tũm inſu-
per & iuſtum efficit,& valde. Sed aduerte, iuſtum eum
Luc.23.f facio:& vbi id effecit?in latrone, vt ſolùm dicat ille cõ-
focio,Neque tu times deum, & nos quidem iuſtè digna
factis recipimus.dicit ei Chriſtus,Hodie mecum eris in
paradiſo.Non dixit,liberabo te à tormẽtis & pœna, ſed
in paradiſum iuſtũ introducit. Vides quomodo ex cõ-
feſſione iuſtus efficitur?valde eſt clemens, & pius deus.
Proprio filio nõ pepercit,vt ſeruis parceret.Dedit enim
vnigenitum,vt ſeruos emat ignauos. Sanguinem vnige
niti precium poſuit.O domini clementia & pietas. Ne-
H que mihi dixeris permultum peccaui, quomodo ſaluari
poſſum?tu nequis,ſed dominus tuus poteſt:atque ita po-
teſt,vt tua deleat peccata.Accuratè ad ſermonem aduer
te. Sic enim delet peccata deus, vt neque eorum veſti-
gium maneat.In corporibus quidem id non eſt:ita: ſed
quanquã millies conetur medicus,tametſi vulneri me-
dicinas addat,vulnus quidem euaneſcit.Sæpèque in fa-
cie vulneratus quiſque, atque vulnus quidem curauit,ci
catrix verò remanet vulneris argumentũ, faciei defor-
mitatem habens:atque ſi abolere contendat, mille me-
dicus modis nequit:repugnat enim ſibi naturę infirmi-
tas,artis & medicinarum imbecillitas: deus autem quũ
deleuerit peccata,ſic delet,vt neque cicatrix,neque cica
tricis ſuperſit indicium,non veſtigium quodquam, ſed
& cum ſanitate decorem elargitur:poſt pœnę liberatio-
nem, & iuſtitiam inſerit, atque peccantem coæqualem
facit non peccanti.Extinguit enim peccatũ, atque id nõ
eſſe facit,neque fuiſſe.Sic enim omnino id tollit, vt nõ
cicatrix,non veſtigium,non argumentum aliquot appa
ruerit:Atque vnde id nobis illucet quod dico, qui oſten
dere debeo quomodo verum videatur? Ab ipſis itaque
I oſtendatur ſcripturis,fiduciáque firma permaneat.Indu
cam igitur vobis homines vulneratos, populum omnẽ
vlceribꝰ plenum,& ſanie & vermibus, vulnus vndique,
& exiſtentem totum vlcus, atque ita ſanare volo, vt ne
quidem cicatrix, non veſtigium, non ſignum maneat:
neque vnum habentes vulnus, non duo, non tria, non
quatuor, ſed à pedibus vſque ad caput vulnus exiſtentes.
Attende hìc diligenter,communis hic nobis ſermo, &
ſalutaris. Medicinam ſpargam,his quas ſeculares adhi
bent medici meliorem:quales neque ipſi reges ſpargere
poſſent.Rex quidem poteſt carcere quemquàm emitte-
re,gehenna verò liberare non poteſt:pecuniam dare,a-
nimam autem ſaluare nequit:ſed ex pœnitentia vos ma
nuducam,quò dei diſcatis fortitudinem, quò ſciatis ſu-
per eam peccatum non poſſe: neque iniquitas potẽs eſt
eius ſuperare virtutem. Tandem inducam non vnum,
non duo,non tria, ſed millia multa vlceribus confecta
innumeris,plena peccatis, & tamen pœnitentia valen-
tia ſaluari, vt neque vel veſtigium cicatricum priorum
vulnerum ſupereſſet.Sed verbo diligenter attẽdite, ſed
& memoriæ dicta mandate, quò & derelictis quando-
que auxilio ſitis, atque dictorum vtilitate promptiores
reddatis.Igitur & Eſaias procedit, qui Seraphin intue-
tur,qui myſticum illud haurit melos,qui de Chriſtõ in-
finita prædicit?Percontemur quid ait. Viſio quam vidit K
Eſaias ſuper Hieruſalem & Iudæam. Dic viſionem quã Eſaiæ.1.a
vidiſti.Audite cœli, & auribus percipe terra, quoniam
dominus locutus eſt.Alia præmiſiſti, & alia dicis. Quæ
alia præmiſi?Incipiens dicis,Viſio ſuper Iudæam & Hie
ruſalem:cœlum alloqueris, atque in terram ſermonem
declinas:dimittens rationales homines, irrationalibus
cum elementis diſputas.Ita,inquit,quoniam irrationa-
li,irrationabiliores facti ſunt rationales: non ea modò
ratione, ſed quòd Moſes volens eos promiſſionis terrã
inducere, prouidensq; fore tradita deſpici ab his debe-
re:Audite,inquit,cœli & loquar,& audiat terra verba o- Deut.32.a
ris mei:& conteſtabor vobis cœlum & terrã, ſi ingreſſi
promiſſionis terram, dominum deum veſtrũ reliquerẽ-
ritis,in omnes diſpergẽdi eſtis gentes.Venit Eſaias, at-
que comminatio ipſa in opus efferri debuerat: non po-
terat vocare Moſen iam defunctum, atque eos qui tunc
audierant, mortuiq; fuerant:elemẽta igitur quibus Mo
ſes conteſtatus eſt vocat.Ecce eiecti eſtis à promiſſione
ô Iudæi,ecce deſeruiſtis deum:quomodo te vocabo Mo
ſes?interiſti enim,mortuuſq; es: quomodo & Aaron vo L
cabo?& ille morti eſt deditus: non habes vnde hominẽ
voces,voca,inquit,elementa.Idcirco & ipſe viuens,non
Aaron ſolùm conteſtatus ſum,atque illum & illum:ſed
quoniam illi morituri fuerant, & permanentia elemen
ta,vobis conteſtor,cœlum ſcilicet & terram:Dicit ergo
Eſaias,Audite cœli, & auribus percipe terra: vos enim
Moſes cœpit hodie compellare:non ſolùm hac ratione
elemẽta compello,ſed quod Iudæis dictum eſt,audi cœ-
lum:tu enim manna produxiſti,tu ſupra naturam oſtẽ-
diſti,ſuperius es atque aërem imitatus es. Auribus per-
cipe terra,inferius quidem es, atque diffuſam latámque
menſam præparaſti.Compreſſa eſt natura,gratiáque o-
perata eſt.Neque boum opera,ſpicarumq; apparatu, nõ
manibus coquorum atque præceptis, ſed manna erat o-
mne quod factum erat,ſanctificatus fons, menſa diffu-
ſa,natura oblita proprię infirmitatis fuit.Quomodo eo-
rum veſtimenta non ſunt attrita,neque calceamenta ve
tuſtate conſumpta:cuncta ad eorum ſiebant miniſterĩ.
Audi cœli & auribꝰ percipe terra. Poſt prodigia me-
moranda, itaque beneficia laceſſitus eſt dominus iniu-
ria.Quem offendam,audient?m virum non habeo:ve- M
ni,& non erat homo:locutus ſum, & non erat audiens. Eſaiæ.50.a
Irrationales alloquor, quoniamquidem rationales in
vilitatem irrationaliũ acti ſunt: propterea & alius pro-
pheta regem vidit furentem,idolum veneratum, deum
deſpectum,aliósque vniuerſos trepidos, & dicit: Audi 3.Reg.18.
alta audi,lapidem alloqueris?Sic, quoniamquidem la
pide ipſo inſenſibilior.Audi altare, audi, hæc dicit do-
minus: atque illico altare ſciſſum eſt: lapísque audiit,
fractus eſt lapis, & effudit libamen: quemodo non au-
diuit homo?Extendit manum ſuam, vt prophetam ra-
peret: & quid facit deus? ius manum arefacit. Reſpice
quid facit,domini reſpice clementiam, & ſerui peccã-
tum. Quare à principio eius non arefacit manum? quò
lapidis exemplo ſanior fieret. Si enim ſanctus non eſſet
lapis, conuerſus ipſe non eſſet.In te concitor ira, exten-
dit manum vt raperet prophetam, & exaruit manus.
Stetit trophçum,tot aderant ſatellites,tot duces aderãt,
auxiliumq; grande, atque ſuam reſtituere non poterant
manum.Sed manus ſtabat vocem emittens, atque præ
ſe ferens acceptum impedimẽtum,conflictum, pietatis-
que trophæum, dei clementiam & illius inſaniam, re-
ſtitui que non poterat.Sed ne ſermonẽ ex ſermone texẽ-
tes,propoſito excidamus,iamq; quæ promiſimus oſten-
damus,

A damus, ſcilicet mille ſi fueris ictus & cæſus vulneribus,
atque quod bonum eſt feceris:ſic ea delet deus,vt neque
cicatricem vel veſtigium videas, vt nec ſignum priorũ
peccatorum appareat:hæc pollicitus ſum, hæc demon-
ſtrare tẽtabo:dicit ſcriptura,Audite cœli,& auribus per-
cipe terra,quoniam dominus locutꝰ eſt. Dic mihi, quid
Eſa.1.a nam locutus eſt dominus?Filios enutriui & exaltaui,ip-
ſi autem ſpreuerũt me: cognouit bos poſſeſſorem ſuum
(ô rationales irrationabiliores iumentis) & aſinus præ-
ſepe domini ſui(aſinis ipſis inſipientiores) Iſraël autem
me non cognouit,& populus meus nõ intellexit. Væ gẽ-
ti peccatrici.Quare, inquit, non iam ſalutis ſpes datur?
vel ſi datur,væ quare dicis,dic mihi?Quòd haud ſalutẽ,
haud ſanitatem inuenio. Medelas appoſui, neque ceſſit
vlcus,& ideo auerſus ſum.Quid igitur facere habeo?cu-
rare nequeo.Væ,plorantem imitatur mulierem, & be-
nefacit:obſecro attendite diligẽter:væ,quare dicit?quo-
niã & idipſum fit in corporibus, cùm viderit medicus
ægrotantem haud ſpem ſalutis habentem, illachrymat,
B domeſticiq; & proximiores vlulant,ingemiſcunt,ſed il
lic incaſſum & vanè. Cùm enim moribundus æger fue
rit,tametſi mundus defleat omnis,nequaquam eum ex-
citabit,ita vt non reſurrectionis, ſed lachrymarum ille
ſit fletus.In anima verò non ſic. Si enim mortuam fle-
ueris,ſæpenumero mortuam excitabis. Quare?quoniã-
quidem moriens corpus humana non excitatur virtu-
te,anima verò moriens,correctione reſurgit, & virtute
diuina.Vide fornicantem & defle,atque illum ſæpe ex-
citabis:propterea Paulus non ſcribebat, exhortabatúrve
ſolùm, ſed & flebat cũ lachrymis peccatores admonẽs.
Ideo etiam fundis lachrymas, quòſi minus admonitio
poterit eſſe auxilio, lachrymæ intercedant: ſic & pro-
Matt.23.d pheta deflet, & dominus noſter videns Hieruſalem ca-
dentem,dicit:Hieruſalem Hieruſalem,quę occidis pro-
Eſa.1.b phetas,& lapidas eos qui ad te miſſi ſunt, revocans ci-
uitatem cadentem, & flentem hominem imitatus. Væ
genti peccatrici,& populo pleno peccatis:nec habet ſa-
num corpus.vidiſti eos vlceratos? væ ſemini nequam,
filiis ſceleratis.Quare defles,dic mihi?dereliquiſtis do-
minum, atque ad iracundiam ſanctum Iſraël prouoca-
C ſtis.Super quo percutiam vos vltrà, an fame, an peſte?
omnis plaga iam venit,& neque veſtra malitia iam eſt
conſumpta, addentes prævaricationem, omne caput
languidum,& omne cor mœrens. Non eſt vulnus vnũ,
non liuor vnus.Res novæ,paulò antè ſemini dixiſti ne-
quam,filiis ſceleratis,dereliquiſtis dominum,ad iracun
diam prouocaſtis ſanctum Iſraël:& , væ genti peccatri-
ci:plorans tunderis,malaq; loqueris, & rediès dicis:ne-
que vulnus,neque liuor.Attendẽs,vulnus tunc fit, ſum al
tera quidem corporis pars ſana eſt,altera vulnus habet:
hìc autem dicit totum eſſe vulnus,totum liuorem, totũ
vlcus à pedibus vſque ad caput.Non eſt quo quis fomẽ-
ta,quo quis oleum imponat, non eſt quo quis circunli-
get.Terra veſtra deſerta,ciuitates veſtræ ſuccenſæ igni,
regionem veſtram coram vobis alieni deuorãt: omnia
Ibidem.e hæc feci,& vos conuerſi non eſtis:omnia quæ ad artem
ſunt feci,atque artem ipſum cadauer manet. Venite,au
dite verbũ domini principes Sodomorum & Gomor-
rhę:quid mihi multitudo victimarum veſtrarum?Quid
igitur?Sodomitas alloquitur?Non,ſed Iudæos Sodomi-
tas appellat.Quoniamquidem Sodomitas imitabantur,
nomen ipſis impoſuit. Venite, audite verbum dei prin-
cipes Sodomorum & Gomorrhæ:quid mihi multitudo
victimarum veſtrarum,dicit dominus?Plenus ſum ho-
locauſto arietum,& adipe pinguium, & ſanguinem vi-

tulorum & agnorum nolui.Cùm obtuleritis mihi ſimi- D
læ florem, vanum: & incenſum abominatio eſt mihi:
neominas veſtras,& ſabbata odit anima mea:ieiunium
& diem feſtum non feram: & cùm extenderitis manus
veſtras, auertam oculos meos à vobis. Eſt ne iræ huic
par quicquam? propheta cœlum inuocat, plorat, inge-
miſcit,illachrymat, dicit: Non eſt vulnus neque liuor, Ibidem.b
deus deſuper iraſcitur,non ſuſcipiam ſacrificia,nõ neo-
menias,non ſabbata,neque florem ſimilæ, non oratio-
nem,non extenſionem manuum. Vidiſti vlcus? vidiſti
morbum inſanabilem, non vnius, non duorum, non
decem,ſed mille?Quid ergo dicit poſt hæc, Lauamini, Ibidem.d
mundi eſtote?Num peccatum putas habet?Ipſe deus di-
cit,Non audiam vos:& dicit,lauamini. Quorum vtrũ-
que vtiliter ingeritur: id vt terream, hoc vt alliciam.
Sed eos non audis,ſpem pœnitentiæ non habent.Quòd
ſi non habent pœnitentiæ ſpem, quomodo dicit, laua-
mini?Sed deus verè clemens,veréque pius, ſolúſque bo
nus & miſericors ſuper patrem: atque vt diſcas quòd pa
ter eſt,dicit ei: Quid faciam, neſcio:neſcis quid facis? E
ſcio,ſed nolo: expetit peccatorum natura, ſed continet
clementiæ, pietatíſque magnitudo. Quid tibi faciam?
parcam tibi?ſed fides deſidior redditur:perſequar te?ſed
mea non ſuſtinet clementia. Quid tibi faciam? vt So-
domam ponam te,& vt Gomorrham ſubuertã te?Conu-
erſum eſt cor meum. Impaſſibilis paſſibilem imitatur
hominem, magis autem amabilem matrem. Conuer-
ſum eſt cor meum,veluti ſi mulier puero dixit, non ſa-
tis patior,fuerit dictio.Sed turbatus,inquit,in mea ſum
pœnitentia:& deus turbatur?Et iuſtè id quidem cogites,
deus enim immutabilis:ſed quod dixi, noſtras imitatur
dictiones. Converſum eſt cor meum. Quid autem poſt
hæc dicit?lauamini, mundi eſtote, auferte malitias de
animabus veſtris,diſcite benefacere, quærite iudicium,
iudicate pupillo,defendite viduam.Neque grauia man-
data,ſed quotquot natura novit.Et venite & arguite me, Eſaiæ.1.e
dicit dominus.Parum facite,& ego reliquum adiiciam
dicit dominus: parum mihi date, & totum ipſe dono.
Venite, & quò ibimus?ad me quem incitauiſtis, quem
ad iracundiam prouocaſtis, ad me dicentem: Non au-
diam vos,quò minus timentes fugiatis iram.Venite ad F
non audientem,vt audiam.Et quid faciam?non dimit-
tam cicatricem,non veſtigium,non ſignum. Venite &
arguite me,dicit dominꝰ.Si fuerint peccata veſtra qua- Ibi.dem.
ſi coccinum,quaſi nix dealbabuntur. Nunquid vlla vſ-
quam cicatrix?Nunquid ruga poſt purgationis colorem?
Et ſi fuerint,inquit, rubra quaſi vermiculus, veluti lana
alba erunt.Nunquid nigredo?nunquid macula? & quo-
modo fient hæc?Num vel promiſſiones aliæ hoc dicũt?
ſed os domini locutum eſt. Non modò magnitudinem
promiſſorum vidiſti, ſed etiam donantis dignitatem.
Etenim deo omnia poſſibilia, qui poteſt facere mundũ Matt.19.d
de immundo.Hæc igitur audientes, & pœnitentiæ me- & Luc.18.
dicinam ſcientes,gloriã referamus patri & filio, & ſpi- Iob.14.a
ritui ſancto,in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia quarta.

SEduè in eam paſtores conſueſcunt partẽ ſuas
oues diuertere, qua gramen altius denſiúsque
intuentur:atque inde prius non abigunt,quàm
omne grex contuderit. Hos & ipſi ſectantes, quartam iã
diem hanc ad pœnitentiæ modum hunc paſcimus gre-
gem,neque vel hodie digredi paramus: loco enim pa-
bulum vtilitatis multum ineſſe video, permultúmque
fructum, ſimul permultámque lætitiam. Nã neque ar-
borum comæ pro pecorum tuguriis factæ, meridie per

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gæstum tam oues reficiunt, optabilem atque vtilem exhibentes vmbram, multáque suadentes cum voluptate, quàm sacrarum scripturarum lectio afflictas angore animas, ærumnisque implicatas solatur, explicat, simulq; recreat. Nimium si quidem atque exurens voluptatis rẽtudit malum, solatium omni vmbra suauius amœniúsque impartiens. Neque enim solùm in pecuniæ iactura, aut orbatu liberorum, atque eiusmodi, sed & in peccatorum pressura plurimum ea nobis solatij confert. Cùm enim homo peccato interceptus, circunuentus cecidit, postea mordetur cõscientia, & peccati semper memor: mœroris sese magnitudine obruit, perq; singulos dies incenditur, atque mille ingentibus solatij modis si minus acceperit, ecclesiam ingreditur, eò audiens sanctoram multos cecidisse, rursúsque resurrexisse, atq; in prio rem rediisse dignitatem, clam multo solatio plenus egreditur. Et qui in homines sæpenumero peccamus, neque peccatum audemus prodere, pudore ruborẽque detenti: atque si prodiderimus, non tantum consequimur.
H Cùm autem deus exhortatur, corq; eorum tangit, illico omnis satanæ caligo fugatur. Hinc & iustorũ conscripti sunt lapsus, quò & rectè & peruersè viuentes ab his maximè lucrifaciant. Nam & cadens haud alienatur spe, indulgentiæ desperatione, alterum post casum vides resurgentem: & iustitiæ fiet sedulus, ac firmissimus cultor. Cùm enim ex his qui se maximè præstant, multos cadentes viderit, illorũ casu factus cautior, perpetuo in agone versabitur, multáque sese stabilitate muniet: Sic itaque alter in peccato desperationis liberabitur, ille quidem firmiter stabit, hic in priorem à quo excidit, statum reuertetur. Nam cùm homo nobis solatij fomenta præbuerit, tametsi ad horam consolari videamur, rursus tamen in eum languorem voluimur, cùm verò per alios qui peccant, atque inde saluantur, nos deus conuertit, suam nobis manifestam facit bonitatẽ, ne propria de salute ambigamus, sed firmam certámq; consolationem capiamus. Quemadmodum igitur in delictorum pressura, sic illatis in periculis, medicinam abundantẽ plurimæ scripturarum historiæ mœstis cõferunt prospicere volentibus: & siue pecunię publicatio, siue calumniarum iactura, siue flagella, siue carceres, siue
I aliud nos malum conterat, ad iustos prospicientes, qui eadem & passi sunt & toleraverunt, ad nosmetipsos citò redire poterimus. Aliàs quidem si corpus manifestis in passionibus patientis intuemur, ægrorum quandoque cõtrahimus infirmitatem, atque etiam non existẽtem facimus. Puta si quis oculorum malo laborantem viderit, ipso & intuitu ægritudinem in se contraxerit. In anima verò non sic, magis verò eos nosse qui eiusmo di patiuntur, leuiorem propriis in malis facit languorẽ. Propterea Paulus fideles hoc modo hortatur, vt nõ mo dò viuentes sanctos, sed & obdormientes in medium producat. Iudæis enim scribens circũuentis, & nutantibus ad casum, sanctos viros in medium producit, Danielem, tres pueros, Heliam, Heliseum, sic dicens: Obturauerunt ora leonum, extinxerunt virtutem ignis, effugerunt ora gladij, lapidati sunt, flagellati sunt, in vincula & carceres detrusi, circumierunt in melotis & caprinis pellibus, egentes & doloribus affecti, quibus dignus non erat mundus. Ea autem passionum communio solatium præbet afflictis. Et veluti quempiam malis torqueri sit intolerabile opus, qui solus in angustia versatur, multóque id solatio medendum est malum: ita socium inuenire eisdem oppressum malis, leuiorem efficit plagam. Igitur vti cunctis quæ nobis molesta esse vi-

Heb.11.g

dentur, magnificè repugnemus, scripturarum historiis K
diligenter intendamus. Multæ enim patientiæ hinc nobis occasio excitatur, non modò eorum solandis communione, qui paribus premuntur malis, sed quòd & ab ingruentibus periculis liberationis vi in discimus: atque eorum post hyemem & fluctus iterum priori manere in dignitate, neque trahi in desidiam, neque in sen sum reprobum tolli. Haud enim mirabile est malis afflictos contrahi & humiliari, maioráque paruitatis indicia præ se ferre, Nam ea tentationum natura, quæ in tristitia ipsa vel lapideum cor habentem, id facere cogat. Sed animæ venerabilis est, deumq; continuò præ se ferentis, & ipsam post liberationem tẽtationum in oblitionem minus cadere: quod Iudæi sæpenumero passi sunt: quare & corripiens eos propheta dicit: Cùm interficiebat eos, tunc quærebant eum, & conuertebantur: & diluculo vigilabant ad eum. Et Moses id primum cognoscens, sæpe admonet eos, dicens: Comedens & bibens, & incrassatus, attende ad temetipsum, ne quando L
obliuiscaris domini dei tui. Igitur id euenit. Comedit enim, inquit, Moses, & impinguatus, & incrassatus, & recalcitrauit dilectus. Quare non modò ea de re mirari sanctos decet, & beatos dicere, quòd tribulatione super eos ingraueſcente humiles, mansueti, philosophi erant: sed quòd & hyeme, procellàque illa transacta, & tranquillitate facta, eodem in studij mansuetudinisque culmine permanebant. Atque eum equum laudarim maximè qui vlla sine habenarum vi pro nutu compescitur: si verò freno cogente eum commodè subegeris, nequaquam mirum: neque enim pecudis generositate, sed freni necessitate ipsa modi obseruatio reputabitur. Identidem & in anima licet intueri, quòd imminente timore si tranquillè perseuerat, neq; quam mirum: cùm verò tentatio ipsa quieuerit, atque timoris quis amouerit frenum, tunc vim mihi philosophantis animæ ostẽde, mo destiamq; omnem. Sed vereor ne Iudæos accusare volens, nostram in primis conuersationẽ accusem. Quoniam quidem & nos si quando fame pestéque fluctuamus, & grandine, & siccitate, & incendiis, & hostium incursibus, nónne per dies singulos ad ecclesiam conuentus, mu[illegible]tudo ploratu ac gemitibus resonat, ac plurima nobis in est philosophia, despectusq; rerum domesticarum, & neque pecuniarum cupido, neq; gloriæ desiderium, neque libidinis conflictus, neque prauus alius cogitatus tunc surrepens, impedit. Sed vniuersos vos ad dei contulistis cultum, cum oratione & lachrymis: & fornicator quidem de castitate tunc agit, obiurgator & conuiciosus conciliationi inhæret, auarus ad eleemosynam flectitur, iracundus & furens ad mitem animum mansuetumq; reuertitur. Atque vbi deus iram illam depulerit, déque tot fluctibus fecerit tranquillitatem, protinus iterum priores ad actiones, damnatásque properamus. Sed neque ipso in tentationum tempore distuli tunc prædicare, ea testificatus, cum nihil magis in vobis euenit: sed veluti somnum & vmbram vniuersa illa cogitationibus vestris exclusistis, propterea nunc abundantius quàm tunc timeo: quodq; tum dixi, nunc magis formido, ne prioribus peiora contrahamus mala, tũcq; plagam à deo recipiamus insanabilem. Nam cùm quis continuò peccãs dei consequitur indulgentiam, postea nihil ab hac æquanimitate lucrifacit homo, ad malitiæ fugam hũc præparat, & inceps deus vel cor inuitum ad ipsum malorum deducat culmen, funditúsque conterat, neque iam dedit pœnitentiæ illius locum: quod in Pharaone contigit, vbi enim priori, & secũda, & tertia,

& quarta,

A & quarta, aliisq; post illas plagis à deo longanimitatis plurimũ consecutus est, idq; sibi nullo accessit vsui, contriuit eum reliquum, atq; cum ipsa ciuitate simul perdidit: Idem & Iudæi passi sunt. Quare Christus eos perdi-
Luc.13.g turus, eremũq; desuper inducturus, sic prius alloquitur: Quoties volui cõgregare filios tuos, & noluistis? ecce relinquetur domus vestra deserta. Vereor igitur ne fortè eadem ipsi patiamur, quòd neq; in alienis malis prudẽtiores simus: atq; hæc ad nos modò presentes, sed ad eos dico, qui studio quotidiano delapsi, priorum tribulationum obliti sunt, ad quos nequaquam clamans desecti dicens, Quanquam tentationes cesserint, earum tamẽ vestris in animis memoria maneat, quo & beneficiorum semper memores, continuas habeamus eadem tribuenti deo: hæc & tunc dicebã, & nunc dico, & vobis & pervos illis. Imitemur sanctos, qui neq; pressuris mersi, neq; secundis rebus, aut longa pace debiliores fuere, quod & plures mortalium nũc patimur. Sicut enim imbecilliores cymbæ fluctuatione vel parua circũuentæ demergũtur. Nam inuecta paupertas sæpe deiicit in profundũ, eò
B quòd obrutos relinquit: iterumq; ipsa opum rediens facies, nos tumore circundedit, atque in summam deduxit superbiam. Quapropter æra nostra omnia relinquẽtes, animas proprias ad salutem cõputemus: hac enim bene sese habẽte, quodcunque ingruerit mali, quãuis fames, quãuis morbus, quãuis pecunię direptio, aut aliud si quid huiusmodi, tolerabile erit, & leue dominico ex præcepto, atque ipsa quam in illum spe habemus: eò q; anima sese deo minus accommodante, tametsi diuitiæ affluant, pueri assint, milléque pecuniæ voluptates, nullũ profectum ad tristitiæ curarumq; leuamen contrahet. Igitur nequaquam diuitias quæritemus, ne paupertatem vitemus: sed prius quicquid nostram curemus atque ornemus animam, eamq; accommodemus ad præsentis vitæ dispensationem, atque ad ipsam, quam hinc facturi sumus profectionem. Iam enim modicum & probatio vniuscuiusque nostrum fiet, cùm omnes adstabimus tremendo Christi tribunali propriis actionibus induti, & oculis intuebimur eas atque dicemus: Id mihi lachrymę orphanorum, id viduarum suspiria, id inopum querelæ, id rapinæ pauperũ, id turpes luxuriæ, quibus nostras in-
C quinamus animas. Nõ hæc autem modo, aut his proxima: sed quid inconcinnum mente tractauimus, quoniam ipse & mẽtium scrutator, & cogitationũ iudex: &
Heb.4.c iterum, Scrutans corda & renes deus: &, Reddens vni-
Psal.7.c cuique secundum opera sua. Hic mihi sermo non ad illi-
Ibidẽ.61.c los, qui vitæ curis implicantur solùm, sed & qui tuguria in montibus fixerunt, quorũ corpora non solùm à forni cationis labe debent abesse, sed etiam animæ ab omni auaritia satanæ. Nõ enim modò mulieres sanctus alloquitur Paulus, sed & viros, & vniuersam ecclesiã, animã in virginitate perseuerantem, sanctam corpore oporte-
1.Cor.7.f re & spiritu. Et iterum: Despõdi vos vni viro virginem
2.Cor.11.a castam exhibere Christo. Castam autẽ quomodo? haud
Matt.25.a habentem maculam vel rugam. Quoniam quidẽ virgines illæ lãpades habentes extinctas, virgines quidẽ fuerant corpore, corde castæ nõ erant. Sed tametsi eas corruperat nemo, pecunię tamen libido corruperat. Earum quidẽ corpus purũ, anima plurimo adulterio malarũq; repleta cogitationum erat in se repentium: pecuniæ cupidine, & impietate, & ira, & inuidia, & derisu, & obliuione, & superbia, omnibus pariter venerabilem virginitatis statum demolientibus. Quare & Paulus dixit, Vt sit sancta corpore & spiritu: & iterum, Virginem castam exhibere Christo. Quemadmodum enim sub adulteris

corpus corrumpitur, sic anima sub satanæ cogitationi- D
bus inquinatur exemplis peruersis, à cogitationib⁹ corruptis. Qui enim dicit, virgo sum corpore, anima verò inuidet fratri: hic nequaquam virgo: virginitatem enim viciauit suam. Iterum inanis gloriæ homo, non iam virgo anima: nam hæc irrepens passio eius virginitatem soluit. Qui verò odit fratrem suum, hic homicida potius censeatur quàm virgo. Atque vt vniuersa sub vna definitione complectar: Quisque in eum peruersus quo tenetur morem propriã virginitatem corruperit: propterea Paul⁹ vniuersos hos morbos prauos exclusit, exilióque dignos duxit, atque mandat ita nos esse virgines vt animæ nullam sponte susciplamus aduersariam cogitationem. Quid ergo aduersum hęc dicemus? quomodo misericordiam consequemur? quomodo saluabimur quoniam quidem prorsus nihil tale custodimus: quomodo ergo saluabimur? Ego dico, orationem corde semper versemus, atque huius fructus, mansuetudinem dico & humilitatem. Discite enim à me, quoniam mitis sum Matt.11.d
& humilis corde, & inuenietis requiem animabus ve- E
gris. Et iterum Dauid: Sacrificium deo spiritus contri- Psal.50.d
bulatus, cor contritum & humiliatum deus non despiciet. Nihil enim deo tam gratum, tã amabile est, quàm mitis anima, mansueta, gratiasq; habens. Aduerte igitur & tu si quid nimis molestum incidens videris, impedimentóque tibi paratum, nequaquam ad homines confugeris, aut ad humanum prospexeris auxilium: sed vniuersos transiens, ad animarum medicamentum illud euola. Cor enim curare solus potest, qui finxit singillatim corda nostra, & intelligit semper omnia opera nostra. Ipse ergo nostram subire conscientiam, mentẽ tangere potest, animam flectere. Si verò ille minus inclinauerit corda nostra, superfluũ erit atque inutile quicquid ab hominibus exigetur. Quemadmodum etiam deo exhortante & consolante nos, quamuis mille hominum molestauerint, haud in re sanè vel in minima offendere potuerint. Nam cùm ille in solido cor posuerit, nemo id vel moueri coẽgerit. Hæc igitur scientes, ad deum semper confugiamus, & volentem & potentem nostras molestias soluere. Atq; homines si quando exorare oportet, & ianitoribus prius occurrere conuenit, parasitísque, histrionibusq; suadere, & longam sæpenume- F
ro viam abire. In deo nihil est tale. Sine mediatore exorabilis est, sine pecunia, sine impensa precibus annuit. Satis est enim solo corde clamare, lachrymas fundere, atque illico eum ad misericordiam contraxeris. Et itẽ homines deprecãtes, sæpenumero formidamus, ne quis inimicorum perceperit, aut rem ex aduersariis quisquã intellexerit, alioqui prodit dicenda, iustumq; corrumpit. In deo autem nihil est tale suspicari. Cùm enim me volueris precari, solus accede adstante nemine: corde videlicet clama, neque labia mouens, hostium tuũ claude. Intra, inquit, cubiculum tuum, & hostium tuum clau Matt.6.a
de, & ora patrem tuum in occulto. Vide honoris excellentiam: cùm autem te honoro, orbẽ nolo beneficij testẽ credamus ergo, atque haud ad ostentum oremus. Neque contra inimicos, sed deum nostris pro tædiis oremus, neque illum nostri auxilij modum doceamus. Si enim aduocatis & oratoribus hominibus forẽsibus in iudiciis solùm res ipsas nostras explicamus, suffragiorum verò locos illis relinquimus, qui pro libito nostras in si partes disponant: multò magis in deo id faciendum fuerit. Dixisti sibi causam tuam, dixisti quæ passus es: cessa iam dicere, quo tibi pacto auxilium cõferre deceat. Sunt verò nonnulli, qui mille versibus orationis extendũt seriem

Universidad de Deusto
Biblioteca

G dicentes,Da mihi domine corporis sanitatem,aut auge
mihi duplo substantiam,vltionem de meis inimicis su-
me:quæ leuitate ac petulantia plena sunt omnia. Ea igi-
tur omittentes vniuersa,orare decet cum publicano,qui
Luc.18.c dicit:Deus propitiꝰ esto mihi peccatori:& ipse deinceps
Matt.6.d nouit quo tibi pacto succurat. Quærite enim, inquit,pri
mũ regnum dei,& hæc omnia adiicientur vobis.Sic igi
tur dilecti,labore, & humilium rerum consensu philo-
sophemur quemadmodum ille,nostra percutientes pe-
ctora:vti eorum quæ petimus,compotes simus. Si verò
furore & ira perciti oramus:aut in nostra re, aut eorum
qui nos malis incessiuere,nequaquam assequimur.Nam
si iudicem volueris ad tuæ animæ partes attrahere,tuiq;
auxilij efficere partem : nunquam eum contra offendẽ-
tem cõpellaueris.Etenim talis est iudicis mos,illis ma-
ximè annuit,atque his postulata cõcedit,qui contra ini-
micos inuecti,nequaquã perdurãt super illis elati. Quia
pertinacia quanta incumbunt , tantò deum magis irri-
tant,nisi pœnitentia cõuertantur. Videte ergo à quoquã
iniuria lacessiti,ne protinus turbemur:atq; offendamus,
H sed gratias agamus philosophantes , atque à deo postu-
lantes auxiliũ.Num enim poterat deus & ipsam ante pe
titionem tribuere nobis bona?num vitam elargiri omi
ni dolore vacuã?atque omni à molestia segregatam?sed
vtraque de summo nobis amore facit,permittit nos tri
bulari,neque illico in liberationẽ accedit.Quare?quò si-
bi assistamus, semper ad eum refugiamus , eũ ad nostrũ
continuò patrociniũ imploremus . Propterea & corpo-
ris dolores,propterea fructuum sterilitates, fames:pro-
pterea & morbi quò his in flagellis semper ab eo pen-
deamus, atque tẽporalibus ex tribulationibus hæredite-
mus vitã æternã.ita vt in his debitores simus deo mul-
tis viis sananti,& saluãti animas nostras.Homines qui-
dem si vel parum sese nobis beneficos fecerint,atq; hos
postea vel inuiti paululum molestabimus:illico impro-
perant beneficium,proferentes, vt plures etiã exercen-
tur,quasi maximis operibus profuerunt. Deus verò nõ
sic,sed ipsa post beneficia iniuriatus,neglectus etiã,æquè
Mich.6.a etiã respondet, æquisq; causis cum iniuriantibus contẽ-
dit,sic dicens:Populе meus quid feci tibi?aut in quo mo
lestus fui tibi?nunquid,inquit,grauis fui tibi,aut onero-
I sus,& importabilis?Sed nihil horũ habes dicere:nam si
ita id fuisset,neq; vel sic te destituisse oportuit . Quis e-
nim est filius,quẽ pater non corrigit?sed tamen neq; id
quidẽ dicere nobis locus.Et iterum magnum,vt verũ fa
tear,& mirabile dictũ.Quod enim dicit,tale est:Quid,
inquit,peccaui?quod neq; serui dominis dici cõcedunt.
Neq; quid peccaui dicit in vos,sed in patres vestros.Sed
neq; id,inquit,habetis dicere : q paternam in me defec-
tionẽ, hostilitatẽq; seruatis: neq; progenitores vestros
incusans, quandoq; mea prouidẽtia dimisi,an paruo an
magno despiciens eos. Neq; simpliciter dixit, quoniam
quid habuerunt patres vestri:sed,quid inuenerunt? quã-
uis multa quæsiuerunt,multa circũeuntes meo sub prin-
cipatu effecti,nullũ in me delictũ inuenerunt.Igitur vel
ex his omnibus ad deũ confugiamus,atq; omni in mœ-
stitia eius quæramus solatium, eius omni in aduersitate
solationẽ,eius misericordiã,omni in tentatione auxiliũ
quicquid mali fuerit, quæcunq; calamitatis magnitudo,
omnia soluere potest,& à nobis transferre.Nõ solùm id
sed & cõmunẽ stabilitatem,& virtutem,& bonam gloriã,
sanitatemq; insuper corporis & animæ , philosophiam,
spes bonas, atq; haud ocyùs peccare sua bonitas nõ per-
mittit.Non ergo cum stultis seruis murmuremus , ne-
que accusemus dominum: sed in omnibus gratias aga-
mus,& vnum solũ malum esse putemus , in eũ peccare. K
Atq; vbi sic deo prẽparati,mentes ipsi nostras disposuerimus,nõ morbus,nõ paupertas,nõ despectus , nõ sterili-
tas fructuũ , nõ aliud quicquã eorũ quæ inter mala cõputantur,nos prẽueniet:sed pura voluntate castaq; sem-
per læti, etiã futura assequemur bona , gratia & amabili
humanitate domini nostri Iesu Christi,cũ quo patri glo
ria,simul & spiritui sancto,in secula seculorum, Amen.

Homilia quinta. 71

SEmper quidem diuinus Apostolus diuina,cœ
lestiq; vtitur lingua, ac scientia multa euange
licum verbum orditur,non modò propria de
sententia loquens , sed regalis dominationis
doctrinam præferens : præcipuè verò ea vtitur scientia
cum pertinacibus impœnitentibúsque, pœnitentiæ ser-
monem ingerit:de cuius sentẽtia docebo vos omnes.Id
igitur singillatim tangam.Audistis quemadmodũ Co-
rinthios nuper alloquens dixit mirabilis ille, diuinusq;
vir:Ne fortè veniens,multos defleam eorum qui pecca 2.Cor.12.f
uerunt,& pœnitentiã nõ egerũt . Homo quidem natura
erat hic magnus doctor , proposito verò dei minister: L
propterea veluti cœlesti vtitur lingua , & quasi ipsis de
cœlo loquens,sic minatur peccantibus,pœnitentibus ve
rò propiciationem promittit.Cùm autem hęc dico,ne-
quaquam Pauli linguæ diuinationem adscribo , sed ad
dei gratiam vniuersa refero.De quo ait ipse:An experi- Ibidem.13
mentum eius quæritis,qui in me loquitur Christus? Igi
tur peccantibus beneficij medicinam supponit , scilicet
pœnitentiam ad salutem. Cõuenit & hæc apostolica cũ
lectione euangelica:est saluatoris diuinatio, qui pecca-
toribus vberius remissionem promittit:etenim paraly- Marc.2.a
ticum saluans,saluator inquit:Fili,dimittuntur tibi pec-
cata tua.veluti nuper audiuimus. Remissio verò pecca-
torũ fons salutis,& pœnitentiæ munus.Pœnitentia me-
dicamentum est peccatum extinguens , donum cœlitus
datum,virtus admirabilis, gratia vim legum superans.
Quare non fornicatorem renuit , non ebrio auertitur,
non abominatur idololatram, non adulterum repellit,
non maledicum insectatur,non reprobat blasphemum,
nõ superbum,sed omnes suscipit , cõmunicat omnibus:
virtutis enim digestio pœnitentia est. Necessariũ est au M
tem fratres nostrũ dei nosse intẽtionem, neq; ex nostra
sapientia huic nos ingerimus contemplationi , sed ipsis
ex diuinis scripturis attestatam veritatem ostendimus.
Dei intentio fratres longanimem sese peccantibus ex-
hibet:patienter enim expectat,salutem ipsis è pœniten-
tia spondens,ac posteris suis : ad virtutem commonet,
scilicet beneficium reseruans. Et quò rursus seruonem
assumam , deus patienter expectat vti peccatorem pœ-
niteat,& nascendis ex eo nequaquã salutis occludat viã:
quamuis idem culpa impœnitẽti delinquat, parcitq; sæ-
penumero,quò radicis fructus custodiatur . Sæpe & ip-
sam transfert radicem,veluti prætereuntes diximus.Sed
tametsi actus ad vltimum malorum cadat,differt tamẽ
deus vtiliter expectans pœnitentis salutem, & quomo-
do ait,si. Thare Abraham pater,idolorũ & cultor & fa- Genes.11.d
ctor:sed hoc loco haud impietatis pœnam Thare irro
gauit,& meritò.Si enim prætereuntes deus radicem am-
putasset,vnde tãtus fidei fructus germinasset ? Quid Esaũ nequius ? consideratur ob alterius occasionẽ clemẽ-
tiæ?Quid Esaũ nequius inuerecũdiusq;? malitia ille nõ-
ne fornicator , nónne prophanus erat ? nónne odibilis
deo,quemadmodum testatur scriptura,dicens:Iacob di
lexi,Esaũ autem odio habui?Si ergo fornicator & patri- Roma.9.c
cida,& prophanus,& odibilis, quare protinus meritam
non su-

A non suscipit animaduersionem?Quare pulchrum quidẽ
fratres,pulchram causam libet edicere.Si excisus fuisset
maximum fortassis iustitiæ fructum mundus amisisset:
Gene.36.a & qualem audi.Esau genuit Ragueiem,Raguel Zaram,
&.1.Pa.1.c Zara Iob . Cerni quantus elanguisset patientiæ flos , si
prævenientis deus à radice pœnas exegisset.Omnibus igi
tur in rebus & initia speculatur & exitus deus. Ea nãque
vtitur prouidentia & super Aegyptios , qui vltra fidem
blasphemi:patienter expectat,quousque ibi monasteria,
& ecclesiæ,atque in illis florerent , qui angelicam imi-
tarentur vitam. Nam adstruunt & qui de publicis agi-
bus disputant,atque Romanorum mandant leges, præ-
gnantem si quando contigerit mortis peccato damna-
ri,nõ prius quàm peperit,necarit:& probè quidem. Ne-
que enim iustè legumlatores iudicassent , cũ peccatrice
innoxium simul fœtum tolli.Quòd si humanæ leges his
parcunt,qui nequaquam peccarunt : nónne deus decen-
tius accommodatiúsque radicem custodit, in fructibus
pœnitentiæ beneficium reseruans?Cape de cætero super
B ipsis peccantibus è pœnitentia beneficium.Nam & in ip
sis ipsa clementiæ redditur ratio , si pœnitentiam iusti-
tiæ prævenissent , periissent mundus omnino atque defi-
xissent.Si velox ad pœnam fuisset deus , Paulum ecclesia
non possedisset, si primò talem tãquam noxium necas-
set.Propterea distulit blasphemantem , vt pœnitentem
ostenderet dei longanimitas: lupum in pastorem tran-
stulit dei longanimitas : publicanum fecit euãgelistam:
dei longanimitas omnium nostrum miserata , omnes
conuertit,reduxit omnes.Si videris olim ebrium, nunc
ieiunare:si olim blasphemum,nunc theologum: si eum,
qui quandoque turpibus cantilenis os inquinauerit suũ,
diuinis nunc hymnis animam purgare:mirare dei lon-
ganimitatem,pœnitentiámque collauda,ac demutatio-
Psal.76.c nem & conuersionem illius suscipiens,dic:Hæc est mu-
tatio dexteræ excelsi.Bonꝰ igitur ad omnes deus,in pec
cantes præcipuè suam ostendit longanimitatem. Atque
si cupis nouum quoddam peregrinumq; verbum , audi.
Peregrinum quidem ex insueto,sed religione verum,ac
« fide verax. Grauis iustis vbique videtur deus , peccato-
« ribus cominus pius,atque ad clementiam velox. Peccã-
Hiere.8.b tem & cadentem releuat,& inquit,ad eum . Nunquid ca
C dens non adiiciet vt resurgat, aut auersus non reuerte-
tur?Vt quid auersa est ab ira impudica imprudens fi
lia Iudæ?Et iterum:Conuertamini ad me, & ego ad vos
Zacha.1.a conuertar. Alibi autem salutem ex pœnitentia affirmat
Ezech.18.g multa sua de clementia.Viuo ego, dicit dominus, nolo
Ibidem.f mortem peccatoris, sed potius vt conuertatur & viuat.
Ad iustum autem dicit : Si fecerit homo omnem iusti-
tiam,omnemq; veritatem,& auersus peccauerit,nõ re-
cordabor iustitiæ eius , sed in peccato suo morietur . O
magnam in iusto cautionem , ô magnam in peccatore
liberalitatem. Sic variè fratres & differenter excogitat
deus,non ipse quidem mutatus,sed vtiliter diuidens bo
nitatis suæ dispensationem. Et quomodo, audi. Caden-
tem & peccatis obnoxium si terruerit,ignorantia obcæ-
cari,spe quoque periclitari eum compelleret:iustum ve-
rò si laudat,iuæ vim virtutis debilitat , atque veluti iam
beatũ de industria studióque pigritare præparabit. Pro-
pterea fratres,peccatoris quidem miseretur, & ei blan-
ditur,iustum verò terret.Terribilis est super omnes qui
Psal.88.b in circuitu eius sunt.Et qui nam fuerint hi?sancti. Deus
enim,inquit Dauid,glorificatur in consilio sanctorum,
magnus & terribilis est super omnes qui in circuitu eiꝰ
sunt.Si cadentem intuetur,clementiæ manum proten-
dit:si stantem , timore iustitiæ iustique iudicij concutit:
atque hunc timore quidem confirmat , illum verò per D
clementiam excitat. Vis & opportunam eius nosse bo-
nitatem, simúlque benignam & accommodatam seue-
ritatem?Attende diligenter,nec te contemplationis hu
ius fugiat magnitudo.Peccatrix mulier illa,atque omni
conuoluta delicto,tot peruersorum operum & delicto-
rum rea,de pœnitentia salutem sitiens , surrepsit saluа-
toris conuiuio . Nam saluatore discumbente in domo
Simonis pharisæi,subintroiuit mulier illa peccatrix,sal
uatorisque pedes tetigit,lachrymis eius rigauit pedes,&
capillis extersit , atque hanc tot defossam peccatis ele-
uat ille clemens,piúsque dicens: Dimittuntur tibi pec- Luc.7.f
cata tua . Neque mihi nunc est curæ omnem discutere
historiam, sed id solùm testimonium induxisse . Igitur
exuberantiam respice,cuius gratia dico tibi, dimittun-
tur ei eius peccata multa,quæ dilexit multùm. Tot præ-
uaricatrix delictorum dimissionem retulit , & Maria
Mosi soror paruo ex murmure lepra damnatur. Pecca- Num.12.c
toribus dicit , si fuerint peccata vestra sicut coccinum, Esaiæ.1.c
veluti niuem dealbabo . Et tenebras in lucem transfert
pœnitentiæ mutatione, tótque malorum aceruum , bo- E
nitatis voce soluit . Ambulanti verò in iustitia dicit:
Quicunque dixerit fratri suo , stulte , reus est gehennæ Matt.5.d
ignis.Vni verbo tantam imposuit mulctam , ac omni-
bus peccatis obnoxiam tanta liberalitate donauit . At-
que aliud cõsidera frater: Quoniamquidẽ peccata qua-
si debita describuntur , peccatoribus quidem & ipsam
principalem sortem elargitur deus , & debita dimittit,
à iustis verò etiam vsuras exigit . Et accessit ad eum qui
debebat decem millia talenta , ita vt pœnitentia mul-
ta,multisque precibus iudicem mitigauerit , & dixerit:
Domine,patientiam habe in me, & omnia reddam ti- Ibidẽ.18.c
bi . Non immoratus ipse clemens piúsque deus vt red-
deret,sed in confessione debiti solutionem fecit: & de-
bitori quidem decem millium talentorum vniuersa di
misit , & ipsam etiam priorem sortem : à iustis verò &
vsuras repetere promittit . Quare , inquit , non dedisti Luc.19.d
argentum meum ad mensas , & ego veniens cum vsura
recepissem ? Hæc dico non quasi deo odiosè sese ad iu-
stos habente:deo enim nihil iusto acceptius . Sed quod
paulò antè diximus,solatur peccatorem, quò eleuet: iu-
stum,quò statuat,terret. Et quibusdam quidem multa di F
mittit peccata quasi inimicis & inflatis, quibusdam ve-
rò & nimis exactè de minimis etiam quærit , nihil his
ad perfectionem deficere volens . Et quod in mundo
est pauper , id circa deum est peccator . Nihil peccante
est pauperius,nihil ditius est iusto . Propterea de his qui
in pietate & vitæ abundantia versantur , Paulus dicit: 1.Cor.1.a
Gratias ago deo,quoniam in omnibus diuites facti estis
in ipso,in omni sermone & in omni doctrina . De im-
piis vero beatus Hieremias dicit:Fortasse pauperes sunt Hiere.5.a
quapropter non potuerunt audire verbum domini. Vi-
des quòd pauperes eos vocat , qui malitiæ , impietatis-
que vinculis premuntur ? Quasi pauperum igitur pec-
catorum miseretur , & quasi diuitibus & iustis expetit:
illis quidem ipsa præ inopia donans , his verò accura-
tius rationem diuitiarum pietatis exigens . Quod verò
super iustos peccatores facit , id super diuites operatur
& pauperes. Et sicut peccatorem per clementiam exci-
tat , iustum verò terret austeritate : sic mundi in nego-
tiis sua dispensatione vtitur . Cùm enim viderit in di-
gnitate potentes & insignes reges principes , omnes
quotquot diuitiis nitent,hos terrore alloquitur , ac do-
ctrinæ timorem humiliter miscet.Et nunc reges intel- Psal.2.c
ligite,erudimini qui iudicatis terrã. Seruite domino in
timore,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Apoca.19.c timore, & exultate ei cum tremore. Quoniam rex est G
regum,& dominus dominantium. Vbi doctrina principum,illic regibus timorem imponit: vbi tenuitas humilitatis,ibi medicinam suæ profert clementiæ. Deus enim magnus rex est regum, & dominus dominantiũ. Idem ipse sui dignitate excellens, iuxta diuinam scripturam pater inuenitur orphanorum, & viduarum iudex,regum rex, dominorum dominus. Cernis quanta cum clementia vbertatem, cernis vtilem metum religionis & potentiæ? Vbi enim potentiam vidit ad solamen sufficere,ibi metum ad vtilitatem imponit: vbi verò orphanitatem, paupertatémque vtilitate viduitatis, imbecillitatéque diseretam vidit, ibi clementiam ad
Psal.67.a consolationem induxit.Ego pater orphanorum.Duo facit,& clementiam ostendit,& potentiam punit:sese patrem fatetur orphanorum,quò calamitosos soletur, potentesq; deterreat ne orphanis viduisque molesti sint: quoniamquidem mors hunc patre,hanc autem viro nu
H dauit, quos nunc lex corrumpit, clementiæ decretum reuocauit:at eadem gratia huic quidem,iudicem,orpha no verò patrem dicit regem sanctorum. Itaque ô inique,inquit, si viduam læseris, viduarumq; prouisorem ad iracundiam prouocabis:si orphanos opprimes,filios dei oppresseris.Ego sum pater orphanorum,& iudex viduarum. Quis ad impietatẽ tam adeò ferox,tã præceps fuerit, qui filios dei opprimat,atq; adeo à deo defensas viduas lædat? Cernis quàm opportunè pietatis medicinam præparet,& hos quidem terret, horum autem miseretur. Non idem ipse diuisus, sed ad hominum sententias accommodatus. Nobis igitur metipsis fratres medicinam infundamus salutis pœnitentiam, magis verò à deo pœnitentiam suscipiamus nobis medente. Non enim nos hanc illi præstamus,sed hanc ille nobis propinat.Vides eius in lege seueritatem? vides in gratia clementiam?Cùm verò seueritatem in lege existentem dico, haud iudicio detraho, sed euangelicæ gratiæ clementiam prædico:quoniamquidem lex, vlla sine excusatione peccantes plectebat,gratia verò multa cum lon-
I ganimitate pœnam differt, quò emendationem inducat.Suscipiamus igitur pœnitentiam in salutem,medelam sordes purgantem.Pœnitentia vestra est,fratres,nõ verbo prædicata, sed opere consummata. Pœnitentia
Esa.1.d est,quæ ipso de corde velet maculam impietatis. Lauamini,inquit,mundi estote, auferte malum de cordibus vestris è conspectu oculorum meorum. Quid sibi vult ea dictionis superfluitas? Nam auferte malum animabus vestris,nõne satis erat totum significasse?quid igitur addidit,è conspectu oculorum meorum? Quoniam secus atque aliter hominum oculi vident, & aliter dei oculus videt:homo in faciem, deus in cor. Neque per ostentationem, inquit,pœnitentiam degenerem facias, sed in conspectu oculorum meorum occulta scrutantium,ostenditur fructus pœnitẽtiæ.Decet autem & nos purgatos à peccatis,eadem ante oculos habere peccata, quanquam deus multùm de clementia ignoscat peccatum.Pro tuæ tamen animæ stabilitate & salute habe ante oculos peccatum:etenim præcedentium memoria futurorum continẽtia fiet. Et qui in prioribus morsus est, in secundis firmiorem ostendit sententiam. propterea
Psal.50.a Dauid,Peccatum meum, inquit, contra me est semper. quia ante oculos habens præcedentia, in futura minus
Esa.43.d deflues. Quòd verò hunc ipse à nobis deus expetit statum,ipsum audi dicentem,Ego enim sum qui deleo peccata tua,& non recordabor:tu autem recordare & peccata tua, & iudicemur, dicit dominus. dic peccata tua

priùs,vt iustificeris. Non expectat deus tempus à pœni- K
tentia.dixisti peccatum tuum, iustificatus es: pœnituisti,misericordiam es consecutus. Non tempus æstimatur,sed pœnitentis modus peccatum extinguit. Fuit qui multo ex alto tempore salutem non anhelauerit, atque repentino momento,si verè fuerit confessus, à peccato soluetur.Multum exhausit temporis beatus Samuel pro Saüle deprecans, noctésque multas trãsegit insomnes pro delinquentis salute. Deus autem tempus reputdians:non enim cũ prophetæ oratione peccatoris conuer-
1. Reg.15 sæ pœnitentia,dicit ad prophetam,Vsquequo tu ploras? Vsquequo, ostendit tempus ac perseuerantiam deprecantis.Et repulit deus tempus deprecationis prophetæ.Non enim cum iusti interuentu regis pœnitentia stetit.Sancto verò Dauid per beatum Nathan prophetam peccati errore correpto, & illico ad minas veram pro-
2. Reg.12 ferenti conuersionem,dicentique:Peccaui domine, verbum vnum vno in momento prolatum, verè purèque vniuersam contulit pœnitenti salutem: protinus enim conuersionem sententia consecuta est. Dicit igitur ad L
eum Nathan: Et dominus transtulit peccatum tuum.
2. Reg.12 Cernis deum frater tardum ad pœnam, atque à duce quòmodo multo pòst tempore correctionẽ intulit.Peccauit Dauid, concepitque vtero gestauitque mulier, & peccatum nulla correctio secuta est. Sed post infantis partũ de peccato nati, mittitur peccati medicus. Quare autem protinus peccantem non correxit? quoniam vidit in ipso peccati vigore obcæcatam peccantium animam, & obturatæ sunt eorum aures in peccati profundo mersorum. Differt ergo furibundæ passioni auxilium addens, tantumq; post temporis correptio procedit, & vno in temporis momento pœnitentia & remissio.Et dominus dimisit peccatũ tuũ.O minantis dispensationem.Cernis quo ad salutem velox.Idem & in aliis facit, tardans ad demolitionem, ad reparationem properans. Accedat exemplo quod in nobis euenit hominibus,quibus multo in tẽpore ædificia extruũtur,mul
to in tempore ædificamus domum, & ipsius structuræ M
quidem multũ temporis, parum verò destructionis. Econuerso autem fit in deo:Cùm struit, velociter struit: cũ destruit,
de destruit.Velox deus struens, tardè destruens:Nã quia domino hæc sibi conueniunt,illud quidem potẽtiæ,bonitatis istud: potẽtiæ excellentia velox, multa de bonitate tardus:Verborũ enim augmentũ rerum experiẽtia, Sex in diebus deus cœlũ terramq; fecit, magnitudines,lateraq; montium, campestria, montes, flumina,paradisum visibilem, omnẽ cultum & virtutẽ, mare hoc magnum & spaciosum,insulas, maritima loca,ornem hũc visibilem mundũ,& qui in eo est ornatũ,sex in diebus cõsummauit:quæ in eo sunt animalia rationalia & irrationalia,omnemq; visibilem cultũ sex in diebus fecit.Hic igitur tam velox in cõstruẽdo, cùm ceperit vnius demoliendæ vrbis cõsilium,inuenius est bonitate tardo.Vult Hierichõ demoliri, & dicit ad Israël:
Ioſue.6.a Circumite eam septem diebus, & octaua die cadet murus.Mandũ vniuersum sex in diebus cõstruxi, & vnam vrbem septẽ in diebus soluis? Quid enim tuæ potentiæ impedimẽto accedit?Quare non repentè destruis? Nũquid de te propheta nõ clamat,dicẽs:Si apparueris cœlũ,
Psal.67.& Mich.1.a tremor montes occupabit, liquescent sicut cera à facie ignis? Nunquid non opera, virtutis tuæ narrans dixit:
Psal.45.a Non timebimus dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris? Montes transferre & in mare potes, atque vrbem vnam non vis destruere repugnantem, sed dies septem tribuis excidio. Quare? num po-

A num potentia imbecillior? Sed clementia diutius tolerat.Septem huic addo dies,velut triduum Niniue, si forte pœnitentiæ susciperet prædicationem, & saluaretur. Et quis eis pœnitentiæ prædicator?Hostes vrbem circũsepserant,duces circundederant muros, multus vndiq; timor, tumultus multus. Quam eis igitur pœnitentiæ viam aperueras? Neque enim prophetam transmisisti, neque euangelistam designasti. Num inter eos quisquã fuerat qui saniora suggereret?Ita, inquit, habebant intus pœnitentiæ doctorem,admirabilem illam Raab, quam per pœnitentiam saluaui. Eiusdem erat massæ, sed eadẽ quoniam non erat ex sententia, peccato non communicauit. Atque respice nouæ clementiæ prædicatorem,
Leui.20.& Deut.5.c Ioſue.6.c Matt.21.c qui in lege dicit,Non mœchaberis:verbum transmutãs de clementia clamat per beatũ Iesum Naue, Raab meretrix viuat.Iesus ille qui dicit,Raab meretrix viuat:imago erat domini Iesu dicentis, Meretrices & publicani
B præuenient vos in regnum dei. Si viuere debet, quare meretrix?& si meretrix,quare viuat? Dico, inquit, priorem statum,quò sequentem discas mutationem.Et quid Raab fecit ad salutis argumentum? Quòd in pace exploratores susceperit.Id & meritoria faciunt hospitia. At neque ex ipsa solùm dilectione salutem cõsequitur, sed fide præmia,atque in deum dispositione.Et quò discas fi dei magnitudinem,ipsam audi scripturam, narrantem præclara quidem illa sibi attributa gesta.Erat in fornice velut in lotabro confusa margarita,aurum in luto abiectum,pietatis flos spinis confossus, religiosa anima recluſa impietatis loco. Atque mentem in me diligentius flecte.Suscepit exploratores: & quem prodidit Israël in deserto,hũc prædicauit Raab in fornice. Quomodo au
Deut.6.& Exod.20.a tem Israël audiuit in deserto,cùm mons replebatur nube & caligine,& tubis,& coruscationibus, aliisq; terribilibus?Audiuit à deo de medio ignis: Audi Israël, dominus deus tuus vnus est,non erunt dij tibi alieni. Ego
Deut.32.f in cœlum desursum, & in terra deorsum, & præter me non est deus:hæc audiens vitulum digessit, deumq; reprobauit,& ignorauit dominum,repudiauit benefactorem,& dicit Aaron, Fac nobis deos. Si dij,quare dicis
Exod.32.a fac?quomodo enim dij,qui fiunt? Sic malitia obcæcans
C sibiipsi repugnat, & semetipsam extinguit. Vnus factus
Ibidem. est vitulus,& clamat ingratus populus, Hi dij tui Israël. qui eduxerunt te de terra Aegypti, Hi dij, vnum respiciens,respiciens vitulũ, vnum factum vitulum. Quare igitur hi dij vt ostendat quòd non modò eum quem videt adorat,sed & deorum pluralitatem annunciat: sententiam interpretatur,non quod videtur indicat. Quò verò ad nobis subiectum reuertamur opus, quæ audiuit Israël,fide tot signorum habita tantáque lege instructus
Ioſue.2.b & negauit,hoc Raab in fornice recluſa prædicat. Dicit ergo exploratoribus à Ioſue destinatis: Noui quanta deuester fecerit Aegyptus & Iudæus dicit, hi dij tui qui eduxerunt de terra Aegypti,& meretrix non diis, sed
Ibidem.c deo salutem adscribit.Nouimus quanta fecerit deus vester Aegyptiis in deserto.Ita audiuimus, & elanguit cor nostrum, & quòd in nobis non est fortitudo nouimus. Cernis quomodo respicit legislatoris verbum per fidẽ? Et nouimus,quoniam deus vester in cœlo desursum, & in terra deorsum,& præter eum non est deus. Raab ecclesiæ figura fornicatione dæmonum olim inuolutæ,tũc verò Christi exploratores suscipientis,non eos qui à Iesu Naue,sed apostolos à Iesu vero saluatore transmissos. Noui,inquit,quoniam deus vester in cœlo desursum, &
in terra deorsum,& præter eum non est deus. Hæc accipientes Iudæi non custodierunt, hæc audiuit ecclesia

& obseruauit. Digna itaque Raab omni laude, ecclesiæ D
imago. Quare & generosus Paulus eius fidei dignitatem discens, ex priori statu haud reprobam cogitauit: magis verò acceptabilem, sanctam ob ipsam conuersionem omnibus eam connumerans sanctis, qui dixit,
Heb.11.a Fide Abel sacrificium obtulit, fide Abraham hoc & illud fecit, fide Noë arcam compegit, fide Moses hæc & illa fecit & gessit. Atque multos deinde connumerans sanctos, tandem adiecit, fide Raab meretrix non
Ibidem.f periit cum incredulis, exploratores excipiens cum pace,& remittens alia via. Atque respice quomodo multa cum sapiẽtia bonam eius inferunt voluntatem. Cùm enim transmissi à rege sunt qui exploratores quærerent, dicunt ei, Si ingressi sunt ad te viri? Ipsa verò ad
Ioſue.2.a eos ita,inquit,ingressi: prius veritatem ædificat, atque ita mendacium inducit. Nequaquam enim mendacium ex se creditur, nisi præueniens veritatem ostenderit: propterea qui creduliter mentiuntur, prius vera fatentur, atque omnibus manifesta, deinde mendacium inducunt ad dubium.Ingressi ad te, inquiunt, ex- E
ploratores?dicit, sic. Si enim à primo dixisset non, ad scrutinium prouocassent abeuntes. Sed ingressi sunt, inquit,& egressi eadem via persequimini & comprehendite eos.O bonum mendacium,ô bonum dolum, diuina non tradentem, sed pietatem custodientem. Si igitur Raab illam fratres pœnitentia dignam effecit,atque per os sanctorum prædicatur, Iesu quidem Naue in deserto clamante,Viuat Raab meretrix: Paulo verò dicẽte,Fide Raab meretrix non periit cum infidelibus: multò magis nos si pœnitentiam induxerimus,salutem cõsequimur.Pœnitentiæ ergo tempus nunc, multus enim timor imminentium peccatorum. Præoccupet pœnitentia pœnam, præoccupemus faciem eius in confes-
Psal.94.a sione. Rogum peccatorum extinguimus,non iam aquis multis,sed paruis cum lachrymis. multus enim peccati ignis, atque modica extinguit eum lachryma, nam lachryma fratres rogum extinguit peccatorum. Testatúrque sanctus Dauid quantum lachrymarum virtus posset.Lauabo,inquit, per singulas noctes lectum meũ,
Psal.6.b lachrymis meis stratum meum rigabo. Nam & si lachrymarum vbertatem voluisset ostendere, satis fue- F
rat dixisse,lachrymis meis stratum meum rigabo: quare ergo præuenit lauabo? vt ostendat lauacrum & purgatorium peccati lachrymas esse. Malorum omnium causam constat esse peccatum. Ex peccato tristitia, ex peccato tumultus,ex peccato bella,morbi, atque omnes quotquot nos premunt passiones.Quemadmodum igitur optimi medicorum non modò qui apparent morbos perscrutantur,sed apparentium causas inquirunt in hominibus: ita dominus ostendere volẽs malorum omnium causam esse peccatum, paralytico dicit idem animarum medicus,vbi prius illum anima, postea corpore paralyticum viderat:Vide,sanus factus es,noli am-
Ioan.5.c plius peccare,ne tibi deterius fiat. Igitur & præcedentis infirmitatis causa peccatũ,id damni causa, id tristitiæ, id calamitatis vniuersæ materia. Verũ id admiror fratres,tristitiam homini tribuens deus per peccatũ,sententia sententiã soluit.Attẽde diligenter, Mulieri minatus deus,& de præuaricatione pœnã inducens, dicit ad eã:
Gene.3.c In tristitia paries filios tuos: & ostendit tristitiã peccati fructum. Sed ô magnum donũ, quòd in pœnam dedit, in salutem vertit: peccatum tristitiam peperit, tristitia peccatum cõtriuit, & quemadmodum vermis in ligno natus idipsum comminuit, sic tristitia de peccato nata, peccatum comminuit per pœnitentiam inducta. Qua-

propter

Universidad de Deusto
Biblioteca

2.Cor.7.c propter Paulus dicit, Quæ ſecundum deum triſtitia pœ
G nitentiam in ſalutem incommutabilem operatur:bona
eſt triſtitia verè pœnitentibus. Conuenit enim peccan-
Matt.5.a tibus pro peccato luctus.Beati qui lugent, quoniam ipſi
conſolabuntur.Luge peccatum,ne pœnam defleas:reſpō
de iudici priuſquàm in prætorium veniat. Aut ignoras
eos qui iudicem mitigare volunt, non ipſo in examine
cauſæ,ſed priuſquàm iudicij ingrediatur locum,beneuo
lum ſibi faciunt, vel amico mediatore vel præſule, aut
modo alio ſibi iudicem conciliant?Igitur & deo nō ſeſ-
ſionis tempore ſuadendum erit iudici, ante verò iudi-
Pſal.94.a cij tempus mitigabilis eſt iudex. Quare dicit Dauid,
Præoccupemus faciem eius. Illic magnum iudicem ars
rhetoris nulla decipiet,& nullius potentia mitigatur,di
gnitati non condeſcendit,non veneratur perſonam,ſed
tremendum & implacabile iuſti iudicium. Hic verò iu
dicem exorabimus,& placabimus,non pecunia: magis
autem(ſi verum dicere oportet) clemens ipſe, priùsque
pecunia ſuadetur: non ipſe manu, ſed per inopes accipiens. Da inopi pecuniam,& iudicem mitigaueris. Hæc
H autem dico fratres,alliciens vos, quoniamquidem pœ-
nitentia ſine eleemoſyna mortua eſt:& ſine plumis ne-
quit volare pœnitentia, pennas eleemoſynæ non habēs.
Quapropter Cornelio bene pœnitenti religionis & pie
Acto.10.a tatis penna eleemoſyna fuit.Eleemoſynæ enim tuæ,inquit,& orationes tuæ in cœlum aſcenderunt.Ita niſi habuiſſet pennam, eleemoſynam ſcilicet, pœnitentia nequaquam ceſſiſſet in cœlū. Producitur hodie bona negotiatio eleemoſyna. Videmus enim captiuos & paupe
res,videmus in foro quoſdam circunferri clamitantes,
videmus lachrymantes, videmúſque ſeſe humili nobis
quodam flectentes applauſu. Nundinæ nobis profectò
mirabiles ſunt, harum nulla eſt alia profeſſio, & negotiatori nulla alia intentio, quàm paruo quidem emere,
magno vendere: nam ea cuiuſque negotiātis induſtria.
Num negotiationis alia ratio eſt, quàm quòd minori
empta,maiori precio vendat, atque duplicatā ſibi ſum-
mam inueniat? Tales igitur nobis deus nundinas pro-
poſuit:modico iuſtitias eme,quò multo vendas in ſecu-
lo futuro. Hic modico iuſtitia emitur, niſi pro panis
I fragmento,vili pro veſtimento, pro calice aquæ frigi-
Marc.9.f dæ.Amen dico vobis (inquit ſpiritualis mercaturæ doctor) non perdet mercedem ſuam. Calix frigidæ aquæ
dignus eſt mercede:data veſtimenta, datæ pecuniæ per
beneficium,putas non ſortientur mercedem magis, & multò maiorem? Quare ergo calicem aquæ frigidæ in
medio duxit? ſine impenſa eleemoſynam dixit: nam ſi
frigida aqua,neque ligna conſumis:vbi verò ſine impē-
ſa datum tanto beneficio rependitur, vbi veſtimento-
rum ſumptuoſitas,pecuniarum affluentia, aliorúmque
bonorum collatio,à iuſto iudice quanta mercede remu
nerabitur?Quandiu itaque virtutes aſſunt, quæ paruo ve
nundantur, ab eo qui magna donat accipiamus, rapia-
Eſaiæ.55.a mus.Sitientes enim,inquit,venite ad aquas. Et qui non
habetis argentum, venite & emite. Quandiu nundinæ
ipſę perdurant,demus eleemoſynam,ſalutem emamus.
Chriſtum veſtis, qui pauperem veſtis. Hæc,inquit ille,
optimè noui & accuratè,& bene eadem prius didici:nō
tu prior docuiſti,neque abs te primùm audiuimus, ne-
quaquam noua prædicas,ſed eadem ſæpenumero ex his
qui aſſumpſit,nobis ingeſſerunt.Noui & ipſe noui, hæc atque huiuſmodi ſæpe didiciſti. Sunt ſæpe diſcentes, vel
Pro.19.c & Eccli.29.a boni parum operantes. Qui miſeratur pauperis, fœne-
ratur deo:demus eleemoſynam,quò ab eo nobis clemē-
tia rependatur. Sed ô verbum ſapientiſſimum ſum-
mū.

Qui miſeratur pauperis,fœneratur deo. Quare non di- K
xit,Qui miſeratur pauperis dat deo,ſed,fœneratur?Scri
ptura noſtram auaritiam intuetur. Attende diligenter
ad auaritiam.Nouit inſatiabilem cupiditatem noſtram
reſpicere,& additamentum quærere. Quare ſimpliciter
non dixit,Qui miſeratur pauperis dat deo?quò nō ſim-
plex datum,mercedémque ſimplicem putes:ſed,qui mi
ſeratur pauperis,fœneratur deo. Si deo fœneramur, is
ergo nobis debitor erit. Quem ergo eum tibi eſſe vēlis,
debitorem vel iudicem?Debitor veneratur fœnerantē,
iudex nequaquam mitigatur ab eo cui ipſe fœneratus
eſt. Neceſſarium verò fratres & iuxta alteram explica-
re ſententiam. Quare dixit deus, mihi fœneratur qui
dat pauperi?Quoniamquidem,veluti iam diximus,no-
ſtram videt auaritiam ad incrementum tendere, & ha
bentem pecuniam in ſtabili & ſolido non fœneraturū,
nec velle fœnerari. Poſtulat enim fœnerans hypothe-
cam,vel pignus,vel æquipollens, atque per tria hæc eius
pecuniam tradit,vel vades accipiens, vel hypothecam,
vel pignus.Quoniamquidem videt deus præter hæc fœ L
nerantem neminem, & clementia ſola neminem mo-
ueri,ſed lucro intentos ſolùm habere animos,& pauperem horum omnium priuatum, non hypothecam habentem,nihil enim poſſidet:non pignus ferentem, nudus eſt enim:non æquipollens exhibentem, nihil enim
ſibi præ inopia creditur:vt videt eum periclitantem inopia,atque vnà pecuniam habentes per ſæuitiam peſſum
abire, medium ſeſe ingeſſit vadem, quippe pauperi pignus. Fœneranti dicit deus, Non credis huic per inopiam,mihi per diuitias crede. Vidit pauperem, neque
ſpreuit, ſed ſemetipſum dedit pignus nihil habenti,atque inopi adſtitit ſua multa de bonitate. Veram hanc
conſtat eſſe clementiam,probante ſancto Dauid,& di- Pſal.108.d
cente,Adſtitit à dextris pauperis. Qui miſeratur pau- Prou.19.c
peris,fœneratur deo.confide mihi fœnerans. Magis autē & Eccli.
nequiſſimum eſt à deo rationem exigere. Verùm tuæ vt 20.a
condeſcendam nequitiæ, atque clementia tuam ſuperem ſæuitiam,de his quæramus.Fœnerans cæteris,quid
nam conſecutus fueris lucri?quid ab aliis in additamē-
to requiris? ibi tradam. Num centum iure ſi quæſieris,
ſi verò inſatiabiles actus,duplicem,triplicémve eam ti- M
bi feceris iniquitatem: ego tuam ſupero auaritiam, ſu-
perexcedo immenſam illam cupiditatem, atque mea
vbertate immoderantiam tuam. Centum quæris, ego
centuplum tribuo: hanc itaque in fœnus à me accipis,
quam in pauperem facis eleemoſynam? quòd ea mihi
quandoque deſpecta poſtulo,vel ſic communicationem
poſtulo. Cupio roborari, deſigna quoque mihi retribu-
tionis tempus,decerne mihi receptionis terminū. Ma-
gis quidem ſuperfluum eſt à deo hanc rationem exige-
re.Fidelis dominus in omnibus verbis ſuis. Quod ve- Pſal.144.d
rò mors & intētio eſt, cui vel gratè fœneratum eſt,me-
tire diem. Audi quando & vbi tibi debitum reddit is,cui
per pauperes fœneraris.Cùm ſedebit, inquit, filius ho- Matt.25.c
minis in ſede maieſtatis ſuæ, & ſtatuet oues quidem à
dextris,hœdos verò à ſiniſtris,tunc dicet his qui à dex-
tris:(Hic diligēter attendite,quoniā debitor fœneratori
ſit gratus. Quoniā qui fœnus recipit, multa cum gratia
retulit.)Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum
vobis regnum, à conſtitutione mundi.quare? quia eſuri- Ibidem.
ui, & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi
bibere:in carcere eram, & viſitaſtis me. infirmus erā,
& viſitaſtis me:hoſpes erā, & collegiſtis me.Hinc qui in
tempore bene diſpeſarunt, propriam infirmitatem re-
ſpicientes,atque in eius dignitatem, qui fœnus recepit,
dicunt:

Matt.25.d dicunt:Domine,quando te vidimus eſurientem, & pa-
A uimus te?ſitientem,& dedimus tibi potum? In quem o-
Pſal.144.c culi omnium ſperāt,& tu das eſcam eis eorum in vber-
tate.O bonitatem multam. occultat dignitatem per cle
mentiam.Dediſtis mihi potum. O multam bonitatem,
Pſal.135.c ô benignitatem immenſam. Qui dat eſcam omni car-
ni,qui aperit manum, & implet omne animal benedi-
ctione.Eſuriui,inquit,& dediſtis mihi manducare: non
dignitate minorata,ſed dei clementia pro paupere ſide-
iubente. Sitiui & dediſtis mihi bibere. Quis hæc dicit?
Ioan.7.f qui lacubus & fluminibus,& potibus aquarum naturam
præbet.Qui per euangelium dicit, Quoniam qui credit
in me,ſicut ſcriptura dicit,Flumina de ventre ſuo fluent
Ioan.7.f aquæ viuæ. Qui dicit,Si quis ſitit, veniat ad me, & bi-
bat. Si nudus,inquit,eram,& cooperuiſtis me.Cooperi-
mus cooperientem cœlum nubibus, qui vniuerſam in-
Galat.3.d duit eccleſiā vniuerſum orbē. Quotquot enim in Chri-
ſto baptizati ſumus,Chriſtum induimus.In carcere erā.
Tu in carcere,qui educis vinctos? Interpretare quæ lo-
queris.Nam ipſa dignitas fidem derogat dictis. Quan-
B do te in tanta neceſſitate vidimus? quando eadem feci-
mus? Reſpondet dominus, Quod enim feciſtis vni ex
minimis,mihi feciſtis.Num verus ſermo? Qui miſera-
tur pauperis, fœneratur deo. Atque mirabile hoc vide.
Nullum aliud quàm id virtutis opus in medium duxit.
Poterat enim dicere,Venite ad me benedicti, quòd ca-
ſti,quòd virgines vixiſtis, quòd angelicā ſuſcepiſtis cō-
uerſationem.Sed tacet hęc,non quòd memoria ſint in-
digna,ſed quòd à clementia ſint ſecunda.Sed quemad-
modum his qui à dextris, multa de clementia elargitū
oſtēdit regnum:pari modo eis qui à ſiniſtris, de pecca-
Matt.25.d to comminatus eſt pœnam, Ite à me maledicti in tene-
bras exteriores paratas diabolo & angelis eius. Quare?
propter quod malum? quia eſuriui & non dediſtis mi-
hi manducare,non dixit,quia fornicati eſtis,quia furtū,
quia falſum feciſtis teſtimonium,quia periuraſtis.Mala
quidem hæc manifeſtè,ſed à duritate negantis eleemo-
ſynam ſunt ſecūda. Quare autem domine viarum alia-
rum non recordaris?Non iudico,inquit, peccatum,ſed
inclementiam:non peccantes, ſed immiſericordes iu-
dico: inclementia vos damno, quòd tantum ac tantam
C ſalutis medicinam, eleemoſynam ſcilicet, qua emoliri
atque extergi omnia peccata potuerunt, tantum benefi-
cium deſpexiſtis. Itaque inclementiam vitupero quaſi
malitiæ radicem,atque comminor illis quidem æternū
ignem,his verò æternum polliceor regnum. Vtiles tuæ
domine promiſſiones,vtile & expectatum regnum tuū,
vtilis iterum comminata gehenna. Et id quidem bene
alliciens,bene enim allicit regnum, terret verò vtiliter
gehenna.Minatur enim gehennam deus, non quò ge-
hennam indūcat, ſed quò à gehenna liberet, Alioqui ſi
torquere vellet,non iam antè minatus eſſet. Quò firmi
ac ſtabiles euitemus minas, pœnam minatur: & terret
verbo,quò minus opere torqueat.Fœneremur igitur deo
per clementiam, fœneremur quò debitorem indemnia-
mus eum,quemadmodum paulò antè diximus, non iu-
dicem.Veneratur enim debitor fœnerantem. Vene-
ratur eum & erubeſcit. Si abierit fœnerator ad debitoris
ianuam,ſi quidem inops fuerit,fugiet:ſi verò dives, læto
eum animo excipiet. Alterum iuſti iudicis mirum in-
tuere,humanis ex rebus prouenientis. Si cui in paupertate manenti fœneratus fuerit, atque exinde ad diuitiarū
ſplendorem venerit qui accepit, potens factus tibi de-
bitum reddere,latebit multos ac reddet, ne pudore cō-
fundatur de priori ſtatu:& gratias quidem agit, benefi-
cium verò cælat,priorem erubeſcens paupertatem. De D
autem non ita, ſed occultè mutuum accipiens, palàm
debitum reddit: tunc verò cùm accipit, clàm per eleemoſynam accipit:cùm verò reddit, in oculis vniuerſæ
creaturæ reddit.Sed fortaſſe quis diceret,Quare autem
omnino quemadmodum mihi diuiti dedit, non æquè
pauperi dedit? Poterat quidem ſicut tibi & pauperi da-
re,ſed noluit, ne tuas diuitias infructuoſas faceret, ne-
que illius ſine merito faceret paupertatem. Tibi diuiti
dedit deſcere per eleemoſynam, & iuſtitiam diſtri-
buere.Diſperſit enim,dedit pauperibus,iuſtitia eius ma Pſal.111.b
net in ſeculum ſeculi.Cernis diuitem eleemoſyna æter-
nam theſaurizare iuſtitiam? Quid ergo ad pauperem
qui diuitias non habet? quomodo iuſtitiam operatur?
ſed habet paupertatem, de qua patientiam lucratur æ-
ternam. Nam patientia pauperum nō peribit in finem. Ibidē.9.d
In Chriſto Ieſu domino noſtro, cum quo patri gloria,&
ſpiritui ſancto,in ſecula ſeculorum,Amen.

Homilia ſexta.

E Cce nobis hodie ſanctus imminet Dauid,per-
lectus eſt muſicus pudicitię doctor.Cùm enim
ſpiritualem eius per pſalmos lyram mouet, au E
ditum quidem mulcet, mentem verò pudicitia exor-
nat: propterea decreuit gratia ſpiritus hunc ſolum fer-
mè omnis Chriſtiana anima modulari, quo audito læ-
temur pro ſinu animæ, Mihi verò ſæpenumero admi-
rari continget, & mecum mente confundor, cogitans
& dicēs,Cuius rei gratia præ cæteris veteris inſtrumēti,
nouique ſcripturis, librū Dauid ſic adamarunt omnes
Chriſtiani,atque hunc ſolum ore voluerunt verſari:Mo
ſes magnus fuit legiſlator, facie ad faciem contemplās Exo.33.b
ipſum vidit deum, qui deſurſum omnem nobis à pri-
mo creaturam,atque ipſum creatorem innotuit,dicens, Gene.1.a
In principio creauit deus cœlum & terram. Liberq; hic
maximus eſt,omni refectus pudicitia, vixq; ſemel eum
annis ſingulis per eccleſias legimus.Sed quid ais, quod
veteris eſt inſtrumenti? Quid ad lectionem ſanctorum
euangeliorum?vbi miracula preſentia Chriſti prædicā-
tur,vbi deus cum hominibus converſatur,vbi mors de-
ſtruitur,vbi dęmones precepto fugātur,leproſi verò mū
dantur:vbi cæci naturæ defectum luto curauit,& quinq;
hominum millia per deſertum de panibus quinque nu- F
triuntur:vbi latro in paradiſo conſtituitur, & meretrix
aſtris purior inuenitur:vbi Iordanis fluenta ad ſanctifi-
cationem noſtrarum animarum conſecrantur, & vnigenitus filius à patre de cœlo prædicatur: vbi vitam no
ſtram Chriſtus renouat, & renouans ad ſalutē genus hu
manū reuocat,dicens,Beati pauperes ſpiritu,quoniā ip- Matt.5.a
ſorum eſt regnum cœlorum. Beati qui eſuriunt & ſitiūt
iuſtitiam,quoniā ipſi ſaturabuntur, atq; has leges ſemel
aut bis legimus in hebdomada.Sed dices,diademata re
galia nō decere quotidie in publicū proferre.Et quid ad
beatū Paulum Chriſti rhetorē,mūdi piſcatorē, qui qua-
tuordecim per epiſtolas veluti ſpiritualia retia ad ſalutē 2.Cor.12.a
captat?Qui tertium vſque ad cœlum raptus, & iterū in
paradiſum trāſlatus: cui myſteria regni dei ſunt credi-
ta,quæ nō licet homini loqui. Atq; hunc bis per hebdo-
madam legimus, eius nō ferimus epiſtolā in ore,ſed le
ctioni duntaxat accōmodantes intellectū, pro tempore
ipſo hac ſola procedimꝰ. Quid ergo ad ſanctū habeo di
cere Dauid,quomodo ſpiritus gratia diſpenſauit,omnes
eum dies,noctesq; omnes prædicari? Omnes enim hūc
odoriferi vnguēti loco circūferimꝰ ore. In eccleſiis per-
noctantibus,& primus,& medius, & nouiſſimus eſt Da
uid.Diluculo quæruntur hymnorum modulationes, &
primus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

G primus,& medius, & nouissimus est Dauid. Si pompæ in funeralibus defunctorũ, & primus,& medius,& nouissimus est.Si tela in virginum domibus agitur,& primus,& medius,& nouissimus est Dauid.O rem inauditam. Multi qui literarum experimenta minus sumpsere,neque ipsis edocti principiis,totum Dauid in pectore cõseruãt: neque in vrbibus solũ atque ecclesiis sic per omne tempus,per omnem ætatẽ fulget, sed in foro medio,atque ipsa in solitudine, & inhabitabili terra certatim deo sacras sationes excitat. In monasteriis sanctis, choris angelicarũ acierum,& primus,& medius,& nouissimus Dauid.In cœnobiis virginum greges Mariam imitantium,& primus,& medius, & nouissimus est. In desertis viri crucifixi colloquẽtes deo,& primus,& medius, & nouissimus Dauid. Et omnes quidem homines naturali noctis somno altè premuntur, solúsque Dauid instat,atque ipsos dei seruos in angelicas turmas cõgregans,excitat tota mente:terram in cœlum vertit,& angelos homines facit.Nostram proinde vitam omnibus exornat muneribus,omnibus omnia factus,nostrã omnino vitam angelicam reddit:pueris coadolescens,iuuenes ad prudentiam conuocans:virginibus pudicitiã largitus,senioribus firmitatem donat, peccatores ad pœnitentiam prouocat,dicens,Confitemini domino,quoniã bonus.Eos qui per pœnitentiam profecerunt, roborans dicit, Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris domine.Eos qui beneficia receperũt,ad gratiarum actiones excitãs,Quid,retribuam,inquit,domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Eos qui multoties peccauerunt,ad confessionẽ reuocat,& dicit, Si iniquitates obseruaueris domine,domine quis sustinebit?Misericordiam à deo cupientes edocens, Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam. Vocatos ad sacerdotium confirmãs,Ne proiicias,inquit, me à facie tua. Ad iudicium tractos docet & dicit, Libera me à calumniis hominum. In timore ab inimicis,conuersos admonet,dicens,Eripe me de inimicis meis deus.Expectantes & gratias agentes,maiores ad gratiarũ actiones excitans,& dicens,Expectans expectaui dominum,& intendit mihi, & exaudiuit orationem meam. O magnam citharam, hominũ totius orbis animas veluti neruos quosdam,vnam in consonantiam,vnũ gloriæ sermonem concrepãtem & congregantem.Et quomodo talis tantusq; vir,hominum mores exornãs, angelorum politiam in terram statuens, & angelorum celebritate coronatus in cœlo: quónam modo duo in maxima peccata dilabi permittitur?Nam peccatorũ priora & maxima permissus est pessundari.Propterea sæpenumero mecum ipse reputans, hæcq; cogitans, mente excido haud secus,quàm nauis in pelago magistro priuata hinc inde fluctuans circũfertur:ita motus est sæpenumero animus meus,ipse cogitans afflictus est,& æstuans ac dicens,Quomodo vir tot bonis ornatus,rex, propheta, Christi seruus,seruus per naturam,& per carnem,Liber enim Iesu Christi filij Dauid: qui magnificatus virtutibus,diademate insignitus,circũdatus purpura,& humilitate munitus,dicens : Domine non est exaltatum cor meũ,neque elati sunt oculi mei:neque ambulaui in magnis,neque in mirabilibus super me. Si non humiliter sentiebam,sed exaltaui animam meam sicut ablactatus: Qui terminos innocentiæ custodiuerat,dicens,Domine deus meus si feci istud, si est iniquitas in manibus meis, si reddidi retribuentibus mihi mala : Qui modò superbiam retundebat, sed & superbos animaduersione infectabatur, dicens : Non habitabit in medio domus s

H Psal.117.d Ibidẽ.24.b Ibidẽ.115.a Ibidẽ. 129.a Ibidẽ.50.a Ibidem.c Ibidẽ.118.r Ibidẽ.142.c Ibid.39.a I Matt.1.a Psal.130.a Ibid.7.a Ibid.100.b

meæ faciens superbiam, loquens iniquitatem non direxit in conspectu oculorum meorũ: qui confidenter deo dicebat,Tentasti me, & non est inuenta in me iniquitas.Et quid dico atque suis vtor testimoniis? Sæpe fidem derogant ei qui de se testimonium perhibet.Alter bene suis actis rebus testimonium afferat, alter eius coronas proferat,quò fidelius sit testimonium:& quod nam deo fidelius dicente,Inueni Dauid filium Iesse,virum secundum cor meum ? Quid hac voce fidelius ? Et quomodo tot donatus beneficiis, tot coronatus virtutibus, qui secũdum cor dei testimonium accepit: quónam pacto peccatis his maximis pessundari permittitur?Non mœchaberis,non occides, & homicida & mœchus dei ppheta.Hic nobis hodie perlectus est locus.Num prophetam carpo?abstit,sed vestrã roboro vitam.Quomodo?tametsi sæpe bene officioseq; gesseris,teipsum corrobores ne cadas: sic & Apostolus dicit,Qui se putat stare,videat ne cadat. Propterea & ipse sæpius orans dicebat, Et vsque in senectam & senium deus non derelinquas me . Cuius ergo rei gratia tantus vir permissus est ruere? Tribus de rebus.Quibus?Primũ quò iustos propria de vita roboraret. Sum religiosus,eremita sum,neque dicã, multùm virtute officioq; profeci,multis insignitus sum meritis,ieiuno, vigilo, oro,illachrymor,induor cilicio,corpus meum austeritate cõtriui,non iam diaboli impetus formido, iam mihi quæ ad coronam pertinẽt perfecta sunt. Noli errare homo, ne mẽte in sublime tollaris,haud plura feceris quàm Dauid.Audi dicentem ipsum, Genua mea infirmata sunt à ieiunio,& caro mea infirmata est propter oleum:& iterũ,Ego autẽ cùm mihi molesti essent induebar cilicio, & humiliabã in ieiunio animã meam:audi eum de vigilia dicentẽ,Media nocte surgebã ad cõfitendum tibi: & iterum,Septies in die laudẽ dixi tibi:audi eũ de lachrymis dicentem,Laboraui in gemitu meo,lauabo per singulas noctes lectum meũ,lachrymis meis stratum meũ rigabo:audi eum de austeritate vitæ,Quoniã cinerẽ tanquam panem manducabam,& potum meum cum fletu miscebã.Et quid memoror quæ de prophetis sunt? Audi iterum Christi testimonium,dicens, Inueni Dauid filiũ Iesse secundum cor meũ.Et post tamẽ tot gesta, post tot celeberrima officia, tales inrores delatus concidit, Neq; ergo confidas,sed quotidie roboreris,quotidie Apostoli disciplina id accipiens,Qui se putat stare,videat ne cadat.Primam audistis causam, Secundam accipite. Quò peccatores minus suis de rebus desperẽt,sed si peccauerit,quis,quotidie confiteatur peccatum:tametsi millies peccauerit,perstet millies confiteri.Nihil enim desperatione deterius.Si quis enim desperauerit ob peccata,peccans non iam ad sanitatem recurrit. Aut non vides medicos,si de salute ægrotantis diffidant, non iam curare?dicunt enim quòd mallent infirmitati dare: sed non vlteriorem suscipit morbus curam, artis enim industriam morbi malitia vincit:hæc dicũt qui de ægroti salute desperant. Si verò sanitas expectatur, omnia faciunt ægroto,salubres afferunt medicinas.Pari modo quis peccatis desperando cesserit, quasi non supersit pœnitenti salus,sese maius in malum stimulat.Et tu ergo si noueris peccanti ad ipsam peccati summam,cede scilicet,& adulteriò, medelam accessisse & sanitatẽ,tametsi millies peccaueris,confessione te excita. Hæc autem dico,non vos alliciens ad peccandum, sed peccatores ad confessionem prouocans:quoniamquidem deus pius ac clemens vel maxima peccatorum delet . Quid enim maius cæde & adulterio ? Et tu ipsum audi prophetam pœ-

K Ibid.16.a Acto.13.d L 1.Cor.15.c Psal.70.d M 1.Cor.6.d Psal.118.d Ibid.44.b Psal.118.d Ibidem.e Ibidem.f Ibid.100.b Acto.13.d

Psal.31.b A tam pœnitentem,Dixit,inquit, cõfitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Propterea & peccatorum maxima Christo Luc.23.f peregrinatus in terra remisit . Latronem in paradisum Ibidem.5.f duxit,publicanum fecit euangelistam, blasphemũ Pau- 2.Tim.1.c lum orbis apostolum:vt peccans tu minus desperes,sed Psal.117.a peccatum fatẽdo deleas, salubremq; ingrediaris viam. Cõfitemini enim domino quoniam bonus,quoniam in seculum misericordia eius.Ecce secundam causam:tertiam accipe.Debuit ipse saluator noster peregrinari secundum ipsam in carne præsentiam , mixturáq; nostræ carnis suscipere,& cum hominibus cõuersari. Sed quoniam deus erat,& idem sine peccato solus , permisit iustos proprium penes arbitrium humanis erroribus incurruari,non iam ipse ad peccatum impellens,sed arbitrio permittens secundum proprium nutum ambulare. Sic itaque infidelitate sanctus peccauit Abraham , propterea pœnam non effugit à deo, vt seruiret eius semen Exo.17.& annis quadringentis.Et iterum , Moses non glorificans Nume.20.b deum cùm aquam de petra donauit,ingratus , atq; ideo ad eum deus,Non videbis,inquit,terram promissionis, B & non intrabis in eam. Sic & hunc permisit in peccatũ cadere , quò solus ipse in hominis corpore sine peccato Psal.50.a inueniatur. Quare & propheta Dauid, cũ de cætero ad peccati confessionem venisset,hoc dicit de eo,Tibi soli peccaui,& malum coram te feci.quare? Vt iustificeris in sermonibus tuis , vt vincas cùm iudicaris . Cùm,in- Ibidẽ. 109.a quit,venerit dies illa , massa nostræ mixturæ manifestè erit sedens in dextera maiestatis dei. Sede enim à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedũ tuorum.In illa ita die apparebit & corpus , quod de Ioan.19.g natura nostra suscepit,superius corpus, & inferius corpus. Videbunt,inquit, eum in quem transfixerunt. sed quidẽ granatum,videlicet nostrũ: illud verò sine peccato, sed peccatorum exigens pœnas.Vt iustificeris in sermoni- Esaiæ.53.c bus tuis,& vincas cùm iudicaris. Quomodo? Quoniãquidem peccatum non fecit, neque inuẽtus est dolus in ore eius.Ipsi gloria & imperium, nunc & semper , & in secula seculorum,Amen.

Homilia septima.

C Am ergo turbine secularium rerum liberati, animam lectione diuinarũ reficimus literarũ. Sic faciunt & nautæ.Cùm enim procellam digressi fuerint , & multum deinceps pelagus decurrẽtes, in portum discesserint quietum:dimittentes vela, deponentes remos, gredientes nauim,quietè sese somno recreantes, robustiores conatus reliquam ad nauigationẽ præparant . Hos imitemur & ipsi,atque omni procella, tumultúque & fluctibus liberat.quasi tranquillũ ad quẽdam portum , scripturarum ad lectionem impellamus animas.Etenim portus est à fluctibus liber,murò firmissimus,turris minimè nutans,gloria non diripienda,nõ vitianda,firma fœlicitas , minimè languens , continua voluptas, & quotquot dixerit quis bona , sacra cõperiet in scriptura.Eadem & mœrorem abiicit,lætitiamq; cõseruat,pauperem ditiorẽ ipsis fœlicibus facit,diuitibúsque firmitatem adhibet , & peccatorem iustum reddit, & iustum stabilitate cõfirmat:malaque euellit,bona inserit:fugat malitiam,bonitatem inducit,non modo inducit,sed radicibus etiam firmat, cõtinuatq; facit permanere,spiritualis existens medicina:& quoniamquidẽ diuina quædam , & huiusmodi est passionum extinctio. Nam & spinas passionũ extirpat , puramq; tellurẽ reddit:seminaq; dimittit pietatis,atq; ad vigorem fructum agit.Nequaquã igitur tot pigritemus à bonis, neq; desiciamus à conuentu: sed huc frequentius conueniamus, D quò semper curemur.Et ne quis liuore stimuletur, diuitem vidẽs,neque deprimatur inopia: sed rerum perdiscens naturam,transeat quidem vmbras ipsas , venientem autem cõplectatur. Quoadusque enim quis sese lõgius à virtute constituerit , magnæ videntur huius vitæ negotiationes:cùm verò in luce diuinarum scripturarũ constiterit,tunc leuitatem & breuitatem , vilitatẽmque simul mortalium harum rerum manifestè discet, quòd fluuialibus aquis non constantius defluunt,simul & cùm apparent decurrunt. Quare propheta occupatos philosophans in his,pusillanimes ac miseros,humiq; innixos vocat,qui ad diuitiarum phantasiam anhelant,trementes hos corripiens, ab eo atque reuocãs trepidationem, suadénsque diuitias quasi nihil essent despici oportere. Ne timeas,inquit,cùm dites factus fuerit homo, aut cũ Psal.48.d multiplicata fuerit gloria domus eius.Non enim dixit, gloria sua:sed,gloria domus eius:quoniam cùm morietur,non accipiet omnia . Vidisti dictionis subtilitatem, & manifestam diuisionem?Non enim dixit, cùm multiplicata fuerit gloria eius:sed,gloria domus eius:ostendens sanè alteram quidem esse hominis gloriam , alteE ram gloriam domus.Domus quidem gloria , porticus, deambulatoria,laquearia pulchra,pauimentum, gẽmarum ornatus,prata,hortuli, seruorum multitudo , sumptuosa quæque supellex, quorum nihil ad hominẽ . Hominis verò gloria,fides recta,zelus in deũ,charitas, humilitas,mansuetudo,assidua oratio,eleemosynæ,philosophiæ ornatus,& cætera vniuersa virtutis membra.Et illa quidem possidens,haud inde gloriã consequitur,neq; iure quis cognominabitur bonus:sed cõtrà,vniuersę malitiæ indicium . Nã & crudeles & inhumani, sordidiq;, & philosophię expertes excitãtur in comœdiis,qui eiusmodi sunt atq; suas in his opes ostentant . Igitur nõ eadem hominis,vti prædiximus,& domus est gloria.Qui verò in deo sese castitate,ornatu,mansuetudine, humilitatẽ accuratè deuouent,hos admiramur, prædicamus, laudamus:quoniamquidem ea potissimum est hominis gloria.Hæc igitur scientes,nihil ex illis imitandum esse putetis , nihilq; ad eos pertinere qui eisdẽ consepti sunt. Nam opes,luxurię occasio,malitiæ schola,turpis vitę & defluentis causa,animæ corruptela, via ad diuersa feres mala,cursus nullum habens bonum,his qui abutũtur semine.Hinc fures,hinc murorũ fossores,domestici trãsF fugæ in semetipsis furti morbum nutriẽtes. Sed eas vbi nam deponemus?In terra fuffodiemus? Absit, sed meis si ipse consiliis acquiescere volueris, modum tibi dixero,quò transfugas opes fidas tibi eas reddideris.Quónã modo transfugæ ipsæ tenebuntur?Distributæ manẽt,custoditæ fugiunt.Atque vel ab ipsis agricolis disce. Nam illi quidem frumenta si domi concluſa tenent, vermiũ in esca amittent:si verò dispersserint in terras, non modò custodiunt,sed etiam augent : Sic & opes stãtes quidem in arca,atq; sub sera & vecte defossæ, citò transfugiunt: si verò eas in ventres dispersseris pauperum , non modò non fugiunt,sed & maiores inde resurgunt. Hæc igitur scriptis, in manibus fac eas millenis detineri , viduarum scilicet,orphanorum,infirmorum . Neq; enim diffugere poterunt tot detẽtæ manibus : sed cum firmitate & conseruantur planè, & crescunt. Et quid pueris, inquis,relinquam meis? Magis verò non tot opes cogor euacuare . Nam & tunc pueris fecisses ditiores pro pecunia,cùm deum ipsis propitium reliquisses:atque ex eleemosyna lucrum fertilitatẽmque haberes . Non enim sic modi pueros despiciet deus: haud itaque existimate

substantiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

G substantiam his minorari eleemosynæ amore & opera. Multiplicabit enim ipsis firmitatem, quæ secũdũ deum est bonæ voluntatis:si eas hoc in primis ipsis depositum facies:si autem inopiam timuisti,& is superuacuus est timor.Qui enim malos nutrit, multò magis & ægrotos, & captiuos,& inopes.Hæc igitur sciens, superflua quæque amputa,facq; pauperibus supplemẽtum.Nam si calceamenta quis supra mensuram pedibus adegerit, itinere certè prolixiori impedimenta sentiet: & vestimentũ induens corporis staturam excedens, pari modo impli cabitur.Atque superfluum vbique in eo quod satis est,ad opportunitatem inutile est:in pecunia multò fortius id euenit.Et qui supra quod est satis habent, non modò in ipsa sufficientia, sed & in necessariis quibusdam impediuntur.Nã qui deforis in agone currunt,& ipsa exuunt vestimenta:viam verò in cœlum ferentem, & eandem arctam & arduam tot cum impedimẽtis quomodo poteris ambulare?quoniam quidem & veloci, & expedito cuiquam penè impossibile est desideratum iter optimæ huius viæ,siue salutem consequi. Spargẽ igitur superflua in pauperes,& quod inuitus fortasse paulò pòst ipsis inimicis es cessurus,idipsum volẽs depone:tuáque fac,quę H tua nunc non sunt. Neque enim vllum habebis responsum,vllam indulgentiam, cùm hinc abiens Christi tribunali adstiteris,rationẽmque factorum pones. Fugiamus ergo fratres auaritiæ morbum,neque ipsis irrationabilibus ferociores simus.Illis cõmunia omnia,& terra,& fontes,& pascua,& montes,& valles, atq; nihil alterum habet plus altero.Tu vero homo mitissimum animal,fera es violentior,atque infinitas pauperum escas domi concludis. Et nõ modò natura nobis communis est,sed & alia his multo plura,& aër,& mare,& ignis,& aqua,& fontes,& vita,& mors,& adolescentia, & senectus,& morbus,& sanitas,escæ & vestium indigentia.Et spiritualia pari modo communia sunt,sacra mensa,dominicum corpus,regni promissio, lauacrum regenerationis,purgatio peccatorum,sanctificatio,& redemptio
1.Cor.2.c arcana bona quæ oculus nõ vidit,nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. Quomodo ergo non indignum est,qui tot,tantisque mutuò communicamus: de pecunia tamen esse diuersos,atque idem non seruare cognomentum,sed ipsorum animalium de se præbere feritatem,& id debẽtibus nobis his paulò pòst cedere, sed I & insuper supremis de malis periclitari?Nam mors vsu quidem abducit,ad pœnas verò reliquum,atque ad æterna mittit tormenta. Igitur quò hæc minus fiant,multa igitur vtamur eleemosyna.Ipsa enim est regina virtutũ quæ illic cũ fiducia assistet,à tormentisq; eripiet, & nemo repugnabit ei qui secum in seculum abierit.Nam & leuis eius est penna, plurimáque fiduciæ sibi sublimitas ineſt,eaque ad ipsum ascendit regalem thronum,alumnos suos audacter agens.Orationes enim tuæ,& eleemo
Actp.10.a synæ,inquit,ascenderunt in memoriã in conspectu dei. Quo ergo & ipsi ad illam altitudinẽ tollamur, ab importuna auaritia liberati, atque deliciis, & honoris cupiditate superflua, in virtutibus quæque vtilia faciamus, multas illic nobis thesaurizantes diuitias: atque dextræ eius crede manui,qui decimam non exigit,qui & custodire has poterit diligenter:atq; hinc in iudicij die mitis propitiúsque inueniri,tametsi millies peccauerimus,ad indulgẽtiam peruenire nos,& responso dignos efficere.Magnum est bonum,& dei donum eleemosyna, ipsi deo potentia sua coniungens. Id maximè & è sapientibus quidam dixit:Magnus homo & honorabilis vir mi « sericors. Ea nostra est gratia quæ mortuos excitat. Nec hãc enim in nomine Iesu mortuos excitare poterimus, K quãtò magis esurientẽ nutrimus Iesum? Sed hìc tu Christo beneficium tribuis,illic tu tibi & meritũ ipsum:non quod susciꝑat quis,sed quod faciat bonũ, prouenit. Hìc quidem,in signis dico,debes ipsi deo:in eleemosyna vero deum habes debitorem.Est eleemosyna cùm de proposito,cùm de liberalitate fit,cùm abundè,cùm nõ te tã dare censẽs quàm accipere. Cùm quasi lucrantẽ te, atq; hanc amittentem:quoniamquidem nisi sic existimaueris,non est gratia. Eũ enim de necessariis vsibus minus desperare decet.Nam:quomodo erroneum non est,alterius te soluere tristitiam,& simul in hoc contristari?Nõ enim iam ipsam eleemosynam esse sinis, sed neq; illũ ipsum Christum enutriri. Nam si cõtristaris q; alterum tristitia liberasti,summę sęuitię & seueritatis iudiciũ geris.Quanto præstabilius fuerat non liberare,quàm sic liberare?Quid autem omnino tristaris homo?Porsus aurum tuum non minuitur,si hac duceris sententia,ne tribue.Si enim minꝰ fidis quod tibi in cœlis accumuletur, ne dederis.Sed hìc quæris tibi rependi.Dimitte eleemosynam esse eleemosynam,& non negotiationem.Multi quidem & hìc receperunt,sed non hìc receperunt, quasi plura his qui non receperunt,haberent: ex his quidẽ in- L firmos receperunt,quoniamquidẽ ad illa non valde festinant.Et quemadmodum nebulones ad regalẽ vocati mensam,atq; idoneum nõ expectantes tẽpus, quasi parui pueri suam offendunt comessationem, præuenientes cibis ad crapulam repleti grossioribus:sic & hic quidam mercedem quærunt,& eorum quæ illic sunt,minorantur bono. Atque fœnerans ipse multo plus priorem desiderat habere sortẽ, fortasse neq; recipere desiderat, quo per moram in maius crescat fœnus: hìc autem cito repetis hoc,cùm quidem nìc nequaquam futurus sis, sed illic perpetuè mansurus.Nõ hic iudicãdus, sed illic pœnas daturus.At siquidem tibi domũ quis ædificauerit quam nõ habiturus fores, id iacturam fortasse duceres, Tu homo vis hic ditescere,vnde & ante vesperã sæpenumero profecturus es? Nescis in aliena nos terra versari, veluti peregrini & incolæ transmigratores?Nescis incolas eiici,cui non proficiunt, aut non sperant quod ipsi patimur?Proinde erea & quæcunque ædificauerimus,hic dimittemus. Non enim permittit dominus eadem recipientes abire:tametsi domus ædificauerimus,tametsi agros emerimꝰ,aut seruos,aut supellectilem, aut quid simile,non modo nõ permittit, qui hic bona cupiunt nõ abire,sed neque tibi computat:prædixit enim tibi,ne ædificares,aut in alienis impẽderes,sed in tuis.Quod ergo tuę dimittens,in alienis &operaris & impendis,quo laborem & mercedẽ amittas,atque insuper vltima tormenta subeas,minimè obsecro: quoniamquidem natura sumus incolæ,& inhonorati,& abiecti. Hic fortasse si ciues esse voluerimus,neque hic erimus, neque illic ciuium fiduciam accipiemus. Si vero quasi incolæ conuersantes erimus,& hic accipiemus fiduciam,& illic.Iustus enim in his nihil habẽs bonis, hic omnino quasi in suis versatur bonis:& in cœlum abiens videbit æterna tabernacula,& neque hic patietur quicquam incõmodi. Neque enim alienigenam quis eum facere poterit, qui omnem sũ se terram habuerit, & in suam veniens patriam, veras ostendit opes. Quò igitur vtraque consequamur,& præsentia,& quæ illic sunt bona, præsentibus pro sufficientia vtamur, & cœlimus ciues, & multa fulti fidentia. Ea igitur pro re faciamus vniuersa,quò apprehendamus illa, quò illis fruamur bonis: sic oro, sic obsecro,in idipsum studio multo incũbamus. Nemo

in cæsura

A in cæsura vrbe ædificat. Dic,inquam,si quis tibi prænũciaret post annum ipsam cæsuram vrbem, num fortasse in cæsura vrbe ædificares?Id itaq; nunc fac.Nequaquam in hoc ædificemus mũdo.Cadet enim paulò pòst,& cũcta peribunt. Quid dico cadet? ante ipsum casum ipsi peribimus,atrociáq; patimur mala. Quid in arena ædificamus?ædificemus supra petram,quantuncunq; impetus fiet, inconcussa quidem illa erit ædificatio, eámque dessoliri nihil poterit. Cùm enim sæpenumero terræmotus fiunt,incendia,bellorumq; congressiones, nobis etiam viuentibus ea nobis eripitur domus. Sæpe autem & vnà multa pereunt,quòd si & eadem perstiterit, morbus præueniens aut citò transfert,aut manentes nequaquam ea vti commodè permittit. Vbi enim voluptas, ibi morbi,& calumniæ & insidiæ:aut si nihil horum,liberos non habentes quibus ipsas demus, aliáque demus vniuersa,quasi in alienis laborantes affligimur: quãdoque & alienis ipsa peruenit cum domo hæreditas, non modò nobis prę̃morientibus,sed etiam viuẽtibus.Quid ergo miserius quàm in id cum labore conari, quò inimici nobis inuitis hæreditate succedant, atque quò illi
B quiescant delicatè viuentes, & gaudeant tuis laboribus? Horum exempla in vrbibus plura videntur.Sed ne tristitia eos conficiam,qui huiusmodi inciderunt, tacebo. Possem & eorum fortasse aliquot vel nominatim exprimere,prolixiorẽmq; narrationem facere, multasq; vobis domus ostendere, quæ proprios hostes susceperunt eorum qui in his laborauerunt: non domus modò, sed & mancipia,atque vniuersa sæpe hęreditas ad inimicos deuoluitur.Eiusmodi enim humana sunt bona,in cœlis verò nihil timendum est tale. Neq; vt morientis superueniat hostis,hęreditatiq; succedat.Nõ enim illic mors, nõ hostilitas. Tabernacula verò sanctorum solida sunt,
Psal.117.b atque in sanctis illis exultatio, gaudium, & lætitia. Vox enim,inquit,exultationis in tabernaculis iustorum. Aeterna sunt tabernacula illa, finem non habentia. Non illa eadem tempore cadunt,non possessores mutãt, sed permanent continuò in vigore. Neque enim quid corruptibile est illic & mortale, sed vniuersa & stabilia & immortalia. Hanc in structuram pecuniam impendamus.Non architectorum sanè, aut operariorum magna nobis fuerit cura: pauperum manus huiusmodi domos
C constructunt,claudi,esurientes illas ædificãt. Ne mireris, quoniamquidem hi & regnum nobis propinant, fiduciamq; nobis ad deum tribuunt. Nam eleemosyna ipsa artifex est,optimáq; illorum propugnatrix, & tutela qui exercent eam? Etenim deo amica est, & cominus sibi semper assistit.Quos amauerit,his facillimè gratiã impetrauerit: modò non patiatur à nobis iniuriam. Quomodo verò patitur? cùm eã fecerimus ex rapina. Adeo quòd si pura fuerit,plurimum tribuerit fidentiæ, plurimum cum hã qui sibi adhærẽt,immo bona.Et pro terrenis eorum rebus orat,tanta eius est vis. Eadem vinculà disrumpit, tenebras soluit, extinguit ignem, stridorẽ effugat dentium, huic multa cum facultate cœlorũ aperiuntur portæ. Ac velut regina ingrediente, nullis custodum ipsis in portis positorum audet interrogare quę sit,aut vnde iter agat: magis verò illico susciꝑiunt omnes.Sic & eleemosyna regina, omnino est eum deo simile faciens. Estote,inquit,misericordes sicut pater vester cœlestis. Pennata est enim & leuis aureas habens
Psal.67.c alas: ipsos supra modum delectans angelos. Ibi, inquit, pennæ columbæ deargentatæ,& posteriora dorsi eius in pallore auri. Apud ipsum regalem thronum persistit.Cũ iudicamur,imminet,tormentisq; nos eripit, suis cõple-

ctens & protegens alis. Hanc vult deus,atq; adeo vsque D diligit,vt multa de hac ipse disputet. Vidua & orphanꝰ Ibidẽ.71.c & pauper,inquit,reficietur ab ea. Vult appellari deus miserator, & misericors super omnem terram. Ipsa enim eleemosyna humanũ genus saluauit. Nisi enim misertus fuisset,vniuersa fortasse† perissent. Ipsa nos existẽtes † abundare videtur, for tasse. hostes,deo reconciliauit: ipsa infinita operata est bona, ipsa filium dei cõpulit seruum fieri, & semetipsum exinanire: hanc æmulemur per quam saluati sumus, hanc amemus.Nihil enim Christiano tam se fert charactricem,quàntum eleemosyna: hanc & infideles quique mirantur. Multis enim & ipsi in locis dei misericordiam petimus,& ad ipsum dicimus: Miserere mei deus secun Psal.50.a dum magnam misericordiam tuã.Prius ipsi incipimus, magis vero nõ priores incipimus. Iam enim & ipse suã nobis misericordiam præostendit, vel saltem secũdi sumus. Si enim homines misericordes quãuis infinita cõ miserint peccata,misereꝑtur:quanto magis deus? Audi prophetam dicentem: Ego quasi oliua fructifera in do- Psal.51.b mo domini. Eiusmodi simus. Neque enim satis est oliuam fieri solùm,at fructiferam.Sunt qui miserãtes parua dant ipso anno labente,aut omni hebdomada vel pa E rum quid exhibentes,hi oliua quidem sunt, non fructifera & vera, sed arida: quòd quidem miserentur, oliuæ: quod autem non promptè,aut ex animo, nõ fructiferæ. Sed vt fructiferi simus,sæpenumero diximus,& nũc dico:Non dantis mensura eleemosynæ magnitudo metitur,sed dantis̃ proposito.Non sic aridè dederis,sed veluti vidua,quę totas opes exhausit ex tota anima:exemplũ Mar.12.d.& id & ipsi imitemur, quo minus de se desperet, quasi ex Lucæ.21.a proposito non dederis:dederunt quidam capillos in tẽpli structuram,neq; repulsam passi sunt. Sed aurũ siqui- Exod.36.b dem habẽtes,capillos si attulissent,maledicti: si vero habentes solũ idipsum tulerunt,accepti.Propterea & Caïn Gene.4.a accusatur,non quasi vilia obtulerit,sed quod eorum quę habuerit,viliora obtulit. Maledictꝰ,inquit,qui habet ma Malach.1.a sculum & fœminam,corruptum deo obtulerit:non solũ maledictꝰ dicitur,sed qui habet,inquit, & parcit. Si quis autem non habet,à crimine liberatur,magis autem mercedem habet, modo sententia propositoq; talis ad conseruum flectatur, atq; sibi in pacifica mãsuetudine respõdeat vsq; ad calicem aquæ frigidæ. Da indigenti,& tribulato compatere. Si vero hæc minus habueris, vel sus- F pirium si profers,atq; omne tribuisti. Nam & insomnis oculus te vidit quod habueras dedisse.Quid enim duobus obolis vilius,quid capillis minus,ac farinę floribus? & tamen hæc placuerunt magis, quàm vituli, quàm aurum.Etenim in eo quod quis habet,acceptus,haud in eo quod non habet:& quod tua habuerit manus,eo benefacit.Quare indigentibus libenter tribuamus opportuna, quanquam modica sint,quanuis parua.Eandem cum illis accipiemus mercedem,qui plura impendunt,magis autem maiorem talenta decem milia proferẽtibus, modo cum proposito.Hæc agentes,atq; ineffabiles dei thesauros assequemur:quæ non audiamus modo,sed & operibus comprobemus. Quorum omnium nos contingat fore compotes,in Christo Iesu domino nostro,cui & patri gloria,cum spiritu sancto,nunc & semper, & in secula seculorum,Amen.

Homilia octaua.

QVàm iocũdi spiritualis huius nobis magis sunt fluctus,& ipsis qui in pelago sunt iocundiores. Illi quidem ventorũ insolentia, hi auditus desiderio excitantur. Et illi quidẽ sublimius agglomerati, trepidationẽ gubernatori plurimã inferũt,hi vbi appah ruerint,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gruerint,dicentem fidentia multa cõuallãt. Et illi quidem furibundi maris argumenta, hi animæ lætabundæ sunt indicia.Et illi petris illisi,ignobilem sonitum reddunt;hi verò doctrinæ contriti blanda voce redundãt. Sic & zephyri flatus in sata cadentes,atq; ipsa spicarum capita inclinantes ac releuantes, in terra maris fluctus imitantur,sed & illis satis iocundiores:hic enim nõ zephyri flatus,sed spiritus gratia animas releuat calore: & ignis ille de quo olim Christus: Ignem veni mittere in terram,& quid volo nisi vt accendatur?Hunc enim video immissum,incensumq; in animabus vestris. Quoniam igitur tot lapides vobis Christi timor accẽdit, agite gratias,huic doctrinę oleum instillemus,quò vobis abundè lumen fiat.Etenim vobis de cætero ieunij tempus ad finem vrget.Nam stadij medij prætergressi reliquum,ad ipsum finẽ concedimus.Sicut enim incipiens ad medium festinat, sic medium prætergressus desudat ad finem.Igitur tempus ad finem euolat,atque de cætero cymba prospicit.Sed quod quæritur, non iam est ad portum peruenire, sed nauem haud lucri vacuã trahere.Oro vos omnes, & obsecro suam quisq; ad conscientiam ieiunij negotiationem reputet.Sed si lucrum multum accumulatum inuenerit, negotiationi addat: si nihil congregatum, reliquum temporis negotiationi impendat. Quoadusq; stant nundinæ,negotiantes, de magno sperantes lucro, contẽdamus ne vacuis excidamus manibus,ne ieiunij laborem tolerantes, ieiunij amittamus præmium:licet enim & ieiunij laborem sufferre,& ieiunij fructum non consequi.Quomodo scilicet? Cùm scilicet esca abstinemus,peccato non abstinemus:cũ carnibus quidem non vescimur,deuoramus tamen pauperum domus:cũ vino quidem haud inebriamur,inebriamur verò desideriis prauis: cùm quidem inedia totam transigimus diem,atq; eandẽ impudicis in theatris cõsumimus. Ecce ieiunij labor,& ieiunij fructus nusquam est, cùm iniquitatis theatra conscendimus? non ad vos mihi est sermo, noui enim ab ea accusatiõe vos vacuos esse.Sed mos dolore pressus est,cùm nõ sinar in eos inuehi alioqui præsentes,qui doloris dant causam. Quod enim lucrum theatra iniquitatis ascendere,ad communem luxuriæ officinam introire, ad publicũ incontinentiæ gymnasium,super cathedram sedere pestilentiæ?Etenim & cathedram pestilentiæ, & incontinentiæ gymnasium,officinamq; luxuriæ,atq; omnem deinceps impudicitiæ orchestrã si quis dixerit,haud peccauerit,pessimum illum locum, plurimorumq; morborum plenũ, Babylonicam fornacem:omnino velut in fornacẽ quãdam compelleris in theatrum. Diabolus vrbem sic infernalibus flammis subministrans, non iam malleolos submittit, veluti Barbarus ille,neq; naphtham, neq; stupam, neq; picẽ: sed his multò peiora, fornicarios visus, turpia verba,delibuta membra, atq; omnes plenos malitiæ cãtus.Illam igitur fornacem barbaricæ manus accenderunt, hãc autem fornacem cogitationes Barbaris insipientiores accendunt:hęc illa peior,quandoquidem ignis deterior,non qui corporis naturam, sed qui bonã animæ depopulatur habitudinem.Et quod nocẽtius est, neq; ipsi qui comburuntur,idipsum sentiũt. Si enim sentirent,non iam effusum illum in his visum emitterent. Igitur id vel pessimum est malum, cũ quis infirmatur, neq; idipsum quod infirmatur nouit: & miserè ardẽs & æstumnosè,non sentit incendium.Quę nam ieiunij vtilitas, dic mihi,cũ quidem corpus arces legitimo à nutrimento,iniquum verò nutrimentũ animæ inducis? cùm diem illic trahis sedens, cõmunem naturam deturpatã intuens ac deformatam,mulieresq; fornicarias adulterio damnatas,illic cuiusq; domus mala colligentes? Nã & fornicatiões videre datur,& audire blasphemias,quò & ipsos per oculos, & per auditum ipsi animæ morbus procedat:alienas imitãtur calamitates,vnde & ipsis nobis inest turpitudinis contagio. Quod igitur ieiunij lucrũ,dic mihi?Anima cibis eiusmodi nutrita, quibus oculis vxorem illis à theatris videbis,quibus oculis videbis filium,quibus domesticum,quibus amicum?Necesse autem dicentem illic gesta turpitudine, aut tacentẽ rubore cõfundi.Sed hinc nõ sic abis,licebit verò domi multa cum fiducia vniuersa narrare,propheticas voces,apostolica dogmata,leges diuinas, omnem virtutis mẽsam apponere, vxoremq; narrationibus eiusdem pudicitiorem reddere,amicabiliorem filium, chariorẽ domesticum,atq; ipsum inimicum persuadebis odium deponere. Vides quomodo hæc quidẽ atq; vbiq; salutaria dogmata,illa verò spurcè vbiq; resonantia?Quę igitur ieiunij vtilitas,cùm corpore quidẽ ieiunas, oculis verò mœcharis?Adulterium non ipsa modò cõglutinatio, aut copula corporis,sed & impudicus visus.Quæ vtilitas cùm illinc hinc abis?ego corrigo,ille corrumpit: ego medicinas morbo adhibeo,ille causam morbi ministrat:ego naturæ flammam extinguo, ille libidinis flammam accendit. Quæ vtilitas,dic mihi? vnus ædificans,& vnus destruens,quid sibi labore profecerũt?Non ergo hìc incassum,sed vtiliter conuersemur,quò fructuosè, quò minus inuanum hìc,quò nõ inutilè, atq; ad damnationem vnus ædificans & vnus destruens,facilitate subuersionis ædificantium multitudo vincatur. Magnæ profectò turpitudinis & iuuenes & senes ad studium festinare. Sed vtinam eousq; esset malum.Etenim id vel homini libero intolerabile fortasse videtur, & damno plectendum maximo,improbratione & cõfusione:verùm enim nequaquam ad confusionem vsque erogata correctio.Sed tormenta imminent,& pœnæ: necesse est enim illic sedentes adulterij delicto natare,non quòd mulieribus co pulemur cogit, sed quòd impudicis eas ituemur oculis. Etenim his necesse est quempiã adulterio deprehendi. Neque meum vobis dicam sermonem quò minus negligatis,sed diuinam legem explicabo,vbi neglectui nequaquam locus.Quid ergo diuina lex inquit? Audistis quia dictum est antiquis, Non mœchaberis: ego autem dico vobis, quòd quicunq; viderit mulierem ad concupiscẽdum eam,iam mœchatus est eam in corde suo. Vidisti adulterium cõsummatum? vidisti completum peccatũ? Et quod deterius in adulteriis, deprehensum adulterio, nõ humano sed diuino sub iudicio adulterij reum esse, hinq; mortales pœnæ. Quicũq; enim viderit mulierem ad concupiscẽdum eam,iam mœchatus est eam in corde suo.Nõ modò morbum,sed & morbi radicem euellit.Radix enim adulterij cõcupiscentia impudica.Quare non modò plectit adulterium,sed & concupiscẽtiam adulterij matrem. Sic & medici faciunt, nõ ad morbos instant solùm,sed ad causas etiam tollendas,quanuis ægrotantem oculum viderint, prauum rheuma desuper à temporibus cõpescunt:sic & Christus facit. Cæcitas mala est adulterium,oculorũ est morbus, nõ corporis solũ, sed animæ prius. Idcirco inde cõpescit rheuma impudicitię per timorẽ legis. Quare nõ modò adulteriũ punit, sed aduersus concupiscentiã adulciscitur.Iã mœchatus est eã in corde suo. Cordis corrupto, quæ deinceps vtilitas in reliquo corpore? queadmodũ enim in plãtis & lignis, si quãdo excessum videm°, reliquã de cętero repudiam° partẽ:sic & in homine,cũ id perierit, incassum est inde reliqua

reliqua corporis sanitas. Auriga perit, fractus deiectus est,vanum in posterum equi currũ:laboriosa lex & multum oneris habet:sic igitur & magnam habet coronam eiusmodi, laboriosa nanq; magnas habet retributiones. Tu verò nequaquam laborem attende,sed retributionẽ considera.Sic & in vitæ rebus fit.Si verò laborem prospexeris,graue atque onerosum:si verò retributionẽ cogitaueris,leue & facile quod subest. Sic & gubernator,si fluctus viderit solùm, nusquam è portu scapha digredietur,sed ipsam præ fluctibus vtilitatem, commodumque metitur,atq; demum credit innãbili pelago:sic & miles si vulnera cædesq; viderit, non iam induit thoracem:si verò triumphos præ vulneribus victoriasq;,imperatum quasi concurrit ad prælium. Quæ enim natura grauia, sic leuia fiunt,cùm iam nõ labores cogitamus, sed ipsos laborum fructus consideramus. Discrẽne vis, quomodo natura grauia,leuia fiunt?Paulum audi dicentem:Nã & ipsum momẽtaneum & leue tribulationis nostræ supra modum excellsum, æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Aenigma est quod dicitur, tribulatio quomodo leuis?hæc enim repugnãt. Sed soluit ænigma illatio sustentans tribulationis leuitatem,quomodo ergo est leuis?quomodo non hæc quę videtur nobis duntaxat cõsiderantibus. Sed coronam proposuit nunc quidem inuisibilem,certamen atq; leue simul fecit seculum. Ostẽdit brabium,& desudãtem solatus est. Tu verò cùm mulierem videris formosam, splendẽtem oculis, ornatam stola,libidine titillantem, desiderantem visum: respice desuper stãtem coronam, quò tale spectaculum præteras. Vidisti cõseruum?dominum considera, atq; omnino morbum curabis. Si enim qui disciplina pædagogũ sequuntur,non flectuntur circum,non variè inhiant,nõ studio desistunt: multò magis tibi, qui Christum quasi præsentem cogitationibus intueris, nihil horum fuerit. Qui mulierem viderit ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo.Iocundè ac fæpius legis decurro brabium, vtinam & per dies singulos idipsum decurrissem:immo non ad vos, sed ad eos qui peccatis sunt obnoxij,magis autem & ad vos. Nam vos firmiores essetis, & qui morbo laborant ad sanitatem citius redirent. Qui viderit mulierem ad cõcupiscendum eã, iam mœchatus est eam in corde suo. Sufficiũt omnem peccati morbum purgare nuda hæc verba recitata. Sed ignoscite, vulnera purgamus, vulnera verò purgantem necesse est amaras medicinas imponere. Quantò verò magis portabunt verba, tantò magis purgabitur virus. Quemadmodum igitur ignis natura auri naturæ quantò cohærebit,tantò magis virus consumit: sic & horum timor,quantò mente imprimitur,tantò magis peccatũ impudicitiæ nostræ purgatur. Hìc igne examinemus,verbo scilicet doctrinæ,quò minus idipsum cogamur examinare gehẽnæ igne. Nam purgatam animam atque hinc abeuntem ille nõ suscipiet ignis: vniuscuiusque enim opus quale,inquit,sit,ignis probabit. Probemꝰ nosmetipsos nunc sine dolore, quò nec cum dolore tũc probemur. Quicquid ergo fortasse dixeris, id erit quod diximus laboriosa lex. Quid igitur,impossibilia,mandat nobis deus?non inquam,obmutesce, neque domino succenseas. Non enim hic responsi modus, sed peccati additamentum priori peius. Quòd autem peccatorum plurimi consueuerunt in dominũ suas accusationes retorquere, audi: Accessit ille cui talenta quinque tradita fuerant, & alia quinque attulit: accessit qui duo, & duo attulit: accessit cui vnum fuit creditum, & quoniam nõ habuit talentum quod ferret, pro talento accusationem attulit. Quomodo? Noui,inquit, quoniam austerus es. Oserui proteruiam,non contentus peccato, etiam contra dominum statuit accusationem. Metens vbi nõ seminasti,& tollens quod non posuisti: Sic & in præsenti vita quotquot nihil operantur boni, additamentum malorum faciunt accusationem aduersus dominum. Nequaquam igitur dominum incuses:haud mãdat impossibilia,multi & ipsa superant mandata.Ergo si impossibilia fuissent, minus sua spõte superassent virginitatem. In bonisq; nihil possidere nusquam mandat, atque à se propriam substantiã multi abiiciunt,ipsis operibus reddentes testimonium legibus mandatorum inesse multũ facilitatis. Nequaquam ergo superassent ea, nisi facilia approbassent.Non mandauit virginitatem: nam virginitatem mandans, & necessitatem & voluntatem agit: qui verò admonet auditorem, relinquit dominũ propriæ voluntatis.Propterea Paulus inquit: De virginibus autem præceptum non habeo,consilium autem do. Cernis non mandatum,sed consiliũ?Cernis non præcipientem,sed admonentem? Alterum necessitatis,inquit, alterum voluntatis.Non præcipio,inquit,vt non onerem. Moneo & consilium do,vt alliciam:Sic & Christus nequaquam inquit,omnes virginitatem tenete.Nã si mãdasset omnes virginitatem tenere,& legem mandasset esse præceptum,his obediens iam nõ honore multo dignaretur,& inobediẽs supplicia dedisset. Vidisti quemadmodum nobis parcit legislator? Quomodo nostra solicitus est pro salute? Nunquid non poterat præceptum hoc ponere,& dicere:Qui quidem virginitatem sequẽtur,honorabuntur:qui verò non,punientur? sed onerasset naturam: parcit ergo naturæ nostræ. Dimisit extra studium, dimisit superiorem certaminibus virginitatẽ, quò & in ea proficientes, suam magnanimitatem ostẽdant: non proficientes verò, domini indulgentia digni habeantur:Sic & de mendicitate rem nõ posuit in præcepto, neque simpliciter dixit, vende quæ habes: sed, si vis perfectus esse,vade & vende quæ habes. In tua iacet voluntate,dominus eris consilij tui:non cogo,non gratuo,sed proficientem quidem coronabo,non proficientem non punio.Nam ea quæ ex mandato, quævẽ ex debito fiunt,præmium iam non tale consequuntur:quę de industria,sponte que fiunt, splendidas coronas suscipiũt. Atque horum Paulum inducam testem: Si euangelizauero,inquit, non est mihi gloriatio. Quare? Necessitas mihi imposita est: væ enim mihi est nisi euangelizauero. Cernis in legibus hunc quidem proficientem non multum habere præmij, necessitas enim est: qui autem non proficit, reus erit supplicio & vindicta. Væ autem est mihi nisi euãgelizauero. In cæteris verò quæ ex proposito non sic. Sed quid? Quæ est ergo merces mea? vt euangelium prædicans, sine sumptu ponam euãgelium Christi,vt non vtar potestate mea.Ibi lex erat,propterea mercedis multum non habuit:hic propositum,quare mercedis multum habuit: Hæc à me omnia non inuacuum dicta sunt,sed diuinæ legis gratia,vt ostendã grauem non esse,non esse onerosam,non laboriosam, neq; impossibilem. Qui viderit mulierem ad cõcupiscendũ eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Vidit simul & idipsum Christus multos legis difficultatem accusaturos,quapropter haud nudam,neq; simplicem induxit, neq; à semetipso:sed antiquę legis memoriam reduxit à comparatione,fœlicitatemq; illius atque humanitatem ostendit.Quomodo autem,attendite.Nõ enim simpliciter dixit,qui viderit mulierem ad concupiscẽdum eã, iã mœchatus est eã in corde suo.Hìc ergo diligenter at-

Lucæ.12.f

Exod.20.d
Deut.5.c.d
Matt.5.d

2.Cor.4.d

1.Cor.3.c

Matt.25.b

1.Cor.7.e

Matt.19.c
Mar.10.b.
& Luc.18.d

1.Cor.9.c

Matt.5.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

H tende. Sed prius antiquæ legis reminiſcitur, dicens: Audiſtis quia dictum eſt antiquis, non mœchaberis: ego autem dico vobis, Omnis qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, mœchatus eſt eam in corde ſuo. Vidiſtis geminas, legem veterem & nouam, quã poſuit Moſes, & quam ipſe introduxit? Magis autem & illam poſuit, etenim per Moſen. Quare perſpicuum eſt eã ipſam à ſe fuiſſe poſitam: nõ ex Ioanne, aut apoſtolorum quoquam teſtimonium vſurpabo: nam ad Iudæos mihi cõcertatio eſt, ſed à prophetis quibus videntur credere, ab ipſis oſtendam & veterem & nouam vnum habere legiſlatorem. Quid igitur Hieremias inquit? Diſponã vobis teſtamentum nouũ. Sed inde videmus quòd ad veterem idem ipſe dederit, dicente: Ego diſponam vobis teſtamentum nouum, non iuxta teſtamẽtum quod diſpoſui patribus veſtris. Ita, ſed hactenus iam non rem oſtendimus: oportet enim vniuerſa eiuſmodi refragrantia adducere in medium, manifeſtaq; facere, quòd ſermo continuò purus nobis inſit, nullamq; impudicis relinquamus cauſam. Diſponam vobis teſtamẽtum nouum, non iuxta teſtamentum quod diſpoſui patribus veſtris.

G Diſpoſuit teſtamentum Noë cùm diluuium fuit, volens nos timore liberare & colluctatione, ne diluuiũ intuentes & imbrem, id cõmune exitium aſſiduè timeremus, propterea inquit: Diſponam teſtamentum tecum, & cũ vniuerſa carne. Iterum ad Abraham teſtamentum circunciſionis diſpoſuit. Diſpoſuit teſtamentum per Moſen omnibus notum. Dixit Hieremias: Diſponam vobis teſtamentum nouum, non ſecundum teſtamẽtum quod diſpoſui patribus veſtris. Dic, quibus patribus? Etenim perſonarum indeterminatio cõfuſionem parit. Hìc aduerte non iuxta teſtamentum quod diſpoſui patribus veſtris, non quòd minus credas ſub Noë teſtamentum datum: ſed eius de cætero tẽporis ſic reminiſcitur dominus, dicens: Diſponam vobis teſtamentum nouum, non iuxta teſtamentum quod diſpoſui patribus veſtris, ſubiunxit & tempus, In die qua tenui manum eorum vt educerem eos de terra Aegypti. Quò primum oſtenderet amorem, non quaſi ſeruos eduxit, ſed veluti paruulũ filium manu accipiens pater, ſic liberauit: non poſt tergum ſequi mandauit quaſi ſeruum, ſed veluti filium nobilem & liberũ manu tenens, ſic duxit. Vidiſti teſtamẽ-

I torum duorum teſtatorem vnicum? Quoniã in certamine liberati ſumus, & ex vno id tibi oſtendam, vt teſtamentorum conſonantiam noſcas. Vidiſti prophetiã quæ ex verbis eſt diſce vel eam quæ figuris conſtat, quãuis idipſum perſpicuum ſit. Quid nam per figuram ſit prophetia, quídve per ſermonem prophetia, breuibus ergo idipſum manifeſtum faciemus. Prophetia per figuram quæ rerum eſt prophetia, altera prophetia verborum: nam prudentioribus quibuſque verbis perſuaſit, ru diores verò per rerum viſionem cohortatus eſt. Quoniamquidem futurum erat rem magnã in lucem prodire, & deus carnem ſuſcepturus erat. Quandoquidem terra cœlum fore debebat, noſtráque natura ad angelorum nobilitatem aſcendere, quoniamquidem ſpem ipſam ſuperauit & expectationem, egrediens ſermo futurorum bonorum, vti nouum & inauditum repentè comparens, audientes minus videntẽſque turbaret. Figurauit olim res, pèrque verba noſtrum aſſueſcens & auditum & viſum, quódque in lucem futurum erat præparans: hoc autem erat quod diximus, Quòd eſt per figuram prophetia, & quòd eſt per ſermonem prophetia. Altera quidem rerum, altera ſermonum. Dico tibi rerum

Exod.20.& Deute 5.c

Hiere.31.e

Gene.6.d Ibidẽ.16.b

Exod.24.c Hebr.9.c

Eſa.53.c

ciſionem ductus eſt, & ſicut agnus coram tondente ſe K obmutеſcet. Hæc per verbum prophetia: Cùm enim Abraham tulit Iſaac, tunc arietem videns hærentem cornibus, ad ſacrificium duxit, opere veluti per figurã proclamans nobis ſalutarem paſſionem. Quod igitur dixi, vis tibi duo hæc teſtamenta per opera oſtẽdam? quemadmodum vidiſtis ouem in verbo, diſcite & in re. Dicite mihi, qui ſub lege vultis eſſe. Bene dixit, vultis, non enim erant ſub lege: fortaſſe ænigma eſt quod dicitur. Natũ lex adhærens Chriſto tranſmiſit, qui magiſtro iniuriatur, ignorat & pædagogum. Quare, inquit, dicite mihi qui ſub lege vultis eſſe, legem non audiſtis? Quoniam Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, alterum de libera, quæ ſunt per allegoriam dicta. Vidiſti per rem prophetiam? in eo enim quòd mulieres habet, non verbum, ſed res eſt. Et ſeruam & liberam, & liberam oſtendit tibi per verba. Quoniam duorum teſtamentorum vnus eſt legiſlator, diſce & ipſam figuram. Abraham duas vxores habuit, hæ autem ſunt duo teſtamenta & vnus teſtator: quemadmodum illic ouis & ouis, alterum quidem in verbo, alterum autem in re, multa verò & operum, & verborum concordantia ineſt: ſic L & hìc teſtamenta duo. Et hoc Hieremias quidẽ per verba prædixit: Abraham autem duas habens vxores, operibus figuratiuit. Quemadmodum igitur vnus vir, & vxores duæ, ſic vnus legiſlator, & teſtamenta duo. Sed quod dixi, vniuerſa vnde hæc effuſa ſunt: Iam mœchatus eſt Matt.5.d eam in corde ſuo. Sed quare hæc vniuerſa nouimus? Cuius ergo rei gratia veterem ipſis legem repetit? dicit enim ipſis: Audiſtis quoniam dictum eſt antiquis, Non Ibidem. mœchaberis. Cognouit difficile eſſe mandatum, non ſuapte natura, ſed audientium deſidia. Multa enim quæ natura facilia ſunt, difficilia fiunt cùm pigritamus: veluti difficilia quæ ſunt, leuia & facilia fiunt nobis accuratè proſpicientibus: non enim difficultas rerum naturæ ineſt, ſed exercentium propoſito. Quod veriſſimum eſſe vel ex eo patet. Nam mel natura dulcedinem habet, atque eãdem iocundiſſimam, ſed ægrotis amarum quid, atque illitum eſt, non propria, ſed illorum ægritudinis natura: ſic lex tametſi videatur onerоſa, non ſua natura, ſed noſtra fit pigritia. Haud etenim mihi multum laboris, oſtendere factum facile eſſe: nam & ipſum difficile aliud dicere oportuerat. Nunc enim dicit, fuge M mulieris viſum, à luxuria recede. Quod aut peius oppoſitum dicere fuerat, exquire mulieres, ſcrutare alienas formas, atque ſic libidinem vince. Id ergo difficile fuerat: nam dicere fornacem fuge, recede longius ab igne, flammæ propius non acceſſeris, quò ſis innocuus, multum facilitatis habet. Etenim iuxta naturam mandatum eſt antiquis, nõ mœchaberis. Cuius igitur rei gratia antiquam legem nobis ad memoriam redegit? Alteram introducturus, quò ſcilicet comparatione diſcas non eſſe huius atque illius pugnam. Cùm enim ponitur comparatio, tunc fit manifeſtius iudicium, quoniam inficiaturi erant quidam quòd legiſlatoris loco hæc diceret. Ecce, inquit, vtraſque alternatim leges pono, tantæ diſce conſonantiam. Non id ſolùm, ſed etiam vt oſtendat facilem, opportunéque introductam: propterea inquit, Audiſtis quia dictum eſt antiquis, non mœ- Ibidem. chaberis. Tardiu in antiqua lege cogitauiſtis. Quaſi doctor pigritanti paruulo antiquorum doctrinæ inniti volenti, atque ad altiora eum tollere cupiens dicit: Cogita quantum temporis hac in lectura contriuiſti. Sic & Chriſtus recordatus, eos prolixiori tempore tenuiſſe legem antiquam, & cogitaſſe in ea, eſſeque tempus de

cætero

Gene.22.b

Galat.4.c

Roma.2.b

Hebr.10.e

Matt.5.c

Ibidẽ.12.d

1.Cor.11.f

A cætero ad altiorem conſcendere, ad ipſam quæ patrum quandoq; fuerat, legiſlationem traducit, dices: Audiſtis quia dictum eſt antiquis, nõ mœchaberis: id antiquis dictum eſt, ego autem dico vobis. Si enim antiquis dixiſſet, meritò quæritis, cũ imperfectior adhuc eſſet noſtra natura. Ea verò cũ altius pullulauit, perfectior facta eſt, atque diſcipulis perfectioribus de cætero ipſis erat. Propterea incipiens à legiſlatione, ne quis intuens philoſophiæ ſublimitatẽ pigritet, aut mora teneatur, inquit: Niſi abundauerit iuſtitia veſtra plus quàm phariſæorum, nõ intrabitis in regnum cœlorũ. Plus à me laboris exigis? quare, num vnà cum illis non ſum? natura? nunquid non homo ſimilis illis? Quò minus hæc dicerent: Quare nobis labores addidit? quare maiores deſidationes exquirit? dicens labores, dicens certamina, dicens extenſionẽ legis, & præmiorum meminit. Nequaquã, inquit, Paleſtinam do, neq; terrã fluentem lac & mel, ſed ipſum vobis cœlum defero. Neq; in officiorum mercede plura ſolùm recipimus, ſed etiã in ipſa peccatorũ tranſgreſſione ſuppliciũ maius trahimus. Quemadmodum qui legẽ præceſſerunt, mitiorẽ pœnam his dederunt, qui peccauerũt in lege. Quicunq; enim ſine lege peccauerunt, ſine lege B peribunt: id eſt, legem accuſante nequaquam habebunt. Sed hos contra ab ipſa natura ſententiam, inquit, feram inter cogitationes accuſantes, vel reſpondẽtes. Sic & his qui in lege peccauerunt delinquentes ſub gratia grauioribus ſuberunt tormentis. Atq; differentiam ipſe oſtẽdit Paulus, dicens: Irritam quis faciens legem Moſi, ſine vlla miſeratione duobus vel tribus teſtib⁹ morietur. Quãtò magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui filiũ dei conculcauerit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt, & ſpiritui gratiæ contumeliã fecerit? Cernis ſub gratia maiorem pœnã, veluti & præmia maiora. Sed quoniã ſancta myſteria ad memoriã vobis retuli horrẽda ac ſpiritualia, rogo, obſecro, deprecor, atq; omni cum inſtantia expeto, omne deponentes peccatum, horrendã ſic ad menſam hanc accedere. Pacem, inquit, ſequemini cum omnibus, & ſanctificationẽ, ſine qua nemo videbit deum. Qui autem videre dignus non eſt, neq; communione dignus eſt dominici corporis. Propterea Paulus inquit: Probet autem ſe homo, & ſic de pane illo comedat, & de calice bibat. Non reuelauit vlcus, nõ in cõmune theatrum accuſationem produxit, C non doctorũ teſtes ſtatuit: intus in conſcientia adſtante nemine, præter eum qui cuncta videt deũ, qui & ſcrutatur, & de peccatis iudicat, & omnium vitam quaſi lance quadam libràt, iudicium peccatorum ſtatuens, reforma quod deliquiſti, atq; ſic pura conſcientia ſacram attinge menſam, particepsq; ſancti ſacrificij fias. Hæc mẽte retinentes, & omnium quæ de luxuria diximus recordati, quantaq; his pœna poſita ſit, qui incontinẽter & minus pudicè reſpiciunt in mulieris faciem, & præ gehẽna dei timorem & charitatem habentes ante oculos, noſmetipſos hinc inde purgantes, ſic ſacris myſteriis propinquemus, ne in iudicium, damnationemq; nobis fiãt. Sed & in ſalutem, & animæ ſanitatem, fiduciamq; continuam ſalutis huius ſuſcipiamus: quam aſſequi nos contingat, gratia & amabili clemẽtia domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia nona.

ERgo nouiſtis vnde nobis heſternus ſermo inceperat, aut vbi defecerat, aut vbi incepimus prioris homiliæ verba: ſed vos oblitos exiſtimo, quo vobis ille ſermo quieuerit, qua in re minus dãno, aut redarguo. Quiſq; enim veſtrum vxorem habens

paruulis ſtudet, & quæ domi ſunt curat omnia. Alij militiæ indulgent artibus, alij laborant manibus, ac veſtrũ quiſque diuerſis inſudat operibus: nos verò in his verſamur, in his cogitamus, atque in his noſtrum terimus tẽpus. Itaque ea in re haud accuſandi eſtis, magis pro ſtudio laudãdi, quòd nequaquam nos vllo reliquiſtis ſoleni die. Is enim laudum eſt cumulus ciuitati noſtræ, non tumultum & ſuburbia, non domos deauratis trabibus tricliniis, ſed diligentem populum habere, atq; exercitum. Neque enim ex frõdibus generoſam arborem, ſed ex fructibus intuemur. Idcirco enim multis animalibus prælati ſumus, quòd ſermonem habemus, ſermone mutuo colloquimur, ſermonẽ amamus. Homo qui ſermonem abhorret, iumentis eſt minus rationalis, non ſatis ſciens cuius gratia honoratur, atque vnde honorem accipit. Quare bene propheta: Homo, inquit, cùm in ho- Pſal.48.d nore eſſet non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. En homo cui proprium loqui, ſermonem non amas, & qua nam indulgẽtia dignaberis? Sic mihi omnes neceſſarij eſtis, ſed in primis qui ad virtutis ſermonẽ pennati adueniſtis. Vndique igitur edocti diuino ſermone rem aggrediamur, atque prioribus ſequentia cõnectamus. Debeo enim vo E bis, atque ipſe læto vobis animo debitum perſoluo: non enim id mihi inopiam affert, ſed diuitias nunciat. In his quæ foris ſunt qui credunt, debitores fugiũt, quò minus reddãt, & meritò quidem: nam exteris in rebus reſtitutionem inopia accedit, ipſam verò ſermonis diſſolutionem diuitiæ ſequũtur. Quale id eſt, debeo cuiquam aliquid: ſi perſoluero, nequit apud illum & illũ eſſe, atq; etiam apud me, ſed à me deficiens, illi adhæſit: ſermonẽ verò ſi perſoluero, & mecum eſt, atq; omnes habetis: ſi ſermonem retinuero, neq; reſtituam, tunc inops ſum: ſi perſoluero, tunc ditior fiam. Si non perſoluero ſermonem, ſolus ipſe diteſco: ſi perſoluero omnibus vobis, fructum refero. Eia ergo debitum reddamus. Quid nã id eſt de pœnitẽtia ſermonem cudimus, ac cæteris de virtutibus, quòd multæ, variæq; ſunt pœnitentiæ viæ, quibus facilis nobis ſalus fiat. Nam ſi vnam nobis dediſſet, repuliſſemus eam vtiq;, dicẽtes: Nequimus hanc ingredi, ſaluari nequimus. Nunc ipſam hanc tuam amputãs obiectionem, non vnam tibi, neq; ſecundam, neque tertiã, ſed plures, ac diuerſas dedit, quò multitudine tibi ad cœlum facilis aſcenſus fiat. Et dicimus facilè eſſe pœniten F tiam, neq; onus in ea: peccator es, eleemoſynam ingredere: dic peccaui, & ſoluiſti peccatum. Producimus peccantem Dauid, & ſoluentem peccatum: hinc ſecundam ſubiicimus viam, ſuper peccatum flere, & dicimus: Quis nam hic labor? non pecuniam opus infundere, non longas ire vias, nec tale quid dicere, ſed peccatum flere dũtaxat. Hoc de ſcriptura inducimus, quòd in Achab deo, quòd fleuerit, quòd mœſtus fuerit, peccatũ ſibi dimiſit, atque eidem Heliæ dicit: Nónne vidiſti humiliatum A- 3.Reg.21.g. chab coram me flentem, & contriſtatum? non faciam ſecundum iram meam. Hinc tertiam dedimus pœnitẽtiæ viam, ac de ſcriptura phariſæum duximus in mediũ, ſimul & publicanum: Quòd phariſæus quidem ſuperbè Lucæ.18.b elatus, à iuſtitia cecidit: publicanus humilibus conſentiens, fructum iuſtitiæ ſuſcepit, neque vllo ſub labore preſſus iuſtificatus eſt: verba dedit, res accepit. Agè ergo cœptum ſequamur, & quartam proferamus viam. Et quæ nam ea eſt? Eleemoſyna, regina illa virtutum, homines celerrimè ipſorum in cœlorũ axes adducet, aduocati optimi loco fungens. Magna res eleemoſyna, præcidit aërem, tranſit lunam, Solis radios cædit, ad ip-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G sum venit cœlorum culmen, ipsos pertransiens cœlos, & angelorum populos decurrens, archangelorumq; choros, & omnes superiores potestates, ipsi assistit regali throno. Quod ex ipsa discere scriptura. Corneli, eleemosynæ, inquit, & orationes tuæ ascenderunt in conspectu dei. Tametsi multa habueris peccata, aduocatrix eleemosyna est, ne timeas. Nulla enim super omnibus virtutibus huic sese opposuerat. Christum requirit, quę ipsa lucrifecit propriis in manibus baiulans. Ipsius enim domini est vox: Si quis fecerit vni ex minimis his, mihi fecit. Ita ergo quotquot talia habueris peccata, eleemosyna tua omnibus est grauior. Aut non intellexistis in euangelio decem virginum parabolam, quòd eleemosynã non habentes, virginitati indulgentes, à nuptiis excluse sunt? Erant, inquit, decem virgines, quinq; prudentes, & quinq; fatuæ: prudentes quidem oleum habebant, stultæ verò non habebant oleum, sed extinctas lãpades. Accedentes autem stultæ, ad prudentes dixerunt: Date nobis oleum de lampadibus vestris. Pudet me, & rubore confundor & lachrymis, virginem stultã audiens. Eruhesco cũ audio nomen post tale virtutis lucrum, & virginitatis studium, vbi in cœlũ euolarunt, vbi ad ipsas superiores virtutes certamen habuerant, laboresq; superauerãt, vbi ipsam voluptatis flammam conculcauerant: tũc insipientes, & iure insipientes, quòd maius cùm vicissent, à minore victæ sunt. Et accedentes insipientes, dixerũt sapientibus: Date nobis oleum de lampadibus vestris. Hæ autem dixerunt: Non possumus vobis dare, ne fortè non sufficiat nobis & vobis. Et non malitiæ illud verbum, sed timoris. Ne fortè non sufficiat nobis & vobis: ne fortè quemadmodum omnes intrare quærimus, omnes remaneamus: sed abeuntes emite vobis à vendentibus. Qui nanq; sunt mercatores olei huius? Pauperes ad eleemosynam sedentes, & quanti emitur? quãti libuerit. Precium non appono, ne obiicias inopiam. Quanti potes tanti eme, habes denarium, eme cœlum: nõ quòd venale sit cœlum, sed quòd clemens sit dominus. Non habes denarium, da calicẽ frigidę aquę. Inquit, enim: Quicunque dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ propter me, non perdet mercedem suam. Mercatura negotiatióq; cœlum est, atq; ipsi pigritamus. Da panẽ, & accipe paradisum: parua da, & magna suscipe. Da mortalia, & immortalia recipe: da corruptibilia, & incorruptibilia accipe. Si celebritas adesset, epulũ habens, atq; in ea ciborum abundantia multáq; paruo emerentur, num substantiam vendentes, cunctaq; postponẽtes, in partem ei⁹ negotiationis venietis? Et vbi quidẽ corruptio tanto studio laboratis, vbi immortalis est negotiatio pigritatis, atq; adeò cõciditis. Da inopi, quãuis tu tacueris orare pro te, respondebunt infinita. Eleemosyna tua stante & declinante, precium redemptionis animæ eleemosyna est. Præterea pelues & lauacra cũ aqua sunt, quò manus laues, qua vestes aqua: sic & eleemosyna quò per eam animæ manus diluas. Ne inopiã proferas. Vidua in vltimo cœnaculo Heliam hospitabatur, ac paupertas non affuit impedimẽto, sed eximio cum gaudio susceptit eum, quare & dignos recepit fructus, & metẽs eleemosynæ spicam legit. Sed fortasse audiens dicet, da & mihi Heliam. Quĩ quæris Heliam? dominum Heliæ dato tibi, nec ipsum cibas: Heliam si inueneris, quomodo hospitaberis? Christi domini sententia est. Quicunq; vni ex minimis fecerit, mihi fecerit. Si fortè rex quempiam de populo appellauerit, atq; e ad seruos dixerit: Reddite gratias huic meo nomine quãplures, qui me inopia laborantem nutriuit, qui mihi beneficia in tẽpore permulta contulit: nũ certatim quisq; pecunias eius omnes appenderit, cui rex gratias dederit? Si ergo in hominẽ regem tantũ honoris res ipsa tribuit, cogita Christũ in illa die ad angelos dicentẽ: Hic me in terra suscepit hospicio, hic mihi innumera contulit beneficia, hic me peregrinum existentẽ confouit inducens. Cogita de cætero fiduciam, inter angelorum populos gaudium. Igitur cui testimonium Christus perhibet, non fiduciam super angelos habuerit. Magna igitur res eleemosyna fratres. Hanc amando faciamus, cui nihil æquale: potens est enim peccata alia delere, iudiciúmq; propulsare. Te tacẽte infinita pauperum ora gratias referunt, imò verò minus verbo aut ore necesse est, rebus ipsis clamãtibus. Tã adeo exuberãs, tamq; magnum est eleemosynæ bonum, & ipsi pigritamus & concidimus. Da panem pro posse: non habes panẽ, da denarium, da vel frigidæ aquæ calicem: atq; neq; id habes, vel malis oppresso compatere, atq; appensam mercedem habes. Nõ enim necessitatis, sed intentionis est merces. Aliter etiam in his disputemus. Euagata à nobis oratio est. Agè ad propositum redeamus. Date nobis oleum de lampadibus vestris. Non possumus vobis dare, ne fortè non sufficiat nobis & vobis, sed euntes emite à vendentibus. Abeuntibus autẽ ipsis, venit sponsus, & qui habebant oleum, intrauerũt cum eo. Et clausa est ianua conuiuij. Insipientes autẽ accedentes clamabãt: Aperi nobis domine. Vox autem ab intra ad eas: Recedite à me, nescio vos. Id omnino est frustra magnum virginitatis certamen. Cogita quomodo post tot labores exclusæ sunt, cũ frenabant incontinentiam, cũ aduersus voluptates opposuerãt sese, cùm superiores ad virtutes certamen habuerãt, cùm vitæ huius res spreuerant, cũ periculum tolerauerant magnum, cùm tantũ laboris superauerant, cùm de terra ad cœlum euolauerant, cùm corporis signaculum non soluerẽt, ac magnũ virginitatis specimen acquisiuerant, cũ in corpore quæ incorporeorum sunt perfecerant, cùm corporis necessitates suppeditauerãt, cùm magnum atque incomparabile virginitatis lucrum possederant, tunc audierũt: Recedite à me, nescio vos. Neq; enim mihi existimaueris tantillam virginitatis esse magnitudinẽ: talis enim virginitas est, vt eam potuerit nemo veterum conseruare. Propterea enim gratia magna, quòd quæ tremẽda prophetis fuerat & veteribus, eadem nũc facilis leuisq; existimatur. Quæ tunc fuerunt grauissima & necessaria, virginitas, mortisq; desp[e]ctus: ea nunc vel teneræ puellæ parui pendunt. Grauis etenim erat virginitatis possessio, vt hac se nemo religaret. Noë iustus erat, & à deo testimonium accipiẽs, sed mulieri adhęsit. Grauis etenim erat virginitatis prædicatio, quoad flos de virgine germinaret. Nemo igitur veterum poterat virginitatẽ tenere. Magnum etenim est corpus frenare. Pinge mihi sermonem virginitatis, specimen atque ei magnitudinem disce. quod bellum habet quotidie nullatenus sedandum, ipso barbarico bello deterius. Nam barbarorũ bellum vel temporis quietem habet, quo aut paciscũtur, aut ordinant, & quandoque quidem pugnant, quandoq; non, & ordines, & tempora sunt: belli verò in virginem collati nulla datur quies. Diabolus est enim semper belli inferens. Non tempus obseruationis sciens, non globum in aciem congregans, sed quærens virginem semper nudam inuenire, quò mortale infligat vulnus, neque à bello vnquam virgo cessare potest. Et damnati ad tempus quidem præcipium vident, neque paribus molestiis premuntur: virgo autem quocunque abierit, & iudicem circũagit secum, & inimicum secum portat ad bellum,

A ad bellum, neq; vesperi permittit respirare: nõ nocte, nõ diluculo, nõ meridie, sed bellatur semper, voluptatémq; submittit: nuptias in memoriam adducens, quò virtutẽ excludat, malitiámq; in ea generet, pudorem expellat, fornicationem inserat. Exuritur ergo singulis diebus & horis, fornacis modo succensa. Cogita quantus officij labor sit. Sed illæ post hæc audiuerunt, Nescio vos. Videte magnam, cùm virginitas secum sororem habuerit eleemosynam. In ea nulla aduersa poterunt, sed omnibus superior erit: propterea non introiuerunt illæ, quòd cum virginitate eleemosynam non habuerunt. Multo rubore digna es, voluptatem debellans, pecuniæ succubuisti: sed virgo quæ vitæ renunciãs, modò crucifixa, pecuniam amas, vtinam virũ desiderasses, atq; minus criminandum fuerat: nam eiusdem substantiæ rem ac materiam desideraſſes. Sed & hæc væ. Quid enim quæ sub viro sunt? illæ sæuitiam malè ostẽdunt sub filiorum vmbra. Quòd si ei dixeris, da eleemosynam, filios habeo, & nequeo dicit. Deus filios tibi dedit, fructum ventris accepisti, non quò sæua, sed quò pia, misericorsq; fias. Ne igitur causam clementiæ pietatisq;, sæuitię causam feceB ris. Cupis hæreditatem bonã filiis tuis relinquere, eleemosynam relinque, quò te omnes laudibus efferant, vulgatámq; artem memoriæ tuæ relinquas. Tu verò haud habens filios, sed vitæ crucifixa, quid pecuniam congregas? Sed iustus nobis sermo à pœnitentiæ, & eleemosynæ via abducitur. Diximus eleemosynam magnã possessionem, inde suscepit nos pœnitentiæ pelagus. Habes igitur pœnitentiam, magnam eleemosynam, valentem peccati catenam dissoluere: habes & viam aliam pœnitentiæ opportunam, qua poteris à peccatis te vẽdicare. Ora per momenta singula, neq; orans deficias, dei clementiam pete, neq; repellet manẽtem te, sed peccata dimittet, & petita concedet. Orãs quidem si exauditus fueris, permane gratias agens in oratione: non exauditus, mane orans vt exaudiaris. Neq; dixeris, multùm oraui, atq; haud exauditus sum: etenim vel id sæpe tuæ vtilitatis gratia. Nouit enim quòd piger es, & concideris, quíq; si cõpos voti fueris, abis iam non orans: & sub voto orationis protrahit te, quò crebrius deũ alloquaris, orationeq; exciteris. Nam si ea in necessitate existens, atq; indigens pigritas, neque orationi insistis: quid nam egeris horum, si nullo indigueris? Itaque id tibi facit, quò frugi C tibi res fiat, nolens te absistere iugi oratione. Mane ergo & ora dilecte: multùm enim oratio potest: neq; rem partam aggrederis orationi indulgens. Quòd oratio peccatum dimittet, vel ex diuinis euangeliis disce, quid enim inquit? Simile est regnum cœlorũ homini, qui suã ianuam clausit, venit autem quidã vespere, accipiẽs volens ab eo panem, & pulsat dicens: Aperi nobis, quoniã indigeo panibus. Hic ad eum: Non possum dare tibi, obdormiuimus enim & nos & paruuli. Hic autem insistebat pulsans ianuam, neq; recedebat. Dixit ergo paterfamiliãs: Surge, & da ei, & dimitte abire. Docet ergo te orare, neque obtorpescere. Si minus acceperis, permane quoad acceperis. Plures alias pœnitentiæ vias in scriptuHiere.8.b ris inuenies. Ipsa pœnitentia & ante Christi aduentũ per eius prophetam Hieremiã prędicatur: Nunquid cadens non resurget, aut auertens nõ reuertetur? Et iterum post Ibidé.31.d hęc dicit ei: Recede, conuertere ad me. Præterea & vias alias pœnitentię diuersas dedit, quò nobis omnem desidię occasionem amputet. Nam si vnam haberemus, hac vadere nequiremus, mucronẽ hunc diabolus fugit. Peccasti, ecclesiam egredere, atq; tuum dele peccatũ. Quoties ceciderit in foro, toties exurgis: sic quoties peccaue

ris, peccati pœniteat, neq; desperes. Tametsi secũdò peD caueris, secundò pœniteat, neque animo consternatus à spe repositorum bonorum cadas: quanuis nouissimo in vitæ die peccaueris, ingredere, pœnitentiam age: medicinæ locus est hic, non iudicij, non pœnas, sed peccatorũ remissionem tribuens: deo solùm dic peccatum tuum. Habes & aliam pœnitẽtiam viam haud difficilem, sed omnino accommodatissimam: qualem? hanc, defle super peccatum tuum, idq; ex sacris docetur euãgeliis. Petrus ille apostolorum princeps, in ecclesia prior amicus Christi, qui reuelationem ab hominibus nõ accepit, sed à patre, sicut sibi testimoniũ dominus reddit: Beatus es Matt.16.c Simon Bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cœlis est. Hic idem Petrus, Petrum cum dico, petram nomino indebilem, non sed crepidinem immobilem, apostolum magnum, primum discipulorum, primum vocatum, & primum obedientem. Ille non paruam rem fecit, sed maximam qui dominũ negauit: hoc dico, non iustum accusans, sed tibi pœnitẽtiæ præbens occasionem. Ipsum orbis dominum negauit, saluatorem, procuratorem pauperum: vt verò altius repetamus: vidit saluator quosdam abeuntes retrò, & diE xit Petro: Nunquid & tu abire vis? Petrus autem dixit: Si Ioan.6.g oportuerit me mori tecum, non te negabo. Quid dicis Matt.26.f Petre? deus est qui decreuit, quid ipse reluctaris? Sed tamen intentio quod suum erat ostendit, naturæ verò infirmitas redarguitur. Hęc verò quando? Nocte verò, qua stetit Petrus ante prunas calefaciens se, puella quædam accessit & dixit: Herì & tu cũ homine hoc fuisti? hic au- Ioan.18.e tem dixit, Non noui hominem hunc: & impletũ est decretum. Hinc Christus respiciens in Petrum, vocem dimisit per ipsum intuitum. Non enim ore locutus est, ne ipsum fortè inter Iudæos redarguat, & proprium cõfundat discipulum: sed per oculum dimittens vocem: quasi diceret, petre, quod dixi, factum est. Igitur Petrus tũc sentiens cœpit flere: & non fleuit modò, sed amarè, secundũ baptisma per lachrymas ex oculis ostendens. Cumq; fleuisset amarè, deleuit peccatum. Non enim paruus fuit reatus proprium dominum negasse, sed magnus & fortis, eum tamẽ lachrymæ deleuere. Defle igitur & ipse super peccatum: neq; solũ defle, aut apparenter, sed defle amarè: quemadmodum & Petrus, ex ipso profundo deduc fontes lachrymarũ, quò dominus misericordia moF tus tibi dimittat: clemẽs etenim est, ipse enim dicit: No Ezech.18.g lo mortem peccatoris, sed potius conuertatur & viuat. Quid igitur lapidatus, cęsus, mortuus, qui omnia p Christi nomine suffert, qui cœlesti voce desuper cõpellatus, hic dicit qualem emiserit vocem? Accepi, inquit, gratiã 1.Cor.15.b à deo, sed & ego laboraui, & vnà toleraui, & gratia eius quæ in me est, vacua nõ fuit: sed plus laboraui omnibus. Nouimus, inquit, gratiæ magnitudinem quã accepi, sed non desidem inuenit: sic & ipsi fratres manus ad eleemosynam doceamus, vt parum quid inferamus. Ploremus super peccatum, ingemiscamus super iniquitatem, quò videamur vel parum quid inferre. Tametsi magna nobis in futuro reposita sunt nostram vim superantia: paradisus, quis est, & cœlorum regnum, cuius & ipsi omnes participes sumus, gratia & clementia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, & sancto spiritui, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia decima.

Ulla nunc recordatio vestri nos tenuit, quanto tempore abfuimus, atque ipse quidem vestri nusquam obliterari potui, sed vrbẽ dimittens, vestram memoriã nõ dimisi. Quemadmodũ enim qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

G corporum præstanti forma capiuntur,quocunq; recesserint,secum desideratam faciem circũferunt:haud secus ipsi venustate animarum vestrarum tacti , eam mentis vestrę speciem semper nobiscũ tulimus.Et veluti pictores coloribus variis corporis imagines oblinire ac decorare consueuerunt:ita & ipsi studium vestrum in cœtu,in audientia promptitudinem adducere,benevolentiam, cæteraq; alia officia, veluti colores virtutũ varios immiscentes,atque ipsum animarum vestrarum characterem imprimentes,mentisque apponentes oculos, ea speculatione satis nostræ peregrinationis accepimus solatij.Hæc & sedentes,& surgentes,& ambulãtes,& quiescentes,& introeuntes, & exeuntes continuò versamus, charitatem vestram interpretantes, neque interdiu solùm , sed etiam noctu iisdem cogitationibus quasi deliciis enutrimur.Illud cum Salomone scientes: Ego dormio,& cor meum vigilat . Idipsum & nobis contingit, nam somni necessitas palpebras ipsas contrahit. Tyrãnis verò amoris vestri oculos nostræ mentis excitat,atque sæpenumero per somnum vobiscũ loqui visus sum. Etenim consuevit anima, quæ interdiu cogitat, eadem H in somniis per phantasiam cernere . Quod & nobis tũc accidit.Et vos carneis oculis minus videtes,oculis charitatis inspicimus:corporeq; absentes,dispositione præsentes fuimus,meæ aures semper clamore vestro callebant . Quare & corporis ægritudine eo diutius cogente immorari, & aëris sanitate ad carnis sanitatẽ proficiente, id vis amoris vestri non tolerabat: sed exclamabat, neque prius molestando cessauit, quàm nobis ante præfixum tempus exurgere suasit,& salutem & alacritatẽ,& omne quodcunq; est boni conuentum hunc vestrũ existimare.Hac igitur suasi,maluimus redire, tametsi morbi reliquiæ minus cederẽt,corporis infirmitatem prorsus deponere satagẽtes,quàm de cætero charitati vestræ molestias inferre . Nam & illic manens criminationes audiebam : continuæ enim literæ has nobis afferebant. Gratiasque habui criminantibus non minus,quàm laudantibus.Nam animæ sitientis amaræ illæ criminationes fuerant,absentiam nostram accusantes. Quare surgens cucurri,quare nunquam mea vos mente quiui excludere:sed quid multa?ruri si commoratus licẽtia quadam & libertate fruens, vestri nõ sum obliuiosus recor I dator:quandoquidem Paulus vinculis alligatus,carcerẽ inhabitans,atq; infinitis penè periculis septum se vidẽs, in carcere non secus quàm in prato versatus,sic fratrum Philip.1.a memoriam habebat,& scribebat dicẽs: Sicut est iustum mihi hoc sentire pro omnibus vobis,& quòd habeã vos in corde & in vinculis meis in defensione, & confessione euangelij. Extra inimicorum catena,intra amoris discipulorum catena.Sed exterior quidem ferro obfirmabatur,interior charitate iungebatur . Et illa quidem sæpenumero deponebatur, hanc verò nunquam dissoluit. Sed quemadmodum mulieres quotquot dolorum partus experimenta sumpsere,cùm matres fiunt horũ quos parturiunt, quocunq; fuerint , vinculo cõtinuo alliguntur:sic & Paulus adeò multò fortius,semper enim discipulis suis adhærens,atq; affixus erat,eoq; fortius quò naturalibus spiritualia vincula sunt fortiora . Nam hic nõ semel,sed eosdem bis parturiuit,& clamauit dicens:Fi- Galat.4.c lioli mei,quos iterum parturio.Idadeò mulier nũquam pareretur,neque sufferret eosdẽ iterum dolores. Sed tolerabat hoc Paulus , quod in natura non est videri: & quos semel pepererat, iterũ in concipiẽs actos in his dolores. Propterea & confundere eos volens, dixit: Quos iterum parturio:quasi diceret,Parcite mihi: nullus filius secundò maternum vterũ partus doloribus affecit,quod K me pati cogitis. Nam dolores illi vno temporis momẽto torquent,atque infante aluo delabente & ipsi quoque delabuntur:hi verò non sic, sed & mensibus tot manẽt. Nam & annum totũ sæpenumero partus?ait Paulus, atque haud conceptos peperit. Et illic quidẽ carnis est labor,hìc verò nõ ventres extenduntur: vnde illi sunt dolores,sed animæ robur lacerant . Atq; vt discas eos feruentiores esse dolores:quæ vnquam mater optat natũ loco gehennã sustinere?Sed optat anathema esse à Chri- Roma.9.a sto,quẽ posset in deo ædere,quos semper continuè parturibat,& dicebat:Tristitia mihi est magna,& incessabi Ibidem. lis dolor cordi meo.Atque idem iterũ:Filioli mei,quos iterũ parturio,donec Christus formetur in vobis. Quid nam aluo illo beatius fuit , qui tales filios pârere potuit, qui in se Christum haberent? Quid verò fœcundius eo, qui orbem progenuit totũ ? Quid eo fortius, qui ædit os & adultos, in obtusumq; cadentes posset denuò cõcipere ac firmare ? Id autem in naturali partu præter humanas est vires . Quare igitur non dixit : Filioli mei quos iterum progenero:sed,parturio. Etenim alibi generans 1.Cor.4.d inquit,In Christo enĩ Iesu ego vos genui: illic ergo pro- L geniem tantummodo ostendere voluit,hìc verò & partum coram statuere conatus est. Quomodo enim filios vocat nondum enixos? Si enim parturit, nondum pepe rit,quomodo filios vocat?Vt discas quòd is prius eos nõ parturiuit doloribus,quod satis illis fuerat ad ruborem. Si enim,inquit, semel factus sum pater , debitũq; in vos partum toleraui, vos verò filij facti estis : quomodo me ad secũdos iterum dolores mittitis? Satis enim qui principio habentur sunt partus dolores, quid me secundariò doloribus cruciatis?Nam eorum qui nondum crediderunt casus, non secus quàm fidelium labori sibi accedebãt . Intolerabile enim fuerat post talium mysteriorum cõmunionem videre quosdam ad impietatẽ sponte declinare.Quare acriter & sublimè, ac omni muliere passibilius ingemiscebat dicens:Filioli mei quos iterũ parturio,donec Christus formetur in vobis . Id autẽ dixit, & fidere & timere volens.Cũ enim ostẽdit non formatum in ipsis Christum,timorem incussit,& agoniam:cũ demonstrat posse formari,iterum fidem voluit.In eo enim quod dicitur,donec formetur:vtraq; sunt ostendẽtis,quodq; nõdum formatus esset & formari possit. Si enĩ M foret impossibile,inuacuum ad eos dixisset,donec Christus formetur in vobis: ipsos spe vana nutriuisset . Hæc igitur scientes,neq; ipsi à spe cadamus,sed neque omnino pigritemus. Vtraque enim hæc perniciosa.Desperatio quidem exurgere non sinit, & stantem cadere facit, & nec?ctus quidẽ ex ipsis detrudit cœlis.Desperatio in ipsum malitię deducit abyssum,sicut fidentia deductum inde velociter trahit.Considera verò vtriusq; vim. Diabolus ante hæc bonus erat, pigritans verò & desperans cecidit,tãtaque obrutus malitia est, vt in posterũ nõ resurgeret.Quòd enim bonus erat,audi quid dicit:Vidi sa- Lucæ.10.c tanã veluti fulgur cadentẽ de cœlo.Fulguris enim similitudo & claritatem pristinæ cõuersationis ostendit , & naturæ acumẽ. Paulus blasphemus erat,& persecutor, & 1.Timo.1.c cõtumelios:vbi verò desudauit,& spe nõ decidit, exurrexitq; par angelis effectus . Iudas apostolus erat,sed pi- Lucæ.6.c gritans factus est proditor. Latro itẽ post tantum malitiæ,vbi de spe non lapsus est,ante omnes paradisum in- Ibidẽ.23.f greditur. Pharisæus cõsidens,quasi sua elatus virtute, ab Lucæ.18.b altitudine cecidit in profundũ:publicanus nõ diffidens, sic erectus est,vt illum præueniret.Vis vt tibi ostendã & vrbem omnem hoc facere ? Niniuitarũ vrbs sic omnis

A saluata est,& illos certè lata iam sententia à spe deputerat.Non enim dixit,si pœnitentiam egerint , saluabun- Ionæ.3.b tur : sed solùm , tres adhuc dies & Ninive subuertetur. Sed tamen iubente deo,& propheta clamante , sententia non moram , non correctionem habente non cecideruntà minis,neque bonas spes perdiderunt . Propterea enim conditionem minus apposuit,neque dixit, pœnitentiam si egerint saluabuntur: quò & ipsi latam dei sententiam audientes, neque sic à spe cadamus, sed eos fidentes exemplo haud deficiamus . Nam vel in eo est maximè videre dei clementiam , quòd sententiæ conditionem minus apponens , tamẽ pœnitentibus reconciliatur: sed vel ex eo quòd apprehensa ferebatur,augeri volens timorem,eosq; plurima sua morderi pigritia id effecit , ipsumq; pœnitentiæ tempus ineffabilem eius ostendit clementiam.Quomodo enim tres dies effecisset,vt deleretur malitia tanta ? Cernis quò adhuc dei clementia apparet ? plura enim hic ad eius vrbis salutẽ contulit . Hæc igitur scientes , spe nunquam cadamus. Neque enim vel sic diabolo cesseris vt desperes , quòd neque tam adeò lætum eum peccantes reddimus,quàm facimus desperãtes.Audi de fornicante quòd supra pec B catum Paulus desperationẽ timuerit , Corinthiis enim 1.Cor.5.a scribens, sic inquit : Omnino auditur in vobis fornicatio,& talis quæ nec inter gentes nominatur.Non dixit, quam nec in gentibus audent sed , neque nominatur, quod modò adusque ad appellationem illis intolerabile,id ipsi opere ausi estis. Et vos inflati estis : & nõ dixit,ille inflatus.Sed eum qui peccauerat dimittens,sanos alloquitur : quemadmodum medici faciunt , ægros dimittentes , adhærentibusq; plurimo sermone vtuntur. Secus autem & hi omnes mendacij causa erant,nequaquam corripientes,neque terrẽtes. Mouit igitur crimẽ, quò facilis curatio vulneris fiat . Graue quidem peccatũ est,sed multò grauius altũ sapere in peccato. Nam si de iustitia inflari, iustitiæ sit euacuatio : multò magis id in peccatis,si contingat , maximam nobis iacturam infe- Lucæ.17.c ret,atque ipsorum peccatorũ maius crimen fuerit.Propterea,inquit,cùm omnia quę præcipiuntur vobis,feceritis: dicite,quia serui inutiles sumus . Si enim qui omnia faciunt,parua fecisse computabuntur: multò magis & peccatorem flere decet, & infimum fle omniũ compu tare.Id itaq; ostendens,tunc dixit, & non magis fleuistis.Quid dicis? alter peccauit,atque ipse plorabo?Ita, C inquit, corporis enim & membrorum exemplo mutuò compacti sumus . In corpore enim tametsi pes vulnus accipiat,humi declinans,caput inclinamus . Et quid eo venerãbilius? sed tamen dignitatem suam nõ nouit calamitatis tẽpore. Idem & ipse fac . Quare & Paulus ad- Rom.12.c monet,dicens: Gaudete cum gaudentibus, flete cũ flentibus.Et non magis fleuistis vt tolleretur de medio vestrum,qui opus id fecerat.Non dixit, & non magis studuistis:sed,quòd non magis fleuistis,quasi morbo communi, & peste ciuitatem comprehendente : quasi diceret,Orationem exigit & confessionem , & preces, quò morbus tota ciuitate tollatur. Vide quantum hõ timoris incessit. Et quoniam putabant ad illum dũtaxat peruenisse malum,ac cõstitisse, eos sollicitos reddit dicẽs: 1.Cor.5.& Nescitis quòd modicum fermentum totã massam cor- Gala.5.b rumpit? Quod autem dicit, tale est : Via graditur malũ atq; reliquis sese applicat membris, veluti de communi malo consulentes curare vos decet.Neq; id mihi subieceris,quòd ille solus peccauit,sed illud considera, quòd sanies quædam peccatum , reliquum corporis depopulans.Veluti domo ardente, & qui nondum malo lædũtur,his qui in malo sunt , molestia non minori premun D tur, atque vniuersa conferunt , quò ne vrgens ignis ad proprias inualescat domos.Sic & hos Paulus excitat dicens: Pyra quædam est,prævenimus malum,extinguamus incendium priusquam ecclesiam inuadat : si verò neglexeris peccatum,veluti in alieno existens corpore, maximè quidem vel sic malè. Ille enim membrum totius est corporis.Verùm & id considera , quòd si pigritaueris ac spreueris , te quoque quandoq; comprehẽdat: quare si non fratris, tua tamen cura exciteris.Reprime pestem,saniem coërce,depopulationem amputa: hęc & his plura dicens,& mandans tradi illum satanæ,deniq; inquit: Quandoquidem conuersus est,& melior factus, satis huic ea fuit correctio à pluribus. Confirmate super. eum charitatem : vbi enim communem inimicum & aduersarium statuit vniuersis, & à grege exclusit, à corpore rescidit,vide quanto in eũ vtitur studio. Vti enim rursus coniungat & annectat,non modò amate eum dixit: sed, confirmate super eum charitatẽ firmam:id est, immobilem in eum ostendite amicitiam calentẽ quãdam & feruidam, atque ignitam, æquivalentem priori inimicitiæ dilectionem inferte.Quid factum est ? num tradidisti eum satanæ? nõne iussisti? Ita,inquit, sed nõ E quò in manibus satanæ permaneat , sed eius dominatũ illico diffugiat.Et quemadmodum dixi, cõsidera quàm timuerit desperationem Paulus, quàm magnam diaboli armaturam: dicens enim , Confirmate super eũ charitatem : & causam addit , Ne fortè nimia tristitia absorbeatur:hic in lupi faucibus est ouis,prævenimus igitur, præripiamus antequam absorbeat aut corrũpat nostrum membrum.Periclitatur nauis: priusquam obruatur, eripere naufragio studeamus . Quemadmodum enim mare sese tollente,& fluctibus vndique ad summũ eleuantibus , sub procella scapha inundatur : sic & anima vndique mœrore circundata , velocius demergitur ni quempiam dantem habuerit manus.Et quæ salutaris in peccatis est mœstitia,exitialis immoderata fit.Atque vide quomodo accuratè dixit: non enim dixit,ne hunc diabolus perdat:sed quid? ne lucrifiamus à satana.Auaritia enim est aliena concupiscere: ostẽdens igitur alienum ab eo de cætero factum,& quòd in Christi gregem domesticum se pœnitẽtia redegit,inquit,ne lucrifiamus à satana.Si enim de cætero comprehendat eum, nostrũ rapiet membrum,de grege ouem surripiet: nam pœnitentia peccatum deposuit.Sciens igitur Paulus quid fecerat diabolus ludæ,timuit ne quid fortasse idem faceret.Quid autem fecit in Iuda? pœnituit Iudam: Peccaui, Mat.27.b inquit, tradens sanguinem iustum : audiuit hæc diabolus,nouit in melius vtam capientem, & ad salutem tendentem,timuitq; mutationem:Clementem,inquit,dominum habet,cùm traditurus eum fuerat plorauit: atq; ipsum miris prouocauit modis, nũc multò fortius correptum,& peccatum fatentem trahet.Idcirco enim crucifigendus venit.Quid ergo fecit? exterruit eum,& obtenebrauit,mœroris magnitudine effugauit, persecutus est,quoad laqueum duxit,atque è presenti duxit vita,pœnitentiæ propositio priuauit.Quoniam si vixisset,& ipse fortè saluatus foret . Argumentum ex crucifixoribus sumitur.Si enim hos qui eum crucifixerant saluauit, & ipse in cruce existens, rogauit patrem , indulgentiamq; tantæ audaciæ postulauit: constat quòd & ipsum proditorem dignè pœnitentem cum mansuetudine suscepisset. Sed ille præseruari in medicina non tulit , mœrore nimio absorptus.Id igitur & Paulus timens,Corinthios F sollicitabat eripere à faucibus diaboli hominẽ . Et quid 1.Cor.5.a & 2.Cor.2.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gopus est de Corinthiis dicere? Petrus enim post mysteriorum cognitionem ter negauit, & plorans deleuit omnia. Paulus persecutor, blasphemus, contumeliosus, nō crucifixum modò, sed illius vniuersos persequens, pœnitentia ductus, Apostolus efficitur. Solùm à nobis deus orationem vel paruam exigit, atque vniuersa dimittit nobis peccata: dico & parabolam idipsum confirmantem. Duo quidam erant fratres, paternamq; diuidentes substantiam, alter quidem cuncta quæ obuenerāt comedens, patria extorris factus erat: hic paupertatis non ferens pudorem. Hæc autem dico, quò sciatis & peccatorum quæ post baptisma contrahuntur remissionem esse, si attendimus: dico non vti ad inertiam compellā, sed à desperatione reuocem. Nam ea nobis quàm inertia maiora confert mala. Quoniā hic filius, eos qui post baptisma cadunt, pœnitentia tamen resurgētes, filios esse ostendit. Filius enim dicit: Nam extra baptismum nemo filij appellatione nominatur, & domum habitat paternam, & paternam in sortem accepit omnia. Ante baptisma non est paterna accipere, neque hæreditatem consequi: ita vt ex his fidelem hunc fuisse comprobetur. Et probi atque frugalis frater erat, frater verò sine spirituali regeneratione nequaquam fuisset. Hic igitur ad summam malitiam veniens, quid inquit? Reuertar ad patrem meum. Propterea hunc pater dimiserat, neque prohibueret, quò minus in patriam abiret alienam, quatenus experimento disceret accuratè quantum beneficium susceperit domi manens. Sæpe enim deus, cū dicens minus suadet, rerum experimentis doctrinam promittit. Quod & ad Iudæos dixit, quoniam quidem infinita per prophetas verba impendens, non suasit neque illexit, omittens per flagella corrigere, dicit ad eos, Corriget te correctio tua, & malitia tua corripiet te. Oportuerat ipsum quidem meritò fidelem esse, & ante ipsarum rerum euentum: quoniam verò se tam adeò impudenter habuerunt, vt eo monente & consulente minus crederent, permisit eos rerum euentu corrigi, quò vel sic recuperet. Quia concidens luxuriosus in alienā terram, rebus ipsis perdidicit quid mali sit paterna domo excidere. Rediit, non enim turbatus est pater, sed mitibus susceptit manibus. Quid ita? quia pater non iudex erat: & choreæ, & facta est celebritas de cætero, lætaq; & gaudens domus. Quid dicis? Hæ sunt malitiæ vicissitudines? Non malitiæ homo, sed reditus: non peccati, sed pœnitentiæ: non fornicationis, sed in melius mutationis. Et quod in his est maius, turbatus est his maior filius. Is autem & hunc mansuetè mitigauit, dicens, Quoniam tu quidem semper mecū es, hic verò perierat & inuentus est, mortuus erat & reuixit, Cùm verò perditum saluari oportet, non iudicij tempus est, neq; subtilioris examinis, sed clementiæ indulgentiæq; duntaxat. Nihilus enim medicus vnguenta adhibens ęgrotanti, curam dimittens, incontinentiæ pœnas ab eo postulauerit. Si verò pœnas eum dare oportuit, satis pœnarum quòd in aliena versatus est, dedit. Tanto enim à nobis tempore segregatus, fame dedecoreq;, ac summis dimicans malis, laborat: propterea, inquit, & peierat & inuentus est: mortuus erat, & reuixit. Non enim, inquit, attendas præsentia, sed prioris calamitatis magnitudinem considera. Fratrem intueris, non alienum, ad patrem, qui priorum neque vel parum recordari potest: magis verò eorum solùm reminiscitur, quæ ad compassionem, misericordiam, clementiam, indulgentiā possent inducere genitoribus accommodata. Propterea nō quæ fecit dixit, sed quæ passus est. Non quòd subsistātiam dissipauerit meminit, sed quòd innumeris periclitatus est malis. Sic & ouem tanto studio quæsiuit, magis autē maiori: hic enim ipse rediit filius, illic autem ipse abiit pastor, & inueniens reduxit, & lætatus est super ea magis, quàm super cæteris quæ saluæ erant. Cernis verò q reduxit, quòd nō flagellauit: sed ferens in humeris, rursus gregi reddidit. Igitur intelligendū non modò à redeuntibus non auerti deum, sed hos non minori cum iocunditate, quàm ipsos proficientes recipere. quòd non modò pœnas non exigit, sed ad errantium inquisitionē præsciscitur. quòd horum gaudet inuentione, quàm cęteris tuto in loco perseuerantibus. Ipsi neque malis obruti, spe sternemur, neque bonis abundantes cōfidamus: sed & proficientes timeamus, ne per confidentiam labamur, & labentes pœnitentiam non recusemus. Quod enim incipiens dixi, & nunc dico, duo hæc: Stantē cōfidere, & desperare iacentem, perditionem animarum esse. Quare stantes roborans Paulus dicit, Qui se putat stare, videat ne cadat. Et iterum, Timeo fortè ne aliis prædicans ipse reprobus fiam. Iacentes erigens & ad vlterius excitans studiū testificabatur Corinthiis sic scribens, Ne fortè multos defleam, qui antè peccauerunt, & pœnitentiam non egerunt. ostendens non tam peccantes, quàm pœnitentes dignos lachrymis fore. Et prophetā ad eos: Nunquid qui cadit non resurget, aut auersus non reuertetur? Quare & eos dem exorans Dauid dicit, Hodie si vocem eius audiueritis, nolite obdurare corda vestra sicut in axacerbatione. Quò & hodie dicitur, Ne corruamus spe, sed bonas in domino spes habentes, & pelagus clementiæ suæ cognoscentes, omnem cōscientiam excutiētes malam, multa cum spe propositoq; adhærentes virtuti, & pœnitentiam maiorem in modum ostendentes: hic vniuersa deponamus peccata, vt multa cum fiducia coram Christi tribunali stare possimus, regnumq; cœlorum cōsequi. Cuius omnes nos participes fieri contingat, gratia & clementia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre, simul cum sancto spiritu, gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homiliarum diui Ioannis Chrysostomi de pœnitentia Iob, & pœnitentia, Lælio Laurentio interprete, finis.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI de pœnitentia sermo: incerto interprete.

PRouida mēte, & profundo cogitatu cognosci debent duo rerū distincta negotia, id est quātum distat inter bonum & malum: nec aliunde hæc cognitio, quàm à primordio repetēda est. Quid aliud est malum, quàm peccatum committere? quid est bonum, quàm agere pœnitentiam pro commisso? Hæc est discretio vtriusque negotij. Serpens in paradiso peccatum suasit. Heuam pœnitentia recusit, & inde boni malive origo. Quis deo dignior q̄ Dauid? Et tamen deliquit. Qui cecidisset de culmine, si non fuisset compunctus. Quis sceleratior Manasse? & huic pœnitentia reuocauit. Pœnituit deum quòd Saulem regem elegerit: quapropter? nisi quia idem pœnitentiā ignorauit. Quis sapientior Salomone? Sed nesciens pœnitentiam perdidit gratiam. Et ob hoc dictum est, Concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Concipit peccator delicti dolorē, & si non pœnituerit, parit sibi mortem. Paruulus antequàm prodeat ex vtero, dolor est matri: postquàm verò æditus fuerit, venit ei gaudium. Peccatum vero conceptum coluber

A ptum coluber est, in præcordiis hominis parit mortem, nisi fuerit pœnitudine expiatum. Peccati conceptio serpens est in præcordiis latens. Cōsummatum venenum spirat, & letiferum generat morbum. Qui peccatū parit, in iudicium cadit: & si neglexerit, in ipso manebit. Natum suum mulier libēter perlactat, natum verò peccatum facit exitium nutrienti. Peccati verò pater & mater est venter incōtinens & libido, captusq; ducitur in vtraque prodigus, & profusus. Peccati virtus confusa ebrietās, & castigandi securitas. Seminarium delicti, lex est cupiditatis in membris: & cor impœnitens, capietur ab ea. Commissum crimen dulce est ad momētum, sed vertitur protinus in exitium. Temerarius & audax festinus cecidit in crimen, declinat autem ab eo prouidus pœnitendo. Nam sicut aqua ignem extinguit ardētem, sic pœnitētia diluit crimina fontibus lachrymarū. Ecclesiastici.3.d Sicut in tenebris nō est absq; lucerna lumē, sic nō potest homo peccatū sine pœnitētia abluere. Hoc de hoīe iā baptizato dicit. Item lector intelligat martyriū pœnitētiæ præteriti nō egere. Et sicut lux diei nō quęrit lucernam, sic iustitia ante deū sine pœnitētia lucet. Pondus peccati B deprimit desperantē, prouidus autē pœnitēs leuius pergit. Præsumptiuo spiritu subintrat peccatū, & multiformis callidus discurrit in homines: sapiens autem nō il li dat locum gradiendi. In corde pigri vt cæreus ardet peccatū, nā in pectore pœnitentis liquescit vt cæra. Peccati princeps factus est aspis. In Adam subintrauit eius dolus, & fecit eū intra ligna paradisi latere confusum: Gene.3.b vocauit illum deus non matutina, sed vespertina voce, dicens: Adam, vbi es? Et quid ille? Vocem tuam audiui, & timui: quia nudus sum, & absc̄odi me. Timui: quare? Quia peccaui. Absc̄ondi me: quare? Quia nudus sum, & erubui. Quia ergo expulsus est pater per peccatū, reuocantur filij per pœnitentiam. Nam quod peccatum clausit, pœnitentia reserauit: & de quo ira præcipitauit, pietas reuocauit. Qui non pœnitet modò, nullus manebit in vmbra mortis: qui verò timet deum, per pœnitētiam illustratur. O pœnitentia quæ peccatum miserante deo remittis, & paradisum reseras: quæ contritum sanas hominem, & tristem exhilaras: vitam de interitu reuocas, statum restauras: honorem renouas, fiduciam C das: & reformas vires, gratiamq; abundantiorē refundis. O pœnitentia, quid de te noui referam? Omnia ligata tu soluis, omnia sępta reseras, omnia aduersa tu mitigas, omnia contrita tu sanas, omnia confusa tu lucidas, omnia desperata tu animas. O pœnitentia rutilantior auro, splendidior Sole, quam non vincit peccatum, ne defectio superat, nec desperatio delet. Pœnitētia respuit auaritiam, horret luxuriam, fugit furorem, firmat amorem, calcat superbiam, linguam continet, cōponit mores, odit malitiam, excludit inuidiam. Perfecta pœnitentia cogit peccatorem omnia libenter sufferre: si violentus qærat, quę habet, non vetat: si vestem diripiat, non refragatur, percutienti maxillam præbet alteram, iam angariatus vltro adiicit, castigatę gratias agit, prouocatus tacet, exasperatus blanditur: superiori supplex est, inferiori subiacet: in corde eius contritio est, in ore eius confessio, in opere tota humilitas. Hæc est perfecta & fructifera pœnitudo. Sic pœnitenti præsto est deus, esurienti nutritor, sitienti potator. Sapienti quod stultum putatur, sapit: quod triste est, placet: quod molle est, displicet: quod fluxum est, horret. O pœnitentia misericordiæ mater & magistra virtutum, magna opera tua quibus reos resoluis, ac reficis delinquentes, lapsos releuas, recreas desperatos. Per te nobis Christus regnum cœlorum appropiatum designat, dicens: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum: ita & Baptista clamat, Facite fructus dignos pœnitentiæ, quoniam ecce adest regnum dei. Per te subito raputt latronem Christus ad regnum: per te Dauid post flagitium fœlix iterum recepit spiritum sanctum, per te Manasses post cruenta facinora ecce meruit fieri acceptabilis: per te Petro Apostolo postquàm ter negauit, data est indulgentiæ dextera: per te filius prodigus regressus ad patrem, non solùm amplexum, osculumq; paternum, sed etiam epulum vituli saginati, vestemq; insignem promeruit adipisci: per te mulier fornicaria vberes stillauit lachrymas, fonteq; sui baptis- Luc.7.f mi protinus lauit pedes Christi, crineq; detersit: per te Niniue ciuitas magna, populusq; integer Barbarorum Ionæ.3.c subito deum sapuit, virtutem tuam sensit, odorem tuum accepit, saporem tuum strinxit, dulcedinem tuam gustauit, cilicium contraxit, cinerem tuum comedit, ieiuniū tuum protraxit, lachrymas tuas profudit, gemitum tuū, suspiriumq; persensit, fructusq; vbertatis tuæ abundanter exhibuit, & sic per opera tua nō solùm decretæ mortis discrimen euasit, sed etiam vitæ incognitæ coronā accepit. Cuius similitudini pœnitentiam comparemus? E Sic est quomodo ager fructifer, aut vinea fœcunda, aut etiam arbor fructifera, fructus eius edit peccator famelicus, proficit in fiducia dei, acceptaq; remissiōe pinguescit in vita, & hæc sunt verba eius: Domine ante te omne desiderium meū, & gemitus cordis mei non est ab- Psal.37.b sconditus à te. Clamorem meum, suspiriumq; intellige, pauor peccati sollicitat me, pondus conscientiæ meæ deprimit me, non est mihi spes viuendi, neque fiducia moriendi, iudicium tuum deus vereor, & pœnas timeo præparatas impiis, audi me obsecro, modò dum tēpus est: remitte quod timeo, dele quod vereor, priusquā abeam, & amplius non ero. Tali animo pœnitenti remissio datur, & vita donatur, nec regnum deerit à domino tribuendū. Quid ergo times pœnitentiam ô homo, sine qua non est viuere, nec deo placere? Clamat Hieremias Hiere.9.a cōpunctus pro populo, Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontē lachrymarū, & flebo vulnera populi meis? Sciebat enim q̄ lachrymæ iuuarent populū transmigratū, sciebat q̄ eius fletibus subueniret: sciebat q̄ de- F contritionem quærit, & fletibus flectitur: sciebat q̄ deus lugentes lætificat, & pœnitentibus præsto est. Ideo prophetandi locum quærebat remotum, vt vsq; ad vallem pertingeret lachrymarum, quam deus amat, quam Christus amplectitur. Vallis est remotis fletibus discreta, quę Vallis Iosaphat. dicitur Iosaphat, in qua iudex cœlestis populos discutit, Psal.83.b & omnes gentes examinat. Dispositit in conualle fletus. Est enim vallis hæc propter iudicium quidem metuenda, sed propter pœnitentiam exoptanda. Publica enim & secreta est. Publica est ad futuri iudicij pœnam, secreta est propter salubres pœnitentiæ lachrymas. Magnus profectus est lachrymarum, vt plorando seruus propicietur dominum, filius lachrymis mitiget patrem, & asperam matrem plorans paruulus mulceat. Ita ergo & peccator profusis fletibus remouet iram dei, reformatus in ipsa cupit videre Timotheum Paulus propter fletum: Desidero, inquit, videre te, memor lachrymarum 2.Tim.1.a tuarum. & Dauid dicit, Venite adoremus, & ploremus Psal.94.b coram domino, qui fecit nos: & iterum, Fuerunt mihi Ibid.41.a lachrymæ meæ panes die ac nocte: &, Potum meū cum Ibid.101.b fletu miscebam, stratumq; meum per singulas noctes cum lachrymis rigabam: & iterum, Deus vitam meā Psal.55.b annunciaui tibi, posuisti lachrymas meas in conspectu tuo: tanquam

D Matth.3.a Ibid.b. & Luc.3.b

Luc.23.f 2.Reg.12.d 2.Para.33.c

Luc.22.g Ibid.15.f

Universidad de Deusto
Biblioteca

G tuo: tanquã si diceret, Suscipe domine lachrymas meas, quoniam lachrymæ sunt quæ radunt rudera, & sanant vulnera: lachrymæ sunt quæ pœnitentiam armant, & indulgentiam prouocant: lachrymæ sunt, quæ cœlum pulsantes, crimina delent & conscientiam degrauant. Sonant in ore pœnitentiæ verba, & mouent in pectore pietatis veniam. Et impletur caput aqua, tumescunt oculi, rigantur genæ, decurrunt riuuli, & deus indulgentiæ mentẽ exhilarat. Lachrymæ sunt, quæ reconciliant deo, à peccatis redimunt animam, & sanant languores eius. Sordentem animæ vestem lachrymæ lauant, & dant illi remissionis candorem. Nam sicut auceps auium, aut viſco, aut reti in grano aliquo captum tenet passerem, & manu sua subtilissimo funiculo ligatũ retinet, & quasi dimittens laxum de manu sua, dans ei liberam volãdi potestatem: at ille auidus ad volandum, euasumq; se putans, alacer altiora appetit: sed iste summum funiculum tenens, restringit eum cùm volauerit, & ad se trahit ab spe volandi & viuendi deceptum: Ita & diabolus versutus venator, & per spiritum præsumptionis laqueo suo deceptum implicat hominem; qui semel hæserit, vult quidem ab eo euelli, sed vinculum velox venator
H tenens, reuocat captum semel in laqueo, & reuolutum premit. Et quidem vinculum ipsum fluxum est, ac facilè potest disrũpi: sed desidia nostra, & dilatio diuturna, facit vt robustum fiat, & non citò rumpatur. Quicquid enim durum, aut rigidum obiicit, vigilantia vincitur, & pœnitudine propulsatur, orationibus mollitur, fletibúsque resoluitur. Nam vbi præsumptionis spiritus imperat, ibi excluſa pœnitudine, sola peccati arbor fructibus suis exuberat. Et hæc est arbor, in qua deceptus protoplastus in mortem defluxit. Sed restat lignum vitæ in paradiso dei repositum, quod nunc per pœnitentiam recepit homo. O homo recurre ad arborem vitæ. Quid tardas manducare fructus eius, vt maneas in æternum? Quid times pœnitentiam? Nihil tam durum quod non deleat: nunc cùm gustaueris, tunc persentis quoniam suauis est odor eius in naribus, & sapor in faucibus. Pœnitentiæ sapor est ieiunium pro peccato. Quãdo perfectam verè arripueris abstinentiam, & compellentis gastrimargiæ cupiditatem superas continendo, pœnitudo est. Quando persuadentis gulæ libidinem, vinum potando vincis, & iam eo quàm parcissimè vteris, pœnitudo est. Quando te somnus premit, & vincis
I eum, & vigilas propter deum, pœnitentia est. Quando esurienti fœneras precium vitæ est, vestire nudum, pascere peregrinum, & cum indigentibus mensæ habere
Tob.12.b consortium. Scriptum est enim, Quoniam eleemosyna à morte liberat, si non habet huius vituperationis meritum: quia eleemosyna cum iniquitate acquisita, abominatio est coram deo. Illa est precium perpetuæ vitæ. Si oraueris, & ieiunaueris, & eleemosynam iustè feceris, complesti precium, redemisti peccata tua, remissa
Luc.21.a sunt crimina, reparata est vita tua. Duo æra minuta mulier vidua misit in arcam dei, & prælata est opulentis. Et quid de duobus minutis dico, quando calix aquæ
Mat.10.d frigidæ porrectus non vacat à precio vitæ? Ergo non expauescas pœnitẽtiam, sed esto in processu promptior, in opere paratior, in amore propensior. Risum fuge, linguam contine, mores compone, vitia vince, virtutem dilige, sanctitatem sequere, promissa malè loquẽtium dimitte, & plena est pœnitentia tua, atque perfecta, & promerebitur indulgentiam: præstante ipso domino nostro Iesu Christo, cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI SERMO DE PŒNITENTIA ET CONFESSIONE. K

Bsecro, flagito, supplico, vt hic peccata nostra deploremus & lugeamus, doleamus ob peccata nostra, nec erit quod illic terreat: mordeant nos hic verba, & non lancinabit nos illic vermis venenosus: vrat nos hic increpatio, & non vret nos illic gehenna ignis. Consectaneum erit, vt qui hic lugent, illic consolationem accipiant: qui verò hic rident & deliciantur, & in peccatis iacent, necesse omnino vt illic vi deant lugentes, & plorantes, & dentibus frendentes. Nõ meus hic sermo est, sed eius qui iudicaturus est nos. Beati, inquit, lugentes, quoniam ipsi consolationem accipient. Væ vobis qui ridetis, quoniam plorabitis. Quantò Matth.5.a
nunc melius temporalem compunctionem, & breuem Lucæ.6.d
luctum mutare bonis, & voluptatibus finem non habẽtibus, quàm post breuem & momentaneam vitam hic ridentes abire illuc perpetuò puniendos? Sed confunderis & erubescis peccata tua effari. Atqui oportebat maximè etiam apud homines ea dicere, & inuulgare. Confusio enim est peccare, non est confusio confiteri peccata. Nunc autem neque necessarium præsentibus testi- L
bus confiteri: cogitatione fiat delictorũ exquisitio, absque teste sit hoc iudicium. Solus te deus confitentem videat. Deus qui non exprobrat peccata tua, sed soluit peccata propter confusionẽ. Nunquid & sic grauaris & retrocedis? Verùm & ego scio, quòd conscientia non sustinet sua delicta. Nam si veniamus solùm in memoriã delictorum nostrorum, sicut pullus equi indomitus, & infrenis insolescit mens: sed coërce, refrena, demulce manu, cicura teipsum, persuasum habe, quòd nisi quis nunc confiteatur, omnino illic confitebitur, vbi maior pœna, vbi amplior traductio. Hæc absque teste iudiciũ, & tu qui peccasti condemnas: illic autem in medium vbi totius orbis theatrum producẽtur omnia, nisi prius hic detegamus ea. Confunderis confiteri peccata, confundaris admittendo. Nos autem quando ea agimus frequenter, & impudenter audemus: quando autem confiteri oportet, tunc confundimur, & grauamur. Oportebat cum alacritate hæc facere. Non enim confusio accusare sua peccata, sed iustitia & virtus. Nam si non esset virtus, non illi præcedem posuisset deus. Habet enim mer M
cedem confessio. Audi quid dicit: Dic tu prior peccata tua, vt iustificeris. Quis confunditur de opere à quo Esa.43.d
fit iustus? Quis confunditur confiteri peccata, vt soluat peccata? Num propter hoc iubet confiteri te, vt puniat? non vt puniat, sed ignoscat. Nã in externis iudiciis post confessionem, pœna: Idcirco & Psaltes istuc ipsum suspicans, ne quis veritus pœnam post confessionem neget peccata, dicit: Confitemini domino, quoniam bonus, Psal.117.a
quoniam in seculum misericordia eius. Num ignorat peccata tua deus, si tu non confitearis? Quænam vtilitas tua, etiamsi non confiteare? Num potes latere deum? Etiamsi nõ dicas illa, ipse nouit: si autem tu dicis, ille ob- Esa.43.d
liuiscitur. Ecce ego sum deus, qui deleo iniquitates tuas, & nusquam memorabor. Videsne ego nusquam memorabor, inquit. Hoc misericordiæ fuerit tu autem memor esto, vt emendationis capias argumentum. Hæc vt audiuit Paulus, quòd deus peccatorum non sit memor, ipse cõtinuò memor fuit, sic dicens: Non sum dignus, qui 1.Cor.15.b
vocer Apostolus, quoniã persecutus sum ecclesiam, & 1.Tim.1.d
Christus Iesus venit in mundum, vt saluet peccatores, quorum ego sum primus. Condonata fuerant peccata à deo, sed memoria peccatorum condonatorum nõ eua-
nuit apud

A nuit apud Paulum. Et ea quæ dominus deleuit, illa ipse
Esa.43.d inuulgauit. Audiuerat enim prophetam dicentem, Ego
Acto.9.c non memorabor, tu autem memor esto. Deus vas benedictionis eum vocabat, & ipse primum se peccatorũ vocat, non oblitus peccatorum sibi condonatorum: cogita quomodo beneficiorum dei memor fuerit. Et quid dico, quòd non confundit peccatorum memoria? non ita claros nos reddit bonorum operum memoria, sicut memoria peccatorum: imò nos bonorum operum memoria non solũ claros non facit, sed & confusione repletos, & condemnabiles efficit. Peccatorum autem memoria implet nos fiducia, iustitiaq; multa. Quis hoc di
Luc.18.c cit? Pharisæus & publicanus. Nam hic dictis peccatis, rediit domum iustificatus: ille autem dictis bonis operibus, descendit factus publicano inferior. Vides quantum damnum sit, meminisse operum, quãta vtilitas nõ obliuisci peccatorum? Et valde meritò. Nam qui bona opera commemorat, arrogãs efficitur, hominesq; alios contemnit, id quod & pharisæo accidit. Non enim in tantam arrogantiam veniſſet, si non dixisset vt cæteri homines, si nõ commemorasset ieiunia sua & decimas. Peccatorũ autẽ memoria mentẽ humiliat, & humiliter
B sapere facit, & per humilitatẽ conciliat ei gratiam dei. Audi saltem, quomodo Christus præcipit nos obliuioni tradere bona opera: Quando hæc omnia feceritis,
Ibid.17.c dicite, quoniam inutiles serui sumus. Ego te non facio inutilem: tu autem si confessus fueris vilitatem tuam, ego te illustrem faciã, & coronabo. Vides per quot nobis demonstratum est, quantum lucri nobis ex peccatorum accrescat memoria? Et è diuerso quoq; pœna quidem nobis à peccatorum obliuione: vtilitas autẽ, si bonorum operum nostrorum obliuiscamur. Vis & aliunde discere, quòd maximum bonum opus sit meminisse
Ibid.13.d peccatorum? audi beatum Iob. Sicut enim de aliis gloriabatur, ita & de confessione peccatorũ, sic dicẽs: Si audiui populi mei, vt ne annunciarem peccata mea. Quod autẽ dicit, hunc sensum habet: Nunquam me societas conseruorũ ad pudorem duxit. Quæ enim vtilitas ex ignorantia hominum, si iudex sciat omnia? Quod autẽ damnum, si homines sciant delicta, quãdo ille absoluere vult
C à pœna licet omnes condemnent, iudex tamen liberũ pronunciet? Nulla mihi ratio est calculi illorum: & si omnes absoluant, & admirentur, ille autem me condẽnet, nulla etiam mihi ex illorum iudicio vtilitas. Vbiq; enim ad illum spectare oportet, & idem facere in peccatis, quod in pecuniarum sumptibus. Statim cùm surreximus à lecto, priusquam nos conferamus in vllum, vel priusquam aggrediamur opus aliquod, vel priuatũ vel publicum, vocato ministro rationem sumptuũ pe- timus, vt sciamus quidnam malè, vel quid bene expenderit: & si viderimus parum quiddam desiderari, omnibus modis recogitamus accessionum occasionem, ne inuiti perdamus. Faciamus igitur hoc & in operibus nostris vocat; conscientia nostra. Faciamus similiter rationem verborum, operum, cogitationum, & scrutemur quid vtiliter insumptum sit, & quid in pernicie in nostram: quis sermo malè expensus in conuicia, in sales, in turpiloquia: quæ concupiscentia oculum in intemperantiam prouocarit, quæ cogitatio cum damno nostro in opus prodierit, vel pessimus, vel per linguam, vel per cogitationes ipsas. Operam demus, vt ab intempestiuo sumptu absistamus, pro semel malè insumptis aliud reponamus lucrum: pro verbis temerè prolatis, sanctas preces: pro visu intemperatè facto, eleemosynas & ieiunia. Quòd si intempestiuè insumpturi sumus, nullũ D
q; nobis vel reposuerimus, vel thesaurizauerimus bonũ, in extremam redacti inopiam, soluemus pœnam, immortali igni nos iniicientes. Igitur seruorum manè rationem facere consueuimus, operum autem post cœnã & vesperam ipsam in lecto iacentes, nullo interturbãte, nullo obstrepente, omnium eorum quę per diem facta & dicta rationes à nobis exigamus: & si viderimus quid peccatum esse, puniamus nosipsos, increpemus mẽtem & conscientiam, compungamus rationem tãto impetu, vt non audeat vltra exurgere, & in idem peccatorum profundum nos inducere, memores vespertinæ plagæ. & quod tempus hoc huic rationi accõmodatius,
Psal.4.b audi prophetam dicentem: Quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini. Multa per diẽ non vt volumus facimus, & amici exacerbant, & familiares exasperant, & vxor cõtristat, & puer dolet, & sollicitudo negotiorum, tum priuatorum, tum publicorum circunsistit, & non possumus tunc attendere, neq; quomodo supplãtamur. Omnibus autem illis liberati, & apud nos collecti, sub vespera multaq; fruentes quiete, iudicium in lecto requiramus, vt deum per tale iudicium misericordem faciamus. Quòd si quotidie peccaueri- E
mus, & animam nostram contuderimus, nunquam autem senserimus, sicut continuò vulnera accipientes & desipientes, febrim, mortemq; sibi accersunt: ita vtique & nos ineuitabile nobis supplicium continua sensus carentia attrahimus. Scio quòd grauia quæ dicta sunt, sed multum habent lucri. Mansuetum habemus dominum, solùm occasionem arripere vult, & mox omnem præ se fert misericordiam. Nam ne peccantes & inulti manentes nos efficeremur deteriores, non remisit nobis supplicium, sed vidit hoc manifestè, quòd peccatis ipsis non minus damnosum sit non puniri: propter hoc imponit pœnam, non exigens supplicium de peccatis, sed ad figura nos corrigens. Et vt discas, quòd hoc sit verũ, audi quid dicat ad Mosen: Dimitte me, & iratus dele- Exo.32.c
bo eos. Dimitte me, non quòd Moses eum retinuerit, neque enim locutus erat ad eum, sed silenter adstabat sua pro illis oratione: nõ autem supplicationem ei dare volebat, quoniã illi digna suppliciis commiserant, supplicijsq; ineuitabilibus. Punire autem volebat, sed misericorditer: id quod eos segniores reddebat. Vtraque au F
tem fecit, & vt pœnam non inferret, neque illos faceret ignauiores pœna non irrogata. Discebant enim, quòd nõ suo merito, sed Mosis patrocinio iram dominicam effugerint. Hæc & nos sæpe facimus, & famulos qui peccauerunt dignos supplicijs nolentes punire, neque à supplicij metu liberari, amicos iubemus vt illos è nostris eripiant manibus, atque vt ita timor illorum in eis crescat, & nostra effugiant verbera. Hoc & deus fecit. Et q hoc sit verum, ex ipsis verbis manifestum est. Dimitte me, inquit, & irascar. Etenim nullus remittit, qui punire vult: tunc enim irascimur. Ipse autem dicit, dimitte me & irascar: vt scias quòd ira in deo non sit affectio, sed pœna. Nos eo vocabulo nominetur. Quando igi- Exod.32.g
tur audis Mosen dicentem: Si quidem dimittis peccatum, dimitte: præ seruo dominum obstupescse, quòd ipse sibiipsi misericordiæ occasiones quærit. Non hic autem solùm hoc fecit, sed & ad Hieremiam, & ad Ezechielẽ Hiere.5.a
idem hoc dicit: Circuite & videte in viis Hierusalem, num sit qui faciat iudicium & iustitiam, & misericors ero eis. Vidisti misericordiam? Multi etiam impij vnã virtute simul fruuntur. Multorum autem malitia, quãs vnus sit qui rectè agat in medio magni populi, non
ruit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G ruit. Sed vnus quidem homo rectè viuens, populum, integrum eripere potest ab ira dei. Ciuitas autem integra, peccatrix; in suam pœnam & supplicium attrahere bene viuentem, & deiicere non potest. Et hoc de Noë manifestum. Pereuntibus enim omnibus solus seruatus est. Et de Mose clarum est. Solus enim potuit tanto populo impetrare veniam. Mihi autem aliud maius est indiciũ diuinæ misericordiæ quod dicam. Quum enim nõ inuenit homines viuos, & fiducia præditos, qui peccarunt intercedendo veniam obtinere, cõfugit ad defunctos, & per illos inquit, se remissurum peccata: quemadmodum Ezechiæ dicit, Protegam ciuitatem hanc propter me, & propter Dauid puerum meum. Olim enim mortuus erat Dauid. Hæc igitur omnia quum sciamus, quòd omnia mouet & caussetur deus, vt nos à pœna & supplicio liberare possit, multas ei præbeamus occasiones, cõfitendo, pœnitendo, lachrymando, precando, proximis iram dimittendo, pauperibus subueniendo, in orationibus simus sobrij, humilitatem animi exhibeamus, peccata nostra continuò memoremus. Non enim sufficit dicere, peccator sum: sed operæpreciũ est & speciatim
H peccatorum & delictorum reminisci. Sicut ignis qui in spinas inciderit, facilè ipsas absumit: ita & cogitatio quę continua in seipsa omnia versat peccata, quæ à iuuentute fecit vsq; ad senectutẽ, ea exuit. Deus autem qui trãscendit iniquitates, & delet iniustitias, etiam à peccatis nos liberet, & regno cœlorum dignos faciat, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui gloria, & imperium in secula, Amen.

Gene. 7.a

4. Reg. 19.g & Esa. 37.g

† De confessione peccati vide tomo primo fol. 161. F. illic de ea pulcher est sermo, quauis breuis: qui, vt mihi videtur, aptius hoc in loco poneretur, sed nobis imposuit inscriptio: quã solũ citat, nõ autẽ explicat.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, EPIscopi Constantinopolitani, de cõpunctione cordis liber primus. Incerto interprete.

I

DVM te intueor beate Demetri frequenter insistentem mihi, & omni à me cum vehemẽtia exigentem de cordis compũctione sermonem, admiror valde, & beatam iudico synceritatem mentis tuæ, atque animi puritatem. Neq; enim possibile est cuiquam in huiusce modi sermonis venire desiderium, nisi ei qui semetipsum prius purgauerit à vitiis atque omnibus secularibus curis superiorem sese, celsioremq; constituerit. Cuius rei indicium haud difficulter assumitur, inde præcipuè, quòd si quos forte amor horum exigua ex parte saltem contigerit, tanta in eis repentè efficitur commutatio, vt confestim terrena relinquere, atque ad cœlum properare contendant: & velut molestissimis quibusdã vinculis, seculi scilicet curis animam resoluentes, volatu celeri ad propria redire eam sinant, & ad cognita recurrere. Sed hoc aliis rarò fortè accidit: te autem, ô venerabile caput, certum est indesinenter hoc igne succendi. Testantur enim de his diur-
K na studia tua, noctesq; pernigiles, lachrymarum fontes, & amor quietis, silentiiq; desiderium, non solùm iugiter permanẽs in animis tuis, sed & semper increscens. Quid ergo tibi amplius addere potest nostri sermonis oratio? Nam & hoc ipsum quòd cùm ad summum iam virtutum verticem perueneris, tamen cum his temetipsum reputas, qui adhuc humi repunt, & volantem profectibus animam lapideam vocas, ita vt frequenter tenens dexteram meam, & deosculans cum lachrymis conteras, & emollias durum, & excæcatum cor meum. Quantæ te religionis esse ducam, quantumq; in te existimem diuini ignis ardorem? Et siquidem dormientes nos cupiens excitare, ad istud opus ascire, ac pertrahere voluisti: consilium sapiens & mirabile tuum miror, & amplector prudẽtiam tuam. Si verò aliquid tibi veræ ex hoc vtilitatis conferendum putasti, & in hoc nihilominus etiã docuisti nos requirere, quid magis nobis quàm tibi desit. Veruntamen quoquo modo id tibi visum est parebimus, vel propter timorem & mandatũ dei, ne quid poscenti negare videamur: vel propter amorem tuum, quem erga nos plurimum geris. Tu tamen nos pro his adinuicem orationibus remunera, vt
L & vitam nostram possimus rectam seruare de reliquo, & in opere præsenti dignum aliquid dicere, quod possit remissa & dissoluta genua constringere, & animas humi iacentes erigere. Vnde ergo nobis, vnde verbi huius sumetur exordium? Et quæ ei prima fundamenta, quæ ei crepido ponetur? Ego nõ alia puto huic digna esse fundamẽta & principia, nisi verba domini nostri Iesu Christi, quibus luget quidem ridentes, beatos autem dicit lugentes. Ita enim ait in euangelio: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur: &, Væ his qui rident nunc, quoniam ipsi mœrebunt & flebunt. Et meritò: lugendum enim est, & verè lugendum præsentis vitæ tẽpus, in quo tantam malorum labem, tantaq; quotidie vidẽ flagitia cumulari: quæ si velis cõsiderare per singula, nũquam poteris à lachrymis temperare. Sic enim omnia confusa, sic sunt cuncta resoluta, vt ne vestigium quidem virtutis vnquam videas: nequitia verò & luxuria repleta esse cuncta perspicias: & quod est infœlicius, perurgentiũ nos malorum iam nec ipsi sensum capimus, nec aliis præbemus, neq; nos monẽ: sed, sumus M
velut corpus extrinsecus quidem indumentis adornatum, intrinsecus verò tabe pessimi languoris absumptũ: & cõtingit nobis quod illis solet accidere, qui vel phrenesim patiuntur, vel mẽte capti sunt, à quibus cùm multa turpia & periculosa vel dicantur, vel etiam gerantur, nec pudoris tamen aliquid, nec pœnitudinis capiunt: quinimò & magnifici sibi, ac sapientiores sanis videntur & sapientibus. Ita ergo & nos, cùm omnia quæ sanitati contraria sunt geramus, nec hoc ipsum quidẽ quod deest nobis sanitatem nominamus. At enim si fortè in corpore parum aliquid morbi pulsauerit, statim & medicos adhibemus, & pecuniam profundimus, & omni obsequẽtia quod competit gerimus: nec prius cessatur, quàm quæ molesta sunt, mitigentur. Anima verò cùm quotidie vulneretur, cùm per singula lanietur, vratur, præcipitetur, & modis omnibus pereat, ne parua quidẽ pro ea nos cura solicitat. Sed horum omnium causa illa est, quòd omnes pariter hic morbus obtinuit: & tanquã si accidat, multis sub vno morbo languentibus præsto esse neminem sanum, certũ est quod omnes pariter corrumpat, & absumat incuria, dum nemo est qui vel opportuna præbeat, & importuna prohibeat: ita & in nobis dum nemo sanus est, sed omnes languem⁹, alij maiore, alij

Matth. 6.a Luc. 6.d

A iore, alij minore ex parte, nemo est qui curet: omnes enim indigent cura. Etenim si quis extrinsecus vndecũque adesset, & præceptorum Christi, ac nostræ conuersationis cõfusionem, ac perturbationem videret: nescio si alios magis vllos quàm nos inimicos esse, & contrarios præceptorum Christi iudicaret: & quasi qui studiũ quoddam habuerimus, contraria in omnibus gerere quàm ille mandauit. Sed ne quis fortè putet exaggerationis causa à nobis hæc verba proferri, probamenta iã nunc adhibeo, non aliunde quàm ex ipsis Christi mandatis. Quid enim dicit Christus? Dictum est antiquis,
Exo. 20.e & Deut. 5.b & Matth. 5.c Nõ occides: ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo, rhaca, reus erit concilio: qui autem dixerit fratri suo, fatue, reus erit gehennæ ignis. Hæc quidem Christus, nos autem plus quàm increduli & infideles calcamus hanc legem, & quotidie innumeris iniuriis fratres nostros afficimus: quodq; magis ridiculũ
B sit, nomen ipsum fatuum dicere obseruantes, multò acerbiores, quàm ex hoc nomine videntur conferri, irrogamus iniurias, quasi verè ille solus sermo sit, cui pœna deputata est, & non huius sermonis indicio, omne dictum quod ad iniuriam pertinet, resecetur. Denique
1. Cor. 6.b Apostolus Paulus hunc eundem sensum latius explicãs, ait: Nolite seduci, quoniã neque fornicarij, neq; idolis seruientes, neq; adulteri, neque molles, neque masculorũ concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnũ dei possidebunt. In quo ostendit, quia sub generalibus nominibus vitiorum, multæ species peccatorum pariter concluduntur: & siue fatuum quis dixerit, siue vanum, siue latronẽ, siue quolibet alio nomine iniuriam, vel maledictum fratri ingesserit, ex quolibet horum vocabulo sub maledicti titulo, gehennæ ignis supplicio condemnabitur. Fatue enim & racha quod ait, hoc est quod ostendit, quia ne leue quidem, & minimum in fratrem collatum conuicium relaxabitur: atque ob id de leuioribus sententiam dedit Christus, vt de grauioribus dubitare non debeas. Quòd si quis existimat, sicut ego quidem noui nonnullos putare, terroris causa etiã in paruis exaggerari minas præcepti: superest vt de cæteris omnibus mandatis, quorum præuaricatoribus pœna adscribitur, similia sentiant. Quòd si terroris causa, & non pro veritate supplicia proponuntur, consequens erit etiam, vt bonorũ pol
C licitationes adhortandi tantum modo, & non veritatis gratia promittantur. Et si ita de vtraq; parte sentiamus, resoluta sunt omnia religionis nostræ dogmata, si nihil aliud in omnibus mandatis ac præceptis diuinitus datis agi dicitur, nisi vt haud honorum vana spes hominẽs, aut pœna terror inanis astringat. Sed dicis, quid ergo? Maledicus cum adultero, & auaro, & idola colente damnabitur? Si eandem quidem pœnã luent, nec qualitate, nec quantitate diuersam alterius est requirere tẽporis. Quòd autem à regnò cœlorum similiter arcebũtur, Paulo crede per spiritum dei loquenti, cui omnes
2. Cor. 13.a verè credere debemus, dicenti Christũ in se loqui. Diabolica verò ista deceptio est, qua hæc ad terrorem dicit hominibus scripta, vt resoluat diuini iudicij, ac futuri supplicij metum, & remissiores nos erga obediẽtiam reddat, & custodiam mãdatorum dei. Ob hoc enim tales diabolus suggerit sensus, & intelligentias huiusmodi ignauas animas docet, vt præsentis interim temporis resoluat vigorem, aduenãs sine dubio in die iudicij, vbi iam pœnitentia nihil proderit. Quid enim vtilitatis erit huic, qui nunc seducitur, si tunc intellexerit errorem suum, cùm pœnitendi iam non erit tempus? Nõ ergo inaniter decipiamus nosmetipsos, neq; circunscribamur in perniciem nostri, neque aliam nobis pœnam incredulitatis crimine conquiramus. Non solùm enim si inobedientes simus mandatis Christi, sed & si incredituli existamus, supplicia nos manebũt. Non credere autem ex eo accidit, cùm resoluimur ad explenda mandata, & ne fortè rei videamur contemptus, & conscientiæ pondere prægrauemur ad abiiciendum præuaricationis metum, aliis nosmetipsos prauæ intelligentiæ laqueis irretimus, & desperantes de innocentia legũ pœnas putamus posse conuelli, vt sæpe homines ægri cùm multis febribus aguntur, si in aquas semetipsos frigidas immerserint, ad præsens quidem aliquid videntur sibi quæsisse solatij, multiplicatas verò corpori suo flammas febrium reparant: ita & nos agimus, cùm stimulamur conscientia peccatorum, & in herebum nos, vel lacus contritos prauæ intelligentiæ præcipitamus. Ex hoc enim iam necessario quasi licitè peccamus, & non solũ præsentibus irascimur fratribus, verumetiam cum absentibus litigamus. Sic enim quasi per licentiam feritas increscit. Et maiores quidem nostros, ac potentiores, etiamsi iniuriis nos & contumeliis agant, ferimus: & cũ E
mansuetudine & subiectione portamus, verẽtes ne quid ab eis grauius patiamur. Erga æquales verò vel inferiores interdum, nec læsi commouemur & irascimur, intantum humanus metus timori dei præponitur. Et quæ tandem spes erit nobis salutis, tantum defectum, tantũq; contemptũm gerentibus in mandatis diuinis? Dic tamen mihi, quid graue à nobis exigit Christus, aut quid onerosum? Noli, inquit, irasci fratri tuo sine causa. Non- Matth. 5.c
ne hoc multò leuius est, quàm si tu alium feras irascentem tibi sine causa? Ibi enim iam ab alio congregata est iracundiæ materia, hic verò qui arguat nullus est, si non ipse tibi flammas succendas iracundiæ. Nunquid simile est ab alio tibi ingestam faciem iracundiæ tolerare, nec succendi, & nullo instigãte quiescere & silere? Illud ferre posse, hoc est alterius iracundiam, summæ philosophiæ est: vt autem tu non inflammeris frustra ad iracũdiam. Laus quidẽ nulla est, quòd non irasceris sine causa: si verò irasceris inaniter, hoc est sine causa, summæ vanitatis ac stultitiæ nota est. Cùm verò, quod maius est, propter timorem hominum feras, propter timorem
F dei nec minimum quidem & exiguũ patieris. Et est qui in huiusmodi commissis semetipsum nõ statuat reum, aut iudicio diuino nõ decernat obnoxium. Noli, inquit, irasci fratri tuo sine causa. Omnem hominem fratrem Gala. 3.d
tuum iudica. In Christo enim neque ludæus, neque Græcus, neque seruus, neque liber, neque masculus, neque fœmina, sed omnes vnũ sumus in Christo. Propter quod nec erga famulos quidem præceptum istud negligendũ est. Sine causa enim nec contra ipsos quidem debemus irasci: quia & illi à Christo simili vt tu libertate donati sunt. Vide ergo iam quis erit immunis ab hac culpa: aut quis est, qui nõ dicatur penitus alienus, seu qui rarò saltem non decipiatur hoc vitio? Et quando ad illud veniet, vt omnino nunquam in hoc incurrat? Hoc nanq; sermo institutionis exposcit. Sicut enim qui fur non vult dici, nunquam omnino furatur: neque adulteratur, ne fortè etiam ex vno adulterio adulter nominetur: ita & maledicus tanquam ab adulterio refrenare debet à cõtumelia linguam suã, ne etiam eum pro vita lapsu maledicum faciat, & iniuriosum. Illud autem quod in consequentibus habetur, quis non infidelium etiam fabulosum iudicet, cùm tamen æterna dei voce sanctum sit

Ait enim:

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matt.5.c G Ait enim: Si offers munus tuum ad altare,& ibi recordatus fueris quòd frater tuus habet aliquid aduersùm te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tũc veniens offeres munus tuũ. At nos pugnas habentes adinuicem, & dolos in corde versantes accedimus ad altare dei: & cùm deus tantam curam reconciliationis nostræ habeat, vt patiatur munera sua relinqui,& ante altare imperfecta manere,atq; interrumpi ministeria sua,donec tu eas,& resoluas iracundiam tuã, & discindas inimicitias cum fratre tuo: nos verò ne hoc ipsum erubescimus, sed per dies multos patimur manere inimicitias, & trahimus sicut funẽ longum discordias.Non enim iracundos tantũ,& malitiæ memores punit deus,sed & eos qui irascentes, aut offensos fratres negligunt & contemnunt: quoniã quidem hi qui passi videntur iniuriam, necessario dolent & irascuntur: qui verò fecerũt,nec doloris aliquid, nec iracundiæ gerunt. Ob hoc ergo hunc qui ab iracundia liber est,adducit ad illum qui læsus est,qui in dolore est, & liber non est:ostendens quia criminis huius maxima pe
nes hunc magis est,qui causas peccãti dedit. Sed ne sic
H quidem emendamur.Persistimus enim etiam pro nullis rebus contristare fratres, & quasi nihil mali fecerimus,satisfactionem negligimus,& obliuioni tradimus culpam, atq; inimicitias in tempus longum protrahimus, ignorantes quòd tantùm longa nobis erit pœna, quantùm & discordia.Vbi enim amicitia permanet,nihil facilè creditur,nihil facilè recipitur quod diffidium operari possit.Si verò inimicitię semel occupauerint animos,omnia quę fiunt,quæ dicuntur,quæ audiuntur:ita accipiuntur,& ita intelliguntur,vt ad maiores & lõgiores proficiãt inimicitias. Si quid enim boni dicatur de inimico,non creditur: si quid verò mali,hoc solùm creditur,& confirmatur. Iubet ergo dominus relinqui donum ante altare, & prius reconciliari fratri, vt ex hoc discamus,quia si nec illo tempore, quoad ministerium dei videmur accedere reconciliationem dissimulari, ac differri nõ patitur deus: quantò magis curare hoc in aliis temporibus iubet?Nos verò imaginem quidem colimus præcepti,veritatem verò ipsam, virtutemq; negligimus.Nam osculum pacis porrigere tempore quo mu
I nera offeruntur in vsu est: sed vereor ne fortè plures ex nobis labiis hoc tantummodo faciant,cùm Christus pacem non ex ore,sed ex corde desideret,& affectu velit proximum non labiis salutari. Si enim pax non habetur in corde,quasi in scena res agi videtur & ludo:vnde per hæc exacerbari deus credendus est potius, quàm placari.Puritas enim & veritas est quæ placent deo: respuit autem,& odit omne quod simulatur & fingitur.Et hæc agimus homines,quibus neq; irasci, neq; inimicos habere permittitur: aut si fortè irasci accidat, mandatur vt sub die iracundias nostras, vel inimicitias finiamus.In hoc enim constringimur præcepto illo quo ait:
Ephe.4.f Sol non occidat super iracundiam vestram.Nos è contra,ne hoc quidem cõtenti sumus, vt iracundiam vltra Solis terminũ producamus,sed insidias inuicem struimus,siue & verbis, siue rebus supplãtare proximos cupientes,mordentes inuicẽ & comedentes,quod vtique apertæ insaniæ est. Quid enim aliud faciunt insani, & dæmone pleni,nisi membra sua morsibus laniant?Iam verò nec facimus mentionẽ eorũ,quæ de aduersario præcipiuntur, vel de cõcupiscentia illicita,vel de visione oculorũ.Oculus enim dexter, & manus dextera nõ aliud indicant,nisi eos qui nos amant quidẽ, sed inutiliter amant.Sed & quæ de nõ relinquẽdis vxoribus præcipiũtur,quasi nec mãdata,nec scripta sint contẽnuntur. Nã K
de nõ iurando erubesco proferre in medium,nõ solùm propter iuramenta,sed & propter periuria.Si enim verè iurare crimen est,& præuaricatio mandati: periurium vbi ponemus?Si,inquã,supra quam est, & non quicquid fuerit à malo est: supra hæc iam quæ proferuntur, à quo erunt:Post hæc,si quis,ait,te percusserit in dexteram ma Matt.5.f Lucæ.6.d
xillam,conuerte ei & alteram: & volenti tecum in iudicio contendere,& auferre tibi tunicam tuam, proiice ei & pallium:& si quis te angariauerit mille passus,vade cum illo alia duo millia: & petenti te da,& volẽti mutuari à te,ne auertaris ab eo.Ad hæc quid dicemus? pro singulis enim his lachrymæ tantummodo proferendæ sunt,& confusio habenda est. Apertè enim contra hæc omnia militamus.Ad iudicia enim & rixas,ac bella cõ surgimus.Pati autem aliquid ex his quæ scripta sunt, ac ferre toleranter:neque in verbis,neque in rebus amplectimur. Sed & si in aliquo vel leuiter saltem pulsemur, continuò velut feræ bestiæ insurgimus. Quòd si proferas mihi aliquos,qui fortè cõtempserint censum suum, & pauperibus largiti sunt: post hæc verò despecti pro penuria,multa passi sint mala:& quasi nec mandata, nec L
scripta sint hæc,contendunt,paucos & valde raros tales inuenies.Quòd & si ostenderis aliquem,nõ tamen talẽ, qualem euangelij sermo describit,philosophum demõstrabis.Hic enim euangelicus philosophus,non is tantùm qui sponte dederit,describitur: lætus nanque est,& exultat qui sponte largitur, sed inuitus & iniustè direptus sit,& constanter toleret ac patienter.Et quid dico,toleret patienter? Amplius aliquid & excelsius Christi sermo componit,Magnum nescio quid,&immensum est, quo sublimare animas voluit,quas ad perfectionis culmen inuitat.Non solùm,inquit,iniuriam patiens, nihil iracundiæ moueas aduersus eum,qui iniuriam facit: & non solùm pro his quæ abstulit non indigneris,sed & si quid tibi fortè subrelictum est, id sponte largire ei, qui abstulit totum.Cùm enim is, qui ad diripienda quæ tua sunt, iniquo spiritu successus aduenit, si te prolixiorem* *pronio-
reperit in largiendo, quàm ille venerat in diripiendo: quanuis sit ille ferus, quanuis immanis & barbarus,erubescet bonitatem tuam,mitigabitur à furore, resipiscet continuò, & facti pigebit: & suum quidem peccatum abhorrescet, tui verò virtutem animi mirabitur, & amabit.Sed hunc ego vbi nunc inuenio? Cuius autem talem vitam mirabor? Cuius autem tales actus reperiam? solùm scriptum fortassis hoc legere in diuinis libris potero: geri autem, vel operibus implere nescio si videbo.Nolo enim nunc mihi aliquem proferas passum iniuriam, patienter tulisse. Hoc enim potest fieri, & pro eo fortassis, quia vicem reddere qui passus est, ac similia referre non potuit: aut etsi potuit, tempus fortasse non habuit: aut etsi tempus fortasse nec habuit, aut si temporis fuit, & per omnia potuit, sed propter dei timorem non fecit: & si continuit, demus ei patientiæ palmam. Nunquid nam & hoc facere potuit,vt cupiditatem nocentis non expleret solùm, sed etiam superaret: & plus cederet,quàm expetebatur: ac violenter quæ sua sunt auferenti, offeret etiam reliqua, & voluntas etiam ea largiretur, quæ iam cupiditas non quærebat. Amplius aliquid adhuc, & eminentius Christi philosophus docetur à Christo. Hunc,inquit,qui diripuerit quę tua sunt, qui læserit,qui nocuerit, non solùm donis largioribus cumula,sed & dilige,& amicum habeto,& tota charitate constringe: intantum, inquit, vt ores pro eo, & deo preces pro anima eius fundas, quod vtique

indicium

A indicium summæ & perfectæ dilectionis est. Verùm ne iterum putes hæc cohortatoriè magis quàm verè dici, etiam necessariam huius dicti causam sermo
Luc.6.e diuinus exponit.Ait nanque: Si enim dilexeritis eos, qui vos diligunt,quæ vobis merces est? nónne & publicani id faciunt? & si salutaueritis eos qui vos salutant, quid amplius facietis? nónne & Gentiles hæc faciunt? Vides ergo quia volens discipulos suos Christus præstãtiores esse cæteris hominibus,idcirco hæc eos facere docuit. Sed & si nos nec his publicanis, nec Gentilibus efficimur meliores, nónne lugendi & plangendi sumus? Quinimmo tantum nobis deest, & intantum longè sumus à diligendis inimicis, vt nec amicis quidem amoris vicem,charitatisque reddamus: sed è contrario odio habeamus etiam diligentes. Cùm enim æmulamur,& inuidemus bonis,& omnimodè vel in dictis, vel in factis existimationes eorum,laudesq; obrui volumus & obscurari: quid aliud est, nisi summi odij, & extremæ inuidiæ indiciũ? In quo vtique non solùm à Gentilibus & publicanis nequaquã differimus,sed etiam multò inferiores exIbidem.d istimus.Christus enim nos orare pro calumniatoribus
B iubet, nos insidias & dolos etiam amicis concinnamus. Christus maledicentibus benedici iubet, nos è contrario, aut priores maledicimus, aut maledictis alterius multiplicata maledicta restituimus. Nónne tibi videntur, vt dixi, omnibus contraria esse præceptis Christi, quæ gerimus: & magis pugnam esse nobis contra eum,quàm obedientiam? Nam vanæ gloriæ iactantiam,& superbię tyrãnidem,quam ille quidem verbis suis destruit, nos autem gestis nostris, & operibus ædificamus,qualiter exponam? Cuius quidẽ à nobis vix illa & in orationibus, & in ieiuniis atque eleemosynis præferuntur, & cæteris omnibus rebus, gestisq; nostris aptantur: cuique velut empta mancipia subiacemus, & ceruices nostras omnibus eius ludibriis subiugamus. Tãtus enim hominibus diuinorum præceptorum contemptus inest,vt etiam si quid facere videantur ex mandatis,nec hocipsum quidem deo qui mandauit impendant, sed deceptioni, vanæ iactantiæ, & inani gloriæ quæ geiserunt consecrent: ita vt in vtroque modo sibi damno feriãtur, & cùm facere videntur quæ mandata sunt, & cùm omnino
C non faciunt. sic ex omni parte hominum genus intra suos laqueos malignus innexuit. Quòd etsi quis potuerit ab istis se nexibus exuere,cautiusq; & attentius, quæ mãdata sunt adimplere: malum ingens superbia continuè subrepit, in qua est lapsus diaboli. Hæc enim angelum etiam deiecit, quantò magis hominem? Quam qui incurrerit, non solùm ea quæ consecutus est,sed & semetipsum pariter perdet.Ego autem nouj plurimos eorum præcipuè, qui videntur distribuere indigentibus pecunias suas, non solùm su*lapsus. perbiæ,vel iactantiæ incurrisse laqueos,* sed & vitiorum aliorum multorum. Nonnulli enim ob hoc largiuntur vt amẽtur,aut his certè quos amant,aut quorum personas erubescunt.Sed & alias his similes occasiones incurrunt, per quas non iam mãdato dei opus quod factum est assignatur,sed humanæ voluntati.Cùm ergo tot mala, & talia sint quæ corrumpunt actus hominum, etiam bonos: quis hominum facilè saluari potest, qui in hæc incurrit mala? Iam verò id Matt.4.1
quod scriptum est: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: quis nam est ex omnibus nobis, qui cum fiducia hæc audeat dicere deo: Quia etsi nihil mali faciamus inimicis & de- D
bitoribus nostris, habemus tamẽ intra nos insanabile vulnus offensæ. Christus verò non solùm vult nos ignoscere delinquentibus, sed vt etiam amemus eos, & oremus pro ipsis. Nam si tantummodo non lædas eum qui te læsit, auertas te tamen ab eo, nec libenter eum videas: manet sine dubio vulnus in pectore, & dolor augescit in corde.Quod si ita est,nondum vtique quod Christus mandauit, impletur. Nunquid tu ita vis tibi propitium fieri deum, vt non quidem te lædat,auertat se tamen abs te, & peccatorum tuorum memoriam gerat, & te videre nolit? Igitur qualẽ vis erga te esse deum,cùm delictorum veniam poscis:talem te exhibere debes his qui deliquerunt in te, sicut & sapientium quidam scribit,dicens: Homo homini Ecclesiasti-
tenet iram, & à deo quærit sanitatem. Et si ipse erga ci.28.a
hominem similem sibi non habet misericordiã, quomodo pro peccatis suis exorat deum, cùm ipse caro sit, & teneat iracundiam? quis repropitiabitur peccatis eius? Vellem silere iam, & hucusque progressus finem imponere sermonibus meis: erubesco enim & confundor vltra procedere. Bellum nanque hoc quo
E impugnamus mandata Christi, & inimicitias quas aduersus eum gerimus,magis ac magis prodit sermo procedens. Sed quid iterum proderit tacere,cùm rebus ipsis arguamur etiam tacentes? Quomodo autem latebimus eum, qui nouit corda nostra, & iudicaturus est ea? Quid ergo dicam de mandato illo,quo iubemur non thesaurizare super terram? quod fortè Matth.6.c
quidem faciunt pauci, cæteri verò quasi è contrario audierint præceptum,& quasi dictum sit ad eos: thesaurizate vobis omnimodo super terram: ita relinquentes cœlum, adhæserunt terræ, & insaniunt erga pecunias congregandas, totóque affectu deum quidẽ oderunt,diligunt autem mammonam. Quod autem
dictum est: Nolite cogitare de crastino,nec audire,e- Ibidem.d
go scio aliquem nec omnino seruare,& propterea de hoc mandato dicere aliquid erubesco, sed cum confusione prætereo. Etenim oportebat nos quocunque pacto loquente Christo, & pronunciante non dubitare, sed credere. Nunc verò etiam cùm & causas, & rationes adhibeat mandatorum suorum,atque exemplis ea validissimis muniat, ne sic quidem erubesci- F
mus.Propter hoc enim & auium quæ non arant, neque seminãt,& liliorũ quæ nõ nent,similitudines po- Ibidem.
suit,vt nemo dubitaret: & tamẽ nos sicut Gentes,aut fortè etiam desperabiliores Gentibus de his singulis cogitando consumimur: & cùm neque pro his orare iubeamur,nos omne studium erga hæc impendimus. Sed de hoc,vt dixi,mandato erubescens plura dicere prætereo: ad sequentia demum venio, si fortè alicubi solatium qualecũque mei pudoris inueniam. Quid
ergo sequitur post hæc? Nolite iudicare, inquit, vt Ibidem.7.a
non iudicemini. Ego solatium confusionis meæ inuenire credebam,sed augmenta nunc reperi.Si enim etiam nullum peccatum à nobis aliud fuisset admissum, pro hoc solo gehennæ nos tradi satis, abundèque sufficeret. Quippe qui in aliorum delictis sæueri & amarissimi iudices residemus, nostras autem trabes oculis infixas propriis non videmus: qui aliena etiam minima solicitè perscrutamur, & ad condemnandos cæteros omne vitæ nostræ tempus absumimus: à quo vitio neque seculi hominem, neque monachorum vllum facilè inuenies liberum.Et quidem cùm tanta sit in hoc posita cõminatio,diuina eni sen-

i tentia

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matt.7.a G tentia dicit: In quo iudicio iudicaueritis, etiam ipsi iudicabimini: & in qua mensura mensi fueritis, in eadem remetietur vobis. Cùm ergo mali huius pœna quidem tanta sit posita, libido verò aut voluptas, vt in cæteris solet peccatis, ex hoc nulla sumatur: omnes tamen festini ac præcipites huic se vitio subiugarunt, tanquam si studium nobis scirent esse propositum, quis ad hoc malum prior omnium perueniret. Sic ergo non per vnam, sed per omnes, vt ita dicam, vias, & per omnes aditus currimus, & festinamus præoccupare gehennæ ignes: & non solùm pro his quæ laboris aliquid & continentiæ videntur exigere proni in ea ruimus, sed etiam pro iis quæ leuia sunt, & neque necessitatis aliquid, neque illecebræ quicquam continent aut voluptatis, pari linea vtrobique præuaricationis damnamur. Arguimur enim ex his facilibus & leuibus, quòd etiam in illis quę videntur laboriosa esse, propria ignauia desidiáque delinquimus. Nam, dic mihi, quid laboris habet, vt non iudices alium, neque peccata aliena discutias, neq; cõdemnes proximum tuum? imò magis verò in discutiendo & perquirendo aliena commissa labor est, & H iudicare de alterius mente summa difficultas. Quis verò hoc audiens credere aliquando possit, quòd cùm possimus sine labore seruare mandatum, laboramus & nitimur vt præuaricemus? At si per otium & negligentiam peccaremus, esset fortasse aliqua uenia his qui laborare nequiuissent. Vbi verò laboratur vt peccetur, studiumq; adhibetur, & cõtentio quatenus prętereatur mãdatum: quis est qui pro hoc malo veniam speret? Hoc enim est cõtendere aduersus eũ, qui præcepta dedit, & bellum legibus eius inferre: quia & reuera ipse pronunciauit de præceptis suis, quòd nihil Matth.11.d in eis laboriosum sit, & nihil onerosum, dicens: Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue. Et nos è contra grauia efficimus, quæ ille leuia constituit: & quæ ille suauia promulgauit, nos facimus amara peccando. Quòd si laboriosum aliquid esset in præceptis, decenter & meritò virtutem labor comitaretur: præmia enim proposita sunt post laborem. Nunc verò infœlix anima nec hanc quidem reuerentiam diuinis I legibus dabit, vt sileat & quiescat, ne ad præuaricationem laborando perueniat, quanuis sint aliqua in quibus paululum laboris est adhibendum, in his duntaxat, in quibus Paulus dicit: Nam quod in præsenti 2.Cor.4.d est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supra modum immensum æternæ gloriæ pondus operatur in nobis. Vides ergo etiam quicquid in præsenti est, leue esse, etiam si tribulatio sit. Quomodo leue? Quia immensum pondus futuræ gloriæ leuem facit præsentis temporis tribulationem, etiam si sensibus nostris grauius videatur. Denique & ipse causas in consequentibus exponit, vt omne id duci leue debeat, quicquid passio præsentis temporis intulerit. Ait enim: Non respicientibus nobis quæ videntur, sed quæ Ibidem. non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt: Mat.7.a quæ autem non videntur, æterna sunt. Sed videamus quid & alia domini mandata contineant. Nolite, inquit, dare sanctum canibus, neque proiiciatis margaritas vestras ante porcos. At nos laudis amore, & iactantiæ vitio corrupti, etiã huic præcepto contraria gerimus, atque hominibus neque intellectum purum, neque sanam fidem gerentibus, insuper etiam peccatorum maculis innexis, sine vlla discretione mysteriorum secreta nudamus, & priusquàm mentis pro- K positum à nobis, vel sensus capacitas explorata sit, diuinorum dogmatum veneranda eis arcana committimus: & quibus primã rudimenta vix dum tradi oporteret, interna eis abdita diuinæ scientiæ, diuinæq; sapientiæ patefacimus. Propterea denique nonnulli vbi immũdis, vt ita dicam, pedibus sancta nostra calcarunt, & pleno sordibus pectore hauserunt purum diuinæ scientiæ poculum: non solùm euomuerunt quod hauserant, sed & contradixerunt, & transuersi sunt, & insurgentes in eos iniuriis & maledictis, atque accusationibus eos opprobriisque ruperunt. Et ita ne nobis quidem ipsis, & vitæ atque existimationi nostræ parcimus, dummodo præuaricemus diuina præcepta: & non solùm in hoc, sed interdum & in eo præuaricamur præcepti huius vim, cùm eos quos nouimus immundæ vitæ homines violentos, rapaces, impuros, & per omnia porcis & canibus similes, diuini eos sacramenti participes effici patimur. Multũ est, si velimus singula quæque mandata discutere, quæ omnimodis in contemptu habentur ab hominibus, vt illud quod in sequentibus dicit: Quodcunque vul- Matth.7.b tis, vt faciant vobis homines, ita etiam vos illis facite. L Nos è contrario facimus omnia hominibus, quæ ipsi nolumus perpeti: & rursum, qui sumus iusti per angustam viam incedere, per latam semper incedimus. Et quidem quòd homines seculi latam viam, spa- Ibidem.& cioſamq; gradiantur, non valde mirum est: eos au- Luc.13.f tem qui videntur crucem suã sustulisse, & sequi Christum, per hanc viam latam & spacioſam velle incedere, nónne tibi prodigiosum videtur? Denique monachi cùm de monasteriis requirunt, & de locis habitationum percontantur, ante omnia requirunt, si requies sit in loco, si abundent omnia, si aquarum copia defluat. Sed & si de eremo requirãt, etiam ibi ante omnia requirunt, ac de requie tractant, & de opportunitate ministerij corporalis. Iam verò si ad aliquam dispensationem vocaueris, aut aliquid ministerij diuini iniungere volueris, prima statim solicitudo est eius, & prima ista verba sunt: Si est tibi requies quò eundum est, si inueniantur quæ necessaria sunt abundanter, si nihil desit eorum quæ & lata ac spacioſa via deposcit. Quid ais, ô homo, quid loqueris? arctã M viam & angustam iussus es ambulare: vt quid de requie, vt quid de abundantia percõtaris? Per angustam ianuam transire iussus es, vt quid amplos requiris ingressus? Est aliquid ista permutatione nequius? Est aliquid ista peruersitate deterius? Verúmne existimes me hæc silentem alios incusare, iam nũc tibi de meipso inquam, narrabo. Etenim cũ sedissem in animo quondam relicta vrbe transire ad habitaculum monachorum, ego scio quàm solicitè perscrutabar, vnde nobis in illis locis quæ necessaria sunt corpori præberentur: & si possibile esset, & recentis, & diurni panis habere quotidie copiam. Sed & illud non segniter requirebam, ne fortè eodem oleo olla & lucerna esset aptanda, si non leguminis grauis & sequitarius cibus sumi iuberetur. Sed & ne operis aliquis grauis esset exactor, ne fortè fodere terrã cogerer, aut ligna deferre, aut aquã numeris portare, vel cætera huiusmodi exhibere ministeria: ita omni solicitudine pro requie corporis percontabar. Et quidẽ qui principibus seculi ministrant, ac reipublicæ negotiis inseruiunt, horum nihil requirunt, sed tãtùm si aliquid lucri temporalis habeat eius militię locus. Quòd si hoc solũ esse cognouerit, iam nullus refugitur labor, nullum periculum vitatur,

A vitatur, nulla indignitas excusatur. Seruilia etiam si ab ingenuo deposcantur officia, non negat peregrinationes longissimas, periculosissimásque non respuet, contumelias, cruciatus, permutationésque temporum feret: omnẽ sustinet laborem spe lucri, nec timet, ne fortè ab ipsa miserabili spe decipiatur ac decidat, nec iam immaturã preregrinis in locis mortẽ, & subitam pertæsescit: separationem quoq; suorum, coniugis etiam, ac liberorũ absentiã tolerabiliter patitur. Non deniq; patriæ, nõ charorum mollitur affectu, sed desiderio & cupiditate pecuniæ, velut amẽs effectus agitur, & amore eius accẽsus, nihil laboris sentit, nihil doloris intelligit. Nos ecõtra qui non pecuniã quærimus, sed sapientiã: nec terram, sed cœlũ petimus, & ad cœli 1.Cor.2.c diuitias festinamus, quas neq; oculus vidit, neq; auris audiuit, nec in cor hominis ascẽderunt: hęc inquam quærentes, & pro his cœlo ipsi vim parantes inferre, de requie corporis percõtamur? Vide quãtò miserioB res illis sumus, & molliores. Quid dicis, ô homo, quid agis? Cœlum paras ascẽdere, & regnũ cœli inuadere: & interrogas, ne qua tibi difficultas occurrat in itinere, ne quid asperũ tibi in via accidat, aut laboriosum: & nõ erubescis, nõ pudore oppressus sub terra temetipsum defodis? Si enim hęc omnia mala tibi occurrerent, si vniuersa tibi pericula immineret, si cõuicia, si iniuriæ, si ignominię, si calũnię, si gladius, si ignis, si ferrum, si bestię, si pręcipitia, si fames, si ęgritudo, & cuncta quę vel dici, vel excogitari possunt mala, super te irruerent, dignum aliquid pati erat? Nónne tibi hæc omnia pro tantis, ac talibus causis ridenda prorsus & spernenda penitus viderentur? Anilis animæ est metus hic, & effœminatæ. Erit ergo ita abiectus aliquis & infœlix, erit ita degeneris animi, vt cœlũ cupiens ascẽdere, de terrena requie cogitet: quã non solũ requirere, sed etã præparatam recipere indecorũ est. Aut nõ tibi videtur absurdũ, vt hi quidẽ, qui humano amore flagrãt, totam mentem suã, totamq; cogitationem in illis habeant, quos amãt: & si absentes corpore sint, cogitatione tamen cum illis sint: nec aliud aliquid sibi dulce esse in præsenti vita deputãt, nisi ipsos videre si liceat: aut si id nõ potest, de ipsis absentibus cogitare: nos autem qui amore sancto, incorruptoq; flagramus, omissa cura, & solicitudine eius, quę amamus, requirimus: eaq; amorem nostrũ non solùm nil iuuare, C sed & impedire plurimũ possunt. Nõ video charissime, quis aliquis nostrum vera & perfecta cupidine cœlestium teneatur, alioquin omnia quę videtur esse grauia, vmbras putarem, & risum. Et hoc nõ ego ex perbis meis, sed illius, qui huiusmodi amore insaniuit, insania salutari docere tẽtabo: illũ dico Christi amatorẽ, qui tãto igne amoris ei exarsit, vt moras vitę huius, & dilationẽ profectionis suæ, qua redire morabatur ad 2.Cor.5.a Christũ, ingemiscęret, & doleret, & querelas suas per hæc verba signaret: Positi, inquit, in tabernaculo isto ingemiscimus. Desideriũ habens dissolui, & cũ Christo esse: multò enim melius est. Sed quoniã, inquit, hoc placet illi quę amo, permanere in carne necessarium propter vos. Vt enim fides Christi prędicetur, & vt ipse ab omnibus ametur, ppterea & famem, & sitim, & nuditatẽ, & vincula mortesq; sustineo, & maris pericula, & naufragia, cunctaq; omnino, quæ inferũtur in me, libens perfero: & nõ solùm nihil mihi graue est, Rom.8.g sed & pro his omnibus glorior. Causa autẽ mihi gloriandi pro his charitas Christi est. In his, inquit, omnibus superamus propter eum, qui dilexit nos. Quòd

Totius quæstus,

si amor hominũ frequenter etiam mortẽ subire persuasit, quomodo nõ amor Christi nõ solùm laboris patientiam, sed etiã mortis tolerantiam persuadebit? Sicut & huic amatori eius, quẽ suprà ostendimus, omnia pro nihilo ducẽti, dũ nimis amori ei inhæreret. Neq; enim videbatur sibi esse in terris, neq; præsentẽ hanc vitam cum hominibus ducere: sed tanquã si iam esset in cœlis, & cum angelis haberet cõuersationem suã, & quasi facie ad facie cõspiceret bona futura: ita spernebat cũcta, quæ in præsenti vita, vel delectabilia, vel tristia videbãtur. Nulla ei cogitatio, nullus sermo de requie erat, quod nos & frequentius & solicitius quęrimus, sed clamabat dicens: Vsq; ad hanc horã & esu- 1.Cor.4.c rimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & instabiles sumus, & laboramus operãtes manibus nostris. Maledicimur, & benedicimus: persecutionem patimur, & sustinemus: blasphemati deprecamur, tãquam purgamẽta huius mundi facti sumus omnium peripłema vsq; adhuc. Per singula enim oculos mentis suę cõuertens ad cœlũ, & decore cœlestium tractus reuerti ad terrena rursum recusabat: sed sicut is, qui in paupertate positus intra vile & humile tugurĩũ vixit, si fortè regẽ videat auro multo, & margaritis, ac pur- E pura refulgentem, vltrà iam nõ vult tugurij pauperis recordari, nec penuriæ suæ ad animum reuocare memoriam, sed agit omnia quatenus possit à splendore, & gloria regis, quem cõtuens admiratus est & dilexit, inseparabilis effici: Ita & Paulus vbi perspexit illa quæ in cœlis sunt, cõtempsit ista quę egestatis, & squaloris in terra plena sunt, & cum hominib quidẽ pro necessitate terreni corporis conuersabatur: mente verò & solicitudine totũ se illuc transferebat, quò eum amoris sui ducebat intentio, etiam si triste hic aliquid perferebat, animo ibi occupato nõ sentiebat: & si delectabile & suaue aliquid videbatur illa delectatio, & illa suauitas, quã per spiritum cõtuebatur, delectationes huius suauitatis obscurabat. Intantũ enim succensus erat igne Christi, vt ei etiam si flammas mortales adhibeas, nescíat, nõ sentiat, non vratur. Multò nanq; vehementior est ignis Christi, quo vritur per amorẽ. Non enim Paulus erat sicut nos mercenarij, qui timore gehennæ regnum Christi requirimus: sed ille alio F quodã pacto multò præstantiore, & beatiore desiderio cõstrictus, ita fert omnia, vt ex his quas patiẽ pœnis solatia magis amoris sui capiat, quàm dolorẽ corporis sentiat. Ita enim totam mentẽ eius deuinxit amor Christi, vt etiã hoc ei quod præcæteris omnibus amabilius erat, esse cum Christo rursum idipsum, Philip.1.e quia ita Christo placeret, contemneret: sed & cœlorum regno quod videbatur laborũ esse remuneratio, pro Christo nihilominus carere pateretur, ab ipso etiam Christo anathema esse pro Christo optabile haberet. Sed fortasse minus planum videtur esse quod dico: quod tamen si explanare voluero, tunc iam non obscurum, sed incredibile videbitur his dũtaxat ipsis, quibus prius videbatur obscurum. Quod tamen etiam beatus ipse, quia incredibile nobis futurum esse perspexit, cum quadam protestatione signauit, dicens: Veritatem in Christo dico, non mentior, Rom.9.a testimonium mihi perhibẽte conscientia mea in spiritu sancto, quoniam tristitia est mihi magna, & cõtinuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem qui sunt Israëlitæ. Et tamen cùm protestatus sit, & conscientiam suam

Universidad de Deusto
Biblioteca

G ad testimonium inuocauerit, adhuc minus credibile
videtur apud homines, quòd ab ipso velit anathema
fieri, pro quo vult & anathema fieri. Quid verò illud
est, quod cùm disputasset de his, quę in hoc seculo age
rentur malis, addit & dicit: Quis nos separabit à cha
Rom.8.g ritate Christi? tribulatio, an angustia, an fames, an nu
ditas, an periculum, an gladius? Et enumerans omnia
quæ in terris sunt, ascendit etiã in cœlum: & ostende
re volens, quia nihil magnũ est, si contemnat terrena
supplicia propter Christũ, adiecit etiã hoc: Quia neq;
angeli, neq; principatus, neq; potestates, neq; virtutes,
neque præsentia, neque futura, neq; altitudo, neq; pro
fundum, neq; alia creatura poterit nos separare à cha
ritate dei, quæ est in Christo Iesu dño nostro. Quod
autem dicit tale est: Non solùm homines abstrahere
me nõ possũt ab amore Christi, sed nec angeli quidẽ,
neq; omnes simul virtutes cœlorum, si conueniant in
vnum, ab eius charitate separare me possunt: nec si à
regno decidere me necesse sit, aut eã in gehennã tra
di pro Christo, ne hoc quidem mihi metuendum est.
Quod enim ait, Altitudo & profundũ, vita & mors:
non aliud mihi indicare videtur, quàm regnũ cœlorũ
H & gehennã. Hæc autem dicebat, nõ q̃ angeli affecta-
re possent eum aliquando à Christo separari, sed etiã
ea quę impossibilia sunt. Verbi gratia, fieri posse dixit,
magis q̃ se à Christi amore seiungi, vt per hęc quãta
in eo vis esset dei charitatis ostenderet, & q; omnibus
ante oculos poneret. Hic enim amantium mos est, vt
amorem suũ silentio tegere nequeant, sed necessariis
suis, & charis efferũt, & produnt, & flãmas suas intra
pectus cohibere nõ possunt. Enarrant frequentius, vt
ipsa assiduitate narrandi immensi amoris sui solatiũ
capiant, & refrigeria immensi ardoris assumant. Sic
ergo facit beatus hic, & eximius amator Christi. Om-
nia quæ sunt, & quę erunt, quæq; accidere possunt, &
quę omnino accidere nõ possunt, simul sermone vno
cõplectitur, visibilia & inuisibilia, omnem requiem,
cunctaq; supplicia, & quasi non sufficientibus bonis so
lis, ad amoris sui vim, & magnitudinem complectẽ-
dam assumit & tristia. Sed & ea quæ non sunt, cõme-
morat, vt ostendat quia etiam si essent ea quę nõ sunt:
se tamen mouere à proposito, aut mutare nõ possent.
Nec creatura alia, vtique de his dicit, quæ non sunt.
I Quòd si illi nõ sufficiunt, omnia quæ sunt, vt moueat-
ur à charitate dei, quę est in Christo Iesu, sed & ea quę
non sunt, prouocat quodammodo ad certamen: & ab
initio ad tam excelsa conscendens, nos qui iubemur
eius esse imitatores, nec istas quidem ferimus tribu-
lationes, quæ cõmunes nobis habentur cum cæteris:
sed dissoluimur & relaxamur, & quasi febribus defa-
tigati deficimus, tanquam longa & diutina ægritudi-
ne consumpti, & de omni sanitatis spe penitus desper-
amus. Sed & si aliquis nobis exempla Apostolorum
adducat in medium, & dicat sequi eos nos debere, &
imitari vitæ eorum propositum, gestorumq; regulas
custodire: respondebimus statim, quia nobis impossi-
bile sit illos imitari, & virtutis eorum tenere mensu-
ras. Quòd si etiam causam percontetur quis, nos con-
tinuò stultam illam responsionem, absurdamq; profe-
rimus, dicentes: Ille Paulus erat, ille Petrus erat, ille
Ioannes erat. Quid est, ille Paulus erat, dic mihi: quid
est, ille Petrus erat? Nõne eiusdem naturæ erant cui-
us & nos? Nónne eadem via ingressi sunt hunc mun-
dum, qua & nos? Nónne eisdem cibis vtebantur, atque
eundem respirabant aërem? Nónne eisdem vitę vsi-
(n)
bus agebantur? Nónne aliqui eorũ etiam coniugia ex- K
perti sunt, & liberos procrearunt? Quidam verò ipso-
rum etiam opifices cõmunium artium erant. Alij ve-
rò & lapsus perpessi sunt peccatorum, alij in vltimum
malorum barathrum deciderunt. Sed multũ, inquit,
gratiæ illi acceperũt à domino: siquidem mortuos su-
scitare iuberemur, aut oculos aperire cęcorũ, aut mũ-
dare leprosos, aut claudos erigere, aut dæmones effu-
gare, aliasq; his similes sanare ægritudines: si opera-
tionum virtus quęreretur, locũ haberet ista respõsio:
si verò vitæ à nobis obseruantia, conuersationisq; re-
quiritur, & obediẽtiæ ratio, quid facit ad hęc ista nar-
ratio? Et tu enim accepisti gratiã dei per baptismũ, &
participium spiritus sancti consecutus es, etiam si nõ
ad hoc, vt signa faceres, sed quantũ sufficeret ad hoc,
vt rectę vitę innocentiã custodires. Et ideo perditio-
nis nostræ causa nulla alia est, quàm negligentia no-
stra, atq; desidia. Sed & Christus in illa die remunera-
turum se promittit, nõ eos qui signa & prodigia, sed Matt.25.c
eos qui sua præcepta fecerint, dicens: Venite benedi-
cti patris mei, percipite regnũ, quod vobis paratũ est
ab origine mũdi. Nõ dixit, quia mirabilia fecistis: sed,
quia esuriui, & dedistis mihi mãducare: sitiui, & dedi- L
stis mihi bibere: peregrinus fui, & collegistis me: nu-
dus, & operuistis me: infirmus, & visitastis me, in car-
cere, & venistis ad me. Sed & beatos nõ dicet eos, qui
signa & mirabilia fecerunt: sed humiles spiritu, man-
suetos, lugẽtes, & esurientes & sitientes iustitiã, pacifi-
cos, & mundos corde, atq; eos qui persecutionem pa-
tiuntur propter iustitiã. Nusquã enim in signorũ ope-
re, & mirabiliũ beatitudo ponitur: sed in expletione
mandatorũ, & perfectione virtutum. Nam & illiipsi
beati, qui hęc fecerunt: nõ ideo nobis in admiratione
sunt, quia signa ostenderunt & prodigia, hoc enim to
tum gratię dei fuit: sed pro animi virtutib⁹ magni ha
bentur, & clari. Quod vtique nutu quidem diuino, &
gratia cœlesti, proprio tamẽ studio ac labore operati
sunt. Nõ ego sum qui hęc dico, sed ille ipse imitator
Christi. Cùm enim aduersum pseudochristi Apostо-
los scriberet, atq; iudicia prauę doctrinę, minusq; pro-
bæ, discipulos reduceret: nõ dixit, ex mirabilibus & si-
gnis intelligi debere ministros Christi, sed ait: Mini- 2.Cor.11.
stri Christi sunt, & ego (tanquã minus sapiens dico) M
plus ego. In laboribus plurimis, in carcere abũdãtius,
in plagis supra modũ, in mortibus frequẽter: à Iudæis
quinquies quadragenas vna minus accepi: ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium
feci: die ac nocte in profundo maris fui, in itineribus
sæpe, periculis fluminum, periculis latronum, peri-
culis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ci-
uitate, periculis in solitudine, periculis in mari, pe-
riculis in falsis fratribus, in labore & fatigatione, in
vigiliis frequenter, in fame & siti, in ieiuniis mul-
tis, in frigore & nuditate. Præter illa quæ extrinse-
cus in me concurrunt, quotidiana solicitudo om-
nium ecclesiarum. Quis infirmatur, & ego non infir-
mor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Vides pro
qualibus, & quibus gestis mirandi sunt Apostoli? nam
qui sig.orum & mirabilium gestis p.bari volunt,
non possunt probi videri: quia & ipse dominus, &
saluator noster non dixit, ex signis & mirabilibus co
gnoscetis eos, sed ait: Ex fructibus eorum cognosce- Matth.7.c
tis eos. Et iterum dicit: Multi dicent mihi in illa di- Ibidem.
Domine domine, nónne in nomine tuo prophe-
tauimus? & in nomine tuo dæmonia eiecimus? &
in nomine

A in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc dicã
eis: Quia non noui vos, discedite à me operarij ini-
quitatis. Propter hoc autem & discipulos monebat, di
Luc.10.d cens: Nolite gaudere, quoniã dæmonia vobis subiiciũ
tur: sed in hoc gaudete, quia nomina vestra scripta
sunt in cœlo. Vita enim bona, & actus probi etiam si-
ne signis & mirabilibus merentur coronã: iniqua autẽ
conuersatio, etiam si signa & prodigia fecerit, supplici-
a nõ euadet: & ideo superfluò hæc quæruntur, imò &
periculosè. Nam possumus etiam ex his hæreticis oc-
casionẽ dare, si dicamus, quia Apostoli, & omnes san-
cti nõ ex proposito suo, & labore mirabiles facti sunt,
sed ex dei gratia sola. Dicũt enim: Et quid ergo prohibet
omnes fieri tales? Si enim gratia dei nihil requirit à
nobis, sed ipsa est quæ facit vnumquẽque perfectum:
Acto.10.e cur non omnibus ex æquo infunditur, vt fiant omnes
repẽtè perfecti? Nõ enim est personarũ acceptor deus.
Sed quoniam non sola gratia dei hoc agit, requiritur
enim vt & nos, quod in proposito nostro & viribus
nostris est, expleamus. Idcirco venit quidem ad vnũ-
quenque gratia dei, sed apud eos, qui dignè explent ea
B quæ in ipsis sunt, permanet: ab his verò qui minus di-
gnè agunt, citò discedit: ad eos autẽ qui nec initium fa
ciunt conuertendi ad dominũ, omnino nõ venit. Re-
ctas enim mẽtes diligit, & sine fuco propositũ. Quod
etiam in Paulo perspiciẽs, licet adhuc alio itinere vi-
deretur incedere, tamen quia proposito recto, & zelo
Ibid.9.c dei hoc agebat, dicit de eo dominus: Quia vas electio-
nis est mihi iste, vt portet nomen meũ coram genti-
bus & regibus, & filiis Israël. Hæc autẽ testatus est de
eo priusquã ei gratia daretur. Non ergo nosmetipsos
seducamus, dicẽtes impossibile esse, vt sit aliquis sicut
Paulus. Siquidẽ signorum & mirabiliũ, ac sapientiæ,
gratiæq; eius cõtemplatiõe nullus poterit esse Paulus:
vitæ autem ratione, & cõuersationis diligentia præ-
stò est volenti imitari illũ: quod quia non fit, volũtas
in culpa est. Sed nescio quomodo in hanc stultitiam
decidi, vt Paulo similes aliquos ex his, qui nunc viuũt
homines requiram: vtinã vel tertio, vel quarto post
ipsum loco inueniri possit aliquis. Et ideo lugendum
est, & ideo flendum, & per totã vitam pungendũ, vt
C vel sic occupata in luctu & lachrymis anima erube-
scat aliquando peccare. Deniq; requiramus à lugenti-
bus istos, dico pro charorum suorũ amissione lugẽtes,
& in egestate positos, & nõ qualescunq; homines: sed
illos ipsos potentes & diuites, & in deliciis agentes,
qui ventri & voluptati viuunt, qui prandia vsque ad
vesperam, cœnas in medium noctis extendunt, qui a-
liena diripiunt, & propria profundunt, istos ipsos in-
terrogemus: si quando aut vnicum pater filium, aut
vxor præreptum citò plangit maritum, quomodo ve
lut fulmine quodam iacta anima contremiscit, & in
stuporem vertitur, a fugiunt cõtinuò, nec vsquam ap-
parent omnes illæ molles & resolutæ deliciæ: nusquã
ventris cura, aut solicitudo carnis habetur: sed cer-
tumæ cõtinentiæ introducitur philosophia: abstinetur
ab omnibus, agũtur extẽta ieiunia, iuges vigiliæ, hu-
mi requiescitur, summũ silentium, quies magna, hu-
militas vltra, mãsuetudo ineffabilis, miscẽtur oratio im-
mẽsa, etiãsi auferantur omnia, etiãsi dissipentur, nihil
pro his animus curat, nihil mouetur. Etiã si igne con
cremẽtur vniuersa, & cẽlus pariter cũ domibus per-
eat, nõ indignatur, nõ irascitur. Multos ego r... post
amissionẽ charorum, nec v.bes habitare voluisse, sed
cõmigrasse ad agros, atq; ibi ieiunã & sobriam duxis-
Tomus quintus.
se vitam cum omni silẽtio & quiete. Alios nemini in D
ipsis defunctorũ suorum sepulchris habitaculum po-
suisse, atq; inibi vitam similem mortuo trãsegisse. Sed
hoc modo interim, donec dolor cõquiescat, nihil cu-
rat anima, nihil cogitat, procul omnis illa insania cõ
gregandæ pecuniæ, procul omnis cupiditas possidẽdi:
honoris autem & ambitionis omnis apud eos gloria
tunc verè, vt fœnũ & flos fœni videtur. Et talis, qualis
si quis flammã tristitiæ in cinerẽ verteret, & ita ex o-
mni parte anima trãsfertur ad philosophiam, vt de-
liciarũ atq; suauitatum vitæ huius, nec sermo quidem
vllus habeatur: imò potius si quid delectabile visum
est, si quid gratũ, id nunc amarissimũ & odibile duci-
tur. Nullus famulorũ, sed nec amicorum quidẽ quis-
quam & familiarium aliquid in auribus eius loqui de
his, quæ huic vitæ videntur necessaria esse: sed tantũ-
modo de humanarum rerũ caduco & fragili statu, &
de incertis vitæ huius & lubricis reb⁹ sermo habetur:
& varietas, ac mutabilitas mortalis vitæ philoso-
phicis assertionibus exponitur, atq; ex omni parte anima
per dolorẽ luctus, tanquã in quodam sacrario collo-
cata, nouis nunc de natura humana imbuitur discipli E
nis, vt agnoscere incipiat, & sentire præsentis seculi
fragilitatẽ, quàm instabilis sit, & quàm citò fugiat om
ne quod in eo magnũ videtur: quanq; fluxus, & corru-
ptibilis sit mũdi status, atq; omnia tanquã in scena a-
gantur. Et quidem tunc verè miseræ & probrosæ ap-
parent diuitiæ, tũc fœda videtur iactantia. Inuidia ve-
rò, & ira, & cõcupiscentia, ac libido, nec ad extremas
quidem ianuas lugentis accedit: sed hæc omnia fugã-
tur, omnia exterminantur, ita vt nec odor quidem ho
rum vllus occurrat. Vna sola cogitatio lugenti, vnus
intuitus imago defuncti est. Ille vultus ante oculos po
nitur, ille aspectus menti atq; animo exhibetur, ipse ei
cibus, ipse potus est: q̃ si somnus fuerit, omnia inde du
cuntur, ibi omnis requies, ibi omne solatium, ibi glo-
ria, ibi diuitiæ, ibi potentia, ibi omnes delicię collocã-
tur. Sic oportebat & nos salutem nostram lugere per-
ditam, atq; animam nostram mortuam lamentari, vt
nihil amplius dicam. Exhibeamus nos animæ nostrę,
quod illi exhibent carni alienæ. Aut non extremę mi-
seriæ est, vt hi quidem qui filios aut vxores lugent, ad F
nihil aliud occupent mentem suam, nisi vt defunctos
suos quasi intueantur, & illos semper animo, ac cogi-
tatione conspiciant: nos verò quibus salus mortua, &
regni cœlorum spes extincta est, omnia magis, quàm
Indi cogitamus. Et illi quidem etiam si regij generis
sint, nemo tamen erubescit solennitatẽ luctus imple-
re: sed humi resident, & cum amaritudine lamentan-
tur, & vestem lugubrem sumunt, & omnia faciũt, quæ
ad afflictionem animæ & corporis spectant: & neque
quòd in deliciis nutriti sunt, cogitant, neq; florem sui
corporis respiciunt, neque metu futuræ ex afflictione
ægritudinis deterrentur, sed omnia ferunt, & infati-
gabiliter perferunt: & non solùm viri, sed & multò
magis fœminæ, etiamsi valde fuerint delicatæ. Nos
è contra qui non filios, vt dixi, aut vxores, sed ani-
mam lugemus: & animam non alienam, sed nostrã,
recogitamus ægritudinem corporis, & recordamur
quòd in deliciis educati sumus. Atque vtinam hoc so
lum mali esset: nunc autẽ ne hoc quidem est quòd nos
impedit aut retardat. Quid enim, dic mihi, corpo-
ris viribus opus est, cùm cor conterere debeamus?
Quid necessariæ sunt vires corporis? vtputa deo fun
d.. oratio, vt peccatorũ fiat recordatio, vt humilitas

Universidad de Deusto
Biblioteca

G assumatur,& superbia depellatur. Quid requiro corporis firmitatem ad arrogantiam reprimendam? Ista sunt enim in quib⁹ placet deo. Quid laboris ista,quid afflictionis requirunt? Et tamen quasi quidam intolerabilis labor sit,omittitur à nobis. Non requirit deus ciliciorum pondus, neque cõcludi inter angustias cellulæ,neque in obscuris antris & tenebrosis sedere iubet: hoc solum est quod exposcitur à nobis,vt semper recordemur mala nostra, & ad animum reuocemus, & conscientiam gestorum nostrorum habeamus ante oculos,vt pro his supplicemus deo,vt gehennã ponamus in cõspectibus nostris, & angelos qui in die iudicij vbique discurrunt,& congregant de omni orbe terrarum eos qui trudendi sunt in gehẽnam ignis, ac suppliciis tradendi. Ponamus etiam & illud ante oculos,quanti doloris est excludi, ac proiici à regno cœlorum: quod,vt mihi videtur,grauius est ipsa gehenna. Nam etsi ignis ille non arderet,& immortalis illa pœna non esset parata: hoc solũ quòd alieni efficimur à deo,& excludimur à bonis æternis,nónne omni pœna cruciabilius diceretur? Quòd si non sufficiunt hæc ad erigendas animas,& incitandas ad spem: illud saltem ad memoriam reuocemus exemplũ,quod de virginibus refertur, quæ exclusæ à thalamo sponsi sunt, H Matt.25.a propter olei defectum. Ponamus nosmetipsos in illis quæ excluduntur, & videamus qui dolor, & quæ pœna sit,si cogitemus eadem & posse nos pati,si negligimus. Estne aliquis ita lapideus, qui hoc exemplo non moueatur,& timeat ne similia incurrat? Possem⁹ quidem sermonem prolixius protendere,sed quia obedientiæ magis,quàm vsus alicuius causa hæc à nobis dicta sunt,etiam vltrà quàm debuimus euagati sumus. Bene enim noui, quia si quis cordis compunctionem requirat,verè & integrè apud te haberi inueniet, & à te melius doceri,etiam si fileas. Sufficit enim ad compunctionem cordis videre te,& intelligere crucifixam vitam tuam. Itaque melius docebo de compunctione cordis, si nunc quidem viuentibus habitaculi tui iter ostendam,& eos ad videndum te mittam. Si verò de posteris quæritur, sufficiet eis si tua gesta cognoscant,propter quod obsecro te reddere mihi iam I obedientiæ meæ vicem orationes tuas,vt non tam loquamur compũctionẽ cordis,quàm patiamur. Quoniam docere,& non facere,non solùm lucri nihil,sed etiam damni plurimum confert. Grandis enim condemnatio est sermonem quidem suum componenti, vitam verò suam atque opera negligenti.

Libri primi finis.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI de compunctione cordis,liber.ij.

ET quomodo fieri poterit ô homo dei, quòd imperas sterili menti, vt anima infirma, & frigida compunctionis verba pariat? Ego enim puto quòd is, qui in hac materia vult aliquid dignum proferre,ipse ante omnes debet salutari hoc calore feruere, & salutari hoc incendio primus ingniri, quò possint etiam sermones, qui ab eo proferuntur,ignire & accẽdere animas auditorum. Sed nobis horum nihil adest: procul enim, procul à nobis sunt hæc,nec ignis iste,nec flamma illa intra nos est, sed emortuus cinis est. Vnde ergo charissime accendamus in nobis hanc flammã,qui nec scintillam aliquã intra nos vigere sentimus,nec spiritum quo perflari possit & accendi. Quomodo enim spiritus dignetur adesse K animæ confusionis plenæ, quam peccatorum multitudo contexit? Sed ego quidem non noui: sed tuę solicitudinis erit,qui imperare voluisti, vt opusculũ nostrum congruum mereatur effectum. Ego nescio si dignum aliquid ex nobis possit exire, tu videris qui opus tãtum minus validis imperas ministris. Nos quidem præbebimus officium linguæ,tu autem precare eum qui sanat contritos corde,& qui dat afflictis patientiam,quiq; erigit de terra inopem, vt ipse in nobis accendat ignem illum, per quem possit omnis infirmitas animæ decoqui,& omne quod aggrauat animã exuri, quò subnixa pennis suis anima tendat ad cœlũ: vtpote leuior reddita,atque in illo vertice posita intueri de altissimis sedibus,& despicere possit vniuersam vitæ huius,quæ in terris agitur, vanitatem. Nisi enim quis ad illã celsitudinem volatu animæ diuino munere conscenderit, non poterit terram despicere, neq; ea quæ aguntur in terris. Liber enim ei de supernis debet esse aspectus,liber auditus,vt & lingua possit liberum verbo præbere ministeriũ. Oportet enim boni huius volentem adire principia, prius animo & L mente secedere ab omni perturbatione,ac fluctuatione visibilium,atq; ad illa cõscendere, & penetrare silentia,vbi quies summa, trãquillitas iugis,pura serenitas,& nihil prorsus quod moueat, nihil quod intẽtum solicitet animũ,aut indaginem cogitationis irrũpat: sed sit immobilis oculus mentis, & in desideriũ dei tota intentione defixus,sit auditus silens, quietus, intentus,in hoc solũ directus, vt audiat verbũ dei, & cõsona diuinorũ sensuum modulatione lætetur: cuius tanta vis est,vt si semel obtinuerit animã ac possederit,neq; cibum vltra,neq; potum,neq; somnum requirat. Horũ enim omnium voluptas ad desideriũ trãslata est diuinorũ verborum,sensuumq; cœlestiũ. Hoc ergo esse decet animæ institutum, volentis de cõpunctione cordis vel dicere aliqua, vel capere, vt aliena ab omni perturbatione,& solicitudine vitæ huius effecta,spiritualis huius philosophiæ altitudinem,& cœlestis puritatis vertice teneat, quò nequaquam possit ab aliquo sen[illegible] eorum,quæ geruntur in terris,omni- M no pulsari. Nam corpus,vel corporis sensus a[illegible]nam, donec terrenis rebus intenta est, innumeris opertam vinculis onerant,& vndique ei nubes corporaliũ congregant voluptatũ. Ad hęc ministrat auditus & visus, ad hęc odoratus,ad hęc etiã tactus & gustus,& cũctorum etiã,quę extrinsecus geruntur malorũ perturbationũ, velut insentinã ita in animã conuectãt. Quòd si se abstrahere voluerit à terrenis,& studia sua ad spiritalia instituta cõuertere, excludet à corporalib⁹ sensib⁹ aditũ,per quẽ sibi ministrare atq; introducere solebat imagines malorum. Excludet autẽ non ipsis sensibus obturatis, sed intentionibus eorum ad spiritualia cœlestiaq; cõuersis. Sicuti enim domina quædã terribilis,satisq; seuera,voles aliquod vnguẽtũ confice- re necessariũ & precio[illegible]sum, plurib⁹ dabit ministris, multosq; manus requirens,[illegible]suscitat famulas suas, atq; ad semetipsam congregat, imperat aliæ genere librã, vt æquis ponderibus vnaquæq; species misceatur, vt neque amplius aliquid, neq; minus quàm oportet habeat: sciẽs nõ posse vtile effici quę[illegible] cõponit, nisi summa librationis mensura teneatur: aliæ terere iniungit quę duriora sunt,& summo cũ labore vigilare, ne quid durum inueniatur, aut asperũ: aliam discernere cum cribellis quod tunditur iubet, vt grossiora quæq; pigmenta

A pigmenta à minutis, & mollioribus secernat ac segreget: aliam iubet miscere, & in vnum conspergere quæ ex diuersis præparata sunt: alię cum alabastro adstare præcipitur, & aliud aliæ iniungitur: atque hoc modo sensibus earum, & animis,ac manibus occupatis, & operi proposito affixis,non permittit sensus vsquam euagari,intentionemq; operis propositi irrumpere, imminẽs iugiter,& insistens, nec prorsus indulgens oculum saltem,aspectumque dispergi ministrantium famularum: Ita ergo & anima, quæ pretiosissimum vnguentũ istud, compunctionem dico cordis, componere, ac seruare desiderat: omnes corporis sui sensus ad semetipsam cõgreget,segnitiemq; ipsorum,ac negligẽtiam deturbans, tota sollicitudine vigilare, & in hoc tantùm quod proposuit, cogat intendere. Denique si quando acciderit, vt ad semetipsam conuersa deliberet agere aliquid eorum, quæ placita sunt deo, idq; prorsus profunda & intenta satis cogitatione pertractet, neque dicentem sibi aliquid audit, sed ne occurrentes quidem, & in oculis stantes videt,non quia caruerit oculorum visu, aut aurium auditu,sed quia in secretis agens anima, & in diuinis operibus occupata, nuncios non recipit sensuum, B & corporalium ministrorum. Et quid dico, quòd in his posita anima clamantem non audiat, aut non videat transeuntem: cùm sæpe etiam pulsantes se, & trahentes omnino non sentiat? Per quod intelligi vtique datur,hanc esse animæ virtutem, vt si toto affectu desideria sua extendat ad cœlum,degere se obliuiscatur in terris,atque inter homines conuersari, etiam si trahat aliquis corpus,etiam si propellat. Talis erat beatus Paulus, qui intantum absens erat ab his, inter quos conuersari videbatur in vrbibus, quantùm mortuis corporibus Gala.6.d nos videmur absentes. Cùm enim dicit: Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo: emortuam mihi videtur in semetipso corporalium sensuum efficaciam protestari: imò non solùm hoc dixit, sed duplicari in semetipso istam, vt ita dicam, insensibilitatem. Non enim dixit hoc solùm, quia mihi mundus crucifixus est: sed addidit, Et ego mundo. Ingentis nanque philosophiæ est, vt & hunc ipsum mundum sibi putet aliquis crucifixum: multò autem maioris est, vt & seipsum quis crucifixum putet mundo, quem sibi crucifixum prius esse crediderat. Hoc ergo in semetipso Paulus o- C stendit, quia non tantùm abesset à terrenis sensibus, quantùm viuentes homines à corporibus mortuis: sed quantùm absit, nec sentire possunt mortui mortuos. Qui enim viuit,etiam si ipse non potest mortuum conspicere: tamen vel sentire potest,vel mirari, adhuc speciem defuncti vel misereri potest, & lachrymas fundere. Qui autem & ipse defunctus est, erga mortuum ne hunc quidem habebit affectum. Et hoc est quod mihi videtur dixisse Paulus, quia mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Vides ergo quantùm longè erat, & quantum peregrinabatur, ab his quæ aguntur in terris? Vides quomodo super terras incedens, ipsum tenebat verticem cœli? Nolo enim putes, quòd vel montes, vel deserta, vel inuia ita possint animæ conferre silentium, perturbationẽsque perimere, vt ignis iste quem in ea Christus accendit. Hic ignis in anima Pauli per dies singulos, flante spiritu sancto magis ac magis accendebatur, & ad superna tendes, secum eum vsque ad ipsum perduxerat cœlum: imò & verius dicam, imposuerat eum, non vsque ad primum cœlum, neque vsque ad secundum tantùm, sed vsque ad tertium raptus est cœlũ. 2.Cor.12.a Amor autem eius, & desiderium quod habebat erga

charitatem dei,non solùm tres penetrauerat cœlos, sed D & omnes omnino trãscenderat, & vsque ad ipsum peruenerat Christum. Et puto quòd non delinquat aliquis, si sanctum hunc tali cuidam conferat similitudini: vt si, verbi gratia, flamma quædam immensa vniuersam repleret terram, & inde ascendens repletis omnibus vsque ad ipsa peruenire cœli fastigia: sed & inde superans omnia, etiam illum qui supra cœlum est, aërem transcenderet, siue aër ille dicendus est, siue quid aliud: atque ibi etiam illa quæ ibi sunt, spacia compleret, ne illic quidem flamma hæc incrementa finiret, sed ascenderet adhuc vsque ad tertium cœlum, & omnia hæc vno atque eodem igne compleret, ita vt nec terræ vllum, nec cœli, imò nec cœlorum spacium relinqueret vacuum. Et ne putes me hæc ad gratiam Pauli dixisse, relege quæ ad Demetrium super hac ipsa materia scripsimus, & inuenies hæc eadem rebus ibidem demonstrata esse,non verbis. Ita debet amari Christus, ita oportet animam à rebus effici & præsentibus, & visibilibus alienã. Tales erant animæ sanctorum prophetarũ, quæ ob hoc acceperunt etiam oculos alios,quibus possent videre futura. Etenim renunciare præsentibus rebus,& alienum effici ab eis, proprium hoc humanæ industriæ opus est: E posthæc verò accipere oculos,quibus vêtura prospicias, diuini muneris est donum. Talis fuit Helisæus,qui quoniam omnia mundana reliquit negotia,& amauit propheticam vitam,regnum cœleste,& supernam gloriam in terris adhuc positus vidit. Vidit enim quæ nunquam mortalis visus inspexerat,montem curribus igneis,atq; equis flammeis plenum, armatorum turmas, & castra cœlestis exercitus. Nemo ergo potest eorum, qui delectantur præsentibus & caducis cœlestia ac spiritalia cõtueri. Qui verò ista contempserit,& velut vmbram hæc & puluerem duxerit, velocius ad illa perueniet. Nam & apud hoïes hic mos est,vt tunc thesauros suos, & reconditas diuitias patefaciãt filiis suis,cùm eos iam adultos viderint, & puerilis lasciuiæ vitia respuisse: donec enim his dediti sunt,non possunt eis parentum secreta committi. Ita ergo & anima, nisi prius didicerit terrena contemnere, cœlestia mirari non poterit: & è contra donec terrena miratur,necessariò cœlestia spernit,ac despicit. Hoc erat quod beat⁹ Paulus aiebat: Quia 1.Cor.2.d animalis homo non percipit ea quę sunt spiritus dei. Vt ergo dicebamus, requirenda sunt silentia, requirenda F est quies,non solùm locorum, sed & animi ac propositi, & ad huiusmodi secreta inuitanda est anima. Si enim propositum quietis gerat quis,nec in vrbis habitatione turbabitur: sicut & beatus Dauid, qui non solùm in vrbe positus erat; sed & regni curas solicita administratione tractabat: & tamen multò ardentior in compunctione erat cordis, quàm hi qui solitudines videntur habitare. Illas enim lachrymas eius, & illos tam veheres fletus,quibus & in die flebat,& in nocte nunquam cessabat: vix aliquis habet nunc eorum,qui Christo crucifixi videntur. Non enim solùm hoc consideres, quòd lugebat,& flebat: sed quis erat ille qui flebat, & quid agens lugebat. Non enim æquale est in tanta positum potestate humiliare se,& curuare in conspectu dei,tot adstantibus,atque officia deferẽtibus, vbi qui timeatur nullus est, omnes verò præstò sunt metuentes. In hoc, inquam, statu positum humiliare se, & incurvare in conspectu dei,& indesinenter astrigere: non est tale,quale si hoc faciat ille, cui nihil horum præstò est, sed ab omnibus is liber est, & alienus. Etenim in regno positus quis multa habeat, quæ ad luxuriam, atque effusionem

 prouocet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G prouocent. Necessitas ipsa conuiuij affluentis & regij, quantum segnitiei, quantum putas resolutionis conferat animæ? Tum deinde vis potestatis, quantum elationis, & rursus quantum rigoris imponit? Sed & gloriæ cupidos erigit necessariò animos ad superbiam. Libidinis quoque innumera confluunt incitamenta, quam gignit quidem potestatis authoritas: nutriunt verò & fouent deliciarum fomenta, & super omnia regalis luxus inflammat. Curarum verò, vt diximus, frequentia velut imbribus infunditur, & perturbatur. Inter hæc ergo omnia, vbi habebit locum cordis compunctio, tot obstaculis repulsa, tot murorum circumuallatione secluſa? Econtra verò qui sibi vacat, ab omnibus his perturbationibus alienus est, nisi sit proposito ac voluntate peruersus: & tamen raro quenquam inuenies huius boni munere gaudentem. Interim, vt diximus, qui liber est, & vacat: facilius, si intedat animo, poterit adipisci, quàm ille qui in potentia positus est, & in principatu, ac negotiis constitutus. Quia sicut impossibile est, vt ignis inflammetur in aqua: ita impossibile est compunctionem cordis
H vigere in deliciis. Contraria enim hæc sibi inuicem sunt, & peremptoria. Illa enim mater fletus, hęc mater est risus. illa cor constringit, hæc dissoluit. illa animę alas innectit, & volare facit ad cœlum: hęc ei plumbi pondus imponit, & demergit in infernum. Sed & illud cõmemorationem nostram non effugiat, quòd tanta cordis compunctio illo tempore etiam in regibus fuit, quo nihil tam magnum & eximium lex tunc posita à cultoribus suis deposcebat. Nostri verò agonis tempus, in quo adscripti videmur etiam pro risu pœnã habet, laudem verò pro luctu, & pro tribulationibus salutem confert. Et tamen ille beatus Dauid (ipsius enim proposuimus exemplum) cunctis quæ eum circunstare, & constringere videbantur, abruptis, ita erat in potestate positus, tanquam omnibus esset ipse subiectus, & in solio regali erat, & vinctus in carcere, & in purpura quasi in cilicio iacebat, cinere conspersus, & corde compunctus; aula regalis erat ei, tanquam eremi vastissima solitudo. Hæc autem omnia agebat in eo cordis compunctio: sola enim est, quæ facit animam horrescere purpuram, desiderare cilicium, amare lachrymas, fugere risum. Sola
I est, inquam, cordis compunctio, quæ sicut ignis omne animæ vitium perurit, & adimit, & quantacunque in ea reperit mala, abstergit vniuersa, & penitus delet. Concupiscentiarum flammas si inuenerit, vt fluuius inundans extinguit, & enecat: curarũ multitudines & perturbationes si videat, velut flagello quodam extirpat & effugat, & procul esse à domiciliis animæ iubet. Ac sicut puluis non potest stare ante faciem venti, ita nihil malarum cogitationum in anima residere potest, vbi compũctio cordis affuerit. Si enim corporalis amor ita detinctam sibi tenet animam, vt ab omnibus eam necessariis actibus cogat abscedere, & illi soli quem amat operam dare, atq; in eius cogitatione fixam teneri: quomodo non amor Christi ab omnibus reliquis abstrahit animam, sibiq; consociat, ac desiderij sui vinculis stringit? Hæc autem ita inesse animæ suæ etiam Prophetа testatur, cùm dicit: *Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarũ, ita desiderat anima mea ad te deus.* Et iterũ: *Anima mea sicut terra sine aqua tibi.* Et rursus: *Adhæsit anima mea post te.* Sed & idem ipse iterum dicit: *Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.* Et nolo mihi dicas, quòd propter peccatũ suum, quod ei acciderat, hæc scripsit in hoc psalmo. Non est hoc verũ. Non enim permittit intelligi ita ipsa psal. qui

Psal.41.a
Ibid.142.b
Ibid.62.c
Ibid.6.&
37.a

articulatio. Huius enim culpæ satisfactionem alius con K
tinet psalmus. Hic autem aliam habet articulatiõis suæ causam. Non confundamus diuinas literas, neq; sancti spiritus sententias propriis sententiis pertemptamus. Huius etenim psalmi superscriptio habetur, pro octaua. Quæ est autem octaua, nisi dies illa domini, illa inquam dies magna & terribilis, quæ est vt clibanus ardens, quam tremunt etiam virtutes cœlestes? Ita enim scriptum est: Quia virtutes cœlorum mouebũtur, in conspectu enim eius ardebit ignis. Octauam verò eam appellauit propter commutationem status seculi huius, ostẽdens; in Luc.21.f
futura vita innouationem fieri. Præsens nanque tempus septimanam habet deputatam. Omnis enim præsentis temporis cursus à prima quidem incipit die, & terminatur in septimam: & rursus iisdem circulis spacia præstituta voluuntur, eidem initiò reddita, atque in eosdem terminos reuoluta. Dominicam verò diem non octauã appellamus, sed primam: quia non potest in octauum numerum deuolui circulus septimanæ. Cùm ergo hæc omnia cessauerint, & cursus hic temporum fuerit resolutus: tunc iam septimana depulsa, ogdoas, id est octaui numeri cursus, producetur in medium, qui non iam re- L
rum causas reuoluat ad initia, sed omnia consequentibus tendat, & perurgeat in futurum. Propheta ergo hoc intuens, & ex his omnibus corde compunctus, & iudicij futuri intra se memoriam retexens, diem quoq; illũ semper in oculis habens, nunquam à tribulatione animi, & compunctione cordis vacabat: quæq; nos vix aliquando, & satis raro ad memoriam reuocamus, illius mens & cogitatio habebat semper intra se, & dei iudicia totis sensibus intremebat. Ob hoc ergo sic dicit in psalmo: Domine ne in furore tuo arguas me, neque in Psal.6.&
ira tua corripias me. iram dicens, & furorem pœnæ cõ 37.a
tinuationem. scit enim diuinam naturam carere omni passibilitatis affectu. & quidem cùm in multis conscius sit sibi, ex quibus non pœnam sperare debeat, sed coronam. Erat enim in eo fides tanta, vt muros, ac turres, destrueret alienigenarum, & vniuersam gentem suã de portis mortis ipsius, vt sic dicam, reuocaret: erat in eo etiam in Deo grandis fiducia cõscientiæ, quòd nõ reddiderat inimico malum pro malo, quinimo & beneficia pro iniuriis reddidit. Sed & illa diuina sententia, quæ M
dicit: Inueni Dauid filiũ Ieſſe, virum secundũ cor meũ. 1.R.eg.16.a
& Act.13.d
Nónne ab eo omnẽ suspicionem noxæ alicuius, aut reprehensionis abstergit? & tamen post illud de eo dei iudicium, post tot animi operumq; virtute nõ cessat tãquam reus, & pœnæ obnoxius loqui, & quasi nihil habeat fiduciæ apud deum, vt illud euãgelicum compleat, quod ait: Cùm fecerit autem omnia quæ præcepta Luc.17.c
sunt vobis, dicite: quia serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus. Quid tale locutus est vt publicanus ille, qui verè mille malis repletus, & neque respicere ad cœlum poterat, neq; orationis suæ prolixũ continuare sermonem, sed procul adstare quidem prope pharisæum audebat. Exprobrabat enim eum pharisæus, dicẽs: Ibid.18.b
Quia non sum sicut cæteri homines, raptores, iniusti, adulteri, sicut etiam publicanus hic. Ille verò quasi nihil horum audiens, in nullo indignatur, sed & amplectitur opprobrium: & non solùm non indignatur, sed & confitetur peccata sua, pectusq; suum velut peccatorum suorum conscium tundens dicit: Deus propitius esto mihi peccatori. Hæc ergo peccatorem facere non est magnum, quia pondus peccati, & si velit & si nolit, peccatorem humiliat, & incuruat: iustum verò
n hæc facere qui sibi conscius est bonorum multorum, &
ita de se

A ita de se pronunciare, vt pronunciabat ille, qui verè multorum reus erat malorũ, hoc est mirabile, & hoc est verè contriti, & humiliati cordis indicium. Immo verò & amplius adhuc in humilitate iusti, quàm in confessione publicani peccatoris intueor. Ille enim quod ait: Propitius esto domine mihi peccatori: sermo ipse videtur esse quasi pœnam volentis effugere. Quod autem dicit iustus, Domine ne in ira tua arguas me, neq; in furore tuo corripias me: non est volentis argui, neq; corripi recusantis, sed orantis, ne in ira, id est vehemẽter arguatur, neq; in furore, quòd est absq; venia, corripiatur. Ex omni ergo parte animi eius humilitas intueda est, & ex eo quod semetipsum cùm sit iustus, pœna iudicat dignum, & ex eo quod non audet hæc petere à deo, vt ex integro sibi venia concedatur: quod vtiq; eorum est, qui se ingẽtibus quidem suppliciis dignos putant, aliquid tamen in ipsis suppliciis cogitant adipisci, quod paululum subleuet, ac temperet pœnas. Sed maiorem adhuc mentis suę humilitatem docet, quòd & hãc ipsam misericordiam, id est vt paulò leuius crucietur, ita petit à deo, non quasi
Psal.6.a releuari mereatur, sed quasi qui deficiat in tormentis, &
B ferre plura non possit. Ait enim: Miserere mei domine quoniam infirmus sum. Quid est hoc: Iste qui tale testi-
Ibidẽ.11.y monium meruit à deo, & qui iudicia eius non est oblitus, sic enim dicit: Iudicia tua non sum oblitus. Iste, inquam, qui Solis ipsius splendore lucidior est, huiusmodi verba proloquitur. Hoc enim verè magnum & mirabile est, quia is qui verè magnus est, nihil de se magni sentit, aut loquitur, sed omnium se vltimum iudicat, & salutẽ de sola dei misericordia sperat: veluti si diceret, Dignus quidẽ sum pœna, dignus æternis suppliciis: sed quia iam ferre tormenta non possum, rogo mihi veniã dari: vt sæpe famuli in multis comprehensi delictis, dicere quidem quòd non peccauerint non audent, sed pro nimietate verberum, aliquantulum sibi remitti flagella rogant. Ego tamen puto de alia eum infirmitate nũc dicere, illa scilicet quæ ex tristitia, & mœrore venit. Solet enim mœroris nimietas, si pertinacius incubuerit, consumere vires animi: quod puto accidisse iusto huic, dum nimis incusat seipsum, & nihil sibi promittit latum, & hoc arbitror indicari ex his quæ sequũtur. Ait enim: Miserere mei domine, quoniam infirmus sum: sana me domine, quoniam conturbata sunt omnia ossa mea, & ani
C ma mea turbata est valde. Quòd si is qui tantorum sibi bonorum conscius erat, deprecatur dominum, ne intret
Psal.142.a secum in iudicium, nẽve discutiatur opera eius: quid faciemus nos, qui tot malis inuoluti sumus, & bonorũ nobis operum nulla fiducia est, quibusq; cùm abunde sit delicta, nulla satisfactio est, nulla confessio? Ob hoc igitur beatus hic tali vtitur confessione. Sciebat enim, & didicerat, quia nemo iustificabitur in conspectu dei, sciebat quia iustus vix saluabitur, propterea dicebat: Miserere mei domine, quoniam infirmus sum. Sed & in omnibus intuere, quomodo nusquam bonorum suorũ meminit, sed semper ad misericordiam dei confugiat, & in ipsa sola collocat salutem suam. Hæc est enim humilis cordis vera compunctio, magna agere, & humilia loqui: iusta operari, & super peccatores timere, ac tremere. Et vis scire, quãtus in eo sit timor diuini iudicij? audi quid
Psal.129.a dicit: Iniquitates si obseruaueris domine, domine quis sustinebit? Nouerat enim, & valde nouerat, quia in multis criminibus obnoxij sumus deo, & quia etiam parua peccata, & ea etiam de quibus nec suspicamur, deducentur ad iudicium. Denique & ea quæ saluator postmodum statuit, ille iam in spiritu prœueniens impleuit, & nõ so-
lùm legis mandata, sed de iniurijs, conuiciisq;, & cogi- D
tationibus malis obseruantiam tenuit. Risum etiam importunum, aut scurrilitatem in iudicio dei cogitabat esse plectendam. Propter hoc & Paulus dicebat: Nihil mi 1.Cor.4.a
hi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Cur autem hoc? Quia etiam si nil mali operis egit, sicut certè nec egit: sed honoris quantum deferri deo debuit, scit à se nõdum esse delatum: quia etsi millies moriamur, etsi omnes virtutes animi expleamus, nihil dignum gerimus adæa, quæ ipsi percepimus à deo. Vide enim quomodo cùm in nullo ipse nostri indigeat, in omnibus enim sufficit sibi: tamẽ cùm non essemus, esse nos fecit, animamq; inspirauit talem, qualẽ nulli ex omnibus animantibus quæ sunt super terram. Paradisum plantauit, cœlum extendit, terramq; substrauit, luminaria accẽdit in vniuerso mundo splendentia, & terram quidem fontibus, & fluminibus, & stagnis repleuit, camposq; virgultis & floribus adornauit, cœlum variis astrorum choris depinxit, vt nobis noctem die ipso faceret gratiorẽ, simul & vt somnorum salubritas per quietem vires corporis repararet, quas labor diurnus absumit. Intantũ autem muneris huius necessaria humano generi dona col E
lata sunt, vt absq; cibo audeant nõnulli plures transigere dies, absq; somno verò nec paucos. Idcirco denique & hybernis frigoribus longiora spacia noctium posuit, vt prolixior requies intra tecta hominibus fieret, & laboribus spacia breuiora remanerent. Propter quod & connieter tempora hæc, quæ ad requiem dedit, tenebris inuoluit. Sicut enim piæ quæq; matres, aut nutrices cũ fortẽ natos suos ad requiem prouocant, in gremiis positos complecti brachiis ad se constringere, ac tunica operire faciem & oculos solẽt, vt obscurior eis aër redditus, somnum illis per quietẽ facilius inuitet: ita & deus tanquam velamen quoddam per vniuersum mũdum tenebras obducens, hominum genus ad silẽtium gratissimæ quietis inuitat. Quòd si non ita tempus istud munisset deus? vt est genus hominum negotiis & cupiditatibus, atq; auaritiæ semper intentum, non solùm subiectos sibi læderent, sed & semetipsos laboribus operibusq; cõsumerent. Nunc verò & inuitos nos à nimiis laboribus retrahit, & non solùm corporibus indulget, sed & animos ipsa vicissitudo resuscitat. Nam inde quid dicam, quomodo noctis tempore cuncta tranquilla sunt, & silent vniuersa, quies vbiq;, & per totum orbem agũtur lõ F
ga silentia, nullus clamor, vt in temporibus diei, nullæ voces quibus alij pro penuria, alij pro violẽtiis clamãt, alij damnis & calumniis affliguntur. Hæc omnia quiescere facit nox, & velut fluctibus quibusdam, atque vndis malorum ereptos homines, ad portum quietis adducit: & hæc quidẽ noctis munera, diei verò tanta sunt, vt de his dicere nec temporis, nec styli huius sit? Quid verò maris vsum, & nauigãdi vtilitatem loquar? per quã quidem omnem penè orbem, qui per longa à se diuiditur spacia, nõ solùm sibi inuicem notum, sed sociũ quodammodo, & communicabilem facit, vt vnusquisque si quid apud se gignitur boni, hoc etiam apud proximos suos procul positos deferat: & cùm vnusquisque paruum apud se possideat terræ cespitem, per istud mercandi ministerium, quasi totius mundi per omnia dominus efficitur, & vniuersæ terræ fructibus vtitur. Et quid plura dicam? Vniuersus orbis efficitur tanquam mensa vna omnibus, nullo prohibẽte sumere quod vbique est, sed parua sunt hæc in muneribus dei. Quid deinde dicã, quòd notam fecit deus sapientiam suam hominibus, & capaces eos esse voluit huius tam ineffabilis muneris? Et hoc
fecit

Universidad de Deusto
Biblioteca

G fecit cùm ipsi nondum aliquid apud deum meriti collegissent. Cumq; eis intellectum cõcesserit diuinorum
*authẽ. & rerumq; æternarum eis præstiterit habere noticiam: homo tamẽ erga tanti muneris datorem *extitit ingratus,
& ne sic quidem eum respuit diuina clementia, sed & hoc ipsum quidem quod videtur pœna prævaricationis
imposita, remedium fuit, nolentis vltrà procedere malum, sed furorem temeritatis, atq; audaciæ reprimentis.
Hæc & horum similia ex diuinis beneficiis reminiscẽs iustus, & multò magis ea, quæ ad dispensationẽ spectant
vnigeniti filij dei, quæq; per eum futura promittũtur bona per horas singulas, & momẽta cõsiderans, & in cor-
Psal.115.a de suo discutiens, atq; ad immensum bonitatis & beneficiorum eius pelagus aspiciens, dicebat: Quid retribuã
domino pro omnib⁹ quę retribuit mihi? Et peccata quidem propia sine intermissione diiudicat & retractat, iu
stitiæ verò suæ in nullo penitus meminit: non sicut agimus nos, qui de peccatis quidem nostris, quę multa sunt
& grauia, nec quidem mentionem facimus, non dicam cogitamus, aut ingemiscimus: sicubi verò parũ aliquid
H boni operis agere videmur, hoc sine intermissione & dici volumus, & audiri, nec desinimus prorsus tumidi in-
cedentes, & elati, donec & ipsum parum, si fortè gestum
Ibidem.8.b est boni operis, per iactantiam euacuetur & pereat. Hæc
& horum similia intuẽs iustus, dicebat: Quid est homo
Ibidẽ.4.8.d quòd memor es eius? Et iterum humanæ vecordię ignatiam notans, aiebat: Homo cùm in honore esset nõ intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & simi-
lis factus est illis. Hic est affectus serui fidelis, vt beneficia domini sui, quæ cõmuniter data sunt omnibus, quasi
sibi soli præstita reputet, & quasi ipse sit omniũ debitor,
& pro omnibus ipse solus habeatur obnoxius. Hoc fecit
& Paulus, qui mortem domini, & saluatoris nostri, quæ
pro vniuerso impensa est mundo, sibi soli præstitam di-
Galat.2.d cit: quasi enim de se solo loquẽs ita scribit: Quòd enim
nunc viuo in carne, in fide viuo filij dei, qui tradidit semetipsum pro me. Hæc autem dicebat, non coangustare volens altissima, & per orbẽ terræ diffusa Christi munera: sed quasi qui, vt diximus, pro omnibus se solum iudicaret obnoxiũ. Et reuera quid interest, si & aliis præstitit, cùm quæ tibi præstita sunt, ita integra sint, & ita
I perfecta, quasi nulli alij ex his aliquid fuerit præstitum?
Matt.12.& Ideo deniq; & illa boni pastoris parabola nõ dicit, quia
Lucæ.15.a venit oues multas quærere, sed vnam. Vna nãq; est, quia
sic omnibus quasi vni diuina beneficia cõferuntur. Hæc
Psal.34.c ergo sunt, pro quibus symphonides noster affligebatur
Dauid, & lugebat. Etenim qui pecuniam mutuã sumũt,
si non habeant vnde restituant, sed multo fœnore oppri
mantur: neq; cibum capere, neq; quietem possunt, excruciati solicitudine, consumptiq; vigiliis. Quomodo ergo
iustus non excrucietur, considerans non se in pecunia,
sed in morum actibus esse debitorem? Sed nos non ita
agimus, immo verò si visi fuerimus, vel parum aliquid
ex multis debitis soluere, iam videmur nobis non tam
soluisse debita, quàm opes plurimas, & largos in cœlis
recondidisse thesauros: immo quod est infœlicius, nec
hoc quidem parum quod agere videmur, id ipsum honestè, & emendatè gerimus, vt decet liberos: sed prius requirimus, si mercedem habeamus, an non: & si grãdis sit mercedes in eo quod facere videmur, & si reputetur nobis ad
merced̃. Verecunda satis, & non tam libero filio digna vox, quam mercenario. Quid agis ô homo? Quid
ineptis? Ad hoc creatus es, vt conditori tuo placeas, vt
domino tuo seruias: & tu de mercedib⁹ cogitas? Si enim
te agentem quod tibi præceptum est, coniici iubeat do-
minus tuus in gehennam: aliqua tibi erit contradicendi K
potestas? Tu enim seruo tuo operanti quæ iubes, mercedes paras. Si omnino dignus fueris agere, quæ deo placeant: aliam adhuc præter hoc ipsum q̃ bd placere meruisti, mercedem requiris? Verè ignoras quantum boni sit placere deo: si enim scires, nũquam aliud aliquid extrinsec⁹ mercedis, ac muneris expeteres. Nescis quia maior augetur tibi merces, quando non spe mercedis operaris, sed studio placendi deo. Aut non vides quomodo & apud homines illi maximè famuli diliguntur, qui nõ tam accipere aliquid à dominis, quàm placere eis, & obedire gestiunt? Et si homines ita erga sibi similes agũt: tu qui tanta à deo beneficia cõsecutus es, & alia nihilominus speras bona, si quid pro salute tua egeris, pri⁹ etiã penè quàm geras, de mercedibus percontaris. Propter quod miseri sumus in omnib⁹ & frigidi, nec in aliquod opus bonum parati. Ob hoc neq; compunctionem cordis vnquã meremur accipere, neq; colligere intra nosmetipsos animæ nostrę sensus, & humilitatem nostram fragilitatemq; cognoscere, neq; peccata nostra ante oculos habere, neque econtra diuina beneficia considerare. Hinc est quòd neq; ad illos, qui tam pręcipuam & distri L
ctam vitam ducunt respicimus, neque ad studium boni
operis incitamur: sed neq; hoc quidem quod frequẽter videmur nosmetipsos peccatores pronunciare, cum veritate, & affectu animi loquimur. Denique ex eo arguimur, quia si hæc ab alio audiam⁹, quæ ipsi de nobis pronunciare videmur, statim indignamur & irascimur, & iniuriam nobis factam conquerimur. Sic ficta in nobis, Lucæ.18.c
& simulata sunt omnia, vt nec illum quidem publicanũ possimus imitari: qui cũ peccata sua audiret ab alio exprobrari, non solùm patienter tulit, sed addidit confessionem suã. Vnde discessit iustificatus magis, quàm pharisæus, qui exprobrauerat. Nos verò neque exomologesis ipsa quid sit nouimus, cùm mille malis repleti simus. Sed oportebat nos non solùm scire exomologesim, & confiteri, quia multa in nobis delicta sunt: verùm & vnumquodq; peccatum & maius & minus quasi in libro, ita in corde nostro habere descriptum: idq; frequẽtius recensere, atq; ante oculos ponere, & tanquam hæc nuper admissa lugere. Ita enim & animæ arrogantiam frangeremus, frequentius eam de malis suis, & vitiis cõ M
monẽtes, & cautela nobis nè vltra in eadem delicta incideremus, acrior nasceretur. Tantum enim boni confert, meminisse frequẽtius hominem peccati sui, vt etiã videamus Paulum apostolum ea quę iã acolita fuerant, & deleta, adducere tamẽ in medium: & cùm culpam de præsentibus non haberet, quoniam recordationes peccatorum & luctum, gemitumq; sciebat animæ prodesse, etiam illa commemorat, quæ per ignorantiam commissa, gratia baptismi, & confessio fidei aboleuerat. Sic deniq; dicit: Quia Christus Iesus venit in hunc mũdum 1.Timo.1.d
peccatores saluos facere, quorũ primus ego sum. Et iterum: Et fidelem me existimauit, ponẽs in ministerium, Ibidem.d
qui prius fui blasphemus, & persecutor, contumeliosus supra modum persequens ecclesiam dei, & expugnans eam, & qui non sum dignus vocari apostolus. Etenim licet reatu absoluamur, pro peccatis tamẽ prioribus si adducantur ante oculos, sufficienter incutere possunt animæ verecundiam, & prouocare eam ad amorem eius, qui tam multa, & tam magna concessit. Nam & Simon cùm interrogatus esset à domino, quis ex illis duob⁹ debitoribus, quibus fœnerator relaxauerat debitũ, plus eum diligeret: & ille respondisset, quia ille cui plus dimisit, audiuit à domino: Rectè respondisti. Oportet ergo recor- Lucæ.7.b
dari nos

A dari nos priora delicta, etiam ea pro quibus veniam
consecuti sumus, vt intuentes quàm ingentem modũ
debiti remisit nobis deus, & amplius eũ diligere possimus, & verecundiam, pudoremq; concipere, atq; ex
his corde compungi: considerantes, quia nisi misera-
tio ipsius subuenisset, tantum illud peccatorum pondus sine dubio in imis omnes nos inferni pœnis, supplicijsq; pressisset. Paulus etiam illa meminerat, quæ
promeruerant indulgentiam: nos verò nec ista recordamur, quæ post baptismum commisimus, in quibus
vtiq; periculum nobis salutis est, & reos nos, atque in
vinculis positos tenet. Quòd & si aliquãdo ad recordationem venerimus, & nisi fuerimus paululum inde cogitare solliciti, statim effugit cogitatio, & transimus ad alia: & nec integra quidẽ hora patimur animam nostram afflictione mœroris huius adstringi.
Hæc igitur causa est, quòd malis addimus mala, dum
priorum memoria non permanet, nec dolore aliquis
vritur pro conscientia delicti. Hinc est, vnde nec ad
confessionem accedimus. Quomodo enim confitebi
mur, quorum nec memoriam quidem tenemus? Et sic
B consuetudine contemnendi, dum de præteritis dolor
nullus est, facilius superuenientibus malis locum damus. Quòd si omnis ex anima stimulus auferatur, &
cuncta ei securitatis frena laxẽtur: quis eam post hæc
tenebit, aut quis eam de precipitiis reuocabit? Et quid
prohibet vbi nihil metuitur, vbi nihil verecundiæ, ni
hil pudoris admittitur, vt non in omnes perditionis
foueas demergatur? Pro his ergo lugent sancti, & ge
mitus suos conferunt in conspectu dei. Sufficit enim
sanctis & magnis, sicut & vos estis, ad compunctionẽ
cordis recordari diuina beneficia, & operum vestrorum gloriam non vobis ipsis assignare, sed deo. Suffi
cit vt sicubi, vel parum aliquid vos latuit, quantò vos
magni estis, tãtò id velut à magnis viris commissum
grauius iudicare. Sufficit considerare illorũ vitas, qui
summas vitæ, & sanctitatis regulas seruarunt, & per
omnia placuerunt deo: sed & naturam peccati considerare velocem, rapidam, subreptiuam, & ob hoc in-
certa esse quæ futura sunt, & valde dubia, & tam peri
culosa, vt ea etiam magnus ille metuat Paulus. Hoc e-
1.Cor.9.d nim indicat, cùm dicit se timere, ne forte cum aliis
C prædicarit, ipse reprobus fiat. Et iterum cùm ait: Qui
Ibidẽ.10.c se existimat stare, videat ne cadat. Sic autem & beatus
Dauid beneficiorum dei, munerumq; eius memoriam
recolẽs, compunctionem cordis quærebat, in quo ait:
Psal.8.b Quid est homo, quòd memor es eius, aut filius homi-
nis, quoniam visitas eum? Minuisti eum paulò minus
ab angelis, gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarũ. Cùm verò operum, meritorumq; suorum ostendit confidentiam nõ
2.Reg.7.c habendam, dicit: Quis ego sum domine mi, & quę est
domus patris mei: quoniam dilexisti me intantum, &
pro nihilo sunt habita hæc in conspectu tuo domine,
& locutus es pro domo serui tui in longitudine. Hæc
autem lex hominis domine mi, domine ad te. Et quid
adiiciet Dauid, domine adhuc loqui ad te? Sed & gra-
iorum memoriam facit, & semetipsum quasi lõgè ab
Psal.21.a eorum virtute cõstituit. Cùm enim dixisset: In te speIbidem.b rauerunt patres nostri, de semetipso in posterioribus
Ibidẽ.12.b ait: Ego autem sum vermis, & non homo. De futuris
autem quasi trepidus & incertus hoc modo se ipsum
Ibidẽ.24.c. excitat, & dicit: Illumina oculos meos, ne vnquã obdormiam in morte. Incusat autem & semetipsum super multitudine peccatorum, hoc modo, & ait: Propi
tiaberis peccato meo, multũ est enim. Vobis ergo ma D
ioribus ista sufficiant, nobis autem cum his adhibẽda
sunt etiam alia medicamenta fortiora: & quę possint
destruere quidem arrogantiam, inserere verò dolorẽ
cordis, & animi mœrorem. Recordãdæ nanq; sunt no
bis multitudines peccatorum, recordanda conscientia maculata: quæ vtiq; cùm stimulare nos cœperint,
nequaquam elationi aut arrogantiæ locum relinquit.
Propter quod rogo, & deprecor per illam ipsam, quã
pro vitæ tuæ merito acquisisti fiduciã apud deum, vt
porrigas nobis manum, sæpius interpellãs pro nobis
dominum, vt possimus lugere nosmetipsos, & peccatorum nostrum põdus resoluere multitudine lachrymarum: & ita post hæc (non enim semper flẽdum est,
& nihil agendum) apprehendere aliquam vitam deo
placitam, & ad cœlum ducentem, ne fortè cum malis
nostris descẽdamus in infernum, vbi nemo est qui cõ
fiteatur domino, & ibi patiamur ea, quæ patiuntur im
pij, cùm nullus fuerit iam qui exoret pro nobis. Dum
enim sumus in hac vita & nos iuuari à vobis possumus, & vos potestis in nos conferre beneficia: cùm au
tem abierimus illuc, ibi neq; amicus, neq; frater, neq; E
pater ibi idoneus erit ad liberandum eum, qui supplĩ
ciis deputetur æternis. Quomodo enì qui in luce est,
accedit ad eum qui in tenebris graditur? Vbi cùm nul
lum sit nobis ex sanctorum collatione refrigeriũ, æternas tamẽ expendimus pœnas, effecti cibus inextricabilibus, & immortalibus flammis.

De compunctione cordis, lib. II. finis.

REVERENDO IN CHRISTO patri, ac D.D. Maximiliano à Burgondia Abbati Mittelburgensi Erasmus Roterodamus S. D.

INter multa commoda, quę literis debemus reuerẽde pater, illud nõ arbitror esse postremum, quòd in orbe penè dixerim alio constituti, per eas tamen cum amicis colloqui possumus. Emiseramus nuper libellum de modo ôrãdi deũ, F
talibus enim argumentis quæ non multum adferunt laboris, & ad pietatem maximè conducunt, senectutẽ nostram exercemus, iam veluti solent athletæ cũ ingraescit ætas missionem ambientes. Is vbi per manus omnium volitaret, non sine gratia, commodùm inter Chrysostomi lucubrationes reperi duas orationes eadem de re, nõdum Latinè versas. Illico mihi getiit animus videre, quàm inter nos conueniret in eadẽ materia versantes. Sic opinor affici pictores quoties deprehendunt aliquem non vulgarem artificem in eodem laborasse argumento, in quo laborarũt ipsi. Iuuat enì hic collatis tabulis animaduertere, vbi par fuerit artis facultas, vbi superior, vbi inferior. Verùm hac collatione mihi quidem adeò non placui, vt si licuisset, meam tabulam prorsus abolitam voluissem. Rutubam diceres cum Apelle cõmissum. Quis enim illius eloquẽtiam plus quàm auream assequatur, etiãsi propositum exemplar conetur æmulari? Et tamẽ multum vigoris addere solet ingeniis æmulandi contentio, quo magis mihi visus sum formica cum camelo composito, cum nullus adfuisset stimulus, qui meam oscitantiam expergefaceret. Sed hac de re tuũ potius exspecto iudicium, idq; quò certius facias, mitto simul

& Græca,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& Græca,ne quis causari possit,me malè vertẽdo hoc egisse,vt mea minus displicerent . Verùm vtcunq; huius æstimatiõis cadet alea,vicisse mihi videbor, si sensero quãplurimos hoc meo labore ad frequenter orãdum,vel excitatos,vel redditos alacriores. Nam tuæ quidem pietati sciebam huiusmodi stimulis nequaquã opus esse , qui pietati , quam alij vix multo diutinoq; studio possunt discere,natus esse videaris.Etenim iuuenis ex aula subitò translatus ad monasterium, sic in hoc vitæ genere te gessisti,vt modestia,sobrietãte,castimonia, religione superares & illos qui in schola religionis consenuerunt.Nusquam in tuis moribus vllũ iuuentutis tuæ vestigium,nusquam aulicæ consuetudinis reliquiæ,nusquam generis quod à Philippo Burgũdionum duce, cui Boni cognomen additũ accipimus, clarissimum ducis,vllum supercilium.Nimirum hæc erat naturæ tuæ synceritas, quam nec aulæ cõsuetudo potuit corrumpere,cùm sint tam multi,quos in mundo humiles ac frugaliter educatos,nõ dicam Abbatis dignitas , sed monachi cultus ac victus corrumpat. Quid autem eo concentu potest esse iucundius , cùm
H vestem vndiq; candidã niueus vitæ cãdor, vel æquat, vel superat?Pertractus es ad istud vitæ gen⁹,quod intelligeres tibi non fore licitum , vt prius esses monachus quàm Abbas.Talibus ingeniis tutò cõmittuntur episcopi munia, quibus nõ alia functio sanctior inter mortales , qui nequaquam sibi dignitatem vindicant ex munere,sed incorruptis moribus ipsi dignitatẽ muneri susceptoconciliant. Bene vale.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, DE orando deum,liber primus.Erasmo Roterodamo interprete.

I DVplici nomine par est dei famulos & laudibus vehere , & suspicere.Primùm quòd spem salutis in sanctis precibus collocarunt, deinde quòd laudes reliquosq; cultus , quos deo cũ gaudio simul & tremore consueuerunt offerre, intercidere pauli non sunt , sed literis prodita superesse voluerũt, quò suum thesaurum, in nos velut hereditaria,successione transfunderent, quò videlicet omnem posteritatem ad sui prouocare possent æmulationem.Cõuenit enim , vt & præceptorum mores ad eos dimanẽt, qui cum ipsis habent consuetudinem,& prophetarum discipuli,eorundem iustitiã referre videantur.Id autem fiet,si per omne tempus,precationibus,ac dei cultui,studioq; pietatis dediti viuamus, hanc vitam, hãc sanitatem,hanc opulentiam,hanc bonorum omnium summã existimantes,vota nostra offerre deo,syncero puroq; corde . Etenim quemadmodum Sol lucẽ præbet corpori, sic animæ lumen est precatio . Proinde si cæco damnosum est,non intueri Solem : quantò grauius damnum est homini Christiano , si non assiduè deprecetur, neq; Christi lucem orãdo in animum suũ inducat?Iam verò quis non obstupescat & admiretur, tantam benignitatem ac beneuolentiam,quam in nos homines declarat deus?qui,mortalibus tantum honoris largiatur,vt dignos nos habuerit , qui cũ ipso colloquamur,nostraq; vota apud ipsum deponamus. Nã K verè profectò cum deo confabulamur, quoties vacamus deprecationi, per quam simul & angelis copulamur, & societatem quam cum brutis animantibus habebamus,procul effugere videmur. Angelorum enim opus est deprecatio, superans interim etiam illorũ dignitatem,si tamen maius est angelorũ dignitate colloquium miscere cũ deo.Atqui quòd id sublimius sit, ipsi nos docẽt , vt assiduè quidem cum tremore vota sua offerentes,cæterùm nobis exemplum præbentes, vnde sciamus ac discamus,quòd quisquis deũ adit, multo cum gaudio,multoq; rursum cum tremore, id facere oporteat.Tremore quidem dum metuimus,ne videamur indigni qui deum precibus alloquamur:rursus gaudio repleamur,reputantes honoris magnitudinem,quòd deus mortalium genus,tãta ac tali sua cura dignat⁹ sit , vt assiduè diuino colloquio frui liceat: per quod etiam illud assequimur, vt & mortales & tẽporarij esse desinamus, natura quidem mortales , sed colloquio conuictuq; quem agimus cum deo , ad immortalem vitam trãseuntes. Necesse est enim,vt qui cum deo familiaritatẽ habeat,superior euadat,& mor L te,& omnibus quæ corruptioni sunt obnoxia.Et quẽadmodum nullo pacto fieri potest,vt qui Solis radiis fruitur,nõ effugiat tenebras: ita nulla ratione fieri potest,quin qui cum deo cõsuetudinem agit , desinat esse mortalis: siquidẽ ipsa dignitatis sublimitas, nos ad immortalitatem transfert.Etenim si qui cum Cęsare miscẽt sermones,familiariterq; cum eo versantur, & hoc honoris ab illo sunt adepti,non possunt esse pauperes:multò minus fieri potest,vt qui deum deprecãtur,cum eo familiariter colloquentes,animas habeãt mortales:Nam mors animæ est impietas, ac vita pugnans cum lege diuina.Ex quo consequitur,animæ vitam esse dei cultum,ac vitam eo cultu dignam.Porrò vitam piam,ac dei cultu dignam,miris modis oratio conciliat,conciliatam auget, ac ceu thesaurum recõdit animis nostris. Etenì siue quis virginitatis amore tenetur,siue quis studet amplecti honorabilem coniugij castimoniam,siue quis meditatur iniicere frenum iracundiæ, cum mansuetudine familiaritatẽ habere,siue quis cupit ab inuidentię lue purus esse:denique si quis aliud quippiam frugale studet,quod ad rectè viM uendum pertinet,ducẽ precatione,ac huius vitę viam præparante , commodum simul & facilem habiturus est pietatis cursum.Neq; enim fieri potest,non potest, inquam,fieri,vt qui postulãt à deo, pudicitiam, iustitiam, mansuetudinem,ac benignitatem, non assequãtur id quod petũt.Petite enim,inquit dominus, & dabitur vobis,quærite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis.Quisquis enim petit,accipit:& qui quærit,inuenit:& pulsanti aperietur.Ac rursus alibi: Quis est,inquit,ex vobis à quo si filius petat panem, det illi lapidem?aut si piscem postulet ille , porrigat ei serpẽtem? Quòd si vos cùm sitis mali, nostis bona munera dare filiis vestris:quantò magis pater vester cœlestis,dabit spiritum sanctum his qui hunc ab ipso petũt? Talibus quidem dictis,ac tali spe prouocauit nos ad orandum vniuersorum dominus.Nos verò decoctobtemperantes deo,semper omnem vitam in laudibus dei,precibúsque transigere,maiore studio curam agentes diuini cultus,quàm vitæ nostræ. Sanè enim contigerit,semper viuere vitam homine dignam.Quisquis enim orat deum, nec diuino colloquio cupit assiduè frui, is mortuus est,& vita carens, expersq; sanæ mentis. Nã hoc ipsum

Matth.7.& Luc.11.a

Matth.7.& Luc.11.b

A hoc ipsum euidentissimum est argumentum amẽtiæ, non intelligere magnitudinem huius honoris,nec amare deprecãdi studium, nec hoc habere persuasum, quòd animę mors sit,nõ prouolui ad dei genua.Quẽadmodum enim corpus hoc nostrum, si non adsit anima,profectò mortuum est ac fœtidum:sic anima, nisi se ipsam incitet ad orandum,mortua est,ac misera,& grauiter olẽs.Quin insup quòd oporteat quauis morte tristius existimare,si quis deprecatiõe priuetur, pulchrè nos docet Daniel ille propheta magnus, qui mallet emori, quàm triduo duntaxat arceri ab orãdo. Nec enim hoc ab eo exigebat rex Persarũ , vt impietatem admitteret:tantùm illud obseruabat,si quis intra triduum quicquam petere deprehenderetur ab vllo deorum aut hominum , præterquam ab ipso . Sed propheta ne tantulum quidem temporis sustinuit ab orando cessare : propterea quòd nisi deus propẽsus sit in nos, nihil omnino bonorum in animas nostras venire possit : dei verò propensio simul adiuuat labores
B nostros, hosq; pulchrè subleuat, si conspexerit nos amare precandi studium, si continenter orare deum,si viderit expectãtes , omnia bona nobis illinc defluxura . Itaque cùm videro quempiam non amantẽ orandi studium, nec huius rei feruida vehemẽtiq; cura teneri: continuò mihi palàm est eum nihil egregiè dotis in animo possidere.Rursus vbi quem conspexero, insatiabiliter adhærentem cultui diuino,idq; in summis damnis numerantem: si non continenter orauerit,coniecto talem omnis virtutis firmum esse meditatorem, ac dei templũ . Etenim si vestitus hominis,
Eccli.19.d si pedum incessus,si risus dentium declarat qualis sit, quemadmodum sapiens dixit Salomon:multò magis deprecatio cultusq; dei,signum est totius iustitię,cùm sit ornatus spiritualis ac diuinus , multam pulchritudinem ac decorem concilians mentibus nostris,dum vniuscuiusque vitam componit, nec sinit quicquã sordidum aut absurdũ dominari nostro animo , dũ persuadet reuereri deum , & honorẽ quem illi debemus præstare , dum docet vniuersam mali spiritus impostoram reiicere, turpes & absurdas cogitationes profligans:denique dum cuiusque mentem constabilit in cõtemptu voluptatum : Nam hæc superbia sola decet
C eos qui Christum venerantur,videlicet nulli seruire turpitudini,sed mẽtem seruare in libertate,morúmq; puritate. Arbitror itaque cunctis esse manifestũ,quòd simpliciter impossibile sit , absque precationis præsidio cum virtute degere,cumq; hac huius vitę cursum peragere . Etenim quî fiat, vt quis virtutem exerceat, nisi continenter adeat, & suppliex ad genua accidat ei qui virtutem omnem suppeditat ac largitur hominibus?Rursum quî fiat, vt aliquis concupiscat esse temperatus ac iustus , nisi lubens cum eo consuetudinem, & colloquium habeat,qui cùm hæc tum his etiam plura exigit à nobis? Quin & illud paucis demõstrare volo,quòd etiam si nos peccatis refertos precatio deprehenderit,celeriter purgatos reddit. Quid itaq; maius aut diuinius obtingere possit , quàm deprecatio, cùm hanc animis ægrotantibus pharmacum quoddam esse liqueat?Ita & primi occurrunt Niniuitæ, quos clarũ
Ionæ.3.c est,deprecationis præsidio plurimorum scelerũ , quibus diuinam iram in se prouocarãt, remissionem accepisse. Simul enim atque illos cepit deprecandi studium,illico iustos reddidit, ac ciuitatem quæ iam assueuerat lasciuiæ,maliciæ, breuiter vitam exlegem & impiam viuere, statim correxit : nimirum potentior diutina peccandi consuetudine,cùm ciuitatem illorũ D cœlestibus legibus implesset: pariter secũ trahebat tẽperantiam, humanitatem, mansuetudinem, curamq; pauperum.Nec enim sustinet deprecatio absq; his virtutibus versari inter pauperes:sed in quorumcunq; pectore sibi domicilium delegerit, eos reddit plenos omni iustitia,erudiens & exercens ad virtutem, ac malitiam omnem propellens:& sanè si quis tum ingressus fuisset ciuitatem Niniuitarum , qui prius eandem probè nouisset,nequaquam agnouisset eam: adeò repẽtè à turpissima vita ad pietatem resilierat . Quemadmodum enim si quis mulierem mendicam , sordidis pannis vestiri solitam, post aureis vestibus ornatã videret,nequaquam agniturus sit mulierculã: ita si quis eam ciuitatem prius nouisset mendicam, hoc est vacuam omnibus thesauris spiritualibus,nimirum ignoraret quænam esset illa ciuitas , in qua transmutanda tantùm valuisset deprecatio,vt & mores & vitam ad virtutem reduceret.Iam verò & mulier quædam,quę Lucæ.7.f totum vitę tempus in lasciuia & impudicitia peregerat,simul atq; se proiecit ad pedes Christi,salutem assequuta est . Proinde deprecatio non solùm purgat à E peccatis, verùm etiam ingentia pericula depellit. Siquidẽ ille rex simul & propheta mirabilis Dauid,multos ac sæuos inimicos effugit precationis ope,nõ aliis armis exercitum muniens, atq; ita tradidit suis militibus potiri victoria,quietis interim,ac securis Quẽadmodum alij quidam reges incolumitatis suæ spem ponere consueuerunt in militum peritia, & arte belli gerendi,in sagittariis,in cataphractis,in equitibus:ita magnus ille Dauid , sanctis precibus mœniũ vice suũ cinxit exercitum,nequaquam respiciens imperatorũ, tribunorum,ac centurionum frequentiam , neque pecunias colligens,nec arma comparans, sed orando diuinam armaturam è cœlo deportans . Nam verè cœlestis est armatura deprecatio,quæ deo funditur, solaq; firmam custodiã præbet his qui sese deo tradiderunt. Siquidem cataphractorum & robur & peritiam, tum sagittariorum experientiam , atq; in prodendo hoste calliditatem, sæpenumero ludit ac frustratur vel ipsa belli facies,vel hostiũ fiducia, cumq; his alia permulta:cæterùm deprecatio, armatura est inexpugnabilis, ac tutissimum,nec vnquam fallens munimentum, pa F ri facilitate,vel vnum repellens militem,vel innumerabilia hostium milia. Quandoquidem admirãdus ille Dauid,de quo modò diximus,Goliath illum immanem, cùm veluti dæmon quispiam formidãdus irrue 1.Reg.17.f ret,non armis, neq; gladiis, sed precibus deiecit: vsq; adeò regibus quidem aduersus hostes in prælíis valida arma sunt deprecatio . Quin eadem & nobis æquè valida sunt arma,aduersus dæmones.Sic & Ezechias 4.Reg.19. rex superior euasit in bello , quod illatum est à Persis, &.2.Parali. cùm non armaret exercitum , sed preces tantùm op- 32.& Esaiæ ponaret hostium multitudini.itidem & mortem effu 37.a git,vbi cum qua decuit religione se deo prosterneret, 4.Re.20.a solaque deprecatio regi dedit,vt reuiuiscaret. Iã verò quòd animam peccatis obnoxiam , deprecatio facilè Lucæ.18.c purã reddit,docet nos publicanus ille,qui petiit à deo remissionem peccatorum,& impetrauit. Docet & le- Matt.8.a prosus , qui simul vt procidit ad pedes dei, mundatus est. Quòd si deus corpus morbo corruptum celeriter sanauit,multò magis animam,quę morbo tenetur,humaniter sanabit . Etenim quantò preciosior est anima corpore,tantò magis consentaneum est,hanc deo maiori curæ futuram.Quanquam innumera recenseri possint

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gri possint exempla,tum vetera,tum noua,si quis velit omnes enumerare, qui deprecationis beneficio seruati sunt. Verùm aliquis forsitan ex eorum numero,qui socordiæ segnitiæq; dediti,nolunt attentè ac diligenter orare,persuasurus sit,in hoc deum illa verba dixisse:Non omnis qui dicit mihi,domine domine, intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit voluntatem patris mei qui est in cœlis. Atqui ego si crederem solam precationem ad salutem nostram sufficere, non iniuria sermonem hunc nobis obiiceret aliquis: Nũc cùm profitear deprecationem caput esse bonorum omniũ, basim ac radicem vitæ frugiferæ, nõ est quòd quisquã illis verbis abutatur ad excusationem suæ socordiæ. Neq; enim sola temperantia potest homini salutẽ adferre, si cætera desint bona, neq; cura pauperum, neq; benignitas,neque quicquam aliorum quę cum virtute geruntur, sed oportet vt omnia simul concurrant in animas nostras. Cæterùm precatio,ceu radix & basis,omnibus cæteris substernitur. Neq; secus ac nauem & domum,ea quæ substrata sunt,validam reddunt,ac ne soluatur, continent:ita nostram vitam orandi studium cõtinet,& vbique firmam reddit, adeò vt absq; hoc nihil nobis boni possit cõtingere, neque quod ad salutem conducat. His de causis Paulus tanto studio non cessat huc adhortari nos,dicẽs: Deprecationi instate,vigilantes in ea cum gratiarum actione. Atque alibi iubet,vt citra intermissionem oremus,in omnibus gratias agentes: hæc est enim,inquit, volũtas dei. Ac rursus alio in loco:Orate omni tempore,in spiritu in hoc ipsum vigilantes cum omni instantia & obseruatione. Adeò multis ac diuinis vocibus ad orandum nos assiduè prouocat ille apostolorum princeps. Decet igitur,nos ab illo doctos, cum precatione vitæ cursum peragere,atque hac mẽtem assiduè rigare. Siquidem hoc omnes homines, non minus opus habemus,quàm arbores aquarum humore. Neq; enim valent illæ fructus producere, nisi bibant humorẽm radicibus,neque nos preciosis pietatis fructibus poterimus esse gratuidi, nisi precib⁹ irrigemur. Quapropter oportet,& stratis relictis,diuino cultu præuenire Solis exortum,& cùm ad mẽsam accedimus,& cùm nos ad nocturnam quietem recipimus: Quin potius oportet, singulis horis vnam precationem offerre deo, vt orãdi cursus diei cursum æquet. Cæterùm hyberno tẽpore decet etiam noctis maximam partem precibus impendere,ac flexis genibus,multo cum tremore instare deprecationi, hoc ipso nos beatos existimantes, quòd dei cultui vacamus. Dic mihi qua fróte Solem intueberis,nisi prius adoraueris, qui lumen illud dulcissimum oculis tuis mittit? Quo pacto frueris mẽsa, nisi prius adoraueris eum,qui tibi tantum bonorũ largitur ac suppeditat? Qua spe trades teipsum nocturno tempori,qualibus cum insomniis putas tibi rem fore, ni teipsum præmuniueris orando,sed incustoditus ad somnum accesseris? Nimirum cõtemptibilem captuq; facilẽ teipsum præbebis sceleratissimis spiritibus, qui continenter obambulant,obseruantes nos,vt si quem deprehẽderint nudatum deprecationis præsidio,protinus abripiant. Si nos conspexerint deprecatione cõmunitos,illico resiliunt,non aliter quàm prędones ac facinerosi, vbi conspiciunt militis gladium in caput suum vibrari. Quòd si contingat aliquem esse nudum precationis præsidio,hic auulsus deportatur à dęmonibus,& in calamitates variaq; mala impellitur. Oportet igitur vt hæc omnia metuẽtes,precibus & hymnis semper nosipsos circumuallemus, vt deus omnium misertus dignos efficiat regno cœlorum per vnicum filium suum, cui gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Matt.7.c

Colos.4.a

1.Thes.5.d

Ephes.6.d

DE PRECATIONE
liber secundus.

QVòd omnis boni caput sit deprecatio,quodq; salutis ac vitæ æternę conciliatrix,nullus est omnium qui ignoret. Attamen operæpreciũ est, vt adhuc pro viribus de hoc negotio disseramus, quò qui iam assueuerunt in precibus vitã agere,ac diligenter cultui diuino animum aduertere, oratio nostra reddat magis attentos. Rursum qui hactenus incogitantius vixerunt,atq; animum neglexerunt, precationis præsidio destitutum,simul & anteacti temporis iacturam cognoscant, nec in reliquũ vitæ tempus seipsos pergãt priuare salute. Protinus igitur illud occurrit omnium maximum, quod de precatione dicere possumus, quòd quisquis orat, cũ deo colloquitur. Quantæ enim dignitatis sit hominem cũ deo miscere sermonem, neminem latet: cæterùm eam dignitatem oratione consequi,nemo prorsus valeat, quãdoquidem hic honos etiam angelorum superat maiestatem: quod ipsi probè intelligẽtes, apud prophetas describuntur omnes multo cum tremore,laudes & cultum domino offerẽtes, facies quidem ac pedes ob ingentem reuerentiam tegentes, volatu verò dum non valent in quiete manere, magnum tremorem declarantes: nimirum & nos illud interim docentes,vt tãtisper dũ oramus, humanæ naturæ obliuiscamur, sed occupati mentis alacritate simul & tremore, nihil respiciamus rerum præsentium, sed existimem⁹ nos in angelorum medio consistere,idemq; sacrificium cum illis peragere. Nã in reliquis multum discriminis est inter conditionem illorum & nostram: siue naturam expendas,siue viuendi genus,siue sapientiam, siue intelligentiam,siue quicquid aliquis recẽsere possit. Cęterùm orare commune est opus angelorum pariter & hominum; neque quicquam interest inter nostrã naturam & illorum,duntaxat quod attinet ad deprecationem. Hæc te separat ab vtris animantibus, hæc te sociat angelis: Quin fasse fiet, vt quis in illorum ciuitatem transferatur, in illorum vitam & consortiũ, ad illorum honorem,nobilitatem,sapientiam, & intelligentiam, qui per omnem vitam precibus ac diuino cultui vacare studuerit. Quid enim possit inueniri sanctius his, qui cum deo commercium habent, quid porrò iustius,quid ornatius,quid sapientius? Etenim si qui cum sapientibus viris colloqui solent,propter assiduam consuetudinem,breuì sic transmutantur, vt illorum prudentiam referant: quid dicere conuenit, de his qui cum deo colloquiũ miscẽt,ei sua vota deferẽtes? Quanta sapientia,quanta virtute,quanta prudentia,quanta bonitate,quanta sobrietate, quãta morum æquitate replet illos precatio & obsecratio? Proinde nequaquam aberrarit à vero, si quis affirmet deprecationẽm esse causam omnis virtutis & iustitiæ, neque quicquam eorum quæ conferunt ad pietatem venire posse in animum, cui nõ adsit deprecatio & obsecratio. Sed quemadmodum ciuitas quæ muris cincta nõ est,facilè venit in potestatẽ hostium, propterea quòd prorsus absit id, quo fuerat hostiũ incursus arcendus: sic & animam non munitam precibus, diabolus facilè in suam redigit ditionem,nec multo negotio omni genere

genere scelerum implet. Nam primũ quidem ad animam precibus communitam,non audet propius accedere,metuẽs roborẽ ac fortitudinem,quam illi deprecatio subministrauit,magis vegetans animum, quàm cibus vegetat corpora. Ad hæc,qui precãtur serio, nõ sustinent quicquam admittere indignum precatione, sed reuerentes deum,qui cum modò collocuti fuerãt, citò repellũt omnem mali spiritus molitionem,apud se reputantes quantum scelus sit eum, qui paulò antè sermonem cum deo miscuerit,quicq; ab eo pudicitiam ac sanctimoniam petierit,extemplò ad diabolum deficere,fœdasq; voluptates in animũ admittere, ac diabolo præbere aditum in illud pectus, quod paulò antè deus inuiserit, ac dæmoniis cõcedere irruptionem in animas,in quas spiritus sancti gratia plurimam exercuit benignitatẽ ac solicitudinem. Veruntamen illud ausculta: supra vires hominis est,ferere cum deo colloquium,nisi adsit vis & actus sancti spiritⁱ: sed oportet illo præsente,sanctisq; conatibus auxiliãte, ita demũ ingredi, ac flectere genua, postremò orare ac deprecari. Postquàm enim maius est hominis viribⁱ⁹ sermonem miscere cum deo, opus est vt gratia spiritus veniens in nos,confirmet,addatque fiduciam, ac doceat nos honoris magnitudinem. Igitur vbi iam cognoueris, quòd & cum deo loqueris, ac spiritus in te operantis vim senseris,oraturus & cum deo collocuturus, nullum diabolo præbebis aditum in animã per spiritum sanctificatam. Etenim quẽadmodum qui cũ rege collocuti sunt, & ob hoc sermones placidos honoremq; sunt consequuti,non dignantur in contubernium venire mendicorum & abiectorum hominum: ita qui cũ deo confabulatus est, eiq; sua vota protulit, nequaquã dignabitur mali & impij spiritus familiaritatem admittere. Nam verè profectò quisquis voluptatibus seruit, cum dæmonibus habet familiaritatẽ, atq; eorum insaniam imitatus est: Sicut è diuerso, qui temperans est,ac iustitiam exercet,cum angelis habet commercium,& illorum æmulatur dignitatem. Iam verò si quis dicat animæ neruos esse deprecationem, mea quidem sententia, videbitur verum dicere: nimirum quemadmodum corpus neruis cohæret, currit, stat, viuit, & compactum est adeò, vt si neruos incideris, vniuersam corporis harmoniam dissolueris: itidẽ animæ per sanctas preces,sibi constant,& compingũtur,ac pietatis cursum facilè peragunt. Quòd si teipsum destitueris precatione,perinde feceris, ac si piscẽ ex aquis extraxeris. Vt enim pisci vita est aqua,ita tibi deprecatio. per hanc datur velut ex aquis subuolare,cœlumq; trascendere,ac proximum fieri. Itaq; quæ hactenus dicta sunt,sufficiunt ad declarãdum quanta sit vis sanctæ deprecatiõis. Sed fortasse præstiterit, vt ad diuinas scripturas veniam⁹, vt ex ipsius Christi verbis discamus opes,quas deprecatio comparat his, qui studẽt per omnem vitam in ea versari, Dicebat autẽ, inquit,eis etiam parabolam huc spectantem, quòd oporteat semper orare. Iudex quidam erat in ciuitate quadam,qui neq; deum metuebat,neq; hominem reuerebatur: vidua autem erat in ciuitate illa, & venit ad illum,dicens: Vindica me de aduersario meo, & nolebat aliquandiu: postea verò dixit apud seipsum, Tametsi deum non metuo,nec hominem reuereor: tamẽ quia molesta est vidua, vindicabo eam,ne tãdem veniens suggillet me. Dixit autem dominus: Audite quid dicit iudex iniustus: Deus verò an non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad ipsum nocte ac die, & patientiam habebit super illis? Dico vobis quòd faciet vindictã illorum citò. Discamus fratres sapientiam in sermone spiritus reconditam,perscrutantes pro virili nostra,non quanta est,sed quantũ nobis datur assequi. Itaque qui vitam agunt in mari, in ipsum profundum sese demittunt, ac preciosos lapillos his qui versantur in terra,deferunt. Nos verò diuinarum scripturarum mare scrutantes, in ipsum spiritualis sapientiæ profundum, quãtùm quidem in nobis est,decurramus, & vobis adferamus thesaurũ bonum melius ornantem animas, quàm ornant regum capita è gemmis contextæ coronæ. Nam harum quidem pulchritudo,simul cum ipsa vita marcescit. Cæterùm qui doctrina spiritus coronat animã, cùm hic interim cum omni mentis securitate vitæ tẽpus exigit,tum post huius vitæ finem,cum fiducia accedit ad tribunal Christi, plenus virtute, & ab omni vitio purus. Quem igitur thesaurum è profundo scripturarũ adducimus? Non ipsum profundum attingentes sapiẽtiæ,sed eò vsq; descendentes,quousque concedit Christus,qui homines inuitans ad orandum, & vtilitatem hinc proficiscentem commendare volens animis nostris: iudicem quendam inducit improbum ac sęuum, qui pudorem omnem ex oculis abiecerat, quique dei timorem ex anima propulerat. Atqui satis erat iusti clementisq; iudicis personam proposuisse, vt huius iustitia collata cum dei bonitate,demonstraret quãtùm valeat deprecatio. Etenim si benignus ac mansuetus homo placidè recipit,qui supplices accedunt, quantò magis idem facturus est deus, cuius tãta est erga mortalium genus benignitas, vt non solùm nostram excedat intelligẽtiam, verùm etiam maior sit quàm vt huius magnitudinem,angeli ipsius possint animo cõplecti? Itaque satis erat,vt dixi, iusti iudicis personam inducere. Nunc autem iudicem proposuit immitem, impium,& inhumanum: in cæteris quidem implacabilem, ad preces verò benignum ac mansuetum, videlicet vt intelligas, quòd omnis precatio ingeniũm etiam malum,facilè ad misericordiam & clemẽtiam pertrahit. Quam igitur ob causam hoc fecit Christus? Ne quis omnium ignoraret,quantam vim habeat deprecatio, atque idcirco postquam iudici omnium immanissimo adhibuisset viduam, eumq; præter naturã ostendisset factum ex improbo humanum,ad patrem suum parabolam transfert,ad illum,inquam,bonum, mansuetum,mitem,humanum,misericordia sua vincentem peccata mortalium,cõdonantem errata plurima,tolerantem quotidie in se dicta conuicia, dissimulantem honorem haberi dæmoniis, se cõtumeliis affici, filium suum innumeris incessi conuiciis, abiaq; ferentem atrocia,dicenda pariter ac silenda: & tamẽ sic conuiciis affectus adeò mansuetè tolerat. Quòd si viderit,eo quo decet tremore accedentes sibi, an non protinus miserebitur? Audite,inquit,quid iudex iniustus dicat: Tametsi deum non timeo, nec hominem reuereor, attamen quoniam mihi negotium facessit, vindicabo illam. Quid ais? Quod non potuit metus, hoc potuit deprecatio? Ac minæ quidem & vltionis expectatio, non commouerunt hominem ad iustitiã: cæterùm vbi prodiit vidua supplex, iudicem ex feroci mansuetum reddidit. Quid igitur coniectandum est de benigno deo, si iudicem crudelem, adeò mansuetum reddidit vidua supplicans? Quantam bonitatem,quantam humanitatem erga nos exhibebit deus, qui non modò semper cupit misereri,punire nunquã, verùm

Universidad de Deusto
Biblioteca

G verùm etiam ob insignem erga genus hominum charitatem, & supplicia comminatur nobis, & ingentia præparauit præmia, vt & metus suppliciorum arceret à vitiis, & præmij spes extimularet ad virtutem. Non possum ab iniquo iudice cogitationem auertere, contemplans in illius præter naturam mansuetudine, ineffabilem dei bonitatem. Etenim si is qui nũquam cogitarat quicquam humanitatis cuiquam præstare, subitò mutatus, misertus est viduæ rogantis: quanta erga nos dei solicitudinem è cœlo deportabit deprecatio? Ad hæc quantùm valeat ac possit sancta precatio vel hinc cognoscas licebit, si consideres, quantum bonorum singulis diebus, ac singulis horis accipiant hi, qui iugiter deo supplicant. Quem enim fugit, quòd Solis, lunæ, stellarumq; lumen, quòd cœli temperiem, ac variam alimentorum copiam, quòd opes, quòd vitã, deniq; quòd alia innumera bona cũctis ex æquo mortalibus largitur deus, iustis pariter atque impiis, v. delicet ob immensam suam humanitatem qua afficitur erga nos. Porrò si nec rogantes nec postulantes, tanta quotidie misericordia prosequitur, ac refocillat, quã-
H tis bonis probabile est fruituros eos, qui omnem vitam precibus & obsecrationibus vacarũt? Agè iam & illud exponamus vobis, quàm multis sanctis datũ sit, deprecationis præsidio seruare, non solũ gentes ac ciuitates, verùm etiam orbem vniuersum. In mentione verò deprecatiõis primus occurrit Paulus, dignus cuius mẽtio fiat: Paulus, inquam, ille insatiabilis dei cultor, & communis pater ac progenitor seruorũ Christi. Ille igitur custos orbis terrarum, per deprecationẽ ac assiduam obsecrationem, omnes gẽtes saluas fecit,
Ephe.3.c semper illud dicens nobis: Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis cognatio in cœlo & in terra nominatur, vt det vobis iuxta abundantiam gratiæ suæ virtute corroborari per spiritum ipsius, vt in homine interno, habitet Christus per fidem in cordibus vestris. Vides quãtam vim habeat precatio & obsecratio? Ex hominibus facit templa Christi. Et quemadmodum aurum, lapides pretiosi ac marmora constituunt domos regum:
1.Cor.3.c sic deprecatio tẽpla Christi, vt inhabitet, inquit, Christus in cordibus vestris. Quid sublimius ad laudẽ de-
I precationis adferri possit, quàm quòd tẽpla facit dei? quem cœli non capiunt, is in animam ingreditur, vi-
Esa.66.a uentem in precibus: Cœlum, inquit, mihi sedes est, ter-
Ibidem. ra verò scabellum pedum meorum. Quam domũ ædificabitis mihi, dicit dominus, aut quis erit locꝰ requiei meæ? Quam domum Paulus ædificat sanctis obsecrationibus? Flecto, inquit, genua mea, ad patrem domi-
Ephes.3.c ni nostri Iesu Christi, vt inhabitet Christus per fidem in cordibꝰ vestris. Quin & illinc itelligi poterit, quãsit vis sanctarum precum, quòd Paulus per totum orbem terrarũ velut alatus discurrens, in carceribus habitans, flagella sustinens, gestans catenã, viuens in sanguine ac periculis, insuper & dæmones eiiciẽs, ac mortuos excitans, morbos abigens, in harum rerum nulla fiduciam posuit seruandi homines, sed precibus communiit orbẽ: postq; miracula, post excitatos mortuos, ad deprecationis præsidium accurrit, nõ aliter quàm athleta, à corona ad palæstram: quãdoquidem & mortuorum excitationẽ, reliquaq; omnia, suppeditat deprecatio. Quam enim vim habent in arboribus aquæ,
Acto.16.c hanc in vita sanctorum habet deprecatio. Paulus hac medio noctis rigans animam, omnia facilè pertulit est quamlibet acerba, non aliter præbens terga ver-

ribus, quàm si fuisset statua. Sic in Macedonia carcerem concussit, sic ceu leo quispiam, precatione disrupit vincula, sic carceris custodem eripuit ab errore, sic dæmoniorum tyrannidem discussit. Quin & illa nouimus, quæ scribit ad vniuersos homines: Deprecationi instate, vigilantes in ea in gratiarũ actione, orãtes simul & pro me, vt detur mihi sermo in apertiõe oris mei, ad liberè proloquendum mysterium euangelij. Quid ais? Tantam nobis fiduciam deprecatio præbet, vt pro Paulo non vereamur orare? Quis miles ausit pro magno duce interpellare Cæsarẽ? Quanquam sanè nullus dux tam charus est Cæsari, quàm Paulus deo. Attamen ad tãtam dignitatem nos prouehit deprecatio, vt ausimus pro Paulo supplicare deo. Sic & Petrus ille magnus, ille cœlo splẽdidior, carcerem effugit, maximè quidem ob propriam virtutem, & cõmunem hominum salutem, sed tamen interim ecclesiæ deprecatio, occlusas carceris fores velociter aperuit. Nec enim temerè addidit Lucas: Deprecatio autem fiebat assidua totius ecclesiæ pro Petro: verùm vt nos disceremus, quantã vim in cœlis obtineat deprecatio, videlicet vt Paulum ac Petrum à periculis liberaret, columnas ecclesię, principes Apostolorum, claros in cœlo, murum orbis terrarum, commune præsidium totius terrę ac maris. Dic mihi, quomodo Moses Israëliticum populum in bellis seruauit? An nõ arma quidem cum exercitu discipulo tradidit, ipse verò deprecationem opposuit hostiũ multitudini? Nos interim docens preces iustorum plus valere, quàm arma, quàm equitatum, quàm pecunias, quàm multas copias, eoq; vniuersus exercitus, & innumera militum multitudo, in deprecatione prophetæ spem salutis habebat. Siquidem orãte Mose, superabant Iudæi, eodem ab orando cessante, inferiores erant hostibus: Itidem & nos orãtes facilè diabolum superabimus, cessantes verò scelestum illum in nos instruimus. Iam & populum ad impietatem prolapsum, orando seruauit Moses, orãdo meruit dei conspectu frui, aliaq; innumera bona consecutus est non alia re quàm orando: Nã deprecatio & hoc illi præstitit, vt vitã ageret adsimilem iis qui cœlum inhabitãt. Deprecatio incendij vim coërcuit, leones mites reddidit: hoc quidem in Daniele, illud verò in tribus pueris, per quos nimirũ declaratum est omnibus, quòd quoscunq; deprehenderit in periculo constitutos, facilè ex vrgentibus malis eripiat deprecatio, salutis causa, immortalitatis animæ coagitatrix, ecclesiæ murus, qui rumpi non possit, munimentum inconcussum, dæmonibus quidem formidabile, piis verò, nimirum nobis salutiferum. Hęc eadem sanctum prophetã Samuelem produxit. Etenim cùm natura matri esset aduersa ad gignendum, exorta deprecatio mox correxit naturæ imbecillitatẽ. Talis est deprecationis fructus, talem ædidit deprecatio prophetam: Quapropter in cœlis illustre nomen cõsequutus est Samuel, supra quàm fert humana conditio, quum homo sit potius angelorum admirator. Mirum talem decebat ostendi, deprecationis culmen & spicum, qui reliquos anteiret bonitate, virtutibus ac moribus, tantóque interuallo omnes retro sanctos antecellere videretur, quantùm in segetibus fœlices eminent spicæ. Deprecationis auxilio Dauid tot ac tales hostes propulsauit, non arma mouens, non hastam vibrans, non gladium educens, sed deprecane septus. Huius præsidio Persarum copias Ezechias celeriter vertit in fugam, atque hostes quidem mach-

K
Ephes.6.d
Exod.17.d
Daniel.6.d
Ibidé.3.d &.14.d
M
1.R.eg.17.d
L
2.R.eg.19.d

A chinas admouebant mœnibus, sed ille muros deprecationis vallo sepsit: simulq; per deprecationem sine armis solutum è bellum, cùm tuba quidem nõ clangeret, exercitus conquiesceret, arma non mouerentur, nec
Ionæ.3.d terra sanguine rubesceret: cæterùm deprecatio sufficiebat ad terrorem hostibus incutiendum. Quin & Niniuitis ea saluti fuit, quæ citò depulit iram cœlitus imminentem, citóque vitam corruptam emendauit. Tantam vim, tantum robur habet deprecatio, vt cùm Niniuitæ vitam omnem turpiter ac scelerosè peregissent: tamen simul atque in ciuitatem ingressa est deprecatio, in hoc verterit in diuersum omnia, ac temperantiam, iustitiã, amicitiam, cõcordiam, egenorum curam, denique vniuersa bona secum induxerit. Etenim quemadmodum vbi regina quæpiam ingreditur ciuitatem, necesse est vt omnis opulentia pariter consequatur: sic videlicet, posteaquàm deprecatio venit in animam, omnes virtutes simul ingrediuntur. Nam quod in domo est fundamẽtum, hoc in anima est deprecatio: hanc vbi primum
B ceu basim ac radicem in anima fixerimus, tum oportet diligenter superstruere pudicitiam, mansuetudinem, iustitiam, pauperum curam, breuiter omnes Christi leges, per quem & cum quo, patri cum sancto spiritu, gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

De orando deum lib.ij.finis.

D.Erasmi Roterod.censura.

Posterior hæc oratio videri poterat non esse Chrysostomi, sed eruditi cuiuspiam, qui sese exercuerit ad æmulationem prioris: nisi malumus Chrysostomum eadem de re diuersis temporibus dixisse.

† De oratione vide hoc eodem tomo ad populum Antiochenum homilia penultima. Iteꝝ de oratiõe dominica tomo secũdo. fo.248.G

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI Episcopi Constantinopolitani, de ieiunio sermo primus.

PRopitiationis tempus adest, tẽporis opportunitatem ne contemnamus: abiiciendorum peccatorum tẽpus est, gratiam ne negligamus, sed ieiunemus à cibis, sed primùm à peccatis. Primum enim bonum est liberari à malis. Malitia autem est, quæ virtuti opponitur, inuidia, furtum, & homicidiũ, & bellum, & quæcunque mala dicuntur, & sunt. Qui in malis est, in pœnam habet malitiam. Nam gehenna est malitiæ præsentis pœna. Non enim affligeret secãdo medicus, nisi ob præcedentem malitiam corriperet. Primũ malum est in malitia deprehendi. Impius & alienus à deo, etiam si nunquam proiiciatur in gehennam, bonis priuatur. Qui non continens, à concupiscentiis lęditur: qui inuidet, afflictione sua tabescit: qui furatur, erubescit & metuit: qui occidit, non credit vitæ suæ. Primum malum est esse malum. Etiamsi nõ secat medicus, ægrotat æger: etiamsi non punit deus (nã longanimis est) in morbo est, qui peccat. Dicit enim: Qui facit peccatũ, seruus
Ioan.8.d est peccati. Igitur qui peccat, ante peccatum seruus factus est, & iam habet pœnam. Bonum ieiunij lupanum, his qui diligunt ieiunij vtilitatem. Ne attendas ad solũ laborem, sed etiam ad fructum. Nisi enim ad vtilem spectaret, non sementem faceret, qui serit, vt de reposita dispergere videretur. Respiciens autem in spem, seminauit quæ habuit, vt quæ non habuit, metat. Dolet in ieiunio caro, sed epulatur anima. Quid melius in nobis, anima, vel corpus? Hæc accepit vt non doleat. Nutritur

autem & hoc pulchrius & melius. Oportet nos esse in ieiunio, nec est propterea corpori corruptio, sed medicina & cura. Nam qui ieiunant, & à fluxibus corporeis liberantur: & qui se præparant, superfluitatem carnium liquefaciunt, & animam deficientem nutriunt. Semper anima corporis curam habeat. Nutrit autẽ & se ipsam, & suiipsius curam habet. Corporis mores, anima moderatur, sibiipsi verò rationem. Iam quum corporis curam agit, multò magis decet vt & ipsa sui curam agat. A deo ordinatũ est, vt anima corpori imperet. Qui præferunt corpus animæ, subuertunt rectum ordinem. Non ipsa corpori seruit, sed si rectè fiat, semper animæ seruit corpus. Si autem ferias suas feriabitur anima in damnũ corporis, & nõ sapit quæ sunt corporis, corpus saluatur. Quando regit corpus animam, & ipsa corrumpetur, & corpus perit. Ne putetis paruum quoddam lucrum esse ieiunium. Ab vno ligno si abstinuisset Adam, si ab vno ieiunasset, mortua fuisset mors, immo non fuisset mortua quæ non erat. Vides si hoc pharmaco fuisset vsus Adam, non fuisset mortale nostrum genus. Quantæ gratiæ fuit vsus, vt resoluatur quod inuenit Adam per intẽperantiam? Quando vides, quid mali operatum sit cõtrarium, hoc est quòd non abstinuit ab vno ligno. Adã cognosce quantum bonum ieiunium & abstinentia ab his quæ licita sunt, afferãt. Nam vbi attigit Adam quod non licebat, cecidit: contrà abstinentia ab his quæ licẽt, sua beneficentia ruinam reparat. Vtinam & Esaũ ieiu- Gene.25.d
nasset, & non vendidisset primogenita, sed cibo minor factus, naturæ priuilegium pro lentibus vendidit. Doctis scripturas velociter transcurro. Quid detulit Iudęis legem à monte? Ieiunium Mosi, quod quadraginta die- Exo.34.d
bus fiebat, sed priusquàm deferretur lex, visus est populus veritatem amisisse. Prima lex, Dominus deus vnus Deut.6.a
est: & mandatum suscepturi dicunt, Hi dij tui. Magna Exo.32.a
infirmitas. Nam & pro deo viuo simulacrum vituli ve- 3.Reg.12.g
nerati sunt. Quod ergo huiusmodi pharmacon? Iterum ieiunat Moses, qui non peccarat, & ignoscitur peccantibus peccatum. Veteris legis radix à ieiunio cœpit. Nam testamenti prędicatio à ieiunio initium sumpsit. Baptizatus enim saluator propter nos, & profectus in eremũ Matt.3.d &
prius ieiunauit, & tunc signa facere cœpit, non ipse ie- Mar.1.a
iunio opus habens: nos autem docens pro virili ieiunij F
præmissionem. Si igitur vetus à ieiunio incipit, & noua ab eo fundamenta ponit, ne putemus malum esse ieiunium. Grauatim ferunt aliqui, molestam & onerosam legem videntes. Et leones in lacu ieiunium didicerunt, & non attigerunt Danielem. Si autem leones mandato obtemperant, & vt noti quidam cohibẽt naturæ impetum, & non inuadunt vt alieni, festinemus ad ieiuniũ Daniel.6.
ordinati. Iterum scriptum est, quando Roboam rex Iu- & vlti.f
dææ impiè egit vitulum adorans, id quod à patre hæreditariè acceperat, adstitit propheta & regi & populo: ni 3.Reg.12.c
hil dixit, sciens quòd immorigeri & principes & subditi, relictisq; hominibus qui audire nolebant, loquitur ad altare, vt monstret quòd lapides magis audiant quàm homines. Dicit, Nascatur Iosias, & ossa sacrificantium Ibid.13.a
comburat super altare in ignominiam. Succensuit qui reprehendebatur, validęq; manum extendit, vt benefactorem prophetam pessundaret: extendit quidem manum, non potuit autem flectere: nam arefecerat illam flagitium. Qui extendit manum, dicit, vt prophęta iuuet, quem volebat comprehendere. Sanat manum propheta: dicit ipsi rex, Veni mecum in domum, vt gustes Ibidem.b
panem, & bibas aquam, & sic vadas. Respondit propheta: Mãdatũ dei habeo in locis illis in quibus tam impiè

Universidad de Deusto
Biblioteca

G viuitur, nõ gustare vel panem, vel aquam. Recedit propheta. Intendite autem fini verbi. Ecce alius propheta, qui audierat quòd propheta iste quum præsens esset, talia dixisset, sequitur & comprehendit, & orat prophetã vt ingrediatur, & gustet secum, & persuadet. Persuasit autem vt dixit, quia & mihi dominus dixit, vt hoc facias. Ingressus est & comedit, & dũ comederet ingressus est spiritus sanct⁹ in prophetã, qui vocauerat, & postea prophetauit: non quæ ex corde suo, sed quæ ex spiritu: & inquit ad illum, qui intrauerat & comederat, Quare non audisti dominum deum tuum, & comedisti vbi iussus es non comedere? abi hinc, & comedet te leo. Vides hìc contemptisse mandatum de ieiunando, quantum malũ conciliat? recedit propheta, & nõ patrocinatur illi prophetiæ dignitas ob inobedientiam. Egreditur leo, nõ vt comedat, sed vt ostendat quòd ipse mandatum audiat, & inuadat eum, qui nõ audierat. Inuadit corpus inobedientis, vt interimat, & eum qui prævaricatus erat, puniat. Vt autẽ interemit, vsus est pro deliciis ieiunio, abstinẽs à deuoratione eius qui nõ obedierat. Iacebat itaq; H mortuus propheta, stabat verò asina eius viua, non q̃ nõ esset difficilius interficere asinum quàm hominem: sed irrationabilis leo præceptum discreuit, & asinã quæ nõ peccarat non occidit, neq; tetigit eã quæ prævaricata nõ erat, sed eum qui prævaricatus erat, & iam nõ prophetã eò quòd inobediens fuerat, occidit. Et videre licebat de hoc triplicia mirabilia. Iacebat propheta, declarans inobedientiam: assidebat leo, declarans obedientiam: adstabat asina neque leonis naturam timens, neq; recedẽs, neq; aliquid à leone patiens: vt clarum esset nõ propter explendũ ventrẽ accessisse leonẽ, vt accesserat, sed ideo quia ieiunium nõ seruarat ille cui præceptũ erat. Assumptus est Helias quasi super cœlũ, Et quod signum assumptionis? ieiunium quadraginta dierũ. Si Moses ieiunat, & similiter Helias ieiunat, & dominꝰ obsignat: bona est imitatio: quãuis non reiicimus intermedias refocillationes. Nõ enĩ quadraginta dies ieiunamus, sed in medio interualla interpollamus: numerum coniungimus, ieiuniũ non discernimus. Magna sunt, quæ illi ante nos egerunt, parua quæ nos, si quidem & parua assequimur. Manifestum certè procul & alienos nos ab his qui olim I ieiunarunt. Nullus nostrũ ieiunat quadraginta dies. Nã quadraginta interuallis reficimur, sicut viatores ad vesperã in diuersorio manentes, & iterum incipientes. Si autẽ illi quadraginta dies ieiunarunt, nos autem nõ eãdem viã, etiam cum refocillatione, imus: nõ audebimꝰ meminisse eorũ, quorum imitationem ieiunãdo nõ habemus. Ieiuniũ angelorum imitatio est pro nostro viribus, cõtemptus præsentium, schola precum, alimonia animæ, frenum oris: & mitigat cõcupiscentias, sciunt qui ieiunant: & mitigat voluptates, & nõ ignorant qui tentarunt: mollit furorẽ, compescit iram, sedat fluctus naturæ, excitat rationem, claram facit animã, alleuiat carnẽ, fugat fœdas intemperãtias nocturnas, liberat ab ebrietate tollit capitis dolores, claros affert & colores, & aspectꝰ. Bene compositi ieiunis sunt gestus, facilis lingua, abest risus ebriorum, recta est cogitatio, non enĩ im effunduntur cõcupiscentiæ: hilaris est continentia, serenitas inualescit. Homo enĩ exterior otiosus est. In ebrietate ea quæ patimur, nõ recordamur: à quibus liberati sumus, in ieiuniis habemus memoriã. Ieiunium enim & seipsum scit, & quæ sibi sunt aduersa: ebrietas autẽ & seipsam ignorat, & bona quæ ex ieiunio proueniunt. Cuius gratia occisi sunt filij Aaron sacerdotes? nõne quia in ministerio vinũ gustarũt? Quæ erat lex Nazaræorũ? nõnne abstinere à vino, & omnibus quæ inebriant? Daniel cũ suis, legu K mina comedebãt contemnentes mẽsam tyranni Nabuchodonosor. Ieiunauit Daniel triginta sed dierũ hebdomadas: & vir ille desideriorũ, quia à cop. cupiscentiis sibi tẽperabat, cognomen sortitus est. Et quomodo ieiunauit nõ vnum ludaĩcum diem & breuẽ, sed triginta sex dierum hebdomadas? Et ipse præfigurabat ecclesiæ cõsuetudinem. Panẽ, ait, delicatum nõ comedebat. Alij autem pro voluptate sua aliquando bibunt. Vinũ & caro nõ intrauit in os meũ, à quibus ieiunat ecclesia. Vide in veteri Chr̃stianã vitã. Figuræ enim in his qui infirmi & imperfecti: in prophetis autẽ iam veritatis vestigia. Ieiuniũ sententiã dei reuocauit Dixit enim deus, Subuertet Niniue: & nõ subuersa est. Adhibuerũt enim ieiuniũ & effugerũt. Ionas effugit, quia timunt præsidiũ quod illis ex ieiunio futurum. Nã cetus eũ absorbuerat. Absorbuit autem ieiunans: nõ enim vt præda & esca vtatur absorbẽs, sed deponebat, & seruabat depositũ domino, & eum qui per seipsum abire noluit, abducebat, quò ordinatũ erat. Audiuit Ninive magna illa ciuitas verbũ nudi prophetæ, qualis erat qui à ceto egressus, cui ob metũ neq; hominis color. Vnus propheta illuc venit, & signũ hoc quod fecit, tẽpus indicauit, quin & dixit, q̃ subuertẽda ciuitas: & quod præmittebatur, faciebat ad hoc, vt à fide abducerentur. Illi verò audierunt prophetã illum vnicum, & ediuerso prædicarunt ieiuniũ pharmacum, quò subuersionem amoliri possent. Ionas autẽ contendebat, non q̃ subuerteretur. Niniue, sed ne argueretur ex cõparatione Israël, q̃ gentes promptè audiebant etiã vnum prophetam, Israël autem tot & tantos audire negligeret. Adhibitum est ieiunium, vt reuocaretur dei sententia. Erat autem ieiunium nõ vulgare, sed abstinentia quidẽ à cibis, & abstinentia à peccatis. Nam qui propter peccatũ ieiunat, & in peccatis volutatur: quid amplius facit, q̃ si in luto lotus sit, iterumq; luto volutetur? Principiò à peccato ipso abstinẽdum est. Quid enim prodest diebus aliis de peccatis doluisse, si iterũ idem cogitabimus post priora nocumẽta? quia infirma satis est anima ob plagas prius acceptas. Nõne orãtes detestamur q̃ peccauimus? si prio rum pœnit. et, cur sequẽtia colligimus, & idẽ repetimus? Scriptũ item, Abstinebant à cibis, abstinebant & à peccatis, exaud. deus. Sufficit enim ieiuniũ, vt inflectat dominum. Ionas grauatim tu. , q̃ vocaturi essent eũ pseudoprophetam: at deus . tata sententia propria, illos seruare nõ dedignatus est. Neq; deus mẽdacij argui potest: sed quę dixit, verè locutus est. Et cũ dixerit aduersus gẽtem & regnum, vt subuertatur, & eradicẽtur, & à peccato suo pœnitentiã egerit, agã & ego pœnitentiam super his quæ decreuerã: nõ mentitus est deus reuocata sententia. Neq; enim misit prophetam, vt subuertatur Niniue: alioqui quid necessariũ erat vt prædicaret? sed quia subuertere noluit, minatus est se subuersurũ, vt resipiscentes nõ subuerterẽtur. Nõne comedit Adam de ligno, & tũc ipsum puniuit deus? Verũ, sed prædixit, Si comedes, morieris, vt nõ comederet. Non audiuit ipsum prædicentẽ. Cõmedit, deuoratus est. Non est locus accusationi vbi prædictio. At nesciebat, inquit aliquis, q̃ comesturus esset? Fortè hæreticus est qui ita dicit, & obiter vetus testamentũ transcurrit. Ad quem dicetur, Sciebat seruator, q̃ Iudas eã prodituras esset: quomodo igitur illum elegit? Sed fortè aduersus hæreticos excusabimus, ea quæ de Iuda dicta cũ iis quæ de Adã dicuntur, componẽtes. Nũquid vna solutio est, vel duplex vinculum? Oportet igitur satisfacere, quare Iudam cum talem sciret, elegerit: quare præscius Adamum peccaturum, in paradiso collocauit.

A locauit. Operæpreciũ est ieiunij tẽpore, quãdo sobria est anima, maiores quæstiones in medium afferre. Sciebat saluator (hinc enim exordiendum) q̃ Iudas traditor esset: cur igitur eligitur? vt cõmendaret excellentẽ misericordiam: quasi dicat, quod in me est, & apostolus es, & cũ discipulis te numero: q̃ si tu indignũ te declaraueris, conspicua quidẽ erit excellens mea misericordia, sed & manifesta erit prodigiosa tua malitia. Nã & mar supium illi suarũ rerum concrediderat, nõ ignorans q̃ furaretur, sed volebat dando hãc potestatem mederi illius auaritiæ. Nesciebat igitur, & prædicebat? Non solũ Marc.14.b & Ioan.13.c præscius erat, sed & sæpe prædicebat, Vnus ex vobis me tradet. Cur igitur accusaretur, q̃ malus malitia sua boni dispensatione implet? Sed qui eum elegit, nõ proditorẽ ipsum coëgit fieri, sed apostolũ: sed neq; apostolum fieri coëgit. Nã quod ex necessitate fit, ipsum dicitur fieri, nõ fit. Continens ex necessitate nõ est continens, eo q̃ necessitas sit. Nõ enim vinculis virtus, sed electione vitæ B constat. Quare igitur & Adã in paradiso reliquit? Quẽ formauit, bonus fuit, liberũ fecerat, & vt libero legẽ dederat: sed sciens quòd comesturus esset, non necessitate prohibuit, nec voluntatem cõstrinxit, & Adã peccauit. At si locus honorẽ meruit, ob lignum quod tam honorabile. Neq; enim malè creatum, sed postquàm denuncianti non est obtẽperatũ. Iam si gustu quoq; transgressum mandatum est, ieiuniũ post prævaricationẽ reparat & seruat. Teipsum proba: quis enim vsus perpetuarũ lectionũ? Considera teipsum, quis eras ante ieiuniũ, & quis iam ieiunans: Opera enim fructus sequẽtur, tametsi nec operi suus deest fructus. Qui piscaturus ad mare vadit, non habet in manibus capturã dum vadit: qui ieiunat, mox fructũ habet. An nõ arridet serenitas, an nõ fluctus illi à temulentia venientes cessarunt, an non à tẽpestate & æstu maris liberatus es? An desideras audire, Et caro quæ refrenata est, non lasciuit, neq; erubescit? Non curas tu nũc sermonem de cõtinentia. Nõ audis quod ieiunat quis & gaudet? Qui ieiunant, ne in malum ieiunẽt. Qui enim malũ putat ieiuniũ, etsi ieiunet, in malitia est. Non sunt in malis angeli, non habentes opus nostris alimoniis. Non splendidè & vt par esset, pascimur: sed pro indigentia explemur, omniaq; mala in ieiuniis extinguũtur. Ieiunium autem voco non solum abstinentiã ab alimentis, sed quã sciuit Esaias ieiuna vt audiaris. Et si dicas deo iuxta morẽ Iudaicum: ieiunanimus, & nõ vidisti: humiliauimus animas nostras, & non cognouisti? Cane ne dicatur tibi: Nã in ieiuniis vestris inueniuntur voluntates vestræ. Si voluntatẽ domini ieiunando fecisti, in ieiunio aliquando ieiunasti. Non enim negotiatio ieiunium est, vt lucrum faciamus nã edendo, sed vt quod tu manducaturus eras, pauper pro te comedat, fiatq; tibi duplex bonũ, tum q̃ tu ieiunas, tum quòd alius nõ esurit. Labor quidã nobis est in ieiunãdo. At nondum pro Iesu crucifixi sumus. Quare ieiunium pro cruce est? Maiora ipse tulit, parua nos reddidimus, Crucifixꝰ est propter te, & sitit, & bibit acetum cũ felle, in fame educatio est magnum ieiunium: at nondũ quantum id fellis. Et stas in labore? Nondũ pependisti in cruce. Ne sis ingratus erga Iesum, ne deplora quòd ieiunas, sed plora quòd non semper ieiunas. Quæ tibi subtracta sunt? Vigũ, phlegmatis immunditia, capitis dolor, respirandi difficultas. Vt nunc habent res tuæres in silentio, in lenitate. Color faciei ieiunij tempe. e melior, mitior, serenior. Vini enim calor, ignis ardor est. Qui nõ cõpatitur Iesu, ignoC Esaiæ.58.a te Iesum. Qui repellit ieiunium, ignorat crucẽ, quæ vt non est mala, ita tu nec eam quasi malam suspiceris, ne

sit fœdus seruus, qui minister est dei. Neminem contri- D stant festa, nisi quis ignoret quę festorum virtus. Quãdo sunt festa, quando es vt angelus, tunc succenses. Ignorãs quòd medium sit: tunc exposcit natura nuptias, non supernaturales nuptias celebras. Esto pius in coniugio, si ieiuniũ veneraris. Per dies ieiunij sanctus esto. Non reprehendo nuptias, præfero autẽ ieiuniũ. Quæ ante ieiunium comedimus, nobiscũ non manent: quæ in ieiunio non edimus, manent nobiscũ. Quid ergo in his quæ nõ manẽt adeò occupamur? Quæuis voluptas ciborum nõ diutius durat, quàm quousq; absorbeantur: vt transierint organũ gustus, fiunt quasi non fuerint: ieiuniũ verò non languescit, neq; enim per ventrẽ ad stercora transit: Nã immortalitatis est conciliatrix, cũ angelis conuictus est: nã pro virili angelorũ imitatio est. Insuauiter agis quòd sobrius es, quòd alienis carnibus non gratuaris, quòd recta est ratio, quòd pura caro, quòd floret mens, quòd cũ gaudio scripturas audis, quòd non dicenda taces, quòd non es homo, sed fermè angelus: quia fermè angelus est ieiunans & agens festum domini. Qui vocauit ad nu- E ptias, cũ ingressus fuerit, vt videat recumbentes, videbit ne quis alienis vestibus ingrediatur. In nuptiis autẽ puræ vestes gestandæ, impollutæ autem & sanctæ ad sanctas nuptias, claræ exterius & intus fulgidæ. Quiescãt & nuptiæ ad mãdatum & admonitionẽ Apostoli, vt con- 1.Cor.7.a corditer coniuges ieiuniis vacent. In ieiuniis coniungãtur preces, ieiunium admoneat, vt tẽpestiuæ preces sint. Ieiuna, quia pectasti: ieiuna, vt & non pecces: ieiuna, vt accipias: ieiuna, vt & permaneant quæ accepisti. Hæc enim ieiunij genera sunt. Peccauit alius, ieiunauit seipsũ castigans, vt effugiat pœnã. Ieiunemus, ne insurgant cõcupiscentiæ. Vides vt ieiunium peccata sequatur, hoc est quia peccata admissa sunt, sit ipsum propter conuersionem & pœnã. Aliud ieiunium peccata præcedit, non vt auferat peccatũ quod commissum sit, sed vt tollat quod futurũ, ni ieiunaretur. Aliud ieiunium, vt qui legẽ quærit, legem accipiat. Etenim qui petit, ieiunat: vt Moses Exo.34.d & Deut.9.b & c.&.10. ieiunauit, vt acciperet legẽ. Iterum alius ieiunat, vt ne amittat iure quæ assecutus fuit. Ecclesia autem simul ob gratiam ieiunat, Iesu opus agnoscens, vtpote cum crucifixo crucifixa, & vt dum patitur cum domino, & cũ do- F mino glorificetur, nõ vt dominũ lugeamus. Viuit enim viuentis filius, sed dispensationis confiteamur beneficium: & si lugemus quòd crucifixerunt ipsum, non propter ipsum, sed propter audaciã eorum, qui ausi fuerunt: surrexit ex mortuis, stat in gloria, in qua antea cum patre fuit. Simul erat cum patre, à quo & erat. Non est luctu digna victoria Iesu: sed ieiunemus, nosipsos curãtes, operamq; dantes, vt passionum illius participes simus. Agimus quod supra nostram dignitatem fratres. Quis enim dignus, vt communicet afflictionibus Iesu? Magnum hoc mysterium, festinemus ad bona, non declinemus ad mala: Iesus crucifixus est, immortalis dei filiꝰ pepẽdit corpore in cruce: non propter seipsum, sed propter te occisus est à ligno: ieiunauit in ligno, accepit quę non debuit, posuit corpus pro eo, quod accepisti: concupiscentia vi. s es, fel bibit pro voluptate, ne sis alienus à regno: nosti quòd crucifixus est, nosti quòd pro te mortuus est, confitere quòd viuit, pro viuente, fac martyr sis, pro eo qui pro te martyr fuit, morere pro eo qui pro te mortuus est. Si autem sic exposcit mortem, parum est ieiunium, habes magna, largir. parua. Cum gaudio ad festa, cum lætitia ad ieiunium veni. Delicię sint ieiuniũ. Sed fortè frustra clamo. Nam sicut fax mutauit colorẽ ad mensam venientium, ita & vos. Atqui hoc non est

Universidad de Deusto
Biblioteca

G amantium ieiunium. Non enim cõsequens est vos ægrè ferre, quòd à mensa domini abstrahimini. Præter expectationem autẽ occurrit spectaculum, sicut occurrit facis splendor. Reprehensa est conscientia, quæ latebat, q̃ vi detinemur: & vtique nõ stamus, quãdiu aliquando verè cadimus, quãdiu aliquãdo in negotiis domini difficiles sumus. An nõ audistis psalmum dicentem, imò ipsum obedientem? Si veritatem loquimini. Si verè ieiunas, gaudium in ieiunio habe: si autẽ doles, teipsum iniustum declaras. Si laboras, non lætaris: si persecutionem pateris, si bonis priuaberis, bona nõ assequeris. Iesus crucifixus est ô homo. Nõ mihi tanta virtus est, vt clamem quantũ debeo, Iesus crucifixus est. Vide, & præfigura ante oculos. Crucifixus est propter te, crucifigere, glorificare cũ illo, nõ vt moriaris, sed vt morte libereris. Hæc dies paraseues est, in qua Christus pro te, & tu morere, & crucifigere. Pro deo sermo hic. Cùm deus fit homo pro te, non reueremur dignitatem, nõ erubescamus passionem. Vtrunque cogita, quid erat, & quid passũ est. Iudicatus est iudex, vita morti traditus. Qui pascit, esurit: H qui potat, sitit: qui in gloria, in ignominia, vt rex ad præsides, & deus ab homine cõdemnatur. Qui in sermone verax, ait, Pater nullũ iudicat, omne iudicium filio dedit: qui omnes iudicat, à quodã iudicatur. Sufficiant hæc in ieiunij memoriã. Oportet enim primũ scire quomodo se res nostræ habeãt: quando diligemus ieiunium, & afficiemur sicut ad festum, subministrãtes & in ieiuniis conuiuium: apponendo mysteria ieiuniis, ?audãdo mẽsam domini, seruis domini, gloriam quæ ante secula, ac dispẽsationẽ eius, quę in posterioribus temporibus, quis fuit, & quid factus est, vnde, & ad quæ, & propter quid. Vt & lætantes & lætificantes ob ieiuniũ, hanc religionẽ domino semper habeamus, semper gratias agamus, semper glorificemus, semper diligamus eum, qui dilexit: & adoremus eum qui iterum se ostendet, moriamur propter eum qui pro nobis est mortuus, sperantes cũ eo qui in ignominia erat, nos glorificandos. Sanctissimo patri qui hoc ieiunium nobis concessit, & non pepercit filio suo propter nostrã salutem, cum eo qui per ipsum qui abiit ad nos missus est, gloria & imperiũ in seculũ, Amẽ.

Psal.14.a

Ioan.5.d

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI de ieiunio, sermo secundus.

Incerto interprete.

I

Adest nobis splendidus dies, & desideratum tẽpus aduenit: & conuentus ideo opulentior cõgregatur, & hæc omnia spes nobis expectati ieiunij præparauit. Ad paternam hodie cõuenistis domũ, & ad matris ecclesiæ conuolastis amplexus: & speratũ ieiuniũ tantam nobis diligentiam obseruationis impo suit, quantum nobis reuerentiæ cùm aduenerit, donare poterit firmitatẽ. Sic & ciuitas cùm in eã iudex speratur terribilis aduenire: deposita desidia quam sibi inesse cognoscit, totius diligentiæ sollicitudinem gerit. Sed quęso, ne vos terreat cõparati iudicis terribilis nomen auditum. Nõ enim vobis ieiunium terribile, sed aduersus dæmonum naturã cõstitutum est: vt si quis spiritu fuerit arreptus immundo, & ieiunij perspexerit vultum, ceu ipse lapis immobilis actiuetur: sed & si addes ei ieiunij sororem, id est cũ eo orationem perspexerit sociã. Et ideo Christus exit, Genus hoc nõ exit, nisi in oratione & ieiunio. Quando igitur aduersarios salutis nostræ minuit atque propulsat, & inimicis nostris formidinem tanti terroris incutit: amplecti iuuat atque venerari, non timere vos conuenit: & cum vltra modum cibus atque ebrietas declinetur per ieiunium, debem⁹ omni animositate primum complecti. Ibi etenim vos aptatis illecebris superati, captiuitatis laqueis illigati: libertatis tranquillitate priuantur. Vbi autem ieiunium fuerit affectatum: laxantur tyrannidis nodi, captiuitatis vincula soluuntur, libertatis iura restituuntur in integrũ. Cùm igitur ieiunium aduersariis nostris obsistat, & iugum seruitutis expellat, & ingenuitatis securitatem restituat: quid aliud argumẽti est, omnium bonorum atque beneficiorum cardinem esse, nisi ieiunium constitutum? Vis audire, quanta tutela, quã? umq; subsidium humano generi, de ieiunio generatur? Beatam monachorum vitam diligentius vnusquisque consideret. Illi namque turbulentæ cõuersationi renunciantes, & istius mundi delicias abdicantes, libertatis amœnitate illecti, montium cacumina postularunt: & tanquam tutum portum beatitudinis eligentes, ibi receptacula tabernaculaq; componũt: & solum secum ieiunium vitæ suæ suffragium retinere festinant. Hac de causa etiam angelorum eos ieiunium consortio sociauit: & nõ solùm illos, sed etiam eos, quos in ipsis vrbib⁹ sui cupidos valeret reperire: ad ipsius philosophiæ culmen exaltat. Nam Moyses & Helias testamenti veteris arcesa † & optima ornamenta, licèt & aliâs cœlestem confiteri virtutẽ merebantur: tamen quãdo suis auribus diuinam vocem inhærere cupiebant, ad ieiunij subsidium conuolabant: vt ipsius quodammodo patrocinio eorum deprecatio tolleretur ad cœlum. Hac de causa & deus cùm in initio hominem faceret: statim eum ieiunij magisterio commodauit. Nam de omni ligno mãducabis: de eo autem ligno scientiæ boni & mali non manducabis, ieiunij species est. Et cùm in paradiso ieiunium pro magna commoditate indicitur: multò magis extra paradisum necessarium postulatur. Et cum ante plagam remedium vtiliter demonstratum est: multò magis sauciatis appetendum est, vt præstet vulneribus sanitatem. Et cùm ante conflictum ad resistẽdum libidinosis voluptatibus, clipeus nobis abstinentiæ necessarius fuit: multò magis in ipso nostro certamine, ieiunij auxilium ad nostram victoriam flagitandum est. Si huic vocis obedientia consensisset: secundæ vocis sententiam nõ meruisset audire, Terra es, & in terrã ibis. Sed quia huius vocis præcepta cõtempsit: ideo mors & dolores & animi cogitationes & mentis angustiæ, & ipsa vita omni morte grauior est, propterea spinæ & tribuli, propterea dolores & gemitus: & humani generis vita nimio dolore cõteritur. Vides, deus quemadmodũ cõmouetur, cum abstinentia ieiuniumq; cõtemnitur? Disce igitur: quemadmodũ gratulatur, cum ieiunium obseruatur. Nam sicut ad vindictam violati ieiunij, mortẽ violatori cõstituit: ita obseruantibus, vitã pro morte donauit. Et vt ieiunij possis comperire virtutem à diuinitate ei concessam, vide potestatem: mortem solet ad vitam cõuertere: & multos post sententiam liberauit: & in ipsis desperatiõis angustiis ingemẽtes salutari remedio lucri donare consueuit. Et hoc non decẽ aut viginti hominibus præstitisse mostratur, sed ingenti populo. Nam Niniuitarũ illa magna atq; mirãda ciuitas cum diuina mox labefactari funditus speraret, & in ipsis esset ruinæ præcipitiis declarata, & non longè post amissis ciuibus suis à cunctis expectaretur terribili labefactione deleri, & ciuitatis vocabulum amittere: adueniẽs de cœlo, solum potuit ieiunium liberare, & cœlestem sententiam mitigauit, & mortem conuertit ad vitam.

† De ieiunio nõnihil vide tomo primo, fo. 110. E & hoc eodem tomo ad populum Antiochenum homiliis. 72. &. 73.

Diui

Simile.

Ibidem.

Simile.

Ionæ.3.b

A DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI
Episcopi Constantinopolitani de eleemosyna sermo.
Incerto interprete.

SI opifices qui manuum ope, industriaq;, vel operibus præsidẽdo vitã ducunt, tantã prę se tulerint liberalitatẽ, vt plerisq; fidelibus opẽ tulerint: quam erunt hi qui bonis fortunæ abũdant veniam habituri, qui egenos despexerint? quinetiam nec suo sanguini illi, nec vitæ pepercerũt, vt deo se morigeros præstarẽt, cum ipse vt tenui plerumque pecuniæ parcas, nihil prorsus animę tuę indulgeas. Dicet aliquis, erga præceptorem & dominum tales se illi præstitere, non tamen eadẽ sunt in discipulos munificentia vsi: quod iure dici non potest. Siquidem, vt legimus, gentilis ecclesia his gratias ageret, qui etsi natione Iudæi, tã synceræ & integræ fidei extiterunt, vt eorũ ecclesiæ ex gentibus cõfectæ volenti animo necessaria subministrassent: quorum studium & virtutes B vel fœminis imitandæ potius forent, q̃ sericis & auro & vestium abundanti ornatu expoliri. Quæ enim vnquam regina adeò claruit, vel magis est in omniũ ore versata, vt Pauli posset sectatricis & socię mulieris nomen, aut famam excedere? hæc enim Paulũ nõ ad decimũ vsque aut vigesimum annũ, quin ad eã vsq; tempestatem, qua Paulo Christus sui præsentiam obtulit, sectata est: ita, vt vbique ob id virtutis laudibus abundẽ potita, fama, & nomine celebretur: quod proculdubio maiori sibi fuit decori & ornamento, quàm quæuis corona aut insigne aliquod regiũ extitisset. Quid enim vel maius vel dici pr potest, q̃ Pauli defensionem suscepisse, eiusq; vitæ discrimine terrarum orbis institutionẽ tutari? Cogita itaque, quot fuerint reginæ silentio occultatæ, cum hæc quæ Paulum comitabatur, vnà cũ eo semp iterno nomine celebretur: quantumq; Sol terrarũ circũlustrat, tantũdem huius fœminæ gloria peruagatur. Siquidẽ Persæ, Scythæ, Thraces, & qui vltimos orbis incolunt fines, eiusdem sapientiã & prædicant & admirantur: qui ipse vestes, vel regias vestes, vel imperia non paruifeceris, vt hanc tibi C testatore laudem pares: Nec id dixerit quispiam, tales se illos in periculis præstitisse vel fuisse duntaxat in erogãdis pecuniis liberales, in Christi verò nomine diuulgando negligentes, quando eosdem apostolus cooperatores appellat, quos inter nec eum pudet fœminã coadiutricem nuncupare, quin id sibi ornamẽto dicit: non enim naturæ sexum attendit, sed animi promptitudinem palma dignissimã arbitratur. Quid ergo hunc potest decorem æquare? vbi nunc effusæ diuitiæ? Vbi facierum decus? vbi & insani gloria? Perdisce hũc mulieris ornatũ, qui non corpori est circumiectus, sed animam perpetuò mãsurã exornat: qui nec pyxide aliqua, sed cœlo reconditur. Respice horum in vtrumq; Christi nomine laborem, in tolerandis suppliciis victoriam, in his fortunæ bonis impartiendis liberalitatem. Aduerte, inquam, qua sit illa Paulum charitate complexa, quòve Christum amore prosecuta: mox tua cum his conferto scilicet q̃ sis ipsa in accumulandis pecuniis diligens, quàm ad sectandam impudicitiam attentior, quàm ad explendam ventris ingluuiẽ vigilantior: spectabis sanè hoc pacto quales Christi discipuli fuerint, & quali nunc ipsa sis conditione. Malim equidem non magis te cum his conferas, quàm eã

Rom.vl.a.b

Tonsus quintus.

tibi admirandam mulierem desumas, & ita, vt deposi D tis lasciuiæ sarcinis, id etiam præferat tuus iste vestimentorum cultus, excipias cœlorum ornatum, perdiscasq; vnde tam clari euaserint, qui cum Prisscilla verserentur: q̃ si fieri certior cupis, quo pacto illi eò sunt magnitudinis profecti, facilè intelliges, cum noueris Paulum ab his hospitio biennio fuisse susceptum: quo quid esse virtutis potest, vt non interea animum excoluerint? Dicet aliquis, heu me miserum qui nullum habeam apud me Paulum: quin si volueris, vel Paulũ habebis tibi hærentem: non enim illos Pauli facies, sed sermo prouexit. Itaq; si tibi id animo sedet, non modò Paulum, sed Petrum, Ioannem, prophetarum insuper, & reliquorum apostolorum cœtum omnem tecum habebis assiduò colloquentem. Cape in manibus istorum libros, & scripta perlege, hæc te mulieris istius faciẽt non absimilem: at quid Paulum dixerim: quin & domi num ipsum si voles, tecum habebis: siquidem per Pauli sermonem tecum colloquetur, Licebit & aliter eum dem admittere, si suæ fidei iuueris sectatores, quibus vel abeuntibus pietatis poteris, & mansuetudinis monimenta promereri. Solent enim & mensa in qua vir E sanctus aliquis cibum sumpserit, ac sella cui insederit & quo decubuerit lectulus, vel eo decedẽte faciles eos ad pœnitentiam reddere, qui domi sanctum aliquem virum exceperint. Quocirca quantum existimas animo Sunamitem illam fuisse perculsam, aut quali vene ratione imbutam, cùm triclinium vbi Helisæus mansisset, conscendit, & eò magis, cùm mensam & lectulũ, quò vir summæ sanctimoniæ quieuisset, inspectaret? nec sanè filium illi emortuum suscitandum exposuisset, nisi eius viri contũbernio plurimum profecisset. Quòd si longò pòst tempore ea loca adierimus, vbi & Paul⁹ diuersatus sit, & in vincula cõiectus, vel in multorum sit confessu concionatus: nónne videremur esse præ gaudio quasi alis quibusdam sublati? Itemq; si temporis illius ex locorum aspectu repetita memoria tantum capimus voluptatis: quid priscos illos existimandum est fuisse ex recentibus beneficiis iucunditatis assecutos, qui venerabundi hospitio alienos susceperint? Erunt itaque sanctiores per nos viri admittendi, vt eiusmodi hospitalitate & domus illustretur, purgeturq; sentibus, & ex diuersorio loco portus efficiatur: neque F hi solùm erunt suscipiẽdi, quin & eorum abluẽdi sunt pedes. Neque enim ipsa si vel regio fueris nomine insignita, Saraï potior eris, vel eam nobilitate & opulentia anteibis, cui quadringenti decem & octo vernæ, & domi nata mancipia fuerãt, & filij duo, quos omnibus diuitiis præferebat. Verum quid dixerim decem & octo & quandringentos, quando eius ex semine emanaturum terrarum orbem esset certior facta, haberetq; in virum dei amicum, eundemq;, quod omni fuit imperio maius, curatorem? Verùm cùm tanta esset gloria illustrata, fermento farinæ indito panes conficiebat, & reliqua in ancillæ morem angelis vescentibus ministrabat. Porrò neque Abrahã ipse nobilior fueris, qui post tropłæa & insignes victorias, post exactum etiam Persarum regem & profligatum, cùm magnis esset ab Aegyptio principe honorib⁹ auctus, sese pro seruo gesserit. Illudq; haudquaquam erit animaduertendum, q̃ apud te sanctiores plerunque viri aspectu viles egestate & pannis obsiti diuertant, quin potius erit vocis illius reminiscendum asserentis: Quod vni ex minimis his feciſtis, mihi feciſtis. Neque ex paruulis his quempiam paruifeceritis, siquidem eorũ angeli semper spe-

Gene.18.a

Mat.25.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

G ctant faciem patris vestri cœlestis. Excipe itaque hos animo libentiori,qui ex pacis osculo infinita deferunt ad te bona:post Saram autem hanc & Rebecca cogitatione repetenda est, quæ cùm aquandi gratia fontem petisset,omni animi elatione deposita, & potũ alienis iumentis hausit, & hospitem domum apud se inuitauit.Quorsum hæc:quoniã eiusmodi hospitalitatis obcausam,præmia illæ immensa promerebantur, quæ & ipsa lógè maiora accipies. Quippe cùm non solùm te deus ad liberos procreandos faciet fœcundiorem, sed cœlo insuper ipso, & bonis cœlestibus donabit,liberabitq; gehenna, & errata remittet. Magnus præterea eius est hospitalitatis fructus,quam & Iother,etsi barbarus natione,sectat⁹ curatorem sui eum susscepit, qui tam vastum in mari haberet imperium, qua tam bona venatione filiarum beneficio vsus est. His itaq; cogitatione perceptis cùm muliebrem hanc animi magnitudinem tecũ ipse reputaueris, omnis erit tibi calcanda superbia.Insuper vestium ornatus omnis & reliquorum sumptuositas, odorum vnguentationes, & huiuscemodi ad luxum deliciæ conculcandæ erunt:& H gradu composito gradiendum, ita vt omissa hac inani solertia,studium id omne ad animũ transferas excolendum,eumq; cœlesti desiderio incendas:cuius cœli si te amor inuaserit,terrena hęc pro cœno & luto duces, & facilè contênes, quæ nunc pro bonis homines demirantur. Neque fœminam decet quæ spiritalibus sit officiis prædita,ea cõquirere quæ ridicula sint. His itaque omnibus reiectis, quæ solent è turba mulierculæ saltatrices,insuper & tibicinæ magnificare circũcinge te sapientia,hospitalitatem exerce,continenter orationi incumbe:videbis hæc fore auratis vestibus potiora,gemmisq; preciosis & monilibus longo interuallo præstare.Hæc quippe apud homines laudem,apud deũ mercedis plurimum promerentur.Eiusmodi sunt ecclesiæ ornamenta:illud verò cuius nunc meminimus, indecora scilicet & turpis voluptas, in theatris Eabetur & spectaculis decori: cuiusmodi ornamentorum alterum cælo est dignum,alterum equis & beluis.Animum quippe clarum illud & emicans, hoc verò indecens cadaueroſa corpora circũagit.Nunc igitur & ipsi nobis paremus ornatum,vt fama & gloria celebres effecti, & Christo dum viuimus morem gesserimus, & futuris bonis perpetuò potiamur.

Gene.13.c

I

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI *sermo de misericordia.*

Incerto interprete.

Colo.3.b

AVdite fratres Paulum dicẽtem, Induite quẽadmodũ electi dei misericordiæ viscera:nos autem longè aliter facti sumus.Siquidem aduentẽ quempiam,vel nummum à nobis deprecaturum,probro & maledictis incessimus,& importunum appellamus.Cuius rei non te pudet ô homo molestum & importunum clamitare panem deposcentẽ:is enim vel si molestior esset, foret quidem misericordia dignus,qui adeò fame vexat⁹,tibi personato homini supplicet:qua in re nostra est crudelitas incusanda. nam si nec facilè impartiri aliquid egentibus toleramus,varia coguntur arte nostram inhumanitatem pellicere & emollire duriciem.Porrò si argentum,aurúmve exposcerent,aliquid fortè rationis duri⁹ tuum illud responsum habere videretur:at cùm necessarij vict⁹ gratia te adeant.quid ineptè philosopharis, verbis accurationibus & superuacaneis,inopi otium inertiamq; exprobrando?quæ si in quempiam essent meritò conferenda,nemini omnium magis quàm nobis ipsis forent K obiicienda:cuius pronunciati in egenum probri memineris velim,cùm deum ipse adieris, peccatis veniã comprecaturus,tũ quidem senties dignius te hæc posse à deo, quàm à te pauperem audire: nondum tamen talibus in te ille verbis est vsus, cuiusmodi hæc sunt: Desine iam,hinc abi in rem malam,admodum es ipse importunus.Siquidem postquàm & templa,& aras frequẽtaueris,meaq; & instituta & iussa perceperis, mox foro,adito,aurum,libidines,amicitias,necessitudines, & reliqua istiusmodi nitis & legib⁹ & institutis anteponis, humilitatemq; nunc præferendo te supplicem reddis:postquàm verò precari desieris,crudelẽ te exhibes & inhumanum:abi itaque hinc, meq; nec vltrà adieris.Hac ipsi etsi sumus auditione,vel acriori multo non indigni,nihil tamẽ istiusmodi improperat deus: quin tolerat ille nos animo ingenti,cunctaq; per se ipse exequitur, indulgendoq; precantum vota excedit. Quòd & si nihil horum nos fugiat,soluamus inopum mendicitatem,vel se ingerentium,nec acrius vltrà in eos inuehamur,quando & nobis ad salutem haud minus opus sit diuina clementia, quàm venia, & maiori L quadam misericordia.Neque enim conceditur nobis nec licet quidem nostris omnibus diligentius discussis actionib⁹ sine supplicio vel morte salutem parare. Ne igitur efficiamur aliorum acerbissimi exactores & iudices, ne fortè acrius de nobis supplicia exigantur: commissa enim habemus quauis venia non inferiora, quinetiam illorum nos miseret,quorum errata veniã non merentur,vt eandem nobis vel diu seruatam cõparemus:vel potius si fuerimus,quod ingenium suppetet & vires,enisi, nunquam tanta in alios clementia vtemur, quanta & ipsi indigebimus ab indulgentissimo deo promereri. Quo igitur pacto non absurdum videri debet,cùm in tantis simus ipsi rerum angustiis ad veniam promerendam constituti, adeò nos esse in conseruos parcos & illiberales,vt in eos,id est in nosipsos omnia enixè faciamus:neque enim tam reliquos nostrorum beneficiorum indignos arguimus, quàm nosmet diuina clementia. Siquidem qui conseruũ verbo offenderit deum habebit se acrius lacessentem.Nõ igitur erit nobisipsis detrahendum, quum inopes vel torpidos dixeris vel ignauos: re aliqua impartiamus M adeuntes.Solemus enim & nos præ torpedine quadã, vel incuria pleraque delinquere: quinimo vel si cuncta ab his nostra emanant errata,haudquaquam tamẽ mox pœnas exigit deus,sed ad pœnitendum nobis, & spacium præbet,& victum tribuit, castigando, instruẽdoq;,vel reliqua ad necessitatem subministrat, vt ipsi hanc eius clementiam sectemur. Erit itaq; nostra hæc perdẽda impietas, & feritas à nobis omnis propulsanda:vtpote id nobis potius quàm reliquis profuturum. Nam cùm egentibus argentum,panẽ,amictumve impartimus:tam nobis ingentem gloriam vendicamus, vt nullis nequeat verbis explicari. Siquidem incorruptibile corpus resumentes, cum deo vna & laudem sumus recepturi & regnum: quod quanti sit faciendum ex nostrarum,& præsentium rerum cõiectura vel leuiter comprehendi licet,tametsi nequeat impræsentiarũ liquidò sapis internosci,id tamen exemplis conabimur explicare.Dic mihi,si quis senescentem te & inopem polliceatur in priscam restituere iuuentutẽ,redacturumq; ad priorem illum ætatis florem,effectu etiam & valetudine optima,& virtute præstantem,largiturum insuper tibi ad annos mille terrarum orbis

A summa tranquillitate imperiũ:quid nã ipse pro istiusmodi pollicitationibus vel facere, vel pati recusares? Ecce igitur & Christus non solùm hæc, sed his longè maiora pollicetur:neq; enim quantũ inter se videntur senectus & iuuenta distare,tantundẽ est incorruptionis,corruptionisq; discrimen. Neq; pro ipsius principatus & paupertatis, quin pro somniorũ & veritatis interuallo præsens hæc gloria cum æterna illa conferenda est,nec tamen satis adhuc horum intercapedinem explicauerim:siquidem nulla enarrari possit eloquentia futurorum bonorum magnitudo,si cum præsentibus conferatur,& temporis illius infiniti, & momentanei huius ratio habeatur. Quo enim pacto cum præsenti hac quisque vitam illam contulerit sempiternam,aut terrenam cum cœlesti quiete? quæ tantum videntur altrinsecus abesse,quantũ à bello pax est,otiũq; semotum. Vtq; purissima margarita à luteo quouis lapillo secernitur:sic profectò est à corruptione immortalitas aliena,quin quò pluribus id exprimere connitemur,eò minus certè aliquid vel simile afferem⁹. Quippe si vel cũ micantibus Solis radiis futura nobis corB pora contulerimus,nihil tamen illius splẽdoris dignitate explicabimus.Pro his itaq; futuris bonis, quæ tã immẽsæ facultates,aut quæ potius humana vita tãti vnquã possunt existimari,quæ non vltrò relinquenda sint?etenim si quis te in regiam aliquã induxerit,cæterisq; adstantibus,& principis tibi beneuolentiam adeò conciliet,vt post sermones familiariter habitos conuiuam te illi, & comitẽ assiduũ faciat: nemini profectò diceres te pro tanta beatitudine concessurũ. At si cœlũ conscendere, regiq; illi omniũ potentissimo assistere, inq; angelorũ conspectu splendescere,fruiq; gloria ineffabili effecerit: hæsitarésne, vel omnium fortunarũ pati iacturam,aut si illud conduceret,vel vita ipsa spoliari?quinimmo prosilire,& lętitia efferri oporteret:& vt ita dixerim,præ gaudio alas sumere ad volatũ. Atqui ipse vt principatũ assequaris fraudandi & rapiendi occasiones innumeras allaturum, & si illud haudquaquã pro lucro duxerim aut cõmodo, & tua dispердis,& aliena mutuatus,vxorẽ (si vsui fo[illegible]et) & liberos, nec verberis in seruitutẽ dare:ob regnũ autem cœleste illud nobis propositum, quod neminem habet, deo C testificante,successorem,nec exiguos cõtinet angulos, aut terræ partẽ,sed cœlum integre sub eius ditione capit,segnior ipse,& piger pecuniis immersus inhias: neque intelligis,q; si inferior hæc cæli facies, quæ ad nos vergit,tãtùm in se habet decoris & oblectamẽti, qualis superior illa & cœlũ cœli fuerit? Sed quoniã hæc corporeis interea oculis spectare non licet,conscende mente & cogitatione cœlũ, quod superadstãs suspice, & supernũ illud quod altius tendit: attende immẽsam illam altitudinẽ,& splendorem horribilem,contẽplare angelorũ multitudinem,archangelorũ gentem innumerã,aliosq; infinitas potestates: post hæc decẽdes supernè & cœlitus,nota,& oculis circũlustra nostrarũ harũ rerum imaginem,nostratesq; principes vt se circũ habeant,viros veste aurata conspicuos,currus insuper auro vbertim excultos,quos iumenta trahũt candidiora,& vehicula preciosioribus gemmis ornata,vt nitueos lectulos,vt carpenta argeis bracteis crepitãtia, dracones præterea auro & farico vestibus effigiatos: scuta auratis vmbonibus,& lora ex auro, lapillo distenta,equos demũ ipsos & phaleratos: & auro obsęptos:cuiusmodi ornamenta nihil profectò vltrà, viso principe aut spectamus, aut magnificimus: principis

enim vel solus, tũ ex eius purpureo amictu, tum diD demate,sella,fibula,& soccis,tum demũ fulgentissimo eius aspectu, omniũ nostrum in se oculos conuertet. His itaq; rebus terrenis animaduersis,animus erit ad superiora trãsferẽdus, intẽdẽdusq; ad horribilem illũ iudicij diem,quo Christus & cognoscendi,& iudicandi gratia affuturus est.Neque enim beluarum iuga,vel aurata vehicula, seu dracones spectabis,& scuta: sed quod visu horrendũ & animos pauefacit,vt vel incorporeæ obstupescant potestates: siquidem virtutes, inquit,cœlorũ commouebũtur. Tunc præterea vniuer- Luc.21.c sum cœlũ patebit,ab ipsis cardinibus reuulsæ disturbantur & fores,descendet dei vnigenitus filius,nõ vigenis,aut centenis viris sese armis stipantibus,sed angelis innumeris,Cherubin,Seraphin, potestatibus reliquis circunstantibus.Erũt tunc quidẽ omnia formidinis & terroris plena,cùm ex terræ hiatu,quotquot homines,qui ab ipsius Adæ origine vnquã,diemq; adusq; illũ futuri sunt,aut emergẽt,aut rapientur:Christus verò cũ tanta gloria apparebit,vt ei⁹ splendore tã Solis, quàm lunæ,& cæterorũ astrorũ lux omnis occultetur. Quib⁹ poterũt verbis tũ & beatitudo illa, tũ gloria & E splendor explicari? Heu mi anime, oboriuntur enim mihi nunc lachrymæ,& ingens incũbit gemitus,cogitanti,quib⁹ excidimus bonis, & quali sum⁹ beatitudine alieni effecti: à qua tũ videbimur longius abfuisse, cũ magni nihil,aut boni operamur. Ne itaq; quispiam mihi hoc loco gehennam cõmemorauerit: siquidem eiusmodi gloriæ casum subire,& gehẽna longè sit gratiuus,eademq; abesse quouis supplicio deteri⁹, necdum tamen intermittim⁹ & terrenis incũbere, & dæmonũ nequitia falli:qui pro pusillis his,& minimis reb⁹ nos priuabunt maioribus: quippe lutum offerunt, vt aurũ subtrahant:vel potius vt cœlo nos fraudent,vmbram præferunt:vt à veris propellant, insomnia immittũt. Nihil enim aliud id præter dici possunt fortunæ bona,vt luce oborta,omnium nos arguant egẽtissimos. Quæ omnia ita se habere intelligentes, caueamus aliquando tãdẽ dolos hosce,& fraudes animumq; ad futura conuertamus: neq; enim affirmare licebit ignorasse nos vitã hanc breuem esse & tẽporariam, rebus præsertim ipsis tuba clarius quotidie clamãtibus,pertenuẽ illam esse ridiculã & informem,plenam discriminis,plenã voracitatis. Qua igitur erimus accusatione digni,quando criminosa & turpia tanto studio cõsectamur:fugimus verò quæ glorioſos nos facerent,& insignes vniuersiq; in ipsam pecuniarum tyrannidem concedimus:siquidem illa dura est seruitus,quauis tyrãnide intolerabilior:quod profectò nec eos fugit,qui ea se vt explicarẽt,digni sunt habiti. Quocirca & vos vt optimam hãc libertatem perdiscatis:refringite vincula,extricate vos laqueis, nullũ iaceat domi aurum, quin quod infinitis est pecuniis honoratius, pietas & eleemosynæ recondãtur:id enim nos faciet apud deũ fidentiores, at illud dedecore multo & pudore offundit,facitq; dæmones magnũ in modum in nos desæuire.Quid igitur in te hostem & armas, & fortiorem reddis?armis potius erit tua in eum dextera muniẽda,transferendusq; domus omnis in animum ipsum ornatus,in eoq; opes locandæ, aurum pro arca & domo cœlum seruet,nostra omnia nobiscum deferam⁹: sumus certè ipsi & parietibus potiores, & pauimento maioris faciẽdi.Quid igitur nobis posthabitis, studiũ in hæc omne concitamus,quorum sumus post vitæ huius excessum expertes futuri? quinimo persæpe in hu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G manis agentes, potiri haudquaquã possumus, cũ liceat diuitiãs adeò prouehi, vt non modò hac vita, sed in futura possimus opulentissimi videri: ideirco quicunque villas, domos, & aurũ animo vel curæ habuerit, vbinuis sui præsentiam fecerit, cum his fortunis se offerat necesse est. Dicet aliquis, quo pacto id fieri poterit? Poterit quidem & facilitate summa: nam si hæc bona per inopum manus in cœlum transtuleris, apparebunt sanè in tuum fuisse animũ traducta, ita vt te vel morte præuentũ, nemo his opibus fraudet: quin vita functus abscedes, cœlo opulentius futurus, & diues. Eiusmodi Acto.9.g Tabithes illa thesauro potita est, siquidem non domus aut parietes, non lapides aut columnæ, sed viduarum corpora amictu operta, fusæ lachrymæ, mors fugata, ac demum vita reddita, conspicuam illam fecere, & claram. Istiusmodi nobis paremus arcas, tales struamus & domos: sic deus nobis opẽ præstabit, & ipsi nobis eodem coadiutore vsi in opere, & quidẽ præclaro absoluendo videbimur non defuisse. Atqui ex nihilo deus inopes ad esse traduxit: tu verò traductos hosce, & creatos, nec fame sciuisti leuando curando q̃, nec reliquis H confici ærumnis, dei templum attollens vndique, & sustentans: cuius tẽpli vel probitatem, vel gloriã quid vnquam poterit æquare? Quòd si nondũ clarè perdidicisti, quibus te deus pro iniuncta hac, & suscepta subleuandæ inopiæ cura insigniuerit ornamẽtis: tecũ id animo reputans, ex eo quod inferemus, intelliges. Etenim si quispiam tibi casurum cœlum subleuandi, erigendiq; traderet facultatẽ: nónne id tibi honori duceres, perinde ac conditionem tuam & vires excedentẽ? Ecce nunc maiori quodãte honore dignatus est deus, siquidem quod cœlo ipso maioris facit, tibi subleuandum concessit: nihil enim deo ex his quæ visuntur æquè atque homo est gratum, cui⁹ gratia cœlũ, mare, ac terras creauit, eiusq; habitatione potius quàm cœli lætatur. Quod & si ita esse nos haud latet, nihil tamẽ curæ vel diligentiæ diuino huic templo mancipamus: quin eo neglecto, amplas ac magnificas paramus domos, ideoq; rebus omnibus destituti, extrema inopia laborantibus summus inferiores, quando & domicilia, è quibus post vitæ huius excessum, nihil sumus splendoris relaturi, ornatiora strauimus, illis reiectis, quæ trãs I ferre nobiscũ vna licuisset. Consurgent nanque resoluta iam egentium corpora, quibus deus, cuius hæc iussu fiunt, in mediũ productis, qui ea curauerint, & laudabit, & cum omnium admiratione extollet: propterea q̃ inopia affectos, vel paulò pòst siue inedia, siue nuditate, siue algore collapsuros erexerint. Verùm adhuc vel his nobis propositis laudib⁹, tardiores certè ad optimam hanc egenorum curam adeundam sumus, & torpidi. Christ⁹ præterea quò diuertat, nil habet: quin hospes famelicus circunfertur, & nudus. Ipse verò suburbana vel laxiora, balneas & ambulacra, frustraq; multa struis cubilia: illi verò neque angustũ aliquod impartiris tegumentum, qui coruis, vulturibus celsissima struis tectorum fastigia. Quid hac fieri peius secordia potest, & furiis? sũt enim hęc pro extrema quadam habenda insania, quæ nec verbis quidem poterit satis explicari. Licebit tamen si libet eiusmodi à nobis ægritudinem, etsi pergrauem propulsare: neq; id tantùm potis factu est, sed etiam facile: neque facilè modò, sed eò facilius pestilenti hoc & animi & corporis morbo liberabimur, quò & medicus aderit omnium excellentissimus. Is itaque erit per nos & allicienda & hortãdus, vt se nobis iũgat. Conferenda insuper in medium nostra omnia, & ipsi nos, voluntas scilicet, & K animi promptitudo, nullis hic rebus alius opus habet, modò hæc tulerit, de se omnia præstabit. Conferamus itaque quæ nostri sunt iuris, vt meliori dum viuimus valetudine vsi, bona illa futura consequamur.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI de misericordia, & duabus mulieribus uiduis, homilia. Incerto interprete.

TRia sunt quæ in misericordiæ opere optanda sunt Christiano, vt possit facere, vt velit, vt compleat. Vt possit, id est vt substantia facien di non desit: vt velit, hoc est voluntas adsit qua faciat, quia substantia non deest qua fiat. Tertium est, vt cõpleat, id est vt quæ possit & velit sine dilatione perficiat: his enim tribus opus tantum tamq; præclarum impletur. Nam sunt qui possunt facere, sed nolũt: sunt qui volunt, & non possunt: sunt qui & volunt & possunt, sed differendo non faciunt. Cæterùm qui potest facere oret vt velit, & qui vult facere, oret vt possit: & qui in vtroque paratus est, det operam vt misericordiam instanter efficiat, ne quod vult & potest, differendo non compleat. Est enim misericordia salutis præsidium, fidei ornamẽtum, propitiatio peccatorum. Hæc L Misericordiæ commendatio. est quæ iustos probat, sanctos roborat, dei cultores ostentat, cuius exercitium lætum efficit dominũ, placatum exhibet Christum, dum cernit subsidiis huiusmodi foueri pauperem, inopem subleuari. Hæc misericordia cùm à cunctis impleri præcipitur, tam maximè ab his qui signati sunt, vt dant quã accipiãt, tribuant quã sumant, donent aliis qua ipsi indigeant. Cæterùm non potest ille misericordiam facere, qui possessionibus lõgè lateq; diffusis, in confinio alium possidere non patitur, dum terminos iungit, fines producit, calumniatur pauperi, mediocrem premit, vicinum excludit, & omnes circuncirca positos infestando ac persequendo depellit, qui non acquirit nisi alius fleuerit: lucra non condit, nisi alius gemuerit, cui soli bonum est quod publicum malum est, dum aut fructus seruat, aut annonam captat, aut inflat precia, aut fœnus exaggerat, dũ acquirendi lucra per nocendi exquirit ingenia. Potest ne talis misericordiæ implere officia, cui pupillorum dulcis est gemitus, & viduarum suauis est fletus, dum præda huiusmodi pascitur, & spoliis talium delectatur, qui diues est arca non merito, possessione non genere, nomine non dignitate? Potéstne misericordia tãgi, aut humanitate moueri, cuius auaritiæ nec propriũ suffi- ?, nec modũ imponit alienum? Qui & si pauperi tribuat, hoc magis deterior, si alij tollit quod alij perti neat, & esurientis pane esurientem pascat, & nudum spoliis vestiat alienis, cùm scriptum sit: Qui offert sa- Eccli.34.d crificium ex substantia pauperis, sic est quasi qui victimet filium in conspectu patris sui. Cæterùm ille verè est diues qui in deo diues est, qui magis misericordia opulentus quàm diuitiis, facultates suas cum pauperibus diuidit, qui locupletem se dando magis q̃ habendo ostendit, qui ad hoc se meminit habere diuitias vt fœneretur deo, pascat Christum, vestiat dominum, qui patrimonium suum non ingrato hærede quærat relinquere, sed per pauperes illud Christo desideret cõmodare, qui diuitias cœlo magis quàm mundo commendat, qui desiderat potiorem esse operæ quàm suæ substantiæ facultate, qui thesauros suos ad superna transmittit, qui ad hoc viuit vt operetur, qui ad hoc operatur vt in æternum viuere mereatur, qui viduarum casibus flectitur, & pupillorum miseria commouetur, qui dolentium

A lentium causas susc[i]pit, & arrogantiam superborum abdicit. Cæterùm habere nec facere, misereri posse nec velle, cõmẽdatum sibi deputat quod per misericordiæ definita sunt precia, aut nisi quis multũ dederit acceptabile esse quod datur non poterit: aut inopes tantùm à quoquam exposcunt, quantùm qui poscũ tur dare non possunt, aut ex modico multum, aut de exiguo plurimum dare quispiam cogitur, cùm libenter ex modico modicũ attributum diuina pietas gra- 3.Reg.17. c.d tuletur. Denique vidua Heliam ex modico pascit, & idipsum quod habuit, finiri non potuit. Supremi victus dando non desunt, & diuitum horrea finiuntur: modi cum olei erogatur nec deficit, & peccatorum apothecas penuria famis exhaurit. Misericordia viduæ seruat quod peccata locupletum exterminant: modica di uitiis maiora sunt, & diuitiæ paupertate viduæ superantur. Ea enim & iustis alimenta non desunt, vt peC catoribus subsidia denegentur. Denique audi domini Mar.12.d & Lu.21.a vocem viduam in euangelio collaudãtem, quæ in dona dei totum quod habuit, misit. Amen, inquit dico vobis, vidua ista plus omnibus fecit. Omnes enim isti de eo quod abundauit illis, fecerũt: hæc autem totũ quod habuit, misit. Laudatur in modico vidua, & diuitũ non laudantur oblata. Minimum viduæ diuitum opulentias vicit, & vota diuitum votum viduæ superauit. Diuites enim ex multo modicum, vidua verò ex modico obtulit totum. Vnde dominus diuitum & viduæ operationes expendens, non quantum quisque obtulerit, sed quanto quis fecerit, singulorum animos & facultates ostendit, & viduam in opere perfecto laudauit. Certabat enim animo cum diuitibus vidua, cum locupletibus pauper, mediocris cum opulentissimis, fide ac deuotione certabat: sed vincit animo, deuotione superat, denique, inuenitur potior, melior conspicitur, maior omnibus à iudice pronunciatur. Amen, inquit, dico vobis, vidua ista plus omnibus fecit. Prouocaris Christiane prouocaris, & à vidua in certamen deduceris. Hæc enim vidua quæ præsente tunc Christo certauit, nunc quoq; cum omnibus certat, & tamẽ nescierunt talem qui victi sunt, qualem nunc qui prouocantur, nouerũt. Quare taceant steriles, aridi conticescant, infructuosi aut mutentur aut sileant: vidua quod fecit D non didicit, & steriles quotidie discunt & non faciũt. Quæsiuit vidua quomodo posset præsentem dominũ promereri, quæsiuit quomodo posset potior diuitibus inueniri: inuenit causam, inuenit consilium, vt quam natura fecerat pauperem, deuotio faceret diuitibus potiorem: & ne possit quisquam non habendi excusatione purgari gratuita misericordiæ inducuntur officia, vt ostendatur dominũ etiam ipsis pauperibus operandi imposuisse obsequia. Calicem frigidæ prophetæ por Mat.10.d rigere, præmium prophetæ promittitur: ægrotum vel & Mar.9.f constitutum fratrem in carcere visitare, dominum visitare est, sicut ipse dominus dicit, vt possit ex gratuitis promereri qui de substantia non potest misereri: vt iam constet pro qualitatibus hominum misericordiæ non debere cessare officia, vt operantibus possint præmia dispensari cœlestia: vt cùm cœperint misericordes expungi & steriles cõdemnari, & misericors quia misertus est gaudeat, & sterilis pœnas quas non speraE uit inueniat.

†De eleemosyna & misericordia pulchrè habes tomo. 4. homilia. 14. in 5. cap. primæ ad Timotheum: & hoc eodem tomo ad populũ Antiochenum homiliis. 32.33.34.35.36. & 37.]

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, quòd dispensatio rerum tuarum per teipsum exequẽda est sermo. Incerto interprete.

RErum tuarum dispensatio, ecclesiæ præsidibus minimè cõcedenda est, quin per teipsum exequenda, vt non solùm minuẽdi fortunas, sed etiam administrãdi mercedem habeas: ipse semen tuis manibus sulco iacta: non enim hic erit terræ aratrum defigendum, aut boues iungendi, vel tellus ipsa nouanda, geluq; & frigore contendendum: hac enim omni difficultate caret istiusmodi semen. In cœlo nãque seminas, vbi algores nulli, neque hyems, vel eiusmodi aliud quippiam inuenitur: in animos seris, vnde nemo quod satum fuerit, tollet, quin inhærebit maximè, & acriùs, ac celerrimè detinebitur. Tu semen iacito, cur te hoc præmio fraudas? maxima etenim sũt proposita præmia his, qui aliena rectè submini[s]trauerint: siquidem non solùm qui sua distribuit, sed & qui oblaF ta bene impartitur, dignus mercede est. Tu verò cur illam tibi cùm licet non vendicas? Quòd autem vel ex Acto.6.b eo futurum sit præmium, illud audi: Constituerunt autem apostoli Stephanum, & qui circa eum erant ad dispensationem per manus faciendam. Efficere ergo & tu tuarũ rerum dispensator: hæc enim humanitas, id est dei timor, te fortiorem reddet, insolentiam tollet, animo quietem, manibus sanctitatem largietur, intellectum eliciet, philosophari edocebit, promptiorem faciet, & benedictionis participem, qua & caput ipsum manuum ministerio donatur. Esto itaque ad orãdum diligentior, sanctorum virorum curam suscipito, eorum dico, q̃ verè sunt sancti, qui in solitudinibus cõsidunt, qui emendicare nequeunt, qui deo adhærent. Iter longius suscipe, tum & tua aliis impartire: plurimũ enim vtilitatis afferet istiusmodi per te datio. Spectabis enim in ea eremo tuguriolum, videbis & diuersorium, oculis solitudine lustrabis, qua vt cùm illò per causam pecunias dilargiendi concesseris, & animam plerunque des integrè, detentusq; efficiere illis conseruus, & hoc seculo alienus, & hospes: magnum quidem & præclarũ est pauperes intueri, & inuisere. Mel- Eccles.7.a lius enim est, inquit, ingredi domũ luctus, quàm domũ lætitię:

Mĩser quis sit.

Viduæ certamen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Lętitiæ:inde nanq; incenditur ad virtutẽ animus.Nam
si lasciuiẽtibus cæteris & ipse arriseris,erit id tibi quę-
dam ad luxũ,& incontinentiã incitatio:sin autem,mœ
stitia corripieris.In domo autẽ luctus, nihil eiusmodi:
nã si deliciæ deerunt,dolore carebis:si verò inerũt,ab-
stinebis.Certissimæ lachrymarũ sedes monasteria sũt,
vbi saccus & cinis,vbi solitudo,vbi risus nullꝰ, vel re-
rum præsentiũ obturbatio,vbi ieiunium,& humi cuba
tio.Sunt nanque ibi omnia nidore & illecebris vacua,
& quauis interpellatione & inquietudine libera: insu-
per portus trãquillissimi sunt,quos qui inhabitant, ve
luti ignes sunt,qui cùm è loco ædificatori emicent , lucẽ
vel eminus aduentantibus exhibent: cumq; vel in por
tu resederint,cęteros ad suam alliciunt tranquillitatẽ,
neque se intuentes pati naufragiũ sinunt, vel in tene-
bris degere,qui ad se oculos intenderint.Adito itaque
istiusmodi viros,vtere eorum contubernio , accedito
inquam,& sanctorũ pedes amplexare, quos prehẽsare
longè venerabilius est,quàm aliorum complecti ca-
put.Dic mihi,complectuntur nonnulli statuarum pe-
des,quoniã figuram,& imaginem præferant impera-
H toris:tũne illum,qui Christum continet, tenebis à pe-
dibus?Sancti itaque sunt istiusmodi pedes,vel si vilis-
simi fuerint:inquinatorũ verò neque caput ipsum ho-
nore dignum.Siquidẽ sanctorum pedes permagna o-
perati sunt:nam & excruciare solent,cùm à se excusse
rint puluerem,Cùm igitur quispiam sanctus apud nos
fuerit,nihil vile illius ducemus . Sancti enim sunt o-
mnes,qui vt rectè credunt,& vixerint,vel si nulla ędi
derint signa,vel dæmones eiecerint , sancti sunt ete-
nim.Ad monasteriũ sancti viri diuertere,tale est qua-
le foret è terris ad cœlos subuolare:nõ enim tibi in eo
licebit,quæ domini plerunque intueri:nam & mona-
chorum cœtus ille perpurus est, silentiumq; apud eos,
& quies plurima.Hoc,Meum Tuum,longè abest:apud
quos si ad diem vnum,seu binos manseris, eò mãiorẽ
senties voluptatem:cùm enim primùm dies illuxerit,
quinimmo ante ipsius diei lucẽ ædidit vocem gallus:
nihil tum ibi simile spectabis,quod domi solemus:ster
tunt serui & familia,erunt occlusæ fores , mortuis o-
mnes simillimi præ somno videbuntur, quatiat & asi-
narius tintinnabula . Sex mox omnes per monasterij
præsidẽ excitati,somno excusso, modestè consurgunt,
I statuentesq; sanctum illũ chorũ,statimq; tollentes ma
nus,sacros decantant hymnos:neq; enim vt nos excu
tiendo somno,& sopore multo horarũ longiori indi-
gent spacio.Ipsi enim simul ac è stratis attollimur , ad
multã horam oscitando,& corpus distrahendo resíde
mus,mox ad secretũ accedimus egerendi gratia, dein
de manus faciemq; abluimus, post hæc vestem induí-
mus,& calceos : hoc pacto tẽporis plurimum teritur.
Apud hos autẽ nihil huiusmodi,nemo seruum euocat,
cùm quisque sibi faciat satis, non multis indiget indu
mẽtis,nec somni excussore opus habet:sed vt primùm
aperuit oculos , præ abstinentia similis aperiret ei,qui
multùm ac diu vigilauerit.Nam cùm nullo cor fuerit
cibo grauatum,aut suffusum,nec lõgius illi necessariũ
est ad leuãdũ tempus,quin leuior ocyus se,& terſis ma
nibus attollit.Sõnus præterea illis modestus est & so-
brius:nemo enim ibi stertentem quempiã viderit, aut
anhelantem: neque inter quietẽ corpore iactabundũ,
vel nudũ,sed dormiunt sanè cubãtes modestius,quàm
vigilent cæteri:quod profectò è quadam bene institu-
ti animi moderatione efficitur.Hi proculdubio & sã-
cti sunt,& inter homines angeli habendi.Plurimus e-

nim dei timor arcto,& profundo somno haudquaquã K
eos sinit soporata mẽte mergi:quin leuior ille dunta-
xat imminet ad quietẽ,à qua vel eorũ insomnia mi
nus aliena:sunt enim vanis , & monstruosis imagini-
bus,vel præstigiis vacua.Vnde,vt diximus,ædẽte gal-
lo vocẽ,cùm monasterij præpositus vel vnum pede pu
pugerit,omnes excitauit : neq; enim ibi nudos cubare
fas est : inde expergefacti , illico stantes propheticos
hymnos,concinnitate summa,& modulatis carmini-
bus decantant,eo modulatu & symphonia,vt neque ci
thara,neque fistulæ vllæ,neque aliud musicũ id genus
instrumentum talem ædant sonum,qualem audire li-
cet integerrimis viris illis altiori quadam quiete , &
animi tranquillitate succinentibus, qui cantus & sua-
uitate referti sunt,& diuino amore oppleti . In nocti- Psal.133.a
bus,inquit,extollite manus vestras ad deum : & illud, Ibidẽ.42.a
Vigilat anima mea ad te deus,quoniam lux sunt præ-
cepta tua in terra.Item & Dauidici cantus quàm mul
tos lachrymarum concitant fontes, cùm canens Da-
uid illud pronunciat : Defatigatus sum in meo luctu, Ibid.6.b
lauabo per noctes singulas lectum meum,& in lachry
mis stratum meum rigabo:& rursum, Quoniam cine L Ibid.101.b
rem tanquam panem manducabam. Quid est homo, Ibid.8.b
quoniam illius es memor ? Homo vanitati factus est Ibid.143.a
similis,& dies nostri tanquam vmbra decedunt:& il- Ibid.4.b.d
lud,Ne timeas cùm ditabitur homo,seu cùm fuerit au Ibid.67.a
cta gloria domus eius:&,Qui habitare facit pares mo Ibid.112.d
ribus in domo:&,Septies in die laudaui te super iudi-
cia iustitiæ tuæ:& rursum , Media nocte surgebam ad Psal.118.b
confitendum tibi super iudiciis æquitatis tuæ:& illud, Ibid.4.b.d
Deus erue animã meam de manu inferi:&, Si ambu- Ibid.22.a
lauero in medio vmbrę mortis,nõ timebo mala,quo-
niam tu mecum es:item,Non timebo à timore noctur Ibid.90.a
no,à sagitta volante in die, à negotio in tenebris per-
ambulante,ab occursu,& dæmonio meridiano:&, Ae Ibid.43.d
stimati sumus tanquam oues iugulationis. Itaque osci
tantibus nobis,ociosęq; torpentibus,stertentibusq;,vel
supinis cubantibus,& fallacias animo versantibus in-
numeras,cãunt illi istiusmodi angelis vnà , Laudate Ibid.
dominũ de cœlis,concinentibus. At vbi primùm dies
illuxerit,quiescunt illi:idq; temporis quod nos ad la-
borem,illi habent ad quietẽ:clarescente verò die cùm
per causam impensas computandi,vel dimittendi ad M
forum alios euocamus , hicq; principibus coram pœ-
nas veritus adstat trepidus , alius se in tabernaculum
confert,alius arti se,& operi cuius est gnarus accom-
modat,rursum illi matutinas incœptãt preces,& hinc
se ad sacrarum lectionẽm scripturarum conuertunt.
Sũt & qui scribendi artem edocti,libros scriptitãt, &
destinatis cellulis se quisque tacitus cõtinet.Precatio-
nes postmodũ,quæ tertia,sexta,& nona hora, & vespe
ri insuper dicuntur,absoluunt,ita vt quadripartita die
singulis partibus variis deum laudibus honorent.Igi-
tur vescentibus,ridentibus, & lasciuientibus reliquis,
ac multo cibo distento ventre distractis, hi sese hym-
nis applicant,cùm eis nondum cibi,& mensæ sit tem-
pus,neque illa horũ sensibilium cura. Sumpto verò ci
bo,cùm se primùm quieti dederint, iisdem incumbũt
laudibus.Hucvs verò mundi homines vel dies dormi
tãt:at illi & noctes ducunt insomnes,quare lucis pro-
geniti meritò possunt appellari.Siquidẽ id tẽpus quod
reliqui somnolentiæ maiorẽ in partẽ insumũt, oner
siq; ex cibo,& graues prodeũt,abstinent hi , & impasti
manẽt,& orationibus studẽt.Vesperi autẽ iterato otiã
tis ceteris,certatimq; ad balneas properãtibꝰ ad bre
ue

A ue laboribus sumpti,nulla seruorũ excitata caterua,nul
lo per domũ discursu,aut tumultu, neq; variis & gulã
irritantibus appositis epulis discũbunt,pane duntaxat
plerique contenti,& sale,alij oleo his adiecto,& qui in-
firmiores fuerint, oleribus & leguminibus vescuntur.
Diuinis interea laudibus haud intermissis cùm paulu-
lum cõsederint,singulis storiis & humi cubãt,ad quie-
tem sonum nõ ad delicias paratis . Nullus ibi principũ
terror,nulla dominorũ increpatio,neque vlla seruilis
trepidatio est,nullus ibi fœmineus tumultus,nulla pue
rorũ obturbatio , non multæ sunt apud eos apothecæ,
aut condendarũ rerum gratia parata loca, nulla abun
dans & seruata vestis,auri & argẽti nihil,custodiæ nul
læ,nullũ ærariũ,vel aliud istiusmodi quippiam : sed o-
mnia oratione,& diuinis laudibus, & fragrantia spiri
tali sunt plena,nihil ibi quod carni indulgeat.Prædo-
num incursus haud verentur:cùm nihil habeãt , cuius
possint iacturã pati : siquidem & pecuniis carent,cor-
pus tantùm habent & animã:hæc si diripiant,profuis-
se potius viderentur,q̃ damni aliquid intulisse,quãdo
essent per eos his corporis vinculis soluti.Mihi enim,
B Paulus inquit,viuere Christus est,& mori lucrũ . Vox
Philip.1.c itaque exultationis in tabernaculis iustorum . Nullus
Psal.117.b. præterea ibi eiulatus aut lamẽtatio exauditur, vel ge-
mitus,vacat istiusmodi mœrore domicilium illud,aut
vlulatu:moriũtur sanè inter eos nonnulli,cùm haud-
quaquã sint corpore immortales,neque tamen mortẽ
pro morte ducunt:suos enim canticis præmittũt mor
tuos,præcedere illos existimantes non emori.Quòd si
è suis quempiã obisse mortem enuncietur,gaudio sum
mo & lætitia afficiuntur : quinimo neq; illum audebit
quispiã mortuum appellare,sed viuendi finem fecisse
dicet.Proíde gratiarũactio,diuina affatim laus & sua-
uitas oritur,optantibus singulis se talem vitæ finẽ ha-
bituros,eoq; modo seculi huius certamẽ excedere, ab
agoneq; hoc & laboribus requiescere,& Christũ ipsum
intueri.At si quis eorũ ægrotauerit, nullæ exprimũtur
lachrymæ,nullus gemitus, sed orationi iteratò incum
bitur,nulla medicorum manu,sed fide tantùm plerũ-
que subleuatur,& ægrotus conualescit:q̃ si vel medico
opus habuerit,permagna patientia ac tolerantia præ-
statur.Non adest præterea vxor soluta crines, non li-
beri fletuum orbitatẽ deplorantes , non serui orantes
C efflaturum mox spiritũ, sese cunam commẽdatos re-
linquat:sed horum omniũ liber animꝰ , vnum illud &
solum aduertit,vti vltimo suo efflatu decedat deo gra
tus.Verùm si in morbũ aliquẽ inciderint,nulla crapu-
la vel nimio stomachum grauante cibo eũ incurrunt:
quin potius erunt eius morbi causæ quauis laude cu-
mulatæ,nulla ægrotantium culpa exortæ : nam vel ex
lucubratione immodica,aut cibi longiori abstinentia,
languorem inferunt,vnde & curantur facilius, quan-
do his se æquent malis exhibere , nisi desierint æquè
lassescere,vt cœperant & defatigari . Dicet quispiam,
Licebitne istiusmodi viros in media Christiani populi
frequentia spectare:Nos verò ita respondemus,non
ea mente istorum nos vitam explicasse , vt videantur
qui in ecclesiis viuunt contemnẽdi: quàm multi enim
sunt plerunq; istiusmodi sanctitate viri,& si haud pro-
palàm,vel in ipso Christianorũ conuentu medio, neq;
ex eo q̃ alienas circũuagantur domos, aut in foro ver
santur,vel aliis præsertim,patui illos facimus, eò minus
D & deus illud inunxit:Iudicium,inquiens, pupillo
Esaiæ.1.c facite,& viduam iustificate.Diuersæ enim sunt ad vir
tutem viæ,siquidem & margaritæ inter se differũt plu

rimum,vel si omnes idem sint nomen sortitæ, tamen D
hæc fulgentior est & rotũda: illa verò haud parem ha
bet decorem,sed alium quendam & varium . Qualis
verò ille sit,explicabimus:quẽadmodum enim coral-
lum artificio quodam productas in longũ lineas non-
nunquam habet,circũcisosq; angulos & expolitos,co-
loremq; à candido etsi diuersum,longè tamen delecta
biliorem,viridis etiam iniectus color præter omnem
viriditatem iuuat.Item & flos quidã coniunctũ habet
cum innata fragrantia & sanguinis colorem, alius au
tem qui glaucus fuerit,glaucitate ipsa mare vincit , a-
lius etiam erit purpureo colore splendidior , & istiusꝫ
modi pleroſque alios videmus,insuper & Solis colo-
res varios esse inuenire quis facilè poterit:sic & his si-
miles dici viri sancti possunt,quorũ nonnulli propria
quadam exercitatione & industria sibiipsis,pleriq; ve-
rò ecclesiæ,profuere.Itaq; vt eò vnde digressa est , re-
deat oratio,si sanctorũ pedes lauerimus, & opem tule
rimus oppressis,salutare erit.Incumbamꝰ ergo his re-
bus,vt gloriari in cœlo possimꝰ sanctorũ pedes abluis-
se.Quòd si horum abluẽdi sunt pedes,eò magis & ipsi
per nos pecuniis iuuandi erunt.Nõ enim sciat sinistra E
tua,quid faciat dextera tua.Quid multos admittis te- Matt. 6.a
stes:si enim fieri potest,ne domestici quidem,vel vxor
ipsa sit huius beneficij conscia:q̃ plura enim sunt sub-
doli illius aduersarij impedimẽta, plerunque enim cõ
iunx arrogantia quadam,vel alia quauis de causa,etsi
nunquam aliter,tunc tamen te interpellabit, & benefi
cium illud tuũ intercipiet.Siquidem Abrahã, & si ad-
mirandã haberet vxorẽ,ea tamen,cùm filium esset im Gene.22.a
molaturus,clàm habuit:præsertim cùm ipse rei euen-
tum ignoraret,certior tamen quòd illum esset necatu
rus.Quid igitur è turba vir aliquis dixerit,quis nã hic
est qui hæc facit?& is simul nónne crudelitatis eum &
rusticitatis insimulabit?dicens,non licuit matri filium
spectare,& vltimam audire vocem, morientemq; in-
spicere?Nihil tamen istiusmodi iusto illi diuino amo-
re incenso veniebat in mentem,præter id solùm,vt dei
mandata exequeretur,non ea in re filium , non vxorẽ
animaduertebat:& quod maximum est,futuri nescius,
adeò ille omni ex parte integrum deo offerre sacrifi-
cium studebat,vt ne lachrymis quidem illud, aut cõ-
tentione aliqua inquinaret.Ad quem ait Isaac: Ecce li F
gna & ignis,vbi nam victima?Quid ergo pater?Deus Ibidem.b
prouidebit sibi victimam ad holocaustum fili mi.Fer-
tur autẽ id esse propheticum,vt illud: Et filium visu-
rus est in victimam . At cur eum qui immolandus est
cælas?Etiam,inquit,veritus ne torpescat,vel indignus
inueniatur.Vides itaque quàm multa diligentia vir il
le cuncta factitarit,quæ sacris literis exprimũtur.Ne-
sciat scilicet sinistra tua,quid faciat dextera tua.Quod
illud sonat,vel si quempiam habuerimus, quãuis pro-
pinquitate iunctum , nihil illi quod fuerit per nos piè
gestum, vltro aperiemus , nisi cogat necessitas: multa
quippe ex eo succedunt grauia:nã si quis superbire oc-
ceperit,erit id quidem illi ad bene agendum impedi-
mẽto.Quapropter cùm aliquid inopi impartimus,vel
nosipsos si fieri potest cælabimus , ea bona consequa-
mur:quæ nos in Christo Iesu domino nostro manent
certiora & parata.

†Homilia proximè præcedẽs nihil aliud docet ac modulatur quàm
sancti monachorum instituti laudes, quanuis inscriptio polliceatur
quòd suorum per seipsum dispensatio facienda sit:quod frequens est
in digressionibus Beato Chrysostomo . Locus autem huic homiliæ
aptior fuisset post opus quod inscribitur, Aduersus vituperatores vi-
tæ monasticæ.

Diui

Universidad de Deusto
Biblioteca

G DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI

sermo, quòd ne scrutemur pauperes curiosè.

Incerto interprete.

VId ſtipem depoſcentem ſcrutaris? quin illũ Chriſti ob gratiam excipe: nam ſi nimiũ fueris explorando curioſus, vel probum plerunque virum præteribis, faciesq; hoc modo futuræ & emeritæ mercedis iacturam: quanuis qui vel improbũ pro Chriſto ſuſceperit, culpandus nõ erit, quin capiet pro eo & præmium. Nam qui prophetam ſub prophetæ nomine admiſerit, prophetæ mercedẽ accipiet: qui verò pro intempeſtiua hac & ſuperuacanea ſcrutandi cura quempiã laude dignum paruifecerit, pœnas luet. Non itaque aut vita hominũ aut facta ſcrutãda ſunt: quod proculdubio extremæ cuiuſdam nos experiẽtiæ arguit, dum panis vnius gratia petiti, vniuerſa ſit inopis vita indaganda: qui ſiue prædo fuerit, ſiue aliud quiduis, num ea propter vel pane tibi, vel argenteis nõ nullis & paucis apparet indignus? eumq; cui dominus tuus orientem Solem ſit impartitus, perexiguum ipſe cibatum & tenuem victum exiſtimas immerentem? H Quin etiam quod dictu maximum eſt, ſi vel hũc compertum habeas innumeris eſſe vitiis cõſtipatum, eoq; paruo & exili cibo fraudaueris: nihil id tibi poterit ad excuſationem valere, præſertim cùm eius ſis domĩni ſeruus, qui ita inquit: Num ignoratis ex quo patre ſitis? Illius præterea familiaris, qui ſe lapidantes animo tulerit patienti, immo qui eſt pro ſe lapidarijs in crucem ſublatus. Neque id dixeris, medicum quempiam ſicarium eſſe, aut homicidam, qui vel ſi tibi eſſet exitium allaturus, non tamen foret, quando inedia macerẽtur, aſpernãdus: ſiquidem eius diſciplinam ſecteris, qui cruci ſe ſuffigentium concupiuit ſalutem, eius inquam qui in ipſo patibulo ita profatur: Pater dimitte eis, non enim norunt quid faciunt: illius inſuper ſeruitutem ſubiſti, qui ſe manu cædentes tulit mitis, qui noxium in cruce coronauit. Quod facinus quid vnquam poterit æquare? Porrò latrones vel vtrique Chriſtum maledictis inſectabantur, horum tamen alteri paradiſum nondum cuiquam patefactum, peruium fecit: defletq; qui mortem ſibi ſunt allaturi, turbatur etiam, terreturq; proditore cõſpecto, non eò quòd foret ipſe cruci ſuffigẽdus, ſed quòd ille eſſet ob id ſceleris interiturus: commouebatur præterea q ſuſpendij laqueos præuidiſſet, quos ſupplicia ſequerentur. Iudam tamen etſi eius nequitiæ præſcius, aduſque extremam horam tolerauit, neque proditorem reiiciebat, quin amplexando oſculabatur: hunc itaque dominus tuus labiis admittit, qui mox eius eſt precioſum ſanguinẽ fuſurus: tu verò egenũ neque pane dignaris, nihil veritus quas deus condidit leges, quibus nos commonefacit, nõ ſolùm non eſſe inopes reiiciendos, ſed ne hos quidẽ qui nos ad interitum duxerint. Neq; illud commemoraueris, hunc illúmve mali quippiam alteri intuliſſe: quin potius recognoſce quid Chriſtus ſub ipſo patibulo & oſculo quo erat prodendus, egerit, vt proditorem emẽ daret. Attende quàm prudenter id dicat? Iuda oſculo filium hominis tradis? Quem hominum non his verbis leniſſet? quem, inquam, eiuſmodi vox non ad pietatem flexiſſet? quam beluam, aut quem adamantinum lapidem non commouiſſet? ſolus ille miſer flecti non potuit. Ne itaque dixeris ea ratione nonnullos eſſe tibi fugiendos, in animum induxi q humana ſint cæde & ſanguine inquinati: quin potius eorum erũt deoſculandæ manus, vel ſi tuæ ſint ceruicis ſanguine reſpergendæ, quãdo & Chriſtus ſit os illud impudẽtiſſimum deoſculatus, q̃ necem ei parauerat. Igitur & ipſe lachrymis potis, & cõmiſeratione proſequere, q̃ odio aut maleuolẽtia, qui fuerit in te quippiã machinatus: is enim eſt non indignus cuius non pigeat, quippe illius & ſerui ſumus, qui ſe tradenti oſculũ dedit. Id ſæpe ac multùm repetendo commemoraueris, & quotis oſculo molliora eſt verba effatus, ſiquidem non indignabundus, vt homines ſolent, talia inuehit: Facinoroſe proditor & omnium perditiſſime, has mihi pro meis in te beneficiis vices reddis? quin Iuda, inquit, eum nomine appellans, quod commiſerantis eſt potius, & à ſcelere ad officium reuocantis, q̃ iraſcentis: nec magiſtrũ ſe dixit ac dominum, aut bene de ſe merentem, ſed filiũ aſſerit illum hominis prodere. A quo ſi nec præceptor ille vel dominus extitiſſet, id ſolùm q ſe purè adeò & ſimpliciter erga te geſſerit, vt cùm vel prodendus eſſet, ni oſculum proditionis indicium, quod erat antea per te in ſui capturam deſtinatum obtulerit, prodendus à te non fuiſſet. Sis bone deus benedictus: quot enim nobis tradidiſti, tum ad humanitatem, tũ ad innocentiam exemplar? talẽ ſe Iudæ præbuit Chriſtus. Nonne & pari vſus eſt in eos benignitate, qui ſe fuſte & gladiis inuaſiſſet? Maximè: quid enim dici his verbis mã ſueti poteſt, quæ ad eos fertur habuiſſe, quos & ſi perdere mox omnes pro voluntate licuiſſet: facere id tamen temperauit, quin pudentius ſic illos alloquitur: Quid in me cum gladiis & fuſtibus tãquam in latronem aliquem irrupiſtis? quibus protinus pauore reiectis & ſupinis cadẽtibus & ſtupiditate affectis, rurſum ſeſe vltro obtulit: cumq; manus ſibi ſanctiſſimas ligari vidiſſet, & ſi confundendi omnia & diſturbandi facultatẽ haberet, patientiſſimè tolerauit: deinde Chriſti perſpecta manſuetudine tam acriter in inopem ſæuiendo efferaris, qui vel ſi innumeris fuerit obnoxius vitiis, eius tamen vel egeſtas, vel fames ſatis vtique facere poſſe videntur ad animũ, nec penitus obtuſum vel cẽcutientẽ, mitigandum. Tu verò contrà leonum more, & ſi nihil illi cadaueroſum attingant, efferatus & furens in pertinacia manes: iacentemq; inopem & egeſtate immodica maceratum, ac malis confectũ & premis & vrges? iusq; corpus conuiciis diſcerpens, quaſi procellas, vt aiunt, tempeſtatibus ſuperinductas adaggeras, compellisq; ad fortũ refugientem illidi ſcopulis, & cogis naufragium ſubire maritimo longè mole ſtius. Quo igitur pacto tuis facinoribus veniam à deo precaberis, remittiq; cõmiſſa poſtulabis, qui nihil peccanti conuiciaris, pœnasq; pro tanta inedia & rerum anguſtia depoſcis, adeò vt tua ſæuitia immaniũ beluarum feritas obſcuretur? Siquidem ventris illæ vrgente eſurie naturali conſuetoq; cibo veſcuntur: tu verò nemine impellente fratrem & mordicus lanians, etſi nullis dentibus, dictis tamen laniatu quouis & morſu infeſtioribus deuoras. Quo igitur pacto ſacram illam oblationem ſumpturus es, qui linguam humano ſanguine cruentaueris? quomodo & pacis oſculum defe-
res, ore hoc tuo contentioſo & hoſtili? Cibum præterea cõporeum hunc & ſenſibilem quo animo ceperis, qui tantum accumulaueris virus? cur atteris quam nec ſubleuas pauperiem? cur deprimis, quem non iacentem erexeris? cur auges, quam haudquaquam ſuſtuleris, animi moleſtiam? Furias illas impartiris, quid probris quempiam inſectaris? nondum tibi ad aures peruenit, quantum hi pœnarum luant, quibuſue ſint tormentis adiudicati, qui mendicum non aluerint?

Abite,

Matt.25.d A Abite, inquit, ignem diabolo & eius angelis paratum. Si igitur qui talibus inopẽ alimoniis iuuerint, tam acriter cõdemnãtur, quas illos pœnas daturos putas, qui cũ nec victum impartiuntur, & contumelias ingerũt? quot, inquam, hi ſubituri tormenta ſunt? quot incendia & gehennas? Ne itaq; tantum in nos malorũ ardorem concitemus, quandiu id exequi ad arbitrium licet: corrigẽdus & hic nefarius morbus erit, & linguæ imponendi ſunt freni, neq; ſolùm per nos inopes non exacerbandi, quin dictis factisve haud mediocriter conſolandi, vt vopia ob id nobis longè ante cõparata? bona illa aſſequamur, quæ nobis ſunt diuinitus adiudicata: præſtante domino Ieſu Chriſto, cui cũ patre & ſpiritu ſancto ſit gloria, nũc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

DEVM LAVDEMVS FIDE FORmata exẽplo ſanctorũ: dignus eſt enim omni laude. Sermo. Incerto interprete.

B MItemur & ipſi patriarchã illũ: nec ſecus atq; ipſe ſolebat, deũ laudibus proſequamur. Quid enim ille deo gloriam dedit, niſi cùm diuinã iuſtitiã, infinitamq; potentiam cõmemoraſſet? eſſetq; de deo pleraq; decentius meditatus, de promiſſione fieri certior promeruit: idcirco & nos eundum tum fide, tũ re & opere laudemus, vt gloria tandem donati, id laudis huiuſce præmium vẽdicemus: inquit enim, Qui me Ioan.12.d fuerint venerati, & ipſe honorabo. Quòd ſi nulla eſſet Matt.10.d alia nobis pro ea re propoſita merces, illud tamen vel maximè nobis ad gloriam valeret, ſi diuinis in laudibus verſari nõ indigni haberemur. Siquidem & qui principum laudes eloquuntur, vel hoc vno ſi nil reliqui eſſet mercedis, q̃ principẽ magnificiunt, ſatis videntur ornaméti aſſecuti, Cogita itaq; quàm ſit glorioſum, quámve magnificum dominũ noſtrum per nos venerari: vti & contrà q̃ detrimentoſum illud & ſupplicij plenum, cũ reliquis in eum conuiciandi occaſionem damus. Exigit enim, etſi minus hoc munere egeat, hãc ille à nobis laudem. Quantum ipſe exiſtimas, deũ inter hominem q; diſtare? certè dixeris, quantum inter vermiculos & homines ipſos. Verũ id dictu adhuc nihil eſt ſatis? ſi dixerim illos hoc pacto differre, quando nequeat quantùm inter C ſe diſtẽt explicari. Num optaueris gloriã ibi apud vermes, et magnam aut præclaram parere? Si ergo tu qui gloriẽ es cupidior, velle te tale? Quid negaueris: quo nã pacto qui huiuſcemodi cupiditatis vitio caret, & adeò reliquis præſtantior eſt, his tuis laudibus indigebit? quarum & ſi minus eſt indigens, laudari tamen à te cupit: nã ſi tui gratia ſeruitutem tolerauit, quid mirũ ſi plaraq; alia eadem ratiõe patitur? nihil enim indignũ ſe putat, quod nobis cõferat ad ſalutem. Quocirca cùm ita ſe habere hæc ſanè intelligamus, peccatum omne quo deus Eccli.21.a maledictis inceſſitur euitemus: inquit enim, delicta nobis nõ ſecus ac ſerpentis aſpectus defugiẽda. Quippe appropinquantem te morſu petent, quando nõ illa ſe nobis offerunt, quin ea nos vltro adimus: quod deus ita fore conſtituit, ne violentia diabolus ſuperaret, ſi nemo illius conatibus obſteret: eoq; illum quemadmodũ prædonem quempiã eiecit, qui neminẽ aggredi audet, niſi quẽ ſuis in latebris nudum deprehẽderit: & ſolum neq; inuadere audebit, niſi eundem viderit eremũ peragrantem. Eremo nanq; & ſolitudine dæmones inuerſantur, quarum interpretatio nil aliud exprimit, q̃ malum fatuus & peccatum. Opus itaq; nobis cũ fidei ſtabilimẽto & cardine, tum ſalutis caſtide, & ſpiritus gladio, vt non ſolùm mors nõ malè per nos ſit obeũda, ſed quouis mo do inſultãti illi deſecãda eſt ceruix. Opus itaq; perpetua D prece, vt noſtris poſſit pedibus conculcari: impudẽs nãq; eſt, & ſceleſtus tametſi de loco inferiori inferat bellũ, victor tamen plerunq; euadit, cùm eius ictus partim facimus ſuperare & plagas: neque enim illi licet magnũ in modũ efferri, quin humi ſerpit, cuius figurã vel anguis præfert: qui dæmon & ſi ab initio ea ſit cõditione creatus, longè maius nos hoc tempore oppugnabit. Quòd ſi ignoras quid ſit de loco inferiori pugnare, enitar id bellandi genus interpretari. Bellũ itaq; de loco inferiori gerere, à rebus infimis eſt aliquem impugnare, vti à voluptatibus, diuitiis, & præſentibus his vitæ bonis: verùm ſi quẽ viderit ſubuolantem ad cœlũ, & ſuperiora tenentẽ, primùm neq; hunc ſubſequi ſurſum verſus ſaliendo poterit: deinde ſi id facere fuerit eniſus, celerrimè caſurus eſt: caret enim pedib⁹, caret alis, humi reptat, terrenis in rebus verſatur, in quibus ſi nihil erit tibi cum eo cõmune, eris ſanè labore vacuus: nec enim nouit ille in aperto vebin faciem pugnare, nec ſecus atque anguis latitãs, diuitiarum ſe illecebris occulit. Itaque deſectis dumetis timore perculſus dilabetur, ferieturq; ſtatim, ſi diuinis E fueris illi carminibus imprecat⁹. Chriſti enim Ieſu dñi noſtri, & crucis virtus noſtra ſunt carmina, quæ nõ ſolũ draconẽ hunc ſuis è latebris educent, in ignemq; impingent: verùm vel ſi quæ nobis inhæſerint vlcera, ſanabũt: quæ ſi quis hoc pacto fuiſſe ad ſanitatẽ redacta negauerit, exiſtimet illud ob exiguã incantantis fidẽ, nõ explorati carminis impotẽtia eueniſſe. Siquidẽ qui Ieſũ vrgebant, nihil ſunt vtilitatis aſſecuti, at quæ ſanguinis fluxũ Marc.5.e patiebatur, Chriſti corpore nec prætentato, cùm veſtis duntaxat fimbriam attigiſſet, ſanguinis diutinos fontes cõtinuit. Hoc Ieſu nomẽ tum inferis, tum morbis & vitiis terrori eſt: ex eo itaque ornatum nobis, viresq; vẽdicemus. Sic enim & Paulus magnus euaſit, qui etſi fuerat nobis natura proximus, fide tamen accepta longè fuit à priſtina cõſuetudine immutatus: nã adeò ille gratia excellebat, vt vel eius amiculum vim non modò mediocrem habere videretur. Qua igitur erimus nos excuſatione digni, quorum precibus nec vitia reprimuntur, cũ talium virorum vel vmbra & veſtis mortem repellant? Quid igit in his cauſæ eſſe videtur, niſi permagna quædam animorum diuerſitas? nam quæ ad naturam pertinent, nobis cũ Paulo & paria ſunt, & cõmunia, cuius ortus & educatio noſtro haud abſimilis: ſiquidem terram ille incoluit, & aërem eundem ſpirauit: in reliquis verò F ſeruore, id eſt fide & charitate præſtantior nobis fuit. Hunc itaque imitemur, reddamusq; nos Chriſti colloquio nõ indignos, cuius rei longè eſt ille cupiẽtiſſimus: ſiquidem ſermonis huius habendi gratia organum hoc corporeũ fabricauit: quod quidẽ vt torpens inexercitatumq; maneat haud cupit, quẽ habere ſemper inter manus deſiderat. Cur itaq; non illud promptum reddis, paratumq; vt capi per opificẽ ipſum, tractariq; poſſit? verũ per laſciuiam adeò organi huiuſce chordulas & laxas & lentiores facis, vt citharã planè omnẽ inutilem pares, cùm eius eſſet potius & ſonus obfirmandus, & ſale ſpiritali modificandus: quã Chriſtus citharã ſi cõcinnã hoc modo, cõparatamq; cõſpexerit, per animã hanc noſtrã ædet vocẽ. Deinde angelos, archangelos cõſpicabimur, & cherubinos præ gaudio deſilire. Precãdum ergo erit, vt manibus illis immaculatis eſſe tractabiles poſſimus, & Chriſtus ipſe cor noſtrum expulſet. Atqui neq; prece eſt opus, ſi illud ipſe ei tactu dignum effeceris: ſequetur nanque ipſe, & prior inuadet: ſolet nãque futura accelerationis præuenire, ſiquidẽ nec Paulo cùm nondũ eò eſſet

magnitudi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G magnitudinis profectus, haud prius laudes contexuit, q̃ eundem magnũ in modum profeciſſe conſpexit: poſtea verò nihil reliqui fecit, quod eius ad laudem pertineret. Quòd ſi Chriſtus nobis inſonuerit, & ſpiritus ſanctus præſtò fuerit: erimus vtiq; cœlo potiores, neq; Solem ipſum, aut lunam effigiatos: quin horum dominũ, & angelorum principem obambulantem nobis habebimus, & cohabitantẽ. Hæc autẽ dixerim non ea propter vt mortuos ſuſcitemus, aut lepra affectos reddamus mũdos: ſed quod horum omnium maius eſt, & præſtantius, charitatem præferamus: vbi enim id boni inerit, ibidem mox cũ patre vnà & Ieſus aderit, & ſancti ſpiritus gratia ſubſequetur. Vbi enim duo vel tres fuerint in meo nomine congregati, ibi & ipſe adſum inter eos medius: quæ verba & vehementioris præferunt animi affectum, & amoris non mediocre indicium, cùm eos quos amat, habere ſe circa concupiſcit. Dicet quiſpiam, quis erit adeò calamitoſus & miſer, qui velle ſe deũ neget habere mediũ? Hi profectò quos inter ſeditio eſt. Irridebit me fortè ali quis dicetq; , Quid ais? nónne ſub eiſdem nos mœnibus
H conſpicaris, ſub vno eodemq; templo, eodem in grege concordi animo permanere? noſtrum neminem vides diſſidentem, ſub eodem paſtore vocem vnà ædimus, ſimulq; dicta hæc tua audimus, ſimul etiam deum comprecamur: quid ergo diſcordias nunc, & ſeditiones cõmemoras? Ipſe verò & ſi diſſidia narro, haudquaq̃ videor propterea inſanire, vel à meipſo alienus: quod enim cerno, nõ me fugit, nec clàm me habẽt vos ſub eodem eſſe nunc templo, ſub eodemq; paſtore: ſed eò magis queror, tot rebus vos ad concordiam prouocãtibus, diſcordes tamen & ſeditioſos eſſe. Dicet aliquis, quam hìc ſeditionẽ ſpectaſti? hìc equidem nullam: at hoc ſoluto conuentu, cùm erit abeundi facultas facta, tum is illum criminatur, alius in faciem conuiciatur, inuidia flagrat: rapit alius, aut vim infert: alius turpi amore irritatur, & dolos nectit: quæ omnia rectius conſpicerentur, ſi retegi animus ipſe poſſet, eſſet ſanè hoc pacto apud vos compertum me compotem mentis eſſe, non inſanum. Nónne præterea milites conſpicamini per pacem & otium, armis depoſitis, & imparatos hoſtium caſtra adi-
I re, in eisq; tutò verſari? Verùm cùm armis idem muniũtur, & cuſtodiis diſpoſitis noctes inſomnes ducunt, ardentq; ignes continenter: bellum, non pacem, præ ſe ferunt. Poſſunt ſanè in nobis hæc recognoſci, ſiquidem ab inuicem nobis cauemus, nec deeſt ſuſpicio aut timor, cũ quiſq; proximi auribus verba inſuſurrat, obticeturq; ſtatim ſi quis propius accedat, & de medio tollitur occept⁹ ſermo: quod certè non fidentium eſt, ſed planè cauentium. Dicet aliquis, non alios fallendi gratia id agitur, ſed ne ipſe fallar: eoque magis id mihi cenſeo deplorãdum, quando & vitam vnà ducẽtibus cautione opus ſit, tantumq; ignis incendimus, vnaſq; & item alteras locamus excubias, ne fallaciis circunuẽti, iniuriam patiamur. Quorum omnium cauſa mendacium eſt: fallaciæ plurimæ, charitatis interitus: & ſine induciis bellum, vn de complures reperies gentili potius, quàm Chriſtiano ſe credere. Proh pudor, quo hæc ſunt rubore quibus lachrymis, qua lamentatione dignæ! Dicet quiſpiã, Quónam id pacto duxerim tolerãdum, ſi fuerit aliquis perterſe inſtructus? vbi ergo ſapientiæ ſtudium, vbi & apoſtolica lectio, quibus cauetur alterius tolerari onera oportere? Si enim fratri præſtare te morigerum neſcies, quid facies alieno? vel ſi propriis membris facere ſatis haud noueris, quo pacto poteris externa pellicere, pellectaq; corpori tuo copulare? proh dolor non facilis ſum lachrymas fundere, abundantiſſimos eq; dem (vt inquit propheta) lachrymarum fontes, ex q̃ulis laxarem: video enim in noſtris hiſce regionibus, prælia geri infinita, & his proculdubio grauiora, quæ propheta præuiderat. Is nanque cùm barbaros ludæam inuaſuros longè antè vidiſſet, ventris dolore angor clamitabat. Ipſe verò cùm homines ſub eodem duce conſtitutos ſibi inuicẽ inſurgere, conuertereq; in ſeipſos morſus & laniatus, idq; partim pecuniarum cupiditate, partim gloria, fruſtra nonnunquam & occaſione nulla factitare, ignominiis ſeipſos notare, vltro citroq; inferri vulnera infinita, morte inſuper affici & horridiori, quàm qui bello trucidantur, fraternumq; nomen tenue admodũ, & exile reliquum eſſe videã: nullus profectò huiuſce tragœdię occurrit condignus luctus. Vereamini inquam, vereamini menſam hanc, cuius omnes ſumus participes, quęve deſuper victima illa iacet, Chriſtus ſcilicet, qui noſtri cauſa occiſus eſt. Prædones enim, vt primùm apud quempiã ſalem deguſtarint, prædari deſinũt, apud quos ſal ille præſumptus ſit: quinetiam perditiſſimorum hominum mores hæc menſa immutat, efficitq; ex his, qui
L feris beſtiis fœuiendo fuerint immaniores, ouibus ipſis manſuetiores. At nos talis menſæ & cibi participes facti, in nos inuicem arma conuertimus, cùm potius id in noſtrum illum & communem hoſtem moliri oporteret. Qua ex re ille nobis infirmioribus effectis, fortior redditur: non enim noſipſi eũ aduerſus communimus, quin mutuo quodã inſultu, potius ipſi nos iuuante aduerſario oppugnamus: eodemq; vtimur ad huiuſcemodi in nos aciem inſtruendã duce, cùm bellum illi inferre eſſet decẽtius: nunc verò hoſte omiſſo, in fratres ſagittas intẽdimus. Quas, inquiet aliquis, ſagittas narras? illas dico, quæ ex ore emittuntur & lingua, ſiquidem non ſolũ telis & ſpiculis, verũ & verbis acriora vulnera infliguntur, q̃ ſolent ſagittis infligi. Dicet aliquis, quo nã pacto poterit iſtiuſmodi per me, bellum dirimi? poterit vtiq;, ſi intellexeris, cùm fratri fueris conuiciatus, cœnum ex ore profudiſſe: ſi noueris inquam, cùm in illum contumeliã dixeris, Chriſti te membrum vituperaſſe: quippe cùm in eam tuam voracitatẽ exerces, integerrimũ illud concitas acrius & horribile in te dei iudicium: emiſſa nanq; ſagitta, deſtinãti tibi, nõ ſaucio futura exitio eſt. Fuit tibi quiſquã inimicus, aut malo affectus, ingemiſce, ne maledictis inſeſſeris: funde lachrymas, nõ iniuriæ gratia, ſed ob iniuriã inferentis interitum: quem admodũ & dominus tuus Iudam deplorauit: nõ enim: quòd cruci ſuffigeretur deflebat, ſed q̃ ſe ille eſſet ad ſui perniciem proditurus. Læſit te quiſpiam, aut cõtumelia inſectatus eſt, deum precare, vti mox illi concilietur & parcat: frater enim eſt, tuũ eſt membrum, eodẽ quo tu partu genitus, ad eandẽ vocatus eſt menſam. Dicet aliquis, At ſi id egero, maiorẽ mihi in modũ aduerſarius inſultabit: ergo & maiorẽ, & plurima manebunt præmia, eóque iuſtius ira mittẽda eſt, cũ illum videris vulnere mortali affectum. Dæmon enim plagã illi inflixit, idcirco neq; erit is rurſum per te exulcerãdus, vel aliquo modo calcãdus, quẽ videris per dæmonẽ cõſternatum: ſiquidẽ licebit tibi ſtanti illi, & erecto, opẽ & ſalutẽ afferre. Quòd ſi in reddẽda iniuriarũ vice & tu ſe corrues, cui erit vos ſubleuãdi facultas? num ſaucio illi? Minimè. Nũ tibi æquè atq; ille concidiſti? Quo enim pacto qui tibi ipſi facere ſatis nequiet, alteri toleris? conſiſte itaque, & animi quadam magnitudine ſcuto prælato, fratrem vel mortuum è prælio ſubtrahe, percuſſumque ira haud irritabis, quin potius affixum ei ſpiculum auellito.

Cuiuſmodi

A Cuiuſmodi vir conſuetudo ſi fuerit per nos ſeruata, ſtatim optima eritis valetudine cõmuniti. Verùm ſi fuerimus in nos ſeipſos armati, nulla erit dæmonum induſtria ad noſtrum occaſum neceſſaria: etenim ſi ciuile bellum exiſtimandum eſt, magis tamen noſtrũ hoc eò molleſtius eſſe apparebit, quò noſtræ huius ſocietatis humanæ, vel potius neceſſitudinis iura potiora ſunt. Necauit Caïn quondam germanum Abel, & propinquitatis ſanguinẽ fudit, quæ cædes tantò iniquior habenda eſt, quãtò conſanguinitas ipſa ſublimior. Is vtique corpus ferro tranſfodit, tu verò in animã gladium acuis. Caïn fortè prior malo affectus eſt: at non malè pati, ſed facere improbè, hoc eſt malè perpeti. Attẽdite itaq;, occìdit Caïn, Abel enecatus eſt: vter horũ extinctus eſt? illẽne qui poſt
Gene.4.b mortem ad deum clamitãs queſtus eſt, Vox, inquit, ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra: an is qui vitam omnem tranſegit trepidus? Is ſanè, is erat quouis mortuo calamitoſior. Vides itaq; q̃ longè præſtet illatæ iniuriæ tolerantia, vel ſi fuerit aduſque interitum peruentũ. Ediſce præterea q̃ ſit cõditione inferior, qui illam intu-
B lerit. Percuſſit germanum Caïn, è vitaq; ſuſtulit: horum tamen coronatus eſt alter, alter pœnas pro ſcelere luit: iniuſtius Abel occiſus eſt, mortuus tamen cædis fratrẽ inſimulans vexabat, & comprehenſum manibus tenebat. Caïn verò tacẽs, & à deo increpitus pudore afficiebatur, contraq; q̃ ſperaret effecit: fratrem enim quẽ deo gratum ſpectaſſet interemit, exiſtimãs hoc pacto diuinum illi amorem, quem auxit magis, intercludere: ſiquidem mortuum deus diligentius cõquirebat, dicens: Vbi
Ibidem. nam Abel frater tuus? non enim dei deſiderium extinxit inuidia, quin potius auctum reddidit: non enim tua hac cæde Caïn ſunt Abel honores imminuti, ſed aucti magis & ampliati: qui & ſi antehac illum tibi ſubiecerat deus, nunc tamen de te vel extinctus ſupplicium ſumet: plurimum enim is deum colebat. Vter igitur horum de cæde ſententiã laturus eſt, qui ſumpſerit, an qui dederit pœnas? qui tãto fuerit apud deum dignus honore habitus, an qui noua quadam ſit, & exquiſita pœna affectus? Viuentem Abel nihil es Caïn veritus, mortuum ergo pertimeſce: cùm ferro hunc eſſes inuaſurus, nihil trepidaſti, formidine tamen ſanguine profuſo perpetua capiere. Hunc cùm in humanis ageret, tibi vel morigerũ haud toleraſti, mortui ergo acerbior huius erit in te dominatus. His itaq; omnibus cognitione perceptis, inuidia cauenda erit, & nequitia extinguenda, reddendáque mutuò charitas vt per eam nobis tum vitæ huius, tũ futuræ bona vendicemus.

DE AMORE DEI, ET TOLERantia in aduerſis, Sermo. Incerto interprete.

SEctemur & nos ſupernas illas poteſtates, neq; ſolũ vt throno aſtare propinquiores poſſimus enitendum, quẽ illum potius qui eo infidet, nobis habeamus inhabitantem: ille nãque ſe odientes dilexit, & in amore perſeuerat. Solis enim vt probis, ita & improbis ortum præbet, iuſtis æquè atq; iniuſtis pluuiam dimittit. Tu ergo amantem te
Matt.5.d deum cole, ob hunc enim in te amorem, inquit, gehennam cõminatus eſt, & ſupplicia. Nequitiã quidẽ intercludens, ac tanquam frenis ſiſtens tuum ad peiora prolapſũ, proſpera aduerſaq; obiiciendo, nihil intermittit quatenus te comprimat ruiturum: nam & te nõ ſolùm ſibi adiungit, ſed omni inimicitiarum genere habenda eſt, liberum reddit. Quòd ſi hæc dicta irriſeris, libueritq; nequiter potius vitã ducere, q̃ ad diem vnum tormentis vexari, nihil eſt mirum: id enim eſt tũ D mentis nõ integræ, tum temulentiæ, & inſanabilis morbi indicium. Nam & pueri minutiores cùm medicum ſpectant, vel vſtionem, vel inciſuram aliquam illatum, diffugiunt gemebundi, & ſe lacerantes exiliunt, malũq; ſanie continua & tabe interire, q̃ momentaneum dolorem ferre, vt in reliquum cõualeſcant: verùm qui mentis ſunt compotes, nõ ignorant aduerſam eam corporis valetudinem fore, cauterio quouis & ſciſiõe grauiorem: nec minus improbũ eſſe, quoduis ſupplicium malignitate excedit. Sanitas enim medelã conſequitur, at morbi incuriam & neglectum, interitus vel aſſidua valetudo. Quòd autem ſanitas lãguore ſit potior, latet neminem: ſiquidem & prædones haud tum ſanè cùm latus tranſfodiuntur, ſunt deplorandi, ſed cùm muros perforãt, & homines enecant. Nam ſi anima corpore præſtãtior eſt, eius potius eſt deplorandus interitus: idq; eò magis dolẽdum, quòd nullũ ex vulnere dolorẽ ſentit. Enimuero & qui perdito detinẽtur amore, maiore ſunt venia digni, quàm qui grauiori febri vexantur: vinóque graues, q̃ qui E torquentur amore. Dicet aliquis, ſi adeò hæc (vt inquis) grauia ſunt, cur illa optamus? Reſpõdebo equidem, quoniam pleroſq;, vt aiunt, hominum peiora delectant, ita vt malis electis potiora prætereant: quod & in epulis rebuſq; publicis, ac vitę huius actionibus, fruendisq; voluptatibus, in fœminis ipſis, ædibuſq;, & mancipiis, agris, & reliquis in rebus ſpectare licet. Quid enim delectabilius, mulierine an maribus cõmiſceri? fœminis an iumentis? inuenies tamen nónullos fœminis reiectis cum beluis habere cõgreſſum, mariumq; corpora ſumma iniuria conſpurcare: tametſi quæ naturam ſequuntur multò magis, q̃ quæ contra fuerint, voluptatem afferunt. Sũt tamen pleriq;, qui res ſupplicio & irriſione dignas, minusq; delectabiles pro ſuauibus & amœnis cõlectantur. Dicet aliquis, at iſtiuſmodi res cõſueuiſſe nonnullis eſſe voluptati. Idcirco magis, ac magis eos dixerim calamitoſos, q̃ inſuauia pro ſuauibus ducãt, pœnamq; acerbiorem, q̃ peccata ipſa cõſtituant: quod longè aliter eſſe cõſtat: nam ſi peccãtibus pœna obeſſet, neq; mala deus malis ingereret: nec enim diuinæ fuerat voluntatis, quos creaſſet, malos fore: neq; is nequitiam auxiſſet, qui eam extinguere maximum ſit in modum eniſus. Non igitur F illata peccanti pœna pro malo habenda eſt, quin malè cum eo fuiſſet actum, ſi nullo eſſet ſupplicio affectus: foretq; ægrotanti illi haud abſimilis, cui nulla pro eius valetudine cura adhiberetur. Nil itaq; adeò officit, q̃ abſurda & immoderata libido: abſurdum autẽ dixerim deliciarum, inanis gloriæ, potentatus, & reliquarum rerum, quę fruſtra appetuntur, cupiditatem. Qui enim molliorem hanc, ſolutamq; vitam duxerit: etſi omnibus appareat eſſe beatior, cunctis tamen eſt profectò miſerior, quando quidem graues animæ ſuę heros, tyranno⟨illegible⟩ inuexit. Eò nanque deus vitam laborioſam effecit, vt eius nos ſeruitute liberaret, abſolutamq; in libertatem induceret, propterea q̃ & ſupplicia comminatus eſt, & labore molliciem comprimendo, vitæ huic cohæredes effecit: Nam & Lydæi cùm luto eſſent & lateribus operan-
Exod.5.c dis adſtricti, & humiles erant, & deum frequentius inuocabant: poſtq̃ verò libertate ſunt vſi, dominum querueli ad iram concitarunt, & malis ſunt innumeris circũuenti. Quid igitur de his dixeris, qui calamitatibus & preſſuris nonnunquã ſuccumbunt? reſpondebis fortaſſe illos non ob calamitatẽ, aut aduerſam fortunã, ſed propria quadam imbecillitate ſuccubuiſſe. Nã ſi quis adeò languenti ſit ſtomacho, vt amaram aliquam medelam,

quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

G quæ illum sanare queat,non patiatur ,ita vt hausta offeciſſe potius quàm profuiſſe videatur: nō eſt profectò potio iſta,ſed affecti ſtomachi valetudo,culpanda: nec ſecus ea in re animi leuitas quædam incuſanda eſt: nā qui fuerit aduerſis animo conſternatus, eandem vel maiorem in proſperis iacturam patietur : quippe qui vinctus cōciderit (id enim preſſuram & infortunium dixerim) facilius cùm ſolutus fuerit & liber,lapſurus eſt:ſi cōſtrictus itaque,& calamitate preſſus conuincitur quiſpiam, lōgè magis,cùm ea vacuus aut miſſus fiet.Quo, inquiet aliquis, pacto potuerim non vinci , infortunō & calamitate oppreſſus?Poteris quidem,ſi te non fugerit voléti tibi vel inuito,aduerſa omnia eſſe toleranda:quæ ſi animo patienti tuleris,plurimum lucri feceris: ſi iniquo, contumaci, & maledico , calamitate nihil imminuta, maiorem in te procellam concitabis.Quę cùm ita ſint, faciamus ex neceſſitate voluntatem ſeu virtutem. Exēpli gratia,Proprium quis amiſit filium,ſubſtantiam aliq̄ omnem,& fortunæ bona,ſi noueris quod ſemel peractū eſt,nec deleri amplius,nec ſolui poſſe, licebit ex ea inſa
H nabili calamitate vtilitatis aliquid cōparare : ſi magno ac virili animo aduerſos tuleris fortunæ caſus , próque maledictis domino laudem referas , hoc pacto quæ ſpē præter obuenerint mala , in voluntatis officium commutabis.Spectaſti filium immaturē ereptū, dicito: Dominus dedit,dominus abſtulit.Vidiſti rem tuam immi
Iob.1.d nutam,illud in ore habeto: Nudus exiui de ventre matris meæ,nudus decedā. Verùm ſi improbis videris rē
Ibidem. bene ſuccedere, iuſtos autem infœlices eſſe , multaq̄ & grauia pati , & eiuſmodi infœlicitatis cauſam ignoras, dices: Beſtia factus ſum apud te , verùm ego ſemper tecum . At ſi quæſieris cur res hoc pacto ferri permittat deus, intellige ſtatutum eſſe per eum iudicij diem , quo
Lucæ.16.e mundum ſit iudicaturus:hoc modo nihil poſtea hęſitabis,nihil amplius tunc enim pro meritis quiſque nō ſecus ac Lazarus, & opulentus ille recepturus eſt præmiū. Reminiſcere quemadmodum apoſtoli cùm eſi eſſent, & diuerſis tormentis plerique affecti,ſummopere lætabantur , quòd dignarentur pro Chriſti nomine iniu-
Actō.5.g rias perpeti. Ipſe verò cùm in aduerſam incideris valetudinem,feres æquo animo languorem,deoq̄ ob id gra
I tiam dices : hoc modo parem illis recipies mercedem. Poteris præterea valetudine & dolore affectus deo gratias reddere,ſi eum ex animo colueris: nam ſi in ignem tres illi coniecti pueri,aliiq̄ carcere,& vinculis detenti, vel malis innumeris obducti, nihil intermittebant deo gratias,laudesq̄ referre : multò magis qui corpore fuerint inſano & affecto.Nihil eſt enim,nihil inquam tam horridum,tamq̄ tremendum , quod hi qui vel morbo, aut pœnis diſcruciantur, non ſuperent , ſi diuino ſint amore incenſi,& ita vt neque ignis,neque ferrum,neque inopia,neque languor aliquis,neque mors, neque aliud quippiam iſtiuſmodi , graue aut moleſtum appareat ei, qui hunc ſit erga deum amorem conſecutus:quinetiam aſpernatus cuncta , & irridens ſubleuabitur ad cœlum, vbi pari cum reliquis eodem diuerſantibus vtetur beatitudine:terris inſuper & pōto repudiatis, in diuinæ gloriæ ſplendorem duntaxat , & pulchritudinem firmabit obtutum:illiq̄ adeò animum intendet, vt rebus vitæ huius haudquaquam aliquā in partē aduerſis flecti queat, vel proſperis,& iucundis efferri.Afficiamur itaque amore eiuſmodi,quē æquiparare nihil poteſt,nec ſolum præſentium aut futurorum bonorum gratia,quin his omiſſis ob ipſius amoris naturā. Sic enim ſumus tum in hac vita,tum in futura ſupplicia euaſuri & pœnas , ac regnū cœleſte illud vendicaturi . Verùm neq[ue] gehennæ eui K
tatio,neque cœleſtis imperij fruitio,pr[ae]magnis habenda ſunt,ſi cum his quæ dicturi ſumus, inferantur:ſiquidem omnium præſtantius eſt deum colere , eundemq̄ tui habere amatorem , cuius amor etſi mutuò inter homines eſſe contigerit, omnem ſuperat voluptatem . At ſi idem & deo ineſſe comperitur, quæ mens concipere, vel quæ eloquentia poterit concupitæ animæ beatitudinem,quam vel ſola tolerantia promerebitur,explicare? Vt itaque experientia ipſa tum ſpiritalis iucunditatis hu
Eſa.3.d ius,tum vitæ beatioris,& dei,in quo vniuerſæ ſunt opes, haberi per nos cognitio poſſit , relictis cæteris , diuino huic amori,& noſtri oblectandi cauſa, & dei qui & colendus,& efferendus eſt gratia incumbamus.

DE GRATIIS REDDENDIS DEO non ſolùm verbis,ſed etiam operibus, Sermo.Incerto interprete.

GRatię ſunt per nos deo habendæ,quando cum his qui ſalui ſunt facti , & ipſi annumeremur: L
& eam quam ex noſtræ vitæ actionibus haudquaquam eſſemus ſalutē emeriti,dei ſumus munere ſingulari conſecuti:idcirco vt gratias illi reddamus, nō ſolùm verbis,verùm erit & opere enitendum:poteritq̄ tū vera quædam gratitudo dici , ſi noſtris ex actibus deus laudem conſequatur, cauerimusq̄ ne in eadem illa recidamus,quæ ante improbata euaſimus. Nam ſi ipſi forte imperatorem aliquem fuerimus conuicio & probris inſectati , isq̄ nos contrà pro pœna emerita honoribus auxerit : nōne & meritò ſupplicia prioribus acriora eſſent ferenda, ſi rurſum quemadmodum ingratitudinis & procacitatis conuicti,eūdem conuiciis inceſſerimus? Neque enim adeò nos prior illa in principē illata contumelia,quàm quæ poſt ſuſceptos honores,& commoda ingeſta iniuria ingratos argueret . Quocirca fugienda erunt,quibus antehac liberati fuerimus diſcrimina: neque ore duntaxat ſunt gratiæ deo habendæ , ne fortè de
Eſa.29.d nobis illud pronuncietur : Populus iſte labiis me honorat,corde autem longè à me abeſt.Verum quo pacto nō
Pſal.48.a abſurdum illud videri debet,cùm & cœli ipſi dei gloriā prædicent:ipſe verò cuius ob gratiam ſunt illi effecti,ita te geſſeris,q̄ tui & fictor & creator deus te propter ma
M lè plerunque audiat? cui ſceleri non ſolum qui maledixerit erit obnoxius,verūm & ipſe qui maledicendi cauſam dederis fores pœna mulctandus:vtq̄ & cœli etſi nō magis taciti deū laudibus proſequuntur, quàm eius cœleſti facie ad diuina præconia mortales inuitant,dicuntur tamen deo laudem pronunciare:ſic & qui vitam duxerint puriorem,vel ore ſilenti deum extollere videbūtur , quando ſui quodam exemplo & reliquos homines eundem vt laudibus efferant,pelliciunt. Siquidem deus non tantum admirationis & laudis ex cœleſti hac formata machina vendicat, quantum gloriæ ſibi ex optimis vitæ huius humanæ actionibus comparat : quippe cùm de fide aduerſus gentes oritur diſceptatio, nullum cœtum quin homines ipſos proferimus , qui cùm antea fuiſſent feris beſtiis truciores,angelorū ſint diuino impulſu imitatores effecti,qua vitæ immutatiōe producta, cōfeſtim illis ora occludimus : eò magis cùm homo ſit cœlo præſtantior, liceatq̄ eū animo parere cœleſti quouis ſplendore micantiorem:cœlum enim etſi tandiu ſit ad viſum expoſitum, non tam habet perſuadendi vim, quam Paulus eſt tam ei Chriſti fidem vulgando ſecutus,vt ad ſe terrarum orbem traheret vniuerſum
ius & anima vel cœlo digna eſt habita, cùm noſtra nec
terra

A terra dignanda ſit:cumq̄ & cœlum ſuis terminis prę-
ſtet,huius tamen animi celſitudo vel cœlum ſuperans
Chriſto obuerſatur , tantumq̄ decore præſtat , vt vel
diuina ſit laude dignatus.Itē & angeli cùm eſſent crea
Actō.9.c ti , aſtra ſunt ipſi , & ſtellas demirati : hunc verò ille
qui protulit,Vas mihi electionis eſt iſte,mirandum ef
fecit . Cœlum præterea hoc nebulæ plerunque obducunt:at Pauli animum nulla vnquam rerū obtexit anguſtia,quin aduerſantibus cunctis tranquillior quauis meridiana luce videbatur, eamq̄ animi conſtantiam, & nitorem in turbida tēpeſtate ſeruabat,quam in ſereno ſeruaſſet:ſiquidem ſol qui in eo fulgebat, nec tā infirmos radios emittebat, vt ex moleſtiarum concurſu
2.Co.12.c hunc ſineret obumbrari,quin ea propter magis ac magis clareſcebat.Vnde reſpōſum illi eſt: Sufficit tibi gratia mea,virtus enim in infirmitate perficitur . Imitemur itaque & ipſi Paulum: non enim (modò id libeat) cœlum ipſum & Sol , vel orbis vniuerſus alicuius eſſe
momenti apparebunt,ſi nobiſcum conferantur . Hæc
quippe noſtri ſunt gratia effecta,nec ipſi ſumꝰ illorum
B cauſa creati:idcirco oſtendamus non immerito cuncta hæc extitiſſe noſtri contemplatione ędita,quorum ſi nec creationē,nec cœleſte videbimur emeruiſſe imperium,nec Solem ipſum intueri, his proculdubio indigni erunt quotquot in dei contumeliam vixerint:ergo rebus ad dei laudem enunciandum creatis indignè fruentur,qui fuerint in opificem rerum contumelioſi:ſiquidem & filius ſi patrem laceſſit,nec dignus quidem iudicabitur, qui ſeruis anteponatur in diſpenſando non improbis.Cur id:quoniam creata hæc cùm pluma ſint gloria potitura , nos ſupplicia & tormenta merebimur.Quantæ igitur illud ærumnæ fuerit, cùm ea quæ ad noſtri ſunt gratiam condita,& dei filiorum, & libertatis figuram præ ſe ferant,nos verò in dei libe
ros & habitos,& creatos præ ignauia quadam iri perditum,per quos reliqua,quæ fuerint creata , cœleſtem
ſint beatitudinem habitura : Ne igitur illud eueniat à
nobis,qui animo fuerimus puriori, curandum erit vti
idem ille ſuo ſtatu perſtet integer,& immotus,augeaturq̄ ſplendore,& lumine illuſtretur:nec nobis tamen
Eſaiæ.1.e deſperandum,ſi illum ſimus ſordidum & ſqualentem
C ſortiti. Quando,vt ille inquit,ſi fuerint delicta veſtra vt coccinum rubentia,quemadmodum niuem dealbabo:ſi rubra,in velleris ſpeciem candida reddam . Nil itaq̄ erit de diuinis pollicitationibus hæſitandū, quin ita viuendum,vt pellectæ in commodum cedant , cui
ſunt grauius pleraque commiſſa. Quorſum hæc? nondum tibi paratum ſpectaculum dimiſſum eſt , nondū vallum exceſſiſti & foſſas,licet adhuc extremæ palæſtræ victoria priorum certaminum damna farcire:
Lucæ.16.f nondum eo peruentū eſt,vbi & diues ille cruciatur,vt audire queas,Chaos inter nos eſſe immenſum . Nondum ſponſus aduenit,vt oleum quis vereatur imparti
Matt.25.a ri,datur adhuc illud emendi & ſeruandi facultas, nōdum quiſpiam eſt qui id dixerit : Ne fortè nobis & vobis ſit haud ſatis.Etſi tant enim adhuc opulenti complures,ſuperſunt nudi,famelici,valetudinarij, & carceris incolæ:hos alacres induito, iacentis & ægroti curam ſuſcipito, fluet hoc pacto & tibi oleū quin & ſuis fontibus vberius : nondū rationis reddendæ aduenit dies, vtere hoc ad opportunitatem tempore, præcide debita, & miſſa facito,debentiq̄ olei cados centum dicito: Accipe librū,& quinquaginta inſcribe: itidem tū in re pecuniaria,tum dictis factisq̄ tuis,& reliquis actionibus egeris velim optimam illam diſpenſatorem imi-

tatus:eadem hæc vt teipſum,ſic & neceſſarios,ſangui- D
neq̄ coniunctos commonefacito:dum loquendi facultas ſuppetit,dum nulli ſint in tui locum neceſſitate aliqua,vt id exequantur , ſurrogandi: dū habes vt tibi, ſic & cæteris conſulendi arbitrium. Quippe cùm illo aduenerís, neutrum horum facere commodè licebit, & meritò quidem : qui enim tantum temporis ſpaciū acceperis,nec tibi interea,nec alteri cuiquam profueris:quò pacto,cùm fuerit in iudicis manus peruētum, conſequi iſtiuſmodi gratiam quiueris ? Quæ omnia ſi in vnum contulerimus,enixius erit noſtræ ſaluti inhærendum,neque vitæ huius opportunitas intermittenda,Poſſunt,inquam, poſſūt vel in ipſo vltimo ſpiritus efflatu gratiæ deo haberi,licebitq̄, & ſi non pari facilitate,ex teſtamento cum deo in gratiam redire . Dicet quiſpiā , quōnam id pacto fiet? fiet quidem ſi Chriſtū tuis hęredibus cohæredem adſcripſeris,& portionem illi hæreditatis totius imparties:quem & ſi viuens nō alueris , moriens ſaltem ē tuo aliquid illi relinquito, vel tum maximè cùm deſinunt tuæ eſſe ditionis quæ poſſides.Nam vt ille natura clementiſſimus, nec paruo per te oblata penſabit : quanuis qui eū viuens alue- E
rit,& meritis maioribus,& amore ampliore ſit dignꝰ: quod ſi non egeris,ſaltem quod reliquum eſt aggrede re,eundem ſcilicet tuis facito cohæredem: vel ſi id facere pigebit,animaduerte hinc te per eius genitorem hæreditatis effectum eſſe participem,eoq̄ inhumanitatem hanc tuam,& ſæuitiam perdendam cenſebis.Qua enim ipſe fueris ratione excuſandus,ſi eum ad hæreditatis cum filiis vnà non admiſeris communionē, qui tibi & cœlos communicauerit,qui mortem tui ob cauſam non obligatus, ſed gratiam facturus ſubierit, pro quibus ſuis immenſis in te beneficiis magnum es illi in modum obnoxius:hæc cùm ita ſe habeant, non vt debitū exacturus coronat te,& palma donabit, ſed vti munus à te,aut gratiam ſuſcepturus.Præbe itaque illi abundè pecunias,nec vſui tibi futuras in poſterum neque vltrà in tua poteſtate permanſuras:vt tibi imperium largiatur perpetuò valiturum,& donet item præſentibus his fortunæ bonis.Proinde cohæres per te cōſtitutus,& liberorum leuabit orbitatem , inſidias ſoluet,& moleſtias propulſabit,& calumniantiū ora occludet:quodq̄ vel filij nequeunt, teſtamentum tutabi- F
tur,corrumpiq̄ haud ſinet:vel ſi permiſerit , quæ fuerint per te ex ſcripto relicta,propriis facultatibus cōpenſabit,liberalitate ſumma,& munificentia , eò magis quò fuerit per te huiuſmodi honore dignatus , vt hæres adſcriberetur . Conſcribe itaque hunc cohæredem:is enim eſt cùm ſe adieris , omnium quæ viuens geſſeris cauſam cogniturus.Eò accedit,q̄ homi[n]ū plerique miſeri quidem & calamitoſi,cùm nullos ſuſceperint liberos,id tamen facere nec patiuntur, quin parasitis malint,aſſentatoribus huic illiue eorum fortunas , quàm Chriſto optimè de ſe merenti impertiri, Quo quid fieri poteſt à recto magis alienū? Cuiuſmodi homine ſiue cum beluis,ſiue cum lapidibus ipſis cōtulerit quiſpiam, nihil profectò afferet,quod horū hominum ſocordia fit,& inſenſibilitate,dignum , neque quauis rerum ſimilitudine iſtorum quiuerit veſaniam & furias explicare.Quam igitur hi veniam aſſequentur,qui cùm in humanis agerent,nullam Chriſto alimoniam dederint,nec demū vita exceſſuri, ex his pecuniis(quarum nulla eſt eis amplius certa , aut futura poſſeſſio) aliquid velint illi vel tenue , & perexiguum dono deferre:quin adeo ſe maleuolè in eum & hoſtili

Universidad de Deusto
Biblioteca

G ter gerũt,vt ne ea quidem,quæ nulli sunt sibi vsui obuentura, Christo impertiantur ? Num haudquaquam aduertis plerosque hominum ne tali quidem fuisse vi uendi fine dignatos,quin repẽtè morbo correptos excessisse è vita,cùm tibi deus & propinquos consulendi,& propalandi fortunas,domui etiam vniuersæ disponendi facultatem concesserit? Quam ergo afferes, quę purgare hanc tuam possit pertinaciam,rationem? siquidem pro accepta gratia dei sis beneficio , abusus, longoq; absis interuallo tum tua,tum maiorum tuorũ fide.Illi enim dum viuerent,cuncta,quæ habebant, ad pedes apostolorum conferebant: tu verò vel moriens tuarum rerum partem egenis demanda, idq; si facere neglexeris(tametsi alienæ inopiæ subleuatio potior sit, dum spiritus hos regit artus,& fidentiorẽ facit)morti tamẽ proximus ede aliquid,quod animi præferat magnitudinẽ,amorisq; erga deum,etsi non immensi,mediocris tamen indicio sit futurum.Ita fiet,quòd & primas non fueris cum agnis sedes habiturus, non parui possit existimari,si post eos secũdas obtinueris,nec tibi sit ad sinistram cum hædis commorandum. Quod H si ne id quidẽ erit per te peractum , qua poteris ratione excusari quando nec dei timor,neque inutilis & superuacanea pecuniarum futura possessio, neque liberis relinquenda securitas, neque ampla illa,& proposita tibi & seruata venia reddere te humanum queant? Quas ob res vos equidem hortari velim,vt vestras hasce facultates & bona, maiorem in partem dum aurã hanc spiratis, facereq; id viuendo licet,egẽtibus relinquatis:quòd si fuerint nonnulli adeò pusillo animo,& abiecto,qui exequi id optimũ facinus minimè patiãtur:in re tamen vrgente, & vitæ discrimine pietatem seruent,eò magis quòd cùm vitam hanc ducerent,nõ secus atque immortales futuri, his bonis fortunæ inhærebant:nunc vero certiores facti, ea fuisse se conditione natos,vt moriantur,desinant id opinari,consulantq; rei suæ vti mortales.Ipse verò etsi graue tibi illud,horribileq; videbitur quod sum dicturus,dicendũ est tamen,parem facito vel tuis Christum mancipiis: quæ vt per te nonnunquam libertate donantur , ita & is inedia erit, vinculis, inopia, & nuditate soluendus: contremuisti id fortè audiens , vel hisce perculsus es verbis,quin potius si ea non egeris, magis erit contremiscendum:siquidem moriens illo concesseris,vbi & grauiora his multò exaudies, & insanabilia tormenta spectabis. Quid tum,inquies? ad quem confugies?quẽ tibi in auxilium vt opem ferat deposces? num Abraham ? Non te audiet . Num virgines illas?nehæ quidem olei tibi quicquam impartientur: num genitorem? num proauos?non certè quiuerit horum quispiam,vel si sanctimonia præstet,latam in te sententiam soluere.Quę omnia tecum animo reputanti, ille & solus precãdus erit, & exorandus,qui & scriptã in te delere dãnationem potest, & incendium restinguere : quod proculdubio assequeris , si inopem continuò & alimonia iuueris,& amictu:ita fiet vt hinc spei plenus abscedas, & illò profectus bonis futuris potiãris.

Acto.4.g

IN SEQVENTEM ORATIONEM INTERPRETIS PROLOGVS. K

QVærẽti mihi generosissimæ uirgines: quidnam uobis potissimum scriberem,uenit in mentem quod spectatissimæ parenti uestræ iucundum,uobis idoneum,mihi propterea nõ incongruũ esse uideretur, beatissimi uiri Chrysostomi orationem de Græco in Latinum traducere. In qua uir ille diuinus de uirtute & uitio ita copiosè , ita etiam luculenter disserit,ut qui tanta opulentia,tantoq; splendore orationis abundet,uerè Chrysostomus dici meruerit, cuius ab ore,ipso quoque auro clarior fulgeat oratio.Cùm igitur sæpe mecum egerit optima genitrix uestra,ut uos nonnullo huiuscemodi munere donarem,id quicquid esset laboris,fideliter magis,quàm confidenter suscepi.Neque enim scribendi elegantia fretus,quæ mihi nulla est:sed tantùm apud me ipsius authoritas ualet,ut petenti sibi negare nihil possim , hoc quod erat , æris alieni quoquo modo persoluere debui. Sed cum meminissem diuinarum rerum præceptoribus quantopere delectetur , gratum fore munus putaui , si præstantissimi doctoris præcepta in medium proferrem. Ea præcipue,quæ uirtutis,& uitij discretionẽ mentis nostræ oculis subiicere possent, quæ scilicet uestris studiis, seu exercitiis propemodum conferre constaret.Neque enim sum nescius uos ad uirtutem colendam natas esse,cùm maiorum uestrorum, & præcipue parẽtis optimæ uestigia cognoscere, atque adeò imitari cœperitis,ut tanta ingenia sub tanta duce,quæ uirtutis egregia opera æditura sint,facilè perspiciant:quæ cùm ita sint, quid mihi magis cõueniat,quàm ea ab illustri uiro delegisse,quæ præstantissimam parentem uestram,cui omnia debeo,delectare possent? Vobis autem generosis dicasse uiginibus,quas una & communis gloria uirtutis excitat.Sed iam Chrysostomum ipsum quanta orationis authoritate præcipiat,quæso audiatis. Valete.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI DE VIRTVTIBVS & VITIIS, SERMO.

SVnt quidam huius loci homines, virtutis illi quidem studiosi,quibus relicta vrbe occupare montes præcipuum fuerit. Eorum autem si quis roget,quidnam ita ab vrbe secedant, haud sanè ignoscendam excusationem inueniet: ne pereã, inquit, néve ex virtutem obtusior efficiar , me ab vrbe disiungo.Et quantò melius erat obtusiorem te fieri, & in aliis potius lucrum facere , quàm in alto sedentem M pereuntes fratres despicere?Cùm igitur virtutem cæteri quidem penitus negligant, eius autem qui curam agunt,aciem deserere parent:quónam pacto delere hostes poterimus?Et si enim diuina nunc signa prodeãt, vbi vitium adeò latè patet,quis nobis credere, aut animum externus aduertere volet?Hoc enim vulgò si recte viuimus,multò quidẽ fide dignius,videtur . Signa videlicet apud homines pudoris & probitatis expertes,improbam quoque suspicionem admittunt:at verò integra hominis vita , ipsius etiam ora diaboli potissimum obstruere poterit.Si ergo in terris esse,ac nó esse modò,hac institutione vitæ perficiatur:licet autem Pauli exemplo,non esse:nosmet igitur rapiamus ad ra- ,cælumq; ipsum continuò petamus. Nihil est enim, nihil est inquam,quod nos omnes , si uelimus, superare possit.Nam si artes,quibus multi insistunt,vehementi industria plerunque percipimus:id nimirum facilius consequemur, quòd minori laboris nequaquam indigeat.Quid enim hic agè,quid difficilius est,quàm in fune contento super eum quasi per solum incedere, subire etiam,ac redire veluti strato insidentẽ? dic obsecro,quid difficilius est,quàm in fronte contum erigere,

A gere,superinposito dehinc pugione mot⁹ innumeros dedisse,quibus spectatores applaudant?Nónne horrenda nobis res adeò videtur,vt nec spectare quidem patiantur oculi,sed ipso etiam visu timeamus, formidemus?Verùm his omnibus facilior est virtus,si & cœlũ ipsum conscendere velimus . Nec mihi illud dixeris, velle ego quidem , sed nequeo : si enim rem quampiam consequi optantibus,nõ solùm voluisse sufficiat, sed opera quoque simul adhibenda sit:multò magis cupientes scandere cœlum,virtutis actione indigemus. Quòd si virtutem prædiscere velis,nec laboriosam esse,quæq; facilè comparari possit:eia si lubet,considera mecum degentes in montibus viros:hi nanq; domos relinquunt,vxores, liberos,dignitates omnes, & ipso deniq; mundo se quoque interdicunt,obsiti sacco , sibi cinerem substernunt, stola cohibentes collum parua se cellula includunt, nec ad hoc vsque peruenisse contenti,ieiuniis assiduaq; fame seipsos deducunt.Nec mihi illud dixeris,potuere illi quidẽ. Multi enim te multò infirmiores,ditiores,meliores , duram illam tetricamq; vitã subiere,sed magnũ esse tamen illud , sum- B musq; scopulus,& cœlo proximus apex,tu verò ad sũmum nequaquam euadere potes:non igitur si humilia tenes,inferiora etiam pete. Pecunias exuere nõ potes, age verò hoc saltem,ab alienis manus abstineas. Ieiunare difficile est,at effluere deliciis vel hoc vnum libenter omittas . Cùm enim tanta Christus pro nobis passus fuerit,pro nobis,inquam,inimicis:quid nos vicissim perferre possumus,vbi pro eo patientiam præstitisse videamur?Nulla igitur nec vnde nobis erit illa die loquendi libertas.An ignoratis militem vbivulnera & plagas aperiat,illustriorem tum denique apud imperatorem haberi: quòd si nullum possit egregium facinus ostendere,quanquam nihil perfidiosè fecerit, in postremis tamen solere constitui?Sed non belli tẽpus est,inquit:quod si esset,obsecro te,quis pugnam iniret,quis hostib⁹ insidiaretur, quis aciem disrumperet? fortasse nullus.Cùm enim te videã, nec pecunias quidem pro Christo cõtemnere posse:quónam pacto vulnera credam contempturum esse? dic agè cõtumelias fortiter pateris,& meliora dicis . Non facis, inquam, sed offenderis.Vbi periculum nihil est,refugis: & vulnera,quæso,feres,vbi doloris & angustiæ plurimum? Ne nos igitur frustremur ipsi pollicentes nobis suauem tantisper huius vitæ fructum , vt breui deinde labore vniuersi temporis vsuram capiamus.Nam si terris imperantem post multa deinde pericula,multaq; ex auausta bella vix vllus confidenter aspicere potest: quidnã cœlestem quisquam regem aspiciet, qui per omne suæ vitæ tempus, cæteri obnoxius fuerit , sub altero militiã gesserit?Cepisti à deo nobile genus , quid vim naturæ prodidisti?quid agis?respondeæ quæso.Habẽt cęteri artes,quibus quantùm permittitur,aues etiam in hominum genus transformare possint : psittacos & pi s in vocem humanam erumpere docent.Violant arte naturam,leones mansuescere faciunt, per forum vndiq; trahentes eos.Mansuetum reddis leonem, & teipsum lupis ferocior.Num instituis. Iam verò id ægrius ferendũ,beluarum quidẽ vniuscuiusque vitiũ est:improbior verò omnis homo ita, neque enim vno sæpius vitio laborat,sed in animam quam multarum simul beluarũ vitia congerit. Nec mihi igitur persuadeas humanam tibi animam esse.An tu,inquã,si quid hominis sapias, beluarũ vtique dominus,beluarum cupiditatibus seruire patieris?Quomodo igitur appellẽ egò te homi⁹, qui nulla regis insignia teneas?Veniat in mentem,ve- D niat plerũque tibi,cuius imaginem geras: haud ita credo poteris in beluarũ adeò vilissimũ genus corruere. Vt enim in theatris qui per sublatum funem scandere,ac descendere exercent , si parũ aliquid oculorũ acies errarit,præcipites continuò ruunt:ita qui spiritualem grassantur viam, si breui segnitie tẽpus concesserint,per anfractus quosdam proni sæpe truduntur. Et fune illo quidem hic limes angustior est erectus magis & arduus, multoq; celsior, cuius ad apicem terminatur cœlum . Et cùm supremum illud fastigium tetigerimus,tũ verò gradus nobis incertior.Quippe in ędito stantẽ plurimus circunsistit horror:cui spes certè vna relinquitur,ne flectat ad ima aciẽ, nève terrã humilem despiciat.Inde caligo prorsus ingens , grauisq; obuersatur oculis.Et sicut in cithara nõ vnius tantùm fidis melodiã excitasse satis est,sed omnes pari quodã numero percurrendæ: sic in virtute animi nõ tantùm lex nobis ad salutem sufficit,sed omnes æquè diligenter obseruãdæ sunt.Quid enim,obsecro te, quid prodest attentius orare,segnius miserescere:vel etiam miserescere quidem,sed cupere cuiquam vim inferre:vel E nec cupere,nec vim inferre,sed ad ostentationem hominum,& ambitionem spectantium omnia facere:vel denuò miserescere,idq; omni diligentia, & pro voluntate dei miserescere, sed hoc ipso confidenter inniti, & in animi⁹ quandam sublationem efferri: vel rursus humilem præstare se equidem,& impensius vacare ieiuniis,auarum autem esse,negotiatorem esse,terræ penitus infixum esse , & in animam suam malorum omnium parentem auaritiam vexisse?Ob hoc ipsum videlicet etiam amator hominum deus ita disposuit omnes homines coalescere in vnum sine discrimine bonos & malos,vt & horum vitium resecetur, & illorũ virtus illustrior reddatur. Magnas verò ex consuetudine bonorum ignaui homines,si modò velint,vtilitates consequuntur.Quemadmodum enim boni ac probi viri duplici honore digni sunt , quòd & frugi scilicet fuere,& ab improbis nihil quicquam vitij traxere: sic & mali duplici pœna mulctandi,quòd cùm boni esse possent,& per vitia improbi fuere,& à bonis virtutis nihil adipisci voluere.Pari ratione, sicuti bonos nõ improbi solùm,sed probi quoque admirãtur:ita & im F probos non boni solum, sed mali etiam odere . Atqui vulgus improbos admiratur,vt qui nocere aliis,& iniuriam potissimum inferre possint:ignarũ quippe vulgus,qui nesciat eos quantò cæteris miseriores habendi sunt,qui dum aliis nocere existimãt,seipsos gladio transfuerberant:quod suprema prorsus amẽtia est,seipsum percutere,& hoc ipsum nescire,sed cũ aliorum iniuria credat afficere,tum vero seipsum omnino iugulare.Nec malum est enim affici malo,sed afficere alios, & contumeliam pati nescire. Quid enim iniuriæ dicã passum fuisse Dauid?Quid vero intulisse Saũl?quis igitur infœlicior fuit,quis miserabilior?& rursus, quis illustrior,quisve fœlicior ? Nónne hic molestia, & iniquo dæmone angebatur:ille autẽ vel Sole clarior erat trophæis,& qua deum præcipue colebat,ingenti pietate super æthera notus?Nónne hic tabescebat inuidia:ille vero dum tacitè omnia ferret,omnes sibi charitate vinciebat.Et hic sæpius eadem aggressus est: ille vero dum fugit,hostem in manibus cepit,capto deinde pepercit.Ex his igitur quis nam infirmior, quisve ignauior apparet?nónne qui alterum agitabat iniustè , nec id sine ratione ? Quid hic milites premendos armis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gille verò iustitiam innumeris legionibus validiorem, sociam sibi & auxiliarẽ ascíuerat? Postquàm verò hic ita affectus iniuria & victor, ipse deinde alium affecit, en vide vt protinus infirmior efficitur. Iniustè læserat
2.Reg.11.c Vriam, permutata rursus acies, transfugére continuò robur & infirmitas: hæc ad exercitum nocentis, illud vicissim ad castra læsi. Et hic quidẽ mortuus etiam illius vastare domum potis erat: at contrà rex ille, & superstes nihil omnino poterat. Hic verò & miles, & cassus miles res illius omnes, suaq; seq; habebat. Quẽ igitur innuere perspicias, & omnia diuinũ cultum referre intelligas? Hic si innumeris etiã catenis obsitus fuerit, si semper in carcere vixerit, si apud indignos serui tutem tulerit, si pauper sepulchro reuulsus, cõbustusq; fuerit, si tractim perdendũ corpus præbuerit, si deniq; graue quicquid dici potest passus fuerit: hunc beare, hunc fœlicẽ dicere, hũc desideria tollere memineris. Quòd si alium per flagitia videas, per scelera, per summa vitia viuere, multis verò honorib⁹ fungi, regio sedentẽ solio, diademate ac purpura insignem: super eo lachrymas funde, miserabiliorem ante alios, eumq; omni lamentatione dignum existima. Nihil enim reuera miserius anima sic affecta. Iam & si totus ei paruerit terrarum orbis, quid prodest affluere diuitiis, cum virtute omnibus inferior existat? Quid lucri dixerim tot tantisq; rebus imperare, cùm sibipsi passionibusq; suis imperare nõ possit? Si enim ad salutẽ nostram nobis virtus haudquaquã sufficiat, sed alios etiã virtute præditos adire necesse sit: quãdo nec nosmetipsos, nec alios itidem seruemus, quónam plectemur supplicio? vnde nobis erit spes reliqua salutis? Et hoc simul accipias, si deo placuisse hoc demum est hominem esse id, qui nec parum quidem audiens dicto præstiterit: quid aliud esse quàm fera cẽsebitur? Cogita quàm sit iniquũ ex hominibus velle nos Christũ in angelos cõuertere, nos ex hominibus in feras descendere. Nam vẽtri parére, pecuniarũ cupiditati succumbere, ira excandescere, morsus infigere, calcib⁹ sæuire: horũ nihil quicquam hominis, sed ferarũ mos iste omnis cõprobatur. Vt igitur si ad desidiam inclinare cœperimus, quouis impediẽte continuò desistimus: ita si resipiscere velimus, quanquã innumeri sint, qui nos ad vitia deducant, nihil prorsus tamẽ studia nostra corrũpere possit. Quòd si perdiscere cupias fundamẽtis naturæ leges statuisse deum, quibus quid bonũ sit, quidve malũ discerni possit: hoc ipsum ex animi nostri cõsensu requiras. Cur qui mala commisisse gaudẽt, malorum omnes nomina refugiunt? Vocatur siquidẽ mœchus, & tamen hoc ipsum audire mœchus ille ipse erubescit. perutigato etiã mœcho dixeris: ô mœche, te inquam appello mœche. Et oblectat sanè flagitium qui ipse cõmittit, & tamẽ ipsius rei nomen aures offendit. Quo periurum nomine appellaueris, ille proculdubio in cõtumeliæ locũ sui sibi operis appellationẽ accipiet. Si bonum igitur existimas peccatum, quid nomẽ refugis peccati? At contrà, modesto dixeris modestum, haud ille reor cui⁹ opere delectatur, appellationẽ erubescet. Iustum quoq; appellaueris iustũ, & opere is ipse triumphat, & nomine exultat. Etsi enim pudore quodã tantum nomẽ repudiet, bonam tamẽ animo famam non veretur accipere. Et nullum postremò vitium quisquam inueniet aperta fronte in medium prodire, nisi mutuũ prius à virtute vultum acceperit. Quod quomodo fiat, sic iam accipias. Qui mentitur nuíquã iudacium fatetur: sed veritatem memoriter simulans, fefellisse conatur. Falsus homo falsitatẽ tegit, amicitiam K
fingit, & odiũ exercet. Calumniator, cùm in iudicium venit, id ipsum quidẽ est haud sanè expositurus: venit, sed falsa fronte testẽ veritatis obiiciens, suo sibi mendacio testẽ iniquitatis ostẽdit. Sed anima nostra quãquam vitiis volutetur innumeris, tamen virtutis dulcedine capta, nomen eius vltrò complectitur: potentes enim persæpe multi, auaritiæ illi quidem nimium dediti, & quibus nihil aliud cordi, quàm rapina atque iniustitia, sic adeò in misericordiam plerunque adducuntur & mouentur, vt pauperem aut vrgenti necessitudine liberent, aut alieno ære conflato nonnihil releuent: vel quod admirabere magis, ne vlciscantur eos, à quibus molestia vexati aut sunt, aut esse prorsus existimant. Et qui legationem apud iniquum principem expositurus venit, non statim à veritate orsus, rem ipsam continuò narrat, sed virtutis nomen hoc pacto proloquitur: Vir bonus es, inquit, tua omnes beneficia canunt, tuum vbique diuulgatur nomen: & multa generis eiusdem oratione cõtexit, vt & bona eum fama se mulceat, & in odium iniquitatem rapiat, vel abducat. Aspice porrò, vt vitium decora virtutis appellatione vincatur. Nemo vult malum, hoc ipsum audire malum, quippe quod suum est, natura complectitur, tametsi quidem contraria potius vltro sectetur: haud igitur illud dixerim⁹, hic natura bonus, ille natura malus. Nam si quis natura bonus fuisset, certè nunquam malus effici potuisset: econtrà verò, si natura malus, nunquam profectò bonus. Etenim si nostro non esset arbitrio relictum, qualis esse quisque malit, bonus an malus, nec sui iuris nostram naturam cõdidisset amator hominum deus: necesse etiam erat omnes quicunque huius participes naturæ fuissent aut malos esse, & perturbationib⁹ eisdem succumbere, aut certè bonos. Cùm igitur consanguineos nostros videamus his ipsis quibus & nos, perturbationibus agitari, nec tamen easdem nobiscum ruinas incidere: sed naturam valida ratione aurigari, & motus eius incompositos moderari, on⁹ esq; vitæ huius illecebras ludibrio habere, & ad veram gloriam incensos toto animo ferri: perspicuum est. Hæc omnia posse diuina suggerente gratia, suo cuiusque studio & labore comparari. Et nos quidem inertiæ dedit, prodidimus nostram ipsi salutem, superna illa charitate nosmetipsi desolatos fecimus. Nemo igitur accuset alius alium, quasi ad labores virtutis impedimento fuerit, sed suæ ipsius desidiæ rem omnem adscribat. Quid aliũ dixi, nec ipsum quidem diabolum putet. Iniquis, qua est ad virtutem iri, viam intercludere posse. Seducit ille quidem & offendit ignauos: sed tamen nec coërcere quenquam, nec violare potest, & hoc quidem ipsa rerum experientia docet. Cùm enim resipiscere volumus, ita plerunque animi vires intendimus, vt cùm vitij captare viam nobis numeri persuadeant, nihil tamẽ ipsi consilio nostro, nec parua quidem remissione desistamus: sed omni duriores adamante simus, & ⁊ his qui turpia cõsuluñt, stipatis auribus auditus nostros amoueamus. At si lasciuescere cœperimus, tum verò nihil consultore opus, nihil persuasore. In vitium ipsi à nobis persuasi continuò ruimus. Est igitur per seipsam virtus admiranda, quòd si quis in medio nequitiæ collect⁹, strenuè inde prorumpens virtutem adierit, kæc quidẽ illo multò admirabiliorem ostẽdit: neq; enim virtuti locus, sed locum virtus natura sua digniorem præstat. Et vnius quidem virtutis mala etiam, vtuntur persæpe mul-

A multi: vitiis verò multorum, si vel vnus multo in populo strenuus fuerit, nũquam tamen ille in perniciem collabetur. Et vir quidẽ vnus rectè viuens, diuina ira populum omnẽ liberare sufficiet: econtra verò ciuitas omnis corrupta, in suam pœnã atque supplicũ immi-
Gene.7.a nens trahere ac rapere non poterit: quod quidem ex
Exo.14.e.f Noë liquidius patet, pereuntibus siquidem omnibus liberatur vnus: & ex Mose hoc idem videre licet, potuit scilicet vnus tantam restituere gẽtem. Ego verò quod dicam & aliud habeo diuinæ humanitatis exemplum. Quando enim viuos homines, quibus loquendi fiducia sit, quiq; peccatores restituere possit, nullos prorsus inuenerit, tũ verò ad mortuos ille profugiens: per eos,
4.Reg.19.g inquit, peccata remitto. Quomodo enim fatur? Hanc ego, inquit, mea ipse gratia tutor vrbem, Dauid etiam filij mei causa, qui ab hac iampridem vita discessit. Aspice sanctorum quanta sit virtus. Neq; enim sua verba tantùm, aut corpora, sed ipsa etiam corporis tegmi-
Ibidem.2.d na semper omni sunt possessione augustiora. Heliæ si-
Daniel.3.c quidem leonina pellis Iordanẽ discindere fecit. Triũ
4.Re.6.a.b puerorum calcei per ignes ambularunt. Helisæi li-
B gnum potuit vndarum mutare naturam, quas quidem
Exo.14.c superficie sua, quasi tergo ferrum sustinere cogit. Mo-
Ibid.17.b ses virga mare rubrum dehiscere iussit, petram distrũ-
Acto.19.b pere valuit. Pauli vestes morbos fuderũt, Petri vmbræ
Ibid.5.c mortem fugarunt. Sanctorum martyrũ cinis improbos dæmones expulit. Summa igitur cum potestate omnia faciunt, sicut Helias. Neq; enim ille diadema solùm, & exteriorem regis cultum spectabat, sed animã quoque indutam lacerna, squalidam, sordidã, quouis damnato miserius affectã. Et cùm captiuũ, totq; morbis obnoxium vidisset, illum cum suo regno contempsit. Quem veluti in scena fictum regem spectare censebat. Quid igitur refert exterius tot affluere diuitiis, cùm interius tanta sit recondita inopia? Contrà verò, quid nocet exterius pauperem videri, cùm interius tã ta sit reposita copia? Talis nimirum leo beatus & ille Paulus erat. Is enim carcerem ingressus sola voce fun-
Acto.16.e damenta omnia concussit, non dentibus, sed verbis vsus vincula cõtriuit. Quapropter non leones illi, sed maiusquippiam aliud etiam supra leones appellandi sũt. Sæpe enim leo vbi in laqueos inciderit, captus resedit: at verò conjecti in vincula sancti, fortiores insurgunt: leo fremit, & feras omnes in fugam auertit: sanctus exclamat, & improbos dæmones vndique fugat. Quæ verò Pauli bene gestis rebus satis vnquã fuerit oratio, aut quæ lingua vehemens poterit illius plane assequi laudes, siue quid egregium ædidere prophetæ, siue patriarchæ, siue iusti, siue apostoli, siue martyres? Hæc simul omnia complexus tanta ipse excellentia possidet, quanta illorum quicquid virtutis cuique fuit, nullus profectò possederat. Quando igitur quæcunque in hominibus bona fuere, sola vnius animæ cõplectitur: & cum excessione quidem non hominũ modò, sed angelorũ quoque omnia complectitur. Quonã pacto verbis tantarũ laudũ cumulum adæquare poterimus? Quanta igitur sumus animaduersione digni, qui cũ vnus omnia in se complecti bona potuerit, nos nec minimam quidem illius partẽ imitari studeamus? Ex multis quidem & aliis verò gestis rebus Abraham patriarcham omni admiratione prosequuntur, maxime verò quòd filium suum immolare non recusarit.
Gene.22.a Isaac autẽ innocentia admirabilẽ reddit, qui cùm propriis finibus pelleretur, nihil ipse reniteret, suis vndiq; possessionibus cessit: nec præterea quidẽ destitit quoad inimicorum hominũ libidinem explerit. Et Iacob iti- D
dem fortitudine & patientia insignis: at mansuetudine Dauid: ingenti ardore deinde flagrabat Helias. Horum autẽ quid simile Paulo, qui cuncta hæc maiorem in modũ complexus est? Neq; enim filium ipse immolauit, sed seipsum millies sacrificauit, nec propriis solùm finibus cessit, sed terram, mare, Græciam, Barbarasq; nationes, & quicquid Sol aspicit vbiq; terrarũ, id omne ipse quasi volucris pererrauit. Raptatus, cæsus, lapidibus pulsus, singula die moriens, nec bis, sed septẽ annis seruitutem gessit diurno æstu & frigore noctis exustus, vitam omnẽ fame, nudo corpore, catenis, custodiis, insidiis, periculis, perseueranter exegit. Modestiã verò, & mansuetudinem quis Paulo magis, quis ve æquè præstitisse videatur? Quòd si ardorem eius inspicias, tantò Helia superiorem inuenies, quantò ipse cæteris omnibus prophetis excellit. Locustis quippe Ioannes, & agresti ve escebatur melle. Hic ita in medio ter Matt.3.a
rarum orbe, sicut ille in deserto viuebat. Locustis quidem & agresti melle non vescebatur, sed mensam hic multò tenuiorẽ statuebat, cùm sibi docendæ gentis studio, nec ad cibum quidẽ necessariũ, quæ suppetere pos- E
sent, parare meminerit. Relinquitur nobis hunc deinceps angelis cõponere. Nec quisquam prorsus orationis nostræ audaciã reprehenderit. Nam si angelũ dice Ibid.11.b. &
re Ioannem scriptura non dubitat: quid nouũ adeò ni Lucæ.7.d
timur, si talem virum vnũ generis humani præstantissimum virtutibus illis æquare studemus? Etenim quid penitus sit homo, quanta naturæ nostræ nobilitas, quãtæ virtutis hoc animal capax, omnium maximè Paulus ostendit, qui nunc ex quo natus est, accusatores nostros palàm refellere, & nos pro domino acriter defẽdere non destitit. Cùm & illud simul doceat inter angelos & homines, si nosmet quidem noscere velimus, haud multum profectò interesse, neq; enim ipse alterius naturæ particeps, neq; externi cuiusdam mũdi colonus, sed in eadem terra & regione, eisdẽ legibus & moribus educatus: omnes qui vbique fuerunt, ex quo nati sunt homines, continuò superauit. Et quemadmodũ cadaueri cadauer adiectum, nihilo secius immobile efficitur: ita qui tumidos naturæ motus victor sedauerit, nulli vnquam vlla in re humana passioni succũbet. Nam sicut in pecuniis duorũ aureorum lucrum F
fecisse, maiorem interea ad denos, vel etiam vigenos duobus illis & congerendos animũ facit: ita in virtute bonũ aliquod facinus gessisse, adhortationem simul & admonitionem quandam ingenerat, vt alia deinde plura similiter aggredi animus velit: nec illud mihi quispiam dixerit, multi rectè fecerũt: neq; enim id agimus, sed omniũ pariter æquitatem, atq; iustitiã exquirimus. Nonne & corpus nostrũ intuentibus, hoc idem intelligere facile est? Etenim si fortè pedẽ offensus, vnguem modò retorseris, omne repentè cũ mẽbro corpus dolor incendit. Non igitur dixeris illud, qui non rectè fecerit, pauci admodum relicti sunt: sed hoc potius considera, plures paulò pòst & alios ipsi corrumpent. Etenim apud Corinthios, qui lenociniis operam 1.Cor.5.a
daret, vnus tantummodo inuentus est: nec securus tamen Paulus ingemuit, quasi ciuitas illa omnis confluditus periisset: nec id quidem maxima ratione caret. Sciebat enim nisi ille flagitio desisteret, descendentem ordine morbum alios omnes cunctaturum esse. Nam si membrorum quicquid labefactum fuerit, afficiensq; dolore confestim recidimus, veriti ne fortè & in reliquum corpus labes illa descendat: & id profectò fa-

cimus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

G cimus, non quòd illud sanè paruipendamus, sed reliquo corpori diligenter cautũ volumus. Si ergo hoc facimus in membris,quantò magis idipsum in his facere oporteat, qui vitiis corrupti nobiscũ vixerint?Et si quidem sine dolore ipsos curare possumus,eò conferre studium nostrũ omne debemus:quòd si fortè & ipsi incurabiles fuerint, & nos præterea contagione læserint,tũ demum resecandi sunt omnes,& prorsus abiiciendi.Nã si à nobis liberos nihilominus plerunq; alienamus,nullo naturæ pudore impediti:multò magis familiares, & notos, vbi improbi esse cœperint, vitare atque adeo aufugere debemus. Scandalizantur, inquit,& malè suspicãtur.Et quid hoc tua refert? Tepsum honestes,& à nullo affici ignominia poteris: ꝙ si teipsum dedecores, quanquã omnes tibi pariter habeant honores,nũquam profectò honestaberis honore.Nã qui bonus fuerit,si fortè vulgò malus habeatur, nihil inde damni faciet, quin idẽ ipse sit, cùm alius à seipso penitus esse non possit: Qui vero temerariam, & inanem cuiuspiã suspicionem induerit,hic posteà suI premũ omnino suppliciũ dabit: ꝙ si malus recensetur H in bonis,nihil inde lucri faciet. Existimationem sanè maiorem habebit,sed propterea ignarus ipse sui, plus aliquanto desidiæ ac marcoris incurret.Qui vero malus erit,& ita esse censebitur,hic saltẽ dimittat animũ, & sua aliquando peccata cognoscet. At si latuerit sibi ipse nimium indulgens,nihil omnino doloris admittet.Si enim peccatores accusantibus fermè omnibus vix adducuntur vt doleant:vbi non modò non accusari eos,sed à plerisq; laudari etiã contigerit, quando putas illos resipiscere tandem, & seipsos cogere incipient?Fieri igitur non potest, vt qui virtutibus diditi sunt,ab omnibus bene audiãt semper,& illud præterea ne virtutis curam agentibus viris,multivbique detractores insurgãt: bona enim apud omnes fama signum certè vel maximũ est,haud multũ sanè virtutis haberi rationem.Quomodo enim à cunctis laudetur, si quis affectos iniuria homines ab improbis eripere studeat?Rursus vero si peccatores castigare,iustos laudare velit:nónne vt par est,laudabit hos quidem,vitu perabit illos?Ita qui virtutis exquisitꝰ imitator esse vo luerit,nec vllius præterea,nisi dei laudẽ quærere,is ab I omnibus laudari, & bene semper audire nullo modo poterit, quippe in virtutẽ multa vsque vitij cõgelascit insania.Eam autẽ non modo nihil deterit, verumetiã bello fortiorẽ reddit.Virtutis enim vis magna est,quę dũ læditur,lædentes superat:dum profligatur,profligã Gene.4.b tes tunc maximè debellat. Iã etenim mihi cogites Abel,nónne impiis Caĩn manibus occubuit?sed cæsus ille ad hòc vsq; tẽpus pręconiũ,laureamq; meretur, nec illius memoriam tanta deinde secula obscurare potuerũt.At vir paricida ille victoriam, tum etiã grauiorẽ morte vitam trahit, & ex illo protinus tot per ætates nũc vsque reprobatur ab omnibus,& conuiciis vndiq; laceratur:& hæc præsentis vitæ quidẽ.Illꝰ verò futuri seculi quæ nam oratio comprehẽdere poterit,quæ verò mẽs continere? Audi vero & Christũ ita loquentẽ: Matt & Luc.13.e Simile est regnum cœlorum mulieri, quasi iustis velit fermẽtꝰ virũ quandam inesse, qua possint in speciem suam improbos conuertere. At pauci sunt iusti,parum etenim fermẽti:sed paucitas illam visam sibi massam omnẽ in seipsam transformat. Eodẽ pacto non quantitate numeri,sed gratia spiritus vim suam iusti homines tenẽt.Id autem quomodo fiat,accipe iam. Apostoli quidẽ fuere duodecim.fermẽti quàm parum vides. Expers vero fidei totus terrarum orbis massa quanta K sit vides. Conuertére in se autẽ duodecim illi totũ terrarum orbẽ.Etenim fermentum,massaq; illa eiusdem naturæ:naturæ prorsus,qualitatis autẽ minimè.Quod si aliunde etiam cognoscere velis,tyrannica vi quantò potẽtior sit iustorum loquẽdi libertas,audi quid dicat Herodi Ioannes:Non licet,inquit, tibi fratris adMarc.6.c hærere vxori.Rex erat Herodes, satellitibus vndique stipatus,diuitiis præpotẽs, regium tenebat imperium. At contrà pauper Ioannes,tecto,vrbe,copia, cibo carebat.Locustis ille quidẽ ex herba discussis, & agresti si-Mat.3.a mul vescebatur melle. Sed pauper iste deserta pererrans,multarum vrbiũ regi imperiosè adeo iubet: Non licet,inquit,tibi.Vides vt natura sua vitio dominetur? Sed propterea iustus coniicitur in carcerẽ. Fit protinus amarum conuiuium illud.Prodit in medium puel Marc.6.c la saltatrix.Herodi placet atque conuiuis.Iurat Herodes:Pete quid velis,tradã ego tibi ad dimidium vsque regni mei.Vides quónam regnum abiecerit? quid ipsa petieris,inquit,tradam ego tibi ad dimidium vsq; regni.Miser & infœlix,itáne tibi mentis oculi cæcutiũt? Tanti regnum facis?Semel puella saltauit, & regni di L midium tradis.Quid si secundò saltauerit?Votis exopta,ne denuò saltet:vel si saltauerit:ne denuò placeat: sin autem,porrò vnũ relinquitur,vt tibi postea sit mẽdicandum. Quicunque igitur bonis præsentibus inhiant,quanquam innumeræ sibi diuitiæ fuerint,eos tamen in seruorũ numero, præditi virtute viri ponere non dubitant.Si enim rex hinc improbus quidem,priuatus inde quispiam bonus:horum quis cuiꝰ dominus sit videamus,vbi regis insignia fulgent, quis inferior, quisve superior.Quomodo igitur id scire poterimus? Priuato rex imperet tetrũ aliquod flagitiosumq; facinus,quid igitur vir bonus priuatus ille,& subditus?nõ modò non cedet imperio,neq; parebit, sed imperantẽ quoq; à sententia remouere studebit. Idq; etiam si mil lies oppetendũ fuerit. Quis ergo liber? Vtrũ qui quod velit persequitur, nec regẽ propterea veretur? Atqui impotens à subdito ipsius ita pro nihilo habetur.Vt enim captiuus, etsi copias ingentes habeat,vel ex hoc ipso in primis omnibꝰ captiuus fuerat:sic & ille febris irretitus homo, quanquã in diademate præcinctus fuerit,omni tamen aranea abiectior esse censetur. Quid M ergo miserabilius fuerit omnibus vitio deditis? qui & ipsa hominis appellatione iure priuantur, quin etiam pœnas meritò luunt: ꝙ cùm multa naturæ commoda acceperint,ea ludibrio habentes,vltro prodiderunt,& ad vitium verè ipsi transfugæ, & imbelles continuò defecerunt. Etenim si quod accepit reddens domini Mat.25.c seruus,id quia non geminauit,improbus habetur:quid qui illud ipsum etiam perdiderit,quid audiet inquam? Si ille in tenebras coniicitur,vbi stridor est dentium, quid nos luemus,quos ad virtutem mussitantes, tergi uersantes innumeri hortantur, atque adeò trahunt? Nónne vides quanta sit abiectio vitæ, quanta ambigas, quantus etiam in rebus præsentibus labor? nec illud est quidẽ vt cum labore virtus paretur,sine labore vitiũ petatur.Si ergo vtrinque labor,quid non hãc potissimũ diligamus,vbi vtilitatis inest plurimum? Itaq; non si videris sacerdotes indignum,ob id etiam calũniari sacerdotium debes:neq; enim calumnianda res, sed ille solùm meretur onerari conuiciis,qui tãto no abutatur.Non enim si Iudas proditor fuit, hoc apostolicæ professionis crimen, sed vnius tantùm viri res improba fuit. Et medici quidem multi carnifices sunt,

A sunt,qui pręmedelis venena propinant,nec tamẽ artẽ vitupero,sed qui arte ipsa iniquus abutitur. Et nautæ complures naufragia merserũt,nec ars nauigandi tamen,sed eorũ peruersa voluntas iure damnanda. Ne-
Lucæ.17.à cesse quidem exoriri scandala, inquit, salutare verbũ dei:verũtamen væ homini illi,per quem scandala nascentur.Quid igitur?præfatúmne esse id forsitan scandalum inducit? Non ꝙ præfatum fuerit,apagè inquã, nec quia prædixerit,ob id scandala nascũtur: sed quia omnino futura erant,idcirco prædixit. Ita qui scandala tulerunt,si quid mãli esse noluissent,exorta nunquã scandala fuissent:ꝙ si futura non erant,nunquam prędiceret:sed quia perperàm illi fecerunt,& iam corrupti pertinaciter erant, idcirco scandala venerunt, & quod futurum erat prædixit.Quòd si illi emendari parentur,inquit,vt qui scãdala sereret, penitus nõ fuisset:nónne verbũ illud mendax deprehensum iri oportebat?Minimè, inquam, neq; enim dixisset.Nam si omnes emendari posse cerneret, id profectò nunquam prędiceret,necesse quidẽ scãdala exoriri:sed quia pręuiderat eos suopte ingenio haud emẽdabiles fore,id-
B circo ita præfatur.Exorientur omnino.Et cur nõ, inquit,occidit eos?quia non inde læsi homines pereunt, sed sua ipsi desidia vincuntur: ꝙ si propter scandala perirent,pereundũ vno ordine omnibus erat.Quinetiam si resipiscere velimus,non parũ inde vtilitatis cõsequemur,vt scilicet nobis semper vigilandum esse arbitremur.Si enim inter hostes,cũ tot vndique doli nobis immineant,somno indulgemus:quid si nullo vrgẽte pauore secuti fuerimus?Et sic primum quoq; hominem,si velis,inspicere licet. Etenim si cùm parũ tem-
Gen.3.b poris,nec totum fortasse diẽ in paradiso vixisset, deliciis hic ipse vsus eò vitij peruenit, vt etiam æqualẽ se deo cogitaret,veteratorem benefactorem putaret,nec vllum præterea imperiũ magnificaret:hic si reliquam eodẽ pacto vitam egisset, quod non ille flagitij genus perpetrasset?Verũ enimuero vbi semel solutꝰ quis malo,semel non emẽdatur,multò prorsus grauiora prioribus luet.Et hunc enim pluribus de causis emendari oportuit,ꝙ priꝰ supplicium dedisset, quòd nisi solutus fuisset,ꝙ nisi mutaretur,grauiora expectaret. Cui verò tot emẽdandi causæ fuerat,si nec vnde melior ef-
C ficitur,quid rei esse dixerim, cùr non grauiora prioribus luat?Etenim Pharao siquidem priori ex plaga emẽdari voluisset,posteriores certè nunquã expertus fuisset,nec deinde toto pariter exercitu obrutus periisset. Sed qui fuerit sub vinculo bonus,nunquam erit profectò bonus:simul ac enim in nullã cogetur,liber ipse ad ingenium subitò conuersus,iterum descisset. Hoc illud igitur quãpiã rogarit,qui nec boni quicquàm,nec mali fecerit,quẽ nam locum is ipse sit habiturus.Hoc enim ipsum non feciisse bonum, nihil aliud est, quàm feciisse malum.Nam si seruũ habueris non furem,non ebriũ,nõ contumacẽ,sed sobriũ,modestũ,& omni flagitio vacuum: hic si domi quotidie otiosus sedeat, si quorũ à seruo vsus debetur domino, nihil efficiat, die obsecro,nónne flagellabis eum?nónne tormentis afficies? Et tamen nihil quicquam flagitij cõmisit? Satis est igitur mali hoc ipsum,nihil feciisse boni. Sit nobis agricola quidã,nihil porro peculij nostri dissipet,neq; doIis furto surripiat, tantũ suas ille manus cõpressas teneat,dum sedeat,semina non spargat, rura non scindat,vites nõ colat,& ꝙ propterea ad agriculturã pertineat,nihil prorsus efficiat:nónne ab eo suppliciũ sumemus?Et tamen nihil intulit iniuriæ, nec habemus

omnino,quid illum accusare possimus:sed illud ipsum D arbitramur iniuriam. Et nostro quidẽ in corpore abstineat capite manus,non linguam excindat, non oculos euellat,non denique tale faciat,otiosa tantùm fuerit, nec sui quicquid est officij toto corpori sufficiat: nónne ipsam potius fuerit abscindere,quàm agẽtem,* *Fortè arẽtem. & inutilem toto corpori manũ circunferre?Quid autẽ os,si neq; manum absumpserit,neque pectus momorderit,quæ verò ad se pertineant omnia prorsus omiserit, nónne illud obsignasse melius fuerat?In his igitur si non modò aliquid feciisse mali, verũetiam aliquid omisisse boni,magna comprobatur iniuria:porrò diuinis in rebus idipsum multò magis apparet. Vtinã fieri posset me pro vobis certantem bene gerere,vos autem bene gestæ rei præmia ferre: nunquam profectò vobis tantum turbationis ingererem,Vt enim cum febresciit puer,grauato assidens filio mater, querebunda voce sæpius imprecatur,vtinã hoc mihi daretur:possem ego tuam fili susciperе febrem, & hãc omnem in me ipsam haurire flammam: sic etiam ego vtinã perduellis ipse rem pro vobis bene gerere possem. Sed nõ licet hoc nobis,non licet inquam. Quocirca si quis & E alios sanare potest,in his ipse potissimũ versetur, quibus videat opus esse medela,& ita eos pro virili parte meliores facere studeat.Si quis verò infirmior est, malos aufugiat,ne fortè illorum cõtagione tabescat. Sic enim præsens tutò exiget æuum,& futura deinde consequetur bona:quæ quidem vtinam consequi possimus omnes,gratia & humanitate domini & dei & saluatoris nostri Iesu Christi,cum quo patri, simul & spiritui sancto gloria & potestas,nunc & semper, & in secula seculorum,Amen.

DE CHARITATE, QVAE CVNcta dirigit & perficit, Sermo.

Incerto interprete.

CHaritatem optimum amoris genꝰ inter nos sanciamus,quando nihil est boni & honesti, quin ortũ ex ea ducat.Charitas enim, vt Paulus inquit,legis est adimpletio.ita fit vt si mutuo fueri Rom.13.e mus amore detenti,facilè omnia sint successura.Siquidem charitas,via quædam est ad virtutem procliuior: nam quemadmodum qui callem fuerit nõ obliquum ingressus,nullo egebit ad progressum duce,tramite ipF so recta ducente: sic charitas vbi initium dederit, ad rectum deferet. Charitas enim nec proximum lædit, nec praua meditat.Quocirca qui id facere nouerit,vt qualem sibi seipsum præstiterit, vt scilicet sine iniuria ad suum commodũ comprecetur, ducatq; se nemini inferiorem,& suæ vtilitatis causa facere omnia connitatur, eundem in alios præstet:omnis erit omedio sublata molestia,deeruntq; tum odia, tum & habendi cupiditates. Quis enim propria bona diripiat? profectò nemo, quin contrà rebus in medium quæsitis in vnum conuenietur: quod cùm fiet, nullus erit reliquus ad malcuolentiam locus. Quis enim seipsum odiat,aut laceesat sibiipsi,& irascatur?nónne solemus omnes in nosipsos esse,quàm in cæteros indulgentiores?qua indulgentia si in proximum quenque vtemur, odium erit prorsus omne sublatum. Quæret aliquis: quo pacto id fieri potest,vt pari benevolentia, qua & nosipsos,vel proximum complectamur?Nempe si nulli antehac hominum id egissent,iure fortè existimares eosdẽ animi affectus in alios seruari non posse:at cùm nihil tale illud egisse cognoueris, perspicuũ erit, præignauia potius quadam te id facere nequire, quod fa-

 ctitent

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Ctitēt multi: neq; enim deus cuius iussa complures bene agendo excesserūt, aliquid oneris imponit, quod facturi non facile sit. Petis forsitan quis ille fuerit, qui hæc fecerit: nēpe Paulus, Petr⁹, & reliquus sanctorū cœtus: quos si dixerim fuisse in proximum beneuolentia affectos, nihil magni aut præclari videbor enūciasse, quādo tanto sunt illi vel hostes amore prosecuti, quāto ne alius quispiam coniunctissimos. Quis enim optauerit amici causa gehennam & incendium illud adire, cùm liceat ad regna cœlestia proficisci? profectò nemo. Paulus tamen pro lapidantibus & infensis, ac se afflictantibus subire gehennam cupiebat. Quæ ergo nobis erit vel venia, vel excusatio condēda, quando vel tenuem amoris partem, quem Paulus in hostes vel ardentissimum de se præstabat ne in beneuolos ipsi ostēdamus? Sic & Moses ille beatus, qui multis Paulum seculis antecessit, eorum causa qui se hostiliter lapidibus inuasissent, de libro vitæ aboleri malebat. Dauid etiā eos qui sibi insultassent cùm profligatos & extinctos vidisset, his vsus est verbis: Ipse qui pastor sum, peccaui: hi verò quid commiserūt? Saūlem præterea cùm inter manus H haberet, perdere tamen non modò recusauit, quinetiā seruauit illæsum, præsertim cū ex eius salute, haud parum sibi discriminis impēderet. Quòd si in veteri hæc testamento sunt gesta, quis nobis erit veniæ locus, qui cùm in nouo versemur, nil prorsus priscorū, aut magnitudinem attigimus, aut constantiam? Si enim, vt Christus inquit, nostra iustitia pharisæorum & scribarum non excesserit æquitatem, dei regnum haudquaquam ingrediemur: at cùm illis simus iustitia inferiores, quo pacto nobis eò patebit āccessus? Colite, inquit, qui vos oderint: idcirco erit hostis amore prosequendus. Non enim id illi, sed tibi in beneficiū cedet, fiesq; hoc pacto dei simillim⁹: siquidē quē ipse coleueris, nihil erit ex tuo in se amore maioris quippiā lucri assecut⁹, quippe qui à conseruo adametur: at si hunc ipse amaueris, fueris hoc pacto dei non absimilis. Vides itaque vt tibi gratiæ plurimum comparas, non illi qui tuo sit amore affectus, sic & præmium vendicas. Quæret aliquis, quid si improbus fuerit is, quem ipse amandum censes? Nempe maiorē ex eo laudē assequeris, eruntq; illi pro eius improbitate per te vel gratiæ habendę: qui I etsi innumeris sit tuis in se beneficiis obstrictus, se tamen ingratum reddat & improbū. Non enim tibi accumulatè increscent præmia, nisi magnum in modū illius augeretur iniquitas. Fiet itaque, vt eiusmodi improbitas, quam odij causam fore existimas, amoris occasio sit futura: nam si aduersantem sustuleris, & præmiorum causam tollas necesse est. Nónne & certatores spectasti, qui exercēdi se gratia vel vtres harena cōplent & gestant? quod tamen vt agas, haud sanè necessarium fuerit: abundat enim hæc vita eo hominum genere, qui & exercere te possint, & fortiorem reddere. Sic enim & arbores spectare licet, quæ vt validioribus ventis agitātur, ita & maiori robore cōfirmari solent, & ramis fieri, & frondibus densiores. Quocirca & nos si animi magnitudine præstamus, magis ac magis inualescimus: inquit enim, Vir constans animo lōgè sapientissimus: idus verò, stultus admodum & væcors. Vides quàm sit animi pusillanimitas incusanda: nó enim simplicem illi, sed ingētem inesse asserit stoliditatem. Non erit itaque inter nos eiusmodi mutuò intolerantia exercenda, aut tali inconstantia vtendum: cùm id non ex odio aliquo, aut maleuolentia, sed ex animi pusillanimitate quadam abiectioris fieri contingat: qui quandiu stabilis & immotus perstiterit, omnia facilè K tolerabit: neq; solùm ipse nullo impulsu, sed profundum mergetur, quin homines eius tolerantia ad trāquillissimos portus transuectabit.

Rom.9.a

Exo.32.g

2.Reg.vlt.c

1.Reg.24.b

Mat.5.c

Ibidem.g

Eccli.22.c

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI *de mansuetudine sermo. quodam docto interprete.*

OMnibus vobis perspicuū arbitror, quàm conueniat his, qui diuina audiunt eloquia, vt mores bonos, & cōuersationem virtute præditam exerceant. In hoc enim seruū dei eos qui veritatē ignorant, potissimum antecellunt, si in mansuetudine conuersentur, & vitam agant religione sua dignam. Qui Christum ignorant, haud mirum si mali sint, moribusq; damnatis. Seruus autem Christi magis à morum mititate, quàm à nomine quod ei parentes imposuerunt, vocandus est. Neque deus homines ita diligit propter virginitatem, ieiunium, contemptum diui tiarū, hilarem eleemosynarum dationem, vt propter mites, beneq; compositos mores: tametsi & illud alacriter suppeditare indigentibus non aliunde proficiscitur, & conceditur his qui Christum diligunt, quàm L à mititate. Vt enim à fonte riuus, ita à morum suauita te cura pauperum profluit. Facilè enim ad misericordiam mansueti & æquabiles trahuntur omnes, neque ferre possunt contemni pauperes, sed aliorum inopiā suam arbitrantur calamitatem, & propterea inuidiam pessimam omnium affectionum credunt. Neque vnquam grauem illum morbum in suam animam admittit vir benignus & mitis: sed si viderit fratres honoratos, congaudet ac gratulatur, aliorum gloriam suam putans. Alioquin amicorum omnia communia censens, in bonis quidem congaudet, in tristibus verò condolet. Hæc enim mansuetudinis dona sunt, & talis est mitium vita. Mitis orphanorū pater est, viduarum præses, paupertatis procurator, iniuria affectorū adiutor, semper strenuè agit quod iustum. Mitis, reuerendus pater pueris, & obseruandus dominus est seruis. Nihil etiam ita conciliat domino familiares, vt q illum vident tranquillū sese offerre, & mansuetudine iucundum. Nā & talem maiori faciūt & admirantur, habentq; pro patre, nó pro domino. Agè, pro virili nostro diligenter inquiramus, quæ nā ex morum suauita M te bona mansuetis proueniant. Gratus & amabilis est videntibus, gratus itē & his quibus tantùm nomine notus est: neq; facilè vllū inuenies, qui audiens laudari hominē mansuetum, & illum videre, & exosculari non desideret, & non habeat in aliquanta lucri parte eius amicitia posse diu frui. Quòd si cōtingat aliquos propter opes inter sese dissidere, mox ad benignum & mansuetum illū properatur, bona spe, q eius bonitate quicquid litium & contentionū est, è medio tollatur. Atque si capitales inter se inimici sint, mansueti viri correptione placantur & mansuescunt, etiamsi natura in iram & furorē propensi sint. Qui verò per mansuetos conciliari nequeunt, intractabiles planè sunt, nulloq; honore digni. Sed & in quauis causa aptior & magis idoneus ad persuadendum & consulendum est: & prim⁹ & præ: liis quicquid assequi cupit, impetrat. Insuper quoniam exēplo suo magister est māsuetudinis, & ipse opere suo stabilit quæ tradit, & mox vt videtur, mitigat etiam furibundos. Neque multis ei verbis vel admonitionibus opus est, sed pacem priusquā loquitur, persuadet. Quemadmodum & Solis iubar vt primum apparet, fugat tenebras: ita mansuetus & benignus

A nignus sua p[illegible]sentia res turbulentas componit, quietasq; ac tranquillas reddit. Est autē & hoc dignum re
Mat.5.a censeri: quòd Christus solùm pacificos, filios dei vocat. Et quare suum vocabulū mitibus cōmunicat? Solus ille filiū dei pro viribus imitatur, qui pacis & amicitiæ author aliis fit. Nā sicut Christus deus & omniū dominus, in carne diuina nobis apparens, sanctos angelos cum hominibus concordes effecit, qui quasi bello quodam à nobis dissidebant: ita & mansuetus homo fratres & cognatos, qui inter se discordes sunt, conciliat: & reuereri leges & præceptum dei, abiectisq; inimicitiis in gratiam mutuū redire facit. Porrò quod in corporibus nostris nerui, hoc est mansuetus homo in domo & ecclesia & ciuitate. Paulus enim more suo
1.Cor.12. fratres vocat corpus & membra inuicem. Qui autem
b.c diuulsos & pugnantes coire facit in amicitia, iam Pauli sermonem implet, qui suadet omnibus, ne ignorent membra sua, neque mutuū se deuorent. Vnde verus est sermo ille, quòd pacificator fratrū eandem virtutē habet in ecclesia, & domo, & ciuitate, quam habēt in corB poribus nerui, dispersa & separata coniungentes & cō trahentes. Verùm hæc virtus tunc alicui data est, quādo primus ipse mansuetè viuere incipit. At qui facilè in iram erumpit, ridiculus apparebit, si quando exasperatos alios placare attentat. Iam quid deterius hominibus qui iræ seruiunt? Quis eos videns, non auertit oculos? Vir iracundus, insuauis quidē est obuiis, insuauis autē & vicinis: & si diuitiis abūdauerit, nō facilè egenorū inopię succurret. Cōmunis est hostis & ciuiū & p[illegible]regrinorū, clamat, vociferatur, plagas occurrētibus intētat, dicenda & nō dicēda loquitur, aspectu toruo, inflata facie, lingua rabida, manibus ad omnia prorūpentibus, & vt apparet, dæmone plenus. Et quis vidēs virum ita fuere, dubitaret vel dæmonio agitari miserum, vel voluntario in tantam insaniam prosilire? Ira voluntarius dæmon, optata insania, mentis est defectio. Qui irascitur diaboli ludibrium est, dæmonum officina, & nequitiæ illius dignus minister. Dic obsecro, quid potissimum volunt dæmones quod faciant homines? Nónne vt exprobrent parentibus? nónne vt pollutas manus natis inferant? nónne vt deum blasphement? Hæc autem omnia nascentium sunt opera.
C Atque adeò ira seruis suis facilè impietatis author est: neque enim sibiipsis imperare valent. & qui à furore & ira vincuntur, similes sunt nauiq; in media tempestate à gubernatore destituta submergitur, vndequaque in eam procellis ingressis. Ira enim quasi fulmen & tempestas quædam in animam irruit, seruientemq; sibi stupidum reddit, ac amentem. Quid igitur faciendum? Prudentis hominis fuerit, vt sibi ab hoc morbo caueat, mentem cōtineat, & furorem sopiat scripturarum admonitionibus, priusquàm in iram inducatur. Nam si præstigiatorum incantamentis bestiæ
Ephe.4.d obtemperant: quid mirū, si eloquia Christi ferocis animæ statum, tranquillum & æquabilem reddant? Omnis enim, inquit, amaritudo, & ira, & furor, & clamor auferatur à vobis cum omni malitia. Estote inuicem benigni, misericordes, condonantes vobismetipsis, si quis aduersus aliquem habet reprehensionem: quēadmodum & deus in Christo condonauit vobis. Sitis igitur imitatores dei. Videtis qualis sit mansuetus? cuius vocatur imitator: non angelorum non archangelorū, sed domini vniuersorum: tametsi etiam illi mitissimi sint, virtuteq; omni pleni. Paulus tamen dei imitatores nos esse vult: quo proposita tanti honoris magni-

tudine persuadeat audientibus, vt omnes qui contu- D
melia afficiuntur, vel aliud quiddam graue patiuntur, conuicia atq; alia moderatè ferant, imperantesq; iræ, deū imitentur. Iam quænam sunt illa quæ dei? In his enim quæ in supernis videmus & audimus, omnia diuina sunt: in his quæ super terram & sunt & dicūtur, iniustitiæ multæ. Quippe sunt nonnulli, qui in tantam perueniunt impietatem, vt & deum blasphement, si quando in re aliqua contristentur, & in cœlum respicientes à nullis abstineant verbis: Deus tamen fert, quanuis tantam habeat potestatem. Aut non potest de iniqua agentibus pœnam sumere. Si omnes peccatores punire vellet, perquàm pauci saluarentur, nec sufficerent ad sepulturas homines. Vnde & Dauid dicit? Psal.129.a
Si iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit? quoniam apud te propitiatio. Et in illo ostendit misericordiam suam, eò quòd non seueriter punit. Igitur quisquis assimilari vult deo, pro virili mansuetus sit ac mitis, feratq; fortiter, si quid grauius aliis patiatur. Diligite, inquit, inimicos vestros, benefacite his Luc.6.d
qui vos oderunt: orate pro his qui vos lædunt & insectantur, vt sitis filij patris vestri qui est in cœlis, qui So E
lem suum oriri facit super malos & bonos, & pluit super iustos & iniustos. Et multæ quidem sunt virtutes, quæ Christianum virum bene decent: maximè autem omnium mansuetudo. Nam eos solos, qui hac conspicui sunt, dei imitatores Christus nominat. Proinde cō gruum est, vt quando quis contumelia nos afficit vel verberat, vel alia ratione affligit: sustineamus omnia mansuetè & patienter, considerantes quòd dei imitatores mititas facit. Etenim ipse domin⁹ & saluator noster contumelia affectus, verberatus, cruci clauis affixus, leniter tulit Iudæorum furorem: & licèt posset de eis vindictam sumere, non sumpsit tamen: sed virtutem suam ostendit, eò quòd concussit terram, & mortuos suscitauit, & obscurauit Solem, & noctem ex die fecit. Mansuetudinem autem & misericordiam declarauit, quia nullum ex his qui impiè agebāt, puniuit. Vt discerent omnes, qui impias manus intulerant domino, quàm non fuisset ei difficile ipsos punire, qui tam facilè terram commouit, & Solem repentè obscurari præcepit. Et quia tam mansuetus fuit ipse, vt non solum mansuetè tulerit eos qui crucifigebant & blasphe F
mabant: sed & patrem obsecrauerit, ne cœlestibus aduersus impios telis vteretur. Idcirco cùm & tibi graue aliquid & durum ferenti, subrepunt furor & ira, recordare mansuetudinis Christi, & statim mansuetus eris ac clemens: & non solùm tibiipsi benignitate tua plurimum lucri facies, sed & inimicis proderis plurimum, eruditos illos vt ipsi benigni fiant. Videntes enim te extrema sustinere, & iram mansuetè ferre, statim posito furore mansueti & lenes ipsi fient, mansuetudinisq; tuæ imitatores. Proinde quisquis furibundos vincere voluerit, fortiter ferat iniurias & verbera, magnamq; eius qui verberibus in se sæuiebat, conuersionem videbit. At si etiam ipse ab ira vinceris, studens inimicum pari insania vlcisci, nullus vnquam irarum & pugnarum erit finis: sed semper qui insaniunt & rabidi sunt, & vincere alios conuiciis & verberibus cogitant, in immensum bellum & pugnam erumpunt, mutuum insidiantur, calumnias struunt, peierare audent, & accusationes meditantur eorum, quæ neque viderunt, neque audierunt: & in die quidem sicut canes rabidi, & quærentes inimicum, noctem autem cogitando insumentes, quomodo malum aliquod machinentur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

G chinentur,& insidias parẽt. Talibus neq; somnus vincula deponit,sed putãt quòd adhuc assint apud inimicum,& criminentur & percutiant: & è somnis repẽtè euigilantes,magis cædem mutuam,quàm epulas diligunt. Alij verò ira ebrij calumniatores mercede conducunt,infandaq; inter se agunt opera:& quantò pluribus malis sese irritarunt,tantò maiore insania furiũt. Nam quod ebrios dicunt ob insatiabilem ebrietatem ardẽtius sitire,hoc & iracundis vsu euenit, quia in perniciosiorem ruunt insaniam propter inexplebilẽ contendẽdi libidinem. Hic vocauit seruilem , alius scorti filium:ille insipientem,iste insanum:est qui furẽ & iniustum,& alius plenum omni malo. Dein ira ebrij,cõfligunt inter se, bestiarumq; mores imitantur , percutiũt,calcitrant,mordent,concidunt inuicem corpora, nulli parti parcunt:non oculis,non auribus, non naribus,non faciei,non alij cuipiam membro , sed conflictantes inter se concidunt,& pessundant inuicem. Et quod malum non faciunt? Secedũt à pugna,ille amisso oculo,ille auribus,ille labiis,ille alia corporis parte, magis tamen anima quàm corpore corrupti, furibun
H di,nugaces,rabidi,ignorantes legem domini & saluatoris,qui præcepit vt alapa percussus,& verberat°,atque alia passus , placido animo fortiter omnia ferat, vincatq; mansuetudine furorẽ iniquè agentium. Sanè qui hoc facit,laudatur ab hominibus , & cõronatur à deo & seruatore. Et propterea perseuerandum est, ferendo leniter iratos,& respiciẽdum ad coronam,quã præparauit deus mansuetis & mitibus . Absurdum enim est,q athletæ in gymnicis agonibus & pulueribus verbera & vulnera ferunt propter vanam gloriã, coronam nullius momenti spectantes : nos autem coronandi à Christo non imperamus iræ, non omnia fortiter toleramus:sed breuem voluptatem,& iniustũ furorem cœlesti honori & gloriæ præferimus. Enimuero & hoc manifestum , quòd cùm multi magniq; fuerint,qui ornatam ac iustam vitam egerunt, mansuetudine tamẽ clarissimi euasere:quia placidi erga eos fuerunt,qui se iniuriis afficiebant. Hac enim virtute Moses Iudæorum insaniam moderatè ferens, & precibus saluans inimicos , honorem & gloriam cœlestem præ aliis obtinuit, deiq; amicus vocatus est. Hac quoq; virtute & Dauid parcens inimicis & hostibus , deum sibi
I amicum & beneuolum effecit. Hæc enim cùm omnes homines ornare valeat,in primis tamen eos qui in potestatibus agunt. Nam cùm principibus omnia permittuntur,si seipsos continent,& suorũ operum ducẽ habent legem dei:nonnihil inde eorum celebritati & gloriæ accrescit. Enimuero Paulus & Petrus qui cœlestem tangebant apsidem propter virtutẽ , qua conspicui erant,humanitate tamen & mansuetudine magis claruerunt:quia honorẽ exhibuerunt his,qui se conuiciis incessebant,inimicis benefaciebant,& sæpe lapidantes precibus saluabant. Sciebant enim hæc maximè grata deo,& præ aliis bonis admirabilia: & idcirco ipsi vitã suam in mansuetudine transmiserunt,aliosq; ad illam allexere. Quin & Stephanum periclitantem pro pieta
Acto.7.g te videmus pro inimicis orare,& mititatem in certaminibus admiramur. Reliquum , quia tantos ac tales duces mansuetudinis sortiti sumus : adhortemur nos mutuum,vt illorum vestigia sequamur,& in mansuetudine deo ministremus : quãdoquidem ministerium istud aliis virtutibus est ei longè gratius. Et diuinissi-
2.Tim.2.c mus Apostolus virtutem apostoli commonstratus,& Christi ministrum mansuetudine potissimũ clarescere voluit. Et quãuis multa potuisset dicere,siquidẽ vo K
luisset,vtpote dæmonum fugam, mortuorum resurrectionem,atque alia:sed omnibus illis præteritis,æquabilitatem morũ sursum ac deorsum versat,ac tractat: quò persuaderet nobis,vt sua vestigia sequamur,benignitatis ac mites. Iustum est enim sanctos illos imitari,& in exemplar vitæ proponere:vt bonis omnibus refulgentes , promissa bona assequamur à magno deo & saluatore nostro,per quem,& cum quo,patri cũ sancto spiritu sit omnis gloria,honos & imperium in secula seculorum,Amen.

DILIGAMVS OMNES

etiam persequentes,Sermo.

Incerto interprete.

DVngamus nosipsos inuicem , volentibus vel cæteris ab hac animorum coniunctione discedere,constans ipse in officio permanebis, neque nostrum quispiam dictũ illud vulgatum & frigidũ vsurpet,quo dici solet:Amore prosequar me coletem:& illud , vel dextrum mihi oculum excusserim, L
quem norim me habere infensum . Dæmonum dicta sunt hæc,publicanoq; potius,vel gentili diffidenti, digna : tu verò qui sis ad ampliorem quandam rempublicam accitus, & cœlo inscriptus , maioribus videris esse obnoxius legibus, idcirco erit his verbis tẽperandum:quin & homines à tui amore abhorrentes,plurima sunt in gratiam beneuolentia reducendi : sunt enim & hi in membrum dati,quod membrum si fuerit à reliquo corpore reuulsum,enixè omnia facimus, viresq; & animum magis intendimus,vt ad priorem copulam reuocemus. Maioris enim est præmij cùm quẽpiam nec volentem ad nos amandum pellicimus : nã si iubet deus eos fore ad prandium inuitãdos, qui nequeant vicem reddere,vt collatum illud in alterũ augescat munus:longè magis id erit in amicitia seruandum,Siquidem qui alienam in se beneuolentiam mutuo amore compẽsat,vicem rependit. At qui alienum in se amorem promerebitur , vel si nullam reddet amoris vicissitudinem, deum constituet pro ea in se beneuolentia obligatum. Vtq; ista omittam,nihil videbitur aliorum opera in fungendo officio indigere: vnde & hi iuuandi erunt , ad amandum etiam compellendi,qui te oderint . Ne igitur vbi studium præstandum M
est,negligentiam inferas:neq; id dixeris, eò fore quẽpiam negligendum qui sit & corpore affecto,& valetudine correptus:siquidem cùm amor refrixit , morbus est,q̃n refoue algentem,vt incalescat. Quid si ne focus quidem,dicet aliquis,incaluerit, tum rei tuæ vacabis? quid si magis algore cõtrahatur, rursus is præmia tibi maiora suppeditabit,eoq; magis deinde sectatorem
Ioan.13.d arguet? Quòd si ex amore mutuo Christi discipuli dignoscuntur:In eo enim,inquit , dignoscemini omnes esse mei discipuli,si vos adinuicem dilexeritis: cogita quantæ illud sit laudis,si odium amore compẽses:quippe & dominus tuus amore se odientes coplectebatur, proq; his & patrem precabatur : quantoq; illos infirmiores spectasset , tanto magis illorum curam susciExo.23.c piebat,dixensq; exclamabat:Nõ opus habent,qui prosIbidem.g pera sunt valetudine medico,sed qui mala . Quin Luc.5.f etiam mensa eadem & peccatores æquè , & publicanos dignabatur:quantoq; magis se Iudaicus populus ignominia,& probris infectabatur , eò maiori ipsi & eius fuit,& honori. Hunc itaque & ipse imitare : non enim
1.Cor.11.b parui hæc virtus faciẽda est,qua sine(vt Paul° ait) neq; martyres ipsi multùm deo placere potuissẽt. Ne igitur diceris,

A dixeris, nequa[illegible]te eum colere , cui ipse fueris exosus: id enim vel maximè debes odiẽti amorem: accedit & quod nemini licet amantem se odisse statim, quin etsi beluarum sit quiuis simillimus,amabit qui se beneuolẽ
Matt.5.g tia prosequetur. Hoc enim, inquit, Ethnici faciũt,& publicani:quòd si quisque colentem se cõlit, quis non eũ adamarit,qui pro odio amorem repẽdat? Id igitur velim cæteris ad exemplum proferas,habeasq; in ore frequentius istiusmodi:Non desinam te amando inuitari,quandiu me odio habueris:hoc pacto controuersias sedabis:nam siue ex phlegmate,siue ex quadam naturę frigiditate eiusmodi morbus ortum duxerit: vtrũque tamen amoris potentia , & vis eius feruore moderabitur. Nónne etiam spectasti vnquam , qui turpi libidine detinẽtur, vti ab adulterata muliercula innumeris cõtumeliis affecti,cæduntur plerunque, & conspuuntur? quid igitur?num amor ignominiis soluitur? Minimè, quin magis incenditur. Hæc sanè humili,& infimo genere fœmellæ postquàm libidinatæ sunt,factitant: qui verò iniuriis afficiuntur,possunt persæpe maiores suos
B recensere illustres,& claros viros, & familiæ nobilitatem prædicare non mediocrem:nõ tamen idcirco vel libidine extricantur , vel deserunt quam amare occeperint proinde nihil nos pudet , eam quã dæmoniacus amor habere vim creditur, non existimare in diuinum posse desiderium trãsferri, expugnariq; hoc pacto vel dæmones posse: nónne etiam nosti dæmonem illum impurũ instare,vt vel eum qui sit odio habit° ad se trahat,& membrũ vendicet nostrum,quòd quempiã oderit:quo neglecto,victoriæ palmã prodis , id est fratrem qui in palmæ morem in mediũ adstat , & tibi si viceris futurus in præmiũ:si verò negligentior fueris,sine palma abibis ? Desine itaque dæmoniacũ illud pronũciare,si me scilicet oderit frater,haud quaquam hunc mihi spectandum tulerim:quo dicto nihil est fœdius : cumq; nonnulli eam animi cruditatem summis ingeniis adscribant,nil tamen ipse existimauerim vel abiectius dici,vel insanius,& immitius posse:eoq; mihi ingemiscendum censeo , q̃ vitia ducitis virtutibus potiora,& insolescere,& cæteros aspernari, magni apud vos esse appareat, & clari officium : quod equidẽ
C non secus,ac pro magnis dæmonum laqueis habendũ duxerim,eò magis quòd velint plerique de animi malignitate bene opinari:ita fit,vt deleri eiusmodi nequitia haud facilè possit. Audiui ego nonnullos iactare solitos,sese nõ vltra ad eos adisse, qui vel semel nullam sui habuerint rationem: quod tamen sibi dominus tuus gloriæ duxit:quoties nãque hũc homines conspuerũt, quoties aspernati sunt,quibus nihilominus ipse & opẽ ferre , & subuenire non intermisit. Ne itaque illud in ore habueris, minus scilicet posse odio te habentes cõuenire:quin illud vsurpatum habeas velim,nequire te tui paruifacere contemptores,quorum alterum Christi discipulũ decet , alterũ dæmones : vtq; primũ illud claros homines fecit & illustres, ita secũdũ hoc obscurat,& ridiculos reddit:eoq; & Moses admiratio habetur:quia deo dicente:Mitte me,vt iratus conterã illos:nihil est passus eos respuere, qui se fuissent sæpius aspernati,qui respondebat: Si dimiseris eos peccatũ,dimitte:sin autẽ,& me quæso tuis sanè & dei amicus, dimitas. Ne itaque nobis id laudi demus,quod potius foret ob turpitudinẽ occultãdũ:neque illud vsurpemus,quod dici vulgò solet: Noui ego cõtemptui habere quãplurimos: quin erunt omnes & irridendi per nos,& comprimendi, qui verbis istiusmodi vtuntur
quandoquidem in his se iactant, quibus pudere oportuisset. quid inquis? dic mihi Christianũ hominẽ conspuendum censes,quem neque infidelem Christus cõspuisset? at quid conspuisset dixerim , quin adeò hunc etsi sordidum & informem dilexit , tantoq; est amore prosecutus,vt eius gratia mortem subierit:tu verò eũdem decorum admodum impræsentiarũ effectum, & cunctis admirabilem respuis? dic mihi nõdum aduertis,quæ in eum verba iactes , aut quod audeas facinus,qui & Christi sit membrum,& eiusdem ac tu domini corpus gerat:eumq; pro capite habeat,pro mensa & veste,proq; luce & sponso, ac demum vniuersorum loco ducat : neque hunc solum,quin & alios plerosque maledictis offendis ? Contine te iam,& desine insanire,recognosce fratrem , edisce furentis hæc dicta esse,& animi valetudine laborantis:quin longè his aliena hunc in modum profare : Nunquam desistam beneuolentia te complecti,vel si centies à te patiar repulsam:hoc pacto & fratrem lucrifeceris, viuesq; hãc in dei laudem vitam , & futuræ beatitudinis non eris immunis.

VT BENEDICAMVS MALEDICENTIBVS, *Christi & sanctorum exemplo,Sermo.*

Incerto interprete.

INgemiscendi mihi cupido incessit , quando & vobis liceret Christi legibus decenter seruatis,non minus præsentia hæc quàm futura illa vẽdicare, ni rebus nimiis & superuacaneis studentes,diuinis præceptis offensi ; his bonis excidissemus. Christus sanè legibus in vsum nobis & vtilitatem conditis,quid gloriosos,quid sordidos & abiectos efficiat ostendit:neque id iniunxisset , haud quaquam scilicet & malefacta fore maleficiis compensanda ; si suos discipulos ob id futuros ridiculos comperisset : quin eò indixit,quòd nosset id illis ad gloriam cessurum non mediocrem. Quòd si maledicentem maledictis nõ insectari à deo probatur,quantò magis qui fuerint male dicos laudibus & maleficos beneficiis prosecuti , gloriam merebuntur? Dicet aliquis, cur igitur Christ° huiuscemodi leges promulgauit? Id quidem dixerim,indulget enim suis discipulis, calleq; quid hominũ possit augere,quid imminuere dignitatem:quòd si indulgere solet nouitq; quid illi contentiosè litigas,cupiens F
aliò iter diuertere : velle nanque alios malè agẽdo superare,non diuinæ id legis esse,quin dæmoniacæ constat . Siquidem in Olympiacis certaminibus inferis dedicatis,hoc pacto victoria comparatur,qui vincendi mod° nullus est sanè in Christi stadio similis , quin longè diuersus est ritus:Sancitum nanque est, percussum , non percussorem corona donari oportere:talis Lucæ.6.d
est apud deum excitãdi consuetudo,cui & statuta sunt omnia cæteris longè diuersa , adeò vt non solùm ipsa victoria,quin & vincendi modus admirationis habere plurimum videatur : siquidem qui succubuisse videntur,palmam retulisse creduntur: hæc dei est potentia,tale cœleste illud est stadium, hoc angelorum spectaculum. Videre videor vos ad hæc dicta incaluisse, fuisseq; magis quauis cera emollitos: verùm cùm hinc fuerit abscessum,nulla erit horum apud vos recordatio: idq; eò magis iniquo animo tulerim,quòd horum nihil quæ dixerim facturos vos intelligam, præsertim cùm non ignorem haud mediocre ex his lucrum referri posse . Nam si mansuetudinem ac benignitatem præculeritis,inoffensi omnium estis manus euasuri,vel si incesserit quispiam maledictis , in authorem conuicia

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gnuicia reditura sunt omnia. Nónne & in iudiciis homines iniuria affectos spectasti, quo vult⁹ splēdore, quāve instent audacia, vtq; ore libero eloquantur: contrà, qui eam intulerit, capite demisso, pudore multo offusus & trepidus terram spectet? Verùm quid criminatores commemorauerim, aut calumnias, quādo si vel in tuam perniciem quispiam gladium acuat, vel suas è tuis ceruicib⁹ sanguine manus respersserit, te inoffenso seipsum peremerit? cui rei testimonio est, qui p⁹ior fraterna manu occubuit: is enim gloriam adept⁹ immortalem, in tranquillissimū portum secessit: qui necē intulit, quauis morte vitam transegit miseriorem: gemebūdus siquidem & vagus ac trepidus, semper rei gestæ crimen præ se feret. quocirca Caïn sceleri obnoxius, inferior erit. Nam qui mala illata tulerit patient⁹, domi non erūt, nec diu apud se illa mansura, quando nullum ab se ortū habuerint, quin aliūde iniecta excipiēs, in bonum praua commutauit: improbus verò suæ malignitatis plagas domi seruat. Nónne & Ioseph erat in carcerem coniectus, cùm interea meretricula, quæ illi Gene.19.b
H parasset insidias, in splendida ac magnifica domo diuersaretur: quòd si alterum è duobus daretur optandū, vter horum esse malles? crederem equidem Ioseph tepotius partes suscepturū in carcere detenti, quàm Aegyptiæ in tectis amplissimis diuersantis: nam si vtriusque liceret animum inspectari, cernere⁹ Ioseph latè & fidenti⁹ diuagantem: illam verò anxiam pudore, tristitia, dolore, & mentis perturbatione magnū in modum, etsi vicisse sit visa, vrgeri. Quibus omnibus cognitione perceptis, ad malorum nos tolerantiam paremus, vt hac tandem patientia liberati, futura beatitudine potiamur.

NE SCANDALVM CVI-

quàm fratrum ponamus, Sermo.

Incerto interprete.

ANimaduerte quantū Paulus curæ, & diligentiæ præstiterit, ne sui exēplo quempiam perRo.14.c turbaret: inquit enim, Si cibi gratia frater tu⁹ tristitiam ceperit, nondū secundū charitatem incedis: qui si mœrore afficiendus non erit, eò min⁹ per te nec iritandus: & rursus idem: Neq; propter cibū destrues Ibidem.
I opus dei: nam si sacram aliquam ædem subuerti graue, & nefariū existimatur, quantò magis spiritale hoc templū, si ruinam patiatur? quando & homines cōstet sanctitate sacris ædibus longè præstare, quippe non parietum gratia, sed nostri huius templi mortem Christus oppetiit. Circūspectemus itaque ipsi nos vndique, nulliq; vel tenuem querimoniæ causam præbeamus: potest etenim vita hæc nostra cum stadio conferri, & nosipsi quàm multis oculis abundem⁹, necesse est: neque quoquàm id pacto credere, ignorantiam scilicet satis nobis ad excusationem valituram, pro qua & pœnas daturi sum⁹, cùm ea nec veniam mereatur. Constat sanè & Iudæos per iustitiam deliquisse, quanuis eiusmodi illorū ignoratio, nulla sit venia cognoscenda. Gētes præterea nouim⁹ fuisse ignorantia captas, nec tamen propterea possunt excusari: nam si ignores quæ sciri nequeūt, aut cognosci, culpa vacabis: contrà verò, si te cognitu facilia lateant, extrema supplicia feres: quinetiam si haud omnino nobis ipsi deerim⁹, sed conantibus quæ abstrusa sunt & recondita cognitione attingere, opem de⁹ & auxiliū feret, quod quidē & Paulum dixisse Philippensib⁹, patet hoc modo: Et si quid Phil.3.c.
aliter senseritis, id de⁹ vobis reuelabit. At cùm ea quæ factu nobis facilia sunt perficere recusamus: neque illum sumus adiutorem habituri, quod⁹ Iudæis accidit: ideo enim, Christ⁹ inquit, eis in p. abolis loquor, K
Matt.13.b
vt videntes non videant. Dicet aliquis: Quo pacto visu carebūt, qui vident? maximè, siquidem cùm spectarent abigi per Christū dæmones, nec tamen temperabant illi obiicere: Dæmonium habes: cùm à mortuis cernerēt excitatos, non eū adorabant, quin mo⁹te afficere conabantur. Cornelius verò nihil istorū similis Ioan.7.c
vid⁹batur, cui pro viribus omnia factitanti, supplebat deus quod defuisset. Nèque id quæras, quo pacto ex gētibus aliquē cùm probus sit, & simplex aspernetur de⁹. Principiò dixerim, nulli hominū posse, nisi creatori cuiuspiam patere probitatē: deinde nullam gentilem illū, aut curam adhibuisse, aut studiū, vt dei haberet notionem. Dices fortasse, quonā pacto dei quispiam cognitionē assequetur, qui nulla sit sapientia instructus? At hūc quē ipse nec sapiētē iudicas, nec prudentē, sed incautū appellas & inutilem: si fuerit in bonis externis periclitatus, cerneres longè rei suæ intentū, & circa eiusmodi apprimè diligentē: qui si spiritualibus rebus incubuisset, quò cæteris solet, nō adeò foret apud deū despectus: nam cùm veritas ipsa sit Sole splendidior, L
quocunq; se quisque contulerit, eodē sibi, si paulò fuerit attentior, salutē conueniet: quod sanè superuacaneū videri non debet, siquidē & Christi res gestæ haudqua quam Palæstinis locis, vel angusto aliquo orbis terrārū angulo circunscribūtur. Nónne & ipse prophetam audisti istiusmodi de Christo prædicantē, Me omnes Hiere.31.f
visuri sunt à minimo vsque ad maiorem? Nónne etiā intelligis hæc dictaueris fuisse rebus confirmata: Quaergo hi ratione veniam sunt h⁹ituri, qui cùm videāt veritatis leges cunctis essē ad perdiscendū expositas, nec tamen his imbui studeant? Dicet aliquis, istiusmodi ab homine rusticano, & barbaro duxeris exigenda? Non equidē à barbaro solùm, & ruri versato, quin abeo exegerim, qui omnes barbarie superet, & feritate. Cur enim dic mihi, si qua de re agatur, rusticanus is, si re⁹ fiat, & obiecta cōfutare nouit, & aduersario si vim patitur obsistere, factitareq; omnia astu & viribus nedāno vel tenui afficiatur, verūm ad ea quæ spirit⁹ sūt, nō pari prudētia vtitur? Porrò cùm lapidem⁹ dorat M
venerabūdus, ac ducip⁹ deo, cùm festos illi celebrat dies, cùm pecunias fundit, vereriq; se eius numen fatetur: nihil vltrà vel ignauus, vel torpēs præ eius ineptitudine videbitur. At cùm verus ipse conquirendus est deus, tunc mihi hominē hunc nec sanū satis, tæc frugi esse memoras: nō ita se res habent, non ita. Nū inertiæ duntaxat hoc crimen erit? quos enim moribus vel faciliores vel rudiores opinaris? eósne, quos Abrahæ fuisse tēporibus constat, an huius nostræ ætatis homines? Id certè clarū, Abrahæ dixeris. Vel quando pietas ipsa & religio inuentu facilior, nostris his, an Abrahæ seculis? nostris quippe, quib⁹ dei nomē est apud omnes vulgatū, & pronunciatū à prophetis, & fidē res ipsæ natæ, gentiū opiniones sunt cōfutatæ, & repudiatę. Accedit etiam, q; tunc temporis homines nondum erant veritatis cognitione instructi, & scelera suæ ditionis vniuersa effecerant: nec lex erat vlla ad castigationem promulgata, propheta nullus, nulla miracula, doctrinę nihil, aut qui eius cognitionē haberent non multi, neque aliud eiusmodi: quæ erant omnia tanquā in prōfūdis tenebris, obscuraq; & turbida nocte cōstituta, ita vt reb⁹ aduersantib⁹ mirābus ille & ingētis animi vir & dei notionē habebat, & virtute exercita plerosq; ad sui imitādū induxit. Quod magis in eo mirū videri debet,

A bet, cùm esse⁹ externæ huius, & humanæ sapiētię prorsus ignarus: nondum enim fuerant elementa literarū inuenta, verūm conanti illi pro sua virili omnia opē deus & auxilium tulit. Neque enim dici potest, Abraham eam, à suis maioribus accepisse religionem quippe qui idolis inseruisset: nihilominus cùm talibus esset ille progenitoribus ortus, barbarus insuper natione fuisset, & inter barbaros enutritus, neminemq; habuisset diuinæ religionis instructorē: tantùm reliquos qui vel leges accepissent, & prophetas probitate antecuit, quantùm nec dici⁹ at potest. Cur illud? quoniā spiritui prorsus intentus, præsentibus bonis nec curæ nimiū impendebat. Quid præterea Melchisedec? nónne & is Abrahæ tēporib⁹ fuit, adeoq; claruit, vt dei sacerdos diceretur? neque enim fieri poterat, vt qui castè & continenter vitā duceret, contēptui haberetur. Cùm itaq; intelligam⁹ è quadam probata cōsuetudine quod semel sentimus, firmū ac stabile seruandum esse, & nostræ erunt per nos actiones circunspectandæ, vt vitæ melioris profectum nanciscamur: nec deus precādus vt supplicia à quouis hominum exigat: aut scrutandū,
B cur hunc sanitati restituat, illum ad se iam fato functum reuocet: sic enim haud secus sanè facere videremur, quàm solet infensus seruus, qui domini dispensationem disquirat. Miserum equidem te & calamitosum dixerim, cui cùm futura supplicia curæ esse debent, quóve sit pacto deus conciliandus, aliorum pœnas deposcas, pro quibus & tibi torméta subeūda sunt, illis omissis, quorum sis rationem redditurus. Dicet aliquis, quid igitur? sumne hæc gentili cuiquàm, & infideli renunciandā? quinetiam velim non solùm gentilem hominem eadem hæc cōmonefacias, sed ipsum vt rectius viuas: siquidem gentilis ille vitæ tuæ moribus perpensis, non mediocriter ex his fuerit offensus: ad hæc tibi quid respondendum sit cogita. Nam si qua re alius offendatur, nullam eris ob id rationem redditurus: at si ex prauis tuis facinoribus fuerit offensus, eris sanè discrimen vel extremum subiturus, eò magis si te quem fortè rebus cœlestibus studentē conspicabitur, mox bonis præsentibus viderit inhiantem, reformidantemq; æterna incendia. Eiusmodi itaque cupiditatis stimulatus, qua vti responsione queas, excogitāda est, præsertim cùm gentilis ille tuis flagitiis perspectis, his sit teverbis criminaturus. Tu qui iudiciū illud
C horribile opteris, cur præsentia hæc nō aspernaris? si immortalitatem speras, cur mortem non paruifacis? si cœlestis imperij amore duceris, cur non hanc tam contemnis? Istiusmodi ergo obiectanti cogita quid sit per te respondendum, eoq; magis instabit cùm te viderit ad pecuniarum iacturam tremebundum, & ad oboli vnius lucrum lætum & hilarem, habentemq; animam pro tenui argento venalem. Hæc sunt, inquam, hæc sunt quæ gentilem offendunt. Quocirca si tibi cura tua est salus, erit pro his ratio non verbis, sed factionibus reddenda: quando ob eiusmodi gentilis hominis quæstionem nemo vnquam deum maledictis incessiuit, qui ob vitæ prauitatem vbique offenditur, quæ eò erit p⁹ nos emendāda, vt reliquos ob eiusmodi petitionibus coērceamus: quæret enim gentilis, vnde fieri certior possim deum toleratu facilia imperasse? Ecce tu qui Christ⁹ hāc fidē à maioribus tuis acceperis, ipsq; in hac tam probata religione educatus, nil tamen ea dignum pro dei iussu facis: quid ipse ad hæc dices? fortè ostēdā tibi plerosq; alios, qui in eremo cōfidunt, vitam agere qualem quæris, & deò gratā. Proinde nō te pudet, cùm ex confesso Christianus sis, gen D
tilem hominem ad alios remisisse, quasi nequeas ipse aliquo indicio Christianum te esse ostendere? at mox ille dicturus est, quid mihi necesse est & montes adire, & solitudines insectari? si enim fieri non potest hominem in mediis vrbibus diuersantem, Christi hanc fidē & sapiētiam adipisci, permaximè erit vestra hæc Christiana respublica incusanda, eò magis si futurum est, vt relictis vrbibus nosipsos in secessum aliquem conferamus. Id modò velim, hominem afferas vxorem liberos & domū habentem, posse huic vestræ sapientiæ studere. Quid ad hæc dixeris? nullus est impræsentiarum subterfugij aut pudoris locus, longè enim aliter se habēt diuina imperia. Sic splēdeat, inquit, lux vestra Matt.5.b
coram hominibus: non montibus dixit, aut pro solitudine aliqua inaccessa. Hæc dixerim nō vt eos qui mōtes sibi ad habitandum elegerint, minus probem: quin vt vrbium incolas deplorem, quòd virtutes inde abegerint. Obsecro itaque vt illud quod in remotissimis locis exercetur sapientiæ studium ad nos vel in vrbes traducamus, vt ciuitates & loca frequentiora hoc pacto excolantur: sic & gentiles reduci in viam poterūt, E
& offendicula submoueri, adeò vt si eos reddere inoffensos cupieris, & tibi mercedis plurimum vendicare, & vita tua erit per te corrigenda, & quoque verius illustranda: vt homines tuis optimis facinoribus perspectis, deum cœlestem patrem efferāt laudibus, nosq; ea gloria, quæ explicari verbis haud sat pro merito potest, frui possimus.

DE MALIS A NOBIS EVERTEN-

dis, Sermo. Incerto interprete.

EVertendi sunt nobis malorum fontes, quibus euersis sublatisq;, ardentissimum cupiditatis ignē extinguere licebit, ipsiusq; nequitiæ radices ab imo reuellere: etenim si infœcundæ arboris superiora circuncideris, eadem nouos ædente ramusculos, nihil videberis vel radicib⁹ altè tendētibus esse cisse. Quid autē malorum sit radix, edisce ab optimo agricola, qui cùm huiusce sit agriculturę non ignarus, vineæ spiritali & curam impendit & operam, & terrarum orbis cultura suscipit. Quid igitur dixerit quispiam, cunctorum malorū esse causam? Pecuniarum equidē asseuerauerim cupiditatē: siquidē omnis improbitatis, & nequitiæ fundamentum ipsa est habendi libido. Ex ea nāque dissensiones, inimicitiæ, bella, altercationes, contumeliæ, suspiciones, iniuriæ, cædes, furta & sacrilegia emanāt: ob eam, inquā, non solùm vrbes & oppida, sed viæ ipsæ, & orbis denique vniuersus desolantur, montes insuper, & loca quæque superiora, & cuncta demum sanguine redundāt & clade, quod malum neque ipso ponto abstinuit: ibi nanq; maiori quadam væsania desæuit, piratis, nouo quodam prædandi genere adinuento, vndique obsidentibus. Ob hāc præterea cupiditatem, & naturæ sunt leges immutatæ, & sublati consanguinitatis termini, ipsiusq; substantiæ, ac vitæ corrupta sunt iura: auri enim violenta cupido, non solùm in viuos, quin etiam in mortuos ipsos tales armauit manus, vt ne cum tumulatis quidem habere inducias patiantur: quin has plerique sepulchris refractis sceleratè iniiciunt cadueribus, neque sinunt vita functos eorum esse insciis vacuos. Quæcunque denique mala, siue domi esse comperies, siue in foro, siue in iudiciis, siue in concionibus, siue in curia & regiis ædibus, siue quibusuis aliis in locis, ex ea habet cupiditate ortum. Hoc illud est malum, hoc cuncta cæde & san-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G & sanguine oppleuit, hoc gehennæ flammam excitauit, hoc ciuitates solitudine nihilo meliores, verùm inferiores longè effecit. Siquidè obsessores viarũ cauere facilius possunt, quàm qui prædabũdi mediis vrbibus inuersantur: hiq; tantò sunt illis deteriores, quantùm ad euitandum difficiliores videntur. Audèt enim in propatulo, quæ illi seorsum solent & clàm factitare: & leges quæ ad prædonum perdendam impuritatem sunt & nequitiam latæ, in auxilium sibi & commodũ trahunt, vrbemq; vniuersam clade & facinoribus cõplent. Atqui inopem in esuriem dedere, in carceremq; cõiectum, & vincula, tormentis post famem tradere, & variis eculeis diuexare: nónne pro cæde commissa habendum est, & cæde maius? quam rem & si ipse non feceris, causam tamen vt fiat præbueris, magis eris q̃ qui supplicia subministrant, culpandus. Carnifex enim simul ac gladium iugulo defixit, breuiq; dolore affecit, desinit vltra hominem excruciare: ipse verò ciues crimināndo, vexando, insidiandoq; suggeris centies mortem oppetere. Aduerte itaque quàm multiplices variasq; ex vna conficias mortes. Quodq; grauissimum
H est, cùm nulla sis necessitate, aut fame compulsus: sed eò duntaxat vt equorum frena, domus fastigia, & columnarũ epistylia multo auro obducantur, rapiendo habẽdi semper in te crescit cupiditas. Quónam igitur pacto hæc non gehenna digna iudicentur? quando & fratris, qui tibi est ineffabilũ bonorum particeps, tantoq; à deo honore dignatus, nulla apud te ratio constet, idq; solùm habeas voluptati, vt lapides & pauimẽta extollas, exornesq; adeo brutorũ animalium corpora, vt plurimas tibi ad perniciem & calamitates inferas & ærumnas. Canis tibi magna est cura: homo vero, imò Christus ipse, pro tuo hoc nimio in beluas studio, proq; inani cæterarum rerum solertia, fame extrema concluditur. Quid hac confusione deterius? quid eiusmodi nequitia potest esse molestius? quot flagrantia flumina, vel igne succensa huic fuerint ad cruciatũ satis? Siquidem is, qui sit ad dei imaginem creatus, tua inhumanitate sordescit, & squalet: mulorũ vero facies qui coniugem vecturi sunt tuam, auro nõ modico fulget, pelles insuper & ligna, quibus tegumentũ aliquod contexitur, vel si sedes paranda sit, aut suppedaneum,
I auro argentoq; operiuntur: at Christi membrum, cuius ob gratiam è cœlis ille ad nos deuenit, ac venerandum sanguinem fudit, præ auaritia necessariis alimentis nil fruitur. Lectuli præterea tui vndique sunt obtecti, sanctorum vero corpora vel necessario amictu priuantur. Seruis itaque, beluis, stratis, suppedaneo, sella & cæteris quæ viliora sint vasis, inferior à te Christus habetur & abiectior. Quòd si me audis, dictaq; hæc mea horrescis, desiste iam hæc factitare. Desine, inquam, insanire: est enim studiũ hoc omne quod circa huiuscemodi res impenditur pro insania habendũ. Idcirco inani hac & superuacanea cura omissa, oculos aliquando tandem subleuemus ad cœlum, diemq; tum illum, id est horribile dei iudicium, tum statutam certamq; sententiam, & in reprobos futuram damnationem memoria repetamus. Animaduertamus insuper & æternæ illius maiestatis tolerantiam, quòd nostris vel erratis, vel sceleribus perspectis, neque cœlitus in nos fulgura iaculetur, cùm facta hæc fulmine sint non indigna: id tamen facere intermittit, nec mare in nos refundit, nec terram scindit, aperitq; mediam, nec Solem extinguit, neque disturbat cũ astris vna & lunam: nec cuncta denique è medio tollit, quin potius
creata omnia sinit suo ordine ferri, nobisq; pro instituto subministrare. His itaq; animaduersis, diuinę clemẽtiæ & magnitudinem animi, & tolerantiam obstupescamus, reputemusq; nobiscum animo nostri ortus ingenuitatẽ: quando in præsenti nihil planè videamur à brutis animantibus differre, sed illis esse longè inferiori conditione orti. Siquidè sanguinis illa trahũ tur coniunctione, suntq; naturali quadam amoris copula contẽta: ipse vero vel plerisq; sese offerentibus occasionibus, honore sciliget qui religioni debetur, & fidei, & multorum bonorum participatione, quorũ ob gratiam cum membris tuis & fœdus inire, & copulam queas, factus es illis longè immanior. Præsertim cùm ea quæ planè inutilia sunt, & nullius momenti, magno videris studio insectari: eos autem qui dei sunt templum, fame & nuditate consumptos, non solùm asperis & negligis, sed malis plerunque plurimis obnoluis. Atqui si ea per te gloriæ cupiditate geruntur, longè magis frater, quàm equus curandus foret. Quantò enim is, qui tua sit munificentia vsus, præstantior fuerit, eò fulgentior tibi pro tuis in eum beneficiis corona contexitur: nunc vero cùm longe his fueris in alie
L na lapsus, non sentis quàm multos excites, qui te criminentur. Quis enim tibi non maledixerit? quis non extremæ crudelitatis, & inhumanitatis insimulabit, cùm viderit te hominum genere neglecto, bestias illis prætulisse, post bestias vero domos & suppellectilem curæ habere? Nónne apostolos audis asserentes, priores illos qui dei verbum suscepissent, domos fundosq; vendidisse, vt fratres alerent: tu verò domos & fundos subtrahis, vt equos, ligna, pulles, parietes, & pauimenta extollas? quodq; gratius videri debet, non solùm viri, verùm & mulierculæ hac trahunt væsania, quando ad inanem laborem hunc & maritos impellunt, vt vbiuis potius quàm necessariis in rebus impendant. Quòd si quis hęc tulerit molestius, minusq; probet, præmeditatum habent, & in promptu responsum non mediocriter increpandum: dicunt enim ea licere, quæ & cæteri factitent. Quid inquitis, nihil pudet, nihil veremini, quando & Christum vt equis & mulis, ita & stratis, & suppedaneis adnumeratis, & famescentem: quin potius neq; illis parem facitis, maioremq; his rebus portionem, Christo verò perexiguam M
impartitis? Num vos fugit cuncta illius esse ditionis, vos insuper, ac vestra omnia? Num ignoratis eundem & corpus condidisse, condito gratis indidisse, & animam, in quam omnia ornamenta contulerit? Quispiã verò pro his omnibus donis nec beneficij vicem reddet? quive pro locata domuncula pactam, & conuentam pecuniam diligentissimè exposuit, mundi hãc machinam omnem in vsum habens, tantumq; inhabitans terrarum, neque parum tolerat mercedis dependere, cùm inani gloriæ è qua facta eius omnia pẽdent, seipsum suáque vniuersa deuouerit, eò inanius, quòd neque beluis tali ornatu circumactis, addi aliquid virium potest, neque sessoribus ipsis virtutis plus quippiam accedere, quam ignominiæ: siquidem plerique ab equite auersati, oculos ad iumenti ornatum conuertent, insequentemq; familiam, vel prævios, & qui elatis ceruicibus anteceſſerint circunspectabunt, dominum verò satellitibus stipatum, non secus ac communem hostem, & infensum habebunt, & asernabuntur: quæ res contingere tibi haudquaquam poterit, si animum excolueris, quin homines potius & angeli vniuersi, & angelorum princeps coronam
plectent.

A plectent. Idcirco si gloriæ cupiditate duceris, desine iã sectari quæ sordes: neque domum, sed animam ipsam, vt clarior fias & circũspectior, ornato. Nihil enim dici te vilius potest, si ei posthabitæ & neglectæ domus ornatum anteponas. Quòd si mea hæc dicta iniquo animo tuleris, audi quod fuerit per quempiam alienigenam gestum. Philosophus enim quidam cùm splendidam esset domum ingressus, auro multo fulgentem, varioq; marmore, & columnarum cultu conspicuam, pauimenta mox ipsa tapetibus strata vidisset, in fidẽ domini dicitur domus conspuisse: increpitus deinde
« respondisse, Cùm sibi id facere vlla in parte domus
« haudquaquam licuisset, coactum se domini vultũ con
« spurcasse. Vides itaque quàm irrisione dignus sit ille apud eos qui mente valent, & despicatus qui exteriora ornauerit: nec immeritò. Nam si quis vxorem siuerit tuã opertam pannis, aut neglectam, ancillam verò veste splendidiori obtexerit: nùm æquo id animo tuleris? Minimè, quin ira succensus summã hanc esse iniuriam clamitares. Nec secus igitur tibi erit de anima cogitandum, cùm parietes solùm, & supellectilem exB ornas, & stipem minus abundè impertiris, nec in rebus gerendis prudentius impendis operam: quod eò gratius videri debet, cùm constet heram inter & ancillas pro earum natura nihil distare, animã verò à corpore differre plurimum. Quæ res si ita se habet, longè magis domus ipsa & lectuli & scabella, ab anima distabũt. Qua igitur fueris excusatione dignus, cùm hæc fuerint auro per te, argentoq; obducta: animam verò nulla eius habita ratione, pannis obsitam, squalẽtem, famelicam, vlceribus plenam, canibus siueris laniandam, & his insuper existimans te ex ornatu eiusmodi, & exteriori laude, vel gloria potiturum? Illud præterea maioris dementiæ apparet, cùm fueris ob id superuacui ornamenti sæpe aliàs increpitus, irrisionibusq; & conuiciis, vel iniuria quauis alia affectus, & extremis suppliciis adiudicatus, superuacanea hæc fore tibi adhuc decori ducere. Vnde cùm ita, vt diximus, se rẽ habere intelligamus, repurgãda sunt nobis errata hæc omnia, vt aliquando tandem nostri iuris effecti, resipiscamus, trãsferamusq; in animum decorem illum exterioẽ in omnem, & ornamentũ hoc pacto deus ma-
C nebit illæsus, & sine iactura eris: & nos angelis pares efficiet, & bonis certioribus donabit.

DE NEQVITIA DEPVLSA, & uirtute inducta, sermo.

Incerto interprete.

AGè tandem, si placet, contentionibus omissis, sermonem ad mortalitatem differendã conuertamus. Nequitia enim depulsa, inductaq; virtute, clarè docebimus iniquitatem ipsam nullũ habere à natura ortum, cõqui antibusq; malignitatis originem, non solùm verbis, verùm & rebus ipsis ora occludere facilè poterimus: vtpote qui illius naturæ simus, non improbitatis participes: neque illud spectandum, quàm labor sit virtus, sed quàm possit facilè comparari, si studio & diligentia incubuerimus, considerandum. Quòd si vitiorum voluptatem attuleris, & finem qui ducit ad mortem: vbi econtra virtutes ad vitam explicabis, videbimus plurimũ vitiis inesse doloris, virtutibus verò voluptatis non parum, si fuerint hæc diligentius, vtraq; discussa. Nam quid improba cõscientia molestius? quid spe meliori suauius? Nihil profectò. Nihil adeò nos frangere vel vrgere consueuit q̃ rei aduersæ, aut mali imminentis expectatio: nihil vnquam nos adeò subleuat, & quasi volitare facit, quàm D
recti conscientia. Quod quidem facilè potest in rebus humanis aduerti: nam qui carcerem habitant capitis damnati, damnationem operientes & mortem, vel si deliciis abundè fruantur, vitam longè agunt molestiorem & anxiam, quàm qui emendicando, & nullorum sibi malorum conscij per rerum angustias incedunt. Mortis enim futuræ expectatio haudquaquam sinit, vt quas in manibus habent voluptates, seu delicias sentiant. Verùm quid vinctos dixerim, & in carcerem cõiectos, quando & liberè vagantibus & abundantibus dico, & opulentis viris sibiipsis malorum conscijs, opifices ipsi longè sint conditione meliores, qui ex diurno quæstu victitent & labore summo. Cumq; in popinis nonnullos spectamus temulentos, incontinentes, & vẽtre distentos, eò illos infœlices appellamus, quoniam edendi, & perpotandi voluptate longè est acrior expectãda in eos & futura calamitas: quòd si hisce omnibus viuendi hoc genus iucũdum apparet, nihil est mirum, si nequeat in malignitudine amaritudo euitari, vel in nequitia defugi tristitia. Ecce res tam execrãda ebriosis illis laude videtur digna non mediocri: nõ E
tamen idcirco beatos illos, sed miserabiles nuncupamus, & calamitosos, quia ignorant quibus sint malis immersi. Quid de mœchis dixeris, qui pro breui fluxaq; libidine turpem subeunt, indecoramq; seruitutẽ, pecuniarũ insuper iacturam, timorem continuum, & vitã ducunt eius sanè quam Caïn duxerit nihil absimilem, vel longè quàm ille molestiorem. Siquidem & præsentia verentur, & futura pertimescunt, amicos pariter & inimicos gnaros vti & sceleris conscios suspectos habent, adeò vt neque quiescendo huius sint anxietatis expertes. Facinorum enim conscientia insomnia eis vel plena formidinis adusque terrore effingit. Verùm qui fuerit in vita moderatior, erit his malis omnibus solutus, tum illam summo in otio & libertate transiget. Obiectandi itaque erunt breuibus his oblectamentis formidolosi fluctus istiusmodi & procellæ, perexiguo abstinentiæ labori trãquillitas illa vitæ sempiternæ obiicienda, spectabis sanè moderatã hanc incontinenti illa esse longè iucundiorem. Prædo præterea & fur alienis pecuniis manus iniecturus, nónne diuersando seruisq; non secus, ac liberis adulãdo, portarum vigiles deterrendo, comminando, iniuriam inferendo, excubando tremebundus & anxius, & suspectans omnia plurimum tolerat laboris: ei verò qui pecunias aspernatur, nihil accidet istiusmodi, sed ingẽti fretus animi suauitate, vitã quietè aget, ac tutò. Cæterùm si quis vitiorũ partes discusserit singulas, cõspicabitur cõfusionẽ illis inesse, & scopulos nec mediocres: mox si virtutis principia attẽdat, dura esse, & laboriosa cõperiet: quæ verò sequentur, facilia adeò & iucunda videbit, vt superior omnis obiectus labor subleuetur. Cõtrà verò, longè ab his vitiorũ est diuersa conditio: siquidẽ oblectamenta ipsa, quæ ex illis initiò statim capiũtur, delectabres ac supplicia cõsequũtur, ita vt prior illa omnis depereat voluptas. Nam quemadmodũ is, qui post partam victoriã coronam expectat, præsentes labores pro nihilo ducit: sic & is quẽ post delectationem manent tormenta, nequit fructũ purgatæ voluptatis timore omnia perturbante capessere. Quinetiam si quis diligenter rem omnem inuestigauerit, vt crucia tus peccatis propositos omittam°, plurimum in vitiis exequẽdis cõperiet inesse laboris. Quocirca si placet, rutemur eadẽ hæc í his q aliena rapiũt, vel si ditiores
fortasse

Universidad de Deusto
Biblioteca

G fortasse fuerint,& pecuniis circunfulti sint,etiá si velis,quouis discrimine,anxietate, cura & cæteris eiusmodi vacui:concedamus præterea quempiá esse nulla sua industria opulentum,quodq; nec fieri potest,fidentem,& spei plenum posse res suas & bona omnia in lõgum seruari. Qua igitur is,quoniam abundè sit fortunæ bonis obseptus, voluptate fruetur, præsertim cùm hæc haudquaquam sinant quempiam diu lætari:siquidem appetenti plura tormenta augescunt, maximeq; tum quisque gratuletur,cùm habendi absessit cupiditas. Nam & sitibundi tunc recreamur,cùm ad satietatem ebibimus:quãdiu verò siti vexabimur, vel omnibus exhaustis fõtibus, fluminibusq; per nos absorptis, & angimur magis,& acrius cruciamur. Ipse ergo si seculi huius bona acceperis,nec eadem intermiseris augendi desiderium, eò te maiori cruciatu afficies, quò & plura gustaueris. Ne itaque existimes ex hoc multarum rerum complexu aliquam tibi, nisi diuitias spreueris,posse afferri voluptatem: quandiu enim eas concupieris,nunquam supplicio carebis. Amor quippe diuitiarum ille inexplebilis est,& infinitus:quantoq; plus

H processeris viæ,tãtò magis à fine aberis. Nõnne igitur cupiditas hæc pro monstro & extrema socordia est habenda? Erit itaq; principiò nobis ab his auaritiæ malis longius abeundum,quin potius neque talia sunt desideria attingenda:vel si attingimus,fugiẽda erunt initiò statim,neque his diutius immorandum. Quod Salomon de muliere adulterata disserit hoc modo,& eõ

Prou.5.b monefacit:Desalta,ne moram traxeris, neque domus illius fores adieris. Nec secus ipse de pecuniarum auiditate dixerim:nam si sensim te vastum illud feruoris mare adire contigerit, haud facilè reuocare gradum quiueris,difficulterq; victor euades,nec secus ac solẽt qui capitis vertigine detinentur. Vnde si in huius auaritiæ profunditatem descenderis,teipsum,ac tua vniuersa deperdes:quare principia ipsa nobis cauẽda sunt quæve minora fuerint mala euitanda,è quibus & maiora ortum ducũt. Nam qui errata vel singula vti exigua paruipendere consueuerit, paulatim omnium patietur iacturam:peccatorum siquidem incuria, & neglecta facinora,& vitia induxere, & vrbiũ mœnia solo æquarunt. Sic & corporibus morbi increscunt,cum

I illorũ vel tenues causæ negligũtur. Atqui Esau nisi primogenituræ renunciasset, nequaquam esset indignus

Gen.27.d.e benedictione effectus. Item si se benedictione non abdicasset,nec fratricidium cõmittere concupisset. Caïn

Ibidem.g præterea nisi primogenituræ fuisset desiderio captus, sed eiusdem deo curam demandasset,nunquam secunda fuisset primogenita consecutus: quibus adeptis, si

Gene.4.a commonefacienti se deo paruisset, cædem nunquam parturisset. Rursum fratricidio commisso si eũ rei gestæ pœnituisset, deoq; se appellanti non impudentius respõdisset,nihil esset in reliquũ mali perpessus. Quòd si hi quos ante conditam dei legem fuisse constat, præstiusmodi negligentia sensim sunt ad ipsius malignitatis ima prolapsi:cogita quid nobiscũ agatur, qui ad maiores sumus fossuras euocati, ni diligentius nobis præcauerim⁹,& malorum scintillulas priusquàm ignẽ suscitent,extinguamus. Quorsum hæc? Peierandi frequentiã ineris consuetudine, non modò ergo huic erit vitio obsistendum,sed tollendum prorsus & iusiurandum:id si egeris,& labore quouis,& peierandi vitio vacabis:longè enim est difficilius non peierare, q̃ nullo omnino iuramento insuescere. Conuiciator si fueris,vel contentiosus, aut percussor: præscribe tibi non irascendi,legem, nec clamitandi:hoc pacto cũ ra K dice vnà & fructus interibit. Libidinosus es,& incontinens:propone tibi metas & terminos nullam mulierum spectandi,neque in foro alienum decorem oculis circunlustrandi. Leuius enim multò à muliebri aspectu abstinebimus,quàm visa & concupita fœmina libidinum incitamenta propulsabimus: siquidem & leuiora sunt,quæ primùm nobis inferuntur certamina, tãetsi nihil erit nobis decertandum,si nec portas ipsi hostibus patefaciamus,aut admiserimus vitiorum semina. Idcirco Christus virum incestè mulierem spectan Mat.5.c tem pœna affecit, vt nos labore subleuaret:indicit nãque prius è domo hostem eiiciendum, quàm sumptis viribus fiat validior,ac quũ depelli facilè queat. Quid enim opus est frustra nobisipsis exhibere negotium,& manus cum hoste conserere, cùm liceat palmam sine certamine comparari,& præripi queat ante inceptum bellum victoria? Neque enim adeò laboriosũ est à mulierum aspectu continere oculos,quàm visis & circũspectatis abstinere: quinetiam neque ipsa oculorũ abL stinentia quippiam habere videtur difficultatis,sed aspectus ille sudoris plurimum habet,& laboris. Quòd si vel ea res istiusmodi difficultatibus vacaret, præstaretq; de se lucrum aliquod nec mediocre:quid tum nobis properandum est,vt malis omnibus abundantissimũ pelagus adeamus? præsertim cùm non solùm sit à fœminarũ intuitu hoc abstinere facillimum,verùm & ab earum concupiscentia ne inquinari quidem concedatur. Contrà verò qui fœminam viserit, vt summo cum labore, sic non sine animi labe euadet,si fortè sit aliquando euasurus:vtq; is qui spectatorum speciem, decorẽmve haudquaq̃ attenderit, veritq; omnib⁹, quæ inde admittuntur libidinibus vacuus:sic qui fuerit in visendo cupidior,cùm mentem primũ cogitatu fœdauerit,quærit demum admissæ cupiditatis notam excutere,si excuti quoquam pacto queat: idcirco Christus Mat.5.d ne talibus afficiamur,non solùm homicidiũ,verùm & Ibid.e.f iracundiam interdixit:nec fœminam modò non adulterare,sed nec incestè quidem intueri iniunxit:neq; solùm non deierandũ vetuit,quinetiam & sustulit iusiurandũ. Sic neq; hoc quidem pacto dimensa virtute contentus,& legib⁹ eiusmodi promulgatis ad maiora pro

M cessit. Siquidẽ humanæcæde interdicta, iniunctaq; nõ irascendi lege: indicit etiam ad tolerandas iniurias patiẽtiores esse debere: neq; fore solùm pro insidiantis arbitrio sustinẽdos insultus, quin etiam vincẽdum esse insultãtis furorẽ nostræ tolerantiæ magnitudine. Non enim dixit, si quis te in dextrã malam percusserit,feres animo æquiori, & obticebis,verùm & alterã fore percussori porrigẽdã addidit. Sic enim perspicua Ibidem.i paratur victoria,si plus illi q̃ velit cõcesseris,suæq; malæ cupiditatis & metas tuæ magnanimitatis grandita te superaueris:hoc enim pacto & illius solusti insaniã, & quẽcũdò patientius tuleris,prioris tolerantiæ mercede sartiet. Vides itaq; & nihil ex illata iniuria offendi,in nostra esse nõ in inferẽtis potestate,neque solum nullo affici malo, sed quod aliquando patimur nostri esse,non alieni arbitrij:quodq; mirũ magis videri debet,nulla prorsus offendemur iniuria,si nobis paululũ aduigilabimus,quin pro beneficio erit quodcunq; in nos ius præter & æquũ infertur. Exẽpli gratia, fuit in te quispiã contumelios⁹,potest si libet hãc suã conuertere laudẽ contumeliã:nã si contrà & ipse fueris in te lacessentẽ conuiciatus,accumulabis conuiciãdi fœditatem: verùm si te cõticio incitantẽ laudibus prosequeris

A sequeris, spectabis qui aderunt palma te & gloria iudicasse non ingnum. Vides cùm volumus iniurias nobis in beneficium cessisse, quòd item de pecuniarũ iactura,de plagis ingestis,& istiusmodi cæteris contingere potest: si aliorum in nos malefacta accumulatis beneficiis compensabimus, talique munificentia duplicem nobisipsi & palmam vendicamus,& coronam nectemus. Ita fit,vt si accedens quispiam, hunc illúmve afferat fuisse de te impudentius locutum, & vulgò maledictis incessere asseuerat, tum si conuiciatorem coram delatore ipso laudaueris plurimum,& obtrectantis iniurias vindicabis,& pœnas capies: quippe qui rem hanc memoratu dignam gestam per te fuisse cognouerint,& te laudibus efferent,& odio conuiciãtem insectabuntur, asserẽntque hunc quauis fera bestia nequiorem: quandoquidem nullam tibi iniecerit conuiciando tristitiam, cùm ipse qui sis iniuria affectus,nihil mali pro malo accepto retuleris, arguèsque hoc pacto dicta in te omnia commentitia fuisse,& falso obiecta. Solet enim qui alienis in se maledictis offB fenditur, conscientiam delati criminis præse ferre: contrà verò, cuncta quæ obiiciuntur irridens, & vti nullius momenti ducens, quauis se suspicione leuabit. Cogita itaque quot bona hanc tuam moderantiam cõsequantur:siquidem & te quauis eximes animi perturbatione:quódque primum fuerat dicẽdum,vel peccatis quibus fortè fueris obnoxius exueris,quando criminatores tam leni animo feres,quàm phariseum tulerit publicanus obtrectantem. Accidit etiam quòd animum ad sapientiæ studium exercendo instituis, & laudem tibi omnium consensu comparas non mediocrem,erisque quauis obiectorum criminum suspicione solutus. Quòd si in nominis tui detractores vindicandum censueris, facilè id, abundèque sequetur, quando vel pro maledictis supplicium sumpturus est deus, eritque illi tua vel ante id supplicij tempus in perniciem tolerantia. Nihil enim adeò maledictos mordet frenátque, quàm illatæ contumeliæ contemptus. nam quemadmodum tot bona ex ipsa sapientia emanant, ita ex ipsa animi pusillanimitate pleraque mala contingunt: siquidem & ipsi ignominia notaC mur, videbimúrque spectantibus cæteris delati criminis non expertes, animúmque indignatione opplebimus, & hoste iucunditate affecto, deum irritabimus, superi lucemúsque erratis pristinis noua delicta. Quæ omnia cùm ita se habere intelligamus,euitemus impatientiæ præcipitium, nósque ad ipsius tolerantiæ portum conferamus, vt hìc nostris animis pro Christi pollicitationibus,quiete inuenta, eiusdem cum dono & gratia, cum benignitate & clementia bona æterna consequamur.

QVOD NVLLA RESIDEAT APVD nos vitiorum malorum memoria, sermo. Incerto interprete.

EO ipsi proximè ad perditionem accedimus & interitum, quia cum antehac florenti & iuueníli ætate fuissemus,nunc consenuimus. Quocirca eradenda erit eiusmodi à nobis senectus omnis,quæ etsi lauacro deleri nequeat,poterit pœnitentia obliterari, Excutiendum iniquam quicquid in nobis senectutis,rugæ insuper omnes & maculæ,ac labes abluendæ:nósque ita excolendi ornandiq; erimus,vt nostri decoris,& cultus desiderio vel princeps ipse,& dominus capiatur. Licebit præterea nobis,

vel si ad vltimam quandam sit deformitatem peruen D tum,eam pulchritudinem recuperare, cuius & Dauid meminit,Desiderabit rex decorem tuum,audi filia & Psal.44.c. vide,& obliuiscere populi tui,& domum patris tui, & concupiscet rex decorẽ tuum. Atqui obliuio nihil cuiquam parit quod maneat ornamenti: decorem equidem animæ dixerim,obliuionem verò commissi & erati. Hæc sanè Dauid ecclesiam ex gentibus cõfectam appellans,disserit:& commonefacit ne maiorum suorum ritus,qui idolis immolassent, recordetur, cui ecclesiæ cum ex huiuscemodi esset hominum genere cõgesta, non solùm pristina sacrificia interdicit: quin, quod maius est,ne vel animo ipso admittat, prohibet. Ibidẽ.15.b. quod & alio loco sic dicit, Ne meminerim nominum Ibidẽ.16.b. eorum in labiis meis. & rursum, Ne loquatur os meũ opera hominum. Dicet aliquis,nónne virtutis eximiæ loco habenda est hæc taciturnitas? eximiæ quidem,nõ tamẽ adeò,vt æquari cum delicti obliuione queat: nec enim solùm propheta opera hominum haudquaquam fore explicanda inquit,quin ne recordatione quidem, aut memoria repetenda. Vnde coniectare licet quam longo velit nos à nequitia interuallo abesse, cuius qui E haud meminerit, nec cogitatum in ea viget: qui autẽ cogitatione vacabit eiusmodi, & sermone vacet necesse est: si taciturnus, actione carebit & opere. Vides quibus nos viis, quibus vel interuallis à rebus superua caneis seiungat? Erit itaq; nobis propheta ipse audiendus,& ita,vt nulla resideat apud nos vitiorum aut malorum memoria,non tamen eorum quæ ipsi delinquimus tollendam esse dixerim recordationem. Quippe commemora, inquit deus, prior ipse tua facinora, sic Esaiæ.43.d. horum nihil vltrà meminerim. Quorsum hæc? Nulla sit amplius pristinæ rapacitatis recordatio, quin restituenda sunt per nos fraude subtracta: id enim sonat nequitiam obliuioni mandare, & fumaces cogitatus tollendi, & ita vt de cætero nunquam animo admittã tur, insuper & errata obliterãda. Quæret aliquis, quónam pacto assequi hanc nequitiæ obliuionem poterimus? Nempe ex diuinorum bonorum repetita memoria: si deum continuò meminerimus, haudquaquam licebit praua recordatione repetere. Si enim, inquit, in Psal.62.b. cubili fuerim tui memor,matutino essem de te meditatus. Nam si semper est deus memoria complectenF dus,tunc tamẽ id maximè agimus,cùm animus & cogitatio in otio versantur,cùm eiusmodi recordatione seipsum quis increpat aut damnat, & in eadem longius commemoratione perseuerat: curæ siquidem interdiu,& animi perturbationes omnem de deo cogitatum & intercipiunt & propellunt:noctu verò cùm trãquilla est mens,& quietior cùm in portu residet,& placida versatur in aura,facilè dei poterit reminisci. Inquit enim,Quæ dicitis in cordibus vestris,& in cubili bus vestris compũgimini: qua recordatione ne inter- Psal.4.b. diu quidem vacandum est: sed quoniam hoc vel maximè tẽpore vitæ huius actiones, & negotia curæ sunt potius,vel saltem sit in cubiculo dei memoria matutino,sit nostra in eo meditatio:Ita fiet vt si noctu deum precando votis & precibus reconciliemus, securè admodum,ac tutò aggredi quæ peragenda interdiu fuerint,possimus: sic neminem nobis habebimus aduersantem, quin viperam ipsam superbissimam faciemus, cùm deum habebimus placatum. Porrò bellum in foro geritur, possunt quippe quæ indies afferuntur pro pugna & cõtentione vel quauis procella haberi,ideoq; armis est opus:sint autẽ nobis pro armis his firmioribus pre-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G ribus preces. Secundo opus est vento, cuncta etiam perdiscenda, vt diurna hæc & longiora spacia sine naufragio & vulnere transigantur. Quammulti quotidie scopuli offeruntur, ad quos elisa nauis sæpe demergitur, & eò magis matutino nobis orandum est tempore ac noctu. Olympiæ ludos nostrum persæpe spectauere plerique, nec solùm sunt spectantium officio functi, quin fauore & laudibus certatores sunt prosecuti, & ita, vt variè sentientium diuersa etiam fuerit vel laus, vel admiratio. Nec nos fugit præcones per id omne certaminis tempus diem noctemq; vniuersam aliud nihil eniti, nihil curare cogitatione & studio contendere, nisi vt certaturi magno animo in agone prodeant: qui verò certatoribus ipsis assistunt, buccinatorem nil aliud monent, nisi vt fileat, ne spiritu fortè & voce attritus risum præbeat audientibus. Si igitur apud eos, qui humanum certamen sunt inituri tantum curę impenditur, longè magis nobis, quibus omnis hæc vita certamen est prospicere rebus sedulò conueniet, eásque cogitatione & diligentia præuenire. Erunt itaque nobis & noctes ducendæ insomnes, & curandum quo pacto dies omnis sine illusione
H transigatur, cuperémque vel sola nobis esset illusio ex his obuętura. Verùm qui cœleste illud certamen proponit, patri ad dexteram assidet, attenditque si quid vel ipsi absonum vel inconcinnum obtulerimus: neque enim factorum modò, quin & dictorum futurus est iudex, eóque erit inuigilandum. Sumus nanque & ipsi fautores habituri, siquidem vel nobis singulis assistunt angeli, nos verò stertendo noctes ducimus: essetq; vtinam hæc duntaxat nobis dormitandi cura, nec sceleratè agerent nonnulli: nam reptant plurimi terrenis rebus addicti, quando domicilium in lupanar conuertunt, cùm scorta inducunt, sic se habent plerique: nulla enim est his recti alicuius ineundi certaminis meditatio. quammulti etiam petulantiæ & scurrilitati incumbunt, tumultuantur nonnulli, alij prauè agendo & noctes vigilant, agúntque longè deterius, quàm qui somnolentia opprimuntur, cùm dolos nectunt: vsuras præterea nonnulli computant, alij curis franguntur, libentiúsque se ad alia conferunt quàm ea quæ occeptum agonẽ doceant, aggrediantur. Quocirca vos equidem hortari velim, reliquis omissis, vnũ illud spectemus, vt propositam vincentibus palmam
I adipiscamur, coronáque obducti, obnixè omnia factitemus, vt bona illa quæ nobis sunt in præmium exposita, consequi valeamus.

Roma.13.d. & Gala.5.c.

CARNIS CONCVPISCENTIAS
ne sectemur, quæ generant mortem, sermo. Incerto interprete.

EXcitatus è somno ipsum te indue, induq; morigerum corpus redde, ac ductu facile: id enim prætendit, qui concupiscentiæ gratia carnem asserit nulli esse curę habendam. Nam quemadmodum nec potum vetuit, sed ebrietatem interdixit: nec nuptias respuit, sed incontinentiam improbauit: ita & carnis habendam esse rationem non negat, sed prodeúntes ex ea cupiditates, id est necessitatis excessum interpellat. Quod autem carnis curam habendam esse Paulus affirmet, audi quemadmodum his
1.Tim.5.d. verbis Timotheum commonefaciat: Vino modico vtere propter stomachum & tuos frequentes langores. Nec secus hoc loco carni ad sanitatem vult, non ad luxum, & intemperantiam prouidere: aliter enim K
nec dici prouidentia posset, si per earum aut flammam succenderes, aut ignis caminum tibi redderes grauiorem. Vt autem clarius perdiscatis quid sit ad carnis concupiscentias & desideria prouidentia, & quemadmodum illa possint euitari, opulentos animaduertite, & ventri deditos, abundantique vestium ornatu excultos, vel deliciis immersos, & eos qui vitam per luxum & incontinentiam ducunt. Attendite, sic vobis, quæ dixerim, facilè innotescent: hi enim hæc non ad bonam corporis valetudinem factitant, sed vt prosilire leuius possint, & Venerem incitare. Verùm qui Christum induerit, deliciis vniuersis eiusmodi interciśis, id solùm curat, vt corpori æquam pariat valetudinem, pro qua vel sola consequenda carnis cura habenda est, neque id vltrà aliquid appetendum. Incumbendum præterea erit omni nisu spiritalibus rebus, hoc pacto, nullis eiusmodi & variis libidinibus grauatus, excitari hac tua somnolentia poteris. Somnus enim præsens est vita, nil prorsus ab insomniis aliena. Nam quemadmodum somno L
pressi, pleraque & superuacanea & frustra loquuntur, vidéntque persæpe nil sanum: ita & nos deteriora his pleraque spectamus, siquidem qui indecora & turpia gesserit, eadémque illa obuersari sibi per visum conspexerit, mox somno expergefactus, turpi & indecoro aspectu liberatur, & pœna quam pro scelere meruisset: quod aliter nobis euenire solet, quibus ob ignauiam ac socordiam ignominia atque supplicia perpetua sunt. Item & qui per quietem somniãdo diteścunt, vbi dies illuxit, inanes & diuitiis vacui arguuntur: captos verò dum viuitur, inerti somno plerunque, necdum luce oborta, falli posse compertum est, & ita vt breui eorum insomnia euanescãt. Excutiamus itaque perniciośum hunc somnum: nam si dormitando nos dies deprehenderit, mors inde perpetua exceptura est, quin etiam vel ante hunc diẽ hostibus erimus, siue hominibus siue dæmonibus captu facilioribus: ita vt nemo sit eos à nostro interitu, si id facere libeat, prohibiturus: nam si plurimi nobis vigilum excubarent, non tantum fortè nobis periculi impenderet: verùm cùm vnus & item alte luminibus accensis, non secus atq; in profunda nocte dormitantibus reliquis, aduigilet, vel summa nobis est opus ad securitatẽ vigilãtia, ne ea fortè subeamus, quibus mederi nequeat. Quæret aliquis, nónne impræsentiarum & excitati videmur & vigiles? estis forsan ad hæc quæ dixerim irrisuri, dicam tamen. Sumus sanè omnes nocte media somnum capescentibus aut stertentibus simillimi: siquidem facilè ostenderem, si posset incorporea hæc spectari substantia, vti pleroſq; altè somno immersos, diabolus parietibus transfossis & iacentes iugulet, & diripiat quæ intus inuenerit, agatq; omnia veluti in denśissimis tenebris otio summo & facilitate. Quin potius quoniam cerni hæc oculis non possunt, rationibus subscribendo adstruamus: sic enim & conspicari licebit, qui hominum fuerint prauis cupiditatibus oppressi, quive incontinentiæ & facinorum sopore spiritali prorsus luce extincta correpti. Quorsum hæc? quoniam multi nihil suo ordine captantes, quæ hic prædicantur, audquaquam aduertunt: quòd si me peruigil ipse & excitus [illegible] deprehenderis, effare quæ hodie apud nos hoc loco aut dicta sint, aut gesta, ni fortè quemadmodum somnolentus aliquis solet spectare insomnia, prædicantẽ me
audieri:

M

A audieris: quo equidem nec de vniuersis dictũ velim. Puto enim complures fore quibus eorum quæ ipse dixerim, facilè sit renunciandi facultas, in eũ dũtaxat ea protulerim, qui fuerit his dictis obnoxius, frustráque hunc locum adierit. Dic mihi, quis hodierno die vel propheta vel apostolus nobis perfectus est? aut quibus de rebus verba fecit? nihil habes quod respõdere queas: vtpote ille sis ad quem somniantem verba sint facta: eadem hæc & in mulieres dixerim, ineśt enim & illis somnus plurimus, qui vtinam dici somnus queat: siquidem somno captas nec mali quippiam, nec boni profatur. Verùm qui parẽ vobis vigilatiã seruat, quàm multa in eius capitis perniciem effundit: nam & vsuras computabit, & rationem commodatæ pecuniæ cõponet, animoq; secum ipse versabit turpes, ignominiośasq; tabernulas, eodéq; & senticeta interseret, iacto semine, nullo dato vel ad quietẽ, vel ad profectũ spacio. Sed surge tandem & sentibus hisce radicitus cõuulsis, auaritiæ temulentiam excute, á qua istiusmodi somno
B lentia emanat: somnolentiam autem dixerim, non eã modò, quæ ex vino gignitur, verùm & illam quæ cum ex vitæ huius curis, tum vel eiusmodi sopore infertur. His itaq; non solùm locupletes & diuites, sed quibus res vel modicæ sunt & tenues, velim esse admonitos, & eos maximè quos grata conuiuia delectant: non enim sunt illa pro cibo, vel animi remissione habenda, sed pro supplicio & tormentis. Quippe non indecens & indecorus sermo, sed grauis & moderatus & cibo expleri non frangi, in oblectamentis ducenda sunt. Quòd si his rebus aliquid ineśse voluptatis existimaueris, affer mihi quam mane & vesperi ex his concœna tionibus ceperis voluptatem, nullam habes, deinde & quæ illam assequantur noxia. Sitq; mihi interea de voluptate, quę statim deflaccet & fluit, disceptatio: simulac enim missum conuiuium fuerit, euolat omnis ex eo cœpta iucunditas: cumq; & vomitus capitisq; grauedines, & languores innumeros animiq; capturam & illecebras commemorauerim, quid ipse ad hæc respondebis? nec enim decet per paupertati occasionẽ agere impudenter. Hæc autem dixerim, non vt omnino negem conueniendum inter nos esse nonnunquã, & conuiuandum: sed vt inhonesta & turpia interdicam, cupiamq; luxum in cibum conuerti, qui dolore,
C temulentia & lasciuia careat, vtq; vel gentes intelligãt Christianos non esse modum deliciis facere, id est mode ste & temperanter his vti. Exultate, propheta inquit, domino in tremore. Qualis illa erit exultatio? hymnos scilicet pronunciare, orare, & psalmos pro seruilibus illis cantionibus inducere. Hoc pacto Christus & mẽ sæ aderit, dapsq; benedictione complebit, cùm preces ad eum fuderis, cùm spiritu decantabis, cùm egenos ad victus communionem conuocaueris, conuiuiisq; modum & temperantiam adhibebis: sic ex triclinio dei domum effeceris, proq; spectiuis clamoribus hisce & plausibus dominum extuleris. Neq; id dixerim extare hoc tempore alias conuiuãdi leges, quin potius corrigenda per te erunt, quæ se haud rectè habuerint. Si enim, Paulus inquit, cibum sumitis aut potum, seu aliud quodcunq; agitis, omnia in dei laudem facitote. Solent nanq; ex istiusmodi epulis, tum turpia nobis oriri dicteria, tum omnis lasciuia obrepere, & vxores despectui esse, & scorta magnificri, vnde & familiæ desolatio & mala innumera consequuntur, feruntur q; omnia temerè: omisso nanq; fonte purissimo ad cœnosum canale illud & lutulentũ

Psal.2.c.

1.Cor.10.g.

Tomus quintus.

decurrit. Quòd autem cœnum sit, incestæ & prostitutæ fœminæ corpus, te præter rogabo neminem, qui eo quoad fueris obuolutus, quantùm te eius rei pudeat, quantùm etiam post delictum immundum te & sordidatũ ducas, non ignores. Idcirco fugite obsecro adulterium, eiusq; vel procreatricem temulentiam. Quid semen iacis, vnde nihil es demessurus? quin etiam si messem feceris, ad ignominiam tibi nec mediocrem futurus est fructus: siquidem ex adulterio nascitur, & tibi dedecus & sibi iniuriam parit, nothus effectus & degener, adeò vt si vel amplo per te relicto patrimonio abundet, tum domi & vrbicis actionibus, tum in foro iudiciario ex adultera vel serua natus honore carebit. Quo item ipse vel viuens, vel mortuus priuabere: si enim mortem obieris, extabunt tibi ad ignominiam monumenta. Quid igitur omnia turpitudine cõples? quid seris, vbi tellus celerrimè consumptura est fructum, vbi sterilitas plurima, vbi & interitus genitu
ram præuenit? nec satis habes mulierẽ adulterasse, nisi eandem viri cæde obstrinxeris. Vidéne ergo ex temulentia luxuriam, ex luxuria adulteriũ, ex adulterio homicidium ortũ iri, quin vel homicidio ipso deterius? Non enim impræsentiarum succurrit, quo id sceleris E
nomine queam explicare, quando non ex se genitum enecat, sed generandi intercipit causam. Quid igitur dei vituperas beneficiũ? quid eius leges oppugnas? quid pro benedicto execrationem sectaris, & gignẽdi illud receptaculum, necis conditorium facis: & fœminam quæ est ad liberos procreandos tradita, ad necem reddis paratiorem? quando illa vt concupita magis, vel amatoribus vsui sit, vel argẽti plusculum exugat, neq; imperata facere abnuit, ingens sanè in caput tuũ congestura incendium. Nam si & illi id facinus adscribatur, eius tamen te ipse authorem præbes: hinc postmodum idolorum seruitus emanat, cùm plereq; in, vt magis adamentur, & carmina machinentur, & vina sacrificiis fundunt, & amatoria medicamenta & alia nonnulla componunt. Cum hac tamen ac tanta rerum cõluuione & fœditate his cædibus, hac dæmoniaca seruitute, quàm multi sibi ad vtilitatem cedere id negotij arbitrantur, & hi maximè quibus vxores sunt: quod minus est ex abundanti malorum cõcursu tolerabile: mox etiam veneficia non in adulteratam, sed in affectam iniuriis coniugem intentant: accedunt præterea F
insidiæ plurimæ, dæmonum inuocationes, desumptaq; ex mortuis vaticinia, quotidie dissensiones, & sine induciis bella, & propinquorũ discordiæ: eoq; cùm Paulus diceret: Nõ in cubilibus & lasciuiis, non in cõtentionibus & æmulatione superinduxit, præuidẽs & istiusmodi dissidiis & domos subuerti posse, & ingenuis liberis iniuriam inferri. Vt itaq; hæc euitare possimus, Christum induamus, vt nobis perpetuò sit cũ eo manẽdum: hoc enim iuuere id sonat, quasi nunquam sit ab eo deficiendũ, videamurq; vndiq; præ nostra tum sanctimonia, tum manśuetudine per eum cõplecti. Quod item dicere sæpe solemus, hic illius personam induit, vt amoris vehementiam & animorum nunquam defuturam coniunctionem exprimamus: siquidem qui alium induerit, eum præfert cuius sibi personam induendam præsumpsit. Fiat itaq; palàm Christũ nos vndiq; fuisse complexũ: quod vtiq; fiet, si eius fuerimus & mores imitati & vitam. quorsum hæc? Filius, inquit, hominis non habet vbi caput reclinet. hunc ipse vel ha in re imitare: nã si illi cibus, erat sumẽdus, pane or dei vescebatur: si iter suscipiendum, nulli aderant ad

Roma.13.d.

Induere Christum, quid.

Lucæ.9.g.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G vecturam equi,aut iumenta, quin tantùm pedibus incedebat,vt laſſitudine afficeretur:ſi quieſcendum,naviculę proram pro puluinis habebat:ſi recumbendum, herbidis campis reſidendum iniunxit. Vtebatur præterea vilioribus indumentis, & ſolus plerunque nemine ſubſequente diuerſabatur:vnde cùm & reliqua eius geſta quibus ſit initiò contumeliis affectus, quidve in cruce perpeſſus didiceris, eademq; illa ſumpſeris ad imitandum, ſi carnis inquam curam nullam feceris ad concupiſcentiam,Chriſtum indues,cùm ea præſertim nihil habeat in ſe voluptatis. Pariunt enim eiuſmodi deſideria acerbiores quaſdam de ſe libidines: quæ vt expleri nunquam poſſunt, ſic & acriora ſuppli cia inferunt. nam quemadmodum qui ſiti aſſidua vexatur,vel infinitis ſibi ad potum expoſitis fontibus,nihil ex his capiet vtilitatis, cùm nequeat primùm, quo laborat morbum reſtinguere: ſic contrà, qui in deſideriis vixerit,ſi omnia ad neceſſitatem metiatur, hoc nunquam erit ſitis ardore affectus:quin procul à ſe temulentia eiuſmodi omnis & laſciuiæ euaneſcent. Tantum igitur tibi erit cibi capeſſendum,quantò demi eſu
H ries poſſit. His vtere indumentis,quibus carnem obtegere queas: non ornare, ne id illi exitium ſit futurum: quæ ſi remolleſcere tuo permiſſu cœperit, bona eius offenſa valetudine, nimia indulgentia diſſoluetur. Vt itaque optimum habeas animæ tuæ vehiculum, vtq; tutius nauis rector gubernaculo inſideat,& miles facilè arma pertractet, curandum erit æquo moderami ne agantur omnia. Nec enim multis abundare,ſed paucis indigere frugi hominem facit:ſiquidem diuitiis affluens,vel inoffenſus vereri omnia ſolet:qui verò minoribus erit fortunis iucundior, ſemper æquiori animo tolerabit iniurias, quàm qui nullis fuerit affectus. Non itaque illud erit appetendum, ne qua nobis moleſtia offeratur: quin potius eam inferre cupienti, id facere ne liceat optandum: quod aſſequi aliunde non poſſumus,niſi cùm fuerimus, maioribus rebus paruifactis,neceſſariis contenti.

VIRTVTIBVS PROGENITORVM

ne confidamus, neque uitiis eorum trepidemus, ſermo. Incerto interprete.

I RAulum & ipſi imitemur,deumq; pro ſuſcepta noſtri hac in vita cura laudibus efferamus, nil prorſus maiorum noſtrorum confiſi virtutibus:cui rei Iudæi argumento ſint,quibus cum præter eam quæ ſpiritalis habetur, propinquitas nobis eſt iuncta:ita fit vt Scytha quiſpiam,pro Abrahæ filio duci poſſit,& Abrahę filius vel Scytha quouis magis credatur alienus. Nihil itaq; præclaris progenitorum facinoribus confidendum: quin vel ſi admirandum habeas genitorem, neque id quidem exiſtimaueris futurum tibi, aut ſaluti ſatis aut gloriæ, niſi fueris & ipſe illi,& vita coniunctus,& moribus:vti contrà,ſi improbum fueris parentem nactus, nihil ex eo poſſe tibi vel ignominiæ, vel dedecoris obuenire, ſi te laudabiliter geſſeris. Quid enim eſſe gentibus ipſis deſpectius poteſt:ſide tamen ſimul ac nobis conciliantur, & neceſſitudine iuncti ſunt,& ſanguine. Quid nobis Iudæis familiarius? verùm eorum ſunt infidelitate alieni effecti:porrò propinquitas ipſa & naturalis eſt,& neceſſaria,qua omnes videmur vinculo quodam conſanguinitatis connexi, quando ex Adam ducimus vniuerſi ortum: neque tamen tum Adæ, tum Noë, tum præ ipſius,quæ omnium eſt parens,habita ratione, alterùtrum ſumus propinquiores, & magis proximi: verùm K
dignior illa palmarum,& victoriæ corona ſanctio vel ſola eſſe apparet,quibus ab improbis ſeiungimur. Quippe cùm nulla detur in terris certa propinquitas, niſi quæ ex conuenientia morum conciliatur: neq; fratres eos dixerim, qui eodem nobis fuerint vel partu, vel aluo progeniti,ſed qui religionem præ ſe,& fidem tulerint noſtram,non alienam:ſic & Chriſtus hos dei filios nuncupat:qui contrà ſenſerint,dæmonũ. Sic inobedientiæ,& gehennæ,& perditionis filij appellantur: ſic inquam,& Timothe⁹ initiò Pauli filius aſſerebatur, cùm Pauli ex ſorore nepos, quia prorſus inutilis, etſi natura propinquior, quod fuerit nomẽ ſortitus haudquaquam ſatis conſtet: ille verò non minus ſanguine ab eo diſtaret, quàm loco, vtpote qui Lyſtrenſis ciuis fuiſſet, alioquin ad Pauli ſupra omnes propinquitatẽ admittitur. Efficiamur itaque & nos ſanctorum filij, quinimo dei ipſius. Quid autem ſit dei filios fieri,audi quid Chriſtus dixerit: Eſtote perfecti ſicut & pater veſter,qui in cœlis eſt. Idcirco inter precandum, patrem hunc appellamus, vt non ſolùm eius in nos gratiam, quin & virtutes memoria repetamus,ne fortè ea quip L
piam neceſſitudine indignum geſſerimus. Dicet aliquis, quo nam pacto effici dei filij poſſumus? Is profectò effici poteſt,qui omni ſit vitio vacuus, quive in lacerſentes ſe iniuria, manſuetudinem præſtet: ſic enim & pater tuus erga eos ſe geſſit, qui ſe maledictis inceſſerant:vnde cùm nos multa & plurimis locis commo nefaciat, nuſquam id infert, eſtote patris veſtri ſimiles,niſi cùm diceret:Orate pro perſequentibus vos, be
nefacite vos odientibus. Illud etiam tanquam palmã adiecit:Nihil enim nos deo tam proximos facit,quàm bene de inimicis mereri. eò & Paul⁹ cùm dei nos imitatores fieri oportere aſſerit,in eandem concedit ſententiã. Quippe cùm neceſſariæ virtutes ſint,& ea præcipuè quæ ſanctarum eſt maxima pietas, & manſuetudo:cumq; & nobis plurima opus clemẽtia ſit, quotidie delinquentibus eandem in cæteros præſtemus neceſſe erit, cuius clementiæ vel exiguitas, vel magnitudo non donorum quantitate, ſed exhibentis potentia, & rei familiaris nerui metitur. Idcirco neq; opulentus efferatur, quòd multis: neq; pauper animo concidat, quòd paucis quempiam donet: ſiquidem locupletem M
pauper largitionibus plerũq; exceſſit, neq; ex modicis facultatibus miſerum ſe, aut infœlicem exiſtimet. ſolent enim res paruæ facere nos ad ſtipem erogandam promptiores: multiplex verò & abundans poſſeſſio,& bonorũ fortunæ differentia,& rem familiarẽ augendi immoderata libido homines faciunt tenaciores:cuius diffidentiæ & cupiditatis tyrannide liberatur,qui pauca poſſidet,ita vt plures ei ad bene agendũ occaſiones offerãtur:nam & carcere adibit facilius,& valetudine affectos reuiſet,& cyathũ porriget aquę gelidioris:quę præ ludubio diues quiſpiã facere dedignabitur,vtpote qui præ diuitiis intumeſcat. Nõ itaq; erit tibi ob impiam deſperandũ,quãdo ob eam tãm vel cœli patebũt: quin etiam ſi nil habeas, animo tamen fueris clementiori, merces te vel ex eo manebit non exigua. Ea propter & Paulus flendũ eſſe cum flentibus,& vinctis cõuinciri oportere iniunxit. Nõ enim ſemel gemebũdos & mœſtos,verùm & reliquis calamitatibus circunuentos,multorum fletus & dolor nonnullã partã ſolatur & iuuat, adeò vt non minus perſæpe animis collapſi,verbis quàm pecuniis ſubleuentur:eoq; & dei iuſſu pecuniæ ęgeſtatem patientibus erogantur, vt non ſolùm illi-

Ephes.5.a.

Ioan.3.b.

Actor.16.a.

Matth.5.g.

Ibidem.

Ephes.5.a.

Roma.12.a

A ſolùm illorum, ſeuetur inopia, ſed etiam nos ad proximorum mala commiſerandum inſtruat. Itaque & auarus odibilis erit,& inuiſus, quòd non ſolùm egenos contemnat,ſed quòd inhumanitate deuincitur, & inopum miſeria fœuiendo non permulcetur:quemadmodum contrà,qui pecuniam,inopem ſubleuando,aſpernatur,omnium iudicatur amore digniſſimus, quòd ſe miſericordem præſtiterit,& humanum. Deus præterea pios, & clementes non eos ſolùm qui egenum pecuniis inuenerint,verùm & qui animo fuerint ad cõmiſerationem facili, exſollit ac beat. Exhibeamus itaque iſtiuſmodi ad miſerandum promptitudinem, hoc pacto nos & reliqua bona conſequentur. Nam qui mẽte fuerit ad pietatem procliuior,vel quibus affluet,pecunias fundet: ſi calamitatibus quempiam viderit afflictari, congemiſcet: ſi oppreſſum iri, illico aderit: ſi diuexari,manum porriget: vtpote qui ſit bonorum omnium theſaurum conſecutus, mentem ſcilicet clementem ac piam, è qua ſcaturire omnia conſtat, quæ ad proximi faciant vtilitatem, ita vt in poſterum ſit
B præmia à deo ſeruata habiturus:quæ vt vendicare poſſimus, animus nobis erit tum ad humanitatẽ, tum ad manſuetudinem diſponendus: ita fiet, vt quandiu in hac vita eſſe licebit,& benefactis abũdemus, & palma deinceps nobis ſeruata fruamur.

CONTRA DESPERATIONEM & ſuperbiam ſermo.

Incerto interprete.

SI quis natura in mentis valetudinem inciderit, culpa vacabit: qui verò eam vltro incurrit, & venia priuatur, & ſupplicio quodam maiori afficietur: cuiuſmodi ſunt qui pro comparata ſapientia elati, plurimum ſibi prudentiæ arrogant, & in deſperationem quandam collabuntur extremam:ſiquidem nulla re magis quàm deſperatione ipſa deſipimus:idcirco & propheta dæmonum principem barbarum illum iſtiuſmodi verbis appellat: Stultus autem ſtulta loquetur. Vtq; eius inſipientiam ſuis ex dictis perdiſcas:audi quid ille dicendo iactet:Super aſtra cœli ponam thronum meum,& ero altiſſimo ſimilis: comprehendam manu tanquam nidulum terrarum orbem, tollámque quaſi oua derelicta. Quibus dictis quid dici poteſt inſulſius? quippe
C iactanter prolata, vel ſingula ſapere mox impudentiã videbuntur:nam ſi deſperãtis verba ſigillatim in medium produxerim,haud facilè cerneres vtrum ſpe deſtituti ſint illa,an ſtultitiæ morbo laborãtis,adeò vtriſque par eſſe id vitium conſtat. Item & barbarus alius ita inquit:Deus ſum ego, non homo. Et rurſum alius: Nec enim poterit deus vos ſaluos reddere, nec à manibus meis eruere. Inſuper & Aegyptius ille Pharao: Non noui dominum, & Iſrael non dimittam. Nec abſimilis ille apud prophetam inſipiens, qui ſecum in corde diceret:Non eſt deus. Et Caïn: Nunquid cuſtos fratris mei ſum ego? Quocirca non facile erit internoſcere, vtrum deſperantium dicta hæc fuerint, an mentis ægritudine affectorum: ſiquidem ἀπόνοια id eſt,deſperatio,ea ſit,quæ cùm nec modum, nec æquabilitatem teneat,tum quòd procul mente ſit, à nomi nationem accepit:hæc enim homines ſtolidos reddit, & inſolentes facit. Nam vt ſapientiæ initium dei eſt timor, ita & inſipientiæ, eiuſdem ignoratio. Si ergo deignitio pro ſapientia habetur, nil dubium quin ipſius ignoratio ſtultitia ſit,quæ vtiq; ex ſuperbia oritur,cuius principium eſt,deum non noſſe: erit ergo ſu

Eſaiæ.32.d.

Ibidẽ.14.d.

Oſeæ.11.d. 2.Paralip. 32.d. Exod.5.a.

Pſal.13. & 52.a. Gene.4.b.

Pſal.110.b.

1.Reg.25.b.

perbia extrema quædam demẽtia: talem ſe Nabal exhibuit,etſi non in deum,erga hominem tamen:ex deſperatione nanq; væſanus factus, timore demum cõſumptus eſt: ſimulac enim quiſpiam ſapientiæ modo exciderit, formidoloſus ſimul & audax animo ipſo debilitato, efficitur. Quemadmodũ enim corpus hoc noſtrum æquo temperamento amiſſo, & malæ complexionis effectum,facilè omnibus morbis corripitur: ita & animus cùm inſoleſcere cœperit,& contrahi humilitate deſierit, habitudine alia quadam excepta,debilitatem, formidinem, auduciam, ſimul & dementiam incurrit, nec ſui demum compos efficitur, aut gnarus:qui verò ſeipſum ignorat,quo pacto quę ſupra ipſum fuerint intelliget? is ſanè haud aliter ſe habebit, quàm ſolet aliquis phreneſi interceptus, qui ſuiipſius nullam habeat notionem,neq; ea quę ſibi pedibus adiaceant,dignoſcat. Item & oculus cùm caligare cœperit, & reliqua membra obtenebrat, quod certè deſperanti ſolet accidere: idcirco & qui eiuſmodi deſperatione ducuntur,& furentibus ſunt infœliciores habẽdi,& qui natura deſipiunt miſeriores: nã riſum æquè E
atq; hi cæteris mouent, & minus placent, & modo ſimili efferuntur,cùm haud parem ſibi cum ſtolidis veniam pariãt,& omnibus ſunt inuiſi: ita fit vt cùm eodem penè morbo agitentur vtriq;,commiſeratione tamen non æquè priuentur: ſiquidem non ſolùm ex dictis, verùm ex geſtu, & corporis motu ridiculi ſint. Quid enim dic mihi,ceruicem extendis? quid ſummis incedis vnguiculis? quid attollis ſupercilia? quid pectus tumidum geris? capillo tibi nec licet albeſcenti nigredinem indere,vel nigro candorem, deinde vti rerum potitus aërem volitando oberras, cupidior fortè vel alas tibi adnaſci, ne terram deſuper pedibus incedas: forſan etiam commutari vel in monſtrum cupieris, cùm nondum monſtrum effectus:& homo cùm ſis volatum tentas,quin potius corde ſublatus,omni ex parte intumeſcis. Quo ergo te nomine appellauerim, vt hac te queam deſperatione eximere: ſi cinerem te aut fumum,ſeu puluerem dixerim,tenuitatem exprimam: figuram tamen aut ſimilitudinem, quod equidem malueriſſem,haud ſatis attigerim: vellem enim inanem tumorem illum omnem depromere. Quam igitur excogitauerim quæ his congruere poſſit imaginem? Mihi certè poſſe videtur, horum hominum tumiditatem F
cum ſtuppa aliqua flammeſcenti conferri, quãdo poſt incendium mox illa inflatur & ſurgit, poſtmodum leuiori quodam manuum tactu diſſoluitur omnis in cineres tenuiſſimos:eiuſmodi ſunt iſtorum animi,quorum tumores & inflatos ſpiritus, quiuis fortuitus & aduerſus caſus comprimere poterit,ac diſturbare. Eſt enim neceſſe eum qui deſperatione tenetur, debilem eſſe & infirmum. Siquidem elatio illa & celſitudo nõ ſatis cõſtant valetudine integra, ſed quemadmodum in aquis ampullæ ſolent, facilè diſſoluuntur: ita & iſtiuſmodi homines intereunt leuius: quòd ſi nullam fortè his dictis adhibendam eſſe fidem cenſueris, da audacem, da deſperantem, cernes ſanè lapſo quouis & proſtrato, nec magno tamen in diſcrimine timidiorem. Nam quemadmodum ex aridioribus virgultis flamma vix dum ſuſcitata in cineres collabi ſolet: ex ſolidis verò & firmioribus natura lignis haud facilè ignis ſuccendi poteſt, ſuccenſus verò excitatam diu continet flammam: ſic & animi qui perfectiores fuerint & ſtabiles haudquaquam vel ſuccendantur facilè vel reſtinguuntur: quæ duo abiecti

Universidad de Deusto
Biblioteca

G homines, & ad desperationem proni, eodem temporis puncto patiuntur. Hæc & si ita se habere intelligamus, humilitati operam demus, quæ quoniam potentissima est, & duritie lapides vincit, & tutiores nos reddet, quàm vllæ possēt aut turres aut parietes tutari, quando dæmonum & machinas superat & dolos. Contrà verò, desperatio ipsa & captu nos faciles volenti cuique efficit, & frangitur, vt diximus, non absimili facilitate, qua vel ampulla in aquis scinditur, & aranea celerius vel fumo dissoluitur. Vt itaque nobis super firmiori sit lapide gradiendū, desperatione omissa humilitatem sectemur: hoc pacto quiete dum viuitur inuenta, bonis in posterū fruemur sempiternis.

NE DESPEREMVS SI IN BE-
ne operando tardi fuimus, sermo.
Incerto interprete.

H NEmo desperet si per otium & inertiam plurimum temporis fuerit transactum, quando vel paruo tantùm cuique compensare liceat operando, quantùm neque omni superiori tempore factitare potuisset: si is qui Christi fidem antea nunquā attigisset, principiò statim tam clarus euasit, longè magis & hi qui eam iam sint pridem consecuti. Quare cū quiuis præteriti temporis iacturam tam breui sarciri posse intelligat, segniorem se nihil præstet. Est enim
1. Thes. 5.a. futurum omne incertum, diēsque domini non secus ac fur quispiam, dormitantibus nobis inopinatò incumbit: vigilantibus verò nihil obsistit, neque abducet imparatos, neque excitos & abstinentes aggredietur, vt prædo: quin vti regius nuncius euocabit, ad bona illa nobis longè antea parata: quòd si fuerimus forte sopore capti, quamprimùm inuadet. Nemo itaque obdormiscat, nemo vel hebetior fiat, vel tardior ad
Sōnolētia. virtutem: id enim dici somnolentia potest. Num estis nescij dormientibus nobis nihil esse in tuto, facileque insidiatum iri posse: vigilantibus verò haud opus esse custodia: soporatis autem & somno captis, vel multis sæpe dispositis excubiis pereundum fore, & ita vt neque portis, neque vectibus, aut custodibus vllis prohibere prædonum irruptionē possimus? Quorsum hæc? I vt intelligatis si vigilantiam præstiterimus, fore vt nulla aliorum ope indigeamus: si verò somno erimus oppressi, neque aliena quidem vel magna subsidia nobis esse aliquid ad tutelam valitura. Sanctorum virorum fieri orationum participem optimum est, tum tamen cùm boni aliquid & ipsi factitamus. Dicet aliquis, si ipse in officiosa aliqua actione sum, quid alicuius precibus opus habeo? Neque enim te velim egentem aliena ope efficias: verùm si bonæ mentis erimus compotes, hac re indigere nos existimabimus: siquidem Paulus nunquam se aliorum votis carere dixerit, tametsi oratores illi haudquaquam digni videretur pro se precari, neque sibi aliquo modo pares. At tu, quid mihi, inquies, aliorum precibus opus est? quas neActo. 12.a. que Petrus ipse repudiarit. Siquidem oratio, ait, fiebat sine intermissione ab ecclesia ad deum pro eo: tu verò illam paruiducis, quinimo eò magis opus habes, quòd minus existimas te indigere: nam si Pauli fores similimus, esset tibi vel aliena oratio necessaria: noli te efferre, ne humilis fias. Itaque quod antè dixeram, vel vos bonum operantes iuuant plurimum alienæ preces, audi & Paulum hoc pacto dicentem: Scio autem
Philip. 1.c. quòd hoc mihi cedet pro vestris precibus & pe[illegible]sione spiritus Iesu Christi, ad salutem, & rursum: Vt K
2. Cor. 1.c. ex multorum persona ob donum, quod in me est collatum, à multis pro me gratię referatur: tu verò rursum, quid opus precibus habeo alienis? quòd si in otio erimus, nemo profectò nobis orando aliquid poterit vtilitatis afferre. Quid enim Iudæos iuuit Hieremias?
Hiere. 7.d & 11.c. & 14.a. nónne tertiò deum audiuit, tertióque ne pro eo populo oraret prohibitus est? non enim, inquit deus, te exaudiam. Quid Saulem Samuel? nónne pro eo ad vltimum vsque diem præter preces & lachrymas fudit?
1. Reg. 15.b & g. Ibidē. 22.d Quid præterea idem ille Israëlitis profuit cùm diceret: Mihi autem absit peccatum subire, vt desinam pro vobis orare: nónne omnes interibant? Dicet quispiam, ergo nihil prosunt orationes? quinimo & iuuant plurimum, sed tum cùm aliquid & nos boni peragimus: nam operantibus nobis cooperantur & iuuant: cooperator enim quis & adiumento est agitanti aliquid: quòd si deses manebis & otiosus, nihil magnæ vtilitatis consequere: nam si quirent aliorum preces desides nos & pigros subleuare ad cœlos, quid ipedit quò minus & ipsi gentiles omnes Christi fidem consequantur? nónne pro vniuerso terrarum orbe oramus? Nónne & illud idem Paulus faciebat? nónne & reliquos precando petimus saluos fieri & conuerti ad deum? Cur etiam ex improbis boni efficiuntur? si nihil ex se vt existimatis orationes eiusmodi conferunt vtilitatis, quæ proculdubio magnum in modum conducunt, si ipsi nobis pro viribus opis aliquid attulerimus. Quòd si volueris, quantum commoditatis afferant huiusce modi preces edoceri, animaduerte Cornelium & Tabitham illam: audi & Iacob ad Laban
Acto. 10.d & 9.g. Gene. 31.f dicentem: Nisi deus patris mei Abraham & timor Isaac mihi obfuisset, nunc me vacuum dimisisses: audi rursum & deum ipsum hoc pacto dicentem:
4. Reg. 19.g Defendam autem ciuitatem hanc me propter, & Dauid serui mei gratia. Verùm quo tempore hæc deus locutus est, nisi Ezechiæ verè iusti? nam & si eandem vim orationes in improbos & sceleratos haberent, cur deus iisdem illis non vsus est verbis, cùm Nabuchodonosor ciuitati illi exercitum hostiliter admouisset, sed potius hostibus tradidit diripiendam, quoniam maxima in ea creuisset nequitia? Orauit enim iteratò Samuel ideę pro Israëlitis, & effectus est voti compos: tum tamen cùm illi essent deo accepti, eóque de hostibus victoriam retulerunt. Dicet rursum quispiam, quid mihi aliena cōprecatione opus est, si ipse deo morem gessero? caue deus tu ne id amplius dixeris: quinimo opus illa est, & maximè opus: audi quid de amicis Iob hoc pacto loquentem: Et orabit, inquit, pro vobis, & relinquetur vobis peccatum: qui etsi peccassent, non tamen erant grauiori scelere obstricti: iustus verò ille, qui amicis orando saluti fuit, & Iudæorum tempore claruit, nequiuit tamen eosdem perdendos tutari, ac saluos reddere. Quod vt intelligas, audi deum per prophetam loquentem: Si adstiterint Noë, Iob & Daniel, non liberabunt filios suos & filias, quoniam superabundauit malitia. & rursum, Si steterit Moses & Samuel, inquit, neq; id assequentur. Aduerte autem quo pacto illud duobus prophetis fuerit renunciatum, qui pro Iudæis ambo conprecati, nihil sunt pro voto consecuti. Ezechiel etiam: Hęa mihi, inquit, domine, perdes tu reliquias Israël? deinde vt emendatę eius iustè id facere, aperuit huic & Iudæorū errata: insuper palàm facit non ea propter quòd se paruifaceret, eius
M
Iob. 42.b
Ezech. 14.d
Hiere. 15.a
Ezech. 9.d
preces

A preces non fuisse admissas: satis, inquiens, hæc tibi ad persuasionem valeant, non vt nulla tui apud me ratio constet, orationes tuas minus fuisse exauditas, quin pro innumeris istorum erratis, pro quibus sis ipse deprecatus. Nec immerito talia Ezechielem affatur: fuerat enim is pleraq; passus. Dixisti, inquit, mihi pro foribus cibum caperem, & cepi: imperasti super alterum latus quiescerem, & quieui: mandasti per foramen delatus exirem, & exiui: sustulisti vxorem, & iniūxisti ne flerem, nec fleui: quin tuli viriliter, & alia complura Iudæorum gratia feci: sunc verò pro eis orantem non audis? Quid deus? Nequaquā: non enim te paruifaciēs id ago, sed si Iob, vel Daniel ipse pro filiis Israël orauerint, non exaudiam. Ad Hieremiā verò, qui in exequendis dei mandatis, etsi minora perpessus, multa tamen ob illorum improbitatem sustinuerit, quid deus dicat, intellige. Non vides quæ isti faciūt? Huic ita esse affirmanti, petentiq; se propter illis venia concederetur, his verbis respondet: Si adstiterit Iob & Samuel ipse, nō parcam. Primus insuper legislator, qui Iudæos frequentius liberauit, dicens: Si dimiseris eis peccatū, dimitte: sin autem, & me tolle: si hoc tempore superesset, eademq; illa dictitans flagitaret, procul dubio non impetraret, quin etiam si Samuel ipse, qui rursum eos seruauit, & ab ineunte ætate omnibus fuit admiratoni, idem exposceret, haudquaquā assequeretur. Quod equidem mirū admodum videri debet, cùm de Mose dictum illud fuisse constet: hunc deus quemadmodū ad amicum beneuolus, nullis ænigmatibus, aut fucatis verbis alloquebatur. Item de Samuele & illud, in primæua sibi apparuit ætate, & occlusa vaticinia aperuit: Erat enim, inquit, pretiosam verbum, neq; erat visio distinguens. Quocirca vel si hi omnes deo coram orātes adstiterint, nihil proficient: neq; Noë de quo ita loquitur deus, iustus & perfectus in generatione sua: neque Iob qui integer & iustus & verax, ac dei cultor est appellatus: nec Daniel ipse qui etiam pro deo habitus est, eorum filios aut filias liberabūt. Hæc itaq; cùm ita esse intelligamus, sanctorum preces minus erunt per nos negligendę: neq; illis prorsus confidendum, ne forte his fisi, inerti otio torpeamus: quorum altero veren
C dum est, ne segniores reddamur, & frustra patiamur insidias: altero, ne è maximo lucro excidamus, quinimo hortemur cæteros pro nobis orent, & manus porrigant: nos verò ad virtutem omni conatu nitamur, vt futura illa consequamur bona, quæ deum colentibus statuta ac propolita sunt.
Ibidem. 4.a
Ezech. 14.d
Exod. 32.g. B
Ibidē. 33.c.
1. Reg. 3.a.
Gene. 6.b. Iob. 1. & 2. a

DE NVLLA REGNI SPE VEL
honoris, sed amore, & charitate ingenti,
sermo. Incerto interprete.

Philip. 3.b. VOlo tandem ipsi digni supplicio iudicabimur? siquidem Paulus ob Christi, quo tenebatur desiderio, neque cœlestia ipsa magnifacebat,
Roma. 9.a. ea verò quæ cœno & luto volutantur, Christo præferimus: cuius amore & gehennam ille adire, si fieri id necesse foret, percupit, & cœlestis regni iacturam pati: nos verò à Pauli magnanimitate longo interuallo distantes, cùm neque præsentia asperna mur, nec digni quidem erimus, qui eius calceos attrectemus. Siquidē ille pro eius summa in Christum pietate & obsequentia ilicet cœli regiam pro regno ducit: nos verò eum, cuius opera & admirari videmur & magnificare, quod quidem optarem, contemptui habemus: propositum nobis cœleste illud imperium prætereunt,

vmbras quotidie & insomnia consectamur, tametsi D deus pro suo in nos amore & pietate, se nec secus gerat, quàm solet indulgentissimus pater in liberos contumaces, qui cùm eos videat suæ assiduæ consuetudinis tædio affectos, alia quadam arte ad se pellicit. At nos cùm nullo Christi decenti amore teneamur, & si plerisque vt in officio detineat rebus obiectis, residere apud se haudquaquam toleramus, quin ad ineptias pōtius pueriles transilimus, & ludos: quæ omnia Paulus nec mediocriter abhorrebat, quin vti ingenuus & libet filius genitoris amantissimus quærit se illi assiduū dedere, cum eoq; & solo versari: nec sui magnam habet in cæteris rationem, sed longè minorem quàm filium deceat: non enim pari se quo & patrem honore dignatur, siquidem cùm patrem attendit, sua nihil putat, mauulteq; cum patre in plagis & cruciatu versari, quàm seiunctus in deliciis esse. Idcirco non possum nō vehementer Paulum admirari, qui solus ob Christi gratiam tulerit omnia, nulla regni spe, vel honoris, sed amore duntaxat, & charitate ingenti, cùm pleriq; E hominum eiusdem gratia ne pecunias quidem contempserint: neque enim nos vel Christus ipse, vel eius opera, à terrenis his rebus retraxerit, quin vti vipera & sues, vel reliqua id genus animantia solent, cœno obuoluimur. Quid enim ipsi his feris bestiis videmur præstare, quibus cum tam multa pateant exemplorum plena, & imitatione digna, haudquaquam intermittimus inferiora hæc suspicere & admirari, cùm ne ad breue quidem spectare superiora toleramus: præsertim cùm nostri gratia filium deus demiserit cœlitus, cui nec panem ipse impartiris, quando pro te fuerit oblatus, & morte affectus, pater nec proprio filio te propter indulsit? Hunc ipse inedia maceratum paruifacis, cum tibi sit eius ope viuendum: quid hac fieri cō tumelia potest deterius? Tui ille ob gratiam proditus, te propter occisus, famelicus pro te dimagatur: vel è suo aliquid huic impartire, vt in tuam id vtilitatem cedat, nec frustra quidem (mihi crede) id egeris. Quos igitur istiusmodi homines non insensibilitate lapides excesserint, qui cùm tot rebus ad bonum trahuntur, in dæmoniaca tamen hac crudelitate perseuerent? Atqui Christus nec morte tantùm, & cruce contentus, quin subire etiam inopiam voluit. Hospes insuper vagus, & F nudus fieri, valetudine affici, & vincula tolerare, vt te vel hoc pacto ad se reuocaret: quòd si pro mea hac omni tolerantia, inquit, nec vicem reddendam existimaueris, saltem te meæ mendicitatis misereat: quòd si nec huius rei gratia mihi compatiendum duxeris, vel ob ægritudinem meam aut nexus & vincula emollire. Si ne hæc quidem misericordem te & piū reddiderint, leuia tamen & friuola deposcenti annuas velim: neque enim preciosiora quædam, & magna exposco, sed panem duntaxat, & tectum, & verba solantia: quòd si post hæc fueris in tua feritate pertinacior, saltem pro regni cœlestis desiderio, siue ob ea quæ pro te tuli certamina, exhibe te meliorem. Si demum nulla istiusmodi apud te ratio constabit, saltem naturæ ipsi compatere: cùm nudum videris, reminiscere eius, quā pro te tulerim in cruce nuditatis: cuius si nulla erit apud te recordatio, vel ob eam quam inopū gratia exutus tolero: factus sum antehāc te propter egenus, & in præsenti egestate premor: vt vndecunque compulsus misericordem te præbeas, esuriem tui gratia tolerani, rursum famem pro te patior. Sitibundus eram dum in cruce pēderem, & impræsentiarum sitio paum iiij perum

Universidad de Deusto
Biblioteca

G perũ ratione,vt his vtriſq;,inedia ſcilicet,& ſiti te mihi adiungam,piumq; pro tua ſalute reddam,& humanum. Quocirca etſi te mihi pro meis innumeris beneficiis in vice reddenda ſentiam obligatum, nec tamen quippiam te quemadmodum debitorem repeto, quin vti beneficum,& largitorem,ſumq; pro paruis & exiguis rebus corona te,& imperio donaturus.Neque id dixerim:ſolue me egeſtate,vel diuitias elargire.Fui equidem pro te pauper:ſed panem poſtulo, & amictũ, vel tenue aliquod meæ inediæ ſolamen. Si fuerim ipſe in vincula cõiectus,haudquaquam me inde eximas poſtulo:ſed vnum illud,vt vinctum tui ob gratiam reuiſas,ſic te vel hoc ſolo cœlo donauerim:etſi ipſe grauiſſimis te vinculis eruerim,feceris tamẽ mihi,ſi prepeditum & ligatum reuiſeris,ſatis.Poſſum preterea te vel nullis tuis in me meritis coronare, velim tamen me tuis eſſe beneficiis obſtrictum, vt te corona dono conceſſa faciat fidentiorem:idcirco cum habeam ipſe vnde me alam, facultates emendicãdo circunuagor, præq; tuis foribus adſtans,manum porrigo,& cibari à
H te percupio:amo enim te plurimum,& menſa inſuper tua delector:quodq; amantium conſuetudinis eſt, vel hæc omnia mihi duxerim ornamento, quin etiã ſpectante terrarum orbe,laudes de te prædico vel ingentes, audientibusq; vniuerſis alitorem meum oſtendo. Cumq; ſoleat nos cùm à quoquam alimur,pudere,cælareq; item beneficium cõſueſcimus: Chriſtus ipſe vel nobis obticentibus, quãdo vehemẽti nos amore proſequitur, noſtrum in ſe beneficium vulgabit, noſtriq; haud mediocri cum laude profitebitur: neq; enim eũ fateri pudebit,nos ſibi nuditatem patienti amictum,& fameſcenti contuliſſe & victum. Quibus omnibus re ctè perceptis,ne laudetenus contẽti ſimus, quin dicta hęc exequamur.Quid enim nobis iſtiuſmodi plauſus, & laudantium turba vtilitatis contulerit? vnum illud à vobis exegerim, vt oſtentationem hanc, & iactantiam tum ex factis, tum ex vera obtemperãtia vendicetis. Id enim demum nobis in laudem, id in lucrum cedet,& quouis diademate fulgentius exiſtimauerim. Hanc itaq; & deceſſuri coronam, tum mihi, tum vobis per inopum manus deferendam parate, vt vel in
I hac vita ſpe meliori enutriti, ad futuram cõcedentes, perpetua beatitudine fruamur.

DE INANIS GLORIAE
cupiditate,ſermo.Incerto interprete.

QVid tandem inanis gloriæ cupiditate ſumptuoſius? quid turpius,vel toleratu difficilius fieri poteſt? Siquidem morbi huius diſpendia ex his ſolẽt patere, qui fruſtra & inaniter tum in theatris ædendis ſpectaculis,tum rebus cæteris iſtiuſmodi intempeſtiuis, ad gloriam duntaxat & oſtentationem paratis, tum deniq; in ædificãdis ſplendidis domibus, & excolendis,ſtruendis,& reliquis inutilibus,quę impræſentiarum ſilentio prætereamus,pecuniarum plurimum inſumũt: nec ſanè quempiam fugit,nominem hoc morbo laborantem,prodigum & iactabũdum,rapacem inſuper & cupidum eſſe oportere: nam vt habeat vnde beluas alat, alienis fortunis inferet manus. At quid fortunas dixerim? ſiquidem non eas ſolùm, ſed animos ipſos ignis iſte depaſcitur, neq; morte corporea hoc modo & præſenti, ſed futura etiam afficit, & æterna. Nam & gehennæ procreatrix inanis hæc gloria & ignem excitat vehementius, & vermes exſtiferos: quinetiam eãdem illam videbit quiſpiam vel apud mortuos tenere imperium, quo quid fieri poteſt K deterius? Cumq; & reliqua cum morte vna vitia diſſoluantur, hic tamen iactantiæ morbus poſt mortem etiam omni conatu contendit ſuam vel in ipſo cadauere naturã prodere:Quippe hac vita exceſſuri,& ſtatuas inſignes,vel eorum ſubſtantiam omnem conſumpturas,erigi ſibi, & attolli demandant, præfiniuntque plurimum ſuo funere luxum:quicq; dum in terra viuerent,nummi vnius, aut panis gratia adeunti egeno cõuiciati ſunt, mortui viderem vermibus menſam præbent,& abundè.Quid ergo aliud quæras, quod morbi huius excedat tyrannidem? hoc enim ex malo abſurdæ quæq; oriũtur cupiditates.Siquidem pleroſq;, quos neq; decora facies, neq; libidinandi cupiditas ceperit, iactantię libido intercipit,vt pro ſeducta nonnunquã, vel vitiata muliere apud alios glorientur. Quid reliqua dixerim,quę ex inani hac gloria mala emergunt? optarem equidem quibuſuis barbarorum hominũ potius in ſeruitutem dari, quàm ſemel eius ſubire iugũ: nec enim à barbaris talia captiuis iniunguntur,qualia ſibi morigeris hoc pacto inquiẽs indicit.Exhibe te cũctorum ſeruum,ſiue te fuerint infirmiores, ſiue clario
L res: animam aſpernare, virtutem neglige, libertatem irride, ac tuæ demum ſaluti aduerſabere: tum ſi quid erit per te bene geſtum, non dei oblectandi gratia id egeris,ſed ad oſtentationem duntaxat, & iactantiam, vt promeritam ex eo palmam amittas: cumq; te miſericordem præſtiteris, ieiunio inediáve affeceris, eſt labor quidem ſubeundus, merces verò omni ſtudio perdenda. Quid huiuſmodi preteſt præceptis dici immitius? ſiquidem ex eis obtrectationes, inuidiæ, & deſperatio ortum habent, et anatq; malorum omnium mater auaritia,præſertim cùm familiarium examina, & barbari auro circunfulti paraſiti,aſſentatores, & cõnexi argento currus,& reliqua his magis irriſione digna,non voluptatis aut neceſſitatis gratia, ſed ad oſtẽtationem parantur.Dicet aliquis:Ita ſe habet,morbũq; hunc malum eſſe cuiuis patet:quo tamen pacto caueri poſſit,explicandum foret.Caueri, inquam, illud poterit,ſi id morbi graue & moleſtũ eſſe cognoueris, quod optimum prorſus ecto erit ad vitæ rectitudinem ineundã initium. Siquidem valetudine affectus quiſpiam, & æger confeſtim medicum conquiret, ſi primùm ſe ægritudine laborare didicerit:quòd ſi aliã ad hunc morbum euitandum viam quæris, deum aſſiduè contem- M
plare,eſtoq;,quã inde capturus es,gloria cõtentus:deinde ſi ſenſeris inanis glorię morbo ſuggerente,te incitatum iri ad efferendũ quod bene geſſeris,& aperiẽdum multis,animaduerſa quæ ſequitur ex bonorũ facinorum communicatione iactura, exſtingue abſurdã illam,& ſuggeſtam renunciandi ac bene acta vulgandi cupiditatem, animumq; his verbis alloquere: Ecce tandiu parturiens efferendi rem bene geſtam percupidus,tutiſti, neq; eam toleraſti ſilentio premere, quin omnibus cognoſcẽdam extuliſti, quid ergo ex eo plus aliquid tibi accreuit? plus equidem nihil, damni verò plurimum & extremi, & eorum euacuatio, quæ ſummo cum labore collegeras, mox etiam intelligas velim corruptum eſſe vulgi iudicium, infirmamque ſententiam, flacceſcere quę ſtatim, & labare ſolere. Nam vt ad breue hominis aliquid admirantur, ſic temporis proceſſu facilè obliuiſcuntur, facileq; omnis per eos dei munere iam parta victoria:quã vel ſi mortales contulerint,tutari diu non poſſunt,vel ſi non longum videretur manſura,calamitatis quin etiã

loco ha-

A loco haberi poſſet,ſi diuina foret cum mortali hac cõmutanda.Cùm itaque fluxa ſit,& labilis humana laus: qua vti excuſatione poterimus, ſi pro incertis certa perdemus, próque tam breui paucorum præconio tot bonorum patiemur iacturam?Inſuper ſi vel infinita foret nos laudibus efferentium multitudo,eò eſſemus calamitoſi magis & miſeri iudicãdi, quò maior eſſet laudantiũ numerus.Quòd ſi hæc fortè miraris,audi qua-
Lucæ.6.d lem Chriſtus in eam rem ſententiam ferat, Væ vobis, inquiens, quibus vniuerſi homines benedixerint: nec immeritò.nam ſi ad ſingularum artium diſcrimen internoſcendum opifices ipſos in iudices malis,quo pacto virtutem permiſeris multitudini probandam potius,quàm illi qui eius habeat, cæteris longo interuallo poſthabitis,notionẽ,præſtare & opem queat,& palmam? Illud ergo & parietibus ipſis & foribus erit, ac mente & animo inſcribendum,repetendum etiam frequentius, quod à Chriſto domino vſurpatum eſt: Væ vobis quibus benedixerint homines: ſiquidem qui te tunc extulerint,paulò pòſt non ſecus ac honoris,& gloriæ, & ſuarum priuatarum laudum affectatorem calumniabuntur. Ab his longè alienus eſt deus, quippe
B qui te quantò diuinæ gloriæ cupidiorem conſpicabitur,eò maiores in te congeret laudes,& ſumma omniũ admiratione illuſtrabit: quod certè mortalium egerit nemo,quin te excipiẽs,è libero ſeruum reddet,vel tenui plerunque verbo,laude in te vel commẽtitia vſus & ſubdola,vera pro merita mercede fraudabit,faciẽtque te mancipio quouis emptitio ſubiectiorem: ſiquidem ſeruum dominus dicto audientem habebit, ipſe verò nec iuſſis domini obtemperabis:nam vt primum te illi rem gratam facturum cognoueris,nec imperãti morem geres.Quibus igitur non erimus incendiis digni,qui improbos adeò oblectemus, vt vel tacentibus ipſis fiat ſatis:deo verò vel iubenti quotidie, & commonefacienti nihil prorſus audiamus? Tibi itaque diuinam gloriam affectanti, humanæ ſunt laudes fugiendæ: quibus euitatis, apud deum & homines quantùmvis famæ,& nominis vendicabis.Nil enim magis admirantur mortales, quàm eum qui gloriam aſpernetur,nec quẽpiam maiori laude & admiratione proſequuntur, quàm qui laudari & pro nihilo duxerint, aut magni fieri.Quod ſanè ſi homines ipſi id agimus, quantò magis cunctorum deus gloria te, & laudibus
C extollet,ſi eas te contemptui habere cognouerit? Quid ergo dici te beatius poteſt: ſiquidem quantùm inter gloriam videtur ignominiámque diſtare, tantundem ſit,vel longè magis humanæ huius, mortaliſq; laudis, & ſupernæ diſcrimen? Nam vt turpior ſuapte natura mortalis eſt,vel ſi nulla cum re alia conferatur: ita & collata quàm ſit deformis figura,& viſu grauis cogitari poteſt. Etenim vt mulier proſtituta in domus faſtigio adſtans,ſeſe cunctis viſendam præbet:ſic homines inanis gloriæ ſeruitute capti,ad oſtentationem omnia moliuntur, quos equidem vel impudica dixerim impudentiores:quòd meretriculæ nonnullæ perſæpe amantium aſpernentur, cùm ipſe(vt has omittam)vniuerſis fugitiuis,inquam prædonibus,furunculis,& burſarum præciſoribus tui copiam facies: ex his enim, vel horum ſimilibus conſtant in tuam laudem ſpectacula neglectis liberalibus & præſtanti ingenio viris prædonum collegium,quorum te arguis longè inferiorem, tuæ ſaluti anteponis. Nam quo pacto haud fueris minori quàm illi honore dignus, qui præconio indigeas alieno, neq; ſatis tibi per te poſſe ad gloriam
D fieri exiſtimes,niſi aliorum fueris laude potitus? Proinde haud intelligis(vt reliqua prætream) quòd ſi conſpicuus fueris,& omnibus non ignotus,erratorũ tuorum quàm multos ſis criminatores habiturus:ſi incognitus,& ſecurus peccando futurus ſis. Aſſentior, inquiet, verùm cùm præclarũ aliquod ædidero facinus, infinitos habuerim qui illud & demirentur, & probent: id equidem fore grauius dixerim, cùm non ſolùm delinquenti tibi,verùm & rem bene gerenti officiet plurimum inanis gloriæ morbus: Siquidem flagitia admittendo,quàm multos ad ſcelus induxeris:rectè autem viuendo, concupita per te laus meritorum
præmia exhauriet.Cuiuſmodi gloriæ ambitio,ſi vel in rebus ciuilibus grauis admodum eſſe & ignominioſa apparet:quis erit tibi reliquus ad veniam locus,ſi eadẽ illa in ſpiritalibus rebus fueris,& religioni pertinentibus infectus,quando nec eodem toleraueris deum honore impartiri, quem ipſe fueris ab eius ſeruis aſſecutus? Porrò & ſerui domini oculos intuentur,mercede conductus operibus præſidentem,qui ſit ſtipendia dependurus, diſcipulus in præceptorem intendit obtutũ: E
at ipſe te longè aliter geris,oculos enim à deo conductore auerſos ad homines conuertiſti, nihil ignarus eundem rectè factorum vel in poſterum tempus meminiſſe: hominem verò ad præſens duntaxat rerum memoriam tenere,cúmque certũ habeas, firmúmque in cœlo ſpectaculũ,in terris congeris ſpectatores. Certatores præterea vbi fuerit per ſe decertatum, eodem probatum ſe iri malunt: ipſe verò cùm in cœlo depugnes,ſtudes in terra coronari, qua ſocordia quid eſſe deterius poteſt? Verùm ſi libet, videamus coronas haſce cuiuſmodi ſint futuræ,quãdo & deſperatione partim componantur, partim irriſione & adulationibus, partim pecuniis,& ſeruili quodam miniſterio: vtq; & pueri per luſum ſolent,chartacea alterius capiti corona impoſita, coronatum plerunque vel neſcium poſt terga irrident:ſic tuarum factitant laudum præcones, qui tibi paleis dorſo iniectis,laudando illudunt. Vtinam his ſolis paleis finiretur illuſio,laureaq; illa haudquaquam noxia foret,nec perderet benefacta.Cognita itaque inanis gloriæ vtilitate,ne officiat cauendum
erit:verùm quot cuperes ipſe tuarum fore laudũ præcones,num centum,bis centúmve? Concedamus ſi velis ad hominum quatuor milia,ſint etiam ſi libet plau F
ſores innumeri,nil tamen hi omnes à graculis de loco ſuperiori crocitantibus diſtabũt: verùm ſi angelorum ſpectacula noueris, vel ipſis vermiculis eiuſmodi homines vniuerſi videbuntur abiectiores,aranea,fumóque,& inſomniis infirmiores:idcirco audi & Paulum quàm accuratè hæc omnia improbarit,qui non modò nec haſce laudes quærat, quin maximè deteſtetur his dictis,& reſpuat: Mihi autẽ abſit gloriari, niſi in cru- Galat.6.d
ce domini noſtri Ieſu Chriſti.Hanc itaque & ipſe imitare iactantiam,ne deum fortè ad iracundiam concites: ſiquidem mortalium gloriam ambiendo,non ſolùm tibi fueris, verùm & deo iniurius. Etenim ſi effigiandi peritus eſſes, & pictor diſcipulum haberes, qui à te quod ex arte perdidiciſſet,aliis te inuito proderet, aut pictam tabulam, non tibi, ſed adſtantibus cæteris in tui contemptum viſendam præberet: num æquo id animo ferres? quòd ſi conſentis illud videtur ad ignominiam cedere,longè magis domino iniuriæ ducitur. Cæterùm ſi aliunde id cupis doceri,quo pacto ſcilicet deberent humanæ laudes contemni, præſentibus rebus ingenuè paruifactis, adauctáque & cõcepta veræ gloriæ, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

Griæ,& prudentiæ spiritalis cupiditate,animus exiit tibi haud ab simili dicto confirmandus, quo & Paulus vsus est,dicens: Num ignoratis, quòd angelos sumus 1.Cor.6.a
iudicaturi? próque affectata mortali gloria subleuatus iam, & leuiter castigatus, his eris verbis appellandus: Num qui de angelis sententiam sis laturus, optaueris à mortalibus his & impuris iudicium de te fieri, consequíque parem cum saltatricibus, mimis, aurigis, & beluarum confectoribus laudem, vel qualem illis exhibent plausores,quorum acclamationes & plausus altiori quodam sunt per te volitatu defugiendi? Ioannes præterea eremi ciuis imitandus,perdiscédúmque quo pacto & ille vulgi laudes cõtempserit,neque vllas hominum attenderit adulationes: siquidem cùm Palæstinos incolas se circa profusos vidisset,& sui admiratione obstupefactos, nihil prorsus hoc tanto honore flectebatur: quin illis insurgens ad populum vniuersum, tanquam ad adolescentulum aliquem verba factitabat,& dictis istiusmodi incessebat: Serpentes viperarum semina: cùm sui visendi duntaxat illi gratia relictis vrbibus magno ad se concursu festinassent, nil tamen horum sanctissimum virum à pristino instituto Matth.3.b & Luc.3.a
H relaxauit: nam vt longè aberat à gloriæ cupiditate, sic erat quauis animi elatione liber. Nec secus & Stephanus, cùm eius populum spectaret haudquaquam in se venerabundum, sed furore incensum,& stridore quodam dentium sæuientem, horum superata vesania dicitabat: O duræ ceruicis,& corde incircuncisi. Sic & Helias adstãte exercitu, in imperatoris & populi vniActo.7.f
uersi conspectu istiusmodi pronunciabat: Quousque tandem vtrisque tibiis claudicabitis? Nos verò contrà 3.Reg.18.d
quasi honorem precio ab hominibus vendicaturi, seruili quadam industria omnibus adulamur: ita fit, vt ordine quodam præpostero ferantur omnia, próque populari hac gloria non minus fides, quàm religio ipsa neglecta prodatur,& pietas. Exterminemus igitur id morbi quodcunque est: sic enim nobis libertas, sic portus & tranquillitas omnis egregiè innotescet. Etenim qui gloriæ libidine trahitur, fluctuanti cuiquam,& tẽpestate disiecto videtur assimilis: siquidem tremebundus semper, & pauidus infinitis dominis gesturus sit morem. At qui hac fuerit tyrannide liber,& portum tenentibus erit & puriori fruentibus libertate non alienus: aliter tamen longè cum gloriam cupienti agetur: nam & tot dominos cogetur habere, quotquot ei I
fuerint & familiares,& noti, quibus erit ne sponte pariturus, cuius gloriæ pergrauem cauebimus seruitutẽ, si cœlestis illius & veræ capiemur amore. Nam quemadmodum is qui fœminam quampiam adamauerit, alia visaque pulchritudine priorem excedat, illa intermissa hanc deperibit: Sic terrenæ gloriæ sectatores, vt primùm diuina illuxerit, eam facilè contemnent. Spectanda itaque erit cœlestis illa,& diligentissimè imbibenda, vt illius admirati decorem, huius cauere possimus turpitudinem: sic perpetuis freti deliciis plurima voluptate potiemur.

DE VANITATE ET BREVI-

tate præsentis uitæ. sermo. Incerto interprete.

Gene.7.b & Mat.24.d.& Lu.17.f
Vemadmodum, inquit, in diebus Noë erant quæ nuptui traderentur, & qui vxores ducerent: sic & prædictum id antè fuit,& nunc annos iam quadringentos, vel eo amplius prædicit deus. nemo est tamen qui rem hanc animaduertat, quin potius eam quasi commentitiam & ridiculam plerique arbitrantur: neminem timor capit, luget nemo, nemo pectus oppulsat, ignis interea fluuius ebullit, inardescit K
flamma: nos verò deliciis & lusibus operam damus & peccato sumus impudenter obnoxij, nemo diem illum mente peruoluit, nemo præsentia hæc breui lapsura meditatur, tametsi rebus ipsis diebus singulis proclamitantibus, significantibúsque idem illud. Siquidem nos neque acerbæ & immaturæ mortes, neque rerum immutationes vel nobis superstitibus effectæ, neq; valetudines & morbi castigant, quas rerum varietates non solùm licet in nostris corporibus, quin & in elementis ipsis conspicari: quotidiè enim & in omni ætate contemplamur interitum, in cunctísque ex rerum euentu instabilitas quędam exprimitur & significatur, non hyems, non æstas, non ver, non autumnus perpetuò manent, sed decurrunt omnia, euolant & delabuntur. Quid dicam de floribus? quid de magistratibus & principibus ipsis quorũ vel præsens in crastinum nulla est vita? quid porrò de opulentis? quid de insignibus & claris ædificiis? quid de nocte ac die? quid de Sole? quid de luna, quæ imminuitur nonnunquam & cælatur? Itémque & Sol obtegitur persæpe,& obtenebratur caligine: nihil denique quod visibile fuerit, continuò manet: anima hæc tantùm quæ nobis inest, etsi neglecta, æterna est: at rebus quæ immutari possunt, tãquam L
perpetuis omni studio & cura incumbimus, illius verò nullam habemus in æternum mansuræ rationem. Dicet aliquis, hominis illius magna est potentia, verùm duratura in posterum vsque diem, & paulò pòst interitura: quod ita esse, ex longè olim potentioribus patet, qui nusquam in præsenti apparent. Nec secus se habet hæc vita, quàm somnium aliquod, ac scena: qua sublata, rerum illæ omnes varietates dissoluuntur. Itémque radiante Sole tolluntur insomnia, eodem pacto cùm finis tam cuiusque vnius, quàm communis omnium venerit, resoluta cuncta euanescunt: siquidẽ diu perstat quod plantaueris lignum, & quam ædificaueris manet domus, faber autem ille murarius, siue agricola abeunt & corrumpuntur. Rebus itaque se hoc modo habentibus, nos minus pudet malefacti, quinimo crapula capti & luxu, quasi ad immortalitatẽ cuncta molimur. Nunc uerò audi Salomonem qui rei ipsius experientiam ceperit, quid de præsentibus his fortunæ bonis disserat. Ædificaui mihi domos, plantaui Eccles.2.a
M
vineas, feci ortos & pomaria,& consecui ea cuncti generis arboribus, extruxi mihi piscinas aquarum, vt irrigarem ex eis syluam lignorum germinantium: possedi seruos & ancillas, multámque familiam habui, armenta quoque & magnos ouium greges. Hunc sanè nemo vnquam deliciis, gloria, sapientia, dominatu, omniúmque rerum ad voluntatem successu anteiuit: nihil tamen ex his omnibus cepit vtilitatis, quin ea omnia vanitatum vanitatem appellat, & vasa vniuersa, cuius vanitatis non simplicitatem, sed excessum expressit. Cedamus obsecro ei, qui rerum huiuscemodi Eccles.1.a & 12.c
experientiam consecutus est, morem obtemperemq; inquam illi, & his rebus incumbamus, in quibus nihil est inane: sed vera omnia certa ac stabilia sunt,& cuncta lapide desuper constructa, in quibus inquam nihil senescit, nihil præterit, quin virent omnia & florescũt, neque quicquam vetustate confectum ad interitum tendit. Cócupiscamus ea animo deum, nulla gehennæ formidine, sed regni ipsius cœlestis cupiditate. Satis enim est quod possit diuino illi spectaculo equari: profectò nihil. Quid quod bonis illis cœlestibus par esse queat? quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis

A cor hominis ascendit, quę præparauit deus se colentibus, vt Paulus inquit. Illa illa omni studio præsentibus his neglectis, consequi enitamur. Nónne persæpe terrena hæc incusamus, & nihil esse hominum hanc vitam ducimus? quid ergo tam enixè in hoc nihilum incumbis? quid rebus inanibus laboriose adeò intendis animum? spectabis fortè magnifica ędificia, & illorum aspectu seduceris: at si cœlum statim suspexeris, & à lapidibus his & columnis ad illius decorem deflexeris oculos, spectabis hæc esse formicarum opera. Philosophare ergo: contemplando conscende, quæ cœlo insunt: ex his ipse perdisces, & videbis structuras hasce præclaras nihil esse nisi pueriles ineptias & ludos. Spectasti aërẽ quàm tenuis, quàm suspensus & lenis, quam purus sit & splendens, quantóque magis ad superiora concesseris, videbis qui eleemosynas fecerint ibidem habere domicilium: at præsentia hæc ædificia non solùm in humanorũ corporũ resurrectione sunt ruitura, quin vel ante ipsam resurrectionem futurum tempus conficiet, destruet ac dissoluet, vel motu terræ discussa subuertentur, aut consumentur incendio, quando
B non modò in hominum æuo, sed in structuris ipsis & molibus immaturi sunt casus, adeò vt domus, quæ fuerint vetustate confectæ, ac penè collapsuræ, in ipso terræ discussu consistant immotæ: quæ verò nimio cultu ornatæ & solidæ, ac bene fundatæ, nupérque constructæ ædes, vel solo fulminis ictu quassatæ collabantur. Quod sanè haudquaquam sine dei prouidẽtia fieri solet, ne fortè ex ipso ędificandi studio efferamur. Quòd si volueris alia quadam via solicitudine hac & cura liberari, adito publica ędificia, quorum es & ipse fortasse non expers, quibúsque nulla est priuata domus: & si magnifica, cultior, maneo & versare in eis, quoad libet tua sunt, & aliis vnà communia: non tamen priuata & propria, verùm minus delectant, cùm vulgata quadam consuetudine, tum cupiditate & auaritia. Ergo & delectatio illa ex habendi libidine, non ex decore aliquo & cultu procedit. Quocirca auiditas ipsa iuuat maximè, qua volumus nobis omnia vendicare & nostræ ditionis efficere, quoadusque tandem his rebus affixi? Siquidem terrenis hisce adeò detinemur, vt non secus simus ac vermes lutoobuoluti. Cor
C pus e terra deus nobis effinxit, vt illud subleuaremus ad cœlum, non vt per id ad terram animam traheremus. Quod corpus etsi luteum est, potest si libet cœleste fieri. Vides itaque quanto sit deus nos honore dignatus, quando tam immensi operis nobis concesserit potestatem. Creaui ego, inquit, cœlum & terram. Ea susGene.1.a
cepta à me creandi licentia, facto è terra cœlum: potes nanque. Porrò illud qui creat omnia & eadem demolitur, de eo dictum esse constat, eandem hanc & hominibus potestatem permisit: vtq; solet pius aliquis genitor, qui pictor sit, non contentus solus effingere quæ libuerit, quin & filium cupit ad eam effigiandi peritiam inducere: ita & deus. Creaui, inquit, ego corpus decorum, concedo tibi meliora faciendi arbitrium, facito & tu animam formosiorem. Dixi ego, Educat terIbidem.b
ra herbam virentem, & omnem arborẽ ferentem fructum. Dices & ipse, efferat terra proprium fructum, & emerget quodcunque volueris operari. Facio ego æstatem ac nebulas, offirmo fulmina & spiritum creo, formaui draconem ad ludendum ei, id est diabolum: ne-
quamen nunc tibi inuideo potestatem, illude & illum si libet: poteris enim quèadmodum passerem aliMatth.5.g
quem vincire eum. Facio super bonos & improbos oriri Solem, imitare ergo & ipse deũ, impertire tua tam D
bonis, quàm improbis. Lacessitus iniuria fero animo æquiori, conuiciantibus benefacio, sequere me cum liceat. Beneficia absque vlla vicissitudinis spe confero, idem & ipse facito, neque fueris ad mutuum minus liberalis. Incendi, inquit, in cœlo lumina, accende & tu
his clariores faces, vales enim: lucem præbe errãtibus, Gene.1.b
longè magis erit id factum bene, quàm Solem intueri, mèque id agens recognosces. Creare hominem non potes, iustum tamen efficere licet & deo placentem. Substantiam ipse creaui, tu illius conscientiam expoli. Vides quo erga te amore efficiar, quando vel in maioribus hisce eam tibi concesserim facultatem? Attendite itaq; amantissimi quem simus ad honorem prouecti: tametsi plerique sint inconsideratius & ingratè loquentes, qui sibi liberum fuisse arbitrium concessum querantur: & eò iniquius, quò neque in his quæ paulo-
antè commemorauimus, sequi deum vllo pacto vel imitari possemus, nisi esset nobis soluta quædam & libera voluntas concessa. Dominor ego in angelos, inquit deus. In hos & ipse eius dominationis gratia imE
perium habes. Regio, inquit, throno insideo, eapropter & ipse in hunc consessum admitteris. Siquidem consurgere, ait, nos fecit, & deo ad dexterã assidere: quamobrem & tibi Cherubin, Seraphin, dominationes, potestates, throni, principatus, & vis omnis angelica paret. Insuper neque corpus ipsum culpes velim, id fuisse honoris impartitum, quod contremiscunt vel incorporeæ potestates, verùm quod dixi: non enim his solùm meum in te amorem patefeci, quin ex his quæ tui sum gratia perpessus: conputus enim,& alapis faciem cæsus gloriam exinaniui, patrem reliqui, & ad te odio me tum habentem, tum refugientem deueni, quinetiã nomen meum audire impatientẽ sum insectatus, vtq; comprehenderem cursu contendi, admisi te, & mihi adiunxi. Epulare me, dixi,& ebibe: vtq; te supra infrãque haberem, tibi copulatus sum & annexus: neque sat me illud solatur, quòd tibi è cœlo originem dederim, nisi rursum ad terras descendissem. Deinde haud solùm sum tibi iunctus,& in amplexum recipior, sed in esum traditus, in frusta comminuor, & eapropter vt acrior fiat eiusmodi copula: quæ verò fuerint coniuncta suis præstant limitibus, at ipse tibi contextus, nullo F
velim nos interuallo distare, quin è duobus vnum fieri maluerim. Hęc itaq; cùm ipsi intelligamus,& nõ ignoremus quàm diligentissimam nostri deus curã susceperit: nihil erit per nos intermittendũ, vt suis maximis erga nos beneficiis haudquaquam arguamur indigni.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI,

de leuium peccatorum periculis, è quibus maiorum peccatorum pernicies possit agnosci. sermo. Incerto interprete.

Si leuium delictorum magnitudo noscatur, & maiorũ facillimè pernicies noscitur. Vnde fit sic, vt perpensa diuersitate culparum declinentur leuia, detestentur enormia, atq; omnia ab homine omnino damnentur peccata: ne pro peccatis homo ipse damnetur, maximè cùm quicquid leue quis duxerit, comparatione peioris est leue. Cæterùm leue non est, quod hominem ex inuercto occidit, & quod ex iussu interfecit. Dum enim vetita fiũt, contemnantur iussa, & imperata audaci contumacia negliguntur: sic & authoritas dei iubentis offenditur, & pœnarum perpetuitas inuenitur. Cur enim iussa cõtemnis, si

Universidad de Deusto
Biblioteca

temnis,si seruis: cur operaris vetita,si obsequeris: aut cur imperata negligis,si famularis? Nec enim cõtemnendo,seruus quispiam promeretur:nec dominus obsequendo,offenditur:nec parendo,aliquis condemnatur. Contumacia creat pœnam, seruitus inuenit gloriam. Nunquam enim prospera ex contrariis proueniunt: nunquam denique ex bene gestis mala nascuntur. Quicquid ab homine homo tibi fieri cupis:hoc si genitori exhibueris promereris.Non potes inde iudicem promereri: vnde te ab homine constat oriundi. Sed leue forsitan æstimas,si sermone deliqueris.At leue non est, quo homo aut iustificatur in bono, aut in malo sermone econtrario condemnatur. De sermonibus tuis condemnaberis. Quare beatus est sermo,si iustificationi proficiat:infœlix est,si damnationem incurrat.Denique,martyrij gloriam per sermonem conficitur:dum Christianus Christum,quem prædicat,cõfitetur.Blasphemia & detractiones,periuria,cęteráque similia sermone gignuntur.Negatio nominis,& abrogatio Christianæ professionis sermone exprimitur:dũ nephanda vox in funestam perfidiam aperitur.Ipse iudex,dum iudicat,sententiam sermone exprimit: dum sermone innocẽtem absoluit, aut reum addicit,vt inde in reos sententia veniat,vnde venit & culpa: inde eis pœna oriatur, vnde causa enascitur. Sermo enim fecit obnoxium culpæ,sermo debitorem efficit pœnæ. Qualis autem causa sermonis est,quum prolatus in iudicio, ante hominem sermo prior ipse festinat: talis causa molesti sermonis est, quem aut pœnitentia culpat,aut pœna condemnat.Mors & vita,inquit,in manibus linguæ.Sermone enim dominus frequenter offenditur,sermone frequentissimè promeretur. An tu leuem culpam habere eum existimas:qui detrahit fratri, qui inuidet potiori, qui disponit dolos,meditatur insidias? Aut illum leuiter peccare existimas: qui proximum sermone circunuenit, adulatur reo, opprimit innocentem,qui meliori inuidet,humilem despexit,superbum extollit? Sed forsitan,cogitatus nostros ad deũ non putes pertinere? Nullus actus nõ cogitatione præcurrente conficitur,nullum opus non corde meditante completur,maximè cum sermo minister sit cordis: nec quicquam aut actu conficitur, aut sermone profertur, nisi prius idipsum cogitando gignatur. Nam etsi nonnunquam cogitamus, nec gerimus: disponimus,nec implemus: tamen cogitata pro factis tenentur,licèt nõdum opere compleantur.Facere enim cordis, cogitare est: quia corporis est cogitata perficere. Quid cogitatis,inquit dominus, nequam in cordibus vestris? Et iterum,Qui viderit ad concupiscendũ,iam mœchatus est in corde. Cor enim cogitando tenetur in crimine, licèt corpus immune videatur ab opere: reus est iam animus,qui cogitauit:licèt immune corpus sit ab opere,quod non fecit. Interior notatur,licèt immune sit corpus: aut substantia,licèt exterior sit aliena à culpa.Sed dicis mihi:Quid si cogitauit aliquis, & non fecit:disposuit,sed non impleuit? Primò, malum cogitatum non facere,duplicem in se cõtinet causam. Aut enim recordatio cogitata immutat, aut faciendi impossibilitas denegat. Alterum pœnitentia curat,alterum exercendi difficultas informat.Vt enim recordatione conceptum vulnus curatur, ita facultate negata,mala cogitatio suminouetur. Sed ille qui recordatur,beatus est:qui potuit cogitata perficere,sed noluit,quod non licebat,implere.Is verò miser est,qui illicitum voluit facere:sed non potuit occasione negata complere. Postremò poterit hic veniam recordatione percipere. Ille reus tenetur in crimine, cui perpetrandi difficultas non attulit curam,sed perseuerãs cupiditas exaggerauit vindictam.Et quoniam leuium delictorum proposuimus causas, gustus vel visus leue quiddam & inane forsitan videtur. Gustus primò leuis non est, qui Adam protoplastum in origine mundi decepit, & cum eo,genus humanum sententia mortis addixit. Nec etiam immunis est visus,qui interdicta videre Loth vxorem de Sodomis proficiscentem non sinit:quę statim incurrit,quod euaserat,dum eam diuina vindicta in salis materiam transmutauit:vt ex hoc non appareat qualitatem delicti debere quẽquam intendere, sed diuina iussa tota veneratione seruare: nec debere hominem quid iubeatur, expendere, sed magis quis iusserit, cogitare. neque enim leue dicendum est,quòd hominem contemnendo occidit,aut cõtemptorem transgrediendo decepit: quum scriptum sit,Qui modica spernit,paulatim decidit. Sed hoc maximè cogitandum: Si leuia sic occidunt,quemadmodum grauia interficiunt? Nec in leuibus se immunem quis deputet:sed ex præcedentibus exemplis,quid meretur, consideret. Nec euasisse se credat, si fecit ille, quod ille fecit,qui perit:sed magis timeat,quòd sibi in futurum,iudicium cœleste seruauit. Nam si commissa leuia impunitatem habere non possunt,quid de grauibus æstimabimus? Cesset igitur,cesset humana temeritas: & omnia omnino delicta omni cautela ac solicitudine amputet.Ita enim quod interdicitur,transgredi mors est:vt quod iubetur,facere vita est. Si vis,inquit, in vitam venire, serua mandata. Vnde si obseruantia legis,vita paritur:contemptu mors necesse est, inueniatur:quoniam si contemptu mors non nascitur, nec vita de obseruantia attribuitur:aut si necesse est vitam de obseruantia attribui, necesse est mortem contemptoribus irrogari.Quare sanctificatus homo sanctè iam viuat,& peccata quæcunque sunt,fugiat:vt qui peccator potuit condemnari per iustitiam, possit in æterna secula munerari per gratiam.

IN SYMBOLVM APOSTOLORVM expositio, homilia prima.

In certo interprete.

VNiuersalis ecclesia gaudet in vna regula charitatis Christi,& in fide nominis Christi exultat, maximè quando credentiũ lucris locupletatur.Crescente ergo populo peculiari, dilatatur cor credentium ad iustitiam, ore autem celebrant confessionem ad salutem. Vos autem genus electum,grex nouellus dei,qui competitis à rege regum,& domino dominorum munus gratiæ:qui baptismum salutarem speratis vobis aduenturum,audite professionis vestræ verba.Regularis ista doctrina confirmat credentes,adiuuat proficientes,consolatur viatores,confortat perseuerantes,coronat peruenientes. Ergo audite fratres,quæ dixi,regulam vestræ confessionis: *Credo in deum patrem omnipotentem.* Videte qui,cui loquamini,& quid loquamini.

loquamini. Dixistis, Credo. Quàm breue est, quàm modicum est: ad latitudinem literarum redigatis, quinque literæ sunt: si ad syllabarum numerum, duæ sunt syllabæ.Hæc credulitas si conquadret moribus & vocibus,fructum inuenit salutis.Credulitas hęc in toto mundo sparsa est:credit Christianus in ecclesia dimitti sibi peccata,credit moribus compositis deo placere, credit indulgentiam mereri, credit vitæ æternæ promissionem, credit pœnam promissam peccatoribus:ergo creditis deo omnipoteti,qui posse ipsius nõ potest inuenire non posse,tamen aliqua nõ potest: vtpote falli,fallere, mentiri, ignorare, initium & finem habere, non præuidere præterita, obliuisci præsentia, non attendere futura, nescire,ad vltimum negare seipsum non potest. Ecce quanta non potest: tamen est omnipotens, quanuis superius comprehensa non potest.Ergo credo in deum patrem omnipotentem.Ecce patrem deum vocatis.Ad honorem patris venite,mores patris custodite,eius voluntatem implete,si vultis hæreditatem eius accipere. Quis est filius contemnẽs patrem,qui mereatur eius accipere hæreditatem? Ergo si desideratis ea quæ promittit mereri,viuite pro voto eius,in præceptis eius permanete: quæ iubet fieri,facite:& quæ prohibet ne fiant,facere nolite. Ecce isti qui hoc faciunt, liberè dicunt, Credo in deum patrem omnipotentem.Sequitur,dicens: *Et in unicum filium eius dominum nostrum Iesum Christum.* Iste quare vnicus? quia alter filius non est. Quare primogenitus? quia in seculo nemo sic natus est.Iltum vnicum dei filium de substantia patris natum,& genitum cõfitemur,& initium de patre habere dicimus. Patri coæqualis in deitate deus,& deus: sed tamẽ nõ duo dij,sed vnus deus. In potestate vna potestas, in esse vna essentia, in substantia vna virtus,vna maiestas:hoc credite,ne hæreticorum colloquia mala corrũpant mores vestros bonos.Dicunt enim patrem maiorem,filium minorem. Hoc anathematizat ecclesia catholica:æquè dicũt spiritum sanctum creaturam.Etiam hæc abominatur talem doctrinam.Ergo iste natus est de spiritu sancto ex virgine Maria.Iste spiritus venit ad Mariam ingressus in eam,verbum caro factum est.Creuit puus virginis, virgo erat, & prægnans creauit, & virginitatem non amisit. Iste ergo natus creuit, ad passionem peruenit, crucifixus est sub Põtio Pilato.Eia fratres in hac prædicatione nullus piger inueniatur. Quis ei rependat vicissitudinem? Crucifixus est innocens pro nocentibus,non reus pro reis,non indigens indiguit lucra acquirere patri.Iste Pontius Pilatus præsidatum gerebat, iussit eum crucifigi. Sepultus est postquàm mortuus, vt nobis vitam donaret. Moriendo mortem occidit, leo de tribu Iuda rugientem leonem superauit:pro peccatoribus pati voluit,ne in peccatis mundus totus moreretur:alapis cæsus,flagellatus,aceto & felle potatus: in iis omnibus ostendens patientiam, non est iratus, sed econtrariò mansuetudinem demonstrans,clamauit patri, dicens: Ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.Videtis quale exemplum nobis patientiæ dimisit.Et vos fratres charissimi qui suspiratis ad gratiam peruenire,qui clamatis:Anima nostra velut terra sine aqua tibi, citò exaudi nos, imitamini caput vestrum Christum, qui cùm maledicetur, non maledicebat: cùm [illegible] pateretur,non comminabatur,tradebat autem iudicanti se iniustè. Ergo iste crucifixus,sepultus,tertia die à mortuis resurrexit.Ecce quãta potentia.Et in ista potentia eius mentiti sunt eius inimici eius, vt dicerent, Nobis dormientibus venerunt discipuli, & furati sunt eum. Impletum est quod dictum est, In multitudine potentiæ tuæ mentientur tibi inimici tui.

Sedet ad dexteram patris. Cùm auditis,sedet,nolite credere sessione humanam. Genus est locutionis. Sedere dicitur permanere. Nam dicimus, Ille sedit tres annos in illa ciuitate,id est,mãsit.Ergo manet ad dexteram patris. Aequè cùm auditis,patris ad dexteram, nolite putare deum corporeum esse,aut membris humanis compositum:sed scitote quia deus ita de se voluit dici, quòd possimus intelligère,non quòd ipse est. Nam si dexterã habet corpoream, habet & sinistram: & si habet manum,est vbi non tangit: si oculos habet, est vbi non videt:si aures habet,in longinquo non audit:ergo hoc nolite credere.Cùm auditis,Sedet ad dexteram patris: Dextera eius,potentia eius:brachium eius,magnitudo eius.Nam deus noster spiritus est,vbique totus,totus in cœlo, totus in terra,totus in cordibus sanctis,pudicis,simplicibus,sobriis,immaculatis.

Ergo, sedet ad dexteram patris, inde uenturus est iudicare uiuos & mortuos. Hic geminum intellectum parit.Vigilantes agnoscuntur, qui in corpore erunt in aduentu eius: mortui,qui ex hac luce migrauerunt. Aequè alio intellectu viuos agnoscimus,sanctos:mortuos,peccatores.

Credo in spiritum sanctum. Iste spiritus vbique totus est,vbi vult,spirat.Ipse est,qui dixit,Separate mihi Paulum & Barnabam in opus ad quod assumpsi eos. Iste est spiritus procedens de patre & filio,qui diuidit propria dona singulis prout vult.Ergo iste spiritus consecrat,sanctificat,benedicit,honorificat,gubernat, protegit,consolatur,perducit ad sanctam ecclesiam.Quia velut nauis est in mari posita, hæc ecclesia portat ebibatos,portat credentes in vna charitate,in vna modulatione, in vno remigio sanctitatis, in funibus charitatis,in velo orationis,in arbore crucis, in pice pœnitentiæ,in stuppa castitatis,in tabulis pacis, in anchora fidei. Ista ergo ecclesia in vna modulatione cantans peruenit ad portum æternitatis,ad ciuitatem pacis.Ipsa est,quæ dimittit peccata,exonerat omnia pondera, eliquata corda perducit ad palmam promissam supernæ vocationis. Promittit carnis resurrectionem, promittit vitam æternam: Quia mortale hoc induet immortalitatem, & corruptibile hoc induet incorruptionem. Credite carnis resurrectionem,credite quia staturi sumus ante tribunal Christi,& reddituri rationem, quæ per corpus gessimus, siue bonum, siue malum. Credite vitam æternã promissam pro ista gratia data,vt gratuita gratia accepta perseueret in vobis: vt cùm perseuerauerit,quę audistis & vidistis,& didicistis à nobis,hæc agite,& deus pacis erit vobiscum,Amen.

IN SYMBOLVM APOSTOLORVM expositio alia, homilia secunda.

Incerto interprete.

SVper fabricam totius ecclesiæ nihil aliud in fundamento ponunt sapiẽtes architecti, qui sunt verbi prædicatores,nisi Iesum Christũ, de quo fundamẽto credulitas surgit.Et quia fides totum sibi vendicat,de deo vos habere conuenit hanc fidem dei electi, qui per ad veram credulitatem confessionis acceditis.Sed quia corde creditur ad iustitiam,ore verò confessio celebratur in salutem, fides primò vobis prædicanda est,secundò spes, tertiò charitas. Nam de ipsa credulitate fit initium confessionis. Quid

Universidad de Deusto
Biblioteca

G sionis. Quid enim dicturi estis? Audite & intelligite: quia cùm audieritis & intellexeritis, lætitiam vobis
Psal.50.b acquiretis, dicente propheta: Auditui meo dabis exultationẽ & lætitiam. Dicite ergo quod à nobis auditis.

Credo in deum patrem omnipotentem. Videte vnde cœ pistis, Credo dixistis. Hæc credulitas cõfert vobis præ sentis vitæ securitatem, & futuræ vitæ æternitatem. Ergo ponite in fundamẽto cordis hanc credulitatem. Sed in quo? Videte in patre, quod dixistis in capite o-
Matth.6.b rationis, Pater noster, qui es in cœlis. hoc dicitis & in symboli confessione, Credo in deum patrem omnipotentem, totus in cœlo, totus in terra, totus in miraculis, totus in cordibus, totus in virtutibus. Omnipotens
Psal.113.& 134.b dicitur, quia posse ipsius non potest inuenire non posse, dicente propheta: Omnia quæcunque voluit, fecit in cœlo & in terra. Ipsa ergo omnipotentia, vt totum quod vult possit. Nam si dicimus de non posse ipsius, nihil dicimus: quia tantæ pietatis est, vt negare se non possit, præsertim credentibus. Ecce quia de fide diximus dei patris omnipotentis, dicamus & de spe, vt fides credat, spes accipiat, charitas iungat. Ergo creditis in vnicum filium eius dominum nostrum Iesum Chri
H stum: iste vnicus, qui semper fuit apud patrem, æternitatem habet cum patre, minor non potest esse à patre, sed vnam habet cum patre potestatẽ. Iste vnicus, quem confitemur genitum sine initio de patre, qui semper fuit apud patrem, & prodidit illum verbo suo, qui fuit
Ioan.1.a apud deũ, & ipse erat deus, hoc fuit in principio apud deum. Non dicatis minorem esse filium de patre genitum, sed istum qui natus est de spiritu sancto, & Maria virgine. Non intelligatis patrem Christi secundũ carnem spiritum sanctum esse: quia non omnis qui filius alicuius dicitur, de eo generatus intelligitur. Nam dicimus filios adoptiuos regeneratos ex aqua & spiritu: nunquid filij sunt aquæ? Dicimus filios regni, filios ec-
1.Cor.4.d clesiæ: sicut ait Apostolus: Per euangelium ego vos genui: nunquid filij sumus Apostoli? Nam si velimus de rebus indignis loqui, iniuriã facimus tanto sacramento. Dicimus filios gehennæ, qui sunt filij iræ, Apostolo
Ephe.2.a dicente: Fuistis aliquando filij iræ, sicut & cæteri: licèt talia tantæ magnitudini comparanda non sint. Ideo diximus ista, quia dictum est: Natus de spiritu sancto. Itaque credendum est spiritum sanctum patris esse, &
I filij. Et quia deus spiritus venit in Mariam, dicente an-
Lucæ.1.d gelo: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi: propter hoc quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius dei. Natus de spiritu sancto. Istum spiritũ sanctum dicimus patri & filio esse coæqualem, & procedentem de patre & filio. Hoc credite, ne colloquia mala corrumpant mores vestros bonos.
2.Timo.2.c Sunt enim hæretici, quorum sermo velut cancer serpit, qui filium minorem à patre æstimant, spiritum sanctum inter creaturas esse ordinatum. Sed cùm hæc audieritis, à peruersis nolite peruerti. Quod accepistis & didicistis à nobis, hoc tenete, hoc credite. Hæc credulitas confirmata sit in vobis, vt deus pacis regnet vobiscum. Ergo credite in vnicum dominum nostrum Iesum Christum, natum de spiritu sancto, & Maria virgine. Sed dicturi vobis sunt Gentiles, deprauantes fidẽ vestram: Quomodo potuit virgo concipere, virgo părere, virgóque manere? contra naturam est hoc, dicturi vobis sunt: & vos econtrario respondebitis eis, Credulitas nostra quod verbis explicare non potest, fide tenet. Nec enim qui ex nihilo fecit mundum, cunctam creaturam dispositit, elementa constituit, mari termi-

num posuit, impossibile illi erat introire in viscera ho- K
minis, & carnem fieri, & possidere pudica viscera matris. Nam homines nati de masculo & fœmina, si interrogentur quomodo coagulati sunt in secreto matris, quomodo ossa durata sunt, omnis compago membrorum, artúsque omnes ordinati sunt in harmonia corporis disposita: quis exinde rationem reddit? Si ergo de natiuitate, quæ semper in isto fluuio seculi venit & transit, rationem non reddis: de singulari natiuitate Christi rationem reddes? Quid dicturi sumus: si dicamus testimonium fidei nostræ fortè non credunt Gẽtiles: sed quod illis non proficit ad salutem, vobis credentibus proficiat. Quomodo introiuit Christus ianuis clausis ad discipulos suos, super mare ambulauit, imperauit vento & tempestati, & facta est tranquillitas magna: quia ergo ista super nos sunt, & rationem de talibus miraculis reddere non valemus, fide tenemus. Ergo hoc credite, deum in natiuitate vnici filij sui facere quod nos cogitatione inuestigare non possumus. Ergo natus de spiritu sancto, & de virgine Maria, crucifixus est sub Pontio Pilato. Quare hoc passus est innocens pro nocentibus, liber pro seruis? vt quia L
nos in transgressione per Adam primum hominem mortui eramus, in patibulo crucifixi resuscitaremur. Fixus est cruci. Magnum sacramentum, magna altitudo crucis, magna latitudo, magna profunditas. Altitu
do, vt ad patrem clamaret, Pater, ignosce illis, quia ne- Lucæ.23.c
sciunt quid faciunt. Latitudo, quia maiorem charita- Ioan.15.b
tem nemo habet, quàm vt animam suam ponat pro amicis suis. Profundum, vt ecclesia ad deum clamaret, De profundis clamaui ad te domine, domine exaudi Psal.129.a
vocem meam. Et exaudiretur pro filiis vox eius. Iste Pontius Pilatus præsidatum gerebat apud Hierosolymam ciuitatem: ibi & Herodes erat, qui inimicitiam tenebat cum Pontio Pilato. Sed illa pietas Christi fecit ex inimicis in morte sua duos amicos, scilicet Pontium Pilatum, & Herodem. Fecit etiam & nos amicos patri, tollens parietem inimicitiarum, qui erat inter nos & deum, vt reconciliaret nos patri. Nam ipse di-
xit: Si feceritis ea quæ mando vobis, iam non dicam Ioan.15.b
vos seruos, sed amicos. Ergo iste crucifixus sub Pontio Pilato sepultus est, vt in morte sua nos viuificaret. Ipse mori voluit, ne nos timeremur. Ipse se obtulit, scip- M
sum pro nobis hostiam & oblationem in odorem suauitatis, vt de captiuis liberos faceret, de superbis humiles, de inimicis amicos. Descendit ad infernum, vt & ibi à miraculo non vacaret. Nam multa corpora sanctorum resurrexerunt cum Christo, quæ postea mortua sunt, sicut Lazarus, sicut filia archisynagogi, sicut filius viduæ. Quod fecit in istis tribus, hoc fecit per propriam resurrectionem in multis sanctis. Nam multa corpora sanctorum resurrexerunt cum Christo, de
quibus dixit Apostolus: Ex quibus plures manent, vsq 1.Cor.15.a
adhuc, quidam autem dormierunt. Tertia die à mortuis resurrexit: ne caro eius videret corruptionem. Resurrexit, iam non corruptibilis, caro non passibilis, sed tali caro resurrexit, qualis hodie cum patre permanet in cœlo. Videte vbique sacramentum trinitatis. Ecce & in spiritum sanctum credimus, qui spiritus sanctus procedens de patre & filio charitate coniungitur. Manent enim fides, spes, charitas. Hæc fides in patre, 1.Cor.13.d
vna virtus in filio. Iste spiritus sanctus inter cætera pria dona singulis tribuit prout vult. Ecce videte alia tria. In carnis resurrectione fides, in vita æterna spes, in sancta ecclesia charitas. Credite carnis resurrectionem. Nam

A nem. Nam in Ezechiele propheta ossa arida legimus
Eze.37.b fuisse collecta, quæ sparsa fuerãt, & accepta carne mẽbra singula se agnouerunt, acceperunt spiritum, & resurrexerunt. Nullus vos seducat inanibus verbis, dicens: Qui à feris comesti sunt, qui combusti sunt, qui in mari à piscibus deuorati sunt: vnde resurgent, qui tumulati non sunt, qui sepulturam non meruerũt? Ne mireris ad potentiam dei: quia non est impossibile ei restituere quod erat, qui fecit id quod non erat. Credite ergo vitam æternam, vbi mors non nominatur, corruptio, varietas, miseria, & tentatio non accidit. Erunt homines in resurrectione in vita æterna, sicut angeli in cœlo. Per sanctam ecclesiam peruenientes, quæ mittit perfectos, quæ dimittit peccata, quę candidatos in martyrio acquisiuit, quę castos & pudicos per-
Psal.138.c fecit, quæ nescientes ad perfectam scientiam perduxit. Nam vox eius est, Imperfectum meum viderunt oculi tui: sed quoniã ipsos perfectos fecit, in libro tuo omnes scribentur. Quotquot ergo perfecti sumus, hoc sapiamus, vt credẽtes deus pacis sit nobiscum, Amen.

AD NEOPHYTOS, HOMILIA tertia. *Incerto interprete.*

B
Ibidẽ.71.d Benedictus deus. Ecce stellæ etiam de terra micuerũt, stellis cœlestibus clariores lucentes, in terra stellæ propter eum qui in terra de cœlis apparuit. Nec sufficit stellas in terra monstrari, sed & die suo luce lucente fulgescunt: & hoc plus admirationis affertur, quòd fulgore stellarũ noctium ministrarum, à præsentibus lumina clariora redduntur. Illæ nanque Solis aduentu suo perfunguntur officio, hæ luce Sole iustitiæ properante maiore lucescunt: & illæ seculorum confusione depereunt, hæ temporũ fine sese clariores ostendunt. De illis etenim
Mar.13.c dictum est, quòd stellæ de cœlo cadent, sicut cadunt fo-
Matth.13.f lia de vite: de his autem, fulgebunt, inquit, iusti, sicut
& Sap.3.b stellæ cœli. Quid sibi vult, quod dixit, Sicut cadunt folia de vite, sic stellæ de cœlo cadent? Sicut enim vites cùm vuarum fructibus prægrauantur, foliorum auxilium necessarium vt potegantur, exposcunt: cùm autem deposuerint fructum, necesse est vt foliis denu-
dentur. Sic se habet hoc seculum: quandiu habuerit in se humanum genus, tenebit & cælum stellas, sicut &
C vitis folia. Nam nocte pereunte, sine dubio stellarum vtilitas simul cum nocte deficiet. Illarum ignea natura stellarum est, & istæ edocentur igneam sortiti naturam. Sed ibi quidem ignis, quem humanus sensus inuenit: hic autem, quem secreta mentis ostendunt. Ipse
Matth.3.c nanque vos, ait, baptizabit spiritu sancto & igni. Vul-
† Arbitror hoc loco pro Mazaroth, scribi oportere. tis & vtriusque nomina partis audire? Illis quidem stellis nomina hæc sunt, Orion, Mazaroth, † Arcturus, Vesperus, Lucifer. In his Vesperus nullus, sed Luciferi vniuersi. Benedictus deus, iterum dicamus: qui facit mirabilia solus, qui facit vniuersa, & cõuertit vniuersa. Ecce libertatis serenitate perfruuntur, qui tenebantur paulò antè captiui. Et ciues ecclesiæ sunt, qui fuerunt in peregrinationis errore: & iustitiæ in sorte versantur, qui fuerunt in confusione peccati. Non enim sunt tantùm liberi, sed & sancti: non tantùm sancti, sed & iusti: nec solùm iusti, sed & filij: nec solùm filij, sed hæredes: nec solùm hæredes, sed & fratres Christi: nec tantùm fratres Christi, sed cohæredes: non solùm cohæredes, sed & membra: non membra tantùm, sed & templum: nec tantum templum, sed organa spiritus. Benedictus deus, qui facit mirabilia solus. Vides quot

Misrephoth. i. incendia: à verbo רָפַשׂ id est incendit, exussit: vnde Seraphim dicti i. incendentes & incẽsi. καῦμας.

sunt baptismatis largitates? Sed multis quidem vide- D
tur cœlestem gratiam in peccatorum tantùm remissione consistere, nos autem honores cõputauimus decem. Hac de causa & iam infantulos baptizamus, vt non sint coinquinati peccato, vt eis addatur sanctitas, iustitia, adoptio, hæreditas, fraternitas Christi, vt eius membra sint omnes, vt spiritus habitatio fiat. Sed vos dilectissimi fratres, si tamen mihi conceditur fraterno vestro nomine gloriari. Et me quidem similis beatitudo conceperat, similis ornauit gratia: sed posteriore negligentia firmum nexum cogitationis amisi: sed date vos mihi fraterno vocabulo nuncupari, propter nimiam scilicet charitatem: & vos rogari permittite, vt tantæ gloriæ honorem animositas cõsequatur. Et tantò magis vos dignos gratia properetis ostendere, quãtò vos inspicitis in culmine positos gloriarum: etenim transactum tempus palæstra fuit, atque contentio, & lapsus facilè veniam merebatur: ab hodierna verò die campus patet virtutum, exercitationibus dedicatus. Agon instat, theatrum præparatur, & ad spectaculum conuenit, non tantùm hominum genus, sed & cœlestis
etiam cœtus angelorum. Spectaculum enim, inquit, fa 1.Cor.4.b
cti sumus mundo, non hominibus tantùm, sed etiam E
angelis. Angeli expectant, angelorum dominus præsidet, corona certaminis: hoc non tantùm honor, sed & magna cautela, quando is qui pro nobis animam suam posuit, ipse sũ probamẽtum, iudiciúmque certaminis. Olympiaco nanque certamine & friuolo perditóque spectaculo, impositor coronarum, in ipso contentionis examine præesse cõsueuit, & in medio certantium loco consistens, nulli parti fauorabili nutu subuenire procurat, sed ipsius certaminis expectat incertum: & cùm mente sit, & loco medio continetur, inter nostrũ & iam diaboli certamen Christus non media lance cõ sistit, sed tutus noster fautor expectat. Et vt scias nostrarum partium spectatorem, peruide quomodo nos tanquam suos vnxit oleo lætitiæ, illum vt impendere
tur nobis instrinxit, vt cùm illum peruiderit cecidisse, Lucæ.10.c
calcate, inquit, super ipsum. Nos autem etsi cecidisse peruiderit, auxilio suę releuat maiestatis, & dicit: Nun- Psal.40.b
quid qui decidit, non adiiciet vt resurgat? Et dormiẽtes excitat. Exurge, inquit, qui dormis. Vis amplius ad- Ephe.5.c
mirationis inspicere? Nobis deus cœlum post victoriã F
præparauit, illi post victoriam præparauit gehennam, minatur & pœnam. Ego si vicero, coronabor: ille si vicerit, punietur. Et vt scias maiora ei cùm superauerit præparari torméta, vicit Adam & supplantauit. Quid igitur meretur victoriæ suæ? Supra pectus, inquit, & Gene.3.c
ventrem ambulabis, & terram manducabis omnibus diebus vitæ tuæ. Si igitur sensibilem ita puniuit damnauitque serpentem: qua pœna inuisibili punietur, si tãtis minister eius tormentis, cruciatibúsque succubuit? Incunctanter authorem maiores stimuli, atque eculei consequentur. Etenim si piissimus pater sui filij reperire valuerit occisorem: non solummodo dolorẽ suum, irámque cõfudertit in eum, sed etiam ipsum gladium quo filius perierat, paticulatim comminuit: ita & Christus noster cùm à diabolo hominem interemptum esse peruiderit: non solùm eum tormentis afficit, sed etiam eius gladium obtundit, & ad nihilum redigit. Confidenter igitur nos reparemus ad pugnam: etenim nobis arma suppeditant vltra splendorem totius auri fulgentia, & fortia, adamantis robore firmiora, totius ignis ardorem vincentia, cunctarum pondere leuiora pennarum. Nec enim quisquam hæc arma portando

quassatur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

G quaſſatur,ſed ſubleuant membra, & in excelſa perducunt:& in cœlum ſi cupieris,cum his ſine dubio perfereris,penitus impedimento ceſſante.Rudis nanque natura horum armorũ videtur,quia noualis nouus quotidie exercitator, homo factus cum dæmonibus litigare compellõr . Natus in corpore incorporales inimicos agnoſco . Hac de cauſa mihi thoracem diuinitus non ære confectum,non arte compoſitum,ſed iuſtitiæ ſimplicitate præparauit,fidei clypeo roborauit.Armat me gladius meus,verbum teneo ſpiritus ſanctitãtis.Ille ſuis ſagittis armatus eſt, ego meum gladium teneo: ille ſagittarum iaculatione confidit,mihi arma diuerſa nõ deſunt.Et vt eius formido monſtretur,in cominus litigare non audet. Iaculorum longitudinem ſemper affectat,vt mittat ſi peruiderit negligentem.Et aliam mihi deus vltra tutelam donauit armorũ. Quid illud?menſam præparauit,cibum ſatietatis oſtendit,vt poſt epularum refectionem inimicũ poſſim robuſtius ſuperare . Cùm enim te egredientem poſt conuiuium dominicum viderit inimicus,poſt cœleſtes epulas tan quam ignem leonis ore flammantem fugit, & deſerit omni vento velocior,nec approximare contendit : & H cùm cruẽtam linguam tuã de longè ille crudelis perſpexerit,mihi crede non ſtabit:& cùm os tuum ſenſerit rutilare , greſſum ſuum retrò cũ timore torquebit. Vis huius ſanguinis audire virtutem? Redeamus ad eius exemplum,& priorem typum recordemur,& priſtinam ſcripturam narremus : In Aegypto nocte media Aegyptiis deus plagã decimam minabatur,vt eo-
Exod.11.b rum primogenita deperirent,quia primogenitum eius populum detinebant.Sed ne amata plebs Iudæorũ vnà cum illis periclitaretur , quia vnus locus continebat vniuerſos,remedium diſcretionis inuentum eſt. Proinde exemplum mirabile,vt diſcas in veritate virtutẽ, ira diuinæ indignationis ſperabatur, & mortifer domus ſingulas circumibat.Quid igitur Moſes?Occídite,inquit,agnum anniculum,& ſanguine eius ſinite in-
Exo.12.d nuas.Quid agis Moſes?Sanguis ouis rationabilem ho-
Leui.1.c minem liberare conſueuit? Valde,inquit:non eò quòd ſanguis eſt , ſed quia dominici ſanguinis per eum demonſtratur exemplum.Nam ſicut regnantium ſtatuę, quæ ſine cauſa ſunt atq; ſermone , nonnunquam ad ſe confugientibus hominibus anima,atq; rationibus decoratis ſubuenire conſueuerunt:non quia ſunt ære confectæ,ſed quia retinent imaginem principalem: ita & I ſanguis ille qui irrationalis fuit,animos habentes homines liberauit, non quia ſanguis fuit , ſed quia huius
Exo.12.d ſanguinis oſtendebat aduentum . Et tunc angelus ille vaſtator , cùm linitos poſtes atque aditus peruideret, tranſiecit greſſus,& non eſt auſus intrare. Nunc ergo ſi viderit inimicus nõ poſtibus impoſitum ſanguinem typi , ſed fidelium ore lucentem ſanguinem veritatis, Chriſti templi poſtibus dedicatũ, multò magis ſe ſubtrahit.Si enim angelus ceſſit extemplò, quantò magis terrebitur inimicus,ſi ipſam perſpexerit veritatẽ? Vis & aliam huius ſanguinis ſcrutari virtutẽ? Volo,vnde primùm cucurrit incipias,& de quo fonte manauit. De ipſa primùm cruce proceſſit, latus illud dominicũ
Ioan.19.f initium ſuit . Mortuo enim,ait,Ieſu,& adhuc in cruce pendente approximat miles, latus lancea percuſſit, & exinde aqua fluxit,& ſanguis.Vnum baptiſmatis ſymbolum,aliud ſacramenti:ideo non ait, exiit ſanguis & aqua,ſed,exiit aqua primùm,& ſanguis:quia prius baptiſmate diluimur:& poſtea myſterio dedicamur.Latus miles aperuit, & templi ſancti parietem patefecit. K Et ego theſaurum præclarũ inueni , & fulgentes diuitias me gratulor reperire.Sic & de illo agno factũ eſt. Iudæi ouem occiderunt,& ego fructum de ſacraméto cognoui . De latere ſanguis & aqua . Nolo tam facilè auditor tranſeas tanti ſecreta myſterij . Reſtat enim mihi myſtica atque ſecretalis oratio.Dixi baptiſmatis ſymbolum & myſteriorũ aquam illam , & ſanguinem demonſtrari . Ex his enim ſancta fundata eſt eccleſia per lauacri regenerationem,& renouationem ſpiritus ſancti:per baptiſma,inquam,& myſteria quæ ex latere videtur eſſe prolata.Ex latere igitur ſuo Chriſtus ædificauit eccleſiam,ſicut de latere Adã eius coniunx Heua prolata eſt.Nam hac de cauſa Paulus quoque teſtatur,dicens : De corpore eius,& de oſſibus eius ſumus, Epheſ.5.f latus videlicet illud ſignificans . Nam ſicut de illo latere deus fecit fœminam procreari: ſic & de ſuo latere Chriſtus aquam nobis,& ſanguinem dedit,vnde re pararetur eccleſia. & ſicut in ſopore quieſcentis Adæ deus lateris membra patefecit: ſic modò poſt mortem aquam nobis donauit,& ſanguinem.Et ſopor ille nũc mors eſt, vt diſcas mortem nulla ſoporis ſeparatione diſcerni . Videte quemadmodum ſponſam ſibi Chriſtus coniunxit, videte quo nos cibo ſatietatis enutrit. L Ipſe nobis cibi ſubſtantia eſt,atque nutrimẽtum.Nam ſicut mulier affectionis natura cogente, genitum alere ſui lactis fœcũditate feſtinat:ſic & Chriſtus quos ipſe regenerat,ſuo ſanguine ſemper enutrit.Igitur quoniam nos tantis bonis agnouimus eſſe perfunctos,vitam congruam peragamus , & ſymbola illa atque pactiones quibus ſumus conſtricti , cordibus noſtris inhæreant . Vobis proclamo,cautiones vel chirographa peccatorum noſtrorum ſcinduntur:quia nunc eſtis recenti lumine illuſtrati . Sed & vos hac admonitione conſtringo,quos olim quoq; ſimilis beatitudo ſuſcepit. Cõmunis etenim hæc ratio nobis eſt, idẽ ſermo communis obligatio:quoniam neque & fœdera nobis cum illa communia : non atramento,ſed ſpiritus recordatione conſcripta:non calamo,ſed linguæ puritate firmata , hæc enim cum calamo de pactiones conſcribi conſuerunt. Et ideo Dauid ait:Lingua mea cala- Pſal.44.d mus ſcribæ velociter ſcribentis.Confeſſi ſumus huius imperium, diabolicam negauimus tyrannidem . Hoc chirographum , hoc pactum , hoc ſymbolum docetur M eſſe conſcriptum: videte ne chirographario inueniamur iterum debitores. Venit Chriſtus & paternis nos cautionibus inuenit adſtrictos, quas cõſcripſit Adam. Illa initium obligationis oſtendit,peccatis noſtris fœnus accreuit:ibi maledictio fuit,& peccatum,& mors, legiſque condemnatio:& hæc omnia Chriſtus deleuit atque conceſſit,& clamat Paulus dicens:Chirographũ Coloſſ.2.c peccatorum noſtrorum quod erat aduerſarium & ipſum tulit de medio, affigens cruci : non dixit, delens, non cataractans:ſed,cruci affigens,vt prorſus eius nec veſtigia remanerent : ideo non deleuit,ſed conſcidit. Crucis enim claui diſſipauerunt illud,vt in eo nulla de poſtero remaneret vtilitas . Et hoc non in angulo, nec ſecretim, ſed in mundo medio omnium videntibus oculis,in excelſo ligno nexum eius euacuat.Inſpiciant quidem angeli, conſiderent archangeli, & cum omni admiratione cœleſtes peruideãt poteſtates. Nec aduerſarios hoc latere,nec dæmones, nec ipſum diabolum,qui nos debitis obnoxios effecerat, ſcindi ſub fœneratoribus cautiones,ne nobis in poſterum moleſtiæ præparentur. Quomodo igitur prius chirographum omnibus viribus caret , inuigilemus ne nos

A alia obligatio : altérque nexus adſtringat . Crux enim ſecunda non eſt nec altera remiſſio peccatorũ: per lauacri regenerationem eſt nanque remiſſio,ſed nõ conceditur per lauacrum.Et ideo inuigilemus,& arripiamus ſolicitudinem. Propter hoc enim de Aegypti finibus emigraſtis.Nec illius terrę iterum ſeruitia cogitemus,ne veluti lateris commemoratio habeatur: later etenim eſt iſtius vitæ demẽtia. Nam & ipſa ſpecies auri fulgentis nondum arte compoſita,nihil aliud niſi terra mõſtratur. Vidiſti mirabilia lõgè maiora,quàm Iudæi in illo tempore Aegyptum relinquentes:non vidiſti armatum Pharaonem ſuffocatũ , ſed vidiſti diabolum mole ſuppreſſum.Illi fluctus & pelagus tranſierunt,tu mortem tranſiſti:illi Aegyptiorum ſeparatione alienati ſunt , tu dæmonum liberatione gratularis: illi iugum amiſerunt barbaricæ ſeruitutis,tu quod durius eſt,à peccatorum ſeruitute liberatus es.Vis aliũ-
Exo.34.d de quoq; cognoſcere vnde honor tibi eſt amplior attributus?Iudęis tunc Moſi vultum glorificatũ non fuit B videre conceſſum,& Adæ cõſerui,Adæ ſanguinis ne-
2.Cor.3.d ceſſitate coniuncti: tu autẽ Chriſti vultum in ſua gloria peruidiſti . Et clamat Paulus dicens:Nos autem omnes reuelata facie gloriam domini ſpeculamur . Illi tunc habuerunt Chriſtum ſubſequentem, ſed nos hodie plus meremur habere protegẽtem.Et illos quidem propter Moſi gratiam Chriſtus dominus ſequebatur, nobis autem hoc non tantùm nouelli Moſi cauſa conceditur,ſed etiam propter obedientiam veſtram. Illis poſt Aegyptum cuncta deſerta ſerpentibus plena, ſed nobis cœlum poſt Aegyptũ præparatur diuerſis manſionibus plenum.Illi habebant ducem Moſen,nos dominum ſaluatorem . Hoc de iſto Moſe ſi quis dixerit,
Exo.16.d mihi crede,nõ errat. Nam & huius labia ſpiritus lenitatis amplexus eſt, huius animæ ſpiritus manſuetudinem tenet.Moſes tunc manus ad cœlũ leuauit,& manna panem protulit angelorum: iſte Moſes dexterã tetendit ad cœlum,& protulit panem cœleſtem.Ille per-
Ibidẽ.17.b cuſſit petram,& fontes aquarum protulit : iſte proximans menſæ petram percuſſit ſpiritalem,& fontes ſpirituales oſtendit . Ideo nanque menſa vt fons affluens in loco medio collocetur, vt vndique circũſtantia ſatientium armenta:vt ſalutaris ille meatus abũdanti largitate decurrens , nullum ſitis robie deperire permittat . Quoniam igitur talis nobis hic fons eſt , taliſque C vita noſtra conceditur, & omnibus bonis menſa completur,vt vndique nobis affluat largitio ſpiritalis: accedamus cum corde veritate ſuffulto, cum pura conſcientia, vt accipiamus gratiam, & miſericordiam,& auxilium opportuno tempore , gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti,per quem,& cum quo gloria patri, cum ſpiritu ſancto, & nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

AD BAPTIZANDOS, HOmilia.IIII. *Incerto interprete.*

Quòd ſacramentorum traditio catechumenis adſtantibus recitari non debet. Et cur lauacrum iterum regenerationis,& non remiſſio dicitur peccatorum . Et quia non ſolùm peierare non conuenit , ſed & bene iurare periculoſum eſt.



QUàm dulcis iſta fratrum caterua conuenit. O quàm ſuauis diſciplinorum cœtus inſpicitur . Fratres enim vos & ante dolores partus, immo & ante cognationis affectionem,vocabulo charitatis appello.Noui etenim,optiméque non neſcio: quantum vos paulò poſt beatitudinis culmen excipiet,& quantam tenebitis poteſtatem.Quemadmodum autem eos precibus multi ambeũt ſupplices,quos ſpes eſt ad dignitatum faſtigia eleuandos:& futuri potentatus gratia adulationibus eis ſeſe commendare feſtinant: & ante poteſtatis tempus ſe ſociant,vt futura mereantur:hoc & ego facio,hoc mihi præparo,hoc diligenter excogito.Non enim ad ſimplicẽ gloriam eleuari ſperatis,ſed ad ipſam imperij poteſtatem : immo nec ſimpliciter ad ipſum imperiũ,ſed cœleſte. Et ideo vos peto,ideo omni deprecatione vos poſco:vt quando ad illud regnum veneritis,mei memores eſſe velitis.Et ſicut Ioſeph ad Archiennum † dicebat,Memento mei, cum benefactum tibi fuerit . Hoc & ego nunc peto.Hoc dico,Mementote mei,quando vobis benefactum fuerit:nec vicem ſicut ille,ſomnij interpretationis expoſco.Non enim ſum ſomniorum interpres,ſed cœleſtium ſecretorum,qualia nec oculus vidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis aſcenderunt:talia ſunt, quę præparauit deus diligentibus ſe.Et Ioſeph quidem ad Archiennum dicebat, Adhuc triduum,& reſtituet te Pharao ad Archieunuchiam : ego autem non dico, poſt triduum ad officium tyrannici miniſterij venietis: ſed poſt triginta dies nõ vos Pharao,ſed cœlorum dominus ad priſtinam patriam reuocabit,& Hieruſalem cœleſti reſtituet . Et ille dicebat,quia à te calicem manus tyranni ſuſcipiet : ego autẽ dico,quòd ipſe imperator, ipſe dominus, tuis manibus terribilem calicẽ miniſtrabit,qui honore vtranq; ſuperat creaturã,& omni virtute decoratur . Norunt iſtius calicis virtutẽ, qui ſunt diuinis conſecrati myſteriis: ſed & vos paulò poſt poteritis addiſcere. Memẽtote igitur mei,quãdo vos illud ſuſcipiet regnũ, quando regale vos proteget indumentum,quãdo purpura dominico ſanguine tincta decorabimini,quãdo coronam Solis radiis ſplendidiorẽ ſentietis in capite.Talia enim illius ſponſi dona eſſe cõſuerunt,quę noſtrum quidẽ meritum vincũt: ſed darsis ſunt cõgrua pietati.Et ideo vos ante ingreſſum ſancti thalami beatos appello . Nec ſolùm beatos nomino,ſed & benignitatis laudo,quòd nõ ſicut nonnulli,ad baptiſmi perceptionẽ finem vitę expectare voluiſtis:ſed tẽporis formidantes incertũ,tanquàm boni ſerui domini præcepta ſeruaſtis:& eiſdem animę colla cum omni benignitate ſupponitis,& iugũ Chriſti cum omni ſuauitate ſuſcipitis , & ſarcinam leuem ſentitis. F Nam licèt ſimilem etiã illi cõſecrationẽ mereãtur:ſed non illis ſimilis eſt volũtas,nec rerũ ſimilis præparatio. Nam illi iacentes in lectulo percipiunt : vos autem in eccleſiæ ſinibus,quę mater omniũ eſt,meremini cõſegari.Et illi flentes,vos læti & exultãtes:illi vlulantes, vos autẽ deũ glorificantes:illi valetudinis nimio calentes ardore,vos ſpiritali ſuauitate completi.Hic omnia conueniũt gratiæ,ibi nihil cõuenit gratię.Nam ibi fletus,ibi lamẽtatio,& ipſa ſacrorum traditione circunſtantium lachrymæ,fletúſque cunctorũ. Adſtant vlulantes filij, cõiunx brachiis laceratis ingemiſcit,amici triſtantur,lugent ſeruuli,& ipſa domus triſtitia quadã imitatur internũ.Et ſi ipſius cor iacẽtis inſpicias,adſtãtibus eum reperies triſtiorẽ . Nã ſicut pelagus diuerſis Argumentũ à ſimili. flatibus agitatũ,in multas diuiditur partes : ita & languẽtes diuerſis cogitationibus occupati,multis ſolicitudinibus pręgrauãtur. Quãdo enim infantes viderit filios,eorũ imbecillitate ſtimulatur annorum:quando matronam paulò poſt relicturus inſpexerit, viduitatis cogitatione cõteritur:quando familiã cogitauerit,eius ſeparatione laceratur:quãdo ſeipſum inſpexerit moriturum,

Gene.40.b Capite Geneſeos.xl. legis hæc dixiſſe Ioſeph nõ archienno ſiue archieunucho.i.cubiculariorum regiſprincipi, ſed משמח mai keh : Pquo.LXX. Editio h3 ἀρχοντα-χοῦ pinacernarum, ſiue vt Hieron.ſub finem quæſtionum in Geneſin.viariorum principi. Conſentit vniuerſę eccleſię lectio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G turum, omnibus nebulis solicitudinum circundatur. Talis illius animus est:& in illa turbella domus sacerdos ingreditur,ipso languore circunstantibus execrabilior.Nam medici voce,qui iacentem desperatũ nunciat, putatur illo tempore desperatior sacerdotis ingressus: & mortis æstimatur indicium, quod æternæ vitę materia est.Sed nondum molem calamitatis edixi: nondum malorum cacumina demonstraui. Nam nonnunquam cum necessaria præparantur, anima separatur, anima diuellitur è corpore. Sæpius & adhuc in corpore constituta nihil magnum commoditatis agnoscit.Nam quando nescit adstantes,quãdo vocem prolatam non audit,quãdo illa verba,quę sponsionem communi omnium domino facere consuerunt, proferre non potest,sed tanquam lignum aut lapis immobilis actiuetur: quid vtilitatis sacrorum tranditione præstatur?Etenim in tanti perceptione mysterij,vigilare vos conuenit,& totius solicitudinis vincula laxare, & mundam domum tanquàm ipsi regi aduenienti præparare.Talis mentis vestræ perceptio sit,talis animositas inuitetur.Et dignam quidem vicem de cœlesti sperate subsidio,qui rependere cõsueuit eis,qui eius audire præcepta festinant.Sed & quia cõseruum condecet,quę sua sunt conferre conseruis,& nostra vobis conferamus: immo non nostra,quia & ipsa dominica sunt,Quid enim,inquit,habes,quod non accepisti?Sed & si accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Et vellem hoc quidem primum meo declarare sermone, cùm maiores nostri totius anni diebus præteritis hoc in tempore ecclesiæ filios consecrare voluerunt:& cur post nostrum magisteriũ imbutos pedibus nudis, vno tantùm vestimento concesso,ad voces exorcizantium accedunt.Non enim passim † nec sine ratione & hunc habitum,& hoc tẽpus illi constituerũt.Sed hoc vtrunque habet mysticam & secretam rationem.Sed,vt dixi,vellem vobis hoc antè monstrare.Sed quia necessario sermone prouocamur,necessarium est hęc interim præterire.Nam primò necessarium est dicere,quid sit baptismus, & cuius causa hoc ad nostram vitam peruenit,& quanta nobis bona præparat. Sed si vultis,de ipsius mysticæ purificationis vocabulo dicamus. Non enim ei vnum vocabulũ est, sed multis & diuersis nominibus nuncupatur. Nam hæc expurgatjo lauacrum iterum regenerationis dicitur:Saluabit enim,ait Apostolus,nos per lauacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti. Dicitur & illuminatio: & ita illud Paulus apostolus nuncupauit.Recõmemorate nanque, ait, priores dies, quibus illuminati multã colluctationem sustinuistis passionum. Et iterum,Impossibile eos,qui sæpe illuminati sunt & gustauerũt donum cœleste,& participes facti sunt spiritus sancti,& lapsi sunt: iterum renouari ad pœnitẽtiam.Vocatur & baptisma: Quotquot enim in Christo baptizati estis, Christum induistis.Vocatur & sepultura:Cõsepulti enim,ait idẽ, sumus per baptismum in mortem. Vocatur circuncisio:In quo,inquit,& circuncisi estis circuncisione non manufacta in expoliationem corporis peccatorũ carnis.Vocatur crux: Vetus etenim,inquit,homo crucifixus est,vt conuertatur corpus peccato. Est & alia vocabula multa proferre:sed ne omne tẽpus diuinæ gratiæ nuncupationibus exigemus, ad prius dictum nomen redeamus,& huius significatione monstratũ sermonẽ finiamus.Sed interim paulò superius dicta tractemus.Est omnium hominum lauacrũ cõmune,quod sordes corporis lauare consueuit. Est & lauacrum. Verũ-

Actiuetur antiquè positum.

1.Cor.4.b

† ουκ ἀπαῶς.i. non temerè.

Baptismus diuersis nominibus nũcupatur.

Ad Titũ.3.b

Hebr.10.f

Ibidem.6.a

Galat.3.d

Roma.6.a

Coloss.2.b

Roma.6.a

Est, p̃ licet. Est phrasis Græca.

daïco illo quidẽ lauacro melius,sed quod cœlesti gratia superatur. Nam & ipsum sordes corporales extergit,sed non simpliciter corporales, sed & imbecillem conscientiam tangit.Nam multæ res sunt,quæ natura quidem ipsæ non sunt immundæ,sed imbecillitate cõscientię efficiuntur immũdæ.Nam veluti personę tragicæ arte quidẽ feras repræsentant,quum nullum suapte natura incutiant terroré:infantulis tamen formidabiles conspiciuntur esse,idque imbecillitate naturæ cõtuentium: ad eum modũ quæ iam diximus,puta si iam emortuum corpũs contingatur, id suapte conditione, immũdum non est:verum si pusillanimi occurrit,iam eum reddit immundum,qui tetigit.Nam quia non ipsa rei natura est immunda:ipse Moyses,qui ista constituit,demonstrauit: qui Ioseph mortuum secum portabat,& mundus nihilominus permanebat.Ideo & Paulus de ista non immunditia quæ nõ sui natura,sed ex pusillanimi cõscientia venit,demonstrans dicit:Nihil commune per se:nisi,qui cogitat commune. Vides immunditiam non ex ipsa rei natura,sed ex conscientiæ imbecillitate proferri. Et iterum, Omnia quidem munda:sed malum illi homini,qui cũ offensione manducat. Audis & hic,quòd non edere,sed cum offensa edere,causa immunditiæ est? Nunc igitur,sordes corporis Iudaïcum lauacrum emundabat. Diuinæ autem gratiæ lauacrum non corporis, sed animæ maculam, sordésque mundare cõsueuit.Non enim eos,qui mortua corpora tetigerunt: sed eos qui operibus mortuis prægrauantur,efficit mundos. Etsi mollis,etsi fornicator,etsi idolis seruiens, & si quid aliud huiusmodi gerens quispiam reperiatur, etsi omni humana detestabilitate fuerit prægrauatus, etsi totius malitiæ nodis adstrictus: cum ad illam natatoriam venerit,cũ illius fontis diuinos senserit riuos, Solis radiis mũdior eleuatur.Et ne putes ambitionis gratia hæc verba proferri:audi Paulum,de huius lauacri virtute dicentẽ, Nolite errare.nec hi, qui idolis seruiũt, nec fornicatores, nec adulteri,nec molles,nec masculorũ concubitores, nec ebrij,nec auari,nec fures,nec susurratores,nec rapaces,regnum dei possidebunt. Sed inquis,Quid hoc ad tractatum propositum?Nam hoc quęritur,si omni lauacri mundantur virtute.Et ideo accipe quę sequntur.Et hæc,inquit,quędã eratis,sed lauati estis,sed sanctificati estis,sed iustificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi, & in spiritu domini dei nostri. Nos quidẽ pollicemur vobis ostendere totius malitię vinculis absolui, & omni immũditia liberari eos,qui hoc lauacrum promerẽtur:verum ratio longè maiora declarat.Nõ enim mũdos tantũ,sed & sanctos & iustos effectos ostendit.Nõ enim dixit,lauati estis tãtùm:sed, & sanctificati, & iustificati. Quid hac re mirabilius, quid inopinatius demõstratur: quãdo sine certamine, quando labore cessante,quãdo minimè sudore decurso,iustitia procreari conspicitur? Talis etenim diuinæ gratię misericordia est,vt iustos faciat,& dolore cessante. Nam si imperatoris præceptio paucis cõscripta aeris multorũ criminum reos liberare consueuit, aliis quoque præstare culmina dignitatũ: multò magis dei spiritus sanctus & cuncta potẽs,omni vos malitia liberabit,& multã iustitiã largietur.Et sicut scintilla ignis exigua in profundi maris pelagus cadens aquarũ copia nõ paulatim,sed statim extinguitur, & illico nihil esse demõstratur: ita & omnis humana malitia quãdo ad natatoriã cœlestiũ fontiũ valuerit peruenire, illius scintillæ facilius extinguitur ardore.Et ob quam causam,inquis,

K

Simile.

A similí.

Homœosis.

Exod.32.c

Roma.11.c

Ibidem.d

L

Psal.2.b

Ibidem.

Ibidem.c

1.Cor.6.b

A similí argumentum.

C

Hiere.18.a &.19.c

Ibidem.

Homœosis.

Sit, procõtingat.

Similitudo legum.

M

Ibidem.c

A sam,inquis,hoc quod nobis peccata concedit,non lauacrum remissionis peccatorũ dicitur, nec lauacrum purificationis, sed lauacrum regenerationis? Quia nõ nobis simpliciter peccata cõcedit, nec simpliciter nos purificat malis actibus implicatos,sed tanquàm è cœlo generatos efficit. Nam de cœlo nos condit,& inde conficit:non de terra componens iterum,sed alio nos elemento,id est,per aquarũ naturam progenerat.Non enim vas simpliciter purgat, sed integrum nouat iterum. Nam cùm vasa purgantur,& si diligentia multa terguntur:quædam vestigia nihilominus retinent vetustatis,& pristinã maculam non amittunt.Illa autem quæ conflatorio committuntur, cùm flamma fuerint renouata:omnem maculam præteritæ fœditatis amittunt,& nunc primum confectis non dissimilia proferuntur æquali fulgore micantia.Vt igitur statuam auri metallo confectam aliquanti temporis metis,fumo & puluere & eruginis sordibus coinquinatam cum artificis manus acceperint,renouant fornacis ardore,& splendidam nobis lucidámque demonstrãt: ita & nostram naturam deus eruginatam mole peccati,& malorum gestorũ fumo violatam,& omni pulchritudine B quam primò ei donauerat,denudatam in illos aquarũ fontes,tãquàm in purgatorium mittit:& pro flamma, spiritus gratiam subministrat,& exinde rudes effectos etiam Solis radiis eleuat clariùs lucentes, veterem hominem conterens, nouum autẽ ostendens longè meliorẽ: & istam nobis quassationẽ & mysticam purificationem obliquo sermone olim propheta demonstrabat,dicens:Sicut vasa figuli,cõteres eos. Nam quia de fidelibꝰ loquitur: superius nobis manifestè declaratur, quum ait:Filius meus es tu,ego hodie genui te.Postula à me,& dabo tibi gentes hæreditatẽ tuam,& possessionem tuam terminos terræ. Vidisti,quemadmodũ ecclesiam gentium commemoratur,& vbique extentum Christi nominauit imperium. Et propterea ait:Reges eos in virga ferrea non graui,sed forti:sicut vas figuli conteres eos.Ecce & lauacrum sentitur mysticè. Non enim dixit, sicut vasa fictilia : sed, sicut vas figuli. Et ideo attendamus,& diligentius audiamus. Nam contracta vasa fictilia iam nulla emẽdatione corriguntur, semel lauram per flammas sortita:vasa autẽ figuli nõ sunt fictilia,sed argilla cõposita.Vnde & si quo fuerint casu peruersa,facilè ad figurã pristinam artificis reformantur industria.Et ideo quando calamitatẽ sine remedio dicit, Nõ vas figuli,sed vas fictile nominat.Nã quando propheta monstrabat Iudæos cũ ciuitate oppliciis extremis traditos, & nullum eis remediũ promittebat,iussit accipi vas fictile, & ante omnem confringere populũ & dicit,quia ita ciuitas pariet.Quando autem spem eis pollicetur,prophetam ad figuli vas adduxit:& illi non ostendit vas fictile,sed argillam ei, in manibus positam demonstrat artificis,quę etsi ceciderit,reformatur tamen.Ideo sequitur dicẽs:Si iste figulus,ait,hoc vas lapsum iterũ renouat,non multò magis ego vos poterũ lapsos corrigere?Et possibile quidẽ deo est non solùm de argilla factos corrigere per lauacrum regenerationis, sed & spiritus accepta virtute, & lapsos post pœnitentiam verã ad statum pristinum reuocare.Sed non nunc tẽporis est de pœnitentia nobis proferre sermonẽ, immò nunquàm necesse sit talia vobis demonstrare:sed sit semper vos pulchritudinem,quam estis accepturi, intactam inuiolabilémque seruare.Sed vt semper tales durare possitis: de conuersatione vobis pauca carremus.Nam in pa-

Ieństra athletis semper cessante periculo exercitatio est, & lapsus facilè veniam promerentur.Nam suis certatur,& magistrorum corporibus meditantur.Sed quãdo agonis dies,quando certaminis tempus aduenerit, quando stadium patet, quãdo omnes ad spectaculum fuerint congregati,quãdo agonotheta præsidet,quando monstratur corona virtutis:tũc necesse est,aut lapsum pudore infamatum, pœnas dedecoris suæ negligentię sustinere,aut solertiæ palmam sustinere vincẽtem: Ita & vobis horum dierũ triginta spacium exercitatio & meditatio est. Sed exhinc discamus euincere,& aduersariũ dæmonẽ superare properemus. Nam contra illum,magnum nobis est certamen. Post lauacrum igitur,eum iam supplantare discamus: & vnde nobis insidiatur,inuenire curemus: & vnde facilè poterit superari,vt in agonis ipso certamine,nulla nouitate terreamur,sed eius insidiis agnitis,arte,fraudéque comperta securi cũ omni fiducia dimicare possimus. Vndiq; nobis insidias præparare consueuit,sed facilius lingua & ore peccante.Nullum enim ęquè congruum illi organum in ministerium est interitus atq; peccati. Nam inde nobis mors,inde lapsus,inde perditio,inde naufragium præparatur. Nam & mentiũ lapsus ex linguæ garrulitate venientes quidam declarãs,ait, Multi ceciderunt per gladium: sed non tanti,quanti per linguam. Et grauem casum monstrare festinans,ait:Lapsus de pauimento, aut lapsus de lingua. Quod dicit, tale est:Cõducibilius est,inquit,ruere & corporis sentire iacturam, quàm verbũ tale proferre, vnde anima poterit deperire. Et suadet multam ori adhibere cautelam,dicẽs:Fac ori tuo ostium & seram.Non vt portas corpori faciamus,sed vt nõ facilè verba proferantur,& ad incongrua dicenda, sese lingua cũ omni cautela cõtineat.Et alibi ostendens,quia ad hanc serã retinendam solertiæ nostræ, etiã diuinum necessariũ sit auxilium:vnde & ad deũ manum protendens propheta,dicebat:Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Pone domine custodiã ori meo,& ostium circunstantiæ labiis meis. Et qui priora persuasit, ipse iterum ait:Quis dabit ori meo custodiã,& labiis meis sigillum astutiæ?Vides hoc lapsos singulos formidare, vides omnes lamentari,omnes suadere,omnes orare, linguam suam cautela custodire ac retinere?Et cur,inquis, hoc membrũ quod tantum nobis periculum adfert,deus ab initio dedit? Quia & multum nobis hinc commoditatis est,& volẽtibus nonnunquàm prodesse consuescit:nec mortem habet,nec peccatum concedit inuito. Et audi quid ille ait : In manu linguæ vita & mors. Et Christus significans ait:De sermonibus tuis iustificaberis,& de sermonibus tuis adiudicaberis.Media nanque vtriusque partis lingua est: & si vtriusque est, tu dominus es. Nam & gladius in medio positus, siquidem fuerit aduersus hostes arreptus,salutaris accipienti reperitur: si verò tenentis visceribus inferatur,mortem præparat inferẽti:non quia talis ferri natura, sed quia vtentis tale consilium est: ita & lingua æstimetur gladius in medio positus. Armetur aduersus peccata tua,non ad fratris plagam præparetur. Et ideo deus eam velut muro duplici voluit circundari. Nam dentium tegmine, & labiorum custodia continetur, ne verba improuida garrulitate proferantur. Refrena igitur linguam:& si non patitur reticere,dentium morsu quiescat, & tanquàm carnifici tradatur dentibus. Nam hoc est eam conducibilius sustinere, quàm postea aquę stillationem nullatenus promereri.

Medi tantur pro exercentur. Phrasis Græca est.

Lingua, organum administrãdæ morti aptissimum.

Eccli.28.c

Ibidẽ.20.d

Ibidẽ.28.d

Psal.140.a

Ibidẽ.38.a

Eccli.22.d

Prou.18.d

Matth.12.c

Simile.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Et alia quidem multa peccata admittere consueuit: vt cum blasphemat,cùm turpia verba componit,cum calumniatur,cùm iurat,cùm peierat. Sed ne hodie vniuersa tractantes,mentes vestras latius occupemus:vnã interim vobis indicimus legem, nequando vestrum quispiam iuret.Nam hoc prænuncio atque præiudico, quòd si quis non dico periuria, sed etiam iurationes iustas de cætero non declinet, non promerebitur sermonem nostrum. Nam vt stultum est magistros quidem puerilium studiorũ infantibus ante secundã magisteria narrare, nisi priora eorum cordibus inhæsisse cognouerint:ita & nos nondum mentibus vestris nostro sermone affixo,alios vel tractatus offerre & facere,vt putidus è dolio liquor hauriatur. Ne igitur vos amara prohibitione tristemini:date operam,vt præceptis commodetur effectus. Nam hoc peccatum valde crudele est, & ideo valde crudele putatur: & hac de causa illud timeo,quia nullus illud pertimescit:sed sicut simplex sermo prolatus reatum non videtur afferre: ita & iusiurandum esse putatur,si cum multa fiducia hoc profertur illicitum. Et si quis increpauerit:risus mouet,iocos narrare putatur:& ideo de hac re sermonem longius protraho. Funditus etenim hoc amputare festino: & multi temporis malum radicitus euellere cupio,non tantùm periuria,sed ipsas quoq; iurationes. Sed ille,inquis,iurat homo, qui mitis est, & cui est sacerdotium commẽdatum,& quidem multa castitate & reuerentia conuersatur. Nolo mihi hunc sanctum,hunc mitem, hunc pudicum, hunc proferas sacerdotem:sed si Petrum mihi,si Paulum,si de cœlo angelum narres: nec sic personarum dignitate terrebis. Nam legem non seruilem, sed dominicam de iureiurando lego,& quando imperiale cõstitutum recitatur, omnis seruilis dignitas conquiescat. Etenim,si Christum hoc mandasse poteris approbare, aut quia hoc Christus non punit,ostendere:acquiesco. Sed si cũ tanta prouisione hoc fieri prohibet,vt iurantem maligno sociaret(nam superfluum,inquit, horum, diaboli est) quid mihi alium atq; alium cõmemoras, quid aliquorum nominas facta? Non enim ex seruorũ negligentia, sed ex sua præceptione, sortem tibi deus attribuit. Iussit,inquit,præceptis obtemperare.Congruum est & I non cuiuslibet facta memorare: nec aliena mala conuenit imitari. Nam & magnus ille Dauid peccauit,& grande peccatum.Quid ergo?Ideo nobis sine periculo peccare cõceditur?Non.Nam hac de causa cauere debemus,& facta fortia imitari sanctorum. Et si aliqua negligentia,legis præcepta violata sunt:cum omni festinatione transire nos conuenit.Non enim ad conferuos nobis, sed ad dominum ratio est. Huic omnium gestarum rerum necesse est nos reddere rationes. Ad illud igitur nos iudicium præparemus.Nam licèt magnus & admirabilis ille sit,qui hanc legem respuit,pœnam sine dubio calcatæ huius præceptionis exoluet. Non enim est deus personarum acceptor. Quæ igitur modo,quòve subsidio,hoc poterimus declinare peccatum? Non enim solum conuenit crimẽ crudele monstrare,sed potius criminis vltione liberari.Est tibi cõiunx, sunt filij, est amicus, est seruulus, est vicinus,est sanguinis cognatione sociatus:festina omnibus huius legis præcepta narrare. Sed inquis,Dura res,cõsuetudo,& quæ facilè mutari nõ possit:& quę nos nonnunquam & inuitos trahit,& nolentes committere cogit illicita. Igitur tantò te huius mali reatu liberare festina,quantò cõsuetudinis vim necessitatẽmque cognoscis,& ad aliam consuetudinẽ migrare propera. Nam K sicut te praua consuetudo possidet, ita poterit melior obtinere,vt & voluntatem te iurisiurandi lapsibus non permittat euinci.Nam reuera multũ consuetudo prævalet,& iura didicit immutare naturæ. Vt igitur non assiduè doleamus,ad aliam consuetudinem demigremus:& ab omnibus tibi,singulisque coniunctis hoc postula,hoc pete beneficium, vt te iurantem arguant, vt confundant.Nam cum te afficiunt tua confusione authorem,& sibimet similia largientur.Nam qui alterũ, ne iuret, arguit: nec facilè se præcipitare patietur in periurium. Etenim est iurandi peccatum:& nõ solùm cum de rebus friuolis, sed etiam cũ de maioribus celebratur. Nos autem & cum vilia cõparamus, & cum de vno nummo contendimus,& cùm aduersus seruulum commouemur:deum testem inuocamus.Et homi Antitheſis nis quidem ingenui & aliqua dignitate muniti, in publico ad huiusmodi res non audemus testimoniũ postulare,ne & iniuriarum cõtra nos vindicta procedat: deum autem cœlorum regem,angelorum dominum, & cùm contrahis, & cum loqueris,& cùm quibuslibet sermonibus delectaris, aduocas testem? Vt igitur,hoc L crimine liberemur,inuicem admoneamur,insitũ tempus constituamus,& tempus dierum decem. Volentibus enim & vigilantibus & hi sufficiũt dies,quò penitus hoc crimine consuetudinis liberemur: & post decem dies nihilominus si illaqueati reperiamur,pœnam nobis constituamus. Sed inquis,Dicito pœnam,propone vindictam.Hoc iam non meum,sed vestrum est: & si ita circa nos non solùm iureiurando, sed & in aliis conuersationibus præcauere voluerimus, constituentes tempora,pœnas indicentes:mũdi ad nostrum dominum ire poterimus, vt de ignis gehenna liberemur,& cum omni fiducia tribunal Christi videbimus, quam omnes liceat obtinere per Iesum Christum dominum nostrum in secula seculorum, Amen.

DE MILITIA SPIRITALI,

Homilia.V. Incerto interprete.

Bona quidem sunt & vtilia regis ad eos, qui imperio eius subiecti sunt,legum statuta:sed maiora,& angustiora illa præcepta sunt,quę militantibus obseruanda decernit. Vt ergo nunc ad militiam spiritalem cœlestis regis mandata M prædicatibus nobis diligenter attẽdat omnis, qui magnæ & supernæ dignitatis est cupidus, & qui semper Christo adstare desiderat: quique magnificæ illius & diuinę vocis non otiosus auditor est:Si quis meus minister est,me sequatur:& vbi ego sum,& minister meus est.Vbi ergo est Christus rex?Vtique in cœlo.Illo ergo terreæ consuetudinis, & omnis carnei delectationis, nemo qui militiæ accingitur, domum sibi construit: neque possessiones agrorum comparat,aut vilibus humanorum negotiorum commerciis implicatur. Nemo inquit,militans deo,implicat se negotiis secularibus,vt ei placeat à quo probatus est.Esca miles regius habet, & imperatoris annona paratur. Non oportet eum emere sibi cibum, neque in eius prouidendi solicitudine occupatum,studiis militaribus auocari. Vbique illi domus omnis prouincialium ex præcepto regali patet,vt nihil eum de priuata domo laborare necesse sit: cui mãsio in castris, cibus ad expeditionem modicus,& aqua potui,& tantum somni quantum naturæ necessitas repetit. In vigiliis, in itineribus multi labores, & pro tẽporũ vicissitudine,in æstibus,aut frigoribus cõfirmata patientia fugnę ad hostes, pericula vsque

A vsque ad mortem: verùm & si mors bellanti accedat, glorioſa eſt. Vincentem verò honores & dona regia ſubſequuntur.Huic laborioſa in præliis vita,in pace autem ſplendida,& honoratur,tranſigitur,& pro certaminibus proſperè decertatis gloriæ corona defertur, promotio dignitatis apponitur, iuxta regem familiariter ſtare conceditur, de manu imperatoris aſſidua remuneratione donatur.Cæteris principibus ſuæ gratiæ comitibus eminentem præponitur interuenire, & iam extrinſecus pro amicis ſuis,ſi velit libenter auditur: & tantùm propriã dignitate pro meritis virtutis exuberat, vt etiam ſodalibus honorandis author exiſtat.Nunc ergo tu miles Chriſti modica hæc de humanis actibus exempla tibi ſumens,maiorum rerum,hoc eſt,diuinorum bonorum conceptionem mente ſuſcipe:vt libera tibi,& expedita mortalibus curis vita ducatur. Non te domus auocet, non poſſeſſio impediat, non ciuitas & patria conſtringat: exutus enim & abſolutus omni terreſtrium rerum ſolicitudine, melius diuina curabis. Non te illiget coniugis amor, neque
B næ militiæ carnalium neceſſitudinum vincula.Arma enim nunc militiæ tibi non carnalia,ſed potentialia à deo. Scito autem,quia te non vincit natura corporis, neque ſtrangulabit inuitum,neque te obnoxium faciet ex libero,niſi voluntaria declinatio.Longè diuerſa eſt ſpiritalium affectionum conditio.Non quæras in terra relinquere filios,ſed in cœlum perducere. Non ergo carnalibus te agglutinare nuptiis, ſed ſpiritalibus Prou.7.a oportet inhiare. Sume tibi coniugem ſapientiam veritatis,vt ſcriptum eſt,& eam diſpoſitam dotibus cœleſtibus toto corde complectere.Filios genera ſpiritaliter, & æmulare cœleſtem ſponſum,per quem debellare poſſis inſurgentes aduerſus animam tuam inuiſibiles Ephe.6.b inimicos. Dimicandum eſt enim tibi contra poteſtates,& principatus harum tenebrarum, contra omnem diaboli virtutem,& aëreum nequitiæ ſpiritalis exercitũ:qui te occultis machinis,& gladiis impugnare non deſinunt, vt in teipſo reſiſtas eis, & eiicias eos primùm de anima tua, vt nullam ſortem habeant in te: deinde vt his,qui ad te confugerint,neque ſibi elegerint ducem, & propugnatorem,eadem virtute poſſis adeſſe, qua tibiipſe profueris: id eſt, vt proximos C tuos inſtruas verbo veritatis,conuerſationis exemplo dirigas, oratiõnum interuentu deſtruas cogitationes extollentes ſe contra fidem Chriſti, & omnem impium malignúmque ſermonem verbo pietatis extinguentes,doctrinæ apoſtolicę armis reſtituens.Conſilia,inquit, 2.Cor.10.b deſtruentes,& omnem altitudinem extollẽtem ſe aduerſum ſcientiam dei: maximè autem cum fide ſummi regis inuicta manu, quæ facilè deterret, & in fugam vertit inimicos,ſi tantum vel appareat eis.Si verò dominus,& periculi certamen agitare velit, & exercitum ſuum iubeat congredi exercitui aduerſario-rum,hic tibi ad omnem laborẽ præparatio firma conſiſtat,& contra omne periculum interritæ mentis cõſtantia maneat:& ſi neceſſe ſit de terra in terram,& de Matth.10.c mari in marẽ libenter emigra, & patriam peregrinatione commuta. Quando enim,inquit, perſequentur vos, fugite de ciuitate in ciuitatem. Et ſi in iudicium pertraheris,vt neceſſe ſit te ſiſti ante principes, & potentes,& populum ſeditiones excipere,& dirum carnificis vultum videre,& duram vocem ſæui perſecutoris audire, ipſarúmque pœnarum horridam faciem ſuſtinere,adhibitis etiã tormentis tentari:ſtare te fortiter, & vſq; ad finem mortis certari oportet,non ce- D dente conſtantia mentis,armata terroribus inimici,& doloribus corporis:quia niſi legitimè certauerit quis, 2.Tim.2.a non coronabitur.Vtinã præter hæc omnia ipſum ante oculos habeas, pro te in paſſionis prælio dimicantem Chriſtum, ſciens quia propter te & Chriſtus in iſto agone verſabitur, & tu per ipſum agonis ipſius victor exiſtis: victorem enim regem ſequeris,eum qui te victoriæ ſuæ vult habere participem. Neque enim etſi mortuus fueris in hoc genere certaminis,victus videris: ſed tunc magis plenam, ſi vſque ad finem inconuertibilem veritatis fidem, & confeſſionem in corde tuo conſeruaueris,& pro veritate conſtantiam immobilem tenueris, à morte tranſibis ad vitam æternam: & ab hominibus iniuriã paſſus, ad dei gratiam tranſfereris:& à temporali, quam in hoc mundo pertuleris tribulationem, in æternam requiem tranſuolabis, & ſanctorum angelorum conſortio perfrueris. Terra te ciuem non ſuſcipiet,ſed cœlum:non incolam te ſuſcipiet mundus,qui te perſecutus eſt,ſed angeli te portãtes præſentabunt Chriſto,& amicus dei vocaberis,& deſiderabilem laudem ex ipſius domini voce audies, E Euge ſerue bone & fidelis,euge miles ſtrenue,& imita- Matth.25.b tor domini tui,& regis æterni comes: ego te meis remunerabo præmiis, ego verba tua libenter exaudiam, quia & tu me diligenter audiſti. Si petieris pro fratribus tuis ſimilem patientibus perſecutionem, ſociis fidei tuæ,& ſacramenti charitatis cuſtodibus,vt ſaluentur & viuant, percipies à rege cœleſti omnium bonorum communionem: & hymnum dicens choris mixtus æternis, & inter angelos ſanctos accinctus lætitia, regalem coronam portabis in conſpectu regis domini,& coæternalis domino tuo factus,cum ipſo æternæ beatitudinis largitore lætaberis. Si verò in hoc mundo adhuc dimittere poſt acta certamina palmarũ tuarum ſuperſtitem velis, vt plures varios agones dimices,vt multiplicẽtur coronæ tuæ de multitudine præliorum,multique exemplo tuo ab inuiſibilibus,& viſibilibus ſaluentur inimicis:magna erit tibi & in hoc ſeculo gloria,& apud amicos Chriſti eris honorabilis omnibus,qui te & præpoſitum, & adiutorem, & legatũ bonum inuenerint. Iſti paſcent te ſicut militem bonũ: F iſti honorabunt te,ſicut virũ fortem: iſti dexteras dabunt tibi,& cum magna gratulatione ſuſcipient te, ſicut angelum dei excipientes,vt ait Paulus.Sicut Chri- Galat.4.b ſtum Ieſum. Hæc & alia huiuſmodi monita atq; præcepta ſermo diuinus annunciat. Neque enim tantùm de viris diſſerit,quia apud deum etiam fœmineus militat ſexus.Multi enim ſexus fœminei virili animo militiam ſpiritalem gerunt,non pro corporis infirmitate reprobantur,quòd interioris hominis virtute viros æquant,& in agonibus martyriorũ multæ pares,quædam fortiores viris extiterunt:quibuſdam virorum & à fortiore ſexu ignauia muliebri degenerãtibus, infirmum corporis ſexum virili mente vicerunt:& amiſſas negantibus viris obtinuerunt coronas,quæ in teſtimonio virtutis victrices pœnarum viris labentibus conſtiterunt.Ex ipſis ſunt quę angelicum ſacratæ virginitatis ſplendent chorũ,ex ipſis & illæ quę glorioſis confeſſionis prælijs,& martyriorũ triumphis coronãtur:ſequebantur autẽ & ipſum dominũ in præſentia eius,nõ ſolũ viri, ſed & mulieres,& ex vtroq; ſexu comites, ſicut ſcriptura deſignat: Et obſequebantur,& miniſtrabant domino.His igitur talibus,tãtiſque virtutibus,& Marc.15.d honoribꝰ militiæ Chriſti adiacẽtibus certatim omnes,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& patres filios,& matres filias offerunt Christo,& suã quisque progeniem regi cœlesti ad militandum probare festinant: gaudentes in spe æterna,quæ non confundit:quia charitas Christi diffusa est in cordibus nostris . Talia enim pignora non solùm in consortium salutis & gloriæ, sed etiam in ornamentum, & in patrocinium perenne deuoti parentes habebitis. Et non simus circa filios nostros pusillanimes,neq; timeamus, si nunc in militia spirituali laborẽt,sed magis lætemur: quia si impensius laborauerint,illustrius glorificabuntur.Nos tantùm repræsentemus domino,quos ab ipso accepimus,vt & probatorum,ac militantium Christo filiorum efficiamur participes, nobiscum eos adducẽtes,& statuentes coram domino.His autem qui ita exhibere se studeant deo,& agonem iustum militiæ spiritalis legitimè certare nituntur, vt apprehendant brauium supernæ vocationis, competenter illud ex psalmis dicimus:Benedicti vos à domino,qui fecit cœlum & terram. Dignè etiam pro his secũdum Mosen orabimus: Benedic domine opera ipsorũ,& depone lumbos aduersariorum eorũ.Viriliter agite ô probati milites, currite fortiter cursum vestrũ, & decertate certamen bonum, vt capiatis æternas coronas, in Christo Iesu,per quem deo patri gloria,cum spiritu sancto, in secula seculorum, Amen.

Roma.5.a

Psal.113.d

H

DE MILITIA CHRISTIANA,

Homilia. VI. *Incerto interprete.*

OMnes homines,qui se studeant humo tollere, & inserere cœlestibus,quique naturam mortalitatis cuincere angelicæ conuersationis æmulatione nituntur , vt studio bonæ voluntatis angelorum incorruptionem sequentes , appropinquent deo:incorruptio enim,vt scriptum est, hominem deo proximum facit.Remoueant se quantùm possunt spiritu virtutis à corpore , & penitus absistant à cærnali concupiscentia, morientes quidem super terram huic vitæ secundum imitationem passionis Christi:viuentes autem angelicam vitam iuxta communionem vitæ domini,& resurrectionem mortuorum. Qui enim Christi sunt,inquit Apostolus,hi carnem suam crucifixerunt cum passionibus & concupiscentiis.His ergo talibus olera pro carnibus, aqua pro vino,& cibus modicus pro dapibus opimis est. Propter quod & vigiliæ gratiores,quàm somnus: & noctes pro diebus agũtur, & crebriora apud deum per orationes colloquia , & hymnis excubiæ , & verè(vt Apostolus dixit)in carne ambulantes,non secundum carnem militant.Qui autem ad plenam huius exercitij perfectionem , sicut in verticem montis ascendere non valent, saltem in secundo virtutis gradu consistere studeant,vt immoderatam carnalium concupiscentiarũ abundantiam circuncidant,vt sanctæ ad dominum vocationis non penitus alieni sint:& de his quę circa hunc mũdum sunt, occupationibus non omnino teneantur.Vbi enim voluntates multæ , ibi & vacationes plurimæ, quæ à deo separant,gula & ebrietas,quorum & comes est corporalium permixtionum delectatio.Hæc autẽ vitia magnas auaritiæ causas attrahunt,quia exuberantem rerum copiam exigit vita luxuriæ.Et ideo multa acquirendi necessitas strangulat animas corpori seruiẽtes, ne desit effusis affluens sumptus impendiis.Ergo imitemur Loth illum beatum fratruelem Abrahæ, qui de terra Sodomæ & Gomorrhæ cum igneis imbribus descendere cœpissent,manibus angelorum eductus exiuit.Et cùm iuberetur in montem cõfugere, & illic ab incendio damnatarum vrbium tutus manere,pigebat vt senex,ne deficeret in fuga,in montis ascensu,& ignibus apprehenderetur. Metuebat autem & angelos,ne contradicens præcepto dei,quod per ipsos acceperat,perimeretur ab ipsis,quia in montem confugere colluctabatur.Vnum ergo minimum de Sodomiticis vrbibus oppidum ad salutis refugiũ donari sibi popposcit à domino.Et qui altiora petere vitauit,minima autem pro multis poscere elegit : dat ei primum quidem in ciuitate modica de magnis illis , & optimis , & deliciosis vrbibus liberatis salutem,in magnis periclitãs,in exiguo obtinet:propter quod & ipsa ciuitas,quæ prius Bala vocabatur,Segor appellata est,id est saluatrix: ex hoc autem munere dei,quo paruæ ciuitatis habitaculum meruerat à domino,assumens audaciam ascendit in montem . Tales quidem & nos efficiamur , vt primùm effugiamus copiosas,& circũfluentes huius mũdi delicias , quæ similes sunt Sodomitarum corruptis ex vbertate moribus terrarum , de quibus dicit deus: Quia in saturitate panum luxuriabant . Coarctemus autem multa in modica,vt non incendamur ex multis epulis,& comessationibus,& distentionem ventris subsequentibus intemperantiis:sicut incensæ sunt Sodoma & Gomorrha,& confines earum.Pòst verò moderata virtus,nostri fragilitate nutriemur anima procedente in melius refrenandi corporis consuetudinẽ: ascendamus ad perfectam abstinentiam castitatis , sicut in ipsum montem salutis,& verticem virtutis cõfugientes à seculi huius incendiis.Metue ergo delicias Sodomitarum,ne Sodomitica patiaris incendia: fuge fornicationem, discede ab omni luxuria,respue gulã, abdica ebrietatem, & omnem siquidem Sodomiticorum fomitem in temetipso victo extingue . Si enim, inquit, accenderis ignem , inflammaberis, & ipse tibi eris author exitij,cùm te voluntariis libidinibus excitata vitiorum flamma consumpserit.Non agamus similem infidelibus vitam , sed à quibus fide decernimur, ab eorum studiis etiam, & moribus diuidamur. Declaret fidem tuam quotidiana actio tua, confirmet tuam ad Christum charitatem euidens à carnalibus concupiscentiis discessio tua , ne quis te contra disciplinam, & decus nominis Christiani in deuiis ambulantem videns,dicat : Iste est ille, qui cœlestis vitæ sectator , qui denique summæ ipsius pudicitiæ magistri discipulus habebatur. Iste est ille electus à mundo,qui iam cœlestibus angelis comparabatur, qui se in aduentum cœlestis regis præparabat,seq; eius lateri cominus adhæsurum præsumebat.In hæc ergo post laudem opprobria deuenire præcaues,ita age,vt glorificetur per te magis,quàm blasphemetur Christus,qui dicit: Honorificãtes me honorificabo,& annulantes me depreciabuntur.Quem vtiq; despicere,& pro nihilo habere conuinceris,etiam si verbo honorare iudicaris,quãdo non secundum nomen fidei tuæ viuis, per operũ tuorum grauitatem blasphemari cogis in eum, cuius nomen præferre audes,& volũtatem agere detrectas: sicut è contra hi qui dignam Christo vitã agunt,manifestam virtutem eius, & admirabilem gratiam apud omnes faciũt,vt illud dominicum impleant: Luceant opera vestra coram hominibus,vt videtes ea honorificent patrẽ vestrũ qui in cœlis est.Memento quia membra Christo sacrata sunt mẽbra tua,nõ misceantur mẽbris meretricis . Non polluas templum spiritus sancti domino,ne fias alienus. Non enim capit quod sanctum, est in templo polluto.Quæ,inquit, communicatio lumini ad tenebras:Non abutaris natura contra naturã: filiorum enim generationem nouit lex naturæ,& propter sobolem procreandam coniungit mulieri: concubitum autem superfluæ voluptatis & vitã nuptiæ profugiunt,fornicationum sunt ista.Et mulier data est tibi in adiutorium.Ergo licito honestóque consortio ob hoc tãtùm vtere,vt commercium inhonestæ permixtionis effugias . Neq; contemnas quòd non iam hodie in opera peccantium vindicat Christus.Quanta enim patientia sustinet,tãta & seueritate restituet.Nunquid enim irascetur per singulos dies ? Nisi conuersi fueritis,gladium suum vibrauit.Et quantùm te peccantem vt conuertaris expectat bonitas indulgentis dei , tantùm in te , nisi conuersus fueris , eiusdem iudicis censura procedet. Patientiæ quidem præsens tempus,sed futurum iræ est . Noli ergo de huius temporis spacio remissionem non timendi tibi ad peccandi licentiam sumere.Sic loquimini,inquit,& sic facite,sicut per legem libertatis iudicandi estis. Et si secundum carnem viuatis,vt aliter Apostolus dicit : Si secũdum carnem vixeritis,morieminí:si verò spiritu facta carnis mortificetis,viuetis.Adiungere itaque,& colloquere spiritui,& non tibi prævalebit caro.Nolite,inquit,inebriari vino in quo est luxuria : sed implemini spiritu sancto,cantãtes & psallentes in cordibus vestris deo. Ecce remedia animæ domesticæ deo. Omnia autem hæc frequenter audiamus,sicut verba sacra spiritaliũ canticorum . Reddamus vota, & impendamus orationes domino,vocanti nos ad vitam æternam.Omnis ergo ô homo dei indutus Christum , fuge omnia quæ sunt incẽtiua carnalium cupiditatum,vel conuiuia,comessationem,& temulentias crapularum: & non dico secundum humanum prouerbium,ne substantiam tuam perdas : carnalis enim hæc cura est,& secundum humanam vtilitatem familiare cõsilium,sed dico ne spiritalem,quæ multò potior est,substãtiam salutis amittas,& spiritalium diuitiarum inopem te facias.Nõ solùm autem hæc baptizatis dissero & prædico, sed etiã baptizandis præcipio.Sicut enim is qui illuminatus est gratiæ dono , dignum se debet præstare accepto diuinitatis munere : ita qui adhuc eiusdem gratiæ candidandus est, & in eadem spe fidei fide currit,dignum se facere debet gratiæ consequendæ. Timeat enim,ne post agnitionem dei, cuius signaculo iam prænotatus est,si non dignus agnitione percepta inueniatur,indignus etiam sanctificationis munere iudicetur . Ideo, inquit,misericordiam consecutus sum,quia ignorans feci in infidelitate:superabundauit autem gratia domini nostri Iesu Christi cum fide & charitate. Tu itaque si sciens peccasti in fide positus,metue ne gratiæ donę priueris , sed magis præparã te quotidie per omnem diem & noctem domino.Quis enim regem susceptu rus,non parat,& exornat domum,vt digna sit introitu & mansione regali ? Nam quis audet in sordida & inculta domo regium aduentum suscipere ? Nec sanè sub vna die domus adornetur Christo , sed per totam vitæ nostræ ætatem, æterno principi in reseranda humani pectoris aula cõponatur. Sed peccasti,pœniteat te. Emundat enim pœnitentia peccatorem,& reparat ad sanctificationem . Ideo præuenit & Ioannes,præparans Dominum,& præcipiens dignos fieri fructus pœnitentiæ,vt fugerent ab ira ventura,recõciliati per donum baptismatis in spiritu sancto : quod quia adeptus es, ne recurras ad peccata, quæ relicta sunt tibi:

Gene.19.d.e

I

2.Cor.10.a

Galat.5.d

Sapien.6.c

K

Ibidẽ.14.b

Ezec.16.f

L

Mar.8.d. & Lucæ.12.a

M

Matth.5.b

Lucæ.3.b

neque in delictis frequenter offendas,reliquens ea, & rursus recurrens in ea:neque enim vt canem ad suum vomitum , aut suem in volutabrum contraria humanitati,irrationalium & immundorum animantiũ natura te ducat.Hoc enim profectò dicens,tradi te verbo dei,& sanctarum precum studio,vt naturæ carnalis immoderatas ad pœnitentias dei sermo contineat, & assidua ad deum oratio arceat,vt & naturam tuam opere diuino bonam competenter in sua mensura custodias,sicut equum eam temperans & refrenans,agitatoriis disciplinis:atque ita & domino non execrabilem facturam suam,in teipso iuxta naturam suam,cõpositus exhibebis.Non enim vult opifex creaturæ nostræ corruptum in nobis videre opus suum.Itaque sanctitatibus,& remediis spiritalibus integrum te conserua,vt & nunc illum infinitum seculum domino creatori placitus assistas , & non per modicam & breuem in hac vita corporis voluptatem æternæ beatitudinis detrimentum capias. Ipse autem dominus fabricator naturæ nostræ,& omniũ accedentium,modò languorum medicus, & futurorum bonorum dator, dirigat voluntates vestras in bonum,& perficiat cursum vestrum in salutẽ,ipsi gloria in secula seculorũ, Amen.

D

E

DE ERVDITIONE DISCIPLINAE,

Homilia. VII. *Incerto interprete.*

ERuditio disciplinæ custos est spei, & vinculũ fidei,& dux viæ ad salutem ferentis,quæ fouet & nutrit animã ad profectum sensuum, & spiritalium magistra virtutũ est. Ipsa igitur in Christo manet semper,& indeficienter secundum deum viuit,& ad cœlestes repromissiones perducit,& ad diuina præmia facit peruenire.Hãc ergo nos sectari oportet salutem , & auerti ab omni malitia . Dicit enim in psalmo spiritus sanctus:Apprehendite disciplinam,ne quãdo irascatur dominus,& pereatis de via iusta,cùm exarserit in breui ira eius . Et iterum:Peccatori autem dixit deus,Quare tu enarras iustitias meas,& assumis testamentum meum per os tuum ? Tu verò odisti disciplinam,& proiecisti sermones tuos post me. Et iterum legimus: Qui abiicit disciplinam,infœlix est . Et Salomonem ita nos admonentem accipimus : Fili,ne fias pusillanimus , neque deficias , cùm increparis à domino . Si autem dominus quem diligit , arguit & castigat, vt emendet, ac dirigat vias eius : proculdubio fratres,& maximè sacerdotes non odiunt,sed diligunt quos corripiunt : ideo enim hoc faciunt , vt emendent quos arguunt. Quoniam & deus per Hieremiam prædixit hæc tempora nostra,significans & dicens: Dabo ipsis pastores secundum cor meum,& pascent eos pascentes cum disciplina . Et quidem cum sanctis scripturis frequenter,& ferè vbique disciplinę mandata seruantur , & omne fundamentum pietatis, & fidei nostræ per custodiam mandatorum confirmatur , vt radicibus nostris fortiter complantatis, & domibus nostris super petram firmiter fundatis , inconcussi procellis , & fluctibus vitæ istius resistamus, & ad diuina dona per obseruãtiam mandatorum eius peruenire possimus , considerantes simul quia membra nostra tẽplum dei sunt . Ab omnibus ergo veteris vitę inquinationibus purgemur,mundati lauacro immortalitatis & vitę:quoniã qui tẽplum dei violauerit, disperdet illũ deus.Huius ergo viui & rationabilis tẽpli nos sacerdotes & ministri sumus . Et ideo seruiamus ei,sicut

Psal.7.c

Iacob.2.c

Roma.8.c

Ephes.5.d

1.Tim.1.c

Pſal.2.c

Ibid.ẽ.49.e

Sapien.3.c

Prou.3.b

Hiere.3.c

1.Cor.6.d

Ibidem.3.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gei,sicut beatissimi Pauli sermo est,in mãdatis eius, per quem nos ad beatum amorem cœlestis vitæ præceptis salutaribus introduxit,dicens: Non enim estis vestri, empti enim estis precio magno, glorificate & portate deum in corpore vestro. Ergo glorificemus & portemus deum mundo & immaculato corpore, & conuersatione bona, & redẽpti sanguine Christi, in omni obseruantia mandatorum redemptori nostro pareamus, & studeamus nihil sordidum & immundum in domum dei inferre, nequando ipse qui fecit te, videns indignans relinquat domum,quam prius libenter habitabat.Hi sermones viuificãtes dei sunt,quibus docemur simul & curamur,& in memoriam castigationis reducimus,vt de cætero flagellari caueamus,Ecce enim, inquit,sanus factus es,noli vltrà peccare,ne quid tibi deterius contingat.Confirmat & acuit nos ad curam & studium disciplinæ.Propter assequendam & obtinendam salutem,legem dat,vt posteaquàm reddiderit hominem sanitati,non sinat eum in eadem reuolui,propter quę fuerat infirmatus:& neque resolui eum in securitate sanatum,neque euagari fiducia sanitatis permittit:sed ex quibus eum diligẽter curauit,per eadem ipse curato homini vehemẽtius cõminatur:quoniamquidem minus est peccatum ei qui peccat, priusquàm agnoscat disciplinam domini: nulla autem venia est peccanti post agnitionem domini, nisi pœnitẽs reuertatur,quia deus mortem non fecit.Et non vult mortẽ morientis,sed vt reuertatur & viuat:ne sit spiritus vadens, & non reuertens: quorum damnatio iusta hæc. Hoc autẽ omnes simul viri & mulieres,pueri & puellæ, & omnis omnino ætas obseruent, solliciti sint pro fide, & pietate cuius vnusquisque debitor est deo: ne quando hoc sanctum, & mundum quod misericors deus gratiæ suæ dono in nos conferre dignatus est,sine cura & timore habẽtes amittamus. Ab hoc fratres dilectissimi periculo, cõsulens nobis dominus,ne quis zelans fratrẽ suum, in laqueos mortis caderet, interrogantibus discipulis,quis in ipsis maior esset:Qui minor,inquit, fuerit in omnibus vobis,ipse erit magnus. Ecce fratres vbi præscidit omnem zelum responsione sua,quia omnem causam,& substantiam inuidiæ sustulit,& abscidit.Didicimus vnde possimus placere. Vnde & beatus apostolus Paulus adhortans,& docẽs nos, vt quicunque illuminati sumus Christi lumine, tenebras nocturnæ conuersationis effugiamus,& in factis, & in operibus luminis ambulemus.Nox,inquit,præcessit,dies aduenit : abiiciamus opera tenebrarum,& induamur arma lucis, sic vt in die decenter & honestè ambulemus,non in comessationibus,neque ebrietatibus,neque cubilibus & lasciuiis,non in rixa & zelo. Si autem discesserunt à pectore tuo tenebræ,& nox inde expulsa est: si illustrauit sensum tuum splendor diei,& homo lucis esse cœpisti,quę bona sunt Iesu Christo gratias age, quia lux & dies Christus est. Quid teipsum mundi huius caligine rursus inuoluis?Quid ad diabolum,cui renunciasti,reuerteris?Quid Caini similis efficeris?Homicidij enim crimine reum teneri eum,qui zelat,& oderit fratrem, Ioannes apostolus manifestat in epistola sua,dicens: Omnis qui odit fratrem suum, homicida est: & scitis,quia omnis homicida non habet vitam æternam.& item: Qui dicit se in lumine esse,& fratrẽ suum odit,in tenebris ambulat, ipso scelere cæcatus.Vadit enim nescíens in gehennam ignis, & præceps fertur ad pœnam,separatus à lumine Christi docentis,& dicentis:Ego sum lux mundi huius:qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ.Sequitur autem Christum,qui insistit mandatis eius,qui per viam doctrinæ eius ambulat,qui per vestigia, & per vias eius currit, qui imitatur illa, quæ Christus fecit,& docuit: sicut & Petrus apostolus suadet & præcipit,dicens:Christus passus est pro nobis,relinquens vobis exemplum, vt sequamini vias eius, & in vestigiis eius ambulemus. Meminisse præterea, & considerare debemus,quo nomine populũ suum Christus vocauit,qua appellatione gregem suum nuncupauit : Oues nominat,vt manſuetudo Christiana ouibus æquetur.Agnos vocat,vt agnorum simplicitatem castis innocentiæ sensibus æmulemini.Quid ergo in vestitu ouium lupus latet?Quid Christianum se esse mentiens,gregem Christi infamat?Christi enim nomẽ induisse,& per viã Christi ambulare,quid aliud est,quàm quod ipse docet, dicens illum ad salutem venire, qui seruauerit mandata eius: & illum esse sapientem ædificatorem,qui verba eius audiat & faciat:& illum magistrum maximum in regno cœlorum appellandum, qui faciat,& sic doceat? Docet enim hic ordo doctrinæ magistri,vt primùm ipse perferat, quod docet esse faciendum . Si enim videatur in actu eius, quod probabile sit,promptius recipitur quod prædicat. Adiicit enim doctrinæ authoritatem bona vita doctoris.Vnde frequenter discipulis suis dominus salutiferam, & cœlestem doctrinam annunciat,vt quę audiendo percipiunt,agendo custodiant. In primis ergo obseruandum & custodiendum præcipit,vt ea charitate,qua ipse dilexit nos,inuicẽ diligamus . Sic enim,inquit apostolus : Firmum & incorruptum charitatis vinculum custodiatis,adiecit,& dixit : Charitas patiens est,charitas benigna est,charitas non æmulatur,charitas non inflatur.Docens vtique,& ostendens illum posse charitatem tenere,qui sit longanimis,& mundus ab æmulatione liuoris.Et alio loco item cùm prædicaret,& doceret,vt homo repletus gratia spiritus sancti,& regenerationis cœlestis filius dei factus,nihil nisi spiritalia & diuina sectetur,ita dicit:Et ego fratres nõ potui vobis loqui vt spiritalibus,sed vt paruulis in Christo lac vobis potum dedi,non escam: nondum enim poteratis,sed neq; adhuc potestis,adhuc enim carnales estis. Quando enim in vobis inuidiæ,& contentiones sunt: nonne carnales estis,& secundum hominem ambulatis?Et rursum idem Apostolus prouidenter & salubriter docens, dicit : Itaque fratres debitores sumus non carni vt secundum carnem viuamus. Si enim secundum carnem viuatis,moriemini:si autem spiritu facta carnis mortificetis,viuetis.Quotquot enim spiritu dei aguntur,hi filij dei sunt.Si ergo filij dei esse cœpimus, accipientes spiritum sanctum, sanctè & spiritaliter viuamus . Si de terra in cœlum oculos eleuauimus,si ad excelsa & diuina repletũ deo & Christo pectus eximus: digna deo & Christo agamus, sicut & Apostolus exhortatur,& dicit: Si ergo cum Christo resurrexistis, quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera dei : quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Mortui enim estis,& vita vestra absconditus est in Christo . Cùm autem Christus apparuerit vita vestra,tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria . Deus autem omnium det vobis spiritum cõpunctionis, vt percipiatis quæ dicuntur à nobis secundum iussa Christi dei nostri : per quem deo patri honor, gloria, cum spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

DE TVRTV-

DE TVRTVRE, HOMILIA VIII. *Incerto interprete.*

TVrtur amatrix eremi,quando in desertis degit locis,delectabilibus blandimentis arcessit comparem vocis suæ,conuallia penetrans,& suum masculum in amœna & nemorosa pascentem conuocat,& hinc auolare prouocans, hortatur ascensionem sui celerem facere. Vnanimi autem mente ad inculta & prærupta rupium cubile fundantes, exinde suos sine timore volare prouocant pullos. Asseuerant quidam turturem castum,& amatricem comparis esse:ita vt si quando euenerit eius masculum ab aquila, siue aucupe capi, non se commisceri alteri, sed ipsum cupere,& ipsius præstolari aduentum,& in amore eius expectatione pendere.Idcirco audite mulieres,quæ castitas in volucribus reperiatur. Quantæcunque igitur figuram turturis in vestra mẽte portatis, huius sobriè imitamini castitatem:talis etenim est omnis casta ecclesia, viro quippe eius Christo crucifixo, & in cœlis ad dexteram patris sedente,alteri viro nõ commiscetur, sed ipsum desiderat, ipsum expectat, & desiderio eius commori cupit. Sed ne fortè videamur charissimi scripturæ authoritatem prætergredi, turturem nominantes,vera ipsius scripturæ verba texamus : testatur nanque beatus Dauid,& dicit:Etenim passer inuenit sibi domum & turtur nidum, vbi reponat pullos suos. Videamus ergo quem dicit passerem, vt ego arbitror hominem intelligi voluit : Anima nanque nostra sicut passer erepta est de laqueo venãtium. Quod & dominus idipsum volens ostendere discipulis suis, quantùm alios sanctitate præcellerent,dicit eis:Nolite timere, multis passeribus meliores estis vos. Propterea & Salomon proclamat,dicens: Vt euadas sicut damula ex cassibus, & sicut auis à laqueo. Simile est regnum cœlorum grano sinapis, quod accipiens homo seminauit in agro suo, quod quidem minimum est omnibus seminibus:quando autem creuerit,maius efficitur vniuersis oleribus,& fit arbor, ita vt veniant volatilia cœli,& sedeant in ramis eius:nam & hoc innumerabile hominum genus volatilibus coæquauit. Etenim passer inuenit sibi domum,& turtur nidum sibi, vbi reponat pullos suos. Turturi comparauit omnem castam ecclesiam propter multiplicem sapientiæ gratiam.Et quia verum est quod dicimus,audi Dauid loquentem:Omnis gloria filiæ regis ab intus in fimbriis aureis circumamicta varietate.Etenim passer inuenit sibi domum, & turtur nidum sibi, vbi reponat pullos suos. Hoc in confessione trophæi crucis enutriens illuminatos filios suos.Huius turturis Hieremias mentionem facit,dicẽs:Turtur,& hirundo,& cicada agri passeres cognouerunt tempus aduentus sui.Turturem dicit omnem castam ecclesiam, hirundinem verò Ioannem hominem amatorem,cicadam autem eloquentissimum Paulum, ecclesiæ organum. De ista nanque turture præcepit Abrahæ deus,dicẽs:Accipe mihi vaccam trimam,& arietem trimum, & capram trimam, turturem,& columbam. Huius turturis meminit scriptura in Canticico canticorum,dicens: Vox turturis audita est in terra nostra. Vox turturis hujus cœlestem Christi nobis verni temporis significauit aduentum. Vox turturis audita est in terra nostra.Audiamus igitur quæ turturis vocem melleam decantantem: Nigra sum,inquit,& speciosa filiæ Hierusalẽ.Nigra propter priorem preuaricationem,speciosa propter celebrem pœnitentiam: nigra propter luctum ruinæ, speciosa propter splendorem baptismi gloriosum. Nigra sum & speciosa filiæ Hierusalem.Filias Hierusalẽ sanctas patrum animas dicit. Nigra sum & speciosa ex Gentibus ecclesia,ne consideretis me vos animæ sanctæ,ne aspiciatis in me: quoniam ego nigerrima sum, quoniam despexit me Sol propter priora mea delicta. Et quis est Sol qui eam despexit,videamus. Ille nimirum, de quo Ecclesiastes dicit : Oritur Sol, & occidit Sol,& ad locum suum reuertitur. Ortus est nobis Sol iustitiæ Christus de sancta Maria secundum carnem genitus,Oriens quippe nomẽ est illi:occidit verò quãdo post crucem ad inferna descendit. Oritur Sol, & occidit,& ad locum suũ reuertitur,ipso dicente: Cùm exaltatus fuero,vniuersos traham ad me.De hoc Sole iustitiæ & Esaias pronunciat, dicens : In diebus illis orietur Sol iustitiæ, & sanitas erit in pennis eius. Veniente enim Sole iustitiæ Christo, ad tactum fimbriæ vestimenti eius fons profluuij sanguinis exiccatus est. Nigra sum,& speciosa filię Hierusalem:Si qua hic peccatis anima denigrata est,ne timeat,tantummodo pœnitentiam agat,& dicat: Nigra sum ego,& decora. Et si in nouissimo spiritu est, &(vt ita dicam) si in extremo halitu positus:ne formidet,tantùm cum fletu pœniteat, & compunctio confiteatur corde. Ad vesperũ enim demorabitur fletus,& ad matutinum lætitia.Imitare itaque Ezechiam regem,qui ægrotatione constrictus, & lectulo decumbens, audiuit sanctum Esaiam dicentem sibi: Dispone domum tuam, quia morieris tu,& non viues. Conuersus ad parietem amariter fleuit,& precibus suis pœnitẽs, deum ad misericordiam prouocauit,& quindecim ad vitam annorum tempus illico à deo promeruit. Si quis est hic catechumenus, confiteatur peccata sua, accedat ad deum, baptizetur in nomine Christi:lauacro aquæ regenerationis ablutus,adoptabitur in filium dei.Si quis est hic fidelis per negligentiam peccator affectus, naturali lachrymarũ fonte abluat semetipsum,& per bonam pœnitentiæ cõfessionem prouocet, imò inuitet misericordiam dei. Si sic temetipsum adornaueris,si sic animam tuam ad pœnitentiam præparaueris, & contemptam reddideris:si correptionibus iustis fueris delectatus, amplectetur te sermo diuinus, & inflammabit mentem tuam, & ad desiderium te attrahit dei:& tunc dices & tu:Vę mihi,væ mihi,vulnerata charitate ego sum.Lege Esaiam, & in ipso inuenies quomodo ipsa sagitta loquatur.Posuit,inquit,me sicut sagittam electam deus:verbum dicit : & in pharetra corporis absconditus me. Ista sagitta vulneratus Hieremias dicebat ad deum : Ego autem non laboraui sequi post te, & diem humanum non concupiui. Ista sagitta vulneratus mente Dauid dicebat: Adhæsit anima mea post te, me autem suscepit dextera tua. Ista sagitta vulneratus Petrus dicebat Christo:Domine,tu nosti quoniam diligo te.Ista sagitta vulneratus Paulus, & conuinculatus Christo dicebat:Quis nos separabit à charitate Christi?Ista sagitta vulnerata omnis casta ecclesia dicebat : Væ mihi, væ mihi,vulnerata charitate ego sum. O gemitus de medio cordis amabilis,bonitatis pullulans fontes, ô gemitus cœlestẽ sponsum Christum ad semetipsum adducens: propterea dicit : Osculetur me ab osculo oris sui, desponsata sum cœlesti sponso per legem & prophetas. Ego ecclesiam ex gentibus non iam volo per Mosen,& Esaiam, aut Hieremiam, & cæteros vates: sed ipse veniat,cum ipso volo ore ad os loqui:ipse veniat,& osculetur me ab osculo oris sui. Audio Hieremiam di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gmiam dicentem de ipso: Graue cor eius præ omnibus,
Hiere.17.b. & homo est, & quis cognoscet eū? Ipsum desidero, ve-
Amos.5.b. niat, & osculetur me ab osculo oris sui. Audio Amos
dicentem de eo: Ecce homo stans super murum ada-
mantinum, & in manu eius adamas: ipsum quæro, ve-
niat, & osculetur me ab osculo oris sui. Et sicut cōiunx
amatrix viri absente marito suo per fenestras circun-
spicit, ipsum requirens, & vbiq; speculans in mari, &
in terra: & si viderit nauem venientem, ibi suum pu-
tat esse virum: & si viderit viatores procul venientes,
inter ipsos adesse existimat, & occurrens eis interro-
gat, dicēs: Dicite mihi vbi eum dimiseritis, in qua re-
gione, aut in qua ciuitate, quid dicentem, aut quid fa-
cientem, aut quando venientem? In hunc modum om
nis sancta ecclesia constricta amore Christi, interro-
Matth.18.b gat prophetas: Vidistis eum? putas venit? putas non ve
nit? putas adhuc in cœlis est? putas adhuc nonaginta
& nouem oues, quæ non errauerunt, pascit in cœlis, &
Canti.1.b. non venit ad erroneam ouem? Dicite mihi, vbi pascit,
vbi cubat, quem diligit anima mea? Interrogati pro-
H phetæ per vnum respondentes Esaiam, dicunt: Vidi-
Esaiæ.53.a. mus eum, si tamen ipsum expectas: siquidem vidimus
eum, & non habebat speciem, neq; decorem: sed visio
eius inhonorabilis, & minorata præ filiis hominum.
Respondit omnis casta ecclesia: Ipse est, ipsum deside-
ro, ipsum quæro, veniat, & osculetur me ab osculo oris
Ibidē.40.c. &.62.d. sui. Respondet ad eam Esaias: Ipse est, veniet cum do-
mination, ecce merces eius cum eo, & opera in con-
spectu eius, sicut pastor congregat gregem suum, & in
manu sua congregabit agnos, & in vtero habentes cō
solabitur. Audiens hæc omnis casta ecclesia, quod ma
nifestè de eo narrauerit Esaias, dicit ad eum: Vbi pa-
scit, & vbi cubat, quem diligit anima mea? Mittit eam
Matth.3.& Marc.1.a. ad Ioannem: Vade, inquit, interroga eum, quia ipse est
præcursor eius, & vox clamantis in deserto, parans
viam domini, & dirigens semitas eius. Pergit ad Ioan
Ioan.1.c. nem in deserto: Dicito, inquit, mihi, si tu es Christus?
Ibidem.d. Respondet Ioannes: Nō sum ego Christus. Denuò in-
terrogat: Si tu non es Christus, quare baptizas? Respō
dit ille: Ego quidem Christus non sum, sed post me ve
niet, qui fortior me est, cuius non sum dignus corigiā
I calceamenti soluere. Et adhuc tardante eo, dicit ad
Canti.2.b. &.5.c. eum: Væ mihi, væ mihi, vulnerata charitate ego sum.
Et iterum dicit Ioannes ad eam: Sustine paulisper, noli
ingemiscere, expecta, iamiamq; veniet, ego illū tibi o-
stendam. Videt Ioannes eminus venientem dominū,
Ioan.1.d. & dicit ad eam: Iam noli tristari, nec ingemiscas, quia
venit. Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi.
Et cùm audiisset agnum ab Ioanne, & pastore ab Esaia,
Ibidē.10.c. hęsitat, & putat, dicens ad semetipsam: Cui credam? pu
tas huic, aut Esaiæ? Videt dominus quoniam dubitat,
clamat & dicit: Ego sum pastor bonus. Et vno sermo-
ne soluit omnem hæsitationem eius. Accedit illa ad
Psal.48.b. sponsum, amplectitur, & osculatur eum. Et completur,
quod in Dauid scriptum est: Misericordia & veritas
obuiauerūt sibi, iustitia & pax osculatæ sunt sibi. Vt au-
tem manifestius addiscamus, quoniam sponso sponsa
Ioan.3.d. coniuncta est, & spirituales factæ sunt nuptiæ: ipse Ioan
nes epithalamium dicit: Qui habet sponsam, sponsus
Ibidem. est: amicus autem sponsi, qui stat, & audit vocem eius,
gaudio gaudet propter vocem sponsi, illum oportet
crescere, me autem minui. Necesse, inquit, erat, sicut
in nuptiis dotalia scribi sponsæ, charta quærebatur, &
scriptor, & calamus. Dicit spiritus sanctus ad Esaiam:
Esaiæ.8.a. Accipe tu calamum nouum, & grandem, & scribe in

eo. Quærebatur calamus, inuentus est apud Dauid. Di K
cit enim de eo: Lingua mea calamus scribæ velociter Psal.44.d.
scribentis. Speciosus forma præ filiis hominum, ipse
eam desponsat, ipse eam adornat, ipse eam hortatur &
docet, sicut mos est doceri hominibus à pronubis. Au-
di filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere Ibidem.e
populum tuum, & domum patris tui: hoc est, diaboli,
cui prius seruiebas variis desideriis, & voluptatibus ir
retita. Ne desperes, inquit, quoniā similis tui est, quo-
niam dignatus est coniungi tibi: quòd si temetipsum Ibidem.
consideraueris, vnde, quò veneris, cōcupiscet rex de-
corem tuum, quoniam ipse est dominus deus tuus, &
adora eum. Si me audieris filia, vultum tuum depreca
buntur diuites plebis: necessarium quippe erat & iam
quæ ab vnoquoque offerebantur scribi, seruos videli-
cet, & ancillas: & à Christo quidem seruus veniet Pau
lus, & Siluanus, & Timotheus serui Iesu Christi. Expe-
tuntur & ab ipsa ancillæ, transit Dauid, & dicit: Addu Ibidem.d
centur regi virgines post eam, proximæ eius afferen-
tur tibi. Fiunt igitur nuptiæ. Venit dominus mysticè
in Cana Galilææ. Cana interpretatur possessio, posses- L
sio autem dei omne seculum est. Hic iam spirituales ce
lebrat nuptias, hoc est Cana Galileæ. Et conueniunt o-
mnes sancti, & vnusquisque secundum vires suas do-
na offerunt sponso. Abraham offert vitulum, Sara pa-
nes similaceos, Isaac ligna portat, Iacob hœdos defert.
Ioseph frumenta dispergit, Moses lampadem accen-
dit, Esaias canit, Dauid chorum ducit. Et quia necesse
erat ad tales nuptias & sanctas interesse mulieres, &
ipsas quoque congratulari & canere: Venit Iudith cō-
posita, & Hester, & Maria soror Mosi tenens tympa-
num, & dicens: Cantemus domino, glorioſe enim ho- Exod.15.a.
norificatus est. Necesse etiam erat, vt in talibus ipsis
laudes & præconia scriberentur, Paulus collaudās nu
ptias, dicit: Honorabiles nuptiæ, & cubile immacula-
tum. Et quia mysticum erat quod dicebat, audi quem- Heb.13.a.
admodum verba Adæ interpretatur, dicens: Propter Gene.2.d.
hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit & Ephes.5.g
vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Mysterium hoc
grande est. Ego autem dico in Christo, & in ecclesia:
quod ergo ille interpretatus est, nos dubitare non cō-
uenit: sed oremus deum, vt & nos gloriam ipsius vi-
dere mereamur, in Christo Iesu domino nostro, cum
quo est deo patri vnà cum sancto spiritu honor, glo- M
ria, & potestas per immortalia secula seculorū, Amē.

QVOD NEMO LAEDITVR,
nisi à semetipso, homilia. IX.
Interprete.

SCio quòd crassioribus quibusque, & præsen-
tis vitæ illecebris inhiantibus atque his qui
per omnia terræ adhæret, & voluptati, pro-
priq; libidini deseruiunt, nec spiritalem sen
sum capere quærunt, nouus videatur hic sermo no-
ster, ac mirus: & deridebunt nos fortasse, quòd in ipsa
statim tituli fronte inepta satis, & qui nulli videantur
veri similia proponamus: sed non ob hoc nos à propo
sito cessabimus, quinimo & eo ipso ad cōsignanda, &
omnimodis comprobanda, quæ promisimus, perurge-
bimus. Si tamen paululum nobis in principiis patien-
tiæ tribuant hi, quibus absurda videntur esse quæ lo-
quimur, nec in exordiis obturbent dicen- sed fi-
propositæ orationis expectēt. Scio enim, quia post hoc
nobiscum stabunt notantes semetipsos prioris erro-
ris: &, vt dicitur, palinodiam cantet, ac veniam postu-
labunt.

A labunt, pro eo quòd minus rectam nunc vsque rerum
tenuere sententiam: insuper & gratiam nobis habebūt,
sicut ægri quique medicis recuperata sanitate. Nolo
ergo mihi ingeras opinionem nunc illam, quæ apud
te hactenus inueterata permansit. Sed expecta paulu-
lum orationis huius nostræ luctamen: & tunc scio,
quòd rectam proposito negotio sententiam dabis, vbi
spinosis opinionibus, quæ apud te sunt rationum, quæ
à nobis dabuntur falce resecatis, rectum iudicandæ ra
mitem potueris intueri. Quoniamquidem & iudices
seculi huius negotiorūmq; communium, etiamsi ve-
hementer viderint eū, qui primas negotij partes pro-
sequitur perorantem, & largissimis dicendi fontibus
inundantem: expectant tamen etiam respondentis ad
hæc prosecutionem, & audiunt eum cum patiētia: nec
prima allegatione mouentur ad sententiam proferen
dam, etiamsi iustissima videantur esse, quæ dicta sunt.
Seruatur enim apud audientiam eorum secundò quo-
que integer dicendi locus: quoniamquidem hæc est iu
B dicum disciplina, prius ex vtraque parte causam dili-
genter agnoscere, & ita sententiam promulgare. Igi-
tur quia & nobis in præsenti negotio primi oratoris
partes prosecuta est, inueterata apud plurimos, & ra-
dicata multi temporis opinio, quæ omnem penè or-
« bem terræ perorat, & adstruit dicens, confusa esse o-
« mnia, nec aliquid rectè iustéque seruari inter homi-
nes posse. Quotidie enim videmus lædi quamplurimos, & affligi, & opprimi cum omni iniuria: humiles
& infirmos à potentibus, & fortibus, & pauperiores à
ditioribus inuadi: & sicut non est possibile numerare
fluctus maris, ita nec hi, qui affliguntur & iniuriam pa
tiuntur, possunt numero cōprehendi: quibus neque
leges vllæ subueniunt, neque iudicum metus, neque vl
la vis alia morbum hunc, ac perniciem potest cohibe-
re: quinimo & augetur per dies singulos: fletusq; & ge
mitus malorum semper increscit. Ipsi enim iudices,
qui ad hæc reprimenda constituti sunt, grauiores tem
pestates, & pernicioſiores suscitant morbos. Et in tan-
tum labes mali huius augetur, vt nonnulli infœlices,
& stulti in id insaniæ proruperint, vt etiam diuinam
pro his prouidentiam culpent, videntes eum quidem,
qui honestum & placidum vitæ propositum gerit, in-
terdum trahi ad iudicia, vinciri, & perturbari, & pati
C extrema omnia: proteruum verò & improbum, & pes
simi propositi virum augeri diuitiis, potentia, & hono
ribus cumulari, terribilem omnibus fieri, & innume-
ris modis excruciare, & affligere, ac pedibus, vt ita di-
cam: conterere bonos & honestos viros. Hæc autem
iniqua, atque iniusta inæqualitas non solùm in vrbi-
bus, sed & in agris: & non solùm in terra, sed & in ma
ri committitur & exercetur. Cùm ergo huiusmodi a-
pud plurimorum mentes feratur opinio, oratione ve-
tustæ persuasionis asserta, necessariò contra hæc hic
noster nunc introducitur sermo. Agones habiturus,
quatenus falsæ huius opinionis, quanuis antiquas de-
iiciat & subruat sedes. Licet ergo, sicut superius dixi-
mus, nouum quod asserimus videatur, ac mirum: hoc
tamen pollicemur, quòd volentibus diligēter his, quæ
dicuntur, intendere: & vera hæc nostra, & vtilis inue-
nietur assertio. Hoc ergo est, quod hic sermo noster
pollicetur ostendere, Sed quæso vos, nullus primo tur
betur auditu: neminē posse lædi ab alio, nisi à semet-
ipso. Verùm vt planior sermonis intelligentia & aper
tior detur, primò discutiamus quid sit hoc ipsum lędi,
& erga quam materiam, quámve substantiam lædi cō-
tingat vnicuique. Sed hoc ita demum lucidius fiet, si D
prius quæ sit in homine virtus, & vbi sit requiramus.
Tunc enim verius apparebit, vnde & quomodo ei ac-
cidat lædi: & in quo quidem videatur lædi, nec tamen
ledatur. Idq; etiam exemplis adhibitis clarius demon
strabimus. Omne quod est in rebus, habet aliquid quo
corrumpi possit, ac lædi. Verbi gratia: Ferrum rubigo
lædit, lanam tinea, ouium greges lupus, vinum aceti
perniciositatio, dulcedinem mellis amaritudo corrum-
punt, æra segetibus nocet, grando vineam lædit, vir- ζιγαι, loliū
gulta ac diuersa plantaria locustæ, ac bruchi exercitus
vastant, & singulis quibusque corporibus, vt ne in enu
merādo omnia longius producatur oratio, variæ mor
borum species inferunt corruptelam: sic enim corru-
ptela erga vnumquodque eorum habet, quo noceri
possit, & status eius, incolumitásque corrumpi. Requi-
ramus ergo nunc quid illud sit, quo virtus quoque ani
mi lædatur ac vitietur humani. Alij quidem alia opi-
nantur. Oportet enim nos etiam falsas opiniones ad-
ducere in medium, confutatisque eis, vt seueritas ha-
bet edocere, & ostendere euidenter, quòd nocere no-
bis vera noxa nemo alius potest nisi nosmetipsi. Alij E
ergo putant, quod noceat homini paupertas, alij dam
na, aut calumniæ, alij mors, & in his esse cunctas ho-
minum miserias iugiter deflent, multáque miseratio-
ne dignos ducunt eos, qui in his positi videntur, ac la-
chrymabiliter conqueruntur, dicentes ad inuicem:
Quid mali perpessus est ille? Subitò direpta est ei? vni-
uersa substantia. Et alius rursus de alio: Ille ægrotat
grauissima ægritudine, & desperatur à medicis. Et ali?
eos, qui in vinculis habentur, deflet: & alius eos, qui pa
tria carent, & ad exilia propulsi sunt: alius eos, qui in
seruitutem ex libertate rediguntur: alius eos, qui ab ho
stibus deprædati sunt, atque in captiuitatem ducti: ali?
eos, qui naufragio decerpti sunt, vel incendio confla-
grarunt, vel ruinis oppressi sunt. Isti omnes plangun-
tur, lugentur, & deflentur ab omnibus: hi verò qui ma
lè agunt, & nequiter viuunt, à nullo penitus flentur,
sed quod est infœlicius, frequenter isti etiam laudan-
tur ab omnibus, & beati dicuntur: quod certè totius
mali causa est. Agè iam nunc, si tamē, vt ab initio de-
precatus sum, nemo obturbet dicentem: ostendamus
quomodo nihil horū, quæ suprà diximus, nocere pru-
denti viro potest, nec corrumpere animi virtutem.
Quid enim, dic mihi, eum qui facultates calumniato-
ribus, vel furibus, vel latronibus obsessus amisit, hu- F
iusmodi damna læserūt in animi virtute? Sed si vide-
tur, prius describamus, vt proposuimus, quæ sit animi
virtus, eáque vt euidentius possit agnosci, coniectura
& similitudinem ex corporeis substantiis capiamus.
Et videamus prius, verbi gratia, equi quæ sit virtus.
Nunquid nam videbitur in argenteis frenis, pulchris-
que tapetibus, ac sericeis flammulis, phaleris; gem-
matis, iubáque aureis intexta funiculis, equi virtus &
magnificentia iudicari? an in velocitate cursus, & for-
titudine pedum, gressusq; cautela, ac pectoris firmita-
te, cęterisq; quæ aut conficiendo itineri apta ducun-
tur, aut prælijs peragendis, vt vel interitus hostem
petat, vel in aduersis perniciter propriū possit ab exi-
tio liberare sessorem? Nonne certum est in his potius
equi virtutem, quàm in illis, de quibus suprà dictum
est declarari? Quid autem & reliquorum animalium?
nónne in eo omnis probitas habebitur, si vel ferre o-
nera fortiter, vel robusta possunt mouere carpenta?
Nunquid volens aliquis probare animal, ad ea respi-
cit, quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

G cit,quæ ei ſuperpoſita viderit:an,vt diximus, ſi membris,ſi pedibus, ſi vngulis validũ ſit, inſpiciet? Et item ſi vineam probare volumus, nunquid ad hoc inſpicimus,ſi latos habeat pampinos, aut flagella diffuſa? an illud magis aſpicimus, ſi denſior ei fructus ſit, & vua fœcundior? Similiter & de oliua, atque aliis huiuſmodi arboribus contemplamur. Igitur eodem modo etiã de hominibus agamus,diſcutientes,quæ,aut vbi ſit vera hominis virtus: & tunc eum lædi putemus, cũ in ipſa fuerit læſus. Quæ ergo eſt virtus hominis? Non ſunt diuitiæ,ne timeas paupertatem: nec ſanitas corporis,ne languorem metuas: nec fama & exiſtimatio humana,ne te hominum maledicta terreant: nec vita hæc communis, ne fortè metuas mortem: nec libertas,ne ſeruitutem perhorreſcas. Sed quę eſt virtus animi? Rectè ſentire de deo, & rectè inter homines agere. Illa enim omnia,quæ ſuprà diximus,auferri ab homine poſſunt,etiamſi nolit:hæc verò ſi habeat, auferre ab eo nullus omnino, nec ipſe diabolus poteſt, niſi ipſe ea qui poſſidet,perdat. Sciebat hunc rerum ordinem diabolus,& ideo cùm expetiſſet beatum Iob,omnem ſubſtantiam eius perditum dedit: non vt eum pauperem faceret, ſed vt pro his dolens, impium aliquem ſermonem proferret in deum. Propterea denique & omne corpus eius afflixit, non vt eum faceret ægrum,in quo nihil lædebatur, ſed vt per ægritudinis cruciatum, ſi fortè conſtantia eius fatigari potuiſſet, animi virtute nudaretur. Ob hoc eum innumeroſa orbitate percuſſit,ob hoc & corpus eius tormentis multò grauioribus,quàm ſi carnifices adhibuiſſet, afflixit: non enim ita tortores vngulis latera ſulcarent,vt ille ea vermibus fodit. Ob hoc,inquam,hæc omnia,vt malè aliquid de diuinitate ſentiret. Ob hoc etiam amici, qui ad conſolandum venerant, inſtigantur ad exacerbandum: aiunt enim: Nondum dignè ſecundum ea, quæ peccaſti, flagellaris. Et multa alia huiuſmodi incuſantes eum, loquuntur. Ille autem vrbe extorris, & domo,& facultatibus,ſimul affinibuſq; nudatus, ſterquilinium pro domo,pro ſtramentis humum, fimum pro indumentis habebat. Sed in his omnibus non ſolùm nihil lædituꝛ Iob,verùm & clarior per hęc,ac magnificentior redditur. Cùm enim cunctis eum facultatibus, atque ipſius ſanitate corporis ſpoliaſſet, immenſas ei virtutum diuitias per patientiam congregauit. Neque enim tantæ fiduciæ apud deum erat Iob, antequam in hoc agone deſudaret. Quòd ſi iſte, qui tanta perpeſſus eſt, & ab eo perpeſſus, qui omnes homines nequitia & crudelitate præcellit, lædi in animi virtute non potuit: quis erit iam,cuius videatur digna excuſatio,cùm dicit: Ille me læſit,ille offendit, ille nocuit,ille impediuit? Si enim diabolus,qui omni malitia repletus, commotis vniuerſis viribus ſuis, atque omnibus telis, armisque, vel in domum iuſti, vel in corpus eius directis,lædere omnino non potuit: ſed magis eum, vt dixi, glorioſum, & ſpectabilem reddidit: quomodo dignè quis vllum hominem culpabit, quòd ab eo lædi quiuerit,aut nocerì? Quid ergo, inquies,non eſt læſus Adam à diabolo, & non eſt ſupplantatus, atque eiectus de paradiſo? Non diabolus eum, ſed ignauia ſua læſit, dum erga obſeruantiam mandati non vigilauit. Nam hic, qui tot machinis aduerſus beatum Iob, totq; fraudibus pugnauit armatus, nec tamẽ eum valuit ſuperare: quomodo vllis horum in Adam prolatis decipere eum potuiſſet, niſi per ignauiam ſuã ſemetipſum ſponte perdidiſſet? Sed dices: Quid ergo? qui calumniis circumuentus proſcribitur, & amittit K vniuerſam ſubſtantiam, non eſt læſus? cùm paternis nudatus bonis, vltima egeſtate cruciatur? Non: imò verò non ſolùm læſus non eſt, ſed & lucri aliquid capiet, ſi vigilauerit. Quid enim, dic mihi, apoſtolos Chriſti penuria rerum corporalium læſit? Nónne in fame,& ſiti,& nuditate degebant,& pro his clari magis & magnifici habebantur, atque ingentem per hæc fiduciam quæſierunt apud deum? Quid autem & Lazarum? nónne ægritudo, & vlcera, & egeſtas vltima ad beatitudinem perduxit? Et afflictio huius mundi coronas ei in æternum parauit? Quid verò Ioſeph? nónne quòd opprobriis domi & peregrè repletus eſt, eouſq; vt adulter putaretur,& quòd ſeruituti ſubiectus eſt,parentibus & domo extorris effectus? Nónne ob hæc ſingula in admiratione eſt omnibus apud homines, & in magna gloria apud deum? Sed quid de exiliis, & paupertate,& opprobriis illatis loquor? & quòd in ſeruitutem redacti ſint mirabiles viri? Mors ipſa, dic mihi, quid nocuit iuſtiſſimo illo Abel,& mors amara,& acerba mors, parricidio illata, non homicidio? Nónne ob hoc in omni orbe terrarũ canitur, & celebratur Abel? L Vides quomodo amplius oſtendit noſtra hæc etiam ea quàm promiſit oratio. Non ſolùm enim hoc aperuit,quòd promiſimus: quia nullus lædatur ab alio,ſed & quòd lucra maxima capiant ſancti homines in his, quibus videntur affligi. Cur ergo, ais, pœnæ & ſupplicia, cur gehenna, quam ob cauſam minæ tam multæ, ſi nemo lędit,& lędituꝛ nemo? Noli confundere,& permiſcere ſermonem: neque enim diximus, quia nemo lædit: ſed, quia nemo læditur ab alio. Et quomodo, inquis, erit iſtud, ſi lædunt aliqui, vt nemo lædatur? ita vt iam oſtendimus. Nam & Ioſeph læſerunt fratres ſui,& iniquè egerunt in eum, ſed ipſe læſus non eſt: & in Abel iniquè egit Caïn, inſidiatus eſt enim ei, ſed ipſe non eſt læſus, nec mali aliquid paſſus, ob hoc ergo pœnæ,& ſupplicia. Non enim patientiæ virtus eorum qui patiuntur, illorum crimen abſtulit, qui impio propoſito iniuriam proximis irrogarunt. Quanuis enim ipſi clariores effecti ſint per tolerantiam, non tamen illi eximũtur ſcelere per propoſiti ſui malitiam. Et ideo quidem illos virtus animi extollit ad gloriam, iſtosve malitia animi demergit ad pœnam. Meritò igitur M à iuſto iudice deo illis quidem, qui conſtanter philoſophati ſunt, & ad palmam victoriæ peruenerunt, regnum paratur: his autẽ, qui in nequitia propoſiti perdurauerunt, gehenna deputatur. Propter quod, ſi ablatæ tibi ſunt facultates tuæ, dic: Nudus exiui de ventre matris meæ, nudus & hinc abſcedam. Adde & illud apoſtolicum: Nihil intulimus in hunc mundum, ſed ne auferre quidem quid poſſumus. Audiſti te maledici, infamari apud homines,& contumeliis onerari: recordare,& ante oculos pone verba domini, quibus ait: Væ vobis, cùm bene vobis dixerint omnes homines: & iterum, Gaudete & exultate, cùm eiecerint nomen veſtrum, tanquàm malum propter filium hominis. Expulſus es patria & domo, recordare quia non habemus hìc patriam manentem, ſed futuram inquirimus. Quid ergo? putas patriam perdidiſſe, qui in tota terra peregrinus es? Sed ſi ægritudinem incurriſti grauiſſimam, vtere illo apoſtolico ſermone, quo ait: Nam etſi is, qui foris eſt homo noſter, corrumpatur, ſed qui intus eſt, innouatur de die in diem. In carcere conclusus es, & mors crudelis immineat: intende adhuc ante oculos Ioannem in carcere cruribus cæſum, & tantæ

prophetæ

Iob.1.c. & ſeq.

Gene.3.b.

Gene.37.& 39.c.

Iob.1.d.

1. Tim.6.b.

Lucæ.6.d.

Ibidem.

Heb.13.c.

2. Cor.4.d.

Marc.6.c.

A prophetæ caput ſaltatrici puellæ in mercedem libidinis datum. H. ergo ſingula cùm inferuntur iniuſtè, tu non conſideres eorum, quæ inferunt iniuriam: ſed eorum quæ pro his retribuentur perpende gloriam. non ſolùm enim peccatis abſoluitur, qui hæc patitur, ſed & iuſtitias acquirit: tantùm eſt, vt fides eos, conſtantiaq; non deſerat. Cùm ergo neque damna facultatum, neque calumniæ, neque opprobria, neque exilia, neque ægritudines & cruciatus, neque ipſa mors, quæ videtur omnium horum eſſe grauior, lædat hominꝭ, quinimo & iuuet, clariores reddat: vnde iam probabis lædi aliquem poſſe, cùm ex his omnibus non lædatur? Verùm ego & amplius adhuc quid aſſignare tentabo: quia illi ſoli lædunturꝭ qui lædunt,& nulli alij nocet noxa,quam cæteris inferunt, niſi ipſis qui inferunt. Quid enim, dic mihi, infœlicius erit, quàm Caïn? Mors enim illa, quæ manibus eius fratri illata eſt, illum quidem iuſtum reddidit per ſecula: ipſum verò qui intulit, haberi fecit per ſecula parricidam. Quid etiam Herodiade miſerius, quæ caput Ioannis exhiberi ſibi deſideraꝛit in diſco, vt ſuum caput perpetuis ge
B hennæ ignibus flammiſq; demergeret? Quid etiam ipſo diabolo deterius, qui nequitia ſua ita clarum reddidit Iob, vt quantò illi gloria, tantò huic creſceret pœna? Vides quomodo & in his plus multò, quàm pollici ti fueramus, oſtenditur? Claruit enim non ſolùm neminem lædi ab his, qui iniurias inferunt, ſed & illos tantummodo lædi, & malè pati, à quibus irrogantur iniuriæ: quoniamquidem neque diuitiæ, neque libertas,neque ſanitas,neque alia huiuſmodi,quæ ſuprà memorauimus,propria bona hominis ſunt, ſed ſola virtus animi. Et ideo cùm erga ea, quæ extrinſecus ſunt, damnum,aut amiſſio,aut afflictio vlla ſuperuenit,non lædituꝛ homo: quia omne bonum eius in animi virtute conſiſtit. Quid ergo ais,ſi in ipſa quis animi virtute philoſophatur,& lædituꝛ? Nequaquam: in his enim ſi lædatur, non ab alio lædituꝛ, ſed à ſemetipſo. Quomodo,ais,à ſemetipſo quis lædituꝛ? Siquãdo verberatus ab aliquo, vel facultatibus ſpoliatus, aut alio quolibet modo afflictus, blaſphemum & impium ex ore ſuo protulerit verbum: læſus in hoc,& valde læſus eſt, non tamen ab alio, ſed à ſemetipſo, per impatientiam ſcilicet ſuam. Intuere enim, ſiedit & ſuperius diximus,
C quanta perpeſſus ſit Iob, non ab homine aliquo, ſed ab eo qui omnium hominum ſceleſtior eſt, & crudelior. Quod ſi ille immanis & cruentus, tot machinis, tot fraudibus adhibitis, totq; ſuppliciis non potuit cogere, vt peccaret Iob labiis ſuis ante dominum,& hoc cùm neque legem dei acceꝑiſſet Iob, neque redemptionis Chriſti ac reſurrectionis eius fuiſſet gratiam * conſecutus: quantò magis tu his omnibus munitus,ſi vis, & ex fide auxilium dei implores, non poteris ſuperari. Vide enim Paulum quanta paſſus eſt, quæ etiam enumerare difficile eſt: carceres, vincula, verbera, flagella, ſupplicia, à Iudæis lapidatur, virgis cæditur, præcipitatur, latrones incurrit, ab inimicis & à falſis fratribus inſidias perfert: intus timores, foris pugnas patitur: famem, nuditatem, calumnias, inſidias, tribulationes, beſtias tolerat, & quid opus eſt multa dicere? quotidie moritur,& tamen in his omnibus non ſolùm nihil blaſphemum ex ore ſuo profert, ſed & gaudet, & gloriatur, tanquam exultans dicit: Gaudeo autem in paſſionibus meis. & iterum: Non ſolùm autem, ſed & gloriamur in tribulationibus. Si ergo hic tanta patiens gaudebat, & gloriabatur: quæ erit venia, quæ excuſatio his, qui pro paruis iniuriis, vel verberibus, aut D qualibuſcunque tribulationibus,quæ vtique illis longè inferiores ſunt,blaſphemant? Sed aliter,inquis,lædor: ſi enim non blaſphemauero, facultates meæ auferentur,& ero iam inutilis ad miſericordiam faciendam: Occaſiones ſunt iſtæ,& non bonæ. Si tibi opera miſericordiæ,& eleemoſynæ cordi ſunt,audi: quia paupertas non impedit hominem ad miſericordiam faciendam, hominem dico miſericordem. Quanuis enim pauper ſis,erant tibi duo minuta,quæ cùm obtuleris, ſuper omnem diuitum cenſum reputabuntur tibi: & erit tibi manus plena farinæ,quæ ſufficiunt tibi ad paſcendum prophetam. Quòd ſi defuerint etiam hæc,nunquam tibi,crede mihi,deerit calix aquæ frigidæ,ex quibus omnes diuitias effuſas pro miſericordia ſuperabis. Mentem nanque miſericordem deus requirit, non pecuniæ quantitatem. Vides ergo quia nec in hoc quidem damnum paſſus es,quòd perdideris facultates, quinimo & lucri plurimum: nam & coronas immortalitatis, quas alij multa largiendo mercantur, tu duobus minutis,vt diximus,aut precio aquæ frigidæ compara ſti. Hæc quidem his,qui veritati ſtudent, & ſalutis ſuæ E curam gerunt,manifeſtè euidenterq; patuerunt: apud eos autem, qui voluptatis vinculis alligati ſunt, & quos obtinet libido captiuos, quibuſq; omnis vita in luxuria teritur,ſuperflua videntur hæc,& inepta: quoniamquidem ſumma auiditate amplectuntur vmbras & ſtringunt ventos. Hæc enim quæ eis videntur carnis & ſeculi bona, è manibus eorum tanquam ventus & vmbra effugiunt, ac labuntur. Et ideo, ſi videtur, aperiamus etiam ipſis interiores rerum cauſas: & imagine hac qua decipiuntur ablata, ipſam eis interiorem impuræ huius & immundę meretricis, quam complectuntur, faciem reuelemus. Meretricem nanque ego appello vitam hanc,quæ in deliciis,& affluentia diuitiarum,& huius ſeculi potentia ac voluptate tranſigitur. Et non ſolùm meretricem eam nomino,ſed & turpiſſimam atque obſcœniſſimam meretricẽ, cuius facies fœda,horrida,aſpera, amara,crudelis, & in hoc maximè eſt, in quo ſine venia habendi ſunt cuncti, quos decipit. Quòd cùm tam turpis ſit vultus eius,& ferus, & tam barbarus ac truculentus: multi tamen ab ea capiuntur. Et cùm videant apud eam cruenta omnia periculis, mortibus, præcipitiis plena: cumq; ſtipari eam cernant ſodalibus peſſimis, contumeliis dico, opprobriis,liuore,inuidia, inſidiis, criminationibus, & perniciouſiſſimis curis, metu iugi, tremore frequenti, & mille aliis huiuſmodi infauſtis conſortibus, velut anguium corona circundari: fructum verò in his nullũ alium, niſi interitum eſſe, & perniciem pœnamq; perpetuam: expetitur tamen à pluribus, & amabiliꝭ habetur, atque exoptabilis. Tanta nanq; eſt eorum, qui decipiuntur ſtoliditas, vt cùm eos ratio nulla ab hoc interitu reuocet: nec euidẽtia quidem indeſinenter peruentium exempla deterreant. Non ergo iſtos ſtolidiores multò, quàm paruulos iudicem, vel negem, quos puerilis ludus, vbi aut circulus voluitur, aut turbo, vel trochus verberibus agitatur, & longis porticibus per curua ſpacia rotatur, ita intentos & inhiantes pueriliF bus annis tenet, vt auelli inde nullatenus queant, ignorantes penitus per ætatis fragilitatem, nihil in illo ludo vtilitatis, nihil perfecti operis haberi? ſed pro illis ſatisfacit ætas immatura. Iſti quid habebunt excuſationis, qui in ætate perfecta puerilem, imò & puerili imbecilliorem ſententiam tenent? Cur ergo, quæſo te, videntur

Iob.1.c. * gloriam.

Colo.1.a. Rom.5.a.& 2.Theſ.1.b.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G dentur appetendæ diuitiæ? Hinc nanque incipiendum puto: quia, inquit, & sanitati, & vitę ipsi, & famę, & patriæ, & propinquis, & amicis, & omnibus omnino, quę sunt commodiores eas esse pluribus visum est. Et ista sententia non solùm terra mariq; seruatur, sed vsque ad ipsas iam nubes ascendit, ac sydera. Noui & ego quòd non tam ista sententia, quàm flamma est, quæ & istum vastat orbem terrarum: & qui extinguat quidem, nullus est: qui accendant verò, & magis magisq; inflamment, multi sunt. Omnes enim fauent huic malo, non solùm illi qui ab eo capti sunt, sed & qui nondum illuc videntur ingressi: & vnumquenque hominem videas, seu vir sit ille, seu fœmina, seruus aut liber, diues paupérve, pro viribus suis incendio huic materiam, atque onera comportare, & die ac nocte in eius ministeriis vigilare. Onera autem dico non ligni, aut fœni: non enim talis est flamma quæ ista consumat, sed animę suę, & corporis iniqua & iniusta ei opera deferunt: his enim accenditur ignis iste, & his pascitur. Nam & ipsi diuites, etiam si totum orbem possibile esset possideri à singulis, adhuc tamen in desiderio eius arderent. Pauperes verò dum cupiunt diuitibus exæquari, insanabilem rabiem patiuntur, insaniunt, furiunt, & idem morbus diuersos singulis generat languores. Intantum amor pecuniæ omnem animam fatigat, vt neque amicitiarum, neque propinquitatis, interdum etiam nec coniugis, aut filiorum amori det locum, quibus affectibus inter homines nihil præfertur: amor tamen pecuniæ omnia hæc humi deiicit, & pedibus conculcat, ita velut fera quædam, & crudelis domina omnium corda possidet, & tyrannica dominatione deuincit. Sæuit vt barbarus, feruet crudeliter vt tyrannus, debacchatur impudenter vt meretrix, nusquam miseretur, nusquam pudet: adest vbique dura, vbique terribilis, dira, inclemens, impia, truculenta: & cùm lupis, & vrsis, ac leonibus ferocius sæuiat, suauis tamen hominibus videtur, & amabilis. Et quid dico suauis? Melle ipso, & fauis dulcior. Cumq; his, qui eam desiderant & exoptant, gladios acuat, quotidie foueas & præcipitia paret, scopulisq; eos mille & mille naufragiis illidat: expetitur tamen ab eis, ac desideratur, & quæritur, ac per innumeras mortes suas lętantur se aliquando ad eius saltem ianuam peruenisse. Volutari nanque in cœno eius, tanquam sues delectantur, & vt I canthari stercus eius euoluere. Tales quodammodo omnes, qui auaritiæ huic manus dederint, infœliciores & turpiores etiam istis immundissimis animalibus fiunt. Et hęc est maior rei huius infœlicitas, quòd quãtò magis in his sordibus volutantur, tantò maiorem ex his capiunt voluptatem: idque non rei natura, sed voluntatis vitio patiuntur. Quomodo ergo sanabimus mentes huiuscemodi languoribus occupatas, nisi vellent nobis aurem paululum commodare, atq; animos ad audienda dare, & susćipere quæ dicuntur? Irrationabilia nanque illa quę diximus, vt muta animalia, quæ in se huiuscemodi sordibus volutãt, transferri ab his non possunt, vtpote intellectu & ratione carentia. Nobis verò sermo nunc ad homines habetur, quibus intellectus, & ratio diuino munere data est: tãtùm est vt audire velint, facilè, & absque multo labore de cœni huius fœtore, & indignitate stercoris poterunt liberari. Agè ergo iam nunc quasi ad homines loquentes, & percontemur ab eis, cur expetendæ videantur esse diuitiæ. Respondebunt sine dubio, propter voluptatem, primò vitæ & delicias corporis: tum deinde & propter honorem, qui habetur in vita, atque offi- K cia, quæ ab hominibus diuitiarum cõmplatione deferuntur: & pro eo, quòd potest facilè vlcisci, qui dies est, in eos qui iniuriam inferre tentauerint, vt & timori sit cæteris. Puto quòd alias, exceptis his, causas non habeas, voluptatis dico, honoris, officiorum, timoris, vltionis. Nam neque sapientiorem, neque temperatiorem, neque clementiorem, neque prudentiorem diuitiæ facere hominem possunt: non benignum, non placidum reddunt: non denique iracundum aliquando in mansuetudinem commutarunt, nec incontinentem continentiam, nec voluptuosum sobrietatem, nec inuerecundum verecundiam docuerunt: neque aliud aliquando virtutis genus animæ per diuitias acquisitum est. Quòd si virtutibus animi nihil conferunt, nec meliorem hominem secundum virtutum titulum reddunt: dic quæso, quam ob causam expetendæ videntur esse diuitiæ? Imò verò non solùm nihil virtutis animo conferunt, sed & si paratum aliquid & reconditum inuenerint, subruunt, & è contrario vitia pro virtutibus introducunt: ipsarum enim pedissequa est luxuria, ira, intemperantia, furor, iniustitia, arrogantia, superbia, omnisq; irrationabilis motus. Sed de his suis locis referuemus, quoniamquidem non libenter L hi, qui huiusmodi ægritudine innexi sunt, sermonem de virtutibus ac vitiis audiunt. Partes enim luxuriæ agunt, & nihil aduersus eam patiuntur audire. Hinc ergo interim sermo moueatur: si est omnino in diuitiis aliquid quod delectari possit, aut si est in illis aliquid honoris. Incipiamus itaq; si videtur à conuiuiis, & à mensarum affluentia. In his enim diuitiarum magnificentia prædicatur. Conferamus mensam diuitis, & mediocris, & discutiamus vtrosque conuiuas: qui magis quæso sint, qui puram verámque vtriusque mę sę capiunt voluptatem. Illi nam qui tota die attritis, & lassescentibus cubitis recumbunt, & cœnas prandiis iungunt, quiq; ventris distentione rumpuntur, atque oppressione ciborum suorum premuntur: in quorum corpore vini inundatione, velut naufragij cuiusdam fluctibus obruta anima necatur, vbi neque oculus, neque lingua, neque pes propriis deseruit officiis: sed omnia membra corporis vini vinculis iacent M ligata grauius, quàm catenis? vbi non sopor eis ipse ad quietem datur, neque ad salubritatem cedit, sed exterriti somniis insanientibus & furentibus deteriores fiunt, & quasi spontè dæmones superducant animæ suæ, risus, & spectaculum omnibus, etiam ipsis fanùlis suis fiunt: nihil agnoscunt eorum quæ videntur, nihil sentiunt, nihil norunt, facere aliquid & audire non possunt, sed latera fœdissima portantur decubitis ad lectos. In talibus igitur conuiuiis magis voluptas est, an in illis vbi cibus potus; tantus est, quantus famem depellat, ac sitim? Hunc modum vitæ natura docuit, illum corruptela libidinis inuenit. Ideo denique in hoc etiam sanitas adest, & ratio permanet, & honestas cũ sobrietate perdurat, nec grauatum corpus atque oppressum leuatur de conuiuio, sed adiutum potius, atque auctum viribus, totaq; alacritate surgit incolumis. Quod si tibi parum fidei habere sermo noster videtur, vtrorumque corpora, animosq; considera: & inuenies illa magis robusta, & valida, ac succi plena, quæ mediocribus ac simplicibus vtuntur alimoniis. Nec mihi nunc adducas in medium, siquis forte ex accidenti ægritudine, aut qualibet debilitate fatigantur. Alia est ista causa, & alio in tempore requirenda. Hi-

A da. Hi verò qui in deliciis, & luxuria vitam ducunt, resoluta quidem corpora, & omni cæra molliora circũferunt, atque agmine quodam infirmitatum repleta, quibusq; ad cumulum malorum podagræ tremor, & immatura senectus succedit, & est eis vita semper cũ medicis & medicamentis, sensus autem ipsi tardi, graues, obtusi, & quodammodo iam sepulti. Et si aliquid voluptatis, aliquid iucunditatis habent: quis hæc iucunda dicat, & grata, qui tamen nouerit, quid sit iucunditas & voluptas? A prudentibus enim ita definitur, quia hæc sit sola voluptas, cùm quis desideriis suis Voluptas. fruitur. Vbi verò frui desideriis non potest, dum vel ægritudo non sinit, vel satietas ipsa desiderari non facit, quæ onerosa efficit abundantia: sine dubio & voluptas in eis pariter & iucunditas perit. Denique considera ægros, qui fastidio perurgentur: quomodo, quãuis suaues eis, & lauti apponantur cibi, horrori tamen eos magis accipiunt quàm voluptati. Sic ergo cùm per abundantiam cupiditas fuerit extincta, pariter & voluptas ac iucunditas perimitur: quia nõ tam ciborum B gratia, quàm desiderij gignit satisfactio voluptatem. Vnde & sapiens quis, atque in horum disciplina philosophari bene sciens, aiebat: Anima in satietate posita, fauis illudit. Ostendens etiam ipse, quia voluptas non in natura, vt diximus, ciborum, sed in desiderij vigore consistit. Propter hoc & propheta mirabilia enarrans, quæ in Aegypto gesta sunt, quæq; in eremo, Psal. 80. c. inter cætera etiam hoc dicit: De petra melle saturauit eos. Equidem nusquam inuenimus mel fluxisse de saxo: quid ergo est quod dixit? Quoniamquidem post multam itineris fatigationem, & laborem sitientes, aquis frigidis è saxo fluentibus fruebantur, easq; multo cum desiderio hauriebant: hoc ipso ergo quòd dulcissimè, & desiderabiliter potandi cupiditas explebatur, aquas illas mel appellauit: non quòd natura aquarum fuerit commutata, sed quòd dulcedo poculi, instar mellis sitientibus, & desiderantibus obtineret dulcorem. Igitur cùm hæc ita sint, nec dubitari à quoquã de his possit, nisi sit aliquis aut contentiosus, aut stultissimus: nónne palàm est, & in propatulo, quòd simplicior victus, & mensa mediocris plurimum iucunditatis habeat, & voluptatis: econtrà verò diuitum mẽsæ execrabiles quidem, & horridæ, ac morborum, & C contaminationis plenæ: & sicut ait quidam prudentium, in quibus molesta sunt etiam ea, quæ delectabilia videntur? Sed honores, inquiunt, conferunt diuitiæ, & in inimicos vltiones facilius præstant: & ob hoc videbitur necessarium esse opus diuitiarum, quia vitiis ministrat, & iræ tribuit effectum, atque inanes ambitionum bullas inflat amplius, & extollit in maius, quodq; superbiæ malum tumidius erigit: imò potius pro his omnibus maximè erunt fugiendæ diuitiæ. Hoc est enim feras quasdam bestias in animis suis hominem sponte collocare, & in pectoribus suis nutrire. Et iterum diuitiæ suadent, vt honore quidem vero cœlestiq; careatur: falsum verò hunc veri illius colore solum quodam, & simulata imagine fucatum requiri honorem non veritate sed nomine. Sicut enim plerunque meretricis vultus, cùm turpis & fœdus existat per naturam, fucis & coloribus pigmentatus prostituitur ad decipiendos eos qui ignorant, quæ fœditas sub velamine faci illius contegitur: ita & diuitiæ faciunt, cùm adulationem vehant honorem videri. Neque enim voces illæ populi, per quas iudicibus acclamatur, ex veritate proferuntur, sed & ipsæ sunt, quibus fucatum nomen honoris depingitur. Nam si conscientias in- D terroges acclamantium tibi, inuenies apud vnumquéque eorum mille te capitibus accusari. Denique vbi metus cessauerit potestatis, & publicæ pompæ fuerit scena resoluta, tunc videas quanti oblatrantes, quanti obloquentes, quanti insimulantes, & hi omnes ex illis sunt, qui prius acclamabant, & immensis te laudibus extollebãt: hæc tu honorem dicis? & hæc diuitiis quærenda credis, quæ etiam si sponte adessent, recusanda erant? plus enim odij, quàm amoris acquirunt. Sed si vis tibi ostẽdam honorem verum. Honor verus, virtus animi est. Hic honor neque à Cæsaribus præstatur, neque adulatione conquiritur, neque pecunia præparatur: nihil fucati in se habet, nihil simulati, nihil occulti: huius honoris successor nullus est, accusator nullus, nullus ingratus: hic honor temporibus non mutatur, nec tyrannos patitur, nec picturam tabulæ metuit aliquando delendam. Sed vindictam, inquis, inimicorum sumere non possum. Hæc autem est maxima causa, & præcipua: quia execrandæ diuitiæ sunt, & amanda paupertas: istum enim gladium, quem dicis, E aduersum te acuunt: faciunt enim te prævaricatorem mandati illius, quo dicit: Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit dominus: Vis autem videre quantum Deut. 32. c. & Roma. 12. d. mali habeat vindictæ cupiditas, misericordiam dei aufert ab homine, & concessam iam gratiam infringit ac reuocat. Scriptum est enim in euangelio, quòd Matth. 18. c. is qui multorum talentorum debitor fuerat, & veniã precatus à domino impetrauerat, cùm conuersus ad seruum suum, qui ei parum pecuniæ debebat: hoc est, qui in eum parum peccauerat, exigere eum cœpit, vindictam scilicet sumere. Et ob quod immitis fuit erga indulgentiã conserui, ipse de se sententiam tulit, vt nõ solùm iam concessa non frueretur indulgentia, sed & tortoribus traderetur, atque vniuersam debiti summam cũ suppliciis, pœnaq; persolueret: & ita pro vindictæ desiderio munus diuinæ perdidit indulgentiæ. Pro his quæso te, videntur expetendæ diuitiæ, vt tibi facilior via pateat ad interitum? Nónne pro his maximè oportebat eas veluti inimicum grauissimum, & hostem pessimum, ac totius mali authorem vitari? Sed paupertas, inquis, difficile negotium est: interdum enim & blasphemare cogit homines per penuriam, & F multa inhonesta, & indigna committere. Non pauper- Lucæ. 16. c. tas hæc, sed pusillanimitas facit: nam & Lazarus pauper fuit, & valde pauper, cuius paupertati addebatur etiam ægritudo, & ægritudo amarissima, quæ ipsam paupertatem redderet diriorem, cùm & vis morbi solatia multa deposceret, & nullum penitus paupertas posset adhibere. Horum enim alterum etiamsi solum sit, graue est, & doloribus plenum: cùm autem simul iungũtur, nec adest qui subleuet, intolerabile efficitur malum. Ignis inextinguibilis, & dolor sine remedio, tempestas plena naufragiis, animæ simul & corporis flamma. Erat tamen huic beato his omnibus malis aliquid adhuc amplius, vicinitas diuitis epulantis luxuriosè: & adhuc magis ac magis, etiam inde in eum tormenta cumulantur, quòd & ad ianuam iacebat epulãtis, vt eum multò amplius excruciarent opes in oculis positæ, quæ vetabantur, quàm illæ quæ per penuriam deerant. Multò enim grauius affligit animam, quòd cogitur carere bonis, quæ videt, quàm his egere quæ non videt. Verùm ne his quidem flectitur diues ille crudelis, sed sibi quidem præparari mensam solitis copijs iubet, & ornari ministeria, vina diffundi, coquorũ exercitus, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

G exercitus,& alios miniſtrorum cum paraſitorum turmis duci,& cantorum ſtatui cateruas,nec in aliquo luxuriam temulentiamq; fraudari:pauperem verò Lazarum dira fames,& amaræ ægritudines vaſtabant,miniſter verò nullus,nec vllum miſero ſolatium ex menſa diuitis,quæ paraſitos & luxurioſos vſque ad diſtenſionem,& crapulam ſatiebat, ne micę quidē quę proiiciebantur, ad Lazarum veniebant fame periclitantem:& tamen ita pertulit hanc tam diram, tamq; teterrimam paupertatem, vt neq; amarum ſermōem, neque blaſphemiæ verbum proferret,& illicitum: ſed ſicut aurum vehemētius ignitum, purius & ſyncerius redditur: ita etiam ille paſſionibus & cruciatibus examinatus,clarior & ſplendidior per patientiam reddebatur.Etenim ſi videntes tantummodo diuites quoſque affliguntur humiles,& tabeſcunt,ac diſtenduntur inuidia,& vita ipſa amarior redditur, etiamſi neceſſarius eis non deſit cibus, etiamſi mediocria videantur habere miniſteria: quid verò paſſus Lazarus, qui ita erat pauper,vt nullus alius fuit: & non ſolùm pauper,
H ſed æger,vt nullus alius æger fuit? Et qui nullum omnino,non dicam miniſtrum,ſed nec ſolatium quidem habuit in medio ciuitatis, vt in vltimis agēs deſertis, famem patiens,omnium rerum penuriam habens,ſed plus ex abundantia vicinitatis eſuriens? Videbat enim diuitem copiis,tanquam fontibus & fluminibus inundantem,ſe verò ab hominibus quidem refrigeriū nullum capientem: ſolis verò canibus iacere miſerandū: ita enim erat ægritudine reſolutus, vt nec ipſos quidē canes valeret abigere.Hic ergo niſi fuiſſet ſummę philoſophiæ, quomodo hæc omnia tam patienter, tamq; fideliter pertuliſſet? Vides quoniam qui ſeipſum non lædit, à nullo potuit lædi. Iterabo & repetam promiſſionis meæ ſermonem. Quid ergo, dic mihi, morbus corporis? quid penuria rerum omnium? quid irruentes vlceribus canes? quid vicinitas auari diuitis, ac ſuperbi lædere potuit athletam dei? aut in quo eos iis omnibus reſolutus,aut fractus eſt ab animi virtutibus? Nihil omnino,quinimo & anguſtiis rerum magis ſolidatus eſt,& hinc illi coronæ paratę ſunt: vnde infœlicior putabatur, inde ei palma victoriæ, inde æterna remuneratio,vnde cruciatus multiplicabatur,& iniuria. Fames illa abundantiam præparabat futurorum
I bonorum, ægritudo illa vitam conciliabat æternam: vlcera illa quæ canes lambebant, ſplendorem gloriæ per angelos miniſtrandum ferebant.Inhumani & crudelis diuitis deſpectus,atque ad ianuas eius cubile contemptum patris ei.Abraham piiſſimos ſinus, & beatitudinis eius conſortia promittebant. Quid verò apoſtolus Paulus? non enim abſurdum puto iterum viri huius facere mentionem, nónne innumeris tentationum ſubactus eſt imbribus? & quid ex his omnibus lęſus eſt: nónne per hęc glorioſior factus eſt? Quid enim fames,quid frigus,aut nuditas,quid flagella, quid verbera,quid ſaxa nocuerunt? Quid detrimenti in nauffragiis,quid in profundo maris paſſus eſt? Nónne permā ſit ſemper idem Paulus, & idem vocatus apoſtolus? E contrà autem Iudas vnus fuit & ipſe de duodecim, & vocatus apoſtolus Chriſti: ſed neq; quòd vnus ex duodecim fuit, neque quòd vocatus apoſtolus dictus eſt, prodeſſe ei quicquam potuit, nò habenti animum virtutibus deditum. Sed Paulus quidem cum penuria & plagis cucurrit curſum, qui ducit ad cœlum: ille verò cùm & prior vocatus eſſet in apoſtolatum, & ſimili cùm cæteris gratia donatus, cœleſtemq; edoctus ęqr
& philoſophiam,& ſacræ Chriſti menſæ, venerandiq; K ſacramenti particeps extitiſſet, habuiſſet etiam donū ſpiritus ſancti, ita vt mortuos ſuſcitaret, & leproſos curaret,ac dæmones effugaret:cumq; de cōtemptu rerum ſecularium frequenter fuiſſet edoctus, adhærens lateribus Chriſti, atq; ingentium ſibi eſſet cōmiſſa diſpenſatio,quò ſcilicet auaritiæ per horum latens in eo vitium ſanaretur: erat enim fur: tamen nec ſic quidē proficere in melius potuit, cùm erga eum tot,tantisq; prēuiſionibus dominus vteretur. Sciebat enim Chriſtus,quòd auarus eſſet Iudas,& pro amore pecuniæ periturus: & non ſolùm non arguit eum pro hoc vitio, ſed & latentibus medicamentis curare voluit,ipſi cōmittens diſpenſationem pecuniæ,vt habens in manibus quod deſiderabat,pernicioſa paſſio expleta cupiditate ceſſaret: nec decideret in illam mortis foueā, ſed minoribus malis maiora reprimeret. Sic in omnibus qui ſemetipſum non læſerit,ab alio non poteſt lædi:& rurſus, qui ſeipſum corrigere & emendare noluerit, & quod in ipſo eſt,atq; in poteſtate eius explere,nullus ei extrinſecus proderit. Præterea deniq; ſcriptura diuina tanquam in imagine quadam latiſſima & ampliſ L ſima veterum vitas & geſta depingit, ab Adam vſque ad Chriſtum generatione producta,vt tibi oſtenderet aliorum lapſus,& aliorum coronas,& ex vtroq; eruditet,doceretq; te: quia niſi quis ſeipſum læſerit, ab alio non poteſt lædi: etiamſi omnis contra eum coniuret orbis,etiamſi permutatio rerum ac temporum fiat,etiamſi potentium & principum contra eum furor ſæuiat,& inſidiętur omnes,ſiue noti ſiue ignoti, ſiue amici ſiue inimici, ſiue dolo ſiue vi, vel fraudibus impugnantes,inſidiantes: tamen commouere ne parū quidem poterunt eum, qui conſtantiam tenet, & animi virtutibus vigilat: ſicut è contrario ignauum, & deſidem,& qui ſemetipſum prodit,ac deiicit,etiamſi mille adhibeas medicinas, mille munimenta conquiras, meliorem facere, & emendare non poteris, niſi ipſe prius quod in ſe eſt proponat ac proferat:hoc eſt quod nobis indicat & illa parabola quæ de illis ſcripta eſt, Matth.7.d. quorum alius ſupra petram ædificauit domum ſuam, alius ſuper arenam:non vt arenam,vel petram intelligamus,neq; vt ędificium ex lapidibus & lignis conſideremus extructum,neq; vt flumina & imbres,& ventos, qui impingūt in domos illas materiales putemus: ſed vt hæc eſſe intelligamus vel virtutem animi, vel ignauiam:& vt ex his aduertamus,quòd niſi qui ſe ipſe læſerit,ab alio nō poteſt lædi.Non ergo pluuia,neq; flumina cum impetu deſcendentia,neq; venti validiſſimi commouere poterunt domum ſupra petrā fundatam:vt ex hoc intelligas,quia qui ſeipſum non prodiderit, nec à ſemetipſo fuerit motus, nulla ſuperueniens tentatio deiicere eum poterit,aut mouere. Illud verò aliud ædificium facilè ſubuertitur, non pro tentationum violentia, alioquin & illud aliud ædificium deiecíſſet:ſed propter fundamenti,id eſt,propoſiti infirmitatem. Arena enim eſt res mobilis & fluens, quæ ſine dubio inſtabilitatem atq; inconſtantiam deſignat animorum.Non ergo,vt diximus, lapſus & ruinæ cauſa tentatio eſt,ſed inſtabilitas animi & ignauia,quæ etiam ſine tentatione interdum ſponte deiicitur: ſicut & illa fabrica,quæ ſuper arenam fundata eſt, etiam ſi flumina ventiq; non vrgeant,ipſa tamen paulatim effluens, inſtabilis arena ædificij crepidinem ſubtrahit, & euertit. Nā & arenæ ſponte rumpuntur, adamas verò nec malleis cæſus infringitur: ſola ergo qui à ſemetipſo non lædi-

A non læditur, et niſi tundatur, ab aliis non poteſt lædi:qui verò animi ſui ignauia proditur,etiā nullo perurgente ſponte defluit,& reſoluitur:ſicut & Iudas ille, non ſolùm nullo extrinſecus impellente delapſus eſt, ſed è contrario pluribus adiutus remediis ſtare nō potuit. Vis vt hæc non ſolùm per ſingulos geſta, ſed etiā per populos doceam? Quanta erga Iudæorum populum cura extitit diuinæ prouidentiæ:nónne omnis,vt ita dicam, creatura erga emendationis eorum miſterium præparata eſt? Nónne præ cęteris omnibus hominibus noua quædam,& magnifica eis vitæ inſtituta
Exod.14.d. ſunt tradita? Nónne in medio mari ſiccum iter apertum eſt eis, & in quo ipſis fuit ſalus, ibi inimicis eorū venit interitus? Quadraginta annis in deſerto nō arādo,neq; ſeminando vixerunt: laborem meſſis, & areæ
† vſus. neſcierunt,onus † molæ eis,& coquendi panis neceſſitas non fuit:fœminas quoq; eorum nulla texendi ſolicitudo conſtrinxit,mercandi cauſa non inſtitit,macellum nemo pro comparādis carnibus requiſiuit: ſed
B hęc omnia fuit eis verbū dei,& parauit eis menſam in
Ibid.16.a.b. deſerto,laboris & ſudoris expertem. Hęc enim fuit natura mannæ,cibus quotidie nouus,& ſaporem ſui pro deſiderio veſcentium ſubminiſtrans. Sed indumenta eorum,& calceamenta,& ipſorum etiam corporū natura oblita eſt infirmitatis ſuæ. Omni nanq; illo tempore neq; indumenta attrita ſunt eis, neq; fuit in illis
Pſal.140.d. infirmitas,medico nullo indiguit, medicamēta nemo quæſiuit. Eduxit eos in argento,inquit,& auro, & non erat in tribubus eorum infirmās. Sed quaſi qui iam reliquiſſent mundum hunc, & ad alium meliorem præſtantioremq; tranſiſſent,ita eis cibus & potus abſq; labore & ſolicitudine ex verbo dei præbebatur: & quod fuit ſuper omne miraculū, ne fortè acrior eos radius
Exod.14.c. Solis adureret, vmbra nubis per diem deſuper tegebatur: & cum ipſis quocunq; abiiſſent, circunferebantur tecta illa cœleſtia. Sed nec noctis quidē tenebræ abſq; ſolatio relinquuntur. Lāpas nanq; eis ignis verbo dei accenſa lucebat,quæ non ſolùm illuminandi, verumetiam & itineris oſtendendi miniſterium præbebat in deſerto. Quid verò de ſequenti dixerim petra aquarū fluuios emittente? Quid multitudinem auium, quæ denſitate ſui terram texerunt vniuerſam? Nam in Aegypto quæ facta ſunt mirabilia quid repetam? quid e
C tiam virtutes,quæ conſummatæ ſunt in deſerto, bella
Exod.17.c.d orationibus geſta, & victorias ſola dei inuocatione quæſitas? Non enim vt pugnantes, ſed vt choros agentes manuum protenſione triumphabant. Illud autem quomodo narrabo, quòd qui Aegyptum aquis pro ſe
Ioſue.6.e. pugnantibus tranſierant, muros Hierico in voce tubarum,pſalmorumq; deiiciunt: ita vt aduerſariorum pſallentium magis chori, quàm exercitus viderentur hoſtiles,& qui myſteria magis putarentur conſumma re,quàm bella. Hęc autem cuncta ſigna & prodigia nō ob hoc ſolùm fiebant, vt vſus populo tantùm videretur expleri,ſed vt doctrina agnitionis dei,quam Moſe tradente didicerant, firmius eis & tenacius adhæreret. Hæc enim omnia voces erant quædam deum cœli, & vniuerſitatis dominum prædicantes. Nam & mare hoc clamabat,cùm pedibus tranſirēt, hoc etiā cùm extingueret aduerſarios, hoc illæ aquæ in ſangui
nem verſæ,hęc irruptio ranarum prædicabat,& exercitus locuſtarum,hoc eruca & cinifes, omnia illa, quæ geſta ſunt,ſiue in Aegypto,ſiue in deſerto prodigia nūciabant. Manna ipſum,& columna ignis & coturnicum multitudo, atque omnia illa liber quidam erae

eis,& literæ quæ deleri nunquam poſſent,nec de con- D
ſcientiæ eorum paginis aboleri, quas legerent, & haberent ſemper in cordibus ſuis: & tamen poſt hæc omnia tam euidentia diuinæ virtutis inſignia, & poſt vniuerſam gloriam, quæ eis ſupra cunctos mortales
Exod.32.b. data eſt,infideles extiterunt,& ingrati. Caput nanque vituli adorauerunt, & deos quæſierunt ſibi alios fieri, cùm tantæ taleſq; dei virtutes,aliæ adhuc in oculis haberentur, aliæ verò recentem & nuper geſtam ſeruarent in corde memoriam. At verò Niniuitarum populus alienigena & barbarus, adhuc nullis prius diuinæ prouidentiæ beneficiis aſſuetus,non legibus, non mirabilibus, non præceptis vllis, aut operibus illuminatus,hominem vidit habitu naufragum,vultu peregrinum, nec vnquam ſibi prius cognitum, primo ſtatim
Ionæ.3.b. ingreſſu dicentem: Adhuc triduo,& Niniue ſubuertetur. Et ex iſtis ſolis ſermonibus conuerſi ſunt ad timorem dei,abiectisq; continuò prioris vitæ malis,ad virtutem ſe & iuſtitiam per pœnitentiam contulerunt, tam fideli ſatisfactione, vt diuinitus iam promulgatam ſententiam vocarent, & vrbem ſisterent nutan- E
Ibidem.d. tem metu excidij,ac iamiamq; perituram. Vidit enim, inquit,deus,quia receſſit vnuſquiſq; à via ſua peſſima. Quomodo receſſit, dic mihi? magna erat malitia eorum vſque ad cœlum,immenſa iniquitas,vulnera inſanabilia. Hoc enim indicat propheta,cùm dicit: Aſcē
Ionæ.1.a. dit malitia eorum vſque ad cœlū. Per hæc quippe ſpacia, magnitudinem peccatorum deſignat: ſed tamen tanta hæc eorum malitia, quæ vſque ad cœlum fuerat extenſa,à tribus ſolis diebus, vno peregrino ignoto & naufrago homine paucíſſimis ſermonibus commonē te,ita extincta eſt & deleta,vt tale à deo teſtimonium
Ibidem.3.d. mererentur accipere,dicēte: Et vidit deus, quia diſceſſit vnuſquiſq; à via ſua mala,& pœnituit à malitia,quā dixit vt faceret eis. Vides quomodo qui intentus eſt, & vigilat,ſuiq; meminit, non ſolùm ab hominibus nō poteſt lædi,ſed & imminentem cœlitus iram repellit: qui verò ſemetipſum prodit & lędit,etiam ſi mille extrinſecus diuinis beneficiis fulciatur,non ei ſufficit ad ſalutem:quia neque Iudæis tanta mirabilia,quæ in eos collata ſunt, profuerunt: neque alienigenis, quòd nihil horum adepti fuerant, obfuit. Sed quoniam animo,propoſitóque recto ſemetipſos dederunt deo,par- F
ua occaſione ſumpta plurimum profecerunt quidem: & cùm eſſent,vt diximus,barbari & alienigenæ,atque ab omni diuina inſtitutione peregrini. Quid verò de tribus pueris dicimus, in quos tot illata mala, virtutē tamen animi eorum nequaquam lædere aut infringere potuerunt: nónne pueri erant tenerę ętatis? & in primis ſtatim vitæ initijs captiuitatem, dominationémque perpeſſi,exules patria, & domo templóque extorres,alienati patriis legibus,auulſi diuinis altaribus,ſacrificiis purificationibúſque ſolennibus,& ab ipſa iam pſalmi voce detracti, ad peregrina ducuntur, & dominationem barbaricam patiuntur, feris magis beſtiis quàm hominibus traditi,nullam paternæ doctrinæ vocem, nullum propheticæ commonitionis ſermonem, nulla ſacerdotum aut paſtorum ſolatia ca-
pientes. Sic enim ipſi dicunt, Quia non eſt in hoc tem- Daniel.3.d.
pore princeps, neque propheta, neque dux, neque locus ad ſacrificandum in conſpectu dei, ad inueniendum miſericordiam. Sed & hoc acceſſit eis ad difficultatem rerum,vt intra aulam regiam tenerentur,& ſicut quaſi in mediū pelagus abducti, vbi tępeſtates, & turbines, & procellæ, & immaniū fluctuum ruinæ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

G sine gubernatore,sine nautis, sine velo & remis nauigantes pelagus immensum : & tamen quia erat insita menti eorum diuina philosophia , & præsentium rerũ sciebant contemptui habendas esse caducas fragilésque potentias , ac tumidam calcandam esse iactantiã, pennisque fidei subnixi , volare nouerant ad cœlestia, aulam regiam velut ergastuli squalorem ducebant.Et rex quidem iubet eos mensæ suæ participes fieri, mensæ illius affluentis , & tumidæ , & immunditiis atque execrationibus plenę:sed ipsis hæc abominationi erãt, non honori, & tanquam agni inter lupos positi videbantur,quòd aut moriendum sibi fame,ferróque esset, aut ex his quæ execrabantur vescendum. Quid ergo faciunt adolescentuli? quid agit ætas immatura? quid captiua conditio? Non dicunt , quia necessitas nostra non latet deum, quòd sub tyranno positi sumus, quòd in captiuitate,quòd in seruitute retinemur, non possumus obsistere crudelibus dominis, superbisq; victoribus.Nihil horum meditati sunt, sed intenderunt animo vsque ad mortem venire , tantùm ne peccarent deo,& facerent quod fieri non licebat. Erant ergo eis
H cuncta,quæ extrinsecus sunt,aduersa & contraria.Neque enim captiuis & nudis erant pecuniæ , quibus lenire possent imperantium ferocitatem : nec amicitiæ vlla fiducia , vtpote peregrinis : neque potentia aliqua,vtpote seruis:neque multitudine obtinere poterant , tres enim soli erant. Quid ergo faciunt? Quod solùm in potestate habere videbantur, verbis precantur Eunuchum , qui super eos acceperat potestatem. Sed & ipsum inueniunt metuentem , & pro salute sua trepidum,ne fortè si poscentibus eis præstare gratiam
Daniel.1.b. voluisset, suũ caput traderet morti, & ait: Timeo ego dominum meum regem , ne fortè videat vultus vestros tristes præ cæteris pueris,& coætaneis vestris , & condemnet caput meum in mortem. At illi sapientibus responsis adimunt ab eo omnem timorem,& præstare gratiam suadent. Cúmque ipsi omnia quæ in se erant,& in potestate sua fecissent, adest continuò etiã deus, & quæ in ipso sunt, ipse iam complet. Non ergo solius dei est opus istud,sed initium datum est ex proposito ipsorum. Ipsi enim posuerunt in corde suo , ne
I gustarent de illicitis cibis : & cùm hoc constanter , & fortiter custodirent, affuit eis continuò etiam dei nutus , & bonum propositum puerorum ad finem perduxit gloriosum. Vides ergo quoniam qui seipsum non læserit, ab alio non potest lædi. Ecce enim in his puericia,captiuitas,solitudo,seruitus, potestas perurgens imperia dura,metus mortis, vis tyrannica, terrórque barbaricus.Vicinus verò nõ aliquis,propinquus, proximus, aut ciuis nullus, nulla bonorum monita, nulla solatia , & horum omniũ nihil omnino fuit quod eos læserit , quos propositum & animus proprius non lædebant:quinimo & è contrario cum omnibus his,quę supra enumerauimus, in patrio adhuc solo positus ille populus vteretur, prodesse ei tot extrinsecus adminicula nequiuerunt ad animi virtutem , eò quòd eum propria prodebat & deiiciebat ignauia. Sed interim pueri nostri primò omnium gloriosum istud obtinuere certamen,ne contaminarentur cibis immundis. Et hoc subacto, & calcato tyranno, ad alia producuntur celsiora & nobiliora certamina.Proponitur nãque eis multo dirior,sceleratiórque illa priori conditio. Fornax igne succenditur,barbaricæ in eos turmæ ipso tyranno sæuiente consurgunt , commouetur omnis ferra Persica , & ad decipiendos pueros natio implacabilis & dira consurgit , musica diuersa præparantur K instrumenta , nouóque genere crudelitatis inuento, musicis ignis & flamma coniungitur : pœnarum minæ, terrórque mortis cum voluptate miscetur : & tamen qui semetipsos non produnt , sed quod in sua potestate est exequuntur & peragunt , lædi à nullo alio potuerunt : quinimo & clariores ex hoc redduntur, coronásque nunc nobiliores sumunt multò quàm dudum. Vinxit quidem eos Nabuchodonosor , & misit in fornacem ignis,sed lædere,nihil potuit:imò & magnificè profuit. Maiorem nanque eis gloriam tyrannica crudelitas acquisiuit.In medio enim fornacis positi , & barbarico in eos incendio plus quàm flamma fornacis ardente, clarissimam,magnificámque de hoste sumpsere victoriam.Et tres pueri captiui totam gẽtem, cum rege pariter mirabili magnificentia duxere captiuos.Quorum gloria seculis omnibus canitur , & canetur.Sic ergo qui sibiipsi non nocuit,alius ei nocere non poterit : non enim cessabo frequentius professionis meæ titulum recensere.Si enim,vt suprà iam diximus,neque captiuitas, neque seruitus, neque solitudo,neque patriæ amissio & proximorum,neque mor- L tes,neque incẽdia,neque exercitus,neq; tyrannus crudelissimus tres pueros teneræ adhuc ætatis captiuos, seruos,peregrinos lædere potuit,aut deiicere: quid est quo possit aliquando animi virtus infringi?Sed dicis: Deus affuit,& ipse eos de incẽdio liberauit. Et tu quidem si facias omnia quę in te sunt,sperare debes & ea, quæ à deo sunt. Aderit nanque & tibi , si tuipse prius non defueris tibi. Veruntamen ego pueros istos non propter hoc admiror,& beatos dico, quia ignis incendia calcauerunt illæsi: sed quia pro patriis legibus vinciri voluerunt,& in fornacem mitti, atq; ignibus tradi.In hoc est eorum virtus,& meritum. Statim nanq; vt in ignem eiecti sunt,coronæ eis necti cœperunt, ex illis sine dubio verbis, quibus cum omni fiducia & libertate responderunt regi, dicentes : Non opus habe- Daniel.3.b.
mus nos de verbo hoc respondere tibi : est enim deus noster in cœlis , cui nos seruimus , qui potest liberare nos de camino ignis ardentis : & de manibus tuis, rex,liberabit nos. Quod etsi non voluerit, notum tibi sit rex, quia diis tuis non seruiemus, & imaginem auream quam statuisti , non adorabimus. Ex his verbis M
illi iam coronati sunt , & in hac confessione victoriæ suæ palmam acceperunt. In hoc fuit cursus eorum, quem in confessionis martyrio consummauerunt. Quòd verò corpora eorum tradita sibi ignis erubuit, & vincula dissoluit, atque oblitus naturæ suæ , in medio fornacis exhibuit eis cœlestis roris refrigeria: hoc iam gratiæ dei fuit,qui voluit per magnificentiam mirabilium notam facere potentiam suam. Illi verò in confessione sua , & fidei constantia coronati sunt , & martyrij sui gloriam consecuti.Quid tu ad hæc dicere poteris, etiam si patria expulsus es, vt isti, & etiam si in captiuitatem ductus es , & barbaris dominis seruisti?Hoc & istis accidit. Si sine solatio, si sine doctrina , si sine commonitore vixisti , nec tuis cuncta hæc defuere.Vinctus & exutus ad mortem ductus es , sed & isti per omnia transeuntes , ex vnoquoque horum clariores , nobiliores & digniores sunt. Et Iudæi quidem habentes templum, & sacrificia , & aram sanctum,Cherubin quoque, & propitiatorium, & omnia illa quibus quotidiana sacrificia consummabant : habentes etiam prophetas , eosdem sanctos, alios adhuc superstites , qui eos & de actibus præsentibus informarent,

A rent, & de antiquis dei beneficiis commonerent, quæ in Aegypto fecerat cum eis,quæ in deserto,quę etiam cùm terram repromissionis ingressi sunt : & in his omnibus non solùm nihil profecerunt, sed & in ipso tẽplo ad insignia preuaricationis suæ idola collocarunt, filios suos eis & filias suas immolantes , sub arboribus etiam & in montibus prophana sacrificia consummãtes. Hi verò in terra barbarica , in hostili solo sub tyrannica potestate positi,flammis & mortibus traditi, non solùm nihil læduntur,sed & maiorem gloriã capiunt. Hæc ergo scientes , & horum similia colligentes de diuinis scripturis : multa enim similia inueniet, qui requiret, exempla : quibus agnoscat alios quidem sine vlla difficultate temporum , & necessitate causarum, nulla vi, nulla tyrannide cogente, collapsos : & alios his omnibus aduersantibus sibi, ne leuiter quidẽ à virtutis proposito fuisse commotos,indubitata sententia tenere debemus : quòd si quis læditur , eandem nanque quam in principiis proposuimus , in fine firmauimus:si quis,inquam,læditur,à semetipso læditur,
B nec ab vllo alio , etiam si innumeri sint , qui noceant. Et siomnes qui terram & mare habitant , conueniant ad lædendum , nocere nequaquam poterunt ei , qui à semetipso non lædit.

QVVM PRESBYTER ESSET
designatus,de se ac de episcopo deq; populi multitudine sermo.X.
Des.Erasmo interprete.

NVm vera sunt quæ nobis acciderunt, num re ipsa gesta sunt, nec falsi sumus, neq; quæ nũc fiunt sunt somnia; an verè dies est & vigilamus omnes? Et quis credat quòd in die , quum sobrij sunt ac vigilant homines,adolescens nullius rei & imperitus , ad tantum dignitatis fastigium subuectus sit? Nam nocte talia accidere nihil sit incredibile. Tum enim quidam & corpore claudi , & adeò tenues vt ne necessarius quidam suppetat victus,in somnis sibi videntur integris membris,& formosi,& regali frui mẽsa:sed quæ videbantur,somnus erat, & in somniorum iudibria. siquidem hæc est natura somniorum , vafra quædam ac versuta res est , ac prodigiorum artifex
C gaudet nouis & incredibilibus simulachris illudere. At verò nec interdiu , nec reuera forsitan aliquis videat hoc accidere : verùm omnia nunc contigerunt, facta sunt,perfecta sunt,quemadmodum videtis, hæc inquam,somniorum visis incredibiliora. Et ciuitas tãtæ magnitudinis,tam celebris ac hominibus differta, populus & multus & admirãdus ad meam inhiat exiguitatem,tanquam à nobis magnum quiddam ac præclarum auditurus. Atqui etiam si mihi amnium more proflueret oratio, siq; verborum fontes esset in ore meo , protinus ex tantæ multitudinis ad audiendum concursu, metu sisteretur profluuium, & in diuersum fluenta resilirent. Nunc verò quum tantùm absimus à fluminum ac fontium copia , vt exiguæ pluuiolæ mediocritatem obtineamus:qui fieri possit,vt me nõ deficiat tam exiguus fluxus,metu arefactus, idemq; eueniat quod in corporibus solet accidere ? Quid accidit in corporibus? multa frequenter quæ manu tenemus, quæ digitis stringimus, præ metu nobis excidunt omnia, dissoluti à neruis nostris,corporisq; vigore remisso.Itidem mihi profectò nunc metus est, ne idem eueniat in animo nostro,videlicet ne quæ multo cum labore excogitauimus, quanquam & hæc sanè perquàm

exilia partúque momenti , præ pauore veniant in ob- D liuionem,& euanescant, abeántque animum nostrum desertum relinquentia. Quapropter pariter omnes tum vos qui cum imperio estis , tum vos qui paretis imperio,obsecro, vt quantam nobis anxietatem iniecistis vestro ad audiendum concursu,tantundem nobis audaciæ inspiret precum vestrarum diligentia , si rogetis illum qui dat sermonem euangelizãtibus vir Psal.67.c. tute multa , vt nobis quoque det sermonem in apertione oris nostri. Nullus omnino vobis tot ac tantis labor erit vnius adolescentis animum timore dissolutum,denuò cõpingere:quin & par fuerit, vt hoc quod nunc petimus,præstetis: quandoquidem tantam procellam subiuimus propter vos vestrámque charitatẽ, qua nihil violentius aut imperiosius , vt quæ nos non admodum dicendi peritos,ad dicendum pertraxit, effecítque vt ad doctrinæ stadium exueremur,licèt antehac hoc palæstræ genus nunquam attigerimus , sed semper in auditorum ordine , quieto silentio frui soleamus. Verùm quis sit adeò durus & immobilis vt istum vestrum conuentum silentio prætereat, & ami- E
cos nactus audiendi studio flagrantes non alloquatur, etiam si omnium hominum esset infantissimus?Cupiebam equidem primùm in ecclesia dicturus,proœmiorum primitias illi dicare qui linguam nobis hanc dedit,nimirum deo.Atque ita sanè fieri oportuit: neque enim areæ tantùm ac vinarij lacus, verumetiam verborum primitias oportet verbo persoluere, multóque magis verborum quàm actionum. Quin etiam vt ad vos hic fructus magis pertinet , ita ipsi deo qui honoratur acceptior est.Botrum enim & aristam suo terra emittit gremio, alit pluuiarum irrigatio, colunt agricolarum manus: at sacrum hymnum parit animi pietas,alit bona conscientia;deus in cœlestia recipit horrea. porrò quanto præstantior est animus terra, tantò hæc illa melior est oblatio. Quapropter & prophetarum quispiam,vir magnus & admirandus,nomen illi Oseę, eos qui deum offenderant, parabántque illum
Osee.14.b. sibi propitium reddere , adhortatur dicens : Adferte vobiscum non armenta boum,neque similę mensuras tantas aut tantas,neque turturem, neque columbam, neque aliud quicquam istiusmodi rerum,sed quid? fer te vobiscum verba.Et quale sacrificiũ, dixerit aliquis, F
sunt verba:maximum quidem ô charissime, ac splendidissimum,cæteris omnibus præstantius. Et quis ista dicit?is nimirum qui hæc omnia nouit maximè atque exactissimè,videlicet magnanimus ille ac magnus Dauid.Is enim quum aliquando deo gratiarum actiones immolaret,pro victoria quam ex hoste tulerat, ita fer
Psal.68.g. mè loquitur : Laudabo nomen dei mei cum cantico, magnificabo eũ in laude.Mox huius sacrificii præstantiam nobis aperiens subiecit,& placebit deo supra vitulum nouellum cornua producentem & vngulas.Cupiebam igitur & ipse hodie has mactare victimas , & altare spirituale hisce cruentare hostiis. Sed quid fa-
Eccli.15.c. ciam? Vir quidam sapiens obturat mihi os , deterrétque dicẽs:nõ est speciosa laus in ore peccatoris. Quẽadmodum enim in coronis non sat est flores esse puros, nisi pura sit & manus eas contexens : sic & in sacris hymnis oportet non verba tantùm esse pia, verũetiam animum hymnos cohærentem. At is mihi impurus est , fiduciæ vacuus ; vtpote multorum plenus scelerum. Porrò sic affectis , non hæc modò lex obturat os , verumetiam alia quædam illa vetustior & antè illam lata,quam & ipsam adiecit,is qui modò nobis

Universidad de Deusto
Biblioteca

G de sacrificiis loquutus est Dauid. Quum enim ait: Laudate dominum de cœlis, laudate eum in excelsis, lau-
Psal.148.a. date dominum de terra: quum vtranque inuitat creaturam, & quæ sursum est, & quæ infernè, sensibilé atq; intelligibilem, conspicuam & inconspicuam, quæ supra cœlos est, & quæ sub cœlo, & ex vtraq; chorum cõstituit, atq; ita iubet hymnis celebrare regem vniuersorum, nequaquam inuitauit peccatorem, sed & hìc illi fores occlusit. Cæterùm vt vobis quod dico fiat euidentius, ipsum psalmum ab initio vobis prælegemus. Laudate dominum de cœlis, laudate eum in excelsis. Laudate eum omnes angeli eius, laudate eum omnes virtutes eius. Vides angelos laudantes, vides archangelos, vides Cherubim & Seraphim, summas illas virtutes. Quum enim ait, omnes virtutes eius, vniuersum populum cœlestem complectitur. Nunc vbi vides peccatorem? Et quomodo, dixerit aliquis, in cœlo videre possum? Ergo agè & in terram descendamus, ad alteram chori partem transeuntes, nec hìc rursus videbis peccatorem. Laudate dominum de terra, dracones &
H omnes abyssi, bestię & omnia pecora, reptilia & volucres pennatæ. Haud frustra neq; temerè dum hæc loquor, intersilui. Quia & mentis cogitatio metu confusa est, ad amaras vsq; lachrymas, grauemq; eiulatum perducta. Quid enim obsecro possit esse miserabilius? scorpij, serpentes ac dracones inuitantur ad laudandũ eum à quo condita sunt: solus peccator ab hac sacra chorea submotus est, idq; iure optimo. Mala bestia est peccatum, non quidem in conserua corpora malum
Roma.2.d. proferens, sed in ipsam domini gloriã effundens malitiam. propter vos, inquit, nomen meum conuiciis afficitur inter gentes. Eoq; peccatorem tanquam è sacra patria abegit propheta, & vltra fines ac pomeria submouit: atq; vti musicus optimus è cithara bene modulata chordam dissonam resecat, ne reliquarum vocũ harmonia vitietur: Sic & peritus artis medicus, membrum putrefactum amputat, ne hæc lues ad cætera mẽbra sana transiliat. Eundem ad modum propheta fecit, dum veluti chordam dissonam ac veluti membrũ ægrum ab vniuerso creaturæ corpore resecat. Quid igitur nobis faciẽdum est? Posteaquàm reiecti sumus,
I posteaquàm resecti sumus, omnino sileamus oportet. dic igitur, obsecro: num tacebimus? neque quisquam nobis permittet hymnis celebrare dominum nostrũ? ergóne frustra vestros animos implorauimus? frustra ad vestras confugimus preces? Abiit, vt frustra. reperi enim reperi & alterum glorificandi modum, vestris in hac hæsitatione precibus, ceu stellis in caligine apparentibus. fas enim est, & conseruos nostros laudare, quibus laudatis, haud dubium est quin ea gloria penetret in cœlum, quemadmodum ipse dominus dicit:
Matth.5.b. Luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. En alter glorificandi modus, quo & peccatori fas est vti, vt legem tamen nõ violet. Quem igitur, quem inquam, conseruorum laudabimus? quem aliũ, quàm illum communem huius patriæ doctorem, non solùm per patriam, sed & per vniuersum orbem? Quẽadmodum enim vos ille docuit vt vsque ad mortem religiosi inueretis: ita vos alios homines docuistis, à vita citius, quàm à pietate recedendum esse. Vultis igitur illi posthac laudum coronas plectamus? volebam equidem & ipse, sed video rectè factorum pelagus immẽsæ profunditatis, vereorq;, ne sermo noster ad fundum delatus præ imbecillitate non possit in altum re-
currere. oportet enim vetusta narrare facinora, pere- K
grinationes, vigilias, curas, iudicia, prœlia, trophæa trophæis, victorias victoriis cumulatas, res gestas, nõ nostram modò, sed & omnem humanam linguam superantes, quæq; vocem requirunt apostolico spiritu concitatam, qui potest omnia tum eloqui, tum docere: sed hanc partem prætercurrentes ad alteram quæ minus habet periculi accedemus, quam vel exigua scapha licet enauigare. Agè igitur de temperantia dicere tentabimus, quomodo vetri imperarit, quomodo delicias contempserit, quómodo mensam sumptuosam deriserit, idque quum in domo sumptuosa esset educatus: nam mirum non est eum qui in paupertate vixit ad hanc squalidam asperamq; venire vitam, quãdoquidem is habet ipsam paupertatem peregrinationis ac viæ comitem, quæ illi sarcinam indies reddit leuiorem. At qui factus est diuitiarum dominus, haud facilè sese ab illarum explicet complexu, tantum cupiditatum examen animam illam circumuallauit: tam grauis & caliginosa affectuum nubes mentis illius oculos obducit, vt non sinat ad cœlum intuitum erige- L
re, sed cogat deorsum inclinare caput & ad terrã inhiare. Nec est alia res, quæ perinde obstet quò minus proficiscamur in cœlum, ac diuitiæ, & hinc venientia mala. Nec meus est hic sermo, sed ab ipso Christo deuenit sententia: Facilius est, inquit, camelum per foramen acus ingredi, quàm diuitem in regnum cœlorũ. Matth.19 & Marc.10.c & Luc.18.e.
Sed ecce, quod erat difficile, vel impossibile potius, factum est possibile. Et de quo Petrus olim dubitabat apud præceptorem, voluitque ex eo discere, iam ipsa Matth.19.d.
experientia nouimus omnes, imò etiam amplius. non enim iam diues ipse tantummodo ascendit in cœlum, verùm etiam populum introducit, quum præter diuitias, & alia his non minora habeat impedimenta, quòd iuuenis est, quòd ante tempus orphanus, quæ res quemuis hominis animum possint in fraudem illicere. Eiusmodi habent incantamenta, eiusmodi præbent venena: verum hæc iste deuicit, & cœlum apprehendit, sesèque ad cœlestem contulit philosophiam, ac neque splendorem præsentis considerauit vitæ, neque
ad progenitorum claritatem respexit: imò potius ac M
maiorum claritatem respexit, non quidem istorum quos ipsi natura necessariò deuinxerat, sed qui iuxta pietatis propositum coniuncti sunt, eóque talis factus est quales illi fuerunt. Respexit ad patriarcham Abraham, respexit ad magnum illum Mosen, qui quum Exod.2.b.
esset in regio educatus palatio, mensa Sybaritica frui consuetus, & inter Aegyptios relictus strepitus ac tumultus (nostis autem cuiusmodi sint barbarorum illorum mores, quàm fastus & arrogantiæ pleni sint) contemptis illis omnibus, ad lutum & laborem opificum vltrò se contulit, & in seruorum numero esse concupiuit, qui rex erat & regis filius. Atqui hanc ob causam post reuersus est maiore cum dignitate, quam antea gerebat atque abiecit. Siquidem post exilium, post imposturam apud socerum, post ærumnas peregrè toleratas, rediit, regis ipsius princeps, imò verius regi iam factus deus. Feci, inquit, te deum Ibidẽ.7.a.
Pharonis: ipsóque rege splendidior erat, non gestans diadema, neque purpura amictus, neque curru vectus aureo, sed vniuerso illo fastu conculcato. Erat omnis Psal.44.c.
filiæ regis gloria ab intus. Reuersus est præterea gestans, quò imperaret, non hominibus tantũ, sed & cœlo, terræ mariq;, aëris & aquarũ naturæ, stagnis, fontibus ac fluminibus. in quæcunq; enim voluit Moses, in

ea verte-

A ea vertebantur elementa, & in manibus illius denuò transformabatur creatura: quæ non aliter quàm ancilla quæpiam officiosa, conspicata heri sui amicum aduenisse, per omnia parebat, dictoq; audientem se præbebat perinde atque ipsi domino. Ad quem hic, quem nunc laudandum suscipimus, respiciens illi similis effectus est: quum esset iuuenis, (si tamen vnquam fuit iuuenis, non enim sanè credo, vsque adeò illi ab ipsis cunabulis mens erat cana) sed quum iuxta supputationem ætatis esset iuuenis, omnem arripuit philosophiã: & posteaquam cognouerat naturam hominis esse veluti fundum quendam & agrum syluestrem, animi cupiditates ratione pietatis ceu falce quapiam facilè resecuit, agricolæ purgata reddens arua, ad faciendum sementem: ea recepta totum semen ad profunda demisit, vt deorsum radicatum, nec ad radiorum impetum cederet, nec à spinis malè suffocaretur. Animum quidem ad hunc curauit modum: carnis verò lasciuiã
B temperantię remediis compressit, tanquam equo cuipiam, in os habenis rebelle, ieiunij frenum iniiciens, & hactenus in diuersum tendens, vt ipsa cõcupiscentiarum ora cum parsimonia congruente cruentaret. Atq; adeò corpori frenum intendit hactenus, vt nec immodicè stringendo equum sibi ad ministerium redderet inutilem, neq; passus sit supra modum obesum fieri, ne corpulentior factus, rursus erigeret sese aduersus rationum habenas moderantium: sed simul & sanitatis illius, & moderationis curam habuit. Talis autẽ erat, quum nondum esset iuuenis: verùm posteaquàm tenera ætatem excesserat, hanc quoq; corporis curã abiecit. cæterũ nunc qui in senectute velut in amœno portu sedet, rursus eandem cũram obseruat. Nam iuuentus ô dilecte pelago furenti similis est, immitibus vndis ac vẽtis malis referto. canicies verò, velut in trãquillo portu fouet eorum animos qui consenuerunt, præstans vt ibi per ætatẽ à periculis liberam delicientur. Hac ætatis tranquillitate quum hìc nũc tutò fruatur, nihilominus tamẽ in certamine versatur, atq; hũc timorem accepit à Paulo, qui quum ascendisset in cœ-
1.Cor.9.d. lum atq; inde reuersus, tertiò rursus attigisset, aiebat, Ne forte quum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar: eoq; hic sese in perpetuo timore constituit, vt es-
C set in perpetua fiducia, assidereq; clauo, non ille quidem stellarum exortus obseruans, neq; rupes sub aquis latentes, neq; populos, sed dæmonum insultus ac diaboli versutias, cogitationumq; pugnas, omniq; ex parte lustrans exercitum, cunctos in tuto constituit. Neq; enim illud modò spectat, ne scapha demergatur, sed ne quis eorum quos secum habet in naui vectores, à tumultu cupiditatum tanquam à piratis abripiatur, nihil non curat agitatq;. Per hunc perq; huius sapientiã nos omnes secundo nauigamus vento, plena nauis vela pandentes. Sanè quum priorem illum patrem amisissemus, qui & hunc nobis genuit, in desperatione nostra nauis erat, eaq; gratia miserabiliter lamẽtabamur, vt qui non sperabamus fore, vt hic thronus aliũ virum talem acciperet: verùm vbi hic aduenit, & in clara luce visus est, effecit vt omnis illa desperatio veluti nubes præterierit, & omnes molestię euanuerint. Neque sensim nobis luctum illum exemit, sed adeò repente, quasi idem ille beatus è tumulo rediuiuus in hunc thronum ascendisset. Verùm imprudentes amore studióque præclarè gestorum patris nostri, sermonem vltra modum produximus: non digo vltra modum eorum quæ hic cum laude gessit, nam de his ne loqui quidem
cœpimus, sed vltra nostræ iuuentutis mediocritatem. D
Agedum igitur rursus velut in portum orationem silentio ad quietem reuocemus: cæterùm ea desinere nõ vult, sed egrè fert indignaturq; cupiens toto prato expleri. Verùm id impossibile est ô pueri. Desinamus igitur ea persequi, quæ non possumus assequi, sufficiãt nobis ad solatium ea quæ dicta sunt. Quandoquidem in pretiosis vnguentis, non tantùm si quis effundat lecythum, verùm etiam si quis vel summis digitis superficiem attingat, & aërẽ nouo colore tinxit, & quotquot adsunt, suauitate fragrantiæ repleuit. Quod & in præsentia contigit, non viribus eloquẽtiæ nostræ sed propter vim ab hoc bene gestorum. Abeamus igitur abeamus, ad preces diuertentes, deprecemur deum, vt cõmunis mater nostra illabefacta & immota maneat, vt hunc patrem, hunc doctorem, hunc pastorem & gubernatorem, ad longam producat vitam: si quis vobis etiam nostri respectus est (neque enim iam nos ipsos in sacerdotum numero ponere audebimus, quando nec fas est abortiuos partus cum legitimis ac perfectis numerare) quòd si qua, inquam, est apud vos & nostri ratio, tanquam fœtus cuiusdam aborsu eiecti, ora- E
te vt è supernis nobis multus accedat vigor: opus quidem erat nobis & prius tutela, quum soli vitam gereremus à negotiis liberam. At postquàm in medium producti sumus, (omitto quomodo, siue humano studio, siue fauore diuino, nihil enim vobiscum hac de re contendam, ne cui videar per dissimulationem & ironiam loqui:) attamen quando producti sumus, ac iugum hoc validum grauéque suscepimus, multis nobis opus est manibus, infinitis precibus, quò possimus depositum reddere domino qui deposuit, in die illo, quũ ij quibus talenta credita sunt, citabuntur, & iudicio sistentur, rationem reddituri. Orate igitur ne nobis eueniat, quod euenit illis alligatis & in tenebras coniectis: sed simus in eorum numero, qui poterunt qualemcunque assequi veniam, gratia & bonitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula seculorum, Amen.

CVM DE EXPVLSIONE IPSIVS *sancti Ioannis ageretur, homilia.* XI. *Incerto interprete.* F

MVlti quidem fluctus, & vndæ immanes, sed submergi non vereor: quia supra petram sto. insaniat licèt mare, petram non potest commouere: insurgant quantumlibet fluctus, nauis Iesu obrui non potest. Sed quid putãt? Ne mortem verear, cui viuere Christus est, & mori lucrum. Ne exiliũ per- Philip.1.e.
timescam, qui nouerim domini esse terram, & plenitudinem eius. Sed bonorum proscriptionem metuam, qui sciam quòd nihil intulerim in hunc mundum, sed neque auferre quid possim. Quicquid terroris habet mundus, contemno: quicquid delectabile habet, rideo. Diuitias nec cupio, paupertatem non horresco, mortem non timeo. Vita enim mihi ad vestrum profectũ tãtummodo ducitur, sed charitatem vestram precor, vt æquo animo sitis. Nemo enim nos à vobis poterit diuellere. Quos enim Christus cõiunxit, homo non se Matth.19.a.
parabit. Quòd si de muliere & viro dicitur, Propter hoc relinquet homo patrem suum, & matrem, & ad- Gene.3.d.
hærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna: & si hui- & Ephes.5.g
usmodi nuptiarũ coniunctio ab homine non potest separari, multò magis ecclesia nõ potest à pastore diuelli. Sed impugnas me. Quid mihi nocebit impugnatio

 tua, nisi

Universidad de Deusto
Biblioteca

G tua,nisi quia me quidem clariorem impugnationibus
Acto.9.a. & 26.d. tuis reddes,tuas verò conteres vires? Durum enim tibi erit,aduersum stimulum calcitrare: quia non stimulum retundes,sed pedes calcitrans vulnerabis: neque fluctus qui saxo illiduntur amplius aliquid proficient, quàm vt semetipsos fracti dissoluant,& in spumas extenuati depereant. Christi ecclesia nihil fortius,si quis eam impugnare proponit,vires atterat necesse est: tale est enim, velut si cœlo bellum meditetur inferre. Homini si bellū inferas,fortasse vinces,aut fortè vinceris: ecclesiam vincere nulla vis poterit. Deus est ecclesia,qui est omnibus fortior. Aut æmulamur dominum. Nunquid fortiores illo sumus? Deus fundauit hoc, quod labefactare conaris. Aut experiri vis potentiam domini? Ipse est qui respicit super terram, & facit eam tremere: & iterum qui iubet, & tremor eius solidatur. Aut non vidisti trementem ciuitatem tuā, quoties stare fecit? Multò magis ecclesiam suam trementē poterit confirmare: fortior enim ecclesia multò quàm terra, imò & fortior cœlo. Cœlum & terra
Matth.24.c Ibidē.16.c. transibunt,verba autem mea non transibunt. Quę verH ba? Tu es Petrus,& super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt in eam. Quòd si non credis verbo & rebus ipsis,operibus crede. Quanti tyranni aggressi sunt impugnare ecclesiā dei,quanta tormenta,quātas cruces adhibuerūt,ignes, fornaces,feras,bestias,gladios intendentes,& nihil agere potuerunt? Vbi nunc sunt illi qui hæc fecerunt,& vbi illi qui hæc fortiter pertulerunt? Nunc ij æternis pœnis premuntur, & isti æternis gaudiis eriguntur: fulget enim ecclesia super splendorem Solis,& persecutores eius perpetuis tenebris conteguntur. Non legis scriptum,quia vndecim soli erant,& vinci non potuerunt? Nunc vbi orbis terrarum repletus est piorum multitudine,quomodo poterunt vinci? Cœlum & terra transibunt,verba autem mea non trāsibunt: & meritò charior enim ecclesia dei,quàm cœlum. Nō enim ecclesia propter cœlum,sed propter ecclesiam cœlum.
Matth.14.d Nihil enim,quæso, perturbet vos eorum quæ agere videtis. Ponamus ante oculos nostros Petrum super aquas incedentem, & parum quid hæsitantem, atque ob hoc paululum periclitantem: non propter potenI tiam fluctuum, sed propter infirmitatem fidei. Nunquid humana voluntate huc venimus, aut propter hominem huc producti sumus? & hæc non arroganter loquor,neque iactantia agitatus, sed animos vestros, qui fortè turbantur, cupio confirmare. Intuemini ergo quomodo commota est,& contremuit terra,& tamen non corruit ciuitas. Quomodo impurissime diabole ecclesiam te putas posse deiicere, qui trementes parietes deiicere minimè valuisti? Non est in parietibꝰ ecclesia,sed in multitudine piorum. Ecce quàm fortes, quàm immobiles statis, non ferro, sed fide vincti. Et quid de tanta multitudine loquor? Vnum fidelem vincere non potes. O diabole,nescis quę tibi feriē martyres? Quomodo frequenter ingressa est puella ætate tenera, annis immatura, & inuenta est ferro fortior, cùm latera eius scinderes, fidē tamen eius mouere nō posses. Defecit frequenter caro in tormentis, & robur fidei non defecit. Consumptum est corpus,& mēs non potuit inclinari. Interiit substantia, & perstitit patientia. Si ergo frequēter ab vna puella victus es,quomodo speras tantæ huius & tam fidelis multitudinis fidem te posse euincere? Non audis domini vocem &
Matth.18.c. centis: Quia vbi duo aut tres sunt congregati in nomine meo, ibi sum & ego in medio eorum? Quid, vbi K tanta fidelium multitudo est, charitatis nexibus vincta? Non ego propria virtute confido, habeo scripturam domini mei,manum ipsius teneo,illa mihi cautio satis tuta est, illa me securum reddet, & intrepidum, etiamsi orbis terræ commoueatur, ego cautionem domini mei teneo. Lego manū eius, ipsa mihi murus est inexpugnabilis. Vultis vobis recitem domini cautionem? Ecce,inquit,vobiscum sum omnibus diebus vsq; Ibidē.28.d ad consummationem seculi. Christus mecum est, quē timebo? Etiamsi fluctus insurgat, etiamsi totum pelagus aduersum me conturbetur,etiamsi principum furor,omnia mihi illa araneæ erunt,& araneis fragiliora. Et nisi propter fragilitatem vestram,hodie non dubitarem ire quò vellent. Semper enim dico: Domine, voluntas tua fiat: non quod ille vult,vel ille, sed quod tu vis,tua voluntas mihi turris fortissima, & petra stabilis,& baculus fidus. Si tu vis permanere mecum hic, habeo gratiam: si non vis,similem refero gratiam. Nemo vos conturbet fratres,orate tantùm: hæc enim diabolus mouet,non aliam ob causam, quàm vt religiosa studia vestra dissrūpat,& exercitia vestra, quæ in oraL tionibus,& vigiliis gerebatis extinguat. Sed non obtinebit,nec eripiet à vobis studia religiosa? nisi quia solicitiores vos inueniet, & feruidiores efficiet. Crastina vobiscū exeam ad orationes: & vbi ego sum,ibi & vos eritis: & vbi vos estis,ibi ero & ego. Vnum corpus sumus,neque caput à corpore, neque corpus à capite separabitur: etiam si loco diuidamur, sed charitate coniungimur, ego à vobis nec morte diuellar. Nam etsi corpus meum moriatur, anima mea viuit, & memoriam vestri tenebit. Vos estis mihi patres,vos mihi mater,vos mihi vita,vos mihi gratia: si vos proficitis,mihi placebit. Vos estis corona mea, & diuitiæ meæ, vos estis thesaurus meus. Ego millies pro vobis immolari paratus sum: & nec gratia mihi in hoc est,sed debitum reddo. Bonus enim pastor debet animam suam pro Ioan.10.d ouibus suis ponere: huiusmodi enim mors immortalitatem parit. Non enim propter diuitias mūdi, insidias patior: quod si esset, vtique contristari deberem. Nec propter aliquod peccatum, sed propter charitatem, quam erga vos habeo: quia omnia ago,vt vos proficiatis: & ne subintroëat conturbare gregem bene institutum, sed vt permaneatis in simplicitate fidei. Hæc est M causa periculorum meorum,& hæc sustineant mihi ad coronā. Quid enim nō patiar pro vobis? Vos mihi ciues,vos mihi fratres, vos mihi filij, vos mihi membra, vos mihi corpus, vos mihi lux, imò & ista luce dulciores. Quid enim mihi tantum præstant radij Solis, quantum charitatis vestræ splendor acquirit? Ecce pro charitate vestra corona mihi paratur in futuro seculo, hoc mihi Solis huius splendor præstare nō poterit. Hæc autem dico in auribus audientium. Et quid ita ad audiendum solicitum, & parātum, quàm aures vestræ? Ecce quot dies sunt quòd vigilatis, & nullum vestrum somnium inclinauit, nec temporis spacium frangit, nullum timor, nullum minæ deterrent, sed terror eorum fortiores vos reddet. Video in vobis, quod semper optaui,ideo quòd contempsistis mundi negotia,renunciastis omnibus: nihil iam de terra,neque de terrenis actibus cogitatis. Ad cœlestia vos migrasse iam cerno, absolutis vinculis corporis, ad beatam illam & cœleltem contenditis philosophiam. Hoc mihi sufficit vidisse de vobis, hæc mea cōsolatio,ista me in agonibus meis velut vnguēta quæ-

A quędam corroborant,& fortiorem me agonibus reddunt,& ad gaudia immortalia,atque æterna transmittunt: pro his gratias agamus deo, cui gloria in secula seculorum, Amen.

POST REDITVM PRIORIS EXI-

lij,homilia.XII.Incerto interprete.

Quid dicā? quid loquar? Benedictus deus,hunc egrediens dixi sermonem: hunc iteraui reuertens, & illic constitutus,hunc in ore voluebam. Puto vos meminisse, cùm ante hoc beatum
Iob.1.d. Iob adduxissem in medio dicentem: Sit nomen domini benedictum. Hanc vobis historiam dereliqui, has gratiarum actiones iterabo regressus: Sit nomen domini benedictum in secula. Diuersæ rerum causæ, sed vna glorificatio: & cùm expellebar, benedicebam, & reuersus iterum benedico. Et si variæ quidem causæ, sed vna definitio. Super hyemem & æstatem vnus est finis. Culturæ fertilitas subsequens campi. Benedictus deus, qui concessit exire: benedictus deus qui redire præcepit: benedictus deus, qui permisit hyemem: beB nedictus deus,qui dissoluit hyemem, & fecit tranquillitatem. Hæc dico admonens vos, vt semper benedicatis. Si euenerint mala,benedicite,& dissoluentur mala: si prospera venerint,benedicite,& perseuerant prospera. Siquidem Iob cùm in prosperis esset, benedicebat: & cùm pauper esset effectus, glorificabat: neque tunc ingratus fuit,neque postea blasphemauit. Diuersa quidem tempora, sed vna voluntas gubernantis actum. Nec tranquillitas resoluit, nec tempestas hyemis demergit. Benedictus deus,& cùm à vobis sum segregatus, & cùm iterum recepi vos. In vtrunque dei prouidentia est, separatus à vobis corpore, sed anima non sum à vobis diuisus. Et ex vestro affectu meum metimini animum. Et quid dicam? Non sum separatus à vobis, sed magis accensus sum desiderio vestri, quod etiam de vobis confido: nihil nobis nocuere insidiæ, nihil læsit inuidia, sed magis augmentum præstitit charitati, & multiplicauit discipulorum numerū. Ante hoc enim diligebar à meis, nunc verò honorificabor à Iudeis. Sperabant me à meis filiis separare, sed
C magis mihi extraneos adiunxerunt. Non illis agam gratias: sed dei misericordiæ gloriam referam, qui conatus illorum malos in melius commutauit. Nam & Iudæi crucifixerunt Christum, & illius morte humanum saluatum est genus. Non illis gratiæ, sed crucifixo. Considerent quid boni pugna eorum præstitit, insi diæ eorum qualem nobis lætitiam præparauerunt. Ante hoc quidem ecclesia repellebatur, sed nunc & in plateis ecclesiæ factæ sunt. Et vnanimes,& coniuncti psalentes, dei in vos prouocatis aspectum, voces vestræ cœli secreta penetrarunt, vt omnis ætas vestras psalmodias miraretur attenta. Cursus equorum hodie & pauci, illac imò cuncti in ecclesia quasi torres quidam ac fluuius vestra facta est multitudo. Voces vestræ eluantur ad cœlum, amorem qui ad patrem est, ostendentes. Orationes vestræ meum coronauerunt caput.
Galat.3.c. Oratio omni monili præclarior viri & mulieris. In Christo enim Iesu non masculus,neque fœmina. Qualiter enarrem potentias domini,aut mirabilia eius recēseam? Videtis quia quod dico, verum est. Quoniam si quis tentationem veriliter tulerit, magnum ex ipsa indemniat fructum. Ideo vos ad apostolos inuitaui, vt ad eos,qui aliquando persecutionem passi fuerant,veniremus. Et nos quidem insidias passi, illi verò impugnati. Sed inimici illi nihil nocuerunt, quia isti or-

bem terrarum lucrauerunt. Veniamus ad sancta corD pora,quæ Christi stigmata portauerunt. Veniamus ad Timotheum nouum Paulum, & Andream alterum Petrum. Credimus iuuari nos illorum meritis. Si virilem animum geris,non timeas tentationes. Omnes sancti per ista trāsierunt. Multa tribulatio corporum, sed maius refrigerium animarum. Præstet vos dominus semper augeri, & celebres conuentus agere. Gloria quippe pastoris est ouium multitudo: quid faciam? quid loquar? incultum vbi seminem non habeo agrū. Extensa est propago vitium, perfectum est templum, & prę multitudine piscių rumpuntur retia mea. Quid faciam? laborandi locum non habeo. Gaudendi habeo tempus, & ideo loquor: non quia indigetis doctrina, sed vt meam voluntatem vobis ostendam, vbique spicæ comant. Tantæ oues,& nusquam lupus: tot spicę,& nusquam lolium: tantæ vineæ,& nusquam vulpes. Vbi nunc latent lupi? quò abierunt vulpes, quæ eos persecuti sunt? O rem inauditam. Pastor quiescit, & oues luporum rabiem abegerunt, insidias vulpium oppreserunt, O ouium sapientia, ô filiorum affectus, ô discipuE lorū charitas, ô pulchritudo sponsæ, absente viro abegit adulteros, ostensæ sunt eius diuitiæ, apparuit pulchritudo. Latrones confusi ierunt,& aufugerunt. Dicite mihi, quomodo persecuti estis lupos? quomodo pepulistis latrones? Frequenti,inquit, oratione ad deū. Quomodo despexistis adulteros? Continuis,inquit, lachrymis,ex desiderio veri. Nō accepi arma, nō sumpsi lanceas, non arripui scutū: solúmodo ostendi eis pulchritudinem meam, qua perspecta vulnerati fugerūt. Vbi nunc illi? Proculdubio in confusione. Vbi nos? in lætitia. Vbi nunc illi? conscientiæ suæ malo tabescunt. Vbi verò nos? in magna exultatione glorificamus deū. Quid dicam? quid loquar? Adiiciat dominus super vos,& super filios vestros: & alleuet dominus vultum suum, & misereatur vestri, in Christo Iesu domino nostrò, cum quo est deo patri, & spiritui sancto honor, gloria & potestas, per immortalia secula seculorum, Amen.

DE REGRESSV SANCTI

Ioannis de Asia Constantinopolim, homilia.XIII.Incerto interprete.

F

Moses magnus ille dei famulus,caput prophetarum, maris viator, aëris agitator, mensæ apparator,qui à genitrice proiectus est, & ab Exod.2.a. impugnatrice saluatus: genuit quidem eum mater,abstulit autem eū Aegyptia,& enutriuit: & qui in Aegypto nutriebatur,in cœlis conuersabatur: qui tantum ac tale statuit trophæum, iste talis ac tantus, vt qui qua- Ibidē.32.e. draginta dies reliquerat populum, inuenit eum idola fabricantem, & seditiones commouentem. Ego autē non quadraginta dies tantùm,sed & quinquaginta, & centum,& amplius,& inueni vos lætantes,& philosophantes,& in dei timore perseuerantes. Nunquid ego Mose altior sum? Absit: hoc enim dicere extremæ demētiæ est. Sed quia populus iste illo populo sublimior, propterea & ille de mōte descēdēs increpabat Aaron Ibidem. ob seditionem populi,& irascens inuehebatur in eum, cur acquieuerit voluntati eorum. Ego autem aduenies præconia vestra,& coronas contexam. Vbi enim preuaricatio, ibi reatus subsequatur necesse est, & obiurgatio: vbi autem correctio, ibi laudes & præconia, & coronæ: ideóque etsi ampliori tempore demo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G ratus sum foras,non me pœnitet, quia confidebam de
vestræ charitatis affectu, & integritate fidei: sciebam
enim vxorem mihi desponsatam castitate esse muni-
tam,sicut in seculari coniugio assolet euenire.Etenim
vir quãdo impudicã vxorẽ habere se nouit, nec pro-
spicére ei de domo permittit: qui etsi peregrinari ali-
quando coactus fuerit,cogitur citò reuerti,quasi quo-
dam suspicionis aculeo stimulatus:qui autem sobriam
& castam habet, foras securus moratur, sufficien-
tes procuratorũ munimine mores relinquens vxoris:hoc
ego & Moses passi sumus,ille quidem, quia inemenda
bilem synagogam habebat vxorẽ,reliquit eam,& for-
Exod.32.b. nicata est,& compellit eum deus,dicens: Exurge, de-
scende:impiè enim fecit populus tuus.Sed ego nullam
huiusmodi iussionem accepi. Et cùm paululum mihi
infirmitas corporis accidisset, non me inquietauit ve
stra absentia, sed securus de vobis ægrotationis meæ
Marc.2.c. & Lucæ.5.f. expectaui medelã. Non enim opus habent sani medi-
co,sed qui malè habent. Nam etsi tardaui parumper à
vobis,non hoc ad detrimentum vestri,sed ad diuitias
puto proficere vestras: quæ enim per me, imò magis
H per gratiam dei correcta sunt,vestra corona est,vester
profectus est. Et ideo gaudeo & tripudio, & tanquam
volitare me credo,& gaudij huius magnitudinem ef-
fari non queo.Quid ergo faciam, quomodo indicabo
exultationem mentis meæ? In testimonium voco con
scientiam vestram, quoniam video ex aduentu meo
gaudio esse repletam: quod gaudium corona & laus
mea est.Si enim mea vnius viri præsentia, tantam ple
bem tali repleuit voluptate: quantum putatis mihi ex
Gene.49.d. visione vestra gaudium cumulatum?Et Iacob quidem
vnum filium videns Ioseph,gaudebat senex, & recrea
batur spiritu:ego autem non vnum Ioseph,sed omnes
Ibidem.3.a. vos similes illi video,& gaudeo, quia paradisum meũ
recepi illo paradiso meliorem: & ibi quidem serpens
erat insidians,hic autem Christus mysteria celebrans:
ibi Heua erat seducens,hic autem est coronans eccle-
sia:ibi Adam seducebatur,hic autem donationes variæ:
in paradiso arbores diuersæ, hic autem donationes variæ:
in paradiso arbores marcescentes, in ecclesia arbores
fructificantes:in illo paradiso vnumquodq; genus se-
mentis in suo perseuerat statu, in isto verò paradiso si
I inuenero labruscam,vitem vberem efficiam:si inuene
ro oleastrum,veram oliuam efficiam: talis etenim est
terræ istius natura: propter hæc gaudeo, prætermitto
satisfactionem:quomodo verò nos abduxit tanti tem
poris longitudo, suscipite satisfactionem meam cha-
rissimi. Si seruum alicubi dirigatis non reuertentem,
exigitis causas vbi moratus sit,vbi tantum expenderit
tempo cis:& ego seruus sum vestræ charitatis, emisti
enim me non pecuniam conficientes, sed charitatem
ostendentes. Gaudeo quippe tali seruitio mancipatus,
nec vnquã hoc famulatu opto me solui: etenim istud
seruitium mihi libertate elegantius,istud seruitium in
illud tribunal beatum collocauit mihi sedem, ist
seruitium non est necessitatis,sed voluntatis. Quis enim
non libentissimè seruiat dilectioni vestrę tam elegan-
tissimis amatoribus,quòd etsi lapideam haberem ani-
mam,cæra fecisset is molliorem:quid dicam desiderio
vestro,& fauori, quem hesterna ostendistis die, quo-
modo voces vestræ cum gaudio cœlum penetrarunt?
ipsum sanctificantes aërem, ciuitatem fecistis eccle-
siam: honorabar ego, & deus glorificabatur: hæretici
confundebantur,ecclesia verò coronabatur:quia ma-
gna lætitia est matri,cùm exultant filij.Et grande gau-
dium pastori,cum exultant agni gregis. Veni ad gau- K
dia virtutum vestrarũ,audiui quia cum hæreticis col-
luctati estis,& quia iniquè egerunt in baptismo, redar
guistis: nunquid incassum dicebam, quoniam casta
vxor absente viro repellit adulteros, absente pastore
abigit lupos, sine gubernatore nautæ saluauerunt na-
uem, sine duce milites victoriam reportauerunt, sine
doctore discipuli profecerunt, sine patre filij robora-
ti sunt:imò magis non sine patre, vester enim profec-
tus meum gaudium, vestra glorificatio mea corona
est.Sed desiderabamus,inquitis,necũ facere Pascha.Sa
tisfacio dilectioni vestræ, quippe cum iam iracundiã
Lucæ.15.e. vestro dissolueritis aspectu:nã si pater prodigum susci
piens filiũ statim reconciliauit,neq; pœnas exegit ab eo,
sed illico amplexus est: multò magis filij patrem susci
pientes.Sed tamen & ad hoc respondeo,Pascha mecũ
in votis facere habebatis, nemo prohibet hodie vos
mecũ facere Pascha,sed forsitan dicetis:Nunquid duo
Pascha facturi sumus:Non,sed vnum,& ipsum multi-
pliciter.Sicut enim semper Sol exoritur, & non dici-
mus multos Soles,sed est Sol quotidie oriens:sic & Pa
scha semper cõsummatur, & cum semper celebretur, L
vnũ est solennitatis nostræ.Iudęorũ similes nõ sumus,
non seruimus loco, nec subditi sumus necessitati tem
poris dominica voce firmati.Quotiescunque, inquit, 1.Cor.11.f.
manducaueritis panẽ istum,& hunc biberitis calicem,
mortem domini annunciabitis. Annunciamus nanq;
hodie mortem Christi,sed tunc quidẽ festiuitas, & ho
die festiuitas.Vbi enim charitas gaudet,ibi est festiui-
tas:& vbi recepi lætantes filios,maximã celebro festi-
uitatẽ. Etenim & illa festiuitas charitas est. Sic enim,
inquit Apostolus,deus dilexit mundum, vt filium suũ Ioan.3.b.
vnigenitum daret pro eo.Sed multi inquiũt,te absen-
te baptizati sunt. Et quid hoc? nihil minus habet gra-
tia, non claudicat donum dei, præsente me baptizati
non sunt,sed præsente Christo sunt baptizati.Nũquid
homo est qui baptizat? Homo dexteram porrigit, sed
deus manũ gubernat. Noli de gratia dubitare charissi
me,quia de nũ dei est.Attende diligẽter quę dicũtur,si
forte à te aliqua causa sacra explicãda est,cùm obtule-
ris preces, & subscriptã acceperis sacram, nõ requiri
quali calamo subscripserit rex,neq; in quali charta,ne-
que quali, quóve attramento, sed vnum solummodo M
quæris, si rex subscripserit: sic & in baptismo, charta,
conscientia est:calamus,lingua sacerdotis:manus,gra
tia est spiritus sancti.Siue ergo per me, siue per illum,
qui officio fungitur sacerdotis,ipsa manus scribit,nos
ministri sumus, non authores. Et Paulus minister est: 1.Cor.4.a.
Sic enim,inquit,æstimet nos homo, tanquã ministros
Christi,& dispensatores mysteriorũ dei.Quid enim ha
bes,quod nõ accepisti? Si quid habeo,accepi:si autẽ ac- Ibidem.b.
cepi,non meũ,sed eius quĩ dedit donum est.Noli ergo
dubitare charissime,gratia enim dei perfecta est,locus
non prohibet,siue hic baptizeris,siue in naui,siue in iti
nere. Philippus baptizauit in via, Paulus in vinculis, Acto.8.g.
Christus in cruce latronem ex vulnere, & statim para Ibidẽ.16.f.
disi meruit ianuam referare. Propter hæc gaudeo & Lucæ.23.f.
exulto,& orationes vestras exigo,cum quibus ad Asiã
perrexi, cum quibus reuersus sum, cum quibus pelagũ
transfretaui, & adiutus vestris orationibus fœliciter
nauigaui: nec enim in naui citra vos ingressus sum,
nec exiui citra vos,non in ciuitate citra vos,aut in ec
clesia sine vobis,sed auulsus quidem eram in corpore,
connexus autem charitate: Videbam nanq; ecclesiam
vestram, & in pelago & in exultatione gaudebam.

Tale enim

A Tale enim quid significat charitas, quæ nescit angu-
stari:intrabam in ecclesiam,adstabam altari,orationes
offerebam,& dicebam: Domine,conserua ecclesiam,
quam mihi tradidisti.Ego quidẽ corpore absens sum,
sed tua misericordia præsens est, quæ me illuc perdu-
xit,& plusquam merebar,concessit.Et quia amplifica-
uit,multitudo testatur præsentium. Florere video vi-
neam, & nusquam spinæ, neque fentum vlla vestigia:
exultant oues,& nusquam lupus.Quòd si etiam alicu-
bi repertus fuerit,demutatur, & fit ouis. Tanta enim
vestra est fides & charitas,vt æmulatione vestra cete-
ros prouocetis. Ipse dominus vos conseruauit,& ipse
me reduxit, & in infirmitate positus orationum ve-
strarum sensi auxilium, quas mihi quotidie in suffra-
gium postulo. Peregrinatio mea coronauit ciuitatem
vestram. Et quia diligebatis ex initio, nunc omnibus
manifestum est.Sic enim me absentem,tanquam pre-
sentem habuistis. Nam in Asia cum essem ad corrigẽ-
B das ecclesias,hinc illò venientes nunciabant nobis di
centes:Inflammasti ciuitatem. Et certè charitas tem-
pore solet marcescere, vestra autem dilectio quotidie
augmẽtabatur.Et quem ita absentem diligebatis,præ-
sentem credo quòd melius ametis. Iste meus thesau-
rus,hæ sunt meæ diuitiæ. Et ideo vestras orationes re
quiro.Orationes vestræ murus mihi,& munimẽ sunt.
Noli dicere:Ego languidus sum,quomodo potero pro
Acto.12.a sacerdote orare? Audi scripturam dicentem: Oratio
autem fiebat cõtinua.Et ecclesiastica oratio soluit vin
cula Petri, & Pauli dilatauit prædicationis fiduciam.
Oratio caminum ignis extinxit, oratio concluſit ora
leonum,oratio seditionem compescuit,oratio paradi-
sum aperuit,oratio cœli cardines reserauit,oratio ste-
rilem fœcundauit, oratio Cornelij cœlos penetrauit,
oratio publicanum iustificauit.Tale à vobis munimen
requiro, talem gratiam postulo: & deus gloriæ susci-
piens orationes vestras, det mihi in apertionem oris
mei sermonem, quò possim creditum mihi populum
instruere ad salutem, per Christum dominum nostrũ,
cum quo est deo patri cum spiritu sancto honor,glo-
ria,& potestas in secula seculorum,Amen.

C

BEATI IOANNIS CHRYSOSTOMI,

Homilia.XIIII. quum Sartonius & Aurelianus acti essent in exilium,& Gainas egressus esset à ciuitate. & de Auaritia.Desid.Erasmo Rot.interprete.

MVlto tempore silui,& post longum temporis
spacium ad charitatẽ vestram reuersus sum.
Quanquam id non accidit vlla vel animi
discordia, vel corporis desidia,sed abfui, tumultus cõ-
ponens,fluctus sedans,tempestatem corrigens:eósque
qui iam demergi cœperant,ad portum & in tranquil-
lum porrecta manu reducere studens.Sum enim com
munis omnium pater, eóque necesse est curam agere,
non tantùm eorum qui stant, sed eorum quoque qui
collapsi sunt:non illorum tantùm qui secundis naui-
gant ventis, sed & illorum qui tempestate iactantur:
non eorum modò qui in tuto sunt, verùm etiam illo-
rum,qui periclitantur.Harum sanè rerum gratia reli-
qui vos ad temporis spacium,obambulans,exhortans,
obtestans,supplicans,& à domino ea calamitas dissol-
uere.Postquàm autem inamœnis illis ac tristibus
finis est impositus,denuò me ad vos recepi,ad vos qui
in tuto estis, qui multa cum tranquillitate nauigatis.
Ad illos profectus eram,vt tempestatem sedarem: ad
vos reuersus sum,ne qua tempestas exoriatur.Ad illos D
discesseram,vt eos à molestiis liberarem,ad vos redij
ne in similes molestias incidatis. Quemadmodum e-
nim oportet habere curam non eorũ modò qui stant
erecti,sed illorum quoque qui lapsi sunt:ita rursùs non
lapsi tantum nobis debent esse curæ,sed & stantes:illi
quidem vt erigantur,hi verò ne cadant: illi vt ab vr-
gentibus malis liberentur, hi ne incurrãt in molestias
imminentes. Nihil enim est in rebus humanis stabile,
nihil inconcussum, sed hominum vita imitatur mare
væsaniens, quotidie parturiens naufragia, naufragia
inquam tum noua, tũ periculosa. Omnia tumultuum
ac turbarum plena sunt,omnia scopuli &precipitia,o-
mnia rupes sub aquis latẽtes,& sinuosę cautes. Omnia
terrores, discrimina, suspiciones, tremores,& angos-
res. Nemo cuiquam fidit,à suo quisque proximo me-
tuit,tempus fortassis illud in propinquo est,quod pro-
pheta depinxit his verbis: Ne fiduciam habeatis in a- Micheę.7.a
micis,& in principib⁹ nolite spem ponere, à suo quis-
que proximo cauete, à coniuge tua caue, ne quid illi
credas.Quid ita tãdem? Quia tempus malum est,quia E
omnis frater insidiatur calcaneo vt supplantet, & o-
mnis amicus dolosè incedit. Non est amicus tutus,nõ
frater firmus.Sublatum est charitatis bonũ,ciuile bel-
lum habet omnes, ac ne id quidem apertũ, sed obum-
bratum.Innumerabiles vbique personæ simulatęq; fa-
cies. Multa ouium vellera, innumeri vbique lupi sub
his occultati,vt iam inter hostes aliquis tutius vixerit,
quàm inter hos qui videntur amici. Qui heri adula-
bantur,qui blandiebantur,qui manus exosculabantur:
hodie repentè comperti sunt esse lupi,abiectisque per-
sonis facti sunt omnibus accusatorib⁹ acerbiores. Pro
quibus hesterno die gratias agebant, pro his nunc in-
cusant & calumniantur.Quæ est igitur horũ omnium
causa? Pecuniarum amor, væsana diuitiarum cupidi-
tas, morbus insanabilis, fornax quæ nunquam extin-
guitur, tyrannis quaqua versum per totum orbem ter
rarum diffusa.Hanc ob causam,& nos quę prius dice-
bamus,nũc denuò dicimus,nec dicere desinemus.Ta-
metsi heri complures incusabant nos talia loquentes:
Itáne nunquam desines aduersus diuites armatam ha
bere linguam?Non desines cum his assiduè belligera- F
ri?Num ego cum illis bellum gero? Num aduersus il-
los armor?An potius pro illis cuncta tum dico,tùm fa
cio?Imò ipsi aduersus seipsos gladios acuunt. An non
id declarauit ipsa rerum experientia?Quo,inquies,pa-
cto? ego quidem increpans & assiduè obiurgans quæ-
rebam illorum cõmodum: sed illi verius sunt hostes,
qui nobis hæc loquentibus culpam impingunt.vidistis
euentus rerũ cum oratione nostra congruere.An non
semper dixi,fugitiuas esse diuitias,ab hoc ad illũ tran-
seuntes? Atque vtinam transissent solum, non etiam
occidissent:vtinam discessissent tantùm,ac non è me-
dio quoque sustulissent. Nunc autẽ prętер quàm quòd
desecunt suam protectionem,etiam gladio tradunt,&
in barathrũ pertrahunt,eò quòd sunt periculosæ pro-
ditrices,cumque his potissimum bellum gerunt à qui-
bus amantur.Ingratæ sunt,fugitiuæ,homicidę,crude-
les & implacabiles, bestiæ incicurabiles, præcipitium
vndiquaque præruptum, scopulis assiduis & fluc-
tibus,mare innumeris ventis agitatum. Tyranni a-
cerbè imperantes, domine quouis barbaro sæuiores,
inimicæ irreconciliabiles, hostes implacabiles, quæq;
nunquam erga eos à quibus possidentur,remittunt si-
multatem. At non huiusmodi paupertas, sed his quæ Paupertas.

dicta sunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

G dicta sunt contraria. Ea siquidem est tutum asylum, portus tranquillus, perpetua securitas, delitiæ periculorum expertes, voluptas syncera, vita turbationum nescia, vita fluctuum ignara, copia inexpugnabilis, philosophiæ parens: frenum intemperantiæ, supplicij sublatio, radix modestiæ. Quamobrem igitur rogo, hanc fugientes illas persequemini? illas hostes, illas homicidas, illas quauis bestia sæuiores? Talis est enim pecuniarum amor, talis væsanum auri studium. Quur hostem tibi domesticum & perpetuum conuictorem tibi facis? Quur bestiam iritas, quam delinire oportuit? Et quo pacto, inquis, fiet mansueta? Si vel nunc mea verba toleretis, dum delicta feruent, dum calamitas viget, dum omnes in tumultu sunt ac mœrore. Ergo quî fieri possit, vt bestia non sit bestia? Equidem possum illam immutare si vos velitis. Nam ea sermonum vis est. Quo pacto igitur à feritate sua mutabitur? Si didicerimus quomodo fiat sæua, more leonum, more pardorum, more vrsorum, qui dum includûtur coërcentúrque in tenebris, erigunt animos, acuúntque iras. Itidem & diuitiæ, dum includuntur & defodiûtur, acrius H rugiunt quàm leones, perturbántque omnia. Quòd si eas è tenebris eduxeris, & in egenorum ventres dissemines, ex feris bestiis fiunt oues: quæ fuerant insidiosæ duces, pro scopulis fiunt portus pro naufragio tranquillitas. Quandoquidem hoc & in nauigiis videre licet, si quando onus est iusto grauius, demergit cymbã. Rursum quum est moderatum, prospero fertur cursu.

Ex Plutarcho. Idem vsu venit in nostris ædibus. Quum vltra quàm vsus postulat congeris pecunias, exigui venti procella & quiuis rerum inexpectatarum incursus, demergit cymbam. At si tantùm reponas, quantùm postulat necessitas, etiam si vehemens turbo ingruat, facilè percurris vndas. Noli igitur plus cõcupiscere, quàm exigit necessitas, ne totũ amittas. Noli quæ superãt vsum congregare, ne perdas etiam necessaria. Noli præfinitos terminos prætergredi, ne facultatibus vniuersis exuaris: sed quod superest reseca, vt necessariis ditescas. An non vides quòd agricolæ vitẽ putant, ne vim omnem in pampinis & palmitibus, sed in radice proferat? Idem & tu facito. Amputa folia, omnéque studium huc intende, vt quamplurimũ fructus ferat. Quod I si facere récuses rebus prosperis, expectes aduersas. In tranquillitate tempestatem expecta, in sanitate morbũ expecta, in diuitiis paupertatem ac mendicitatem expecta. Eccli.18.d Memento, inquit scriptura, tempus famis, in tẽpore abundantiæ: mendicitatem & egestatem, in diebus opulentiæ. Ad hunc modum si fueris affectus, tum & diuitias multa cum sobrietate administrabis: & egestatem si incidat, fortissimè perferes. Malum enim inexpectatum, perturbat animum si incidat. Quod autẽ expectabatur, si accidat, non multum adfert perturbationis. Ita duo commoda lucrifeceris, alterum ne prosperitas te reddat ebrium & insolentem, alterum ne commouearis ac perturberis rebus in diuersum commutatis: maximè si semper expectatione tractorum pendebis, sufficerit pro experientia expectatio. Tale est quod dico: diues es, expecta quotidie paupertatem. Quare, & quamobrem? Quoniam ista expectatio tibi maximam adferre poterit vtilitatem. Etenim qui in diuitiis expectat paupertatem, non indulget deliciis, non extollitur, non diffluit, non concupiscit aliena. Nam expectationis metus qui illi adest, pædagogi cuiusdam vice, cohibet eius mentem, nec patitur malauaritiæ germina subnasci, dum ea metu contrarK rum, veluti falce quadam prohibet crescere, amputátque. Hoc igitur vnum est è maximis bonis quæ lucrifacies. Alterum autem non est isto minus, videlicet, vt si accesserit paupertas, non expauescas. Assumatur igitur rerum tristium expectatio, ne quando veniat ipsa tristium experientia: ob hoc enim venit experientia, quòd non adsit expectatio. Quòd si illa correxisset hominem, hac non erat opus admodum. Huius rei testis Ionæ.3.c est Ionas Niniuitis prædicens interitum. Siquidem illi dum expectant, quod propheta prædixerat, eis inminere calamitatem insanabilem, expectatione malorum venturorum fregerunt iram numinis. Rursus Iudæi, non credentes prophetę prædicenti Hierosoly- Hier.52.b marum excidium, acerba perpessi sunt. Sapiens enim metuens declinauit malum, insipiẽs fiducia sua inuoluitur. Qui expectat paupertatem dum versatur in diuitiis, haud facilè fiet pauper. Nam quod ab expectatione lucrari noluisti, id ab ipsa experiẽtia pulchrè discs. Proinde quum in diuitiis es, expecta paupertatem: quum in affluentia, expecta famem: quum in gloria, expecta ignominiam: quum in sanitate viuis, expecta morbum. Assiduè perpende rerum humanarum naturam, quę nihilomelius habet quàm amnium defluxus, & fumo in aërem euanescente fugacior est, & vmbra prætercurrente inanior. In his si philosophatus fueris, nec suauia te poterunt inflare, nec molesta deiicere: si præsentibus bonis, non admodum hæreas, neq; absentibus discruciaberis, consuefacias animum ad diuersorum expectationem. Sæpe quidẽ fiet, vt diuersa non accidant. Sed si acciderint, non vehementer te commouebunt. Atque vt intelligatis me hæc non ex coniectura loqui, volo vobis narrare veterem quandam historiam. Fuit vir quidam admirabilis & magnus, & vbiq; per orbem terrarum celebratus, Beatus ille Iob, Iob. ille pietatis athleta, ille totius mundi victor & coronifer, qui per omnia certaminum genera transiuit, qui innumera trophæa erexit deuicto diabolo. Hic erat diues & pauper, gloriosus & contemptibilis, multorũ liberorum pater, & orbus. Hic versatus est in aulis regalibus, sed idem fuit in sterquilinio. Hic fuit in splendida veste, sed post illam in morsu tinearum. Hic possedit innumera ministeria, sed idem sustinuit innume- M rabiles contumelias, & familiaribus in ipsum insurgẽtibus, ab amicis conuiciantibus, ab vxore insultante. Omnia illi prius velut è fonte affluebant, pecuniarum copia, potentiæ magnitudo, gloriæ accessio, pax & securitas, honores & obsequium, corporis sanitas & filiorum opulẽtia, nec erat in his quicquam molestum. Aderant illi diuitiæ cum securitate, prosperitas stabilis. Atque optimo quidem iure. Deus enim illum vndique vallauerat. Sed post, illa omnia recesserũt, móxque innumeræ tempestates irruerunt in domum illius, omnes inquam, ac sibi vicissim succedentes, ac perpetuæ, denique supra modum, supráque fidem omnes. Siquidem vniuersæ facultates illi simul ereptæ sunt, famuli liberique præmatura violentáque mortẽ oppressi sunt, ad mensam & ipso in conuiuio mactati, non quidem securi aut gladio, sed à malo spiritu, qui domum concussit. Tum vxor in illum armabatur, suásque machinas admouit iusto. Famuli porrò & amici, partim expuerunt in faciem eius, quemadmodum ait ipse, Non pepercerunt faciem meam conspuere: par- Iob.30.b tim irruerunt in eum, & ex tota domo eiectus est, ac deinceps in sterquilinio vitam egit, ac vermium fontes scatebant, vndique sanguine & sanie diffluebat ille

G preciosus

A preciosus adagnas. Et accepta testa, absterſit saniem, ip
se sibi factus carnifex. dolor dolorẽ excipiebat, & cru-
Iob.7.a ciatus intolerabiles, & nox die molestior, & dies nocte
terribilior, sicut ipse dicit: Quum obdormiero dico,
quando erit dies? Quum surgo, rursum dico, quando
erit vespera? Plenus dolorum sum à vespera vsque ad
diluculum. Omnia præcipitia, omnia scopuli, nec est
vllus qui consoletur, qui insultent innumeri. Attamen
in tanta tempestate, tantísque fluctibus adeò intolerã-
dis, constitit aduersus omnia generoso animo & illa-
befactabilis. In causa fuit, id quod dicebam: nimirum
quòd quum diues esset, expectabat egestatem: quum
sanus esset, expectabat ægrotationem: quum tot libe-
rorum esset pater, expectabat vt subitò fieret orbus.
Atque hunc timorem semper apud se susceptt, & hanc
anxietatem semper apud se aluit, intelligẽs rerum hu-
manarum naturam, momentariámque volubilitatem
Iob.3.d negotiorum considerans. Eóque dixit: Timor quem
timebam, euenit mihi: & periculum quod metuebam,
occurrit mihi. Semper enim cogitatione spectabat ad
B Ibidem. illum timorem, opperiens eum, sperans expectánsque.
Eóque quum aduenisset, non perturbauit illum. Neque
silui, inquit, neque quieui, sed mihi venit ira. Non di-
xit, non silebo, neque quiescam, præsenti tempore: sed,
non quieui, præterito tempore. Neque enim rerũ pro-
speritas attulit arrogantiam, sed expectatio tristium
non sinebat me quiescere. Quanquam affluentia vehe
menter hortabatur ad delicias, sed asperitas eorũ quæ
expectabantur, profligabat securitatem. Et licèt præ-
sens fœlicitas cogeret frui rebus, tamen futurorum so
licitudo voluptatẽ interrupit. Ideóque quoniam præ-
meditatus in animo suo hãc ventura prospexerat re-
bus lætis, hæc certamina posteaquàm acciderunt for-
titer & animosè pertulit, vtpote iam olim ad illa exer-
citatus: & quoniam ea expectatione præceperat nõ est
perturbatus, quum cerneret illa adesse, quoniã ne tum
Ibidem.31.c quidem quum adessent læta, vehementer illis adhæsit.
Audi quid dicat: Quòd si delectatus sum quum mihi
multæ affluerent diuitię, si reposui copiosam auri vim
mihi, si fiduciam habui in lapidibus preciosis, si ad in
numerabilia posui manum meam. Quid ais homo? nõ
C Ibidem. delectatus es diuitiis affluentibus tibi? Nequaquam,
inquit. Quid ita? Quoniam videbam illarum instabi-
litatem fluxámque naturam, videbam possessionẽ haud
durabilem. Aut non video quidem, inquit, Solem ori-
entem ac deficientem, lunam verò intereuntem? non
enim in eodem manet statu. Quod autẽ dicit tale est:
Si stellæ quę sunt in cœlis perpetuque lucent, recipiũt
nonnullam mutationem, Sol deficiens, luna interiens,
an non extremæ dementiæ sit, terrena pro stabilibus
fixísque ducere? Eoq; nec præsentibus magnopere de-
lectabar, nec discedentibus vehementer contristatus
sum: quoniam probè noueram earum rerum naturam.
Hæc nos audientes charissimi, neque paupertate deii-
ciamur, neque diuitiis intumescamus, sed in rerũ per-
mutatione animum immutabilem retinentes philo-
sophiæ fructum metamus, vt & hic voluptate perfruamur, & futura assequamur bona. Quæ contingat nobis omnibus adipisci gratia & bonitate domini nostri Iesu Christi, cui cum patre gloria simul cum sancto spiritu nunc & in secula seculorum, Amen.

DE RECIPIENDO SEVERIANO: D

Homilia. XV. Incerto interprete.

Sicuti capiti corpus cohærere necessariũ est, ita ecclesiam sacerdoti, & principi populum: vtq; virgulta radicibus, & fontibus fluuij: ita & filij patri, & magistro discipuli. Hæc autem non superfluò ad charitatem vestram præfati sumus, sed quoniam dicenda mihi sunt quædam apud vos, vt nemo turbetur, neque sermoni nostro aliqua oriatur interruptio: sed vt obedientia discipulorum crescat in vobis, & quantum affectum patri deferatis, appareat. Adornate me filij, & imponite mihi obediẽtiæ vestræ coronam, facite me apud omnes beatum iũ dicari, & doctrinam meam magnificate per obedientiam vestram, secundum Apostoli monita dicentis: Obedite præpositis vestris, & obtemperate eis: quia ipsi Hebr.13.c peruigilant pro vobis, quasi pro animabus vestris rationem redditurí. Hæc ergo præmoneo, ne quis superbiat in commonitionem nostram. Pater enim sum, & E necesse est me filiis consilium suadere: quod enim in carnalibus patribus natura carnis, hoc in nobis gratia spiritus agit. Pater sum, & pater nimis super filios tremens, ita vt sanguinem meum pro vobis fundere paratus sim. Et in hoc non est mihi gratia. Apostolica enim lex est, & domini præceptum dicentis: Pastor bo- Ioan.10.b nus animam suam ponit pro ouibus suis. Sed & vos eadem facite pro nobis: simili namque erga nos deuincti estis affectu. Nam & Paulum audite quid dicit, Sa- Roma.16.a lutate, inquit, Priscillam & Aquilam adiutores meos in Christo, qui pro anima mea suas ceruices posuerũt. Sicut enim pulchrum est pastorem pro ouibus immolari: ita rursum pulchrũ est, & oues à pastore nec morte seiungi. Cùm enim inseparabiles fuerint ab eo, lupum diabolum non timebunt. Murus enim charitatis firmior est adamante. Et frater cùm adiuuatur à fra- Prou.18.c tre, erit sicut ciuitas munita & firma. Hæc autem prę-
mitto, vt cum omni affectu, quæ dicimus, audiatis, neque aliquis vestrũ incipiat perturbari. Loquimur rem quam dignum est in ecclesia loqui, & quam dignum est libenter audiri. Pro pace loquimur ad vos. Et quid ita conueniens, quàm sacerdotem dei pacem populo persuadere? Contradictio nulla est, vbi & legatio sancta, & legatus acceptus est. F Pro pace loquimur, pro qua filius dei descendit ad terras, vt pacificaret per sanguinem, non solùm quæ in terra sunt, sed & quæ in cœlis, & terrena cœlestibus sociaret. Pro pace loquimur, pro qua filius dei passus est, propter quam crucifixus est, & sepultus: quam nobis pro omni hærediatis censu reliquit, & velut murum ecclesiæ dedit, quam scutum aduersum diabolum posuit, quam gladium aduersum dæmones dedit, quam portum tranquillissimum fidelibus collocauit, quam repropitiationem ad deum dedit, quam delictorum absolutionem concessit: pro hac ergo legatu ad vos missus sum. Nolite mihi incutere pudorem, nolite legationem meam fœdare, acquiescite mihi, quæso vos. Multa dudum tristia gesta sunt in ecclesia, deum cõfiteor, sed non laudo perturbationes, seditiones non amplector. Sed omittamus iam hæc, desinite, conquiescite, cohibete animos, refrenate iracundiam: sufficit iam quòd laborauit ecclesia, finis sit, desinat turbatio: hoc enim & deo placitum, & piissimo principi acceptum est. Oportet enim & regibus obedire, maximè cùm & ipti obtemperent ecclesiasticis legibus. Dicit enim Apostolus: Principibus & potesta- Ad Titũ.3.a
tibus subditi

Universidad de Deusto
Biblioteca

G tibus subditi estote:quantò magis religioso principi,& pro ecclesia laboranti? Si ergo præparaui animos vestros ad suscipiendam legationem meam,recipite fratrem nostrum Seuerianum episcopum. Habeo gratiam quòd sermonem meum laudibus prosecuti estis. Dedistis mihi fructus obedientiæ:nunc me semen bonum gratulor seminasse. Ecce enim statim frumenti manipulos colligam. Retribuat vobis dominus præmium benignitatis, & obedientiæ mercedem. Nunc enim veram hostiam pacis obtulistis deo, quia nemo turbatus est audito hoc nomine,sed cum charitate suscipitis simul: vt sermone locuti sumus,omnem ex animo fugastis iracundiam. Suscipite ergo eum pleno pectore,apertis manibus. Si quid triste gestum est, omittite:quia vbi tempus pacis,recordatio dissensionis nulla est,vt sit gaudium in cœlo,gaudium in terra,lætitia & exultatio spiritalis in ecclesia dei. Et oremus de reliquo, vt pacificam deus custodire dignetur ecclesiam,pacem fixam,& perpetuam dare,in Christo Iesu domino nostro, cum quo est gloria deo patri, vnà cum spiritu sancto.in secula seculorum,Amen.

H

SERMO. XVI. IPSIVS SEVERIANI DE PACE, CVM SVSCEPTVS ESSET Á BEATO IOANNE EPISCOPO CONSTANTINOPOLITANO.INCERTO INTERPRETE.

IN aduentu domini & saluatoris nostri,atque in præsentia eus corporali, angeli ducentes choros cœlestes euangelizabant pastoribus, Luc.2.b dicētes: Annunciamus vobis hodie gaudiū magnum, quod erit omni populo. Ab ipsis enim sanctis angelis, etiam mutuatam nos vocem,annunciamus vobis hodie gaudiū magnum. Hodie enim in pace ecclesia est, & hæretici in ira. Hodie ecclesiæ nauis in portu est,& hæreticorum furor iactatur in fluctibus.Hodie pastores ecclesiæ in securitate, & hæretici in perturbatione sunt.Hodie oues domini in tuto,& lupi insaniunt.Hodie vinea domini in abundantia, & operarij iniquitatis in egentia. Hodie populus Christi exaltatus est, & inimici veritatis humiliati sunt.Hodie Christus in lętitia,& diabolus in luctu.Hodie angeli in exultatione, & dæmones in confusione. Et quid opus est multa dicere?Hodie Christus qui est rex pacis cū sua pace procedens, fugauit omne dissidium, dissensiones depulit, discordiam perturbauit. Et sicut cœlum splendor Solis,ita ecclesiam fulgor pacis illuminat. O quàm desiderabile nomen pacis,quàm religionis Christianæ stabile fundamentum,& altaris dominici cœlestis armatura. Et quid possumus de pace proloqui? Pax nomen Ephes.2.c est ipsius Christi,sicut dicit & Apostolus: Quia Christus pax nostra,qui fecit vtraque vnum,quæ neque fide,sed inuidia diaboli dissidebant.Verum sicut procedente rege,& plateę mundantur,& tota ciuitas diuersis floribus& ornatibus coronatur,vt nihil sit quod minus dignum vultui regis appareat: ita & nunc procedente Christo rege pacis,omne quod triste est,auferatur è medio, & illucescente veritate fugetur mendacium:fugiat discordia,resplendente concordia. Et sicut frequenter fieri vidimus, vbi regum vel fratrum tabulæ pinguntur,vt in vtrosque vnanimitatis declarentur insignia,artifex pictor, fœmineo habitu post tergum vtriusque concordiam statuit, brachiisque suis vtrunque complectens, indicet quòd hi qui videntur corporibus separati,sententiis & voluntate conueniāt: ita nunc pax domini media assistens,& vtrunque nostrum gremio palpante connectens, discreta corpora in vnum conuenire animum,vlnis iungentibus docet. K In qua sine dubio cōpletur sermo propheticus, qui ait: Et erit consilium pacificum inter vtrosque. Et hesterno quidem pater noster communis, euāgelico pacem sermone præfatus est: hodie verò nos verba pacis exponamus.Ipse nos hesterno resupinis manibus in verbo pacis excepit, & nos hodie dilatato pectore, vlnisque patentibus ad dominum cum muneribus pacis occurramus. Iam bella destructa sunt,pulchritudo pacis obtinuit.Nunc in luctu est diabolus,& in lamentatione omnis dæmonum turma: nunc in cœlestibus lætitia,& in angelis exultatio, quibus specialis familiaris pax.Hoc enim etiam cœlestes admirantur virtutes opus,quas fons eius habet perennis,ex quo etiam terrena hæc nostra guttis quibusdam exinde stillantibus irrorātur.Et ideo etiamsi in terris pax,laudis eius splendor redundat in cœlum,laudant eam cœlestes angeli, & dicunt:Gloria in excelsis deo,& in terra pax homi- Luc.2.b nibus bonæ voluntatis. Vides quomodo cœlestes omnes,& terrestres in inuicem sibi munera pacis emittunt?Cœlestes angeli pacem terris annunciant, sancti in terris Christum qui est pax nostra,collaudāt in cœlestibus positum,& mysticis choris acclamant,osianna L in excelsis. Dicamus ergo & nos, Gloria in altissimis deo, qui humiliauit diabolum, & exaltauit Christum suum. Gloria in altissimis deo, qui discordiam fugat, & pacem statuit.Dico enim vobis artem diaboli,cuius neque vos astutiam ignoratis. Vidit satanas firmitatē fidei:stabilitatem in ea pietate dogmatum septam,vidit & operum bonorum fructibus abūdantem:& ideo pro his omnibus ad insaniā venit, & rabie furoris exarsit,vt scinderet amicitiam, & euelleret charitatem, vt irrumperet pacē:sed pax domini semper sit nobiscū, in Christo Iesu domino nostro, cum quo est deo patri & spiritui sancto gloria,in secula seculorum, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI EPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI HOMILIÆ. LXXX. AD POPULUM ANTIOCHENUM POTISSIMUM HABITÆ, BERNARDO BRIXIANO INTERPRETE.

I M

HOMILIA PRIMA ANTIOCHIAE HABITA, CÙM ADHUC PRESBYTER ESSET,IN ILLUD APOSTOLI: VINO MODICO UTERE PROPTER STOMACHUM, & FREQUENTES INFIRMITATES TUAS. 1.Timo.5.d

C

AVdistis apostolicam vocē tubam cœlestem? lyram spiritalem:Etenim tanquam tuba terribile canens,& bellicum, hostes quidem consternat, lapsos autem suorum sensus excitat, & multa implens fiducia mentem adhibentes, diabolo inexpugnabiles reddit.Et tēquam lyra rursum multa cum iucunditate delectans, absurdarum morbos cogitationum sopit, & multam cum voluptate nobis affert vtilitatem. Audistis igitur hodie de multis & necessariis rebus Timotheo differenti? Etenim de electionibus ad ipsum scripsit,dicēs: Manus citò nemini imposueris; neq; ibidem

A posueris, neque communicaueris peccatis alienis. Et intolerabile tālis prævaricationis periculum apposuit, demonstrans quòd malorum ab aliis perpetratorum supplicium alij cum illisipsis sustinebunt: quia propter potestatem electionis,pœnæ tradūtur. Mox rursus inquit: Vino modico vtere propter stomachum,& frequentes tuas infirmitates.Et de seruorum subiectione, & de auarorum insania, & de diuitum arrogantia, & de multis aliis nobis hodie disseruit. Postquàm igitur omnia percurrere non possumus, quid vultis è commemoratis proponēte charitati vestræ dicamus? Velut enim in prato multos & varios video lectionis flores,& amplum rosarium:multas verò violas,nec pauciora lilia, sed & varium vbique & copiosum spiritus fructum disseminatum,& multam odoris suauitatem. Immo verò non tantummodo pratum, verùm & paradisus est diuinarum lectio scripturarum: non enim fragrantiam solùm nudam habent eius flores, sed & fructum,qui animam nutrire possit.Quid igitur de dictis in medium vultis agamus hodie? Vultis quod omnium vilissimum esse videtur,& à quibusque intelli- B gi facillimum,hoc in præsenti tractemus? Mihi nempe placet,sed & vobis,hoc bene noui,pariter placebit. Quid verò tandem est aliis facilius? Quid autē aliud, quàm quod & cuilibet facile & dictu compendiosum esse videtur?Quale quidem istud,Modico vino vtere, inquit, propter stomachum, & crebras ægritudines tuas. Eia igitur omnem rationem in hanc impendamus dictionem. Hoc autem facimus non ambitionis gratia,neque in dicendo facultatis ostentationem exhibere studentes:non enim quæ dicuntur nostra sunt, sed quæ spiritus gratia indulserit: sed vt auditores & segniores excitemus,& quantus sit scripturarum thesaurus, & quòd neque liberum, neque tutum eas prætercurrere persuadeamus.Si enim tenuis hæc,& compendiosa dictio, & quæ nihil necessarium multis habere videtur,multarum causas diuitiarum,& disciplinæ profundissimæ occasiones nobis præbere visa fuerit: multò magis illa quæ & ex se domesticam ostentant copiam, infinitis thesauris animaduertentes impiebunt. Igitur nec illas quidem,quæ tenues esse putā- C tur,scripturarum sententias prætermittamus.Nam & ipsæ de spiritus gratia sunt. Spiritus autē gratia nunquam parua est & vilis,sed magna & mirabilis,& dantis munificētia digna.Ne igitur otiosè audiamus,quoniam & metallorum terram excoquentes, postquàm in caminum ipsam iniecerint:non tantùm auri massas tollunt, sed & paruas bracteolas multa cum sedulitate colligunt.Quoniam igitur & nos aurum Apostolicis haustum metallis excoquimus, nō in fornacem iacientes, sed in animæ nostræ cogitationes immittentes:non flammam accendētes, sed ignem spiritus excitantes, & paruas micas cum diligentia colligamus. Si etenim breue verbum,sed multa virtus. Quosdam & gemmæ nō in corporis tumore,sed naturæ pulchritudine precium habent:sic & scripturarum lectio. Peregrina verò doctrina multas iactans nugas,& multa detinens audiōres loquacitate,vacuis remittit manibus, nullum neque magnum, neque paruum lucratos emolumentum. Spiritus verò gratia non huiusmodi, sed in contrarium to, per modica verba omnibus aduersantibus disciplinam affert.Et multis sæpe verbum vnum sufficit hinc excerpsisse,vt totius vitæ initium habeant.Postquàm igitur tanta adest copia,nosipsos excitemus, & vigili mente quæ dicuntur, suscipiamus:ad magnam enim profunditatem sermonem D dimittere paro.Multis enim etiam superflua,& superabundans esse hæc admonitio quodammodo videtur, & talia dicunt verba:Non per seipsum poterat.Timotheus coniicere,qua re vti oporteret, verùm à præceptore discere expectat? Propterea præceptor non tantum imperauit, sed & literis inseruit, tanquam æreæ columnę,datæ ad ipsum epistolæ agglutinans: nec eru buit huiusmodi palàm scripturæ mandare ad discipulum scribens. Vt igitur discas,quòd non tantum non est inanis admonitio, sed necessaria & vtilissima fuit: & non Pauli est hoc, sed spiritus gratiæ: non tantùm dictum assero, sed & literis insertum esse, & omnibus posteris per hanc epistolam traditum esse, ad ipsam mox probationem veniemus. Cum dictis autem & aliud non minus quàm hoc, dubitant quidam intra se quærentes, qua de causa permisit deus virum tantam habentem potestatem, vt eius ossa & reliquiæ dæmones expellerent,in tantam ęgritudinem incidere?Non enim leuiter ægrotabat, sed continuè, sed alternis & iugibus infirmitatibus, nec minimum quidem ipsum respirare indulgentibus.Vnde hoc manifestum?ex ip- E sis Pauli verbis. Nō enim dixit propter ægritudinem, sed propter multas ægritudines.Neq; simpliciter propter infirmitates: sed ipsarum continuationem significans,dicebat:frequentes tuas infirmitates. Audiant qui modico traditi languori ęgrè ferunt & indignantur.Non solùm autē hoc est quod quæritur,quòd cùm esset sanctus ægrotabat,& sic continuè ægrotabat, sed etiam quòd communia mundi negotia ipsi erant credita.Si enim vnus esset illorum,qui in montium vertices secesserunt,& in solitudine cellulas compegerūt, & otiosam huiusmodi vitam elegerunt,non esset tam dubium quod quæritur. In medium verò prouectum, & tot ecclesiarum curas habentem creditas, & vrbes totas,& gentes, & totum terrarum orbem tanta cum sedulitate & studio administrantem, infirmitatis necessitati traditum esse,hoc est quod maximè non animaduertentem omnino in stuporem agere potest.Et si enim,inquit, non propter se, saltem propter alios ipsum valere oportebat.Imperator erat optimus:bellum ab eo gerebatur, non contra infideles tantum, sed & F contra dæmones, & contra ipsum diabolum. Multa cum vehementia hostes omnes imminebant, dissipātes exercitum,& in captiuitatem trahentes. Hic verò infinitos ad veritatem ducere poterat, & ægrotabat. Si enim,inquit, nullum propterea damnum ex imbecillitate rebus inferebatur, hoc solū fideles pigriores, & torpidiores reddere poterat.Nam si milites ducem suum lecto detentum cernentes,segniores fiunt, & ad pugnam tardiores: multò magis par erat, & fidelem præceptorem tot signa operatum intuentes, continuè ægrotantem,& corporis morbo laborantem,humanū quiddam esse perpessos.Nec verò hæc tantùm, sed & aliud quiddam dubitantes quærunt,qua de causa rursum neque seipsum,neque ipsius præceptor ita confectum curauit:sed mortuos quidem suscitabant,& dæmones expellebant,& mortem facilè vincebant, corpus verò ægrotum non instaurabant. Et qui in alienis corporibus etiam mortuis tantam exhibuere virtutē, stomachum lapsum non releuabāt:& quod maius est, non veretur, nec erubescit Paulus post tot, & talia signa,quæ vel nudo præstitit verbo,Timotheo scribere, vt ob aquę potu cōfugiat ad vini medelam.Non quòd vinum bibere turpe sit:Absit(hæc sunt enim hæretico-

rum præcepta)

Universidad de Deusto
Biblioteca

Grum præcepta)sed quòd dedecus esse non putaret,non posse absque illius auxilio vnum laborans membrum erigere.Verùm enimuero tantum abfuit, vt de hoc erubesceret, quod & omnibus posteris hoc fecit manifestum.Videtis in quantam sermonẽ egimus profunditatem : quomodo quod paruum esse videtur, innumeris quæstionibus scaturit ? Eia igitur & solutionem afferamus.Idcirco enim ad imum descendimus multum,vt mentem nostram excitãtes,in tuto sensus collocemus . Concedatis autem mihi,quæso, priusquàm his quæstionibus solutionem afferam , aliquid de Timothei virtute, & Pauli cura dicere . Quid enim illo fuit amantius, qui tanto absens interuallo , & tot circunuentus negotiis pro stomachi sanitate discipuli tãtam prouidentiam gerebat,& cum sedulitate de morbi correctione scribebat ? Timothei verò virtuti quid æquale ? Sic delicias aspernabatur,& lautam mensam deridebat:vt in morbum ex victus asperitate,& nimio caderet ieiunio.Quòd enim natura talis non esset:sed ieiunio & aquæ potu stomachi vim prostrasset, ipsum
H Paulum diligenter hoc manifestantem audite.Non enim simpliciter dixit , Vino modico vtere : sed cùm
1.Timo.5.d prius dixisset, Noli adhuc aquam bibere,tunc bibendi vini consilium attulit . Noli adhuc,verbum autem est significantis,quòd eousque aquam bibebat,& propterea imbecillis factus est.Quis non admiretur ipsius discipli nam & diligentiam:ipsos attigerat cœlos,virtutis cursum consummauerat.Et hæc ipsi præceptor at-
1.Cor.4.d testatur,sic dicens : Misi vobis Timotheum,qui est filius meus dilectus, & fidelis in domino.(Quando autem Paulus ipsum vocat filium, & filium dilectum & fidelem , hæc verba omnem ipsius virtutem demonstrare sufficiunt.Sanctorum enim iudicia non ad gratiam,neq; ad inimicitiam fiunt , sed ab omni sunt dubitatione libera.) Non fuisset tam beatus Timotheus, si Pauli filius à natura fuisset, quàm nunc est admirabilis : quoniam secundum carnem nihil ad ipsum attinens,per cognationem,quę est secundum religionem, in ipsius se adoptionem induxit, cum sedulitate disciplinę illius characteres in omnibus seruãs.Sicut enim
I vitulus tauro coniugatus, sic iugum cum illo trahebat vbique terrarum,& nihilo propter ætatem deficiebat, sed studium vt cum præceptoris laboribus contenderet,præstabat.Et horum testis rursus ipse Paulus,sic di
Ibidé.16.b cens: Nemo ipsum cõtemnat:opus enim domini operatur sicut & ego.Vidisti quàm incõmutatum studium ipsi attestatur ? Mox ne hæc ad gratiam dicere videatur,ipsos auditores filij virtutis testes facit,sic inquiẽs:
Phil.2.c Probationem autem ipsius nostis,quòd tanquam patri filius, sic mecum seruiuit in euangelio : experientiam vos cepistis virtutis ipsius,& probatæ animæ . Veruntamen cùm ad tantam officiorum altitudinem ascendisset,neque sic confidebat:sed in certamine erat,& in timore, ideóque cum instantia ieiunabat, neque illud passus est quod multi , qui decem tantum vel viginti menses ieiunio se tradentes, repetè omnia dissoluunt. Sed ille nihil tale passus est,neque tale quippiam intra seipsum dixit,Quid mihi deinceps opus est ieiunio?Victor euasi,cupiditates superaui,corpus meum mortificaui,dæmones terrui,diabolum depuli,mortuos resuscitaui,leprosos mundaui,contrariis potestatibus terribilis sum . Quid mihi amplius ieiunium,& vlterior cautela?Nihil tale dixit,aut cogitauit: sed quantò magis innumeris affluebat meritis tantò magis timebat & tremebat. Et hanc à præceptore disciplinam discebat:etenim ille in tertium raptus cœlum,& in paradi- K
sum delatus,& audiens ineffabilia verba,& mysteriorum factus talium particeps , cùm orbem totum percurrisset,tanquam alis quibusdã fultus,ad Corinthios
1.Cor.9.d scribens,dicebat : Vereor ne fortè cum aliis prædicauero,ipse reprobus sim.Si verò Paulus post talia,& tot
Galat.6.d officia timet,qui dicere potuit: Mihi mundus crucifixus est,& ego mundo: multò magis nos timere oportet,& tantò magis, quantò maiora fuerimus beneficia consecuti . Tunc enim diabolus sæuior efficitur, tunc magis efferatur, cùm viderit nos cum diligẽtia vitam nostram disponentes, cùm viderit virtutis onera cõposita, & magnos aceruos, tunc grauius inferre naufragium studet. Vilis enim & abiectus etiã si supplantatus fuerit, & ceciderit , non tantum communi vitæ cladis infert:in alta verò quadam tanquã virtutis specula, cum multa claritate constitutus, & qui omnibus manifestus & cognitus sit,& ab omnibus admirationi habeatur,quando tentatus ceciderit,magnam ruinam & iacturam facit.Non tantùm, quoniam ex alto ecidit,sed quoniam & aliis multis scandali materia est in L
ipsum respicientibus. Et sicut in corpore,alio quidem membro corrupto,non magnum est damnum: oculis verò læsis,vel capite contrito,totũ corpus inutile redditur:sic & in sanctis,& magna emeritis dicẽdum est. Quando illi extincti fuerint, cùm maculã quampiam admiserint , totũ & reliquum corpus intolerabile detrimentum patitur . Hæc igitur omnia nota habens Timotheus,vndique se muniebat. Sciebat quòd difficilis res est iuuenta,quòd iactabilis,fallibilis,labilis est, & vehementioris indiget freni:pyra enim quędam est exteriora apprehendens omnia, faciléque ac celeriter succendens.Idcirco ipsam vndique obstruebat,vt corrupta remaneret , & huius flammam omni modo extinguere studebat : & equum effrenem, & vix habenis parentem,multa cum vehementia angebat,donec ipsius lasciuias circunciderat,donec obedientem redderet , & traderet magna cum potestate rationis ipsum ducentis imperio.Infirmetur,inquit,corpus, & nõ infirmetur animus:refrenetur caro,& animæ ad cœlum cursus non impediatur. Ad hæc autem & illud maxime quisque in ipso mirari posset,quòd tantùm debilitatus,& tanta cum ægritudine luctans,dei negotia nõ M
negligebat,sed amplius quàm valentes,& corpore vigentes huiusmodi solo cum præceptore apparens , omnibus in certaminibus, & alternis periculis cum ipso cõmunicabat . Nec animi sapientiam redarguit corporis imbecillitas,tãtum valet in deum zelus,tam leues efficit alas . Sicut enim corpora habentibus pinguia & valida,nullum erit valetudinis emolumẽtum, si animus deiectus fuerit & segnis,& degener:sic & cõfectis nullum erit ex imbecillitate nocumentum, si animus generosus & expergefactus fuerit. Videtur autem quibusdam hæc admonitio & consilium, liberioris vini potus potestatem indulgere . Sed non ita est. Cæterùm si quis dictionem hanc diligenter exquirat, ieiunij magis est admonitio . Cogita enim quomodo non à principio,neque ab exordiis hoc consilium Paulus dederit,sed postquam vidit omnem virtutem deiectam tunc consuluit:neque hoc simpliciter,sed cum prædefinitione quadam:non enim simpliciter dixit,vino vtere:sed,vino modico,non quòd hac admonitione & consilio Timotheus egeret,sed quòd nos indigemus.Idcirco ad illum scribens,nobis bibendi vini mesuram & terminos statuit,tãtùm bibere iubens,quantùm valetudini

A tùm valetudinem adiuuet,quãtùm corpori sanitatem præbeat,& non alterum morbum: nõ pauciores enim, quàm continuatus aquæ potus,sed multò plures,& difficiliores animi & corporis morbos immodica vini parit potatio, passionum bellum, absurdarum cogitationum hyemem menti introducens,& corporis vim molliorem & solubiliorem efficiẽs.Non enim ita terræ natura vexata aquarum superabundantia continuè dissoluitur,vt corporis vis molleſcit,& diffluit,& exilis redditur vini potu continuo ingurgitata.Fugiamus igitur vtrinque intemperãtiam, & corporis valetudinem curemus,& ipsius lasciuias recidamus.Vinum e-
Psal.103.d nim à deo datum est,non vt inebriemur, sed vt sobrij simus:vt delectemur,non vt doleamus . Vinum enim lætificat,inquit Dauid,cor hominis: tu verò ipsum tristitiæ materiam facis.Etenim animo grauato sunt supra modum ebrij,tenebris multis mente diffusis. Medicina optima est, quando commensurationem habet optimam.Hic omnibus locus,& contra hæreticos vtilis est dei creaturam accusantes: si enim de vetitis esset, non permisisset Paulus, non vino vtendum dixisset.Non solùm autem contra hæreticos, sed & contra
B fratrum nostrorũ simpliciores , qui postquàm aliquos præ ebrietate se deturpantes viderint,illos vituperare omittentes,fructum à deo datum calumniantur,dicẽtes,Non sit vinum:ipsis itaque dicamus,Non sit ebrietas. Vinum enim dei,ebrietas autem diaboli opus est: non vinum ebrietatem facit, ne dei creaturam accuses,sed conserui insaniam argue . Tu verò peccantem punire & corrigere omittens benefactorẽ afficis contumelia ? Cùm igitur quosdam hæc dicentes audierimus, obmutescere faciamus . Non enim vsus,sed immodestia ebrietatem facit:ebrietatem,inquam,malorum omnium radicem.Vinum datum est,vt corporis imbecillitatem corroboret , non vt animi sanitatem exterminet.Noli igitur immoderatè dei munere vtẽs, stultis & impudentioribus hominibus occasiones prębere . Quid enim ebrietate miserabilius? Mortuus est animatus,ebrius,dæmon est voluntarius: morbus veniam non habens,ruina excusatione carens, commune generis nostri opprobrium.Non enim in conuentibus tantum inutilis ebrius , aut in priuatis & publicis
C negotiis , sed etiam solo est aspectu omnium grauissimus,fœtores exhalans teterrimos : eructationes,& oscitationes,& voces ebriorum insuaues atque molestę, eos qui spectant,& simul sunt,extremæ abominationis implent . Et quod malorum caput est , cœlum ebriis inuisum hic morbus efficit , nec æterna bona assequi permittit,sed post vitæ huius opprobrium, & illic tali morbo laborantes , pœna manet æterna . Hanc igitur improbam consuetudinem recidamus, & Paulum au-
1.Timo.5.d diamus dicentem:Vino modico vtere. Etenim ipsum modicum propter infirmitatẽ permisit,quòd nõ imbecillitas vexasset,neque modicum admittere discipulum coegisset.Necessarium enim est nobis traditos cibos & potus temporibus & necessitatibus semper metiri,& nullatenus necessitatem excedere,neque imprudenter & temerè quid facere oportet . Sed postquàm Pauli curam,& Timothei virtutem didicimus,eia deinceps ad ipsam quę est rei solutionem ducatur oratio. Quæ igitur sint,quæ quærũntur,iterum dicere necessarium est,vt solutio manifestior efficiatur.Qua de causa sanctum talem,tractantem negotia in morbum deus incidere permisit,& neque ipse,neque præceptor ægritudinem curare potuerunt,sed bibendi vini auxilio opus habuerunt? Et quæsita quidem hæc erant. O- D
portet autem ipsam inferre solutionem,vt nõ tantùm qui in morbum & ægritudinem talem, sed & quicunque in pauperiem inciderunt,& pestem,& vincula, & tormenta,tentationes,& calumnias, omnia præsentis vitæ incommoda , sancti & magni & admirabiles ex rebus hodie dicendis idoneam & manifestissimam in illis quoque defensionem contrà accusare volentes, inuenire possent.Multos etenim audiui talia quærentes : Quid tandem ille modestus & mansuetus homo ab alio quodam impio , & improbo per singulos dies trahitur, & innumeras patitur molestias,& deus permittit? Quare alter accusatus iniustè mortuus est? Ille submersus est,inquit,alius præcipitatus?Et multos possumus referre sanctos,& temporibus nostris & maiorum nostrorum,qui multas sustinuerunt tribulationes differentes,& varias.Vt igitur horum omnium rationem videamus,& neque ipsi tumultuemur , neq; alios scandalizatos negligamus , nunc diligenter dicendis intendamus . Variæ enim & omnimodæ sanctorum afflictionis causas numero octo charitati vestrę dicere possum. Idcirco omnes vos ipsos cũ diligentia colligite,scientes quòd nulla deinceps nobis venia & ex- E
cusatio dabitur , si de contingentibus scandalizemur: quippe qui,cùm sint multæ occasiones,tanquam nulla sit,ita tumultuabimur & perturbabimur.Itaque prima quidem est , quòd cùm facilè in arrogantiam propter meritorum magnitudinem & miraculorum tollantur,ipsos sinit affligi.Secunda,ne cæteri maiorem habeant de ipsis opinionem,quàm humana patitur natura,& ipsos deos,non autem homines esse arbitrentur. Tertia,vt & dei virtus appareat per ægrotantes,& cõpeditos exuperans,& prædicationem augens.Quarta, vt ipsorum illorum patientia manifesta fiat,non propter mercedem deo seruientium, sed & tantam exhibentiũ gratitudinem, vt & post tot mala syncera in ipsis beneuolentia ostendatur. Quinta,vt de resurrectione cogitemus : cùm enim virum iustum, & multa plenum virtute innumera passum mala,& sic hinc digressum videris,oportet ex hoc omnino aliquid de illo iudicio cogitare. Si enim homines pro se laborãtes sine præmiis & retributione migrare non permittit: multò magis eos,qui tantùm laborauerunt,nunquam incoronatos remanere deus decerneret . Si autem ip- F
sos laborum suorum retributione priuare non elegit, omnino necesse est quoddam aliud tempus esse post præsentium,finem, per quod præsentis vitæ laborum retributiones reciperẽt . Sexta,vt omnes in grauia incidentes, sufficiẽtem consolationem & mitigationem habeant,in eos respicientes, & malorum quæ ipsis accidẽre recordantes . Septima,ne quando exhortamur vos ad illorum virtutem , & cuique dicimus, imitare Paulum, imitare Petrum,propter gestorum excessum altiusius ipsos naturæ participes fuisse cogitantes , ad imitationem torpeatis. Octaua,vt quando beatos vel miseros censere oportet , discamus quos quidem beatos,quos autem miseros & ærumnosos putare debeamus . Igitur hæ quidem sunt causæ: sed oportet eas omnes ex scripturis confirmare, & diligenter demonstrare , quòd omnia dicta non humanarum rationum adinuentio,sed diuinarum scripturarum est sententia. Sic enim & oratio erit nobis fide dignior , & melius animis nostris insidebit. Quòd tribulatio quidem conferat hoc sanctis,vt moderentur, & humilientur, nec inflentur ex gestis & signis,& propter hoc ipsam euenire deus

Rationes octo, quarẽ deus permittat sanctos affligi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gnire deus permittat, prophetam Dauid & Paulum eadem dicentes, audiamus. Nempe Ille quidem dicit: Bonum mihi domine, quia humiliasti me: hic autem præfatus, Raptus sum in paradisum, subintulit dicens: & ne reuelationum magnitudo extollat me, datus est mi hi stimulus carnis, angelus satanæ. Quid hoc apertius? ne extollar, inquit, propter hoc permisit deus angelos satanæ colaphizare me. Angelos autem satanæ, non dæmones aliquos dicit, sed homines diabolo ministrantes, infideles, tyrannos, gentiles, qui continuè ipsum tribulabant, & semper insequebantur. Quod autem dicit, huiusmodi est: Poterat, inquit, deus continere persecutiones & tribulationes assiduas: sed quoniam in tertium raptus fui cœlum, & in paradisum delatus, ne harum magnitudine reuelationum extollar, & altum sapiam, permisit persecutiones has, & angelos satanæ per persecutiones & tribulationes me colaphizare, ne extollar: quoniam igitur sancti, & admirabiles Paulus & Petrus, & omnes quicunque tales, qualescunq; sunt, tamen homines sunt: & multæ cautionis, ne facilè extollantur, indigent, & maximè omnium sancti. nihil enim sic in arrogantiam extollere consueuit, vt officiorum conscientia, & anima cum libertate viuês. Ne quid igitur tale illi patiantur, tentationes & tribulationes esse cõcessit, quę possent ipsos corripere & persuadere, vt in omnibus moderatè agerent. Quòd autem ad demonstrandam dei virtutem hoc magnopere conferat, & hoc ab eodem Apostolo discę, qui prius hoc dixerat. Ne enim dicas, quòd infideles putãt, Deũ talia permittentem debilem esse, nec suos periculis eripere posse, quòd ipsos affligi continuè cõcedat. Hócque considera, quomodo per hæc demonstrauit Paulus, quòd non tantùm quæ fierent, ipsius imbecillitatem non arguerent, sed amplius potentiam omnibus ostentarent. Cùm enim dixissēt: Datus est mihi stimulus carnis, angelus satanæ qui me colaphizet: & continuas propterea tentationes demõstrasset, intulit: Propter quod ter dominum rogaui, vt à me discederet, & dixit mihi: sufficit tibi gratia mea: nam virtus mea in infirmitate perficitur. Tunc mea, inquit, potentia demonstratur, quando vos in imbecillitate estis, & per vos qui videmini esse debiles, prædicationis verbum augetur, & vbique dispergitur. Quando igitur in carcerem, innumeris susceptis verberibus deductus fuit, carceris custodem vinxit. In ligno erant pedes, in catenis manus, & carcer sub mediam noctem quatiebatur, ipsis deum laudãtibus. Cernis quomodo ipsius virtus in infirmitate perficiebatur? Si fuisset solutus Paulus, & illud habitaculum concussisset, non fuisset tam mirandum, quod fiebat: idcirco inquit, Remane vinctus, & commoueantur parietes vndique, & soluantur compediti, vt magis virtus mea euidens sit, dum per te constrictum, & colligatum omnes vincti soluuntur. Hoc ipsum igitur & carceris custodem nunc perstrinxit, quòd cùm tanta teneretur necessitate, pe oræ.onem solam potuit fundamenta quidem quassare, fores verò carceris aperire, & omnes vinctos soluere. Non hic autem solùm, sed etiam in Petro, & in ipso Paulo, & in aliis quoq e apostolis videre quispiam posset hoc iugiter euenire, & in persec tionibus dei gratiam efflorentem & apparentem in tribulationibus, & sic virtutem suam prædicantem. Idcirco dicebat, Sufficit tibi gratia mea: virtus enim mea in infirmitate perficitur. Quòd autem & humana natura maiora multi sæpius de ipsis susp icaturi erant, nisi talia patientes vidissent, audi quomodo timuit Paulus. Nam & ſ voluero, inquit, gloriari, non ero insipiens: parco autem, ne quis me existimet supra id quod videt in me, aut audit aliquid ex me. Quid autem est quod dicit? poteram, inquit, multò maiora dicere miracula, sed nolo, ne fortè signorum magnitudo maiorem de me hominibus suspicionẽ inducat. Propterea & Petrus postquàm claudum erexit, & omnes ipsum admirabãtur, seipsum corripiens & persuadẽs, quòd nihil à seipso, & de proprio exhibuerat, dicit: Quid nos intuemini tanquam propria virtute, vel potestate fecerimus hunc ambulare? Et rursus in Lystris non solùm erant obstupefacti, sed & tauros coronatos duxerũt, & Paulo & Bernabæ immolare aggrediebãtur. Vide diaboli malitiã. Per quos dominus ex mundo impietatem expurgare studebat, per hos ipsam ille inducere curabat, rursum persuadẽs deos homines esse putare: quod & prioribus fecit temporibus. Et hoc maximè est, quod idololatriæ principium, & radicem introduxit. Multi enim qui & bella bene gesserant, erexerant trophæa, & vrbes ædificauerant, & aliis huiusmodi promeruerant sui tẽporis homines, dij à multis existimati sunt, & templis & aris honorati. Et omnis gẽtilium deorum numerus ex his omnibus conflatus est. Ne hoc & in sanctis fieret, permisit ipsos deus continuè pelli, flagellari, in varios incidere morbos: vt nimia corporis imbecillitas, & tentationum turba præsentibus persuaderet, quòd homines erant talia ædentes miracula, nihilque de suo afferebant, sed nuda gratia per illos omnia operabatur. Si enim parua & vilia operatos, deos putauerunt: multò magis si nihil passi fuissent humanũ, hos suspicati fuissent, qui talia fecerunt, quasi a nemo vnquam neq; vidit, neque audiuit. Si enim cùm ipsi flagellarentur, precipitarentur, ligarentur, pellerentur, periclitarentur quotidie, tamen in hanc impiam opinionem quidam ceciderunt: multò magis si nihil humanum passi fuissent, huiusmodi fuissent existimati. Igitur hæc quidem tertia afflictionis causa. Quarta verò, ne sancti propter præsentis fœlicitatis spem deum colere putentur. Etenim multi in lasciuia viuentium à multis sæpius accusati, & ad virtutis vocati labores, & sanctos indolari molestiarum tolerantia laudari audientes, ex his ipsos accusare aggrediuntur, & non homines tãtùm, sed & ipse diabolus hoc ipsum suspicatus est. Quoniam enim multis erat circundatus diuitiis Iob, & multa potiebatur opulentia, exprobratus à deo per ipsum malignus ille dæmon, cùm nihil haberet quod diceret, neque quo de suis excu retur criminibus, neque quod iusti virtutibus impingeret, ad hanc statim confugit defensionem, dicens: Nunquid gratis Iob colit te? circunuallasti interiora, & exte iora eius: propter mercedẽ, inquit, ille virtutem sequitur tanta fruens opulentia. Quid igitur fecit dominus? volens demonstrare, quòd non ipsum sancti colunt propter mercedẽ, omnem ipsius substantiam abstulit, & pauperi ti tradidit, & in grauem morbum incidere permisit. Mox illum redarguens, tãquam temerè talia suspicatum, inquit, Adhuc innocentiam retinet: tu verò commouisti me, vt frustra ipsius su tantiam perderem. Sanctis enim hoc in remunerationem & retributionem sufficit, deum venerari: quoniam & amãti hoc in retributionem sufficit se amantem amare: & nihil an is requirit, nec quippiam hoc maius esse putat. Si verò in homine hoc, multò magis in deo: quo l quidẽ & deus demonstrare volens plura quàm diabolus petit, concessit. Ille enim inquit: Mitte

A inquit: Mitte manum tuam, & tange ipsum: deus autem non ita. Sed tibi ipsum, inquit, trado: quemadmodum enim in exterioribus certaminibus corpore vigentes, & bonæ habitudinis athletæ, non sic apparent, cùm vestimentum vndique oleo madidum fuerint induti, sed quando illo abiecto nudi in stadia feruntur, tunc maximè spectatores membrorum proportione penitus obstupefaciunt, cùm nihil ipsam amplius obumbrare possit. Sic & Iob, quando omnibus quidem illis diuitiis circunfusus erat, quis esset, non multis manifestus erat: postquàm verò ipsas, velut vestimentum exutus athleta abiecit, & ad pietatis certamina nudus intrauit: sic spoliatus spectatores omnes perculit, vt & ipse angelorum dominus super animi eius tolerantia vehementer acclamaret, & victori illi applauderet. Quod enim superius iam dixi, non hominibus apparebat illis omnibus diuitiis circumamictus, sicut quando proiecto ipso pallio nudus exiliit in medio orbe tanquam theatro. Et omnes bonam ipsius animi habitudinem admirati sunt: non solùm autem
B ex rerum ablatione demonstrabatur, sed etiam ex patientiæ lucta circa ægritudinem. Sicut nanque prædixi, non ipsum percussit deus, ne rursum diabolus diceret: pepercisti, & non tantam, quantam oportebat intulisti tentationem: sed ipsi tradidit diabolo, & gregum perditionem, & carnis potestatem. Confido de certatore, inquit, idcirco non prohibeo ipsi quæcunque velis inferre certamina. Sed quemadmodum spectati palæstritæ, & arte & corporis robore fidentes, non recti aduersariis (vt plurimum) congrediuntur, neque de pari, sed ipsos illis medios apprehendendos præbent, vt illustriorem victoriam faciant: sic & deus medium tradidit sanctum diabolo apprehendendum, vt cùm ipsius tantam conflictus prærogatiuam superauit, solóque prostrauerit, clarior corona reddatur. Aurum est probatum: quomodo vis proba, in ipso maculam non inuenies. Non aliorum verò nobis tantùm fortitudinem demonstrat, sed & aliam magnam affert consolationem. Quid enim inquit Christus? Beati eritis, cùm maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos mentientes propter me. Gaudete & exultate, quoniam merces vestra magna est in cœlis. sic enim persecuti sunt prophetas, qui fuerunt ante vos.
C Et rursum Paulus Macedonas consolari volens: Vos enim, inquit, imitatores facti estis fratres ecclesiarum dei quę sunt in Iudæa: quoniam eadem passi estis à con tribulibus vestris quemadmodum & illi à Iudæis. Et Hebræos rursum ita consolatur, recensens iustos omnes in fornacibus, in lacubus, in solitudinibus, in montibus, in speluncis, in fame, in angustia degentes: molestiarum enim communicatio quandam lapsis affert consolationem. Quod autem & de resurrectione quoque hoc ipsum cogitationes inducit, audi eundem Paulum dicentem: Si secundum hominem cum feris pugnaui Epheſi, quid mihi prodest, si mortui non resurgunt? Et iterum: Si in hac vita tantùm in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Innumera patimur mala in præsenti vita, inquit: si igitur non speratur altera vita, quid nobis esse possit miserabilius? Vnde manifestum est, quòd non solæ miseriæ nobis in præsenti suppetiissent. Et hoc arum e tentationibus efficitur: nunquam enim deus pateretur tot & talia passos mala, & præsentem vitam omnem in tentationibus & infinitis de-

D gentes periculis, multò maioribus non remunerari muneribus. Si verò non pateretur, certum quòd meliorem quampiam parauit alteram vitam, in qua pietatis pugiles coronare, & laudare toto debet orbe spectante. Itaque cùm videris iustum angustiari, affligi imbecillitate, pauperie, & innumeris aliis ærumnis præsentem vitam transire, dic intra teipsum: quòd nisi resurrectio esset & iudicium, nunquam deus tanta propter se mala passum, nullo potitum bono hinc migrare permisisset. Vnde patet, quòd alteram ipsis vitam præsenti iucundiorem, & multò meliorem parat: nisi enim hoc esset, improbos quidem multos per hanc vitam gaudere, iustorũ verò multos in plurimis ęrumnis nunquam dimisisset: sed quoniam præparatum est seculum aliud, in quo secundum meritum, huic quidem improbitatis, huic verò virtutis præmia reddere debet: propterea tolerat, hunc quidem affligi, illum verò deliciis indies diffluere. Verùm & aliam ex scripturis causam adstruere conabor. Qualis verò hæc
E est? ne dicatis nos in eandem virtutem non esse vocatos: quoniam illi alterius naturæ participes essent, qua non erant homines. Idcirco quidam de magno loquens Helia, sic inquit: Helias homo erat in passionibus similis nobis. Vides quòd à passionum communione demonstrat ipsum hominem esse secũdum nos? Et iterum: Etenim ego homo sum in patiendo vobis similis. Et hoc naturæ communionem spondet. Vt autem discas, quòd & hic quos oporteat putare beatos nos docet, inde clarum est, quòd quando audieris Paulum dicentem, Vsque ad præsentem horam & e-
F surimus, & sitimus, & nudi degimus, & colaphizamur, & inquietamur, & laboramus: &, Quem diligit dominus, castigat: flagellat autem omnem filium, quem susc ipit: certum est quòd non remissione fruentes, sed propter deum angustiatos & contritos laudemus, & beatos censeamus in virtute viuentes, pietatisque curam gerentes. Sic & propheta dicit: Dextera eorum dextera iniquitatis, filiæ eorum compositæ, circumornatæ vt similitudo templi. Promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud. Et oues eorum fœtuosæ abundantes in gressibus suis, boues eorum crassæ. Non est ruina maceriæ, neque transitus, neque clamor in plateis eorum. Beatum dixerunt populum cui hæc sunt. Tu verò quid dicis? Beatus, inquit, populus, cuius dominus deus eius. Non pecuniis affluentem, sed pietate gloriantem: hunc ego beatum puto, inquit, & si innumera patitur mala. Si verò oportet & nonam dicere causam, illud dicere possemus, quòd spectabiliores tribulatio facit tribulatos. Tribulatio enim patientiam operatur, patientia verò probationem: probatio autem spem, spes verò non confundit. Vides quòd ex tribulatione probatio futurorum spem nobis affert, & in tentationibus manere, de futuris bene sperare facit? Itaque non temerè dicebam, quòd hæ tribulationes resurrectionis spem nobis designant, & vexatos meliores efficiunt. Quemadmodum enim, inquit, in fornace aurum examinatur, sic & homo acceptus in humiliationis camino. Possumus & decimam dicere causam. Qualem verò hanc? quam & iam sæpius dixi superius, quòd si aliquas habeamus maculas, & hic eas deponimus. Et hoc patriarcha declarans ad diuitem dicebat: quoniam Lazarus recepit sua mala, vnde consolationem accipit. Et ad hanc aliam rursum inueniemus. Qualem verò hanc? vt coronæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

G & præmia nobis augeantur: quantùm enim tribulationes intenduntur, tantùm & retributiones ampliabuntur, imò verò & multò plus. Non enim condignæ
Roma.8.d sunt passiones præsentis tẽporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Tot igitur causas habentes de sanctorum afflictione dicendas, ne in tentationibus indignemur, neque angustiemur, neque tumultuemur: sed & ipsi nostros instruamus animos, & alios hæc doceamus. Et si videris hominem in virtute viuentem, philosophiam sectantem, placentem deo, postea tamen numera patientem mala, ne scandalizeris dilecte. Et si videris aliquem spiritualibus vacãtem operibus, & aliquid vtile expediturum, postea supplantatum: ne tumultueris. Etenim noui multos sæpius talia quærentes. Ille, inquiunt, ad templum peregrinatus est, pauperibus pecunias perferens, & in naufragium incidit, & amisit omnia. Alter rursum idem faciens, in latrones incidit, & vix animam suam saluauit, nudus inde discedens. Quid igitur dicemus? quòd horum nullo tristari oportet. Et si enim naufragium fecit, sed & habet iustitię fructum appensum: sua enim omnia impleuit, collegit pecunias, deposuit, cùm recepisset, a-
H bibat, peregrinationem attigerat: naufragium verò de reliquo, non de ipsius fuit sententia. Sed quare hoc deus concessit? vt hunc spectatum exhiberet. Sed pauperes, inquit, priuati sunt pecuniis. Non tantam tu pauperum prouidentiam habes, quãtam qui fecit eos deus: etsi enim his priuati sunt, tamen aliunde potest maiorem copiæ occasionem ipsis præbere. Ne igitur gestorum rationes repetentes ipsum reprehendamus, sed in omnibus glorificemus: non enim imprudenter & temerè talia sæpe fieri permittit. Sed cùm ex his pecuniis consolationem habituros non despiciat, sed ipsis aliam pro his alimenti occasionem præbeat, etiam naufragium passum probatiorem efficit, maiorẽmque ipsi parat mercedem: multò enim maius est, quàm eleemosynam dare, quòd talibus obrutus negotiis deo gratias agat. Non enim tantùm quę per eleemosynam damus, sed & ea, quibus ab aliis spoliari fortiter ferimus, multum nobis fructum afferunt. Et vt discas hoc illo maius esse ex his quæ Iob contigerunt, hoc faciam manifestum. Ille quando pecunias possedit, aperuit do-
Iob.31.c mum pauperibus, & omnia quæ habebat elargiebatur:
I non erat tam illustris, quando pauperibus domum a-
Ibidem.1.d peruit, quàm cùm ipsam cecidisse audiens, non iniquè tulit. Non erat tam illustris, quando ex ouium tonsura nudos circundedit, quàm fuit clarus & spectatus,
Iob.31.d cùm audiens, quòd ignis cecidisset, & greges omnes
Ibidem.1.d consumpsisset, gratias egit. Tunc humanus fuerat, nunc fuit philosophus: tunc pauperum miserebatur, nunc deo gratias agebat. Nec intra se dixit, Quid tandem hoc est? Armenta consumpta sunt, quibus innumeri pauperes alebantur. Et si ego indignus eram hac rerum frui copia, saltem propter communicantes parcendum erat. Sed nihil horum neque dixit, neque cogitauit. Norat enim deum omnia vtiliter dispensantem. Et vt scias, quòd grauius postea vulnus intulit diabolo, cùm spoliatus gratias egit, quàm cùm possidens miserabatur, aduerte. Quando possidebat, suspicionem quandam habuit diabolus, etsi falsam, ha-
Ibidem.b buit tamen vnde diceret: num gratis deum colit Iob? Postquàm verò omnia abstulit, & ipsum omnibus spoliauit, hic autem eandem in deum charitatem prestitit, tunc demum obstructum est os impudens, & nihil amplius quod diceret, habebat: nam splendidior quàm prius erat iustus ille vir. Omnibus enim priu- K
tum, generosè & cum gratiarum actione ferre multò maius est, quàm in diuitiis degentem facere eleemosynam: sicut & in hoc contigit iusto. Tunc multa in conseruos fuit benignitas, nunc magnus in dominum amor demonstrabatur. Hunc verò non temerè sermonem extendo: sed quoniam sæpius eleemosynas facientes quidam, viduas alentes, omni substantia dispoliati sunt: alij facto quopiam incendio omnia amiserunt: alij naufragiis inciderunt: alij calumniis, & talibus quibuslibet tentationibus, post multas eleemosynas in extremam redacti sunt paupertem, & infirmitatem, & ægritudinem: & à nemine vllum adepti sunt auxilium. Ne igitur dicamus, quod sæpe dicunt, quòd nemo quicquam sciat, sufficiunt omnia dicta talem expellere trepidationem: cùm ille nanque tot faciens eleemosynas omnia perdiderit, si pro hac gratias egerit iactura, multò maiorem à deo beneuolentiam hauriet: nec duplum sicut Iob, sed centuplum, & vitam æternam recipiet. Si verò hìc malum patitur, hoc ipsum maiorem illic thesaurũ ipsi præbebit, quòd generosè omnia ferat: ad maiores enim ipsum ideo L
vocat exercitationes & luctas, & de copia in penuriam incidere deus permisit. Ignis ingruens sæpius substantiam tuam absumpsit, & totam domum populatus est? reminiscere eorum quæ Iob acciderunt? age gratias domino, qui prohibere potest, & non prohibuit: & tantam recipies mercedem, quantam si omnia illa in pauperum manus reposuisses. Sed in pauperie degis, & fame, & infinitis periculis? Recordare Lazarum, cum inopia & orbitate & innumeris aliis pu- Lucæ.16.a
gnantem molestiis, & hæc post virtutem tantam. Recordare apostolorum, qui & in fame, & in siti, & in nuditate degebant: prophetarum, iustorum: & omnes ipsos inuenies non de diuitibus, non de gaudentibus, sed de egentibus, tribulatis, & angustiatis esse. Hæc apud teipsum colligens, domino gratias age, quòd te huius fecit portionis: non exosus, sed & valde diligens: quoniam & illos tot grauia pati non permisisset, & si vehementer amasset, quoniam clariores ipsos per hæc mala reddebat. Nullum gratiarũ actioni par bonum, quemadmodum blasphemia peius nihil. Ne admiremur, quòd spiritalibus instantes multa pa- M
tiamur aduersa. Quemadmodum enim latrones, non vbi fœnum & paleæ & calamus, sed vbi aurum & argentum ibi fodiunt, & continuè vigilant: Sic & diabolus his maximè instat, qui spiritualia attingunt negotia. Ibi multæ insidiæ, vbi virtus: illic inuidia, vbi misericordia. Sed est nobis telum maximum, quod omnes tales machinas repellere valet, qui per hæc omnia deo gratias agit. Abel, dic mihi, nónne de pri- Gene.4.b
mitiis deum sacrificans fraterna cecidit manu? Sed tamen deus concessit, non eum perosus qui se honorauit, sed valde diligens: & præter speciosissimi illius sacrificij coronam, & alteram ipsi per martyrium præbens. Moses cuidam iniuriam affecto opitulari voluit, Exod.2.b
& mori periclitatus est, & patria excidit, vt sanctorum patientiam discas. Si enim postquàm nobis cauissemus, sic spiritualia attigissemus negotia, nihil magnum facere visi essemus, tale securitatis pignus habentes: nunc verò hinc maximè admirabiles essent talia facientes, quòd & periculis & damna, & mortes, & infinita præuidentes mala, tamen nusquam officiis non absistũt, neque timorum expectationibus segnio- Danie.3.c
res facti sunt. Sicut igitur tres pueri dicebant: Est deus
in cœlo

A in cœlo potens eripere nos: & finaliter, Notum sit tibi rex, quòd dijs tuis non seruimus, & auream imaginem, quam erexisti, non adoramus. Et tu igitur quãdo quid boni secundum deum operari debes, multa prospice pericula, multa damna, multas mortes, &
Eccli.2.a ne abhorreas, neque tumultueris accidentibus his. Fili, inquit, accedens ad seruitutem dei, præpara animam tuam ad tentationem. Nemo nempe pugnare decernens, absque vulneribus coronam reportare expectat. Et tu igitur cum diabolo totis viribus pugnare aggrediens, ne vitam securam, & deliciis plenam sequaris. Non enim hìc tibi retributiones & promissiones, sed in futuro seculo omnia præclara deus promisit. Cùm igitur vel ipse bonum feceris, & contraria receperis, vel alium hoc videris ptientem, gaude & lætare. Maioris enim tibi retributionis materia est. Ne concidas, neque soluas promptitudinem, neque segnior fias: sed magis insta cum maiori alacritate.
Quoniam & apostoli quando prædicabant, etsi flagellabantur, lapidabantur, carceres continuè habitabant, non solùm post periculorum liberationem, sed & in
B ipsis periculis cum maiore promptitudine veritatis præconium enunciabant. Et est cernere Paulum in ipso carcere, in ipsis catenis iustruentem, initiantem: & in foro rursum idem facientem, & in naufragio, & in tempestate, & in periculis innumeris. Et tu hos sanctos æmulare, & à bonis operibus, quotiescunque incidas: & si millies interpellantem te diabolum videris, nusquam absistas. Tu quidem pecunias perfe-
Act.27.f rens, fortè naufragium fecisti. Paulus autem omnibus pecuniis preciosius verbum ferens, Romam abibat, & in naufragium incidit, & infinita subiit incom-
1.Thes.2.d moda. Et hoc ipse manifestauit dicens: Sæpius voluimus venire ad vos, sed impediuit nos satanas: & deus permisit, ex superabundanti suam demonstrans virtutem: & ostendens, quòd infinita faciente diabolo, & prohibente, nihil ex hoc prædicatio minuebatur, aut interrumpebatur. Idcirco in omnibus Paulus deo gratias agebat, sciens quòd probabilem per hæc se deus reddebat: & promptitudinis suæ vehementiam in omnibus exhibebat, impedimento nullo interrupens: quoties igitur recedamus, toties spiritualia aggrediamur: neque dicamus, quare deus impe-
C dimenta permisit? Propter hoc enim permisit, vt promptitudinem tuam multò magis demonstres, & multum amorem. Amantis enim maximè est, nunquam ab his quæ amato complacent absistere. Mollis enim & ignauus ex primo statim impetu concidet. Vehemens autem & excitatus, si & mille interpelletur, tantò magis diuinis rebus instabit, quantò magis in seipso omnia implens repellitur in omnibus gratias agens. Hoc & nos faciamas. Magnus thesaurus gra-
rum actio, magnæ diuitiæ, inconsumptum bonum, armatura fortis: sicut blasphemia ingruentem iacturam intendit iis, qui peierare solent, plura insuper perire facit. Perdidisti pecunias? Si gratias quidem egeris, animam lucratus es: & maiores nactus es diuitias, quia dei beneuolentiam hausisti amplius: si verò blasphemaueris, insuper & salutem tuam amisisti: & quam habuisti animam, & hanc occidisti. Sed postquam de blasphemia nobis verba nunc facta sunt, vnam vos omnes petere volo retributionem pro concione hac atque sermone: vt de ciuitate blasphemantes mihi castigetis: & si quempiam in biuio & foro deum blasphemantem audieris, accede increpa: & si verbera

infligere oporteat, ne recuses: ipsius faciem alapa per- D
cute, contere os ipsius, percussione manum tuam sanctifica. Et si vlli accusauerint, & si in carcerem traxerint, sequere: & si pœnas iudex pro tribunali reposcerit, dic cum libertate, quòd angelorum regem blasphemauit. Si enim regem terræ blasphemantes puniri oportet, multò magis illum contumelia afficientes. Commune crimen est, publica iniuria cuique licet accusare volenti. Discant & Iudæi & gentiles, quòd ciuitatis saluatores sunt Christiani, & curatores, & præsides, & magistri: & idem discant dissoluti, & peruersi, quòd & dei seruos ipsos timere oportet: vt & si quid tale loqui aliquando eligant, sese vndique circunspiciant, & vmbras timeant, anxiantes, ne fortè Christianus audiens insiliat, & vehementius puniat. Non audisti quid Ioannes fecerit? Tyrannum vidit hominem nuptiarum leges subuertenteni, & cum fiducia in medio foro dicit: Non li- Matth.14.a
cet tibi habere vxorem Philippi fratris tui. Ego autem non ad tyrannum te duxi, neque ad iudicem, neque pro nuptiis temerarijs, neque pro seruis contumelia affectis, sed pro furore in deum, æqualem castigare E
deposco. Ergo si tibi dixissem, reges vel iudices præuaricantes puni, vel corrige, non me insanire dixisses? Et quidem Ioannes hoc fecit. Ita non est supra id nos. Nunc verò saltem conseruum, vel æqualem corrige, & si mori opus sit, castigare fratrem ne torpeas. Martyrium tibi hoc est, quoniam & Ioannes martyr fuit. Non sacrificare iussus fuit, neque idolum adorare, sed pro sacris legibus temeratis caput deposuit. Et tu igitur pro veritate vsque ad mortem contende, & deus pugnabit pro te. Nec mihi illud dicas frigidum verbum, quæ verò mihi cura est? cum ipso commune habeo nihil. Cum diabolo solo commune nihil habeamus, cum omnibus autem hominibus multa habeamus communia. Eiusdem enim nobiscum naturę participes sunt, eandem habitant terram, eisdémque aluntur nutrimentis, eundem habent dominum, easdem ceperunt leges, ad eadem nobiscum bona inuitantur. Ne igitur dicamus, quòd nihil amplius, vel commune cum ipsis habeamus. Satanica est ista vox, diabolica inhumanitas. Ne igitur hæc dicamus, sed con- F
gruam fratribus curam exhibeamus. Ego autem hoc cum omni pollicear diligẽtia, & vobis omnibus spondeo, quòd si vos omnes hìc præsentes, ciuitatem habitantium salutem curare volueritis, breui tota nobis corrigetur. Atqui non minima ciuitatis pars est hìc, multitudine minima, sed pietate summa. Dispensemus salutem fratrum nostrorum. Sufficit vnus homo fidei zelo succensus, totum corrigere populum. Cùm verò non vnus tantùm, neque duo, vel tres: sed tanta sit multitudo, quæ negligentium curam possit attingere, non aliunde, sed per torporem vestrum, non per impotentiam plures pereunt & labuntur. Valde enim absurdum, si pugnam quidem in foro videamus, non accedere, & pugnantes conciliare: quid verò dico pugnam? Cùm asinum cecidisse viderimus, omnes manum porrigere, & pariter erigere studemus: fratrum verò pereuntium curam habemus nullam. Asinus est blasphemus, animi pondus non ferens, cecidit: accede, excita & per verba, & per facta, & per lenitatem & vehementiam, varia sit medicina. Et si sic nostra disponamus, & proximorum salutem susciptamus, citò & illis ipsis correctione admittentibus desiderabiles amius, & amabiles: & quod omnibus maius est, repo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G sitis fruemur bonis, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo deo & patri cum sancto spiritu gloria, potestas, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI

Antiochiæ in ecclesia dicta ueteri, habita in Theodosij magni imperatoris pij imaginum subuersione, & in dictum apostoli: Diuitibus huius seculi præcipe &c. non sublimè sapere: & contra auaritiam.

Homilia secunda.

1.Timo.6.d

QVid dicam, aut quid loquar? Lachrymarum præsens tempus, non verborum: luctuum, non sermonum: deprecationis, non concionis. Tanta patratorum magnitudo, tam immedicabile vulnus, tam vasta plaga, & omni medicamine maior, & superni indigens auxilij. Sic enim & Iob omnibus amissis in fimo sedebat, & audientes amici accesserunt, & ipsum procul conspicati discinderunt vestimenta, & sibi cinerem insperserunt, & vehementer ingemuere. Nunc hoc facere circunstantes omnes
H ciuitates oportebat, ad vrbem nostram venire, & quæ ingruunt cum omni misericordia deflere. Ille in stercore tunc sedebat, hæc in magno laqueo nunc considet. Sicut enim tunc diabolus in greges & armenta, & omnem iusti substantiam insiluit: sic nũc in omnem ciuitatem debacchatus est. Sed deus & tunc, & nunc permisit: tunc quidem, vt iustum clariorem redderet tentationem magnitudine: nunc verò vt nos modestiores tribulationis huius efficiat incursu. Date mihi, vt præsentia lugeam. Tacuimus dies septem, sicut & amici Iob. Date mihi hodie os aperire, & hanc communem lugere calamitatem. Quis nobis inuidit charissimi? quis nobis zelatus est? Vnde tanta facta est mutatio? Nihil fuerat nostra ciuitate venerabilius, nihil factum est miserabilius. Populus tam compositus & mansuetus, velut equus manibus assuefactus, & domesticis semper accersentium manibus adueniens, repente tantùm nunc nobis resiliit, vt tot mala gesserit, quæ neque dicere fas. Lamentor & lugeo nunc, non propter expectatæ comminationis magnitudinẽ, sed propter nimiam patratorum insaniam. Licet enim non iriteretur imperator, neque irasceretur, neque puniret & castigaret: quomodo, dic mihi, commissorum ignominiam feremus? Luctu interciditur mihi doctrinæ sermo, vix valeo reserare os, & labia aperire, linguam mouere, & emittere verba. Sic tanquam frẽnum doloris tumor impedit linguam meam, & verba corruppit. Nihil ciuitate nostra prius erat beatius, nihil nunc factum est miserius. Quemadmodum apes bombisantes alueare, sic forum per singulum diem habitantes circunuolabant, & omnes de hac nos multitudine beatos vocabant. Sed ecce nunc hoc alueare solitarium redditum est: quemadmodum enim apes illas fumus, sic has apes timor fugauit. Et quod de Hie
Esaiæ.6.d rusalem propheta lugens dixit, hoc & nos ad præsens tempus dicemus: Facta est nobis ciuitas, vt terebinthus abiectis foliis, & tanquam ortus aquam non habens? Quemadmodum enim ortus deficiente irrigatione, foliis priuatas & fructibus, nudas arbores exhibet: sic & ciuitas nobis facta est. Superno enim ipsam destituente auxilio, solitaria remansit omnibus ferè habitatoribus nudata. Nihil patria dulcius, sed nunc nihil amarius factum est. Omnes terram quæ re
Iob.2.e

I

tulit, tanquam laqueum fugiunt, desiunt tanquam K barathrum, tanquam ab igne resiliunt. Et quemadmodum domo igne correpta, non tantùm domum habitantes, sed & omnes proximi cum multa recipiunt festinatione, nudum corpus saluare studentes: sic & nunc regia ira tanquam pyra quædam superne, vt veniat expectata, priusquàm per viam transiens ad ipsos perueniat ignis, quilibet prius exire, & nudum corpus seruare festinat. Et ænigma nunc facta est miseria nostra, sine hostibus fuga, sine pugna transmigratio & captiuitas. Non vidimus barbaricum ignem, neque hostium vultus spectauimus, & ea quę capti patimur. Nunc igitur omnes discunt calamitates nostras. Nostros enim exules suscipientes, ab illis ciuitatis flagellum discunt. Sed non super hoc confundor, nec erubesco. omnes intelligant ciuitatis pericula, vt matri condolentes communem ab omni terra ad deum vocem extollant, & vnanimiter communem omnium matrem & altricem, & à cœlorum rege deposcant. Prius concussa est vrbs, nunc ipsæ habitatorum animæ quatiuntur. Tunc domorum fundamenta quatiebantur, nunc ipsa cuiusque cordis ima circunuoluuntur, & quotidie ante oculos nostros o- L mnes mortem aspicimus, & in continuo viuimus timore, & Caïn pœnam sustinemus: olim carcerem habitantibus miserabiliùs dispositi, & obsessione inusitata quadam, & noua obsessi, & quàm cogitatum sit, grauiore. Etenim illi quidem ab hostibus hæc patientes, intra muros tantùm concluduntur: nobis verò forum quoque inaccessabile, domo quisque sua inclusus est. Et quemadmodum obsessis tutum non est muros transgredi, hostibus exterius circunsidentibus: sic neque multis vrbem habitãtium tutum domo exire, nec in medio apparere, propter eos qui vndique insontes venantur, & ex medio rapiunt foro, & in iudicium, vt accidit inuenire, temerè trahunt. Propterea liberi cum seruis suis compediti intus sedent. Quis comprehensus fuit? quis abductus? quis punitus hodie? quomodo & qua ratione solicitè quærentes, & curiosè scisciantes, à quibus talia securè discere possunt, & omni morte miserabiliorem degunt vitam, alienásque lamentari miserias quotidie coacti, & pro salute sua trementes, & mortuis nihil melius M habentes, quòd dudum timore mortui sint. Si quis verò qui extra timorem & angustiam hanc sit, in forum procedere voluerit, tam tristi aspectu statim in domum suam retruditur, vix vnum fortè vel duos cernens inclinatos, & cum multa incedentes tristitia, vbi ante paucos dies fluminum cursus multitudo abscondebat sed nunc nobis omnes illi expulsi sunt. Et sicut ex arbusto consite multis passim excisis arboribus, ingratus redditur aspectus, tanquam capitis multa habentis caluitia: sic & vrbis solum, hominibus ablatis, & paucis passim apparentibus ingratum nunc factum est, & multam cernentibus tristitiæ caliginem offundit: non tantùm verò terra, sed & ipsa aëris natura, & ipse solarium radiorum circulus nunc mihi quodammodo mœrere, & obtusior lucere videtur: non elementis naturam mutantibus, sed nostris oculis, qui tristitiæ nube turbati sunt, non valentibus purè, neque cum eadem virtute radiorum lumen suscipere. Hoc est quod olim propheta lugebat dicens: Occidet ip- Amos.8.c sis Sol in meridie, & obtenebrabitur dies. Hoc autem dicebat, non quòd planeta absconderetur, neque quòd dies euanesceret: sed quòd mœrentes, neque

in meri ie

A in meridie propter doloris caliginem lucem cernere possint: quod & nunc factum est, & quocunque quis respexerit, siue in terram, siue in parietes, siue in vrbis columnas, siue in proximos, noctem & obscuritatem profundam cernere videtur: sic omnia multæ plena sunt tristitię. Silentium vbique horrore plenum, & solitudo, & desiderabilis ille multitudinis tumultus extinctus est. Et tanquam omnibus terram subeuntibus, ita nunc ciuitatẽ taciturnitas continet, & saxis omnes similes sunt: & tanquam quodam linguæ vinculo calamitate cohibiti profundissimum retinent silentium, quantum, si hostes ingruissent, & omnes simul igne & ferro absumpsissent, factum fuisset. Nunc dicendi tempus est: Vocate lamentatrices, & veniant: & ad eas, quæ sapientes sunt mittite, & properent, festinent, & assumant super nos lamentum. Deducant oculi nostri lachrymas, & palpebrę nostrę defluent aquis. Colles sumite mœstitiam, & montes luctum. Creaturam omnem in malorum nostrorum miserationem vocemus. Ciuitas tam magna, & Orientalium caput è medio tolli terrarum orbe periclitatur. Nunc quæ multos habebat filios, repentè sine filiis facta est, & qui au-
B xilietur, nemo. Læsus enim est, qui non habet parem vllum super terram, summitas & caput omnium super terram hominum. Propterea igitur ad supernum regem confugiamus, illum in auxilium inuocemus. Nisi supernam assequamur gratiam, nulla commissorum reparatio relinquitur. Voluissem hic concionem soluere. Nolunt enim gementium animi longos extendere sermones: sed sicut nubes quædam condensata, & subsolarem radium currens, omnem retrorsum splẽdorem auertit: sic & tristitię nebula, cùm ante animum nostrum steterit, non sinit facilem esse rationis cursum, sed suffocat, & cum multa necessitate intus reprimit. Et hoc non dicentibus tantùm, sed & audientibus accidit: sicut enim ab animo dicentis non concedit ipsam cum facilitate exilire, sic nec in audientium mentem permittit illabi cum propria virtute. Idcirco & Iudæi quondam luto, & lateritio o-
Exod.1.c peri seruientes, Mosen magna de ipsorum salute dicentem audire non tolerabant, tristitia verbis inaccessam mentem reddente, & auditum obstruente. Igitur volebam quidem & ipse verba hic soluere, sed co-
C gitans quòd non solùm nebulæ natura radij in anteriora processum impedit, sed & contrarium ipsa sępe patitur. Cùm enim Sol calidior continuè illapsus nubem contriuerit, medium ipsius sæpe dissipauit: & totus simul elucens, splendidus cernentium obtutibus incidit. Hoc & ipse hodie me factum spero, sermone in animis vestris continuè versante, & amplius immorante, finitum iri spero tristitiæ nebulam, & mentem vestram solita rursum doctrina micaturam. Sed præbete mihi animam vestram, præbete mihi aliquantulum aures, tristitiam excutite. Ad priorem consuetudinem redeamus. Sicut consueuimus semper cùm lætitia huc aduenire, sic & nunc faciamus, omnia in deum reiicientes. Hoc & ad ipsam calamitatis solutionem nobis confert. Si enim dominus nos viderit sermones suos cum sedulitate audientes, & disciplinam nobis temporis difficultate non respui, celeriter nos suscipiet, & tranquillitatem faciet, & ex præsenti procella bonorum nos statione̅m. Christianum enim & in hoc ab infidelibus differre oportet, vt omnia generosè ferat: & venit alatus se humanorum malorum impetu superiorem exhibeat. Supra petram stat̃utus

est fidelis: propterea & vndarum ictibus inexpugnabilis est. Si enim tentationum vndæ eleuatæ fuerint, D ad illius pedes non peruenient, hic omni tali incursu sublimior firmatus est. Ne igitur concidamus dilecti: non sic salutem nostram curamus, sicut qui fecit nos deus. Non tantę nobis curæ est, nihil graue pati, quantæ illi qui nobis animam donauit, & tot post hæc bona contulit. His nosipsos spei rationibus velut alatos exhibeamus, & dicenda cum promptitudine solita audiamus. Longam postridie apud charitatem vestram extendi concionem, & omnes obsequentes cernebam, & nec ex media reuersos via. Gratias vobis de illa prõptitudine habeo, & laborem mercedem accepi. Sed & aliam à vobis tunc mercedem exegi. Fortè nostis & meministis. Quæ verò erat merces? ciuitatis blasphematores punire, & castigare deum contumelia afficientes, & impios cohibere. Non ex me ipso talia me dixisse arbitror, sed deum talia præuidentem in mentem nostram verba misisse. Si enim talia ausos punissemus, non talia nunc accidissent, quæ acciderunt. Quantò melius erat, si periclitari oportebat, ipsos castigantes & corrigentes aliquid pertulisse, quod & mar E tyrij coronam nobis attulisset, quàm nunc formidare & tremere, & ex illorum petulantia mortem expectare? Ecce paruum crimen commissum est, & culpa communis efficitur. Ecce propter illos nunc omnes pauescimus, & ab illis patratorum pœnas ipsi sustinemus. Si autem præuenientes ipsos ex vrbe expulissemus, & correxissemus, & ægrotum curassemus membrum, non præsentem timeremus pauorem. Noui quòd ciuitatis mores à maioribus ingenui sunt. Sed peregrini quidam & promiscui homines sceleśti & perniciośi, & de sua desperantes salute, ausi sunt quę patrata sunt. Propterea clamare & contestari non destiti. Blasphemantium furorem puniamus, ipsorum mentem castigemus, ipsorum saluti prouideamus, & si hoc facientes mori oporteat, magnum nobis hoc afferet lucrum, ne communem dominum contumeliis affici negligamus. Magnum ciuitati malum pariet talia despicere. Hæc prædicebam, hæc nunc acciderunt, torporis illius pœnas pendimus. Deum contumelia affectum despexistis? Ecce permisit regem contumelia affici, & de extremis periculum omnibus impendere, vt in hoc timore illius negligentiæ pœnas demus. F Num igitur frustra, num temerè hæc prædicebam, & continuè vestram charitatem interpellabam? Sed tamen nihil amplius factum est. Sed fiat nunc, & à præsenti calamitate castigati, inordinatum illorum furorem cohibeamus: obstruamus ipsorum ora, tanquam fontes mortiferos concludamus, & in contrarium mutemus, & penitus euanescent mala, quæ ciuitatem comprehenderunt. Non est theatrum ecclesia, vt ad delectationem audiamus. Adiutos hinc recedere oportet, lucratos quicquam amplius & magnum, sic recedere expedit: quoniam temerè & frustra proficiscimur, sed tempus refrigerati, sic recesserimus vacui, & dictorum vtilitate inanes facti. Quę mihi horum plausum vtilitas, quæ laudũ & tumultuum? Laus mea est, per opera vos omnia quæ dicuntur, exhibere. Tunc ego fœlix habendus & beatus, non quando suscipiatis, sed quando omni cum alacritate faciatis quæcunque à nobis audieritis. Quisque proximum corrigat: ędifi- 1.Thes.5.b cate enim alter alterũ, inquit. Nisi enim hoc faciamus, à quocunque commissa prœuaricatio, commune quoddam & intolerabile damnũ ciuitati afferet. Ecce nihil

 fecisse

Universidad de Deusto
Biblioteca

G feciſſe conſci non minus his qui peccauerunt, territi ſumus & contremiſcimus, ne omnes imperatoris ira corripiat. Nec enim in excuſationem nobis dicere ſufficit: Non aderam, non conſcius eram, commiſſis non communicaui. Ob hoc igitur, inquit, puniaris, & vltimam pendes pœnam, quia non affuiſti, nec prohibuiſti, neque cohibuiſti tumultuantes, neque pro regis honore periclitatus es. Non patratis participaſti? Laudo hoc & accepto. Sed neque facta prohibuiſti, hoc accuſatione dignum. Hæc & de deo verba audiamus, quando cum ſilentio contumelias & iniurias in
Matth.25.c ipſum commiſſas patimur. Quoniam & is qui talentum illud fodit, non pro reatibus ſuis tunc accuſabatur, integrum enim depoſitum reddidit: ſed quoniam ipſum non multiplicauit, quoniam non caſtigauit cæteros, quoniam argentum ad numularios non detulit, non increpuit, non correxit proximos peccatores inordinatos, idcirco abſque miſericordia in illas intolerabiles pœnas mittebatur. Sed ſi non antea, quòd nunc ſaltem quidem hanc facietis correctionem, & deum contumelia affici non negligetis, ſatis credo.

H Poſſunt enim quę acciderũt, licèt nemo ſit qui admoneat, vel inſenſatos deinceps propriam aſſerere ſalutem perſuadere. Nobis verò iam hora eſt ſolitam vobis menſam apponere, dictionem hodie nobis lectam promentes, & in medium omnibus proponẽtes. Quid
1.Timo.6.d igitur eſt hodie lectum? Diuitibus huius ſeculi præcipe, non ſublimè ſapere. Qui dixit, Diuitibus huius ſeculi, demonſtrauit & alios futuri ſeculi diuites eſſe:
Lucæ.16.c qualis ille Lazarus erat, in præſenti quidem vita pauperrimus, in futura verò diues: non auro & argento, & vlla tali corruptibili & marceſcibili materia affluens: ſed arcanis illis bonis, quæ neque oculus vi-
1.Cor.2.c dit, neque in cor hominis aſcenderunt. Hæ nanque veræ diuitiæ, & opulentia: quando & immarceſcibilia ſint bona, & nullam capiant mutationem. Sed non talis erat ipſe deſpicatus diues, ſed omnium pauperrimus factus eſt. Poſt hæc igitur ſtillam obtinere quærens, nec ipſius factus eſt compos, in tam extremam deuenerat paupertatem. Idcirco præſentis ſeculi diuites appellauit, vt diſcas, quòd cum præſenti vita & copia pariter diſſoluitur: non procedit vlterius, non

I ſimul migrat cum poſſeſſoribus migrantibus, ſed ipſos ſæpius & ante finem deſerit: quod & ipſum demon
1.Timo.6.d ſtrat dicens, Neque in incertum diuitiarum: nihil enim tam infidum, quàm diuitiæ: quod cùm ſæpe dixerim, & dicere non quieſcam, quòd fugitiuus eſt & ingratus ſeruus fidem non habens, etſi innumera ipſi vincula circumponas, & ſic vincula ipſa attrahens abit. Sæpius igitur peſſulis & foribus ipſum poſſidentes concluſerunt, ſeruos circummittentes & cuſtodes: ille verò ſeruis ipſis perſuadens cum ipſis fugit cuſtodientibus, tanquam catenam cuſtodes attrahens, & nihil amplius ex hac factum eſt cuſtodia. Quid hoc infidelius? quid verò his, qui circa hunc ſtudium collocant, miſerabilius? quando rem tam penitus & facilè labilem omni ſtudio colligere aggrediantur, nec
Pſal.48.b prophetam audiant dicentem: Væ his qui confidunt in virtute ſua, & in multitudine diuitiarum ſuarum
Ibidẽ.58.b gloriantur. Dic quare væ? Theſaurizat, inquit, & ignorat cui congregabit ea. Et quoniam labor quidem certus, fructus verò incertus. Sæpius inimicis laboras, & ærumnis conficeris. Sæpius poſt mortem tuam ad eos qui te affecerunt iniuria, & innumeris circunuenerunt inſidiis, hæreditas veniens, tibi quidem pec-

cata poſſeſſionem verò aliis præbuit. Sed illud inqui- K
rere dignum eſt, quare non dixit, indigentibus, ſed, diuitibus præſentis ſeculi: præcipe non diteſcere, præcipe depauperari, præcipe quæ habent exhaurire: ſed dixit, præcipe non ſublimè ſapere? Nouit quòd diuitiarum radix & materia eſt ſuperbia. Et ſi quis modicè videre ſcierit, non multùm circa rem curam aget. Qua enim, dic mihi, cauſa multos circunducit ſeruos, paraſitos, adulatores, & reliquam omnem pompæ? non vtilitatis cauſa, ſed arrogantiæ ſolius, vt ex his venerabilior aliis hominibus eſſe videatur. Præterea nouit, non prohibitas eſſe diuitias, ſi quis in neceſſitatem ipſis vſus fuerit. Sicut enim dixi, non mala res vinum, ſed mala ebrietas: ita non mala res diuitiæ, ſed mala auaritia, mala cupiditas. Aliud auarus, & aliud diues: auarus non eſt diues, auarus multorum indiget, indigens autem multorum nunquam diues eſſe poſſet. Auarus cuſtos eſt, non dominus: pecuniarum ſeruus, non poſſeſſor. Facilius enim alicui ex propriis carnibus, quàm ex defoſſo auro communicaret. Velut enim quodam mandante, & iubente nihil de repoſitis tangere, ſic cum omni diligentia ea L
ſeruat & continet, à ſuis tanquam alienis abſtinens, & quippe ſunt aliena: quæ enim aliis erogare nũquam pateretur, neque in neceſſariis impendere, etiam ſi infinitas ſuſtineret pœnas, quomodo hæc eſſe propria putare poſſet? Quomodo verò eorum habet poſſeſſionem, quorum nec vſum, nec fructum cum libertate habet? Ad hæc verò non omnibus omnia Paulus imperare conſueuit, ſed & audientium imbecillitati condeſcendit, ſicut & Chriſtus fecit. Etenim illi diuiti ad Lucæ.18.d
ſe accedenti, & de vita loquenti non dixit: Vade, vende omnia quæ habes: ſed hoc prætermittens, de aliis ipſum mandatis inſtruit. Deinde poſtquàm ille ipſum inuitauit, inquiens: quid adhuc mihi deeſt? neque tunc ſimpliciter dixit, vende omnia quæ habes: ſed, ſi vis perfectus eſſe, vende quæ habes: hoc in tua pono ſententia, te electionis dominum conſtituo, non in neceſſitatem traho. Propterea & Paulus nihil de paupertate diuitibus loquitur, ſed de humilitate: tum propter audientium imbecillitatem, tum quia optimè ſciebat, quẽ modeſtè agere, & à ſuperbia alienum M
eſſe, breui faciet ipſos, & à ſtudio circa diuitias liberari. Præterea non altùm ſapere admonens, & modum, quo non altùm ſapere poſſint, demonſtrauit. Quis verò hic eſt? Si diuitiarum naturam animaduerterent quàm incertæ ſint & infidæ: quapropter inualit, neque ſperare in diuitiarum incerto. Diues eſt, non qui multa poſſidet, ſed qui multa expendit. Diues erat Abraham, ſed non auarus: non enim huius domum conſiderabat, nec illius ſubſtantiam curioſè ſcrutabatur: ſed egrediens contemplabatur, num alicubi hoſpes, Geue.18.a
num alicubi pauper, vt paupertatem reſarciret, vt peregrinum exciperet: non auro tectum liniuit, ſed apud quẽcum illam tabernaculum ſigens foliarum vmbra contentabatur. Et tam ſplendidum ipſi erat diuerſorium, vt nec angelos apud ipſum manere puderet: non enim quærebant domus ſplendorem, ſed animi virtutem. Hoc & nos imitemur chariſſimi, & quę habemus, in pauperes impendamus: rudi modo paratũ erat illud tabernaculum, ſed regijs aulis ſplendidius fuit. Nullus vnquã rex angelos ſuſcepit: hic verò ſub quercu ſedẽs illa, cellámque figẽs, hoc honore dignus habitus eſt: nõ propter domus vilitatem honoratus, ſed propter animi ornatum, & diuitias in ipſo repoſitas hoc mune-

re potitus.

A re potitus. Et nos igitur ne domos ornemus, ſed potius quàm domum animam noſtram: quomodo enim non turpe, marmoribus parietes fruſtra & temerè contegere, Chriſtum verò nudum circumeuntem negligere? Quæ tibi domus vtilitas homo? Nunquid enim ipſam tecum ducens abibis? Animam verò omnino ducens migrabis. Ecce nũc tale nos oppreſſit periculum. Aſſiſtant nobis domus, ſoluant periculum nobis imminens: ſed non poterunt. Et vos teſtas ipſas deſertas derelinquentes, & ad ſolitudinem exilientes, tanquàm laqueos & retia timentes. Opitulẽtur nunc diuitię, ſed non habent tempus. Si verò vbi hominis ira, pecuniarum valor redarguitur, multò magis in diuino, & inuitabili iudicio hoc fiet. Si homo eſt qui exacerbatur, & ægrè fert, & nihil nobis nunc aurum prodeſt: multò magis iraſcente deo pecuniarum non indigente, auri potentia penitus euaneſcet. Domos ædificemus, vt habitemus, non vt ſuperbiamus. Neceſſitatem tranſcendens ſuperfluum eſt & inutile. Calceare calceum pede maiorem, ſed non tolerabis, te enim ad greſſum impedit: ſic & domus neceſſitate maior, in cœlos tranſitum
B impedit. Vis magnas & ſplendidas domos ædificare? Non prohibeo, ſed non ſuper terram: ædifica tabernacula in cœlis, vt & alios ſuſcipere poſſis, tabernacula nunquam deficientia. Quid inſanis circa fugientia, & hic manentia? nihil diuitiis fallacius, hodie tecum, & cras contra te inuidorum oculos armat. Vndique hoſtis eſt contubernalis, inimicus domeſticus. & vos poſſidentes teſtas, qui omni modo ipſas infoditis & abſconditis: quoniam & nunc nobis periculum intolerabilius diuitiæ faciunt. Nam cernis pauperes quidem ſuccinctos & expeditos, ad omnia paratos: diuites autem multam habentes difficultatem, & circumeuntes, & quærentes vbi aurum infodiant, quærentes vbi tandem deponant. Quid quæris homo conſeruos? Eſt Chriſtus ſuſcipere paratus, & depoſita tibi ſeruare, nec tantùm ſeruare, ſed etiam multiplicare, & cum multo fœnore reddere. Ex illius manu nemo eripit. Non ſeruat autem tantùm depoſita, ſed etiam pro hoc ipſo pericula ſoluit. In hominibus enim depoſita ſuſcipientes, gratiam ſe nobis præſtare putant, ſi cuſtodiam quæ ſuſceperunt: in Chriſto autem contrarium.
C Non enim gratiam præſtitiſſe ſed accepiſſe ſe dicit, cùm depoſita ſuſceperit tua: & pro ipſa cuſtodia, quam circa pecunias tuas exhibet, non te mercedem repetit, ſed ipſe tibi dat mercedem. Qua igitur eſſemus excuſatione digni? qua verò venia? quando & cuſtodire valentem, & pro cuſtodia gratias habentem, & arcana, & magna præmia pro hac cuſtodia reddentem prætermittentes, hominibus circa huiuſmodi cuſtodiam debilibus, & gratiam nobis conferre ſe putantibus, & ſola ipſa quæ dantur, poſtea reddentibus noſtra tradamus? Hoſpes es, & à præſentibus peregrinus, patriam habes in cœlis. Illuc omnia tranſmitte, vt & antequam fruaris, hic retributionem capias. Qui enim bona coaleſcit ſpe, & de futuris confidit, hic iam regnum guſtauit. Nihil enim tantùm animum reparare conſueuit, & meliorem facere, quàm bona futurorum ſpes, ſi eò tranſmittens diuitias animæ tuæ curam cum otio congruo egeris. Omnis enim ſtudium in domus ſuæ ornatum impendentes, in exterioribus diuites interiora negligunt, & deſertam & ſqualentem, & vanis plenam animam ſuam deſpiciunt. Si verò exteriora negligentes circa mentem ſuam promptitudinem omnem impenderint, vndi-

que ipſam ornantes, tabernaculum Chriſto erit tali- D
um hominum anima: Chriſtum autem habente inhabitatorem, quid vnquam fœlicius eſſe poſſet? Vis ditari? Amicum habeas deum, & omnium ditiſſimus eris. Vis ditari? ne altum ſapias. Hoc non ad futura tantùm, ſed etiam ad præſentia vtile. Nihil enim tam inuidioſum, quàm homo diues: quum verò ſuperbia acceſſerit, duplex paratur præcipitium, difficilius ab omnibus bellum. Si verò modicè ſcieris, ſuccidis humilitate inuidiæ tyrannidem, & cum ſecuritate habes quæcunque habes. Talis enim virtutis natura, non ad futura nos tantùm adiuuat, ſed & hic iam retributiones præbet. Ne igitur in diuitiis altum ſapiamus, ſed nec in vlla alia re. Si enim in ſpiritualibus altum ſapiens labitur & perit, multò magis in carnalibus. Cogitemus naturam noſtram, peccata recenſeamus, diſcamus qui ſimus, & hoc nobis in totius humilitatis materiam ſufficit. Ne dicas mihi, tot & tot annorum prouentus repoſitos habeo, auri talenta innumera, lucra per ſingulos aduecta dies. Quantacunque dixeris, omnia temerè dices & incaſſum. Sæpius vna hora & breui temporis momento, velut vento ſupernè E
irruente iactabilis puluis, ſic hæc omnia ex domo exufflantur. Et horum vita plena, plenæ verò ſcripturæ diſciplinarum & exemplorum. Hodie diues, cras pauper. Idcirco ſæpius riſi teſtamenta legens dicentia, ille quidem habeat agrorum, vel domus dominium, vſum verò alius. Omnes enim vſum habemus, dominium autem nemo: etſi enim nobis per omnem permaneant vitam, nullam facientes diuitiæ mutationem, & volentes & nolentes in fine aliis cedemus, ipſarum vſu ſolo decerpto, dominio autem nudi & orbati ad illam vitam migrantes. Vnde manifeſtum eſt, quòd illi ſoli dominium habent, qui & ipſarum vſum contempſerunt, & fructum deriſerunt. Qui enim præſentibus abiectis, ipſas pauperibus erogat, in neceſſarium ſuis vſus eſt, & ipſorum dominium habens obiit: neque per ipſam mortem illa excidens poſſeſſione, ſed omnia illo recipiens tempore, & illis multò plura, quando in die iudicij illorum præſidio maximè egebit, & quando omnes factorum rationes repetemur. Itaque ſi quis vult diuitiarum & poſſeſſionem, & vſum & dominium habere, ab omnibus præſentibus liberetur: quoniam hoc non faciens, in mor- F
te ab ipſis omnino ſeparabitur, multoties verò & ante finem cum periculis & infinitis malis ipſas amittit. Nec hoc ſolum malum eſt, quòd mutatio fit ſimul tota, ſed quòd impræmeditatus ad paupertatis tolerantiam diues deducitur. Sed non talis pauper: non enim auro confidit, & argento inanimatis materiis, ſed deo omnia copioſè præbenti. Itaque diues magis in incerto quàm pauper conſtitutus eſt, cùm frequentes & continuas mutationes recipiat. Quid verò eſt quod dicitur præbere nobis omnia abundanter ad fruendum? Omnia cum largitate dat deus, quæ ſunt pecuniis multò magis neceſſaria, vt aërem, aquam, ignem, Solem, omnia talia. Non licet dicere, quòd magis ſplendore diues, minus verò pauper fruatur. Non licet dicere, quòd copioſiorem aërem, quàm pauper reſpiret diues: ſed omnia paria & communia propoſita ſunt. Quare igitur maiora quidem & magis neceſſaria, & vitam noſtram continentia communia deus fecit: minora verò & viliora non ſunt communia: pecunias dico: qua de cauſa? vt vita noſtra conſeruetur, & virtutis ſtudia habeamus. Si enim non eſſent neceſſaria

Universidad de Deusto
Biblioteca

G hæc communia,fortè diuites ſolita vſi auaritia pauperes ſuffocaſſent.Si enim in diuitiis faciunt hoc,multò magis in illis feciſſent.Rurſum ſi & pecunię communes eſſent,& ſimiliter omnibus propoſitæ,eleemoſynę occaſio ſublata eſſet,& charitatis opportunitas.Vt igitur ſecurè viuamus,communes factæ ſunt nobis vitæ cauſæ: rurſum, vt habeamus coronarum,& probabilium actionum occaſionem, non cómunes factæ ſunt pecuniæ,vt auaritiam exoſi,& iuſtitiam ſectantes,noſtra indigentibus erogantes,aliquod peccatorum noſtrorum remedium per viam hanc capiamus . Diuitem te fecit deus , vt egenis auxilieris , vt peccata tua ſoluas per liberalitatem aliis exhibitam.Dedit tibi pecunias , non vt in mortem claudas , ſed vt in ſalutem tuam effundas.Propterea & ipſarum poſſeſſionem incertam & non ſtabilem fecit,vt & per hoc inſaniæ circa ipſas intenſionem diſſolueret . Si enim nunc poſſidentes,qui de ipſis cõſidere non valent,quinimo multas ex hac re naſcentes inſidias cernunt,ſic circa illarum deſiderium ſuccenduntur : ſi & hoc propoſitum eſſet,vt ſtabiles & minimè caducæ forent,cui peperciſſent?Vnde abſtinuiſſent?qua vidua?quib⁹ pupillis?quibus pauperibus? Ne igitur magnum putemus bonum eſſe diuitias.Magnum enim bonum non poſſidere pecunias,ſed dei timorem & reuerentiam poſſidere . Ecce nunc ſi quis eſſet iuſtus , & apud deum fiduciæ habens multũ , & ſi omnium hominum pauperrimus eſſet,præſentia mala ſoluere poſſet: ſatis enim eſſet tantùm in cœlum manus extendere , & deum inuocare, & hæc nebula præteriret:ſi verò aurum tantum repoſitum eſt,luto omni ad impendentium malorum ſolutionem inutilius eſt , nec in hoc tantùm periculo, ſed etſi morbus comprehenderit,ſiue mors,ſiue aliud quid huiuſmodi,redarguitur pecuniarum vis impotens, & nullam habens de proprio conſolationem in aduerſis afferre. Vnum eſt quo paupertatem diuitiæ ſuperare videntur,quotidianis diffluere deliciis, & multa in conuiuiis repleri voluptate . Hoc tamen & in pauperum menſa contingere videtur, & hos maiori , quàm omnes diuites voluptate frui.Et ne miremini dictum, ex ipſa enim rerum demõſtratione hoc vobis faciam manifeſtum . Noſtis quippe omnes,& hoc confitemini, quòd voluptatem in conuiuiis non ferculorum natura,ſed conuiuantium diſpoſitio facere conſueuit:puta,cum fame quis menſam attingens , omni obſonio & ferculo,& innumeris ciborum illicebris iucundiorem eſcam guſtabit,etſi omnium viliſſima ſit . Neceſſitatem verò & eſuriem præueniens , quod diuites faciunt, ſi etiam placentas inuenerit appoſitas,non ſentiet voluptatem,ipſius appetitu non excitato.Et vt diſcas, quòd hoc ita habet, teſtes quidem & vos omnes. Audiamus autem & ſcripturam hoc ipſum dicentem:
I
Prou.27.a Anima ſaturata calcabit fauum , & anima eſuriens etiam amarum pro dulci ſumet . Et certè quid fauo eſſet dulcius & melle ? Sed non iucundum,inquit, non eſurienti . Quid verò amaris iniucundi? ſed dulcia ſunt in pauperie conſtitutis . Quòd autem pauperes cum neceſſitate & eſurie ad cibum veniant,diuites verò non expectent , hoc cuique manifeſtum eſt : vnde legitimam & ſynceram voluptate non capiunt.Nec in cibis tantùm, ſed & in potu idem accidere quis videre poſſet . Et ſicut illic eſurire ſupra eſcarum naturam voluptatem inducit,ſic & hìc ſitire iucundiſſimũ potum facere conſueuit , & ſi pura ſit aqua quæ bibatur . Et hoc ipſum propheta demonſtrans,dicebat: Et ex petra melle ſaturauit eos . Atqui hoc nuſquam in ſcriptura lectum eſt,quòd mel de petra Moſes eduxerit,ſed vbique fluuios & aquas,& frigida fluenta.Quid igitur tandem eſt quod dicitur? neque enim ſcriptura mentitur . Poſtquàm enim ſitientes & indigentia defatigati frigidioribus aquis inciderunt, ex potu voluptatem aſſerere volens , mel aquam appellauit : non tanquam mutata in mel natura , ſed bibentium diſpoſitione fluenta illa melle iucundiora faciente. Didiciſti,quomodo & potum ſuauem ſitientium affectio reddere conſueuit ? Multi igitur pauperes ſæpe laborantes , & defatigati, & ſiti ardentes cum dicta voluptate talia libauere fluenta : diuites verò vinum ſuaue, & floris odorem,& omnem virtutem habens,quę in vino optari poſſit,haurientes,non eandem ſenſere delectationem . Hoc & in ſomno quiſpiam fieri videret: non enim mollis ſtratus , neque deargentatus lectus, neque quies per domum facta , neque aliud huiuſmodi quicquam ſomnum dulcem & procliuem facere ſolet:ſicut laborare, & laſſari, & vehementer ſomni indigentes, & dormitantes reclinari, & hoc quidem teſtatur & rerum experientia.Teſtatur autem & ante rerum experientiam ſcripturarum ſententia. Deliciis enim innutritus Salomon idem demonſtrare volens, dicebat: Iucundus ſomnus ſermo,ſiue parum,ſiue multum comedat:cur igitur addidit,Siue multum ſiue parum comedat?Ambo hæc vigiliam inducere ſolẽt,indigentia,& crapula:illa quidem primum arefaciens,& palpebras corneas reddens,nec claudi permittens:hęc verò anhelitum angens,& elidens, & multos inferens dolores.Sed tãta eſt laborum medicina,quòd ſi etiam ambo adſint , ſeruus dormire poteſt . Poſtquàm enim ſerui tota die vbique circuncurſitant,dominis ſuis miniſtrantes,vapulantes,laborãtes,& ne minimum quidem reſpirantes, ſufficiẽtem laſſitudinum & laborum illorum retributionem , capiunt in dormiendo voluptatem. Et hoc dei benignitate factum eſt,vt non auro & argento : ſed labore , & ærumna , & neceſſitate, & omni diſciplina voluptates emi valeant . Sed non ſic diuites, ſed ſtratis mollibus iacentes,multoties totam noctem ducunt inſomnem, & multa machinantes tali non fruuntur voluptate.Pauper ex diurnis laboribus ſurgens , deſatigata habens membra , priuſquàm recubuerit, integrum & ſuauem , & legitimum ſomnum ſuſcepit,non exiguam & hanc ex tot laborum capiens mercedem. Cùm igitur cum maiori voluptate pauper & dormiat, & bibat , & comedat : quа gratia erunt amplius diuitiæ dignæ,quam videbuntur ſupra paupertatem ærogatiuam habere , & hac priuatæ? Propterea & ab initio deus hominem laborem aliquid,non puniens neque ipſum caſtigans,ſed corrigens & docens. Quando Illaborioſam vitam degebat Adam,paradiſo excidit.Quãdo laborioſam & ærumnoſam Paulus agebat vitam,in labore & ærumna noctem & diem operans,tunc in paradiſum raptus eſt,& tertium in cœlum aſcendit.Ne igitur laborem reſpuamur,nec operationem vituperemus.Etenim ante cœlorum regnum hìc maximum capimus præmium , ex ipſa rei voluptatem capientes: non autem voluptatem tantùm,ſed & quod multò voluptate maius eſt,puriſſimam ſanitatẽ.Diuitiæ autem in iucũditate & multę ægritudines irruunt:pauperes autẽ à medicorum malis immunes ſunt.Si verò nõnunquã & in infirmitatẽ incidãt,breui ſeipſos inſtaurãt,mollicie omni liberi,& corpora robuſta habẽtes.Magna poſſeſſio pauperтas ſapiẽter

Gene.3.d

4.Reg.2.c.

2.Cor.12.a

A pertas ſapiẽtes ipſam ferentibus , theſaurus qui nequeat auferri,baculus firmiſſimus,inculpabilis poſſeſſio,diuerſorium ab inſidiis tutum. At opprimitur, inquit, pauper: ſed maiores inſidias diues patitur. Contemnitur pauper & cõtumeliis afficitur, ſed diuiti inuidetur. Non tam expugnabilis eſt pauper , quàm dives,infinitas vndique & diabolo,& inſidiatoribus occaſiones præbens, omnium ſeruus propter multam rerum abundantiam,in multorum neceſſitate conſtitutus,& multis adulari cogitur, & cũ multa illiberalitate ſeruire.Pauper igitur ſi philoſophari ſciat,neque ab ipſo diabolo expugnari poteſt. Iob igitur & ante hoc cùm fortis eſſet, poſtquàm omnia amiſit , tunc factus eſt fortior, & claram contra diabolum victoriam reportauit. Præterea verò nec iniuriam pati pauper poteſt , ſi philoſophari ſcierit. Quod enim dixi de voluptate,quòd voluptas non in ciborum apparatu, ſed in comedentium affectu ſita eſt:hoc & de contumelia dico,quòd contumelia non à contumeliantium ſententia , ſed à patientium affectu conſtituitur vel deſtruitur.Verbi gratia,Multa quidam in te fanda atque
B fanda contumelioſe egit : ſi contumelias deriſeris , ſi verba non ſuſceperis,& vulnere ſuperior fis,contumeliam non es paſſus. Et quemadmodum ſi corpus adamantinum haberemus , etſi innumeris vndique telis percuteremur,non tamen vulnera reciperemus : non enim à manu tela torquente, ſed à corporibus patientibus vulnera fiunt.Sic & hìc non à contumeliantium inſania , ſed à patientium contumelias imbecillitate, iniuriæ & iniuriarum contumeliæ conſtituuntur. Si enim philoſophari ſciamus, nec contumelia affici poſſumus,nec quicquam graue pati. Ille iniuriam intulit, non ſenſiſti nec doluiſti:non es iniuriam paſſus,ſed & magis percuſſiſti , quàm percuſſus es. Cùm enim qui contumeliam intulit,plagam ſuam ad patientium animam non peruenientem viderit, ipſe maiorem in modum roditur:& tacentibus contumeliam patientibus, ſponte contumeliarum plaga contra mittentem conuerſa infertur. In omnibus igitur philoſophemur , & nihil nos inopia lædere poterit: quin & maximè adiuuabit,& clariores reddet,& omnibus diuitibus copioſiores. Quid enim,dic mihi,Helia pauperius? ſed propterea omnes diuites vincebat , quoniam pauper hic
C erat: ipſam verò paupertatem ex mentis opulentia elegit.Quoniam enim omnem pecuniarum copiam, animi ſui magnitudine eſſe putauit inferiorem,nec philoſophia ſuã dignam, ideo tantam pauperiem amplexatus eſt.Quòd ſi magna præſentia putaſſet,non tantùm meloten poſſediſſet:ſed ita vitæ vanitatẽ condemnauit,& tanquam lutum proiectum aurum omne deſpexit,vt præter amictum illum nihil amplius poſſideret. Idcirco rex pauperis indigebat,& ad corpus nihil plus quàm meloten habentis habebat , qui tantum habebat aurum:ſic ſplendidior trabea erat melote,& regalibus aulis iuſti ſpelunca. Propterea & in cœlum aſcendens, nihil aliud quàm meloten diſcipulo reliquit. Cũ hac, inquit,cum diabolo pugnaui, & tu contra illum arma tus hanc capi . Validum enim telum inopia, & inexpugnabile habitaculum,& turris inconcuſſa. Tanquã maximam hæreditatem Heliæus melotẽ ſuſcepit: etenim verè maxima fuit hæreditas , omni auro preciоſior. Et erat duplex Helias iſte , & erat ſurſum Helias, & deorſum Helias. Noui quòd iuſtum illum beatum putatis, & velletis quiſque eſſe, vt ille. Quid igitur,ſi vobis demonſtrarem vero quid aliud, quòd illo multò maius omnes ſacris myſteriis imbuti recepimus? D
Helias nempe meloten quidem diſcipulo reliquit. Filius autem dei aſcendens,ſuam nobis carnem dimiſit: ſed Helias quidem exutus, Chriſtus autem & nobis reliquit,& ipſam habens aſcendit.Ne igitur decidamus, neque lamentemur,neque temporum difficultatem timeamus . Qui enim ſanguinem ſuum pro omnibus effundere non recuſauit,& carnem ſuam,& rurſus ipſum ſanguinem nobis communicauit:nihil pro ſalute noſtra recuſabit.Hac igitur ſpe fidentes,ipſum continuè rogemus,& precibus & ſupplicationibus vacem⁹, & reliquæ virtutis cum omni diligentia curam habeamus : vt & inſtans fugiamus periculum , & futura aſſequamur bona : quibus nos omnes dignos cenſeri contingat , gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti,cum quo gloria patri, ſimul & ſancto ſpiritui, in ſecula ſeculorum,Amen.

IN PROFECTIONEM EPISCOPI

Flauiani , pro ciuitate ad Imperatorem legationem obeuntis. Et quòd detrahere , quàm humanum corpus comedere peius eſt.Et de iugulatis propter ſeditionem:& ad criminãtes,quoniam multi non ſeditioſi capti ſunt.

Homilia tertia.

QVando ad tribunal hoc derelictum,& magiſtro vacuum reſpicio,gaudeoq; & pariter lachrymo: lachrymo quidem,quòd preſentem non video patrem: gaudeo autem quòd pro ſalute noſtra profectus eſt , & tantum abiit populum à furore regis erepturus. Hoc & vobis ornamentum eſt, quòd talem ſortiti eſtis patrem:& illi corona,quòd circa filios tam benignus eſt , & à Chriſto dictum per opera confirmauit.audiens enim, quòd paſtor bonus animã ſuam ponit pro ouibus : abiit pro nobis omnibus animam ſuã poſiturus, etſi multa erant ipſum obire prohibentia , & manere cogentia : & primò ætas ad vltimam prouecta ſenectutem,poſtea corporis imbecillitas,& anni tempus,& ſanctę celebritatis neceſſitas,ad hæc vnica ſoror in extremo conſtituta ſpiritu:ſed tamen & conſanguinitatem deſpexit, & ſenectutem, & imbecillitatem, & temporis difficultatem , & itineris F
aſperitatem: & omnibus vos veſtramq; ſalutem præponens,hæc omnia vincula diſrumpit, & tanquam iuuenis fertur ſenex,nunc alatus promptitudine factus. Si enim Chriſtus,inquit,ſeipſum pro nobis dedit: qua ad Tit.3.d. eſſemus nos excuſatione & venia digni , tanti cuſtodiam populi creditam habentes,& non eligentes omnia & facere & pati pro creditorum nobis ſecuritate? Si enim patriarcha,inquit,Iacob pecudibus preſidens, Gene.29.30 & oues irrationales paſcens , & homini rationes redditurus,& noctes ducebat inſomnes, & æſtum, & gelu,& omnem aëris inæqualitatem ferebat, vt nulla illarum pecudum periret: multò magis nos nõ irrationalibus,ſed ſpiritalibus ouibus præpoſitos, & non homini,ſed deo præſidentiæ huius rationes reddituros, ad nihil debemus & retrahi oportet eorum , quæ gregẽ iuuare poſſint. Sed quantò melior grex iſte grege illo, & brutis quidem homines,hominibus verò deus:tantò maius & nos,vehementiusq; ſtudium & promptitudinem exhibere oportet. Nouit ille planè , quòd non pro vna ſibi nunc ciuitate negotium, ſed pro Oriente toto.Ciuitatum enim ſub Oriente poſitarum caput & mater eſt ciuitas noſtra : propterea omne periculum ſubiit , & nihil illum hìc retinere potuit. Ideoq; bonas & ſpei opportunitates ſpero : non enim tantam ſedulitatem

Universidad de Deusto
Biblioteca

G dulitatem & curam deus despiciet, neque seruum suũ infectis rebus redire permittet. Noui quòd & tantum visus ille, & religiosum imperatorem conspicatus, ex aspectu solo statim iram corripere poterit. Sãctorum enim non tantùm verba, sed & ipsi aspectus spiritali gratia pleni sunt. Hic verò & multa sapientia plenus est,& cùm diuinarum legum sit peritus, ad ipsum dicet, quòd & Moses ad deum: Si dimittis quidem ipsis Exod.32.g. peccatum,dimitte:si non autem,& me occide cum ipsis. Talia enim sanctorum viscera,cum filiis mortem, quàm sine ipsis vitam dulciorem esse putant. Adiiciet & à tempore patrocinium, & sacrum Pascha proponet,& commemorabit tempus, per quod orbi terrarũ toti Christus peccatum remisit,dominum imitari exhortabitur,& parabolæ illius decem millium talentorum,& centum denariorum ipsum commonebit. Nouis patris nostri fidutiam, non recusabit ipsum per hãc similitudinem terrere & dicere: Vide ne fortè & tu illo die audias: Serue nequam,omne debitum illud dimisi tibi,quoniam rogasti me,oportebat & te dimitte Matth.18.d
H re conseruis tuis. Tibiipsi magis quàm illis prodes, in paucorum dimissione peccatorum maiorum obliuionem recipiens. Addet prædictis & orationem illam, quam qui sacris initiauere mysteriis: orantem dicere Ibidem.6.b docuerunt: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Ad hęc docebit,quòd non commune ciuitatis fuit peccatum,sed hominum quorundam externorum, & aduenarum nihil cum ratione facientium audacia & omnis præuaricatio. Nec iustum esse posse pro paucorum temeritate tantam diripi ciuitatem,& qui nihil iniustè fecerunt, pœnas luere alioquin etsi omnes peccassẽt, dignas dedissent pœnas,tot diebus timore consumpti,& per singulos mori dies expectantes, pulsi, exulantes, reis miserabilius viuentes, sanguinem in manibus gestantes, & de vita sua non confidentes. Hæc tibi pœna sufficiat, ne vlterius ira procedas, mitem tibi supernum iudicem per humanitatem in conseruos redde. Cogita vrbis magnitudinem,quòd non de vna,vel duabus, vel tribus, vel decem annis nunc nobis est considerandum: sed de decenis millibus,infinitis,de totius orbis capite. Hæc ciuitas in qua primùm fuere Christiani, honora Chri
I stum,reuerere eã quę prima nomen hoc omnibus desiderabile & dulce prædicauit. Apostolorum illa fuit tabernaculum,habitaculum iustorum. Nunc hoc primum & solum in principes facinus patratum est, & ciuitatis mores omne præteritum tempus testatur. Si enim continuè seditiones moueret,improbitatem cõdemnare oporteret: si verò semel hoc omni tempore accidit, certum est, quòd non ciuitatis modò est peccatum, sed imprudenter & temerè ciuitati per corruptionem adiunctorum ista ruina fuit. Hæc sacerdos, & plura his cum maiori dicet fiducia. Hæc Imperator audiet: & ille humanus, & hic fidelis. Vnde vtrinque bonas habemus spes. Magis autem & supra magistri fidem, & regis humanitatem, dei misericordiæ fidimus: etenim & rogato regi, & roganti sacerdoti ipse solus assistet,regis cor emolliens, sacerdotis linguam excitans: ipsius verba secundans, illius mentem præparans, dictis multa cum venia suscipiendis & petitionibus concedendis. Etenim ciuitatum omnium nostra Christo optatissima,tum propter progenitorum, tum propter vestram virtutem. Et sicut Petrus inter apostolos primus Christum prædicauit: sic inter ciuitates, sicut iam prædixi,hæc prima tanquam coronam quã-

K dam admirabilem Christianorum tuæ appellationẽ. Si verò vbi decem tantùm iusti essent, omnes inhabitantes deus saluare promisit: vbi non decem & viginti, neq; bis totidem solùm, sed multò plures sunt, deũ cum omni diligentia colentes, quomodo non oportet bona sperare, & de communi nostra omnium salute confidere? Audiui multos dicentes: Minæ regis, iræ leonis similes, & contra cadentes & lamentantes. Quid igitur aduersus illos dicemus? quod qui dixit: Lupi & agni simul pascentur, & pardus cum hœdo quiescet,& leo tanquam bos paleas comedet: & hunc leonem reddere ouem poterit mansuetam. Supplicemus igitur ipsi, & ad ipsum legationes mittamus, & regis animum penitus corripiet, & ab omni nos instãti angustia liberabit. Pater illic legationem obit, nos hinc ad cœlorum regem mittamus legationem,ipsum precibus adiuuemus. Multùm ecclesiæ communio potest,si anima dolente,si corde contrito preces emittamus. Non opus est mare transire, non opus est longã subire peregrinationem: omnes & ad ecclesiam occurrentes, & domi manentes multo deum studio inuocemus, & omnino supplicationibus annuet. Vnde hoc manifestum? quòd vehemẽter cupit nos ad ipsum semper confugere, & in omnibus ipsum deprecari, & nihil absque ipso vel facere vel dicere. Homines enim, quando ipsos continuè vexamus pro rebus nostris,lãguescunt & retrahuntur, & ingratè se erga nos habẽt. Deus autem prorsus in contrarium: non quando ipsi continuè occurrimus pro rebus nostris, sed quando non hoc facimus,tunc maximè indignatur. Audi igitur quid Iudæis obiicit, dicens: Fecistis voluntatem Ibid.30.a. meam,& non pro me: & fœdera, & non per spiritum meum. Talis enim amantiũ consuetudo,omnia amatorum negotia per se fieri volunt, & nihil sine se illos neque facere,neque dicere. Propterea & deus non hic tantùm, sed & alibi idem rursus exprobrans dicebat: Regnauerunt,& non per me: imperauerunt,& non si- Osee.8.a.
gnificauerunt mihi. Ne igitur torpeamus continuè ad ipsum confugere,& quodcunque graue fuerit, omnino capiet cõgruam absolutionem. Terruit homo,curre ad supernum dominum,& nil graue patieris: sic enim quidam ante soluebant, non tantùm viri, sed & M Hester.7.8. & 9.
mulieres. Fuit quædam mulier Hebræa, Hester erat ipsi nomen: hæc Hester totum Iudæorum populũ vniuersali excidio tradendum sic eripuit. Postquam enim Persarum rex omnes passim Iudæos interimi iussit, & nullus erat qui contra iram illius obsistere posset: prior rem vestem exuta mulier,& sacco amicta, & cinerem substrata, diuinæ clementiæ supplicabat, vt secum ad regem ingrederetur,& talia orans verba ad ipsum dabat: Grata domine fac verba mea, & da sermonem ornatum in os meum. Hæc & pro magistro nos nunc deum oremus. Si enim mulier pro Iudæis supplicans Barbaricum corripere furorem potuit, multò magis doctor noster pro tali ciuitate, & cum sancta ecclesia supplicans, benignissimum & mitissimum hunc regẽ flectere poterit: si enim peccata in deum soluendi potestatem accepit, multò magis in hominem patrata destruere & delere poterit. Princeps est hic, & princeps illo hortatorior. Etenim ipsum regis caput sacras leges ferentes huius manibus subiecerunt: & quando Christum fieri oportuit,antiquatus rex ad regem confugere solitus est. Habet & hic iustitiæ thoracem, habet & loricam veritatis, habet & calceamenta multò honestiora ab euangelio pacis: habet & gladium, non ex fer-

A ex ferro,sed spiritus: habet & coronam capiti impositam. Splendidior hæc armatura, preciosiora hæc arma,maior fidutia,maior vis. Itaque & pro principatus magnitudine,& propria magnanimitate,& ante reliqua omnia,pro firma in deum spe,cum multa fidutia, cum multa prudentia regem alloquetur. Ne igitur de salute nostra desperemus,sed supplicemus, precemur, petamus,oremus,ad supernum regem multis cum lachrymis legationem mittamus. Habemus & ieiuniũ hoc cooperans, in hac pulchra legatione nobis adhærens. Quemadmodum itaque præterita hyeme,& ęsta te apparente, nauta quidem nauigium deducit, miles verò arma deterget,equumq; ad bellum parat, & agricola acuit falcem, & viator fidutiæ plenus lõgum iter aggreditur, & ad certamina pugil expoliatur, seq; denudat: sic & nos ieiunio tanquam æstate quadam spirituali apparente, & arma tanquam milites absterga-
B mus,& falcem acuamus tanquam agricolæ,& tanquã nautæ contra vndas,contra absurdarum cupiditatum cogitationes opponamur, & tanquam viatores rectũ in cœlum iter apprehendamus,& tanquam pugiles ad certamina spoliemur: fidelis enim, & agricola, & gu-
Ephes.6.b. bernator,& miles,& athleta,& viator est. Idcirco Paulus quoque dicit: Non est nobis luctа aduersus sanguinem & carnem, sed aduersus principes & potestates: induite igitur armaturam dei. Vidisti athletam, vidisti militem? Si athleta es,nudum in certamen te descẽdere oportet: si miles, armatum ad pugnam consistere necesse est: quomodo igitur vtraque hæc simul esse possint, & nudum esse, & non nudum: & indutum, & non indutum? Exue vitæ negotia, & athleta factus es: indue arma spiritualia,& factus es miles. Te ipsum vitæ curis denuda, luctæ enim tempus est: arma spiritus indue,bellum enim nobis contra dęmonas conflatum est graue. Propterea nudumq; esse oportet, vt nullam diabolo nobiscum luctanti occasionem præbeamus: & vndique armari,vt nullatenus lethalem plagam susci-
1.Tim.2.a. piamus. Excole animam tuam,& spinas excide: semina verbum pietatis pulchras disciplinæ plantas insere,& cum multa diligentia repastina: nam agricola fa-
C ciens es,& tibi dicet Paulus: Laborantem agricolam oportet primum fructus percipere. Hanc & ipse artem
1.Cor.3.b. tractabat: idcirco Corinthiis scribens dicebat: Ego plãtaui, Apollo rigauit, deus autem incrementum dedit. Acue falcem tuam, quam per crapulam hebetasti, acue per ieiunium, aggredere iter in cœlum ferens, asperam & angustam viam attinge & ambula. Quomodo autem poteris & attingere, & ambulare? Castigans corpus tuum,& in seruitutem redigens: vbi enim via angusta, magnus impedimentum est carnis ex crapula obesitas. Absurdarum vndas concupiscentiarum reprime, repelle improbarum hyemem cogitationum, salua scapham,multam ostende peritiam, & factus es gubernator. Horum autem omnium nobis materia ieiunium,& ministerest: ieiunium autem dico, non hoc vulgare,sed accuratum ieiunium: non tantùm ciborũ abstinentiam,sed & peccatorum: non enim ieiunij ma-
2.Tim.2.a. tura peccata expiare sufficit, nisi cõgrua cum lege fiat. Etenim athleta,inquit,nõ coronatur, nisi legitimè certauerit. Ne igitur inter ieiunij laborem à ieiunij corona excidamus, discamus quotidie & quomodo huius-
Luc.18.a. modi negotium celebrare debemus: quoniam & pharisæus ille ieiunauit, sed post ieiunium illud descendit inanis,& ieiunij fructibus cassus. Publicanus non ieiunauit,& pharisęum ieiunantem præcessit,non ieiunãs, D
vt discas quòd ieiunij vtilitas nulla,nisi & reliqua omnia cõsequantur. Ieiunauerunt Niniuitæ, & dei misericordiam elicuerunt: ieiunauerunt & Iudæi, & nihil plus egerunt,sed culpati abierunt. Quoniam igitur tã tùm ieiunij periculum est nescientibus quomodo ieiunare oportet,ieiunij leges discamus, ne in incertũ curramus,nec aërem verberemus, neque pugnantes cum vmbra dimicemus. Medicina est ieiunium: sed medicina licèt millies vtilis sit, per vtentis imperitiam inutilis sæpe fit: etenim nosse oportet & tẽpus quo ipsam imponere opus sit, & ipsius medicamenti quantitatẽ, & corporis temperiem suscipientem, & regionis naturam,& anni tempus,& congruum victum,& multa alia: quorum si quodlibet prętermissum fuerit, reliquis omnibus nocebit. Si autem vbi corpori mederi oportet, tanta nobis opus est diligentia: multò magis cùm animam curemus,& cogitationibus medeamur, omnia scrutari, & cùm omni sedulitate considerare necesse est. Videamus igitur quomodo Niniuitæ ieiunauerunt,& quomodo ab illa liberati sunt ira. Homines, E Ionæ.3.c.
& iumenta, & pecudes, & oues ne pascantur, inquit: quid dicis? Et bruta ieiunant & equi,& muli sacco vestiuntur? Etiam,inquit: sicut enim diuite aliquo mortuo,non seruos solos & ancillas, sed & equos necessarij sacco amicientes, & agasonibus tradentes ad sepulchrum sequi iubent, calamitatis magnitudinem ostentantes,& omnes ad misericordiam allicientes: sic & in ciuitate illa mori periclitante, & brutam naturam sacco circuntexunt, & ieiunij iugo subiecere. Non licet brutis sermone dei iram discere, discant fame quòd à deo infligitur plaga: etenim si diureretur, inquit, ciuitas, non tantùm nostri inhabitantium, sed & horum vna esset communis sepultura. Pœnę igitur partem habere debentia,& ieiunij partem capiant. Et aliud verò quiddam tunc fecerunt,quod & prophetæ faciunt: etenim illi cùm flagellum aliquod intolerabile de cœlis ferri viderint,postea puniendos sine fiducia esse, confusione plenos,neque venia,neque excusatione vlla dignos,nec habeant quid faciant,nec vnde condemnatis præbeant patrocinium,ad bruta confugiunt, & il- F
lorum mortem deplorantes,ex his supplicationem faciunt,& miserabilem & luctuosam ipsorum perditionem proponentes. Cùm igitur fames olim Iudæos cõprehendisset,& multa regionem siccitas cohiberet, & omnia consumerentur, hic quidem prophetarum dicebat: Resilierunt iuuencę apud præsepia sua, fleuerunt Ioel.1.d.
armenta boum,quoniam non erant pascua: omnia iumenta terræ respexerũt ad te, quoniam exiccatæ sunt emissiones aquarum. Illæ verò ex siccitate, mala lugẽs, rursum sic ferè dicit: Cerui in agro peperierunt & de- Hiere.14.a.
reliquerunt,quoniam non erat herba: onagri in pratis substiterunt,attraxerunt ventum sicut draco, defecerunt ipsorum oculi, quoniam non erat fœnum. Propterea & hodie Ioël dicentẽ audistis: Egrediatur spõ- Ioel.2.d.
sus è cubiculo suo,& sponsa è thalamo suo, infantes sugentes vbera. Qua de causa,dic mihi, immaturam ætatem ad supplicationem vocat? Nonne certũ est, quòd propter eandem causam? quoniam enim omnes viri ætate perfecti exacerbauerunt deum, & ad iracundiã concitauerunt: Ætas,inquit, peccatorum expostulato supplicet. Sed quid dicebant, videamus, quid tandem sit, quòd ineuitabilem illam iram soluerit: num ieiunium solum & saccus? non est dicendum, sed totius vitæ mutatio. Vnde hoc manifestum? ab ipsis prophetiis verbis. De dei enim ira locutus & illorum ieiunio,

idem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gidem conciliationem dicens, & cõciliationis causam
Ionæ.3.d. dicens, sic inquit: Et vidit deus opera ipsorum. Qualia
opera? quòd ieiunauerunt? quòd saccum induerunt? ni
hil horum, sed hæc omnia tacens, intulit: quoniam cõ
uersus est quisq; à viis suis malis, pœnituit mali quod
dixerat facere ipsis dominus. Cernis quòd non ieiu-
nium periculo eripuit, sed vitæ mutatio deum barba-
ris placatum, & beneuolum reddidit? Hæc dixi, non
vt ieiunium contemnamus, sed vt ieiunium honore-
mus: honor enim ieiunij non ciborum abstinentiâ, sed
peccatorum fuga. Itaque ciborum abstinentia tantùm
ieiunium definiens, hic est qui maximè ipsum vitupe-
rat. Ieiunas? demonstra mihi per ipsa opera. Qualia,
inquis, opera? Si pauperem videris, miserere: si inimi-
cum videris, conciliare: si amicum laudabiliter agen-
tem videris, ne inuideas: si mulierem videris specio-
sam, transcende. Non enim os tantùm ieiunet, sed &
oculus, & auditus, & pedes, & manus, & omnia corpo
ris nostri membra. Ieiunent manus à rapina & auari-
tia mundæ: ieiunent pedes ad illicita spectacula cur-
sum reprimentes, ieiunent oculi discentes nunquam
formosis obtutibus insilire, nec alienas curiosè pul-
H chritudines spectare. Cibus enim oculorum spectatio:
sed si illegitima sit, & prohibita, ieiunio nocet, & om-
nem animæ salutem subuertit: si verò legitima & con
cessa, ornat ieiunium. Etenim absurdissimum esset, ci-
bis & concessa abstinere esca per ieiunium, oculorum
verò prohibitam attingere. Nõ comedis carnem? Ne-
que lasciuiam per oculos haurias. Ieiunet & auris: au-
rium autem ieiunium, detractiones & calumnias non
Exod.23.a. suscipere. Auditum enim vanum nõ suscipies, inquit.
Ieiunet quoque os à verbis turpibus & conuicio. Quæ
enim vtilitas, cùm auibus quidẽ & piscibus abstinea-
mus, fratres verò mordeamus & comedamus? Detra-
hens fraternas carnes comedit, proximi carnem mo-
Galat.5.c. mordit: propterea & Paulus terruit, dicens: Si autem
vos inuicem mordetis & comeditis, videte ne inuicẽ
consumamini. Non infixisti dentes carni, sed animæ
maledictum, improbam suspicionem infixisti, vulne-
rasti, innumeris affecisti malis, & teipsum & illum, &
alios plures: etenim audientem peiorem fecisti proxi-
mo calumnians: siue enim peccator sit, segnior fit, pec
cati communicatorem nactus: siue iustus sit, in arrogã
I tiam tollitur & inflatur ex aliorum peccato, magna
de ipso sentire persuasus. Insuper communem eccle-
siæ statum læsisti: non enim omnes audientes peccatorem
solùm accusant, sed opprobria Christianorum genti
infliguntur: nec audiunt infideles dicentes, quòd ille
leno est & dissolutus, sed pro eo qui peccauit, Christia-
nos omnes calumniis infectantur. Ad hæc dei gloriã
blasphemari fecisti: sicut enim nobis laudabiliter vi-
uentibus dei nomen glorificatur, sic peccantibus bla-
sphematur, & contumelia afficitur. Quartum, malè au
dientem confudisti, & sic impudentiorem reddidisti,
inimicum & hostem constituens. Quintum, teipsum
pœnæ & correctionis reum fecisti, negotia ad te nihil
attinentia texens: ne quis enim hoc mihi dicat, tunc
detraho, quando falsa dico. Nam si vera loquens ma-
Luc.18.c. ledixeris, & hoc est crimen: etenim pharisæus ille pu-
blicano veridicus maledixit, sed tamen hoc ipsi nihil
profuit. Dic enim mihi, Publicanus non erat publica-
nus & peccator? Cuique certum est quòd publicanus
erat, sed tamen quoniam ipsum vituperauit pharisæus,
abiit omnibus amissis. Vis fratrem corrigere? lachry-
ma, ora deum ex corde, apprehensum admone, consu-
le, exhortare: sic & Paulus faciebat, Ne iterum cùm ve K
nero, humiliet me deus apud vos, & lugeam multos 2.Cor.12.g
ex his qui antè peccauerunt, & non egerunt pœniten-
tiam super immunditia, & fornicatione, & impudici-
tia, quam gesserunt. Demonstra charitatem erga pec-
catorem, persuade ipsi, quòd consulens & curans non
peruulgare volens, peccati ipsum commonefacis: cõ-
prehende pedes, osculare, ne erubescas, si modò verè
mederi vis. Hæc & medici faciunt sæpius difficiles æ-
grotos habentes, deosculantes, rogantes persuadent
salutarem sumere medicinam; Ita tu quoque fac, sa-
cerdoti vulnus manifesta, hoc est curantis, hoc proui
dentis, hoc consulentis. Non solos autem maledicen-
tes, sed & aliis detrahi audientes admoneo aures ob-
struere, & prophetam imitari dicentem: Detrahẽtem Psal.100.
secretò proximo suo hunc persequebar. Dic proximo:
habes aliquem quem laudes & commendes? Aures a-
perio, vt vnguenta suscipiam: si verò malè velis dice-
re, verbis ingressum obturo: non enim stercus & cœ-
num suscipere patior. Quod mihi lucrum, si didicero
quòd ille improbus? Maximum igitur nocumentum
ex hoc, & extrema iactura. Loquere ad ipsum: cure-
mus nostra, quomodo peccatorum rationes demus, & L
curiositatem hanc, & operosam indagationem circa
vitam nostram exhibeamus. Quam enim habebimus
excusationem, quam veniam, cùm nostra ne in men-
tem quidẽ capiamus, aliena verò curiosè scrutemur?
sicut in domum declinare, & interiora considerare,
prætereunti turpe est, & multa ignominia plenum: sic
& circa alienam vitam satagere, illiberalitatis extre-
mæ est. Hoc verò ridiculum magis est, quòd talem ha
bentes vitam, & propria negligentes, cùm aliquid ar-
canum dixerint, rogant audientem, & adiurãt, ne cui-
quam amplius alteri dicat: hinc declarantes, quòd
rem reprehensione dignam commiserunt. Si enim il-
lum, vt nemini dicat, rogas: multò magis te priorem
huic dicere non oportebat. In tuto sermonem habe-
bas: postquàm ipsum prodidisti, tunc salutem ipsius cu
ras: si non vis efferri, neque alteri ipse dicas: postquàm
verò alteri prodidisti sermonis custodiam, superflua
facis, & inutilia admonens & obtestans pro dictorum
custodia. Sed iucundum detrahere, imò iucundius: ió
detrahere. Detrahens enim deinceps in agonia est, su-
spicatur & timet, pœnitentiam agit, & linguam suam M
mandit, timens & tremiscens, ne fortè alijs enunciã-
tum verbum, magnum sibi periculum afferat, & su-
perfluam & inutilem inimicitiam his qui dixêre, ope-
retur. Apud seipsum verò continens, in securitate plu-
rima cum multa requiet voluptate: Audisti sermonem, Eccli.19.b.
inquit, moriatur in te: confide, nõ te disrumpet. Quid
est, moriatur in te? extingue ipsum, dele ode, nec exire,
neque penitus moueri permittas: sed maximè stude,
neque alios quidem dicentes malè tolerare: quod si
quando & susceperis, infode, interime dictum, obli-
uioni trade, vt his qui non audierint, similis fias, & cũ
multa pace & securitate præsentem transigas vitam.
Si delatores didicerint, quòd ipsos magis, quàm accu-
satos auersemur: & ipsi tandem ab hac mala consuetu
dine desistent, & peccatum corrigent, & laudabũt post
hæc, & nos ipsos suos saluatores factos, & benefacto-
res prædicabunt: sicut enim benedicere & laudare ami
citiæ principium est, sic & maledicere & calumniari
inimicitiæ, & odij, & iniuriarum principium est, atque
discordiarum materia. Non aliunde nostra negligun-
tur, quàm quòd aliena satagimus, curioseq; scrutamur:
non enim

A non enim vacat homini accusanti, & alienos exqui-
renti mores, propriam quandoque vitam curare: stu-
dio enim omni in aliorum curiositatem impenso, ne-
cesse est omnia eius temerè & negligenter iacere. Et-
enim optandum omne otium in propriorum curam
peccatorum, & iudicium impendentem amplius quid
perficere posse. Cùm verò semper aliena cures, quan-
do tua meditaberis mala? Fugiamus igitur dilecti, fu-
giamus detractiones, docti quòd est totum satanicum
barathrum insidiarum eius hæc insessio. Vt enim no-
stra negligamus, & grauiores nobis reatus constitua-
mus, in hanc nos consuetudinem diabolus duxit: imò
verò non solùm inest hoc malum, quòd tunc rationẽ
dabimus eorum quæ diximus, sed etiam quòd peccata
nostra sic grauiora faciemus, omni nos excusatione
priuantes: acerbè enim aliena exquirens, in suis exces-
sibus nullam vnquam veniam nanscisetur. Nõ enim
tantùm à peccatorum natura, sed & ex iudicio de aliis
Matth.7.a. nostro sententiam deus proferet, idcirco admonuit di
Lucæ.6.f. cens: Nolite iudicare, ne iudicemini: non enim quale
B fuit peccatum, tale illic in futurum apparebit: sed quã
dam magnam & ineuitabilem additionem à iudicio
in conseruum facto accipiet. Sicut enim humanus &
mitis, & clemens maiorem peccatorum grauitatem
succidit: ita acerbus & crudelis, & implacabilis magnũ
propriis pondus peccatis apponit. Eliminemus igitur
omnem ex ore nostro detractionem, scientes quòd etsi
Matth.15.b. cinerem comedamus, nulla nobis asperæ vitæ huius
& Marc.7.c vtilitas proderit, nisi detractione abstineamus: non e-
nim quæ intrant, coinquinant hominem, sed quæ ex-
eunt ex ore. Si quis te prætereũte stercus commoueat,
hoc facientem non conuicio & cõtumelia afficias: hoc
fac & circa detractores. Non enim sic commotũ ster-
cus illum fœtorem suscipientem cartilaginem percel
lit, sicut aliena peccata excussa, & vita impura audien-
tium animos prodita contristari & exturbare solent.
Abstineamus igitur detractione, turpiloquio, blasphe-
mia, & neque proximo, neque deo maledicamus: multi
enim obtrectatorum in hoc furoris lapsi sunt, vt à
conseruis in deum linguam suam reuocauerint. Quã-
tum verò sit hoc malum, ex rebus nunc nos continen
tibus discе. Ecce enim homo iniuriam passus est, & o-
C mnes timemus & tremimus, quisq; intulerunt iniuriã,
& de nullo huiusmodi sibi conscij: deus autem per sin-
gulos dies iniuria afficitur à diuitibus, à pauperibus, à
quietis, à tribulatis, à calumniantibus & calumniam fe
rentibus, & nulla vsquam ratio. Propterea consentium
violari permisit, vt ex periculo eius contumeliam ex-
orto præsentem discas domini benignitatem. Atqui
hoc nunc primum factum est, & solum: sed tamen nec
propter hoc nos vllam asseguturos esse veniam, vel
excusationem expectamus. Deum verò quotidie irita
mus, & nullam facimus conuersionem, & adhuc cum
omni longanimitate sustinet. Vidisti quanta dei sic cle
mentia? Et in hac quidem præuaricatione qui peccaue
runt, capti sunt, & in carcerem detrusi, pœnasq; dede-
runt: sed tamen adhuc timemus: necdum enim facta
læsus audiuit, neque sententiam enunciauit, & omnes
tremimus. Deus verò quotidie contumelias in se fa-
ctas audit, & nemo conuertitur; & hic cùm sit tam cle
mens & mitis, illi inster peccatum dicere sufficit, &
crimen soluitur. In hominibus verò contrarium peni
tus, cùm peccatores confessi fuerint, tunc magis puniũ
tur: quod quidem & nunc factum est. Nam hi quidem
ferro, illi verò igni, quidam autem bestiis traditi, pe-
rierunt, non viri tantùm, sed & pueri: nec ætatis im- D
maturitas, nec populi tumultus, nec quòd dæmonum
furore pleni hæc fecerint: nec quòd exactio intolera-
bilis esset visa, non paupertas: non quòd publicè cum
omnibus peccauerint, non quòd promiserint nunquã
se amplius esse talia ausuros, non aliud quicquam om-
nino ipsos eripuit: sed absque omni venia ad barathrũ
abducebantur, militibus armatis vtrinque ipsos agen-
tibus, & obseruantibus, ne quis reos eriperet: & seque-
bantur matres, procul quidem filios conspicientes ab-
stractos, calamitatem autem conqueri non audentes.
Passionem enim vincebat formido, & naturam supera
bat metus. Et sicut naufragos à terra contuentes ho-
mines, dolent quidem, accedere autem & submersos
eripere non valent: ita quidem & hic tanquam vndis
quibusdam, militum timore prohibitæ matres, non tã
tùm accedere, & ipsos à damnatione eruere non au-
debant, sed & timebant deplorare. An hinc dei mise-
ricordiam coniicitis: quàm ineffabilis, quàm infinita?
quomodo omnem transcendit rationem? Hic quidem E
læsus & eiusdem naturæ, & semel ex omni tempore
hoc passus est, & non coram, neque præsens & cernẽs
& audiens, & tamen nemo reorum veniam assecutus
est. De deo verò nihil horum dicendum est: etenim tã
tum est dei & hominis medium, quantum ratio ad-
struere possit: quotidie contumelia afficitur præsens
& videns & audiens, & neque fulmen immisit, neque
mare iussit terram inundare, & omnes submergere,
neque terram hiare & temeratores absorbere manda
uit: sed tolerat, & longanimiter agit, & ignoscere pro-
mittit contumeliæ authoribus, si tantùm pœnitentiam
agant, & non amplius hæc facere polliceantur. Verè
nunc exclamandi tempus. Quis loquetur potẽtias do Psal.105.a.
mini, auditas faciet omnes laudes eius? Quot dei ima
gines non tantùm deiecerunt, sed & conculcauerunt?
cùm enim reum angas, cùm dispolies, cùm trahas,
cùm deiicias, dei imaginem cõculcas. Audi certè Pau-
lum dicentem, quòd homo non debet operire caput, 1.Cor.11.b.
imago enim & gloria dei est. Et rursus ipsum deum
dicentem: Faciamus hominem secundum imaginem Gene.1.c.
& similitudinem nostram. Si verò dicas, quòd non est
eiusdem substantiæ homo cum deo, quid hoc? neque
enim æs statuæ eiusdem est cum rege substantiæ, sed F
tamen hanc ausi lædere pœnas dederunt: sic & in ho-
minibus, etsi non eiusdem cum deo substantiæ sunt ho
mines, sicut neque reuera sunt, veruntamen imago vo
cati sunt, & propter appellationem ipsos honorem re
cipere oportebat. Tu verò propter paululum auri, cõ-
culcas, angis, trahis, & nullam adhuc pœnam dedisti.
Contingat igitur hodie quãdam bonam, & dexteram
fieri mutationem. Illud certè vobis prædico, & conte-
stor, quòd etsi hæc præterierit nubes, nos autem in eo-
dem manserimus torpore, rursum multò his quæ im-
præsentiarum expectantur, peiora patiemur: quoniam
& nũc non tantum imperatoris iram, quantùm segni-
ciem vestram timeo. Non enim duobus quidem, aut
tribus diebus supplicasse nobis ad defensionem suffi-
cit: sed totius vitæ mutationem fieri oportet, & à ma-
litia desistentes in virtute permanere continuè. Sicut
enim ægrotantes, nisi semper ordinatè vixerint, nulla
ipsis disciplinæ per tres aut quatuor dies seruatæ vtili
tas: sic & peccantes, nisi semper sobrij sint, nihil pro-
derit ipsis duorum vel trium dierum correctio. Vt e-
nim dicitur, lotus postea in luto rursum inquinatus, ni »
hil profecit: sic tres per dies agens pœnitentiã, & rur- »
sum ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

G sum ad priora regrediens, nihil amplius operatus est. Ne igitur quod semper facimus, hoc & nũc faciamus. Etenim terræmotibus sæpius cõprehendentibus, & fame & siccitate, tribus vel quatuor diebus moderati, & mansuetiores facti, rursus ad priora rediimus, propereaq; hæc acciderunt. Sed si non prius, nunc saltem in eadem permaneamus pietate, & eandem mansuetudinem seruemus, ne rursum alterius indigeamus flagelli. Nunquid non poterat deus facta prohibere? Sed permisit, vt se contemnentes per conserui metum modestiores efficeret. Nec mihi quis dicat, quòd multi sontium effugerũt, multi verò insontium pœnam subierunt: etenim hoc dicentes multos sæpius audio, non in præsenti tantùm seditione, sed & in aliis multis huiusmodi negotiis. Quid igitur talia obiicientibus dicendum? quòd & si in præsenti seditione insons erat reus, sed aliud peccatum aliquando grauius commisit, deinde non mutatus in præsenti pœnas dedit. Etenim hoc facere deus consueuit, & cùm peccauerimus, non statim peccatis irruit, sed remittit, dans nobis pœnitentiæ tempus præfinitum, vt corrigamur & mutemur: si verò quòd non pœnas dederimus, peccatum H deletum esse existimantes contemperimus, vbi non putamus, ibi post hæc capiemur omnino. Hoc autem fit, vt cùm peccauerimus, & non fuerimus puniti, non confidamus, nisi fuerimus mutati: scientes quòd vbi non putamus, omnino cademus. Itaq; si peccaueris, & punitus non fueris, ne contemnas dilecte: sed propter hoc ipsum magis time, sciens quòd facile deo est, quãdo velit, iterum retribuere. Propterea enim te non puniuit, vt capias pœnitẽtiæ tempus. Ne igitur dicamus, quòd crimine carens ille ceciderit, alter verò facinoris author effugit. Innocens etenim lapsus, vt prædixi, aliorum peccatorum pœnas luit: & qui nunc effugit, nisi mutatus fuerit, in alio capietur laqueo. Si sic dispositi simus, nunquam proprìorum obliuiscemur peccatorum: sed semper timentes, trementes, ne quando subeamus iudicium, citò ipsorum recordabimur: nihil enim sic peccata in memoriam reuocare consueuit, vt pœna & castigatio. Et hoc manifestum ex fratribus Ioseph. Cùm enim illi iustum vendidissent, & tredecim anni præteriissent, puniri metuentes, & de vita timentes, peccati recordati sunt, & I
Gene.42.d. inter se dicebant: Meritò hæc patimur, in peccatis enim sumus propter fratrem nostrum Ioseph. Vides quomodo timor ille ipsos peccati sui commonefecit? & quando peccabant quidem, non sentiebant: quando verò puniri metuebant, tunc recordati sunt. Hæc igitur omnia scientes, vitam mutare velimus & corrigere, & ante instantis angustiæ liberationem de religione & virtute cogitemus. Et interim tria vobis manda ta commendare volo, vt hæc mihi in ieiunio præstetis: vt nemini detrahatis, inimicum habeatis neminẽ, & omnem prorsus ex ore malam iuramentorum consuetudinem expellatis. Et sicut cùm aurum imperatũ audierimus, abiens quisque domum, & vxorem vocãs, & filios, & seruos, considerat cum illis & consultat vn de tributum illud eroget: sic & in mandatis faciamus his spiritualibus, domum quisque regressus, vxorem & filios vocet, & dicat, quod tributum spiritale hodie impositum est, tributum aquam, per quod erit quædam horum malorum solutio & liberatio: tributum conferentes, non pauperes, sed ditiores facientes, vt neminem inimicũ habeamus, detrahamus nemini, nec omnino iuremus. Consideremus, curam agamus, consultemus, quomodo hæc impleamus mandata, omne K
impendamus studium, nos alter alterum commoneamus, alter alterum corrigamus, vt non debitores abeamus illuc: deinde mutuari ab aliis coacti, illud quod Matth.25.a
virgines fatuæ patiamur, & immortali salute excidamus. Si sic nostræ constituimus vitæ rationem, hic vobis spondeo, & polliceor, quòd & præsentis calamitatis aliqua solutio dabitur, & istorum malorum liberatio: & quod omnibus maius est, futurorum fructus bonorum: oportebat quidem omnem vobis mãdare virtutem, sed hunc esse correctiõnis optimum modum puto, per partes legem capientes implere, & tum ad alias ire. Sicut enim agro proposito, agricola paulatim fodiens, sic ad finem venit: sic & nos legem hanc nobis ponamus, vt per quadragesimam præsentem hæc tria mandata diligẽter exerceamus: proculdubio cùm bonæ consuetudinis custodiam prudenter exhibuerimus, cum maiori facilitate & ad reliquas veniemus, & ad ipsum disciplinæ verticem peruenientes, tum præsentem vitam bona cum spe transigemus, tum & in futura cum multa Christo fiducia assistemur, & arcanis fruemur bonis: quæ nos assequi detur, gratia & L
benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo gloria patri vnà cum sancto spiritu in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM EXHORTATIO AD POpulum de patientia & tolerantia, ab exemplis Iob & trium pucrorum: & de abstinentia à iuramentis.

Homilia quarta.

BEnedictus deus, qui dolentes animas vestras consolatus est, & desolubiles mentes confirmauit. Quòd enim congruam ceperitis consolationem, per studium hoc & audiendi promptitudinẽ demonstrastis: non enim datur, animam dolentem, & tristitiæ nube pressam posse quę dicuntur, cum promptitudine audire. Vos autem video, cum multa beneuolentia, & acri studio nobis attendentes omnibus tristibus exc[illegible]is, & audiendi desiderio instantem angustiam repulisse: propterea deo vobiscum gratias ago, quòd disciplinam nostram miseria non redarguit, nẽ rigorem nostrum timor remisit, nec alacritatem vestram extinxit tribulatio, nec tabefecit zelum vestrum M
periculi magnitudo, nec superauit in deum desiderium hominum timor, nec studium vestrum temporis iniquitas deiecit: nec tantùm non deiecit, sed & alis sufful[illegible] non tantùm non retendit, sed & intendit: non tantùm non extinxit, sed & amplius accendit. Euacuatum quidem foru est, sed ecclesia repleta: illud fluctus materia, hæc gaudij & lætitiæ spiritalis occasio. Cùm igitur in forum te contuleris dilecte, & solitudinem conspicatus ingemueris: confuge ad matrem, & statim te propriorum filiorum multitudine consolabitur & perfectum ostendet tibi fratrum & patrum chorum, & omnem tristitiam repellet. In vrbe quidem viros cernere desideramus, tanquam deserta habitantes: in ecclesiam verò confugientes multitudine comprimimur. Et quemadmodum mari æstuante, & multis procellis insaniente, ad portum confugere timor omnes cogit: sic & nunc fori procellæ, & ciuitatis hyems omnes in ecclesiam vndique compellunt, & charitatis vinculo membra inter se constringunt. Gratias agamus igitur & propter hæc deo, quòd tantum ex tribulatione carpsimus emolumentum, quòd tantam ex tentatione vtilitatem cepimus. Nisi tentatio, nec co-

ron:

A rona: nisi certamina, nec brabia: nisi studia, nec honores: nisi tribulatio, nec remissio: nisi hyems, nec æstas. Et hoc non in hominibus tantùm, sed in seminibus quoque ipsis intueri licet: & in his enim multam quidem pluuiam, multam verò nubium collisionem, multam denique glaciem fieri oportet, si vernãs spica exurgere debet: vbi verò sementis tempus, tempus & pluuiæ. Postquàm igitur & nunc ingruit hyems animarum, non aëris: feramus & nos in hac hyeme, vt in æstate metamus: seminemus lachrymas, vt metamus
Psal.125.a. exultationem. Non meus hic sermo, prophetica denũciatio est: Qui seminant in lachrymis, inquit, in exultatione metent. Non sic semina delatus imber germinare & crescere facit, vt pietatis semen excitat, & vernare facit ex lachrymis ruens imber: hic animam deterget, irrigat mentem, doctrinæ germen breui progredi facit: propterea & profundum sulcum proscindere necessarium. Etenim & propheta hoc admonuit
Hiere.4.a. ita dicens: Renouate vobis noualia, & nolite seminare in spinis. Quemadmodum igitur aratrum immittens deorsum, terram aperit, tutam seminibus custodiam
B parans, ne iacta in superficie remaneant, sed in ipsos terræ sinus immittantur, & in tuto radices figant: sic & nos facere necessarium, & tanquam aratro tribulatione vtentes, cordis profundum scindere: hoc enim
Ioel.2.c. & alius propheta admonet, dicens: Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra. Corda igitur scindamus, vt siqua dolosa herba, & improba cogitatio nobis inest, radicitus eam vellamus, & puras pietatis seminibus terras exhibeamus. Nisi nunc enim renouemus, nisi nunc seramus, nisi nunc fundamus lachrymas, cùm adest tribulatio & ieiunium quando vnquã in compunctionem veniemus? Num quando remissio & deliciæ fuerint? Sed hoc fieri non potest. Remissio enim & deliciæ in segnitiem inducere consueuerunt: sicut tribulatio ad studium reuocare, & mentem exterius circa multa vagantem, & occupatam conuertere. Ne igitur de hac tristitia doleamus, sed deo gratias agamus: multum enim de tribulatione lucrum. Nam & cùm agricola semina cum multo labore collecta seminauerit, ignarus quidem omnia quæ fiunt, cernens admirabitur, fortèque apud seipsum dicet: Quid hic homo tandem facit? collecta dissipat, nec dissipat tantùm, sed & terræ cum multa cura commiscet, ne faciC
lè colligi possint: nec tantùm commiscet terræ, sed & optat vehementem fieri pluuiam, vt proiecta omnia marcescant, & lutum fiant, & turbabitur cernens fulmina, & coruscationes deferri: agricola verò non ita, sed lætatur & gaudet hyemem cernens: non enim præsentia respicit, sed futura spectat: non respicit ad fulmina, sed manipulos computat: non marcescentia semina, sed vernantes spicas: non grauem imbrem, sed iucundissimam areæ ventilationem: Itidem & nos, nõ præsentem spectemus tribulationem, aut dolorem: sed orientem ex ipsa vtilitatem, ex ipsa nascentem fructũ. Expectemus aream, manipulos: si etenim vigilemus, multum ex hoc tempore fructum congregare, & mẽtis nostræ penus implere poterimus: si vigilemus, non tantùm nihil graue ex hac patiemur tribulatione, sed & innumera bona capiemus: si verò torpeamus, remissio nos perdit. Non aduertentem enim vtraque lædũt, cum sedulitate verò cuncta vtraque prosunt. Et sicut aurum, etsi aquis immoretur, propriam præstat speciẽ: siue in conflatorium ceciderit, splendidius rursum apparet: lutum autem & fœnum, siue aquis immisceri ac cidat, hoc quidem marcescit, illud verò dissoluitur: sive in ignem ceciderit, hoc quidem frigitur, illud autem cõburitur: Sic certè & iustus & peccator: ille quidem siue remissione fruatur, manet splendidus, sicut aurum aquæ immersum: siue in tẽtationem ceciderit, splendidior fit, sicut aurum igne examinatum: peccator verò siue remissionem nanciscatur, dissoluitur, & marcescit, sicut fœnum & lutum aquæ immorans: siue tentationem sustineat, comburitur, & perditur, sicut lutum & fœnum ab igne. Non igitur conficiamur præsentibus malis: si enim peccata habeas, destruuntur, & comburuntur facilè per tribulationem: si verò virtutem habeas, illustraris, & elucidaris ab ipsa: si continuè vigiles & sobrius sis, eris omni damno superior. Non enim tentationum natura, sed tentatorum segnities ruinas efficere solet. Itaque si vis gaudere, & remissione & voluptate potiri, neque voluptatem, neque remissionem quæras: sed animam patientia plenã quære, & tolerantiam exhibere valentem. quòd si hoc nõ habeas, non tantùm tentatio te redarguet, sed & remissio perdet, & magis deiiciet. Quòd enim non grauium incursus casuum, sed mentis nostræ torpor sa- E
lutem nostram subuertit, audi quid dicat Christus: Quicunque audit verba mea hæc, & facit ea, assimi- Matth.7.d
labitur viro prudenti, qui ædificauit domum suam super petram, & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & nõ cecidit: fundata enim erat super petram. & rursum: Omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea, simi- Ibidem.
lis erit viro stulto, qui ædificauit domum suam super arenam, & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & ceciD dit, & erit ruina eius magna. Vides quòd non tentationum inflictus, sed ædificantium stultitia ruinam fecit: Etenim illic pluuia, & hic pluuia: & illic flumina, & hic flumina: & illic ventorum incursus, & hic idem: & ille ædificauit: & hic ædificauit: & eadem ædificatio, & eędem tentationes, sed non idem finis, quoniam nõ idem fundamentum: non enim tentationum natura, sed ædificantis imprudentia ruinam fecit, alioqui oportuisset & domum supra petram ædificatam cadere: nunc verò nihil tale passa est. Sed ne de domo hæc dicta esse putetis, de anima enim sermo est diuinorũ F
verborum auditum per opera demonstrante, vel repellente. Sic animam suam Iob ædificauit: descendit Iob.1.c.d
pluuia, ignis enim de cœlo cecidit, & omnes greges absumpsit: venerunt flumina, frequentes, continui, & indesinentes calamitatum nuncij: hic quidem gregũ, hic verò filiorum interitum dicens: flauerunt venti, amara vxoris verba: Dic, inquit, verbum contra do- Ibidem.2.c.
minum, & morere. Et non cecidit domus, non est supplantata anima, non blasphemauit iustus: sed & gratias egit, sic dicens: Dominus dedit, dominus abstulit, Ibidem.1.d.
sicut domino visum est, sic & factum est. Vides quòd non tentationum natura, sed torpentium ignauia ruinam facere solet? Itaque fortem tribulatio, & fortiorem reddit. Quis hæc inquit? In tribulatione nutritus beatus Paulus ita dicens: Tribulatio patientiam operatur, patientia verò probationem, probatio verò spẽ. Rom.5.a.
Et sicut firmas arbores ventorum impetus incidens, & vndique iactans, non euellit, sed & solidiores & firmiores his incursibus reddit: sic & animam sanctam, & piè viuentem tentationum incursus, & tribulationum non supplantant, sed etiam ad maiorem patientiam præparant: sicut & beatum Iob splendidiorem & venerabilio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G venerabiliorem reddiderunt. Nunc igitur nobis quidem homo irascitur,homo quidem iisdem pœnis obnoxius,& similis animæ,& timuimus. Tunc autem illi dæmon malignus & ferus erat iratus, nec simpliciter irascebatur,sed omnes mouebat artes, omnemq; adhibebat versutiam, & nec ita quidem iusti fortitudinem superauit. Et hic quidem cùm homo sit, nũc irascitur, nunc conciliatur, & tamen timore mortui sumus. Tunc diabolus erat impugnans,qui nũquam hominum naturæ conciliatur,sed bellum sine fœdere, & pugnam sine induciis generi nostro indixit, & tamen ipsius sagittas iustus derisit. Quam igitur nos excusationem, vel qualem veniam habere deberemus, humanam tentationem non ferentes, tantùm in gratia cum disciplina versati,cùm ille ante gratiam,& in veteri testamento illud tam intolerabile bellum generosè tulerit? Hæc igitur dilecti semper inter nos disseramus,& per hos sermones nosipsos exhortemur. Etenim vos testes, conscientiáque nostra, quantum ex hac tentatione vtilitatis habuimus. Dissolutus enim
H modestus factus est, audax humanior, segnis studiosus. Qui nunquam ecclesiã viderant,sed totos in theatris agebant dies, nunc in ecclesia tota die morantur. Propterea̓ne igitur doles, quòd te studiosum timore deus reddidit? quòd te per tribulationem ad tuæ salutis sensum perduxit? Sed torquetur conscientia tua? Sed quotidie percellitur mens tua mortem expectãs, & minas maximas? Sed hinc quoque nobis magnus ad virtutem accessus erit, crescente nobis per angustiam religione. Potest enim deus omnia grauia hodie soluere: sed donec nos purgatos videat, donec videat factam conuersionem,& pœnitentiam firmam & inconcussam, non dissoluit tribulationem. Etenim aurifex donec aurum bene purgatum viderit,de conflatorio non extrahit: sic & deus non abducit hanc nubem,donec nos penitus emendauerit. Qui enim tentationem permisit, ipse nouit & tentationis soluendæ tempus. Et sicut citharœdus neque neruum intendit, vt non abrumpat: neque remittit vltra modũ, ne harmoniæ concentum lædat: sic & deus agit,neque in remissione continua,nec in longa tribulatione nostram constituit animam,secundum suam prudentiã vtrunque faciens: non sinit enim nos continua potiri remissione,ne segniores fiamus: non autem rursum sinit in
I continua esse tribulatione,ne concidamus,nêve desperemus. Ipsi igitur grauium solutionis tempus relinquamus,nos verò tantùm in sanctitate viuamus. Opus enim nostrum ad virtutem mutari, dei verò opus grauia soluere: Etenim ipse magis, quàm tu qui tentaris, hoc incendium extinguere vult,sed salutem tuam expectat. Sicut igitur ex remissione tribulatio facta est, sic & ex tribulatione remissionem expectare cõuenit. Neque enim semper hyems, neque semper æstas, neq; semper procella,neque semper tranquillitas, non semper nox,neque semper dies: sic neque semper tribulatio, sed erit & remissio, si tantùm in tribulatione deo gratias semper agamus. Etenim tres in fornacem pueri coniecti sunt, & nec ita religionis obliti sunt, nec ipsos terruit flamma: sed in cubiculo sedentibus,& nihil graue patientibus,studiosius igne circundati,sacras illas preces emittebant. propterea murus ipsis factus est ignis, & vestis flammæ, & fons fornax, & ligatos capiens, solutos reddidit. Mortalia susceptacula corpora, & tanquam immortalibus abstinuit: non agnouit naturam,sed pietati reuerentiam exhibuit. Vinxit pedes tyrannus,& ignis vim pedes vinxerunt. rem admi- K
rabilem. Vinctos soluit flamma, & ipse de reliquo à vinctis vincta est: mutauit enim rerum naturam adulescentulorum religio, imò verò non naturam mutauit,sed quod erat mirabilius,permanentis naturę vim repressit: non enim ignem extinxit, sed ardentem inefficacem reddidit, & quod est mirabile & stupẽdum, non in sanctis tantùm corporibus hoc factum est, sed & in vestimentis ipsorum,& calceamentis. Et sicut in Acto.19.b
apostolis, vestimenta Pauli ægritudines, & dæmones pellebant: & Petri vmbra mortem fugauit: sic quidem & hic puerorum calceamenta ignis virtutem extinxerunt. Nescio quomodo dicam, miraculum omnẽ verborum narrationem transcendit: etenim vis erat extincta,& non erat extincta: cùm enim circa sanctorũ illorum corpora versabatur, erat extincta: cùm verò vincula disrumpere oportuit,non erat extincta: compedes igitur disrupit,& talos non tetigit. Vidisti quãta propinquitas? neque mutatus, & vi sua priuatus est ignis, neq; intra vincula procedere ausus fuit. Vinxit
L tyrannus,& flamma resoluit,vt & Barbari crudelitatem discas,& elementi obedientiam. Qua verò causa in ignem missurus eos ligauit? Vt miraculum fieret maius,vt mirabilius signum,ne putares esse oculorum errorem ea quæ videbantur: nisi enim ignis ille ignis fuisset,vincula non absumpsisset, non exterius sedentes milites(quod multò maius fuit)rapuisset. Nunc autem exterioribus quidem vim,interioribus verò obedientiam exhibuit. Tu verò mihi considera vbiq;,quomodo diabolus per quæ dei seruos impugnat, per hæc propriam vim destruit,non volens quidem,sed dei sapientia & prouidentia, illius armis & artibus in ipsius caput vtente: quod quidem & hic factum est. Diabolus enim illic tunc tyranno se insinuans, neque ferro sanctorum capita abscindi permisit,neque bestiis tradi,neque vllo alio tali modo puniri: sed in ignem iniici suasit, vt neque reliquiæ illorum sanctorum remanerent, ipsis corporibus cõsumptis, & ipsorum cinere cum sarmentorũ cinere cõmixto. Deus autẽ hoc ipso ad impietatis destructionem vsus est, & eo modo quẽ ego mox dicã. Deus apud Persas ignis esse putatur, ipsumq; multo cultu venerãtur Barbari etiã nunc regionem illã habitates. Volens igitur deus radicitus impie M
tatis materiã auferre, concessit huiusmodi pœnæ modum, vt præ oculis omniũ ipsum colentium, seruis suis victoriã cõferret: per ipsa opera ipsis persuadere volẽs, quòd Gentiliũ dij non deũ tantùm, sed & dei seruos timent. Et considera victoriæ coronã per contraria texC tam, & factos trophæi testes ipsos inimicos. Misit enim, inquit, Nabuchodonosor rex ad congregandũ omnes magistratus,& duces,& presides, principes,& tyrannos, & in potestatibus cõstitutos, & omnes regionum præfectos, vt veniret ad nouę dedicationẽ statuę. Et cõgregati sunt omnes. Inimicus spectatores cogit, & ipse spectaculũ cõuocat: ipse studia ponit, & theatrũ nõ vulgariũ hominũ, non quorundã priuatorũ, sed omnium honoratorũ, & omnium magistratuum, vt & testimoniũ apud multos fide dignũ fiat. Venerant ad aliud vocati spectaculum,& alia conspecturi, omnes abierunt. Venerunt statuam adoraturi, & statuam quidem desierunt: abierunt verò dei potentiam admirati per signa in pueris exhibita. Et vide vbi stadiũ hoc statuerat: non in vrbe, nec in vlla regione, sed plana, & nudi campi hoc orbis theatrum accipiunt: in campo enim de ære extra ciuitatem imaginem erexit, &

A præco per tram ens clamabat: Vobis dicitur gẽtes, tribus, linguæ, quacũque hora audieritis vocem tubæ, fistulæ,& citharæ, sambucæq;, & psalterij, & symphoniæ omnis generis musicorum, cadentes adorate statuam auream (verè enim cadere erat simulacrum adorare) & quicunque non cadens adorauerit, in eadem hora proiicietur in caminum ignis ardentem. Vidisti quàm difficilia certamina parata sunt,& quot insidiarũ necessitates, & quàm profunda voragׅo, & præcipitium vtrinque: sed ne timueris. Quantò magis machinamẽta inimicus auxerit, tantò magis puerorum fortitudinem demonstrat. Propterea enim tot musicorum cõsonantia, propterea caminus ardens, vt & voluptas,& timor assistentium animas obsideret. Asper adstantiũ quispiam est,& rigidus: Molliat ipsum, inquit, delectãs omnisonæ musicæ melodia. Sed his insidiis superior est? Terreat,& percellat flammæ aspectus. Et erat timor,& voluptas: hæc erat quidem per aures, ille verò per oculos animas subrepens. Sed adulescentulorum illorum generositatem horum nihil redarguit: sed sicut in ignem proiecti flammam superarunt, sic omnẽ
B concupiscentiam & anxietatem deriserũt. Hæc enim omnia propter ipsos diabolus præparauerat: non enim de subditis dubitabat,sed potius multùm confidebat, quòd nullus regis legi se obiecturus erat. Postquã verò occiderunt omnes,& victi sunt,tunc in medium pueri soli aguntur,vt sic quoque victoria fiat clarior, cùm in tanta multitudine ipsi vincant, & prædicentur: neque enim tam mirabile fuisset,si nullo supplantato primi viriliter egissent. Hoc autem maximum & mirabile est quòd cadentium multitudo ipsos non terruit, non soluit,non intra se tale quid dixerunt, quod multi dicere cõsueuerunt: Si enim primi quidem nos imaginem adoraremus, id peccatum fuisset: si verò cũ tot millibus hoc facimus, quis veniam nõ dabit? quis excusatione dignos non censebit: Sed nihil illi tale aut dixerunt,aut cogitauerunt,tot tyrannorum ruinas in tuiti. Tu verò mihi & calumniantium ipsos malignitaDaniel.3.b
tem considera,& quàm improbè,& acerbè ipsos accusauerunt. Sunt enim, inquit, viri Iudæi, quos constituisti super opera regionis Babylonis. Non enim simplici ter gentem commemorauerunt, sed & honorem in memoriam reuocauerunt: sed vt regis iram accende-
C rent, seruos ciuitate carentes captiuos principes nostros fecisti. Verò te pro tanto honore contumelia afficiunt,& in eum qui se honorauit,insolenter agunt. Ideo dicunt Iudæi,quos constituisti super opera regionis Babylonis,non paruerunt decreto tuo, & diis tuis non seruiunt. Maxima laus accusatio, & crimina laudes fiunt, & testimonium indubitatũ inimicis ipsum perhibentibus. Quid igitur rex? Iussit ipsos in medium agi,vt ipsos vndique terreret. Sed nihil illos consternauit,non regis furor,non quòd soli in tantorum medio derelicti essent,non ignis spectatus, non canentes tubæ,non omnes in ipsos ignem mittentes: sed hæc omnia deridentes, tanquam in frigidum aquarum fontem mittendi,in fornacem ingressi sunt,beatam illam emittentes vocem: Diis tuis non seruiemus, & statuã auream,quam erexisti,non adoramus. Hanc non temerè recitaui historiam,sed vt discatis,quãIbidem.c licèt furor instet regius,etsi militum insidiæ,etsi inimicorum insidia,etsi captiuitas,etsi orbites, etsi ignis, etsi fornax,etsi innumera alia,iussũ nihil redarguere,aut terrere poterit. Si enim vbi impius erat rex,nõ formidauerunt tyranni furorem adolescentuli, multò magis

nos confidere oportet,humanum & mitem habentes D
regem, & de hac tribulatione deo gratias habere, ex prædictis doctos,quòd tribulationes nos clariores efficiunt,& apud deum,& apud nos homines ipsas gerosè ferre scientes. Etenim nisi serui fuissent hi,ipsorũ libertatem non cognouissemus: nisi captiui fuissent, non animi nobilitatem didicissemus: nisi inferiori patria excidissent,non cognouissemus supernæ ciuitatis esse ipsorum virtutem: nisi terrenus rex ipsis fuisset iratus,non audissemus beneuolentiam, quam cœlestis rex erga ipsos gerebat. Et tu igitur si illum beneuolum habeas,licèt in fornacẽ cadas,ne desperes: sicut si succenseat,licèt in paradiso sis,ne confidas. Etenim in paradiso erat Adã,& postq̃ deũ iritauit, nihil profuit paradisus. In fornace erant isti,& postq̃ se bene egerunt, nihil obfuit fornax. In paradiso erat Adam,& quia segnis erat,supplantatus fuit. Fimo insidebat Iob,& quia vigilabat,superauit: etsi quantò paradisus est fimo melior: sed nihil loci virtus inhabitãti profuit, postquàm seipsum ille prodidit. Sicut igitur loci vilitas virtute vndique munitum non læsit,& nos animam nostram muniamus: siue enim pecuniarum mulcta immineat, E
siue mors,pietatem verò auferat nemo, sumus omnibus beatiores. Hoc & Christus mãdauit, dicens: Esto-
te igitur prudentes sicut serpentes. Sicut enim ille reli Matt.10.b
quum obiicit corpus,vt caput saluet: sic & tu: siue pecunias,siue corpus,siue præsentem vitam, siue omnia amittere oporteat,vt pietatem conserues, noli tristari. Si enim illam habens migraueris,omnia tibi cum maiori deus charitate retribuet,& corpus cũ maiori rursum gloria restituet,& pro pecuniis bona omnem rationis potentiam transcendentia. Nam in fimo nudus sedebat Iob,innumeris mortibus grauiorem sustinens vitam: sed quia pietatem non abiecit,omnia cum maiori copia rediere priora, corporis sanitas & species, omnis filiorum cœtus,possessiones omnes,& quod omnium maximum,splendida patientiæ corona. Sicut enim in arboribus accidit,& si quis fructum cum foliis auferat,& ramos omnes amputet radice manente, tota cum maiori etiam ornatu arbor resurgit: sic quidem & in nobis, si pietatis radix permaneat, & si diuitiæ auferantur,& corpus corrumpatur, omnia rursus nobis cum maiori gloria redeunt. Omnem igitur animæ solicitudinem,& superfluam curam abiicientes,ad nosipsos redeamus,corpus & animam ornemus virtutis ornamẽto: iustitiæ arma,sed non peccati,corporis nostri membra exhibentes. Et ante omnia linguã F
esse spiritus gratiæ ministram doceamus, omne virus & malignitatem ex ore proiicientes, & turpium verborum meditationem. Etenim in nostra potestate est, quodque membrorum nostrorum,siue malitiæ,siue iustitiæ instrumẽtum facere. Audi igitur,quomodo linguã, hi quidem peccati,hi verò iustitiæ arma fecerũt: Lingua ipsorum gladius acutus. Alter verò quidam de Psal.56.a
sua dicit lingua: Lingua mea calamus scribæ velociter Ibid.44.a
scribentis. Illa mortem operata est, hæc diuinam legẽ scribebat: propterea illa quidem gladius, calamus autem hæc erat: non secundum propriam naturam, sed secundum vtentium electionem. Linguæ enim natura & huius & illius vna erat, operatio autem non vna. Et de ore rursus idem cernere licet: etenim hi quide habebant os sanie & improbitate plenum, propterea accusans dicebat: Os ipsorũ maledictione & amaritudine plenum est. Ipsius verò tale, Os meum loquetur sa- Ibidem.9.c
pientiam, & meditatio cordis mei prudentiam. Alij Ibidẽ.48.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

G verò rursus manus habebãt iniquitatis plenas, & hos
Psal.25.c accusans dicebat: In manibus ipsorum iniquitates, &
dextera eorum repleta est munerib⁹. Ipse verò manus
Psal.140.a nihil aliud facere, quàm in cœlum erigi assuetas habe-
bat, idcirco & de his dicebat: Eleuatio manuum mea-
rum sacrificiũ vespertinum. Et in corde licet idem vi-
dere. Horũ nanq; cor vanum, huius autem verũ, pro-
pterea de illis dicit: Cor eorum vanum est: de suo au-
tem, Eructauit cor meum verbum bonũ. Et de auditu
Ibidem. 5. b
Ibidẽ. 44. a rursum idẽ quispiam videre posset. Hi nanque bestiarũ
auditum habebant immitem & implacabilem, & ipsos
Ibid. 57. a vituperans, sic dicebat: Tãquam aspidis surdæ, & ob-
turãtis aures suas. Ipsius autem auditus diuinorũ erat
verborũ receptaculum, & hoc ipsum manifestauit, di-
Psal. 48. a cens: Inclinabo in parabolam aurem meam, aperiã in
psalterio propositionem meã. Hæc igitur scientes nos
vndique virtute muniamus, & sic dei irã repellemus:
& corporis membra, iustitiæ arma faciam⁹: & oculos,
& manus, & pedes, & cor, & linguam, & omne corpus
virtuti tantùm vtile esse doceamus: & illorum trium
recordemur, de quibus ad vestram charitatem verba
H feci, rogans, vt inimicum haberetis neminem, neque
cuiquã eorum qui vos tristitia affecerint, maledicatis:
& improbam iuramentorum consuetudinem ex ore
vestro eiiciatis. Et de duobus quidem mandatis in a-
lio tempore disseremus. Præsentem verò per hebdo-
madam totam de iuramentis vobis dicemus, à facilio
ri mandato initium facientes: nec enim labor vllus est
iuramentorum consuetudinem vincere, si velim⁹ vel
parum impendere studij, nos inuicem cõmonefacien-
tes, admonẽtes, obseruãtes, rationem & pœnas ab ob-
litis repetentes. Quæ enim, quæso, ciborum abstinen-
tiæ vtilitas, nisi improbas animi consuetudines expel-
lamus? Ecce hodie totam ieiunij diẽ exegimus, & mẽ-
sam in vespere apponemus non hesternæ similem, sed
immutatam, & honestiorem. Nunquid igitur quis no
strum habet dicere, quòd vitam suam hodiẽ sicut &
mensam mutauit, quòd & improbam consuetudinem
sicut & escam conuertit? Quæ igitur nobis ieiunij vti
litas? Propterea exhortor, & exhortari nõ quiesco, vt
singulũ quodque mandatum assumẽtes, duos vel tres
dies in ipsius adimpletionem impendatis. Et sicut qui-
I dam sunt inter se ciborũ abstinentia æmulantes, & mi
rabilem contẽtionem facientes: & hi quidẽ integros
duos dies transigunt ieiuni, hi verò nõ vini tantùm, &
olei, sed & omnis ferculi vsum à sua mẽsa reiicientes,
pane & aqua vtentes duntaxat, quadragesimam omnẽ
expediunt. Sic & nos quidem inter nos cõtendamus,
vt iuramẽtorum imbres destruamus: hoc enim omni
ieiunio vtilius, hoc omni vitæ asperitate cõpẽdiosius:
& studium, quod circa ciborum abstinentiã habemus,
hoc circa iuramẽtorum abstinẽtiam exhibeam⁹: quo-
niam extremæ dementiæ crimen subimus, prohibita
quidem contemnẽtes, circa indifferentia verò omne
mouentes studium: comedere enim non est iphibitũ,
iurare verò prohibitum est. Nos verò omnibus abs-
tinentes, prohibita audemus? Propterea charitatem ve-
stram exhortor aliquã facere mutationẽ, & hinc prin-
cipium vobis ostendere. Si enim cum tãto præsens ie
iunio, studio transegerimus, hac quidem hebdoma-
de, vt minimè iuremus efficientes, sequenti verò irã
extinguentes, vlteriori autem detractionem radicitus
destruẽtes, & post ipsam alia rursus plura corrigentes
sic per viam progredientes, paulatim ad ipsum virtu-
tis culmen veniemus, & præsens fugiemus pericu-
& deum placatum reddemus. Et mul⁹ udo rursus ad K
nos & ad vrbem regredietur: & fuga ipsos tunc doce
bimus, non locorum munimini, nec refugio & reces-
sui, sed animi pietati, & morum virtuti salutis nostræ
spẽ tradere. Et sic & hæc, & illa bona assequemur, qui-
bus nos omnes dignos fieri detur, gratia & benignita-
te domini nostri Iesu Christi, per quẽ, & cũ quo patri
gloria, honor, potestas, cũ sanctissimo, viuificoq; & coe
terno spiritu nunc & seper, & in secula seculorũ, Amẽ.

EIVSDEM ITIDEM EXHORTATIO

ad populum de generosè ferendis imminentibus minis, habens satis multa exempla, ex his quæ euenere & Iob & Niniuitis, quòd non oportet timere mortem, sed peccatum: & quid malè mori: & de iuramentis omni studio fugiendis. Et in terræmotum.

Homilia quinta.

IRium puerorũ, & Babylonicæ fornacis nar-
ratio aliquatenus, vt videtur, vestrã heri cha
ritatem consolata fuit: insuper autẽ & de Iob
exemplũ, & fimus omni tribunali regio venerabilior.
Ex throni nanque regij aspectu nullum erit spectãti- L
bus lucrum, sed temporalis duntaxat delectatio, nullã
habens vtilitatem: ex fimo Iob autem viso omnẽ quis
capiet vtilitatem, & disciplinam multam, & exhorta-
tionem ad patientiæ rationem. Itaque multi nunc lon
gam, & transmarinam peregrinationem à terræ fini-
bus in Arabiam abeunt, vt fimum illum cernant, & cõ
spicati terram deosculentur, quæ illius victoris, certa-
mina, & cruorem omni auro preciosiorẽ susceperit. Ne-
que enim tantùm radiaret prætexta, quãtùm illud cor
pus tunc resplendebat, non alieno, sed proprio lotum
sanguine. Vulnera verò ista gemmis omnibus erãt ca-
riora. Margaritarum quidem natura nihil vitæ nostræ
prodest, nec vllum vsum habentibus necessarium ex-
plet: vulnera verò illa sunt omnis tristitiæ consolatio.
Et vt discas quòd hoc verum est, si quis filium legiti-
mum, & vnigenitum amittat, ostende infinitas ipsi gẽ
mas, & non consolaberis dolorem, neque angorem le-
nies: commonefaciens autem ipsum vulnerum Iob, fa
cilè mederi poteris, sic dicens: Quid luges homo? tu
quidem filiũ vnum amisisti: beatus autem ille, cũ M
omnis filiorũ cœtus ablatus fuisset, in ipsa quoque car
ne plagã accepit, & nudus in fimo sedebat, vndique sa
nie diffluens, dum paulatim ipsius caro sumeretur,
iustus, verax, in deum pius, omni mala re abstinens,
deum virtutis testem habens. Si enim hæc verba dixe
ris, omnem lugentis tristitiam extinxeris, & omnem
dolorem sustuleris: & sic iusti vulnera margaritis vti
liora fiunt. Designate igitur & vos athletam illum, &
existimate vos cernere fimum illum, & ipsum in me-
dio stercoris sedentem statuam auream gemmatam,
qualem dicere non noui: neque enim tam preciosam
valeo materiam inuenire, vt illi cruentato corpori cõ
parari possit. Sic omni materia preciosissima carnis
illius natura erat multò venerabilior, & vulnera sola-
ribus radiis splendidiora: hi enim corporis oculos il-
luminant, illa verò mentis nostræ lumina illustrant,
illa diabolum simul penitus excæcauerunt. Propterea
nanque post illam plagam resiliuit, nec deinceps appa
ruit. Tu verò dilecte & hinc disce tribulationis lucrũ
quantum est: etenim quando diues erat, & otio frueba
tur iustus, vnde accusaret ipsum habuit, mendaciter
quidem. Verùm enimuero habuit vnde diceret, Num Iob.1.b
te gratis colit Iob? Postquàm verò ipsum spoliauit, &
fecit

A fecit paupere[m], nec hiscere quidẽ amplius ausus est: &
cùm diues quidẽ esset, cũ ipso pugnare parabat, & sup-
plantare minabatur: postquàm verò paupere fecit, &
omnia abstulit, & in extremum dolorem induxit: tũc
repulsus est: & quando sanũ quidẽ ipsius erat corpus,
manus opponebat: vt verò ipsius carnem vulneribus
impleuit, tunc aufugit victus. Vidisti quantò pauper-
tas diuitiis, & imbecillitas & ægritudo sanitate, & ten
tatio quiete melior vigilãtibus, & vtilior sit, & clario-
res & fortiores pugnantes faciat? Quis vidit, quis au-
diuit tam mirabiles pugnas? Gentiliũ certaminũ pugi
les cũ aduersariorum capita contriuerint, tunc victo-
res sunt, & coronantur: hic verò cùm iusti corpus cõ-
triuisset, omniformi vlcere ipsum perforans, & imbe-
cilli⁹ fecisset, tũc victus est, & retrocessit: & postquàm
ipsius latera vndique confodit, ipsi quidem nihil am-
B plius actũ est: repositũ enim thesaurũ non abstulit. No
bis autem ipsum clariorẽ reddidit, & per illam confos
sionẽ, vt omnes hominẽ interiorem aspicerent, fecit,
& omnes ipsius diuitias discerent. Et cùm vincere spe
rauit, tunc cũ multa confusione recessit, & nullam am-
plius vocẽ emisit. Quid actũ est diabole? Quare refu-
gis? Nónne facta sunt quæcunq; volebas? Non interemisti ipsius greges, armenta, equorũ mãdras, & asino-
rum? Non filiorũ cœtum perdidisti, & carnẽ omnem
vulnerasti? Quare recessisti? Quoniã facta quidẽ sunt
omnia, quæ volui, inquit: quod verò fieri maximè vo-
lebam, & propter quod omnia feci, hoc factũ non est:
neque enim blasphemauit: propter hoc enim omnia il
la faciebã, inquit, vt hoc procederet. Hoc non facto, ni
hil mihi plus est factũ ex pecuniarum iactura, & filio-
rum interitu, & corporis plaga: sed cõtrariũ quàm vo
lebam, euenit, splẽdidiorem reddidi inimicum, & cla-
riorem effeci. Cognouisti quantum tribulationis lu-
crum charissime? Pulchrũ quidem & integrũ corpus
fuerat, multò verò venerabilius factum est, ab illis vul
neribus infectum: quoniam & lanæ pulchræ quidem,
& antequàm inficiantur, postquàm verò purpureæ fa-
ctæ fuerint, ineffabilem capiunt pulchritudinem, mul
tumq; decorem. Nisi verò ipsum expoliasset, bonã vi-
deris habitudinem non cognouissemus: nisi ipsi⁹ cor
pus ægis perforasset, radij intrinsecus non renituis-
C sent: nisi ipsum in fimo constituisset, ipsius non cogno
uissemus diuitias. Neque enim tam splendidus in tri-
bunali rex resplẽdens, quàm insignis erat ille, & illustris in
fimo: etenim post regium quidem solium mors, post
fimũ autem illum cœlorum regnũ. Hæc igitur omnia
ratiocinantes, ex opprimente tristitia nos releuemus.
Has etenim vobis historias appono, non vt dicta lau-
detis, sed vt virtutem imitemini, virorumq; genero-
sorum patientiã illorũ, vt per ipsa discatis opera, quòd
humanorum nullum est graue malorũ, nisi peccatũ, nõ
paupertas, nõ ægritudo, non contumelia, non calum-
nia, non ignominia, non quæ omniũ mors malorũ ex-
tremũ esse videtur. Hæc enim calamitatum nomina,
philosophantibus sunt tantùm nomina rebus carẽtia.
Vera autẽ calamitas, deũ offendere, & eorum quæ ipsi
non placent, aliquid facere. Quid enim graue mors
habet, dic mihi? Num quòd te celerius ad tranquillum
portum, & pacatam illã transmittit vitã? si enim ho
mo non occidit, ipsa nanque leuirrepens nõ corpus ab
anima resoluet? Licèt enim hoc nunc minimè fiat, erit
paulò pòst, quod nunc timemus: & hæc dico, non gra-
ue quid expectans aut triste, absit, sed erubescens mor
tem timentiũ causa. Te expectans bona quæ nec ocu
1.Cor.2.c

lus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascen- D
derũt: ad fruendum differs, & negligis, & torpes? Nec
tãtùm torpes, sed & times, & horres? Et quomodo nõ
tibi turpe propter mortẽ dolere? Paulus verò propter
præsentẽ gemebat vitam, & Romanis scribens dice- Roma.8.d
bat: quòd creatura congemiscit, & nosipsi spiritus pri
mitias habentes gemimus. & hæc dicebat, non condẽ-
nans præsentia, sed futura desiderans. Gustaui, inquit,
gratiã, & non fero dilationem: spiritus primitias ha-
beõ, & ad integrũ festino: ascendi in tertium cœlum,
vidi gloriam illã ineffabilem, vidi aulas splendentes, 2.Cor.12.a
didici quibus hic immorans, bonis careã, propterea ge
mo. Dic etenim mihi, si quis te in regias duxisset au-
las, & de parietibus aurum vndique fulgens, & omnẽ
alium ornatum tibi demonstrasset: postea te inde in
pauperis cellam induxisset, & post breue tẽpus in re-
gias reducturum illas, & perennem ibi mansionem se
tibi daturum esse promisisset, nunquid non deberes af
fici desiderio, & vel ipsos paucos dies ægrè ferre? Hoc
quoque de cœlis & de terra cogites, & ingemisce cum
Paulo, non propter mortem, sed propter præsentem vi
tam. At, da, mihi, inquis, vt Paulo similis fiam, & nun-
quam mortem timebo. Et quid te Paulo similem fieri
prohibet? Non pauper erat ille? Non tabernaculorũ fa- E
brer? Non idiota? Si enim diues fuisset ac nobilis, habuis
sent fortè pauperes ad ipsius imitationem vocati, pau-
pertatem suam ostendendi causam: nunc autem horũ
nihil dicere potes: etenim operari⁹ homo erat, & diur
nis pascebatur laboribus. Et tu quidem ab initio pieta
tem à parentibus suscepisti, & à prima ætate sacris es
literis innutritus: ille verò & blasphemus fuit, & per-
secutor, & contumeliosus, & ecclesiam vastauit: sed ta
men ita penitus mutatus est, vt omnes promptitudine 1.Cor.4.d
& feruore superauerit: clamat dicens, Imitatores mei &.11.a
estote, sicut & ego Christi. Ille dominum imitatus est,
tu conseruum non imitaris? tu qui à principio impie-
tate cõaluisti, eum qui postea per mutationem ad fidẽ
accessit? Non nosti, quòd qui in peccatis sunt, & si viu-
unt, mortui sunt: qui verò in iustitia sunt, & si mortui
sunt, viuunt? Nec meus hic sermo, sententia est Chri-
sti Marthæ dicentis: Omnis qui credit in me, etiam si Ioan.11.d
mortuus fuerit, viuet. Non enim fabulæ sunt dogma-
ta nostra. Si Christianus es, Christo crede: si Christo L
credis, per opera mihi fidem demonstra. Quomodo
verò per opera fidem demonstrabis? si mortem con-
temnas. Et in hoc enim ab infidelibus differimus: ete-
nim illi quidem meritò timent mortem, resurrectio-
nis enim spem non habent: tu verò ad meliorem va-
dens vitam, & de illius spe philosophari habens, qua
dignus es venia, de resurrectione quidem confidens,
ita verò sicut non credentes resurrectionem, mortem
timens? Sed mortem, inquit, non timeo, neq; mori, sed
malè mori, & obtruncari. Igitur Ioanes malè mortuus Marc.6.d
est: fuit enim obtruncatus. Igitur Stephanus malè mor Acto.7.g
tuus est? fuit etenim lapidatus, & martyres cuncti mi-
serè secundùm vos obiere: quoniam hi quidem igne,
hi autem ferro vitam finierunt: & hi quidem in ma-
re, hi verò in præcipitium: hi autem in dentes bestiarũ
incidentes, sic mortui sunt. Non hoc est malè mori ho
mo, violenta morte finiri, sed in peccatis mori: audi
nanque prophetam de hoc ipso philosophantem & di Psal.33.d
centem. Mors peccatorum pessima. Non dixit, mors
violenta: sed quid? mors peccatorũ pessima. Iustè: post-
quàm enim hinc migrauerint, pœna intolerabilis, tor
menta immortalia, vermis virulentus, ignis inextin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Guibilis,tenebræ exteriores,vincula insolubilia,dentiũ
strídor,tribulatio & angustia,& æterna dãnatio.Cùm
igitur talia peccatores mala expectent, quæ possit esse
vtilitas,siue domi,siue in lecto vitam soluãt?Sicut igi-
tur iustis nullum damnum esse possit, quòd ense vel
igne præsentem vitam finiant,cùm ad immortalia mi
Lucæ.16.c grare bona debeant: verè mors peccatorum pessima.
Talis erat diuitis illi⁹ mors, qui Lazarum despexerat,
qui domi,& in lecto,& necessariis assistentib⁹ vitæ per
propriam soluta mortẽ defunctus torrebatur,ne pa-
ruam quidem consolationem ex præsentis vitæ prospe
ritate nanciscivalens.Sed non Lazarus ita, verùm in
ipso patuimento canibus adstantibus, & vlcera lingen
tibus violentam mortem passus(quid enim fame diffi
cilius esse possit?)digressus illic æternis potitus est bo-
nis,in Abrahæ sinibus gaudens. Quid igitur ipsum læ
sit violenter mori?At non violenter, inquis, sed iniu-
stè mori timemus:& quòd ausi nihil eorum,quæ existi
mamus,cum sontibus pariter puniamur.Quid ais,dic
mihi?Iniustè mori times.An iustè velles? & quis tã mi
ser & ærumnosus,vt cùm iniustè mori immineat, ma
H gis iustè mori eligat? Si enim mortem metuere opor-
tet,iustè nobis ingruentem timere conuenit:quoniam
iniustè quidem mortuus per hoc ipsum cum sanctis
omnibus communicat. Apud deum enim probatorũ
& illustrium plures iniustam sustinuere mortẽ,& pri-
Genę.4.b mus Abel:non enim in fratrem peccans,nec Caïn læ
dens,sed quoniam deũ honorabat, ideo iugulatus est.
Deus autem permisit,nunquid ipsum amans, an exo-
sus?Certum est quòd amans, & clariorem ipsi coronã
facere volens ex iniustissima cæde.Vides quòd neque
violentam,neque iniustam mortem metuere oportet,
sed in peccatis mori?Abel iniustè mortuus est,Caïn vi
xit gemens & tremens.Quis igitur,dic mihi, beatior
fuit:qui cum iustitia requieuerat, an qui in peccatis vi
uebat:qui mortu⁹ est iniustè,vel qui iustè puniebatur?
Vultis charitati vestræ dicam,vnde timemus mortẽ?
Non vulnerat nos regni amor,non nos futurorum a-
mor accendit:quoniã præsentia despiceremus omnia,
sicut beatus Paulus.Et ad hęc rursum nõ timemus ge
hennam,propterea mortẽ timemus: supplicij intolera
bilem grauitatẽ non nouimus, propterea pro peccato
mortẽ timemus: quòd si ille animam nostram timor
I occupasset,iste subrepere non potuisset. Et hoc non a-
liũde procul,sed ex domesticis,& ex his quæ nobis ac-
ciderũt in his diebus,manifestũ facere conabor. Post-
quàm enim ab Imperatore datæ sunt literæ, tributum
hoc,quod intolerabile esse videbatur: conferre iuben-
tes,omnes tumultuabantur,omnes contendebant, æ-
grè ferebant,indignabantur,sibi simul occurrentes di
cebant:naud vitalis nobis vita,subuersa ciuitas est, hu
ius pensi magnitudinem sustinere poterit nemo,& o-
mnes angebantur, tanquam de extremis ipsis periclí-
tantes.Mox verò postquàm perpetrata acciderunt, &
quidem nefarij, & sceleratissimi leges conculcatæ,
statuas deiecerunt,& mortis periculum imminous im-
posuerũt,& iam de ipsa vita timemus exacerbato re-
ge,non nos amplius pecuniarum iactura mordet, sed
alia pro illis omnes audio dicentes:Capiat & substan-
tiam [illegible] & agris,& supellectilibus libenter carebim⁹,
duntaxat corpus saluum. Ore quis spondeat.Sicut ita-
que priusquàm nobis mortis timor immineret, nos
pecuniarum mulcta carpebat:postquàm verò nefanda
perpetrata sunt, hac causa mortis timor succedens,
mulctæ dolorem expulit:sic & si gehennæ timor con-
prehendisset animas nostras, non mor[illegible] timor con- K
tinuisset:sed quemadmodum in corporibus, quando
nos duo dolores oppresserint, inferiorem potentior
abscondere consueuit:sic & nunc factum esset,si futu-
ri supplicij timor in anima remansisset, omnem timo
rem humanum occultasset. Itaque si quis gehẽnæ sem
per meminisse laboret,omnem mortem deridebit: &
non præsenti tantùm angustia liberabit eum,sed & ab
illa flamma eripiet. Gehennam enim continuè timẽs,
nusquam in gehennæ ignem decidet,continuè hoc ca
stigatus metu.Date nobis nũc, vt opportunè vobis di
cam:Fratres ne pueri efficiamini sensibus, sed malitia 1.Cor.14.d
infantes sitis.etenim puerilem timemus pauorẽ, mor-
tem timentes.Pueri enim parui laruas quidem timẽt,
ignem verò non timent:sed si ad lucernam lumen ha
bentem portari contingat,inconsideratè manum im-
mittunt lucernæ & flammæ,& contẽnendam quidem
personã horrescunt,at verè timendum ignem non ti
ment:sic quidem & nos timemus mortẽ,quæ est larua
contemptu digna,peccatum verò non timemus,quod
est verè timendum,& ignis more conscientiam come
dit.Et hæc non ex rerum natura,sed ex ignorãtia no- L
bis accidere consueuerunt:quòd si cogitemus quid tã-
dem sit mors,nunquã ipsam timebimus. Quid igitur
tãdem mors est?quod est vestimentũ exuere. Tanquã
vestimentũ enim corpus animæ circundatum est, &
hoc breui per mortem deponentes, clarius iterum re-
sumemus.Quid tandem est mors? peregrinatio tẽpo-
ralis, somnus consueto longior.Itaque si mortem ti-
mes, time & somnũ:si propter morientes angeris, &
propter comedentes,& propter bibentes angere: sicut
enim hoc naturale,sic & illud.Ne te naturalia contri-
stent,contristent te potius quæ sunt ex mala voluntа-
te:neque morientẽ lugebis,sed in peccatis viuẽtem lu-
ge.Vis cõmemorẽ & aliam causam, propter quã mor
tem timemus?Non viuimus cũ diligentia, non habe-
mus conscientiam puram: quòd si hoc esset,nihil nos
mors terruisset,non fames,non pecuniarũ iactura, nõ
aliquid aliud omniũ quæ sunt.In virtute enim viuen-
tem horũ nihil lędere poterit,nec interiori priuare vo
luptate:bonæ enim connutritum spei, nihil in tristi-
deiicere poterit.Quid enim quispiã facere possit quò
generosum virũ cogat contristari? Auferat pecunias? M
Sed habet in cœlis diuitias.Patria eiiciet? sed in cœle-
stem ciuitatẽ mittet.Vincula iniiciet? sed habet cõscie
tiam solutã,& exteriorẽ non sentiet catenam.Sed inter-
ficiet corpus?at iterum resurget: & sicut cum vmbra pugnans,& aërẽ verberans,percutere poterit ne-
minẽ:sic & cum iuuẽ pugnans,cũ vmbra tantùm pu-
gnat,& vires suas dissoluit,nullã illi plagã poterit in-
fligere.Itaque da mihi de cœlorũ regno confidere, &
sivis,hodie me iugula,& cędis gratias tibi habeo,quòd
me celeriter ad illa bona transmittis:hoc est enim ma
xime,hoc est quod & nos lugemus inquis,quòd pecca
torum multitudine prohibiti, regnũ illud non assequa
mur.Igitur mortẽ lugere omittens, lge peccata, vt ip
sa dissoluas:propter hoc enim tristitia facta est,non vt
in morte,nec in vlla alia re tali doleamus, sed vt ipsa
ad delenda vtamur peccata:& quòd hoc verum sit,exẽ
plo facio manifestũ.Remedia medicinalia propter il-
los tantùm morbos facta sunt,quos tollere possunt,nõ
propter illos,quos nihil adiuuare possunt.Puta, adhi-
enim manifestiorem volo rationem facere, medica-
mentum oculos lippientes tantùm iuuare valens,nul-
lum verò aliũ morbum,præter oculorum ægritudi
nem

A nem tantũ fa[illegible]tum esse dicere quis posset: non propter
stomachum, neque propter manus,neque propter vl-
lum aliud membrum. Transferamus igitur rationem
ad tristitiam, & inueniemus quòd accidentium nobis
nihil adiuuat: peccatum verò solùm corrigit, certum
quòd propter huius sublationem tantùm concessa est.
Percurramus igitur ingruentiũ nobis grauium quod-
que,& tristitiam superadducamus, & videamus quid
ex hac fiat vtilitatis.Mulctatus est quispiã pecuniis,tri
status est,mulctam non emendauit:filiũ amisit,dolluit:
mortuum non resuscitauit,nec defuncto profuit: fla-
gellatus est quis,alapis cæsus,contumeliis affectus,do-
luit,non reuocauit contumeliã.Valetudinem quis in-
cidit,& ægritudinem grauissimam:doluit,ægritudinẽ
non sustulit,sed & difficiliorem reddidit. Vides horũ
nulli prodesse tristitiã?Peccauit quis,tristatus est, pec-
catũ deleuit,dissoluit delictũ.Vnde hoc manifestũ? ex
domini sententia. De quodam enim præuaricato lo-
3.Reg.21.g quens,dicebat:Propter peccatum paulisper ipsum cõ-
tristaui,& vidi quòd tristatus est,& incessit mœstus,&
2.Cor.7.c ipsius vias correxi:propterea & Paulus dicit, Quæ e-
B nim secundũ deum tristitia est, pœnitentiã in salutem
stabilem operatur. Igitur postquàm manifestè oratio
demonstrauit,quòd neque pecuniarum mulctã,neque
contumeliã,neque calumniam, neque flagella, neque
valetudinem,neque mortẽ,neque aliud quid taliũ in-
ducta tristitia instaurare posset,sed solum delere pec-
catum,& huius est destructiua, certum quòd propter
hanc solam causam facta est.Ne amplius igitur pecu-
niarum iacturam doleamus, sed cùm peccamus,tan-
tùm doleam⁹:multa enim hic ex tristitia vtilitas.Mul
ctatus es?ne doleas,neque enim proderit.Peccasti?do-
le,vtile nanque est,& dei prudentiam & sapientiã con
sidera. Duo hæc nobis peperit peccatum,tristitiam &
Gene.2.c mortem.Quacunque die comedes,inquit,morte mo-
Ibidem.3.c rieris,& ad mulierem,In doloribus paries filios.Et per
hæc vtraque peccatum sustulit,& à filiis matrẽ deleri
curauit,quòd enim cũ tristitia mors peccatũ destruit,
manifestum quidem & ex martyribus,manifestum &
1.Cor.11.g ex his,quæ dixit Paulus ad peccatores,sic inquiẽs:Ideo
multi in vobis infirmi,& imbecilles,& dormiũt mul-
ti:quia vos,inquit,moriemini, vt mortẽ peccata soluã
C tur:intulit igitur dicẽs,Si enim nosipsos iudicaremus,
non vtique iudicaremur:dum iudicamur autem, à do
mino corripimur, vt cũ mundo non condemnemur.
Et sicut vermis ex ligno nascitur,& illud rodit,& co-
medit,suam ab ipso originem habens:sic & tristitia &
mors de peccato natæ sunt,& peccatũ absumunt.Igi-
tur ne timeamus mortem,sed peccatũ timeamus dun
taxat,& propter illud doleamus.Et hæc dico non gra-
ue quicquam expectans,absit,sed timentes vos sic sem
per affici volens, & Christi legem per opera implere.
Mat.10.d Si quis non tollit crucem suam,& sequitur me, nõ est
me dignus,inquit.Hoc autẽ dicebat,nõ vt lignum su-
per humeros feramus,sed vt mortem semper ante o-
1.Cor.15.d culos habeamus.Sicut igitur & Paulus,quotidie mo-
rere,& mortem deride, præsentemq; contemne vitã.
Es enim mil[illegible], & semper in conflictu constitutus es:
miles verò mortẽ timens,nunquam generosè geret.
Sic igitur neque Christianus homo per[illegible]ula timens,
magnũ quid & admirabile exhibebit,sed etiam ad hæc
facilè expugnabilis erit: intrepidus autẽ & magnanimus, inexpugnabilis manet & inuictus. Sicut igitur
Daniel.3.c pueri tres ignem non timentes, ignem effugerunt: sic
quidem & nos,si mortẽ non timeamus, mortem effu-

giemus.Ipsos non terruit ignis: non enim crimen in- D
cendij,sed peccatum timuerunt:crimen enim impieta
tem sequitur. Hos & nos imitemur,& omnes illis si-
miles:& ne pericula timeamus, & effugiemus perícu-
la.Non sum propheta,neque filius prophetæ,futurum
tamen manifestè scio,& magna,& clara voce procla-
mo,quòd si mutemur, & aliquam animæ nostræ curã
agamus,& ab improbitate absistamus,nihil molestum
ingruet,& triste.Et hoc manifestè noui ex dei clemẽ-
tia,& ex his quæ in virosq;,& ciuitates,& gentes,& po
pulos integros fecit. Etenim Niniuitarum ciuitati mi
natus est,& dixit: Adhuc quadraginta dies & Niniue Ionæ.3.d
subuertetur. Quid igitur,dic,mihi? Niniue subuersa
est,& destructa fuit ciuitas?Contrarium totum,& ex-
altata,& clarior facta est,& tantum tempus præteritũ
ipsius gloria non destruxit, sed omnes eam cantamus
adhuc quoq;,& admiramur: quoniam portus quidam
optimus ex illo tẽpore peccantibus omnibus extitit,in
desperationẽ cadere non permittẽs,sed omnes ad pœ-
nitẽtiam vocans,& per quæ fecit,& per ea quę per dei
prouidẽtiam est assecuta,persuadẽs nunquam de pro-
pria salute desperare,sed vitam gerẽtes bonam & opti E
mam spẽ proponentes,de fine tanquam penitus bono
futuro confidere. Quis enim nõ resurgat illorum ex-
emplum audiens,etiam si omnium ignauissimus? Ele-
git itaque deus prophetiam potius suam cadere, quàm
ciuitatem corruere: imò verò neq; prophetia cecidit,
Si enim hominibus quidem in eadem malitia perma-
nentibus non in opus sententia prodiisset, posset quis
fortè dicta criminari:si verò mutatis ipsis,& à malitia
desistentibus,etiam deus ab ira destitit, quis amplius Hier.18.b
prophetiam carpere poterit,& dictorum mendacium
condemnare?Etenim legem, quam ab initio deus cun
ctis hominibus posuit per prophetam loquens, hãc &
tunc conseruauit.Quæ lex autem?Exitium loquar,in-
quit,ad gentem & regnum,& eradicem,& suffodiam,
& perdam:& erit,si pœnitentiam egerint malitiæ, &
ego iræ, quàm locutus fueram facere illis, obliuiscar.
Hanc igitur legem custodiens pœnitentes saluauit, &
à vitio discedentes,ab ira liberauit.Nouerat Barbaro-
rum virtutem,& ideo prophetam induxit: sic & tunc
agitabatur ciuitas audita voce prophetica, sed in nul-
lo læsa est,quin & à timore adiuta.Timor enim ille sa F
lutem peperit,comminatio periculum resoluit,subuer
sionis sentẽtia subuersionem cohibuit. O nouam rem,
& admirabilem,denunciatio mortem minans, vitam
peperit.Sententia postquàm lata fuit,tunc inualida fa
cta est,ex contrario seculariter iudicantium: apud hos
enim causa in medium profertur,rata fit sententia. In
deo autem contrarium, proferri sententiam eam in-
ualidam facit:nisi enim prolata fuisset,non vtique pec
catores audissent.si verò non audissent,neque egissent
pœnitentiam:sine pœnitentia verò pœnam non repu-
lissent,nec fuissent illa salute potiti. Quomodo enim
non mirabile, quòd quando iudex sententiam tulerit,
per pœnitentiam rei sententiam soluerunt?Non enim
vrbem fugerunt,sicut nos nunc?sed manentes senten-
tiam represere.Laqueus erat, & munimen ipsam red
diderũt:vorago erat,& præcipitium, & tutelæ turrim
fecerunt.Audierunt quòd ædificia corruent,sed pec-
cata fugerunt:non discesserunt quisque de domo sua,
sicut nunc nos,sed discessit quisque à via sua mala.Nõ
enim,inquit, muri iram pepererunt,nos vulneris au-
thores, nos medicamentum præparemus: propterea
nec locorum permutationibus, sed morum conuer-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G sioni salutem crediderunt. Hęc Barbari. Et nos non cõfundimur, neque nos abscondimus, illis mores conuertẽtibus, nos loca permutantes, & ebriorum hominum opera facientes. Dominus nobis irascitur, & nos iram soluere omittentes, quæ in domo sunt, circunferimus, & circuimus quærentes vbi substantiam deponamus, cùm esset opus quærere, vbi animã deponeremus: imò verò nec oportet quærere, sed virtute, & vitæ rectitudine ipsi securitatem præbere. Neq; enim si seruo irascentibus nobis, & indignantibus, ille aduersus iram se excusare omittens, in cellulam suam descendens, vestimenta, & omnes colligens sarcinulas, & colligans de fuga meditaretur, hunc ipsius contemptum facilè ferremus. Desistamus igitur ab hoc importuno studio,
Psal.138.b & dicamus quisque ad deum: Quò ibo à spiritu tuo, & à facie tua quò fugiam? Barbarorum philosophiã imitemur: illi in incertis pœnitentiam egerunt. non enim hoc habebat sententia: quòd si conuertamini, & pœnitẽtiam agatis,
Ionæ.3.c ciuitatem firmabo: sed simpliciter, Adhuc quadraginta dies & Niniue subuertetur. Quid igitur illi? Quis nouit, an pœnitebit deum mali, quod locutus est facere nobis? Quis nouit? Nesciũt rei finem,
H nec pœnitentiam negligunt: nesciunt dei benignitatis consuetudinem, & in incertis mutantur: nec enim habebant alios Niniuitas, ad quos respicerent pœnitentia acta saluatos: nec prophetas legerant, nec patriarchas audierant, nec vsi sunt consilio: non admonitionem nacti sunt, neque sibi persuaserant, quòd omnino deum pœnitentia propitiaturi essent: neque enim hoc habebat comminatio, sed dubitabant, neq; de hoc credebant, & tamen cum omni diligentia pœnitentiam egerunt. Quæ igitur ratio nobis erit, cùm illi quidem nec vnde de fide confiderent habentes, tantam exhibuisse mutationẽ appareant: tu verò de diuina benignitate confidere habens, & qui multa sæpius pignora cepisti eius circa te curæ, & prophetas, & apostolos audisti, & per ipsas res instructus, nec ad eandem cum ipsis mensuram virtutis peruenire contendas? Magna igitur, & horum quidem hominum virtus, maior autem multò dei clementia, & hanc ex ipsa minarum magnitudine conspicere licet. Ob hoc enim sententię nõ addidit: Si verò pœnitentiam egeritis, parcam: vt indi-
I stinctam inferens sententiam, & timorem augens celerius ad pœnitentiam compelleret. Et propheta quidem erubescit futurum sciens & coniectans, quòd infecta manebunt dicta: deus autem non erubescit, sed vnum duntaxat, hominum scilicet salutem quærit, & seruum suum emendat. Postquàm enim nauigium ille ingressus est, statim excitauit mare, vt discas quòd vbi peccatum, ibi procella: vbi inobedietia, ibi fluctuatio: & quatiebatur quidem Niniuitarũ ciuitas propter peccata, quatiebatur autem & nauigium propter prophetæ inobedientiam. Illi igitur Ionam quidem in mare deiecerunt, & stetit nauigium: nos quoque peccatũ submergamus, & ciuitas penitus stabit. Itaq; fuga, nulla nobis vtilitas, sicut nec illum fuga quæ quidem adiuuit, quinimo & læsit. Fugiebat igitur fugam, & dei iram non fugiebat. Fugiebat terram, & in mare tempestatem induxit: nec tantùm nullum ex fuga bonum nactus est, sed etiam eos qui se susceperunt, in extremũ periculum deduxit: & quando nauigans quidem in nauigio sedebat, & nautæ, & gubernatores aderant, & omnia nauis arma, de extremis periclitabatur: postquàm autem in mare proiectus, & peccatum per supplicium deponens, in incompositum deductus est ca-
K uigium, ceti scilicet ventrem, multa potiebatur libertate: vt discas, quòd sicut in peccatis viuenti, neque nauigium prodest: sic peccato exutum neque mare perdit, neque bestiæ consumunt. Ipsum igitur vndæ susceperunt, nec suffocauerunt: cetus suscepit, & non interemit. Verùm & animal, & elementum incolumem depositum deo reddiderunt: & per omnia discebat propheta esse mansuetus & humanus, & neque stultis nautis, neque feris vndis, neque bestiis crudelior esse. Etenim nautæ non principiò statim, sed post multam necessitatem ipsum prodiderunt: mare verò & bestia cũ multa beneuolentia custodierunt, deo hæc ipsa dispensante. Rediit igitur, prædicauit, minatus est, persuasit, saluauit, terruit, correxit à primo statim, & sola prædicatione: neque enim multorum dierum indiguit, neque continui consilij, sed nuda illa locutus verba, omnes in pœnitentiam deduxit. Propterea ipsum non statim de nauigio deus ad vrbem deduxit, sed nautæ mari tradiderunt, mare ceto, cetus deo, deus Niniuitis, & per longum circuitum profugum reduxit: vt omnes doceat, quòd dei manus effugere impossibile.
L Quoniam quocunque quis proficiscatur, peccatum pertrahens, infinita sustinebit detrimenta: & si hominum nemo adsit, ipsa vndecunque creatura cum multa resistet vehementia. Ne igitur fugæ salutem nostrã credamus, sed morum mutationi. Non enim quia in ciuitate manes, propterea de⁹ irritabitur, vt fugias: sed quoniam peccasti, propterea indignatur. Igitur peccatum depone, & vnde vulneri causa inde mali fontem contrahe: contraria enim contrariis curare & medicorum pueri iubent. Ex crapula igitur nata est febris, inedia morbum corrigunt: ex tristitia quis infirmatus est, lætitiam huic aptam medicinam esse dicunt. Sic & in animæ ægritudinibus facere oportet, iram torpor excitauit, studio hanc repellamus mutationem. Ieiunium habemus auxiliatorem, & commilitonem maximum, & præter ieiunium instantem angustiam, & periculi timorem. Instemus igitur nunc animæ in tẽpore: etenim ipsi omnia quæcunq; velimus, facilè persuadere poterimus. Pauidus enim & tremens, & deliciis omnibus absolutus, & in timore viuens, facilè philosophari potest, & cum multa promptitudine vocis semina suscipere. Proinde igitur persuadeamus, vt
M iuramentorum fuga in melius mutationem faciãt: etsi enim heri, & nudiustertius de hac vobis locutus sum materia, neque tamen hodie desistam, neque cras, neq; perendie eadem persuadere. Et quid dico crastinam, aut tertiam diem? Donec vos correctos videam, non absistam: si enim legem præuaricantes non erubescũt, multò magis nos iubentes, ne præuaricemini, admonitione continua confundi non est dignum. De iisdem enim continuè commonefacere, non dicentis, sed audientium est crimen, continuè indigentium disciplinę super simplicibus & facilibus præceptis. Quid enim facilius quàm non iurare? consuetudinis tantùm opus est: non est corporis labor, non est pecuniarum impendium. Vis discere quomodo vitiũ superari possit? quomodo ab improba consuetudine liberari liceat: Ego te quendam docebo modum: quem si tenueris, superabis omnino. Cum videris teipsum, vel alium quenquam, vel seruorum, vel filiorum, vel vxorem hoc malo captos, & continuè commonefactos, neque correctos, iube eos pransos cubare, & hanc tibi, & illi damnationẽ impone, damnationem non damnum, sed lucrum ferentem. Talia enim spiritualia & lucrum ferunt, & celerrimam

ἀσκληπιὸν καὶ θεὸν Græcis dicũtur medici. Galenus meminit in primo Therapeutices.

A rimam correptionem: lingua enim continuè tribulata, vel nemine commonente sufficientem capit admonitionem à siti compressa, à fame angustiata, & si omnium essemus stolidissimi, tota die huius tormenti magnitudine commoniti, alterius consilij & admonitionis non indigebimus. Laudastis dicta, verùm & factis laudem demonstrate. Quod enim alioqui huius concionis emolumẽtum? Si quotidie puerulus ad schola pergat, postea nil plus discat: num ad excusationem sufficiet nobis, ipsum illò quotidie pergere? Non hoc ipsum igitur maximũ ducemus crimen, quòd per singulos dies illuc pergens, hoc frustra faciat? Hoc & in nobisipsis cogitemus, & intra nosipsos dicamus: Tãtum temporis ad ecclesiam occurrentes, & concione fruentes perquàm mirabili, & multum lucrum habente, si tales rursum discedamus, quales aduenimus, nullum defectum nostrorum corrigentes, quæ nobis erit huius profectionis vtilitas? Etenim multa nõ propter se fiunt, sed propter eueniẽtia ex ipsis. Quale illud est:
B Seminans non propter hoc seminat, vt tantùm seminet, sed & vt metat: quòd nisi hoc fieret, & damnũ sementis pateretur, seminibus temerè & incassum marcefactis. Mercator non propter hoc nauigat, vt tãtùm nauiget, sed vt peregrinatione maiorem faciat rem: quinisi hoc adsit, & damnum accidet extremum, & damnosa mercatorum peregrinatio. Hoc quidem & in nobisipsis ratiocinemur: etenim & nos in ecclesiam conuenimus, non propter hoc ipsum solùm, vt hic immoremur, sed vt aliquod magnum lucrati, & spirituale lucrum, discedamus. Si igitur inanes, & nihil adepti abeamus, eadem condemnatio fit studium ac si nõ fiat, & iactura accidit extrema. Abeuntes hinc inter sese amici, cum filiis patres, cum seruis domini meditamini, & laborate quomodo imperatũ expediatis: vt postquàm iterum reuersi fueritis, & de eisdem nos suadentes audieritis, non confundamini, mordente vos conscientia: sed gaudeatis, & lætemini admonitionis maiorem vobis partem expletam conspicientes. Hæc nõ
C tantùm hìc philosophemur: non enim hæc momentanea admonitio totum eradicare potest: verùm & domi vir ab vxore hæc audiat, & vxor à coniuge: & æmulatę quædam fiat omnibus ad huius legis impletionẽ præuenire studentibus, & præuertens & implens defi cienti exprobret, vt ipsum magis excitet. Deficiens, nondum implens præueniẽtem spectet, & ad ipsum celeriter peruenire contendat. Si hæc meditemur, si hæc curemus, breui nobis & alia prosperè negotia dirigentur. Tu quæ dei sunt, meditare, & ipse tuis prouidebit. Nec mihi dicas, Quid autem si quis iurandi necessitatem, imponat? quid autem, si non credat? Maximè verò, vbi lex quidem trãscenditur, necessitatis meminisse non oportet. Vna est enim ineuitabilis necessitas, deum non offendere. Veruntamen interim illud præsta, superflua recide iuramenta, temere & sine necessitate dicta, cum amicis, cum seruis prolata: sic hæc sustuleris, in illis mei nihil amplius indigebis: ipsum enim os iurandi frequentiam timere, & fugere meditatum, neque si quis millies coëgerit, in illam amplius cadere consuetudinem admittet: sed sicut nunc multo labore, & infinita in conturbatione terentes, minantes, admonentes, consulentes vix potuimus in aliã ipsum consuetudinem transmutare: sic & tunc quidem, licèt infinitam quis inferat necessitatem, hanc transgredi legem non poterit persuadere. Sed sicut venenũ quoddam nunquã gustare quis eligeret, neque instan-
D te necessitate: sic neque iuramẽta admittere. Hoc autẽ vobis exemplum solamen erit, & hortamẽtum ad reliquas virtutis partes attingendas. Qui enim nihil omnino præstitit, torpescit, & facilè recidit: sibi verò cõscius, quòd vel vnum expleuit mandatum, ex hoc bene sperare doct⁹ maiori cum stadio ad reliqua rursum procedet: postea aliud capiens ad aliud celeriter veniet, nec prius absistet, quàm ad ipsum culmen peruenerit. Si enim in pecuniis quantò quis plures comparauerit, tantò plures cupit: multò magis in officiis spiritualibus hoc contingere videas. Propterea festino, & vrgeo, vt res capiat principium, & animis vestris virtutis fundamentum iaciatur: & precamur, & supplicamus, vt non tantùm hora præsenti horum sitis verborum memores, verùm & domi, & in foro, & vbicunque commoremini. Vtinam mihi dari posset, vt vobiscum conuersarer, non hoc longo mihi multiloquio fuisset opus: nunc verò postquàm hoc non licet, vos per me verborum memores estote meorum, & ad mensam sedentes ingredi me putare, & adstare, & omnia quæ nunc vobis hìc dico, insonare. Et vbicunque vobis de me habebitur sermo, pro omnibus E
huius mementote mandati, & hanc mihi amoris in vos mei retributionem reddite: si hoc vos implesse videro, totum recepi, dignam laborum cepi mercedem. Vt igitur & nos reddatis promptiores, & vos bonæ spei efficiamini, & maiorem ad reliqua exequẽda mandata facilitatem paretis, multo hanc legem studio in animis vestris reponite, & tunc admonitionis vtilitatem scietis. Quoniam & aureum vestimentum pulchrum quidem est, etiam cùm videtur, multò pulchrius autem nobis videbitur nostro circumpositum corpori: sic & dei mãdata pulchra quidem sunt, etiam cùm laudantur, multò autem pulchriora, cùm & explentur, apparent. Etenim nunc quidem breui temporis momento laudatis prædicata: si verò res impleatis, per omnem diem, & per omne tempus & nos, & vosipsos laudabitis. Nec hoc est magnũ, quòd inter nos laudabimur, sed quòd & deus nos suscipiet: nec tantùm suscipiet, sed & magnis illis remunerabit, & ineffabilibus donis: quæ nos omnes assequi detur, gratia domini nostri Iesu Christi, per quem, cum quo patri gloria, cum sancto spiritu in secula seculorum, F
Amen.

QVOD VTILIS EST PRINCIPVM

timor, & narratio eorum, quæ per uiam acciderunt his qui nuncium afferebant: & quòd indigna patiens, & gratias agens permittenti deo, par est talia propter deum patienti. Et exempla rursum à tribus pueris, & Babylonica fornace: & de iuramentorum custodia.

Homilia.vi.

MVltos quidem impendimus dies charitatem vestram consolantes, non propterea tamen ab hac desistemus materia: sed donec tristitiæ vulnus remaneat, & consolationis medicamẽtum imponemus. Si enim corporis vulnera exhaurire non desinunt medicorum pueri, donec desiuisse dolorem viderint: multò magis hoc in anima fieri conuenit. Etenim animæ vulnus tristitia. Et ipsam continuè lenibus haurire verbis oportet. Nec enim sic calidis tumorem calidarum solet aquarum natura remittere, vt animæ æstum consolantium copia sermonum sedare consueuit. Non hic opus spõgia, sicut medicis, sed pro spongia linguam tractabimus. Non hic opus igne, quo

Universidad de Deusto
Biblioteca

G aquas calefaciamus, sed pro igne spiritus gratia vtemur. Eia igitur & hodie hoc ipsum agamus. Nisi enim nos consolationem vobis attulerimus, vnde solamen aliunde capietis? Iudices terrent, igitur sacerdotes cõsolentur: principes minantur, ideo ecclesia confirmet. Etenim hoc in puerulis fit pusillis, præceptores terrẽt, & verberant, & lachrymantes ad matres remittunt, matres verò sinibus suscipiẽtes continent, & circumplectuntur, & lachrymas detergẽtes, osculantur, & dolentem ipsorum animam releuant, verbis persuadẽtes, quòd ipsis vtilis est præceptorum metus. Quoniã igitur & vos terruerunt principes, & anxios reddiderunt, ecclesia communis omnium mater nostra sinus aperiens, & supinis suscipiens manibus, quotidie consolatur, dicens, quòd vtilis est & principum metus, & quòd vtilis etiam hinc correctio. Illorum enim metus non sinit nos torpore dissolui, huius autem consolatio sub tristitia succumbere non permittit. Et per vtraque deus salutem nostram disponit. Et principes enim ipse armauit, vt lasciuientes terreant: & sacerdotes ipse elegit, vt dolentes consolentur. Et hæc vtraque scri
H pturarum exempla, & ipsa rerum experientia docet. Si enim cùm sint principes, & milites in armis viuant, furor paucorum hominum promiscuorum, & aduenarum in breui temporis momento tantum nobis incendium inflammauit, & tantam excitauit procellam, & de naufragio cunctos metuere compulit: si principum metus omnino sublatus fuisset ad quid furoris isti nõ venissent? Nonne à fundamentis hãc nobis vrbem euertissent, & omnes confundentes ipsas demum animas nostras abstulissent? Si enim iudicialia sustuleris tribunalia, omnem vitæ nostræ ordinem sustulisti. Et sicut si gubernatorem à naui separaueris, scaphã submersisti: & si ducem ab exercitu abducas, vinctos hostibus tradidisti milites: ita si principes de ciuitatibus abstuleris, feris irrationalibus magis irrationabilem degemus vitam, inter nos mordentes, & nos deuoran
tes, pauperiorem potentior, mansuetiorem audacior. Sed horum nihil nunc est per dei gratiam: in religione enim viuentes nihil opus horum habẽt correctione. Iusto enim lex non est posita, inquit. Multi verò ad vitium spectantes, nisi ab his timorem sibi superpositum haberent, infinitis vtique malis ciuitates implessent, quæ Paulus quoque cognoscens dicebat: Non enim est potestas, nisi à deo: & quæ sũt potestates, à deo ordinatæ sunt. Quod enim in domibus faciunt ligno
rum contignationes, hoc principes in ciuitatibus. Et sicut si illas sustuleris, dissoluti parietes per sese corruunt: sic & si ex mundo principes tollas, & horũ metum, & domus, & ciuitates, & gentes cum multa inter se licentia corruent, nemine existente qui contineat & repellat, & pœnæ timore eos quiescere persuadeat. Ne igitur doleamus dilecti propter principum metum, verùm & deo gratias agamus, quòd torporem nostrum corripuit, & nos studiosiores effecit. Quod enim, dic mihi, damnum factum est ex cura & sollicitudine ista? quòd honestiores facti sumus, & mansuetiores: quòd studiosiores, & attentiores: quòd ebrium & meretricia canentem cantica videmus neminem: quòd supplicationes continuæ, & lachrymæ, & preces: quòd risus importunus, & turpia verba, & omnis lasciuia expulsa est, & mulierem modestam, & liberam ciuitas nostra tota nunc imitatur? Propter hæc doles? quin gaudere propter hæc & deo gratias agere magis oportet, quòd tantam molliciem paucis diebus formido resoluerit. Non nego, inquit, ed si ad me- K
tum vsque tantum periclitaremur, satis essemus vtilitatis lucrati: nunc verò timemus ne vlterius malum procedat, & de vltimis periclitemur omnes: sed ne timeatis, Paulus vos consolatur dicens, Quòd fidelis est 1.Cor.10.c
deus, qui non sinit vos tentari plus quàm potestis, sed faciet & cum tentatione prouentum, vt possitis sufferre: ipse enim dixit, Non te dimittam, neque te de- Iosue.1.b
relinquam. Si enim rebus ipsis castigare vellet, & malorum experientia, non tot diebus vos timori tradidisset: cùm enim punire noluerit, terret. Quoniam si puniturus esset, timor esset superfluus, superfluæ minæ. Nunc verò innumeris mortibus grauiorem vitam sustinuimus, tot diebus trepidantes, & trementes, & ipsas vmbras habentes suspectas, & ipsius Caïn pœnam
luentes, & medio somno præ continua anxietate exilientes, ita quòd si etiam deum irritassemus, nunc tantam passi pœnam, reddidissemus propitium. Quanquam enim nõ dignum peccato supplicium dedimus, dei tamen clementiæ sufficit: non tantùm autem ex hoc, sed etiam ex aliis multis considere oportet. Non enim modica nobis bonæ spei pignora iam deus dedit: & quod est omnium primum, malum afferentes nuncium, hinc velut alati digredientes, & dudum ad L
castra se peruenturos esse putantes, circa medium adhuc iter morantur. Tot obstacula & impedimenta ipsis acciderunt, & equos dimittentes, nunc vehicula agunt. Vnde necessitas est summa tardiorem ipsis eò profectionem fieri. Postquàm enim pontificem nostrum, & communem patrem deus hinc suscitauit, & persuasit abire, & obire legationem hanc, mox illos circa medium itineris consecutus est, ne præuenientes ignem succenderent, & in reliquum correctionẽ redderent inutilem, doctori, regis auribus inflammatis. Quòd enim non sine deo factum sit hoc impedimentum, inde manifestum: homines totum tempus in talibus peregrinationibus impendentes, & hoc officium habentes equos continuè agendi, nunc ab ipsa equitatione contriti defecerunt, & quæ nunc accidere, vt Io Ionæ.1.& 3.a
næ rebus contraria facta sunt. Illum enim vrgebat deus abire nolentem, hos volentes vetuit. O nouum & admirabile negotium: ille subuersionem prædicare volebat, & inuitum eum excitauit: hi cum celeritate euersionem annunciare festinant, & inuitos ipsos rursum M
prohibuit. Qua tãdem de causa? quoniam hic quidem tarditas, illic verò celeritas lucrum fecerat. Propterea & illum per centum festinare fecit, & equis hos impediuit. Vides dei sapientiam? Per quæ facta quisque quod expectabat, expedire sperauit, per hæc quisque impeditus est. Per nauigium ille euadere putauit, & nauigium illi vinculum factum est: isti per equos ocyus se regem visuros expectauerunt, & equi fuerunt impedimento: imò verò non equi, sicut nec illi nauigium, sed dei prouidentia vbique omnia propria dispensans sapientia. Et considera prouisionis modum, quomodo & terruit, & consolatus est. Ipso enim die, quo omnia illa narrata sunt facinora, ipsos quidem exire, tãquam omnia quæ acciderant regi nunciaturos permittens, exeundi celeritate omnes perterruit. Postquàm verò abierunt, & duos trésve dies contriuerunt, & iam inanem esse pontificis nostri profectionem putabamus: vtpote qui posterior esset futurus, tunc metum dissoluit, & nos consolatus est, efficiens vt illos, sicut dixi, media assecutus sit via. & illinc ad nos proficiscentes, illorum per viam ærumnas omnibus nobis annunciarent,

A rent, vt parum respiremus: quod & factum est, & magnam anxietatis partem deposuimus. His enim auditis, horum authorem adorauimus deum, qui omni patre diligentius omnes res nostras nunc disposuit, inuisibili quadam vi improbos istos cohibens nuncios, & tantùm non dicens, Quid festinatis? quidve properatis ciuitatem talem subuertere volentes? Num enim bona regi nuncia affertis? Manete istic, donec seruum meum, tanquam medicum optimum præuenire, & vestrum consequi cursum faciam. Si verò nascentes præuaricationis vlcere, tanta prouidentia exhibita est, multò magis post conuersionem, post pœnitentiam, post tantum timorem, post lachrymas & preces maiorem assequemur veniam. Ionas enim congruè pelleba
tur, vt ad pœnitentiam induceretur: vos verò iam exhibuistis pœnitentiam, & magnam conuersionem, ideoq; consolatione deinceps est opus, non nuncio minas habente. Propterea communem & hinc patrem suscitauit, & quidem cùm multa essent, quæ prohiberent. Si verò nõ pepercisset saluti nostræ, non illi persuasisset, sed & volentem exire vetuisset. Habeo & quid
B tertium dicere, quod vobis persuadere possit, vt confidatis, præsentem solẽnitatem, quam & infideles ferè omnes reuerentur, & hic ipse religiosus rex sic suspexit, & honorauit, vt omnes ante se reges cum pietate imperantes superauerit. Talibus nãque diebus cùm epistolam ad solennitatis honorem misisset, omnes ferè carcerem habitantes dimisit. Et hanc epistolam admissus Pontifex noster corã Imperatore leget, & propriarum legum commonefaciet, & dicet ad ipsum: Tu teipsum exhortare, & tui recordare, domesticum habes humanitatis exemplum: iustam noluisti cædem committere, & iniustam pãrare sustinebis? Cõuictos, & condemnatos festiuitatis reuerẽtia dimisisti, & insontes: nihilq; ausos condemnabis, præsertim solenni
tate præsente? Nequaquam rex, tu hanc epistolam ciuitatibus omnibus mittens, aiebas? Vtinam & defunctos resuscitare possem. Huic supplicamus humanitati, his nunc verbis supplicamus: Non tam claros facit reges hostes vincere, quàm animum & iam superare: illic enim armorum, & militum opus geritur, hic vero iuum solius simpliciter trophæum, & habes ne-
C minem qui tecum sapientiæ gloriam partiatur. Superasti tumultum barbaricum, supera & animum regium: discant omnes infideles, quòd Christi timor omnem potẽtiam refrenare potest. Glorifica dominum tuum, conseruis peccata dimittens, vt ipse quoque te magis glorificet, vt benignum tibi & tranquillum octauum iudicij die clementiæ tuæ recordatus exhibeat. Hæc & his plura dicet, & nos ab ira penitus eripiet. Nõ tantùm autem ad regi persuadendum maximum ex hoc ieiunio nobis est auxilium, sed etiam ad casus generosè ferendos: etenim consolationem non quamlibet ex hoc tempore capimus. Per singulos enim dies congregari, & diuinarum auditu scripturarum frui, & inuicem nos consolari & lamentari, & orantes sic domum abire, doloris plurimum nobis diminuit. Ne igitur corruamus, neque nosipsos præ anxietate proda
mus, sed maneamus expectantes bona, & dicendis mẽtem adhibeamus. Etenim volo & hodie de mortis cõtemptu iterum disserere. Dixi pridie vobis, quòd mortem timemus, non quidem quia terribilis est, sed quoniam neque cœlestis regni amor nos succendit, neque gehennæ timor nos occupauit: & ad hæc, quoniam cõscientiam non habemus bonam. Vultis & quartam huius importunæ anxietatis causam commemorem, D
non minus superioribus veram? non viuimus in asperitate Christianis congrua, sed facilem hanc, & solutam, & mollem amamus vitam: idcirco verisimiliter & præsentibus oblectamur rebus. Quòd si vtique in ieiuniis & pernoctationibus, & victus tenuitate hanc vitam transigeremus, cupiditates nostras præcidentes, absurdas voluptates arcentes, sudores virtutis sustinentes, secundum Paulum corpus castigan- 1.Cor.9.d
tes, & in seruitutem redigentes, carnis prouidentiam ad desideria non facientes, angustam & confragosam tenentes viam, citò futura concupisceremus, præsentibus liberari laboribus festinantes. Et quòd non falsus sit sermo noster, ad montium vertices ascende, considera illic morantes monachos in sacco, in vinculis, in ieiuniis, in tenebris conclusos, & omnes videbis mortem exoptantes, & illam requiem aduocantes votis. Sicut enim cæstibus pugnans stadio exire festinat, vt vulneribus liberetur, & luctator spectatores exurgere concupiscit, vt laboribus absoluatur: sic & in rigida & aspera vita cum virtute viuens, fi- E
nem desiderat, vt præsentibus eripiatur laboribus, & pro repositis valeat coronis confidere, ad tranquillum nauigans portum, & illò transmigrans, vbi non est amplius timendum naufragium. Propterea quoque deus laboriosam naturaliter vitam nostram, & grauem constituit, vt præsenti tribulatione compulsi, futurorum desiderium capiamus. Si enim nunc cùm sint tot tristia, & pericula, & timores, & curæ nos vndiq; circũeuntes, tam libenter præsenti immoramur vitæ: si nihil horum esset, & absque tristitia, & ærumnis omnibus tota foret vita nostra, quando vnquam futura desideraremus? Sic & Iudæis deus fecit. Volẽs enim & illos in reditus cupiditatẽ inducere, & vt Aegyptum odissent, persuadere, permisit eos late- Exod.1.c
ritio opere & luto laborare, vt laborum & ærumnæ illius magnitudine cruciati, ad deum de reditu clamarent. Si enim egressi, quanuis hæc accidissent, Aegypti iterum meminerunt & pristinæ seruitutis, & Nume.11.b
ad grauem tyrannidem redire festinabant: nisi tales fuissent experti Barbaros, quando vnquam alienam dimittere terram voluissent? Ne igitur & nos terræ affixi, & præsentibus inhiantes doleamus, & futu- F
rorum obliuiscamur, vitam nobis fecit deus laboriosam: non igitur vltrà, quàm est opus præsentem vitam amplectamur. Quæ nanque nobis vtilitas? Quod verò emolumentum nimium præsentis vitæ cupiditati adhærere? Vis discere quare bonum sit præsens vita? quia futuræ nobis vitæ materia efficitur & occasio, & certamina, & stadium habendarum illic coronarum est: quòd nisi hoc nobis præberet, innumeris mortibus esset miserabilior. Nisi enim viuentes deo sumus placituri, melius obire. Quid enim est amplius? quid reliquum? Non eundem Solem, & eandem lunam quotidie cernimus? non eandem hyemem, & non eandem æstatem? non eadẽ negotia? Quid quod fuit? id quod erit. Quid est quod est factum? futurum. Ne igitur beatos accusemus simpliciter viuentes, neque morientes lugeamus: sed in peccatis constitutos, siue viuentes, siue mortuos deploremus: in iustitia verò vbicunque sint, beatos existimemus. Tu quidem vnam mortem formidas & leges: at Paulus per singulos dies moriens, non tantùm propterea non lachrymabat, sed & lætabatur, & exultabat. Vtinam & ego propter deum periclitarer, inquis, & nihil curarẽ.

Sed

1.Tim.1.b

Rom.13.a

Ionæ.1.& 3.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Sed neque nunc consterneris: non enim tantùm propter deum patiens laudem meretur,sed & iniustè quicquam patiens, & generosè ferens, & deo permittenti gratia agens, alio hæc propter deum patiente non est inferior. Quoniam & beatus Iob multas & intolerabiles illas plagas propter diabolum frustra & temerè, & sine causa insidiantem excepit:sed tamen quoniam generosè tulit,& deo hæc permittenti gratias egit, integram reportauit coronam. Ne igitur propter mortem tristeris, naturæ enim est:tristare propter peccatu.n, voluntatis enim est culpa. Si verò propter defunctos tristaris,& propter nascentes dole: sicut enim hoc est naturæ,sic & illud. Si quis igitur mortem minetur,dic ipsi:Institutus sum à Christo non illos timere,qui corpus interimunt,animam verò occidere nequeũt. si rei familiaris publicationem minetur, respondè: Nudus exiui de vtero matris meæ,nudus & reuertar illuc. Nihil in hunc mundum intulimus,manifestum est quòd nec exportare quicquam poterimus. Et si tu non abstuleris,mors superueniens auferet:& si tu non iugulaueris, naturæ lex finem afferet. Nihil igitur eorum timeamus, quæ nobis natura afferuntur,sed illa quæ ex mala nobis prouenium voluntate,illa enim nobis pœnam pariunt:hocq; cogitemus continuè in his quæ nobis inexpectata accidunt, quòd non correximus illa, dolentes. Et præter hoc illud quoque,quòd si quid graue in præsenti patimur vita iniustè, multa peccata dissoluimus. Idcirco magnum bonum est hìc luere peccata, & non illic: etenim diues hìc graue nihil recepit, & propterea illic torquebatur. Et quòd hoc esset in causa, ne vlla illic frueretur consolatione, audi quid dicat Abraham: Fili recepisti bona tua, itaque nunc dolorem patere. Quòd autem Lazaro bona data sint,quia hìc cum virtute infinitas passus molestias fuerit,patriarcham & hoc dicentem audi. Cùm enim dixisset diuiti, Recepisti bona tua: intulit, & Lazarus mala, & propterea consolationem capit. Sicut enim in virtute viuentes & tribulati duplex habent emolumentum: sic & vitio viuens & gaudens,duplicem habebit pœnam. Rursum dico non fugientes accusans, animam enim tribulatam nó adiicies perturbare: nec increpare volens,ægrotans enim consolationis indiget: sed corrigere studens, ne fuga salutem nostram petamus,sed fugiamus peccata, & à via mala recedamus. Si hæc fugerimus, etiam si inter innumeros fuerimus milites, nemo nos lædere poterit: si hæc non fugerimus, & si ad ipsum montium verticem ascenderimus, hostes & illic reperiemus innumerabiles. Recorderis igitur iterum illorum trium puerorum,qui erãt intra fornacem,& nihil graue patiebantur: & eorum qui ipsos iniecerant, & extra fornacẽ manebant, quomodo qui circunstabant,omnes cõsumpti sunt. Quid hoc mirabilius? Quos continebat ignis, exoluit: quos non continebat,rapuit. Vt discas quòd non locus, sed morum qualitas salutem & pœnam affert: interiores effugerunt, exteriores absumpti sunt. Eadem corpora & his quæ illis,sed non iidem sensus,propterea nec eædem passiones. Fœnum enim etsi circumiacet extrà celeriter accenditur: sicut è contra aurum licèt intus maneat magis splendescit. Vbi nunc sunt dicentes, Capiat omnia rex, & corpus nostrum det liberum? quid tandem sit,esse corpore liberum,discant. Non enim criminum impunitas corpus facit liberum, sed iniustitia continuè viuere. Horum igitur puerorum corpora libera erant,etiam fornaci tradita: peccati-

Matt.10.c

Iob.1.d

H

Luc.16.f

I

Daniel.3.c

nim seruitutem iampridem deposuerunt. Etenim hæc K
sola res est libertas, non supplicium effugere,nec graue nihil pati. Tu verò fornacem audiens, recordare fluuiorum ignis die illo tremendo futurorum. Sicut enim hìc hos quidem rapuit ignis, hos autem reueritus est: sic & in illis erit fluuiis. Et si quis habeat quidem ligna,fœnum & stipulam,igne accenditur: si vero quis habet aurum & argentum,fit splendidior. Hãc igitur materiam congregemus,& præsentia generosè feramus,scientes quòd & ab illa pœna præsens nos tribulatio liberabit, si philosophari sciamus, & hìc meliores efficiet. Non autem nos tantùm,sed & tribulantes nos sæpius,si vigilemus,tãta vis est disciplinę:quod & in tyranno tunc factum est. Postquàm enim vidit nihil graue passos, audi quomodo mutatus est: Serui dei altissimi exite,inquit,& venite. Non paulò antè dicebas,Et quis est deus qui vos ex manibus meis eripere possit? Quid factum est? Vnde mutatio? Exterius positos absumptos vidisti,& interius stantes vocas? Vnde tibi euenit talia meditari? Vidisti quanta regi mutatio facta est? Quando nondum ipsos tenuerat,blasphemabat:postquàm verò in ignem ipsos coniecit,philo- L
sophabatur. Propterea & deus permisit omnia fieri, quæcunque tyrannus voluit, vt demonstraret quòd à se custoditos offendere posset nemo:quod & in Iob fecit,hoc enim & hìc operatus est. Etenim illic permisit diabolum omnem suam potentiam ostentare:& postquàm omnes hausit sagittas, & nullus insidiarum modus derelictus est,tunc è stadio pugilem eduxit, vt clara & indubitata fieret victoria. Et hìc hoc ipsum fecit. Voluit ipsorum vrbem euertere, & non prohibuit: voluit captiuos ducere,& non impediuit: voluit ligare, concessit,in fornacem iaicere permisit: flammam vltra modum succendere, & hoc dimisit. Et quando nihil reliquum fuerat, sed omnem vim tyrannus exhauserat,tunc suam deus virtutem demonstrauit, & puerorum patientiam. Propterea enim vsque in finem tribulationes permittit,vt insidiantibus & circũuentorum philosophiam,& suam demonstret prouidentiã. Quæ vtraque & ille tunc discens,clamabat: Serui dei altissimi exite, & venite huc. Tu verò mihi considera puerorum magnanimitatem: neque enim antequàm exilierunt, ne quis putaret ipsos ignem timuisse: M
neque vocati intus manserunt,ne ambitiosi esse,& cõtentiosi viderentur. Postquàm didicisti,ingressi sunt, cuius sumus serui, postquàm dominum nostrum agnouisti, tũc eximus præsentibus omnibus futuri diuinæ potentiæ præcones: quinimo verò non ipsi tantùm,sed & hostis propria voce & lingua, & per literas omnibus tũ pugilũ constantiã, tum agonothetæ virtutem prædicabat. Et sicut præcones athletas vincentes in medio theatro pronunciantes,eorum quoque ciuitates, dicunt,ille de tali ciuitate:ita & hìc ipsorum dominum prædicauit,Sydrack,Misack,& Abdenago serui dei altissimi exite,& venite huc. Quid actum est, quòd ipsos dei altissimi seruos vocas? Nónne tui erant serui? Sed regnum, inquit, meum dissoluerunt, superbiam meam conculcauerunt. Verum per opera suum demõstrauerunt dominum: si hominum fuissent serui, non ipsos ignis exussisset, non cessisset flamma: hominum enim seruos creatura reuerenti & honorare non nouit. Propterea rursus inquit,Benedictus deus Sidrack, Misack,& Abdenago. Tu autẽ mihi contemplare quomodo primum remuneratorem prædicat. Benedictus deus,qui misit angelũ suum,& eruit seruos suos. Hoc

Daniel.3.c

potentiæ

A potentiæ dei. Dixit & athletarum virtutem, quoniam crediderunt in eum, & verbum regis immutauerunt, & tradiderunt corpora sua, ne seruirent diis alienis. Sed quid virtuti par esse posset? Antea quando dixe-
Daniel.3.c runt,Diis tuis non seruimus, fornace sæuius accensus est: postquàm verò per ipsa opera hoc ostenderunt,nõ tantùm non indignatus est,sed & laudauit, & admiratus est,quòd sibi non obedissent. Tantum virtus bonũ, quod & ipsos hostes habet admiratores & laudatores. Illi pugnauerunt,& superauerunt, & victus gratias agebat,quòd nõ ipsos terruit flammæ aspectus,sed spes in dominum consolata est: & mundi dominum ex tribus pueris vocat, non ipsius imperium sine vllo concludens,sed quoniam mũdo opponendi pueri tres essent: propterea tot tyrannos,reges,& principes prætermittens,qui sibi paruerant,tres captiuos & seruos,qui tyrannidem suam contempserant,admiratus est. Non enim contendentes,sed philosophantes hæc agebant: neque per arrogantiam: sed per religionem:nõ superbia inflati,sed zelo igniti: magnum etenim bonum in deum sperare. quod quidem & barbarus animaduer-
B tit,& demonstrans quòd inde imminens effugere periculum,proclamauit: quoniam crediderunt in eum. Hæc autem nunc dico,& omnes excerpo historias, in quibus tẽtationes & tribulationes,& regum iræ,& insidiæ sunt,vt nihil timeamus,nisi tantummodo deum offendere. Etenim & tunc fornax accensa erat,illi verò hanc quidem cõtempserunt,peccatum autẽ timuerunt: nouerant enim quòd incensi quidem nihil graue passuri erant,impiè verò agentes extrema subituri. Magnum enim suppliciũ peccare,etiam si non puniamur: peccata enim nos à deo separant, sicut & ipse dicit:
Sapien.1.a Nónne peccata vestra separant inter vos & me? Pœnæ verò nos ad deum perducũt: inquit enim, Da nobis pacem,omnia enim retribuisti nobis. Si quis vulnus habeat,quid timere dignum est, saniẽ an medici sectionem? ferrum an vlceris populationem? Peccatum sanies est,pœna ferrum medicinale. Sicut igitur saniem habẽs,& si non secatur,malè habet: & cùm non secatur,tunc est in maioribus malis: ita peccans, etiam si non punitur,omnium est miserrimus: & tunc maximè miser,cùm non punitur,& graue nihil patitur. Et
C sicut splene & intercute laborãtes cùm larga fruuntur mẽsa,& frigida potione,& delicatis ferculis & saporibus,tunc præcipue omnium sunt miserrimi, deliciis morbum augẽtes: si verò siti & fame secundum medicorum leges cruciantur,aliquam salutis spem habent: Sic & in iniquitate viuẽtes,si puniantur quidem,bonã spem habẽt: si verò cum iniquitate licentia & deliciis fruantur,& hydrope laborantibus simul & crapulantibus sunt multò miseriores,& tantò magis,quãtò corpore melior est anima. Si aliquos igitur in iisdem esse peccatis videris, & hos quidem fama continua,& innumeris malis laborantes: hos verò potantes, gaudẽtes,& crapulãtes,grauia patientes minus miseros puta. Etenim delectationis flamma ærumnis interciditur,& apud futurum iudicium,& terribile tribunal,illud nõ parum patrocinij capiẽtes migrant, multa dissoluentes peccata ex his,quæ hìc grauia passi sunt. Sed consolationis satis. Iam nobis deinceps tempus est ad fugiẽdorum monitionem vertere nẽtorum transeundi, & recollendi excusationem,quæ parantibus esse videtur, frigidam & inutilem. Etenim postquàm ipsos accusauerimus,alios nobis idem faciẽtes obiiciunt, & dicũt: ille,& ille iurant. Dicamus igitur ipsis,sed ille non iurat. Deus autem eorum,qui rectè egerũt,comparationem inter iudicium profert: peccatores enim peccantes non adiuuant delictorum communicatione, rectè verò viuentes, peccatores condemnant. Etenim qui Christum non cibauerũt,neque potauerũt, multi erãt: sed nihil sibi inuicem profuerunt. Sicut neque virgi- Matt.25.a
nes quinque altera ab altera vllam inuenerũt veniam, sed præ his qui benefecerũt, & hæ & illi condemnati, & puniti sunt. Ab hac igitur frigida excusatione liberati,ne respiciamus cadentes,sed rectè se habentes, & studeamus præsentis ieiunij capere monumentum. Et sicut,multoties vestimẽtum adepti,vel seruum,vel vas preciosum temporis reminiscimur,& inter nos dicimus: seruum illum tali solennitate emi, vestimentum hoc tali comparaui tempore: ita quoque si legẽ hanc impleuerimus,dicemus: Iuramẽtum hac correxi quadragesima,hactenus enim iurabam, & sola admonitione audita,peccato abstinui. Sed res corrigi difficilis consuetudo? Noui & ego, & propterea festino vos in aliam consuetudinem bonam, & lucrum habẽtem inducere. Cùm enim dixeris,difficilè cõsuetudine desisto: propterea desistere labora,manifestè,scies, quòd E
si tibi aliam non iurandi consuetudinem induxeris, nullius laboris amplius indigebis. Quid difficilius, nõ iurare,vel per totum diem inediam pati, & aquæ potu,& tenui victu siccari? Certum est quod hoc illo gravius. Sed tamen consuetudo res est tam facilis, & expedita,quòd adueniente ieiunio, & si millies quis exhortetur,& infinita crucient,& cogant vinum delibare,vel aliud quid ieiunij lege non concessum gustare, omnia quis mallet pati,quàm prohibitum tangere nutrimentum. Et hoc cùm non inuitè nos circa mensam habeamus, tamen propter consuetudinem ex conscie tia,omnia generosè ferimus laborantes. Hoc quippe & in iuramentis erit. Et sicut nunc,si quis etiam infinitam necessitatem imponat,permanes consuetudinem seruans: sic & tunc,si quis etiam millies exhortetur, à consuetudine non absistes. Domum igitur profectus, omnibus hæc domesticis loquere. Et sicut sæpe multi ex prato recedentes,rosam,vel violam,vel quempiam talium florum capiunt, & digitis circũferentes recedũt: alij verò ex viridario domum abeuntes, arborum ramos fructus habentes reportant: alij rursum à lautis F
cœnis,mensæ reliquias necessariis suis referunt: Sic vtique & tu hinc recedens, admonitionem reporta filiis,vxori,necessariis omnibus. Hæc enim admonitio, & prato,& viridario,& mensa vtilior est: hæ nunquã ipsæ marcescunt, hi nunquam defluunt fructus, hæc nunquam fercula corrumpuntur. Et ex illis quidẽ temporalis delectatio,ex his verò continua vtilitas, non tantùm postquàm adimpleta fuerint, sed etiam dum adimpleantur. Cogita enim quale est reliquis omnibus omissis,publicis & priuatis, de diuinis semper legibus disserere,& ad mensam,& in foro,& in aliis conuenticulis. Si his vacemus,nihil dicemus periculosum,nihil noxium,non inuiti peccabimus: sed & imminente tristitia sermocinationi de his vacantes, animam libere poterimus cura,quã meditabamur inter nos semper dicentes: Nunquid gesta rex audiuit? An iratus est? quid verò sententiæ pronunciauit? Nunquid ipsum quispiam exorauit? Nunquid verò tolerabit ipse tam magnam & populosam fundicus ciuitatẽ perdere? Hęc quidem,& omnia talia in deũ proiicientes,ipsius tãtùm mãdata meditemur. Sic enim & illa omnia dissoluem°, si vel decẽ de nobis tãtùm rectè egerint, breui decem

viginti

Universidad de Deusto
Biblioteca

G viginti fiet: viginti, quinquaginta: quinquagita, centū: centū, mille: mille, ciuitas. Et ſicut decem accēſis lucernis omnem domum lumine facilè quis implere poterit: ſic & in officiis ſpiritalibus, ſi decem ſoli rectè egerint, flammam per totam ciuitatem incendimus habētem lumen, & ſecuritatem nobis afferentem. Nō enim ſic flammæ natura in materiam delapſa, vicina ſemper ligna incendit: ſicut virtutis zelus in paucas lapſus animas, vlterius procedendo omnem implere ciuitatem poterit. Date itaq; mihi vt de vobis glorier, & in præſenti vita, & futuro die, quo talenta habentes credita exigentur: ſufficiens mihi laborum merces, veſtra correctio. Et ſi vos cum pietate viuentes videro, totū recepi. Facite igitur quod & herì admonui, & hodie dicam, nec dicens quieſcam: contra iurantes mulctā definientes, mulctam lucrum non damnum habentem, præparamini iam tanquam nobis profectus probationem daturi. Conabor etenim apud quenquam veſtrū longum protrahere ſermonem dimiſſa hac concione, vt in verborum longitudine emendatos inueniam: & ſi quem iurantem videro, omnibus ipſum emendatis
H faciam manifeſtum, vt increpantes, arguentes, corrigentes, breui ipſum mala liberemus conſuetudine. Melius eſt etenim hic exprobratum corrigi, quàm die illa palàm præſente toto mundo confundi atque puniri, peccatis noſtris ſub omnium aſpectu reuelatis. Sed ne fiat vt quiſquam ex hac honeſta concione talia patiēs illic appareat, ſed ſanctorum patrum precibus peccata corrigentes omnia, cum multa hinc indulgētia migrem°, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem, & cum quo patri gloria, ſimul cum ſancto ſpiritu in ſecula, Amen.

QVOD TRISTITIA AD PECCATI DESTRVCTIONEM VTILIS.

Et ſuper illud, In principio fecit deus cœlum & terram. Et quòd maxima conſolationis materia creationis apparatus. Et ſuper illud, Adam ubi es? & de fugiendo iuramento.

Homilia. vij.

MVlta quidem, & de multis herì apud veſtram diſſerui charitatem. De multis verò his vobis retinere haud eſt facile. Illud omnīū maI ximè vos meminiſſe rogo, quòd triſtitiam nobis deus non ob aliud indidit, niſi propter ſolum peccatum, & hoc per ipſam rerum experientiam manifeſtauit. In peccuniarū enim mulcta & morte, & ægritudine, & aliis nobis ingruentibus moleſtiis dolētes & mœrentes, nō tantùm nullam conſolationē capimus, verùm & moleſtias augemus. In peccatis verò ſi doleamus & triſtemur, peccati magnitudinem minuimus, & quod erat magnum, reddimus paruum: ſæpe verò & funditus ipſum totum delemus. Hoc mihi continuè recordamini, vt peccato tantùm doleatis: nulla autem prēterea re. Et præter hoc & illud quoque, quòd mortem & triſtitiam in vitam noſtram peccatum inferens, ab his ambobus viciſſim deſtruitur: quod quidem ipſum manifeſtius & antea demonſtrauimus. Nihil igitur ſic timeamus, vt peccatum & præuaricationem. Ne timeamus pœnam, & pœnam fugiamus. Sicut & tres pueri non timuerunt fornacem, & fornacem effugerunt, tales eſſe decet dei ſeruos. Si enim in veteri teſtamento educati, quando nondum mors erat mortificata, nec æreæ portæ confractæ, nec obices ferrei contriti, tam generoſam contra mortem audaciam præſtulere: quam nos habebimus excuſationem, aut quem veniam, tantam nacti gratiam, & neq; pares illis vir K tutis menſuras nunc aſſecuti, cùm mors nomen ſolum ſit re priuatum? Nihil enim aliud mors eſt, quàm ſomnus, & migratio, & tranſlatio, & requies, & trāquillus portus, & perturbationis liberatio, & à vitæ curis abſolutio. Sed hic cōſolationis ſermonem ſoluamus: etenim quintam diem agimus veſtram conſolantes charitatem, & iam vexare videmur. Solertibus enim dicta ſufficiunt, puſillanimis autem etiam ſi dictis plura addamus, nihil amplius erit. Tempus verò nobis iā ad ſcripturarū expoſitionem conuertere doctrinam: quemadmodum enim ſi nihil de hac ærumna locuti eſſemus, crudelitatem & inhumanitatem noſtrā quis condemnaſſet: ſic ſi ſemper de ipſa diſſeramus, puſillanimitatem noſtram iuſtè condemnaret. Corda igitur noſtra deo applicantes, qui in mente noſtra loqui poteſt, & omnem ab interioribus triſtitiam expellere, cō ſuetam doctrinam nunc attingamus, & maximè quādo omnis ſcripturæ expoſitio exhortatio eſt, & conſolatio. Itaque etſi à conſolando abſiſtere videmur, rurſum per ſcripturarum expoſitionem in eandem materiam incidimus, quoniam mentem adhibentibus tota L ſcriptura conſolatio eſt. Inde vobis hoc faciam manifeſtum: non enim ſcripturarum hiſtorias circumiens, quoſdam conſolatorios ſermones quærere conabor: ſed vt apertiorem promiſſionis demōſtrationem præbeam, hodie lectum tractabimus librum: & ſi libet, ipſius principium & proœmium, quod maximè videtur neque conſolationis veſtigium demonſtrare, ſed conſolatoriis penitus verbis alienum eſſe, in medium proponens, quod dico manifeſtum faciam. Quod tandem eſt hoc proœmium? In principio fecit deus cœlū & terram: terra autem erat inanis & vacua, & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi. Nunquid videntur aliquibus è vobis triſtitiæ conſolationem habere memorata? Non hiſtoriæ narratio eſt, & de creatione doctrina? Vultis igitur demōſtrem conſolationē in hac dictione abſconditam? Exurgite igitur, & cum diligētia aduertite quæ dicenda ſunt. Cùm enim audieritis, quòd cœlum, terram, mare, aërem, aquas, ſtellas multas, duo luminaria magna, plantas, quadrupedes, natatilia, & volatilia anſa, alia, omniaq; generaliter quæ videntur, propter te, tuamq; ſalutem & honorem deus creauit, M non magnam capis conſolationem? & maximam dilectionis dei demonſtrationem hanc ſuſcipis, cùm cogitaueris, quòd tantum & talem mundum tā pulchrū & magnū, & admirabilem propter te puſillum in medium protulit? Cùm igitur audieris quòd in principio fecit deus cœlum & terram, ne ſimpliciter dictum prætercurras, ſed terræ magnitudinem mente percurre, & reputa quàm lautam nobis & opimam produxit menſam, & multam paſſim nobis delectationem præbuit: & quod quidem eſt maximum, quòd in nullorum laborum retributionem dedit, nec in meritorum præmium tantum & talem mundum: ſed pariter nos finxit, & hoc regno genus noſtrum honorauit: inquit enim, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Quid eſt, ad imaginem noſtram? Principatus imaginem dixit: vt quemadmodum nullus in cœlo eſt deo ſuperior, ſic ſuper terrā nullus ſit homine ſuperior. Vno enim hoc & primò honorauit, q̄ ad imaginem ſuam eū fecit. Secundò, q̄ non laborū præmiū nobis imperiū præbuit, ſed ſolū exhibuit benignitatis ſuę gratiā. Tertiò autē quod naturale nobis illud elargit° eſt. Principatus eñ hi quidē naturales, hi verò electi:

Gene.1.d

Ibidem.e

A electi: & nati, ales quidem, ſicut leonis in quadrupedes, & in aues aquilæ: electi verò, ſicut regis in nos alicuius. Hic enim nō natura cōſeruis imperat, propterea & ſæpe principatū amittit. Talia enim exiſtunt, quæ nō natura adſunt, vt faciles admittant inſidias, & trāſlationē. Sed non ita leo, ſed natura quadrupedibus dominatur, ſicut itidem & alitibus aquila. Semper igitur cū genere coniūcta eſt regni ſpecies, nec vllum quis videt leonē vnquam hunc amittentem principatū. Talem & nobis principatum de° à principio largitus eſt, & nos omnibus præpoſuit: nec hoc ſolo naturam noſtram decorauit, ſed & ipſa loci præſidētia, egregium nobis habitaculum deſignās, paradiſum, & rationem dans, & animam largiens immortalem. Sed non hæc dicam: ego enim tantam dei dilectionis ſuperabundātiam eſſe dico, vt nō tantùm ex his, quibus nos honorauit, ſed & in quib° caſtigauit, ſimiliter poſſimus demonſtrare ipſius bonitatem & benignitatem. Et hoc omnium maximè vos cum diligentia conſiderare cohortor, quòd deus nō tātùm honorans & benefaciēs, ſed & caſtigans, & puniēs ſimiliter eſt bonus: ſiue con
B tra gētiles, ſiue contra hæreticos nobis certamina moueantur, & pugnæ de dei benignitate, nō tātum ex quibus nos honorauit, ſed & ex quibus nos puniuit, ipſius bonitatem demōſtrabimus. Si enim honorans tātum bonus eſſet°, puniens verò non eſſet, ex dimidio bonus eſſet. Sed nō ita eſt, abſit. In omnibus quidem hoc euenire veriſimile eſt, quoniam cum furore & paſſione pœnas inferūt: deus autem cùm ſit impaſſibilis, ſiue benefaciat, ſiue puniat, ſimiliter eſt bonus: nec regno minus gehennæ comminatio ipſius bonitatem demōſtrat. Niſi enim gehennā minatus fuiſſet, niſi pœnam præparaſſet, nō multi regnum aſſequi potuiſſent. Non enim ita bonorum promiſſio ad virtutem multos euocat, vt malorū intentatio timore compellit, & ad animæ curam excitat. Itaque etſi cœlorum eſt regno gehenna cōtraria, ad vnum tamē ambo finem reſpiciūt, hominum ſalutem: illud quidē ad ſe alliciens, hæc autem ad illum compellens, & timore corrigens ſe negligentius habentes. Hunc autem nō incaſſum ſermonem protraho, ſed quoniam ſæpe fame, ſiccitatibus venientibus, & bellis, & ira regia irruente, & aliis huiuſmodi inexpectatis rebus, multi furiores, decipientes
C dicunt, quòd non digna ſunt hæc dei prouidentia. Ne igitur decipiamur, ſed diligenter ſciamus, quòd ſiue famem, ſiue bellum, ſiue aliud quodcūque moleſtum inducat, ex benignitate & multa dilectione hoc efficit. Huic ſermoni coactus ſum immorari, quoniā patres omnium maximè filios amantes & menſa prohibent, & flagella inſigunt, & afficiunt ignominia, & aliis infinitis talibus laſciuientes pueros corrigūt. Sed tamē patres ſunt, nō tantū dum honorant, ſed & dum hæc faciūt, & tunc maximè patres cùm hæc faciunt. Si autem homines qui furore & ira ſæpe abutili declinant, nō crudelitate & inhumanitate, ſed cura & charitate quos amant, puniē putantur: multò magis de deo ſic ſentire oportet, omnem excedente paternam charitatē proprię bonitatis cumulo. Et ne credas q̄ hęc per cōiecturam ſint dicta, agè ad ipſam ſcripturā ſermonē referamus. Poſtquàm enim homo ab impoſito dæmone deceptus & allectus eſt, videamus quomodo ipſum tale operatum crimen deus tractauit. Nunquid ipſum omnino perdidit? quidem iuſtitiæ ratio hoc exigebat, nihil quidem boni operatum, tantam verò beneuolentiam aſſecutum, me à principiis laſciuientem de medio tolli, & funditus deleri: ſed non hoc fecit deus, D nec abominatus eſt, nec eum auerſatus, qui ſe tam ingratum in benefactorē exhibuit, ſed ad ipſum venit, ſicut ad ægrotum medicus. Et noli ſimpliciter dictum percurrere chariſſime, ſed cogita quale eſt, nec angelum, nec archangelum, nec vllum alium illius cōſeruorum miſiſſe: ſed ipſummet dominum ad collapſum deſcendiſſe, & iacentem releuaſſe, & ſolum ad amicum, malefacientem, & in magna cōſtitutum procella euēniſſe. Quòd enim ex multa fecit hoc charitate, & ipſa verba quæ ad ipſum dixit, ipſius ineffabilem charitatem demonſtrant. Et quid opus eſt, vt omnia verba dicam? Prima profectò dictio ſtatim ipſius amorem demonſtrauit. Non enim dixit, ſicut par erat iniuriam paſſum dicere: O ſcelerate & ſceleſtiſſime, tali apud me beneuolētia potitus, tanto decoratus regno, & omnibus terreſtribus nullo ex merito prælatus, & meæ curæ pignora per opera, & veram prouidentiæ probationem aſſecutus, improbum dæmonem & peſtiferum tuæ ſalutis inimicum, domino & tutore, cui crederes, digniorem duxiſti? Quid ille tibi tale demonſtrauit, quale ego? Nōnne cœlum propter te crea E uiterram, mare, Solem, lunam, & ſtellas omnes? Non enim vlli angeli huius creaturæ indigebant, ſed propter te & requiem tuam, talem & tantum feci mundum. Et tu nuda verba, & promiſſionem falſam, & pollicitationem fraude plenam, collata rebus beneficentia, & prouidentia, fide digniorem eſſe ratus teipſum illi tradidiſti, meaſq; leges conculcaſti. Hæc & his plura læſum par erat dicere: ſed non ita deus, ſed omnino per contrarium. A prima enim voce ipſum ſtatim erexit, & iacentem, & timentem, & trementem confidere fecit, prior eum vocans ipſe: quinimo non tantùm prior vocans, ſed etiam ex ſuo ipſum nomine appellans, & dicens? Adā vbi es? amorem ſuum, & Gene.3.b
multā circa ipſum curā oſtendit. Iā enim omnes noſtis, quòd hoc eſt legitimæ amicitiæ indicium. Sic & mortuos reuocantes facere conſueuerunt, continuè ipſorum nomina verſantes: ſicut viciſſim odio habentes, & inimicè in quoſpiam diſpoſiti, nec nomina eorum qui ſe læſere, tolerant commemorari. Ideo Saūl nullam quidem iniuriam paſſus, multas verò & magnas iniurias in Dauid machinatus, poſtquàm ipſum auerſabatur & oderat, nec illius appellationem commemorare tolerabat, ſed conſidentibus omnib° poſtF quàm non veniſſe vidit, quid inquit? Non dixit, vbi eſt Dauid? ſed, vbi eſt filius Iſai? à patre ipſum vocans. 1. Reg.20.e
Et iterum Iudæi in Chriſto idem faciunt: quoniam enim ipſum auerſabantur & oderant, non dixerūt, vbi eſt Chriſtus? ſed, vbi eſt ille? Sed deus & in hoc demonſtrare volens, quòd nec peccatum amorem extinxit, nec inobedientia ſuam in ipſum beneuolentiam ſuſtulit, ſed adhuc prouidet, & curam gerit lapſi, inquit: Adam vbi es? non ignorans vbi moraretur, ſed Gene.3.b
quoniam his qui peccauerunt os conſutum eſt, peccato linguam ſubtrahente, & conſcientia ipſam cohibente, & ſtupidi remanent, ſilentio tanquam quodam vinculo coërciti. Volens itaque deus ipſum in fiduciam elicere per colloquium, & vt confideret facere, & in eorum quæ admiſerat, purgationem inducere, vt aliqua frueretur venia, ipſum prior ipſe vocauit, anxietatis multùm appellatione recidens, & expellens timorem, oſq; per hanc aperiens appellationem. Ideóque dicebat, Adam vbi es? Alibi te reliqui, & alibi nunc inuenio: reliqui in fiducia & gloria, nunc autem inuenio

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gauenio in confusione & silentio. Et considera curam. Non Heuam vocauit, non vocauit serpentem, sed qui omnium leuissimè peccauerat, hunc iudicio primũ accersit: vt ab eo incipiens, qui aliqua potest venia potiri, etiam in eam quæ multùm peccauerat, mitiorem ferat sententiam. Et iudices quidem conseruos suos, & eãdem secum naturam communem habentes, per seipsos examinari non sustinẽt, sed ministrantium quẽpiam sibi medium proponẽtes, interrogationes illum suas ad reum faciunt perferri, & per ipsum quæcũq; velint, dicunt, & audiunt dum reos examinent. Deus autem mediatore nullo ad hominem opus habuit, sed ipse per seipsum iudicat, & consolatur. Nec hoc tantùm est admirabile, sed etiam quòd commissa corrigit. Iudices enim cùm latrones ceperint, & sacrilegos, non quomodo ipsos reddant meliores considerãt, sed quomodo ab ipsis peccatorum pœnas exigant. Deus autem cõtrarium totum: cùm aliquem ceperit peccatorem, non considerat quomodo sumat supplicium, sed quomodo ipsum corrigat, & meliorem faciat, & in futurum inexpugnabilem. Itaque & iudex pariter, & medicus, & magister est deus: etenim tanquam iudex examinat, & tanquam medicus corrigit, & tanquam magister docet, præuaricatos in omnem disciplinam inducens. Si verò vnum & breue verbum tantam dei curam demonstrauit: quid si omnem vobis sententiã legeremus, & integra explicaremus monumẽta? Cernis quomodo tota scriptura consolatio est, & exhortatio? Et hoc quidem congruo tempore dicemus. Ante hæc autẽ necessariũ est dicere, quãdo liber hic æditus fuit. Neque enim in principio, neque statim post Adã creatum hæc scripta sunt, sed post multas mox generationes. Et quid tandem Iudæis duntaxat, & non omnibus hominibus? & quid tandem Hebraicæ linguæ? & qua de causa in deserto Sina? neq; enim locum simpliciter Apostolus non prætermittit, sed & in hoc magnam nobis contemplationem demonstrat, sic dicens: Hæc enim duo testamenta sunt, vnum in monte Sina in seruitutem generans, quæ est Agar, &c. Et alia quidẽ plura quærere necessarium esset, sed video tempus nobis non permittens sermonem in tantum pelagus immittere: propterea hæc in congruum tempus differentes, iterum de iurandi abstinentia vobis disseremus, & rogabimus charitatem vestram, vt multo circa hanc rẽ studio vtatur. Quomodo enim nõ absurdum, seruum quidem non audere dominum ex nomine, aut simpliciter, vt accidit, vocare: angelorum verò dominũ temerè, & cum multo contemptu vbique circunferre? Et si euangeliũ quidẽ capere oportebat, manus abluens, & cũ multa reuerentia & religione tremens & timens accipis: euangelij verò dominum temerè lingua passim versas? Vis discere quomodo ipsum appellant superiores potestates, cum quanto horrore, quanta consternatione, quanta admiratione? Videbam dominum sedentẽ, inquit, in throno alto & eleuato, & Seraphin stabant circa ipsum, & clamabant alter ad alterum, & dicebant, Sanctus, sanctus, sanctus, dominus deus sabaoth, plena omnis terra gloria eius. Vidisti cum quanto timore, quanto horrore nominant eum glorificantes, & laudantes? Tu verò in precibus quidem & supplicationibus, cum multo inuocas ipsum torpore, quando horrescere oportebat, & vigilare, & sobrium esse: in iuramentis verò, cùm nec omnino adducere admirabile nomen oportebat, varia quædam & alterna connectis iuramenta: & qualis venia, quæ verò fo-

Gal. 4.d

Esaiæ. 6.a

bis erit excusatio, etsi millies consuetu[dinem] obiiciamus? Dicitur quòd quidam externorũ oratorũ præ quadam irrationabili consuetudine dexterum eundo humerũ continuè mouebat, sed tamen consuetudinẽ vicit, & gladios acutos vtrinque humeris imposuit, vt vulneris timore membrum ineptè se mouens corrigeret. Hoc & tu circa linguam facias, & ipsi pro gladio diuinæ pœnæ timorẽ impone, & omnino superabis: impossibile enim, impossibile inquam est, meditantes & studentes, & opus hoc facientes vnquam superari. Dicta nunc laudatis, sed cùm correcti fueritis, magis laudabitis, non tantùm nos, sed & vosipsos: & cum maiore voluptate audietis quæ dicentur, & cum pura conscientia deũ inuocabitis, qui tantùm tibi parcit, vt dicat, neque per caput tuum iurabis: tu verò sic ipsum contẽnis, vt & per ipsius gratiam iures. Et quid faciã, inquit aliquis, apud necessitatẽ inducentes? Qualem necessitatem ô homo? Discãt omnes quòd omnia mallem pati, quàm dei legem trãsgredi, & ab inferẽda necessitate desistent. Quòd enim non iuramentum fide dignum hominẽ faciat, sed vitæ testimonium, & conuersationis integritas, & mens bona, sæpe multi iurãtes disrupti sunt, & non persuaserunt: alij verò innuẽtes tantùm, multùm iuratis fide digniores apparuerunt. Hæc igitur omnia scientes, & pœnam iurãtibus, & peierantibus positam ante oculos mittentes, improba consuetudine absistamus, vt hinc & ad reliqua gradientes virtutis opera, consequamur bona futura: quę nos omnes assequi detur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi per quem, & cũ quo patri & gloria, vnà cum sancto spiritu in secula seculorũ, Amen.

Matt. 5.f

EIVSDEM AD VIRTVTEM EXHORtatio: & in illud Geneſis, Deambulabat deus in meridie in paradiſo, & de fugiendis iuramentis.

Homilia. viij.

Gene. 1.a

AVdistis antea quomodo omnis scriptura cõsolationem affert, & refrigerium, præter historiæ narrationem. Etenim illud, In principio fecit deꝰ cœlum & terram, historiæ expositio erat: sed demõstrauit oratio & multa plena consolatione dictionem: quale quòd duplicem deus mensam fecit, terram & mare simul ponens: & lumina gemina, Solem & lunam supernè accendens: & duplicis cursus tempus, diem & noctem ordinatus: & illum quidem in operationem, hanc autem in requiem non enim minus ministerium, quàm dies nobis nox affert. Sed sicut in arboribus dixi, quòd fructuosis infructuosæ æmulam præbent vtilitatem, facientes necogamur ad ædificia domesticas arbores attingere: & mansuefactis animalibus non minorem nobis vtilitatem syluestria & immitia afferunt, timore nos in vrbes compellentia, reddentiaq; cautiores, & nos inter eos constringentia: & horum quidem exercentia virtutem, horum verò morbos soluentia (multa enim ex his medicamenta medicorum pueri conficiũt) & antiqui nos peccati commonefacientia. Cùm enim audiero quòd timor noster & conuersio erit super omnes bestias terræ, postea honorem hunc truncatum video, peccati reminiscar, quod & timorem nostri dissoluit, & principium abstulit, & efficiar melior & continentior, damnum ex peccato nostro illatum contemplatus. Sicut igitur quod & anteà dixi ad vitam nobis omnia conferunt: hæcq; dicta, & alia his plura, quæ qui fecit deus ipse nouit: ita quidem

&

A & nox non modò quãm dies vsum affert, cùm laborum sit requies, & morborũ medicina. Sæpe enim medici multa operati, & infinita medicamina moliti, ab ægritudine laborantẽ liberare non potuerunt: somnus autem spontè adueniens, omnem soluit ægritudinem, & infinitis illos laboribus liberauit: nec morbis verò tantùm corporis, sed & animæ nox est medicina, dolẽtes animas sedẽs. Sæpe quispiã postq; filium amisit, innumeras illi consolationes afferentibus fletibus & gemitu desistere non tolerauit: nocte verò superueniente, somni cessit imperio superatus, & palpebræ obdormierunt, & exiguã quampiam diurnorum cepere malorum cõsolationem. Agè verò iam ad materiam eamus vnde processit oratio. Nã bene noui quòd huic omnes inhiatis, & quisque discere gliscit, qua de causa non ab initio æditus est hic liber, sed neque nunc expositionis huius esse tempus video. Quid tandẽ? In finem nobis hæc deuenit hebdomas, & materiam attingere metuo, deinde statim expositionem intercidere. Multorum enim dierum iugis indiget orationis, & cõtinuatæ memoriæ, ideo rursum ipsam differimus. Sed

B ne ægreferatis, cum fœnore vobis omnino debitũ reddemus. Sic enim & nobis conferentibus expedit. Nũc autem interim dicemus heri derelictum. Quid autem

Gene. 3.b

heri derelictum fuit? Deambulabat, inquit, deus in paradiso in meridie. Quid ais? deambulabat deꝰ? nõ deambulabat: quomodo enim vbique præsens, & omnia implens? Sed in Adam talem sensum posuit, vt seipsũ corriperet, ne diffusus esset, vt fugiendo & latendo aliquam purgationis partem prætenderet, & ante ipsa verba. Sicut enim in iudicium adducendi, & commissorum pœnas subituri, squalidi, sordentes, tristes, contempti iudicãtibus apparent, vt ex habitu ipsos in humanitatem, & veniam, & misericordiam trahant: sic & in Adam factum est. Oportebat enim demissum in iudicium hoc trahi, propterea præuenit ipsum deꝰ, & corripuit. Sed quòd aliquis deambularet, sensit: vnde verò cogitauit quòd deus deambulabat? Talis est peccantium consuetudo, omnia suspecta habent, vmbras tremunt, omnem strepitum timent, & quemque putãt ad se venire. Multos igitur sæpe cõspicati peccatores, ad ea ad ministerium currentes, ad se venire cogitaue

C runt: & aliis alia inter se differentibus, peccati sibiipsis conscij, putant illos de se sermocinari. Talis enim res peccatum est, nullo prodit arguente, nullo condemnat accusante, pauidum facit & timidum peccatorẽ, sicut iustitia contrarium. Audi igitur quomodo & huius pauorem, & illius libertatem scriptura designauit:

Prou. 28.a

Fugit impius persequente nemine, inquit. Quomodo persequente nemine fugit? Intus habet agentem conscientiæ accusatorem, & hunc vndique circunfert: & sicut seipsum non potest fugere, sic nec intrinsecus ipsum agentem: sed quocunque abeat, flagellatur, & vulnus habet immedicabile. Sed non talis iustus: sed qualis audi: Iustus tanquam leo, inquit, confidit. Talis erat

Ibidem.

3. Reg. 18.c

Helias. Vidit igitur regem ad se venientem: & dicente illo, Túne es ille qui conturbas Israël? Non ego conturbaui Israël, inquit, sed tu, & domus patris tui. Verè iustus vt leo confidit. Sicut enim leo in regem tanquam vilem catulum quendam insurrexit. Etenim purpurã habebat ille, sed hic melotẽ habebat iudumentũ purpura illa venerabilius. Purpura enim illa famem peperit difficilem, melos autem hæc grauia dissoluit: hæc Iordanem diuisit, hæc Helisæum duplicem Heliam fecit. O quanta sanctorum virtus! Non sola ipsorum ver-

4. Reg. 2.c

D ba & corpora, sed & ipsa indumenta creaturæ omni vndique sunt venerabilia. Huius melote Iordanem diuisit, calceamenta trium puerorum ignem conculcauerunt: Helisæi lignum aquas mutauit, & vt ferrum in superficie portarent, effecit. Mosi virga mare rubrum diuisit, petram scidit. Pauli vestimenta languores expulerunt. Vmbra Petri mortem fugauit: Sanctorũ martyrum fauilla malignos expellit dæmonas. Propterea cum fiducia omnia faciunt, sicut & Helias. Non enim spectabat diadema, & exteriorem regis apparentiam, sed animam sordibus indutam, squalentem, sordidã, & omni reo miseriꝰ affectam respiciebat, & ipsum intuitus captum esse, & vitiorum seruum, ipsius principatum contempsit: etenim tanquam in scena, sed non in veritate regem sibi cernere videbatur. Quæ enim exterioris ornatus vtilitas, cùm interius tantæ repositæ sint diuitiæ? Talis erat leo & beatus Paulus: carcerem enim ingressus, solo clamore omnia fundamenta concussit, vincula rosit, non dentibus, sed verbis. Propterea non leones ipsos tantùm, sed & aliud quid leonibus maius oportet appellare. Leo enim in retia sæpe lapsus

E capitur: sancti verò cùm ligantur, hinc fortiores fiũt. Sicut & hic beatus in carcere tunc fecit soluens compeditos, parietes concutiens, carceris terrefacienscustodem, & pietatis verbo capiẽs. Leo clamat, & omnes bestias fugat: sanctus clamat, & dæmones vndique expellit. Leonis arma, iubarum horror, vnguium cuspis, & dentes acuti: arma iusti, sapientia, tẽperantia, patientia, tolerantia, præsentium contemptus omnium. Hæc arma quisquis habet, non homines tantùm improbos, sed & ipsas aduersarias potestates deridebit. Meditare igitur homo secundum deum viuere, & nemo te vnquam superabit: sed etiam si omnium vilissimus esse videaris, omnium eris potentissimꝰ: sicut si animi virtutem neglexeris, etiam si omniũ sis potentissimus, omnibus insidiantibus eris facilè expugnabilis. Et hoc quidem dicta demonstrauerunt exempla. Si vis autẽ, & per opera te docere conabor, vim iustorum inexpugnabilem, & facilem peccatorum captiuitatem. Audi

Psal. 1.b

igitur quomodo hæc ambo propheta insinuauit: Non sic impij, non sic, sed tanquam puluis quem proiicit vẽtus à facie terræ. Sicut enim ille vẽtorum incursibus facilè proiiciendus propositus est: sic quidem & peccator ab omni tentatione circũuertitur. Cùm enim ipse

F sibiipsi repugnet, & pugnam passim circũferat, quæ ipsi spes salutis, domi prodito, & continuũ hostem conscientiam secũ trahenti? Sed non talis iustus. Sed qua-

Ibid. 124.a

lis? audi ipsum prophetã dicentem: Qui confidunt in domino, sicut mons Sion. Quid tandẽ est, sicut mons Sion? Non cõmouebitur in æternũ, inquit. Quæcũque enim adhibeas machinamenta, quæcunq; iacularis tela, montem fodere volens, illum quidẽ nunquam superabis. Quomodo enim? Machinaméta verò solues omnia, etiã tuã destruens fortitudinẽ. Talis est & iustus, quæcunq; vulnera susceperit, ipse quidẽ graue patitur nihil, sed insidiantiũ vim dissoluit, nec verò mortaliũ modo, sed ipsorũ quoq; dæmonũ. Audisti nãq; sæpius, q̃ diabolus machinamenta Iob adhibuerit, nec solùm tamen illũ montẽ non conquassauit, sed & dissolutus recessit, sagittis ipsis confractis, & machinaméntis inutilibus ex illo inflictu redditis. Hæc ita q̃ sciẽtes, vitã curemus nostrã: & nèq; circa pecunias studeamus, quæ pereũt: neq; circa gloriã, quæ extinguitur: nõ circa corpus, quod senescit: nõ circa pulchritudinem, quæ marcescit: non circa delicias, quæ defluunt: sed

circa

Universidad de Deusto
Biblioteca

G circa animam omnem curam impendamus, & hanc omni curemus modo. Corpora quippe languentia nõ omnibus curare facile est, animam verò laborantẽ est cuique medicari facillimũ. Et corporis quidem curatio, & medicaminũ & argenti indiget, animæ verò facilè comparabilis, & impendio carens. Et carnis quidem natura multo cum labore ab infestantibus libera tur vulneribus: etenim ferrum sæpe, & amara medica mina adhibere necessariũ est. In anima verò nihil est tale, sed tantùm velle & deliberare sufficit, & omnia correcta sunt. Et hoc fuit opus dei prouidentiæ, quoniam ex corporis imbecillitate non multum fieri nocumentum potest. Nam si etiam nõ ægrotemus, mors superueniens ipsum corrũpet, & omnino dissoluet. Totum verò nobis in animi sanitate positum est. Multò igitur vtilioris & magis necessariæ partis curationẽ facit facilẽ, & impendio & dolore carentem. Quã igitur excusationem habebimus? Quam autẽ veniã, cùm corporis quidẽ, vbi argentum erogatur, & medici accersuntur, & multus dolor sustinetur, tãtam geramus curam præcipue cũ non magnũ nobis damnũ ex illius
H veniat ægritudine: animã verò condemnamus, & hoc cũ nec argentũ erogare, nec alios perturbare, neq; dolores sustinere debeamus, sed absq; his omnibus eligẽdo tantũ, & volendo omnem ipsius correctionẽ facere possum⁹: & optimè sciamus, quòd nisi hoc faciem⁹, extremã subibimus pœnam, & ineuitabilia tormenta atq; supplicia? Dic nanq; mihi, si quis te artem medicinæ breui temporis momento absq; argento & labore docere polliceretur, nõ ipsum putares benefactorem? Nónne subires omnia facere & pati, quæcunque hæc pollicens iussisset? Ecce nunc sine laboribus licet, non corporis, sed animæ vulnerum inuenire remedia, & eã absque dolore vllo ad sanitatem reducere. Ne igitur negligamus. Quis enim, dic mihi, dolor iram contristanti remittere? Dolor quidem est iniurias meminisse, & conciliari. Qui labor orare, & à deo prõmptè præbente, innumera bona petere? Quis labor detrahere nemini? Quæ difficultas ab inuidia & liuore liberari? Quæ grauitas proximum diligere? Quæ grumna nõ turpia verba loqui, non conuicium, non iniuriam inferre? Quæ fatigatio non iurare? Rursum enim ad eandem deueniam admonitionem. Labor quippe maxi-
I mus iurare. Sæpius enim ira & furore detẽti, infestãtium quempiam non alloqui iurauimus, postea ira extincta, & furore sedato, conciliari volentes, & iuramẽtorum necessitate coërciti, doluimus, tanquam laqueo quodam detenti, & vinculis insolubilibus nexi. Quod & diabolus nouit, & quia planè nouit q̃ ira ignis est, & facilè extinguitur, & extincta ira reconciliatio fit, & amicitia, cupiens ignem hunc inextinguibilem manere, iuramento nos sæpius irretiuit: vt etsi ira desiuerit, iuramenti necessitas manens, ardorem in nobis cõseruet, & duorum fiat alterum, vel reconciliati peiere mus vel non conciliati, odij culpæ nosmet reos constituamus. Hæc igitur scientes, iuramẽta fugiamus, & meditetur os nostrũ dicere, Crede continuũ, & hoc erit nobis totius materia pietatis. Lingua enim verbum hoc dicere docta, confunditur & erubescit turpia & absurda verba proferre: & si rursum à consuetudine retrahatur, multos habens accusatores corripietur. Cùm enim quis non iurantem, turpia viderit verba sonantẽ, insultabit facilè, & deridebit, & carpens dicet: Tu qui in omnibus dicis, crede, iuramentum proferre nõ audes, quomodo turpibus linguã tuã sermoni⁹ us contaminas? Itaq; & inuiti à præsentib⁹ compulsi, ad K
pietatẽ redibimus. Quid igitur si iurãdi necessitas sit, inquit, aliquis? Vbi est legis præuaricatio, non est necessitas. Et possibile est penitus, inquit, non iurare? Quid Mat.5.c.& Iacob.5.c
inquis? Deus iussit, & audes interrogare, si legẽ custodire possibile? Difficile quippe nõ custodire, & hoc per præsentia vobis persuadere volo, q̃ nõ difficile sit nõ iurare, sed iurare. Ecce enim iussi sunt vrbẽ habitãtes, quod multorũ vires excedere videtur, aurũ erogare, & pius collatũ est, & exigentes audire licet, dicẽtes: Quid tardas homo? quid verõ nos de die in diẽ differs? Non enim effugere potes, lex regis est, quæ morã non patitur. Quid dicis, dic mihi? Rex iussit pecunias pendi, & quin pẽdas, placabilis fieri non potest. Deus iuramenta fugere iussit, & dicis, Non possumus fugere iuramẽta. Sextũ diem hunc habeo, de hoc vos præcepto admonens: in futurũ vobiscum pacisci volo, tanquã desistens, vt caueatis. Nõ amplius vobis erit excusatio, neque venia, maximè cũ si etiam à nobis dictum fuisset nihil à vobismetipsis hoc corrigi debuerit: nec enim variũ est, & multæ præparationis indigens. Cũ verò tantum sitis nacti admonitionis & consilij, quam habebitis ex- L
cusationem accusati, pro tribunali constituti tremendo, & huius præuaricationis pœnas exacti? Nullam afferre licebit excusationẽ, sed necesse est, vel emẽdatos abire, vel nõ emendatos puniri, & extremũ subire supplicium. Hæc igitur omnes cogitantes, cum multa hinc cura digressi, tot diebus dicta omni custodia, mẽte vestra conseruare inter vos exhortamini: quò vel nobis tacentibus alter alterũ docentes, ædificantes, exhortãtes, multum demonstretis profectum, & omnes reliquas leges implentes, æternis fruamini coronis: quas contingat nos omnes assequi, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cũ quo patri gloria, vnà cum sancto spiritu in secula seculorũ, Amen.

LAVDATIO EORVM, QVI NON IVrandi consuetudinẽ fecerant. Et quòd nemo superstitione teneri debet, post refectionem diuinos in ecclesia sermones nõ audire: & quare post multũ tempus diuinæ sunt traditæ scripturæ: & in illud, Cœli enarrant gloriam dei: & mundi naturalis descriptio: & de non iurando.

Homilia.ix.

ET prius ad vos, & nunc ad vos, vtinam verò M
& semper vobiscũ, etsi non corpo⁹ præsentia, saltẽ charitatis vi: nec enim mihi est alia vita, nisi vos, & salutis vestræ cura. Sicut enim colonus nihil aliud curat præter semina & segetes, & nauta vndas & portus: sic & dicens audientes, & illorum profectum, sicut & ego nunc dico. Ideo & omnes vos in mẽte mea circũfero, nec verò hic tãtùm, sed & domi. Etsi enim multus est populus, & breuis cordis mei mẽsura, sed lata est charitas, & non in nobis angustatur: sequẽtia verò non dicam amplius, neque enim nos à vobis angustamur. Vnde hoc manifestum? Nam multos referentes, mandatum fecimus, leges nobismet ponẽtes, & iurantibus pœnas definientes, & legem transgredientibus pœnam inferentes, pœnam nobis congruã, quod est maximè charitatis indicium. Non enim confundor talia fatagens, quoniam in hoc curiositatis nihil est, sed prouisionis hæc est solicitudo. Si enim medico non est opprobrium de ægroto scisciatari, neq; nobis crimen de vestra semper inquirere salute. Sic enim moniti quid vobis quidem expeditũ sit, quid verò relictum, cõgrua cum disciplina reliqua afferemus remedia.

A remedia. Hæc igitur curiosè scrutati cognouimus, & deo gratias egimus, quòd non in petris seminauimus, nec in spinas misimus semina, neque multi temporis, multaq; dilatione indiguimus, vt segetes meteremus. Propterea vos in corde meo continuè gero, propterea non sentio docendi laborem, auditorum lucro releuatus. Hęc enim merces nos reparare potest, & releuare, & alacres prõptosq; facere ad omnem pro vobis laborem sustinendum. Quoniam igitur multam vos gratitudinem demonstrastis, agè iam & nos debitum erogemus, quod prius promiseramus: licèt non videam præsentes esse vobis illos, qui cùm promissionem feci, huc venerant. Quæ tandem itaque causa ipsos à nostra repulit mensa? Qui corporalem tetigit mensam, vt videtur, indignum esse putauit, post corporis nutrimentum ad diuinorum auditionem eloquiorum venire. Sed non rectè in hoc sentit: neque enim, si hoc esset absurdum, multos & longos impendisset sermones Ioan.13.d. Christus post illam mysticam cœnam. Non vtique si Ibidẽ.6.b. hoc incõgruum esset, refecta sæpius in deserto multi-
B tudine etiam sermones ipsis post mensam communicasset. Si enim fas est aliquid etiam præter opinionem dicere, tunc profectò vtilissimum diuinis est eloquiis aures accommodare. Cùm enim tibi persuaseris, quòd post cibum, & potum, & ad synaxim conuenire necesse est, omnino & inuitus multam geres modestiæ curam, & neque in ebrietatem, neq; in crapulam vnquã deduceris: cura enim & expectatio in ecclesia conueniendi, cum honesta mensura cibum & potum sumere docet, ne ingressus & fratribus commixtus, postea vinum redolens, & inordinatè eructans, ab omnibus præsentibus derideareris. Hæc non vobis nunc præsentibus, sed relictis de vobis dico, vt hæc per vos discãt: non enim comedere audiendi obstaculum præbet, sed torpere. Tu verò crimen nõ ieiunare esse putãs, aliud incurris crimen, multò maius & difficilius, quòd sacræ huius mensæ non particeps efficeris, & quòd corpus tuum alens, animam fame consumis. Et quam excusationẽ habebis? In ieiunio quippe corporis imbecil
C litatem prætendere fortasse poteris: in audiendo autẽ quid tandem dicere posses? Non enim corporis valetudo diuinorum prohibet eloquiorum participem fieri. Si enim dixissem: nemo infirmatus commisceatur, post cibum audiat nemo, aliquam habuisses veniam: nunc verò cum nos trahamus, & alliciamus, & ad nosmet vocemus, quam resilientes excusationem habebitis? Etenim non idoneus auditor ille esset, non qui comedisset aut bibisset, sed qui verbis non intenderet, oscitans & dissolutus, & corpus quidem hìc habens, mentem verò alio vagantem. Hic etiam si ieiunet, ad audiendum inutilis est. Excitatus quidem & vigilans, & mentem suam intendens, siue comederit siue biberit, nobis erit omnium aptissimus auditor. In exterioribus enim iudiciis & consiliis congruè lex ista præualuit: nec enim norũt philosophari, propterea quòd nõ comedunt, vt nutriantur: sæpe enim supra satietatem bibunt, propterea seipsos rerum administratione inheptos constituentes, vespere & meridie iudiciis abstinent. Hìc autem non ita, sed qui comedit, ieiunio per animi modestiam erit æqualis: non enim vt ventrem disrumpat, aut ratione obtenebret comedit & bibit, sed vt corpus debilitatum reparet. Sed hæc pro admonitione satis. Iam verò tempus est ad subiectum transeundi, licèt refugiat, & torpeat circa doctrinã hanc cogitatio nostra propter eos, qui non venerunt. Et sicut pia mater mensam apponens, non omnibus filiis præ- D
sentibus dolet & gemit: hoc & ego nunc patior, & fratrum nostrorum absentiam cogitans, à solutione retrahor promissorum: sed vos potestis hunc eiicere torporem. Si enim polliceamini nobis omnia ad illos referre cũ diligentia, nos vobis omnia prompte erogabimus: sic enim illis erit absentiæ cõsolatio, vestræ charitatis doctrina. Vosq; nos attentius audietis, scientes quòd & ad alios vobis hæc referre necessarium. Vt igitur manifestior nobis oratio fiat, à superioribus ipsam repetentes, dicamus: Prius itaq; quærebamus, qua causa post tot annos æditæ sunt scripturę. Non enim Noë tempore, & Abraham, sed Mosi liber hic traditus est. Et multos audio dicentes, quòd si vtilis erat, ab initio datum esse oportebat: si verò inutilis erat, neq; post hęc oportebat dari. Sed vana hæc ratiocinatio: non enim omnino, si quid postea vtile est futurum, ab initio tradi debet. Neq; si quid à principio datum est, hoc omnino debet & postea manere. Quoniam & lac vtile, sed tamen non continuè datur, sed pueris tantùm nobis datur. Et solidum nutrimentum vtile, sed nemo E
nobis ipsum in principio tradit, sed postquàm puerile fuerimus ætatem egressi. Rursum æstas vtilis, sed non semper apparet: & hyems commoda, sed & hæc transit. Quid igitur, inquit aliquis, scripturæ non sunt vtiles? Vtilissimę nempe, & admodũ necessariæ. Et si vtiles, inquit, qua de causa non sunt traditæ nobis ab initio? quia non per literas, sed per res hominum deus naturam docere volebat. Quid tandẽ est, per res? Per ipsam creaturam. In hanc enim sententiã incidens Apostolus, & in Gentiles intendens dicentes, Nõ ab initio dei cognitionem ex scripturis didicimus: vide quomodo respondet. Cùm enim dixisset, Reuelatur ira dei de Rom.1.b.
cœlo super omnem impietatem, & iniustitiam hominum eorum, qui veritatem dei in iniustitia detinent: & vidissent obiectionem sibi occurrentem, & multos contradicturos, vnde Gentiles dei veritatem cognouissent, intulit dicens: Quia quod notum est dei, manifestum est illis. Et quomodo manifestum est illis? quomodo verò deum videre poterant? Quis ostendit, dic? Deus enim illis manifestauit, inquit. Quo pacto? quę prophetam mittens? quem euangelistam? quem doctorem, si scripturæ nondum erãt? Inuisibilia enim ipsius, F Ibidem.c.
inquit, à creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiternáque virtus eius, & diuinitas. Quod autem dicit, tale est: Ante omnium oculos creaturã in medio proposuit, vt ex operibus creaturem coniiciant, quod quidẽ & alius dicebat: Ex ma- Sapien.13.b
gnitudine & pulchritudine creaturarum proportionabiliter ipsarum author cõsideratur. Vidisti magnitudinem? considera potentiam conditoris cum admiratione. Vidisti pulchritudinem? sapiẽtiam obstupesce, quod & propheta demonstrans dicebat: Cœli enarrãt Psal.18.a.
gloriam dei. Quomodo igitur narrant, dic mihi? Vocem non habent, os non possident, ipsis nõ est lingua, quomodo igitur narrant? Per ipsum aspectum. Cùm enim videris pulchritudinem, magnitudinem, celsitudinem, situm, formam per tantum temporis permanere, tanquam vocem audiens, & ad aspectũ discens, adoras eum qui tam pulchrum & admirabile corpus creauit. Tacet cœlũ, sed ipsius aspectus voce tuba clariore emittit, per oculos, non per aures nos docẽs: hic enim sensus à natura est illo certior & manifestior. Si enim per libros docuisset & literas, literarũ quidẽ peritę scripta didicisset, nescies verò nihil inde adiutę abiisset, si

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quis alius non induxisset. Et dies quidem librũ emisset, pauper autem emere non potuisset. Rursum vocẽ quidem illam per literas significatam sciens, intus positam nosset: Scytha verò & Barbarus, & Indus, & Aegyptius, & omnes lingua carentes illa, nihil docti abiissent. Hoc autem de cœlo discere datur. Sed Scytha & Barbarus, & Indus, & Aegypti⁹, & omnis homo super terram vadens, hanc vocem audiet: non enim per aures, sed per oculos in mentem incidit nostram. Verbi lium autem participatio eadem, neque differens sicut linguarum. In hunc pariter librum & idiota & sapiens intuieri poterunt, & pauper & dives, & quocũque quis venerit, in cœlum respiciens, sufficientem capiet doctrinam ex aspectu: quod quidem & ipse propheta innuens, & demonstrans, quòd vocem creatura Barbaris emittit, & Græcis, & omnibus vniuersaliter hominibus sic intelligi facilem, dicebat: Non sunt loquelæ neque sermones, quorum non audiãtur voces eorum. Psal.18.a.
Quod autem dicit, tale est: Non est gens neq; lingua, quæ hanc vocem intelligere non possit. Sed talis est ipsorum vox, vt ab omnibus hominibus audiri possit: nec cœli tãtùm, sed & diei & noctis. Et quomodo diei & noctis? Illud enim & per pulchritudinem, & per magnitudinem, & per alia omnia spectatores percellit, & in ipsius creatoris admirationem immittit. Dies verò & nox quid nobis ostentare possent? huiusmodi quidẽ nihil. Alia verò his sunt ordine & conuenientia cum omni diligentia compositis non inferiora. Cùm enim cogitaueris, quomodo totum per annum distribuuntur, & tanquam in libra & bilance totius spacij longitudinem diuiserunt: eum qui ordinauit admiraberis. Velut enim sorores quædam paternam hæreditatem partitæ cum charitate multa, nullo modo inter se sibi calumniantes: sic & dies & nox cum omni diligentia annum æqualitate tanta distribuunt, & proprios conseruant fines, nec vnquam alteram altera pellit. Nunquam igitur hyeme dies fuit longa, sicut nec vnquam æstate longa fuit nox, tot præteritis generationibus, sed in eodem interuallo & longitudine, neque modicum, nec dimidiam horam, nec oculi momentum altera quàm altera plus habuit. Propterea & Psalmista ipsorum æqualitatem admiratus, clamabat dicẽs: Nox nocti indicat scientiam. Si hæc meditari scias, sic admiraberis eum, qui ab initio hos immobiles terminos statuit. Audiant hæc auari, & aliena concupiscentes, & diei noctisq; æqualitatem imitentur. Audiant inflati & alta sapientes, & nolentes primas partes aliis concedere. Dies nocti cedit, nec alienos fines inuadit. Tu verò semper honore fruens, fratribus hunc tradere nõ toleras. Et considera mihi legislatoris sapientiam. In hyeme longam noctem esse iussit, quando molliora semina, & magis frigescere indigentia, nec calidiorem radium tolerant: postquàm verò aucta fuerint, vnà cũ ipsis crescit rursum dies, & tunc fit longior, quando iam viget fructus. Hoc verò non seminibus tãtùm, sed etiam corporibus opportunum. Quoniam enim hyeme nauta, gubernator, & viator, miles, & agricola multùm domi sedent, gelu constricti, & otij tempus est in hyeme, plus temporis in noctes impendi deus constituit, & diei longitudo superflua sit, nihil hominibus facere valentibus. Quis annni partium ordinem dicere possit, quomodo & hæ tanquam virgines quædam in gyro saltantes, cum multa ratione sese subsequuntur, & paulatim sine strepitu ad contrarias mediæ transeuntes non desinũt. Propterea nec ab hyeme nos Ibidem.
excipit æstas, nec ab ipsa statim hyems, sed medium ver interpositum est, ita vt quietè & paulatim succedentibus densata corpora nostra æstati sine tristitia adducat: quoniam enim collatæ in contrarium mutationes, nocumentum & morbum pariunt extremum. Dispensauit deus ab hyeme quidem vernos excipere, à vere porrò æstatem, ab æstate autumnum, & sic hyemi transmittere. Itaque innocuæ & procedentes paulatim mutationes, ex contrariis horis per media nobis eueniunt. Quis igitur tam miser & ærumnosus, qui cœlum quidem cernens, cernẽs verò mare & terram, cernens horarum temperiem tam diligenter moderatam, & inconcussum diei & noctis ordinem, hęc spõtè fieri putet, nec adoret eum, qui hæc omnia cum sapientia congrua disposuit? Habeo quid dicam & his maius: Non enim magnitudo tantùm, & pulchritudo, sed & ipse creationis modus omnium moderatorem demonstrat, quoniam condenti & creanti omnia ab initio non aderamus: neque si aderamus, quomodo fiebant scire poteramus, inuisibili virtute cuncta componente, ipsum creationis modum optimum nobis magistrum esse fecit, supernaturali consequentia componens omnia quæ fiebant. Fortè quod dixi, obscurius est. Igitur necesse hoc rursum manifestius dicere. Omnes vtique annuerent, quòd naturæ consequentia est, aquam super terram, sed non terram ab aquis ferri. Terra quippe cùm sit densa & aspera, & reuerberans, & continua, facilè potest aquarum naturam sustinere: aqua verò cùm liquida sit & mollis, teneraq; & diffluens, & omnibus cedens occurrentibus, nullum corpus vnquam sustinere valeret, etiam si leuissimum sit. Nã sæpe lapillo incidenti parti cedit, & refugit, ipsumq; ad profundum dimittit. Cùm videris igitur non lapillum paruum, sed terram omnẽ super aquas ferri, neq; submergi, admirare potentiam supra naturã hæc mirabiliter operantem. Et vnde hoc manifestũ, quòd terra super aquas fertur? Propheta hoc dicit: Ipse super maria fundauit eum, & super flumina præparauit eum: & rursus, Qui fundauit terram super aquas. Quid dicis: lapillum exiguum aqua in superficie ferre non potest, & terram tantam gerit, & montes, & colles, & vrbes, & plantas, & viros, & bruta, & nõ submergit. Et quid dico non submergit? Quomodo inferius circunstante sibi aqua tanto tempore non est dissoluta, & lutum omnia facta sunt? Si enim lignorum natura parũ temporis aquis immoretur, corrumpitur & dissoluitur. Quid dico, lignorum natura? Quid ferro validius esse possit? Sed & hoc sæpe mollescit, cùm semper in aquis maneat, & valde congruè, quippe & ipsum à terra substantiam habet. Propterea multi fugientium seruorum, postquàm compedes & catenas pertrahentes fugerunt, ad riuos aquarum venientes, & vinctos aquis pedes immittentes, & sic mollius ferrum facientes, facilè lapide percutientes diffringunt. Igitur ferrũ quidem mollescit: & ligna marcescunt, & lapides corrũpuntur aquarum natura: terræ verò magnitudo tanto tempore aquis imposita, non est submersa, nec dissoluta, nec perdita. Et quis hæc non obstupescat, & superadmiretur, & cum fiducia semper dicat, non esse naturæ opera, sed prouidentiæ naturam excedentis? Propterea quidam dicit: Qui fundauit terram super nihilo. Alius quidam verò: In manu ipsius fines terræ. Item, Super maria fundauit eum. Et hæc quidem contraria esse videntur, multam tamen habent consonantiam. Qui enim dixit, super maria fundauit eum, Psal.23.a. Ibidẽ.135.a. Iob.26.b. Psal.94.a. Psal.23.a.

idem dixit cum eo qui ait: quòd super nihilo terram suspendit. Super aquas enim consistere, æquale est & super nihilo suspendi. Vbi igitur suspẽsa & statuta est audi eundem dicentem: In manu ipsius fines terræ. Nõ quòd manus habeat deus, sed vt discas, quòd ipsius potentia omnibus prouidens, ipsa est quæ terræ corpus continet & portat. Si dictis non credis, his quæ vides crede. Et in alio quippe elemento hanc mirabilẽ operationem inuenire licet. Ignis enim natura alta petit, & in sublime semper salit, & à natura vt exiliat, habet: & si infinita cogant & vrgeant, ad inferiora deferri non toleraret. Nonnunquam enim facem accensam capientes, & in caput inclinantes, ignis impetum inferius ferri non cogimus: sed & sic in superiora recurrit, & in sublime infernè festinat. In Sole verò totum contrarium deus fecit, ipsius enim radios ad terram conuertit, & lucem fecit inferius vergere: tantùm verò dicens ipsi per statum, inferius prospice, & hominibus luce, propter illos enim factus es. Et lucernæ quidem flamma hoc pati non potest: sydus verò tam magnum & admirabile ad inferiora vergit, & ad terram respicit, in cõtrarium ignis propter eius qui iussit potentiam. Vis & aliud tale commemorem? Dorsa cœli apparentis aquæ vndique comprehendunt, & neque defluunt, neq; excedunt: & quidem non est talis aquarum natura, sed in concaua quidẽ facilè currunt. Cùm autem sit corpus connexum, vndiq; defluunt, & neque modica earum pars in tali posset loco subsistere. Sed ecce hoc miraculum in cœlis factum est, & hoc ipsum rursus insinuans propheta, dicebat: Laudate dominũ aquæ, quæ super cœlos estis. Et neq; aqua Solem extinxit, neq; Sol tanto subtus vadens tempore, superpositã aquam exiccauit. Vis, te in terram iterum reducamus, & miraculum demonstremus? Non cernis hoc mare vndis & violentis flatibus plenum? Sed hoc mare spacioſum, & magnum, & furens, imbecilla continetur arena. Et considera dei sapientiam. Non permisit ipsum quiescere, neq; manere sedatum, ne id esse naturæ ipsius ordinem existimantes, sed intus magis clamat, & turbatur, & vehementer resonat, & in altitudinem fluctus excitat ineffabilem: cùm autem & ad littus & arenam peruenerit, dissolutum rursum ad seipsum reuertitur. Per hæc vtraque te docens, quòd non naturæ opus est ipsum intra proprios fines manere, sed ipsum cohibentis virtutis. Propterea enim imbecillam ipsius obicem fecit, & neque ligna & lapides, neque montes his littoribus circumposuit, vt non his elementi continentiam adscribas. Hoc igitur & ipse quandoque Iudæis improperans dicebat: Me non timebitis, qui arenam mari terminum constitui, & non trãscendet? Nõ autem solùm ô homo est admirabile, quòd magnum & mirabilem fecit hunc mundum, quòd supra naturæ consequentiam ipsum compegit, sed quòd etiam ex contrariis ipsum constituit, calido & frigido, sicco & humido, igne & aqua, terra & aëre. Et contraria hæc elementa, ex quibus hoc totum consistit, inter se pugnantia, à sese nõ sunt consumpta: nõ ignis superuenit & accendit omnia, nõ aqua superueniẽs orbem circũdedit. Sed in corporibus quidem nostris hæc fiunt, & bile crescente nascitur febris, & totum animal lædit: & pituita superabundante multi nascuntur morbi, & animal corrumpunt. In hoc autem toto nihil horum accidit, sed vnum quodque manet tanquam quodam freno & vinculo conditoris voluntate proprios custodiens terminos, & hominum pugna mundo toti pacis sit causa. Hæc non & cæco sunt manifesta, & valde imprudentibus intelligibilia, quòd prudentia quapiam facta sunt, & continentur? Quis enim tam stultus & insensatus, qui tantam molem cernens, tantam pulchritudinem, tantam compositionem, talium continuam elementorum pugnam, & contrarietatem, & perseuerantiam, quin intra seipsum ratiocinetur, & dicat: quòd nisi prouidentia quædam esset corporum magnitudinem cohibens, nec permittens totum dissilire, nec permanere, nec sufficere potuisset. Tantus quidem horarum ordo, tanta verò noctis & diei conuenientia, tot autem irrationalium genera animaliũ, & plantarum, & seminum, & herbarum, tenorem suũ seruant, & nullum in præsentem diem neque cecidit, neque consumptum est semel. Non hæc verò tantum, sed & alia multò his plura & profundiora dici poterant, & de ipsa disseri creatura: sed in crastinum illa differentes, dicta diligenter retinere, & in alios efferre studeamus. Et scio quidem quòd sententiarum profunditas auribus vestris inusitata est, sed si parum vigilemus, & his nosipsos assuefaciamus, etiam aliis erimus facilè doctores. Interim verò illud charitati vestræ necessarium est dicere: sicut glorificauit deus per tantam nos creaturam, ita nos quoque per puram ipsum conuersationem glorificemus. Cœli enarrant gloriam dei, non dicentes tantùm, sed & tacentes, & vitæ claritate omnes in admirationem adducentes. Luceat enim lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra, & glorificent patrem vestrum qui est in cœlis. Cùm enim viderit infidelis te fidelem compositum, modestum, ornatum esse, mirabitur, & dicet: Verè magnus Christianorum deus, quales constituit homines, quales è qualibus fecit? angelos ex hominibus ipsos reddidit. Si quis contumeliam fecerit, non conuiciantur: si quis percusserit, non ægrè ferũt: si quis iniuriam intulerit, pro his qui se læserint, orant: inimicũ non habent, iram seruare non norunt: mentiri non dicerunt, peierare nõ tolerant, quinimo nec iurare: sed linguam excidi mallent, quàm vllum ex ore iuramentum emittere. Hæc illis præbeamus de nobis dicenda, & improbam iuramentorum consuetudinem expellamus: & tantum deo tribuamus honorem, quantum vestimentis nostris pretiosioribus. Quomodo enim nõ absurdum est, vestimentum quidem habentes reliquis melius, ipso continuè abuti non tolerare: dei verò nomen vbique temerè, &, vt occurrit, distrahere? Igitur precor, & supplico, ne sic salutem cõtemnamus nostrã: sed studium, quod ab initio circa mandatum istud faciebamus, deducamus ad finem. Propterea ego nempe continuam de iuramentis exhortationem facio, non quia torporem vestrum condemnem, sed quoniã maiorem partem vobis correctam video: & studeo, festinoq; totum perfectum esse, & finem admittere. Sic & spectatores faciunt, qui brabiis proximos magis excitant. Nec nos igitur lassemur, sumus enim prope totius correctionis finem, & circa principiũ erat difficultas. Quando verò consuetudinis plurimum nunc est recisum, & modicũ superest: iam nec vllo labore opus est, sed modica obseruatione, & breui diligentia egemus, vt ipsi correcti, aliis doctores fiamus, & cũ fiducia sacrum Pascha videamus, & cum multa voluptate duplam & triplam consuetam capiamus lætitiam. Non enim tantùm nos ieiunij laboribus & sudoribus liberatos esse delectat, quantùm cũ merito & splendida coronã sacræ illi solennitati occurrere, corona nunquã marcescen- Hiere.5.e. Matth.5.b. Psal.148.a.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G marceſcente. Vt autem celerior fiat emẽdatio, hoc fac quod dico: Scribe ſuper parietem domus tuæ, & ſuper cordis tui parietem falcem illam volantem, & hãc ad maledictionem volare puta: & continuè ipſam recogita, ſiue alium iurantem videas, cohibe, veta, & curam tuorum gere ſeruorũ. Si hoc enim conſideremus, quomodo nõ tantùm ipſi emendemur, ſed & alios in hoc inducamus, celeriter ipſi ad finem veniemus. Alios enim corrigere aggredientes, erubeſcimus & conſ:ndimur, quæ aliis mandamus, hæc ipſi derelinquẽtes. Nec pluribus eſt opus ſermonibus. Multa enim prius ſunt commemorata, & hæc renouandæ memoriæ tantùm cauſa dicta ſunt. Deus verò magis noſtris parcens animis, in omni nos bono perfectos faciat, vt omnem iuſtitiæ fructum aſſecuti, cœlorum regno digni cenſeamur, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo patri gloria vnà cum ſancto ſpiritu, in ſecula ſeculorum, Amen.

Zach. 5. a.

LAVS EORVM, QVI POST CIbum ad audientiam uenerant. Et naturalis mundi enarratio: & contra Gentiles creaturam ut deum colentes: & de euitando iuramento.

H

Homilia. X.

G Audeo & gratulor omnibus vobis, quòd admonitionem noſtram, quam pro non ieiunãtibus, & propterea deficientibus prius feci, re præſtitiſtis. Arbitror enim multos iam pranſos hodie adeſſe, & pulchram hanc nobis implere concionem: & hoc coniicio, eò quòd amplius nobis theatrum factum ſit, & maior audientium conuentus, non fruſtra, vt videtur, multos de ipſis ſermones prius impendimus, veſtram exhortantes charitatem, ipſos ad matrẽ trahere, & perſuadere id quod licet, & poſt corporis nutrimentum ſpiritualis eſcę participatione non fraudari. Quando verò, quæſo, vos dilecti melius feciſtis? an præterita ſynaxi, quando poſt menſam ad ſomnum conuertebamini? an nunc cùm poſt menſam ad diuinas leges audiendas conueniſtis? Quando in foro cõmorabamini, & conſeſſuum nihil boni habentiũ parti I cipes eratis: an nunc, quando cum fratribus veſtris ſtetiſtis, & propheticos audiſtis ſermones? Non eſt ignominia comedere fratres, ſed comedentem domi remanere, & hac ſacra ſolennitate priuari. Domi enim manens ocioſior eris, & ſegnior: huc autem veniens, omnem ſomnum & torporem excuties, nec torporem verò tãtùm, ſed & triſtitiam omnem deponens, facilior & lætior in omnibus eris caſibus. Et quid opus eſt plura dicere? Sta tantum prope ieiunantem, & ipſius ſtatim odoris ſuauitatem ſenſiſti. Vnguentum enim ieiunans eſt ſpirituale, & per oculos, & per linguam, & per omnia bonam animæ diſpoſitionẽ demonſtrans. Hæc non vt pranſos accuſem dixi, ſed vt ieiunij lucrũ demonſtrem. Ieiunium verò non ciborum abſtinentiam tantum dico, ſed & peccatorum fugam magis, quàm illam, quoniam & conuiuatus, & huc cũ modeſtia profectus congrua, non multo à ieiunante vincitur: ſicut viciſſim ieiunans, nec cùm ſtudio & diligẽtia his quæ dicuntur, attendens, nihil ex hoc ieiunio magnum lucrabitur. Comedens enim, & concionis ſanctæ congruo ſtudio participem ſe faciens, nihil comedente & deficiente multò melior eſt. Nihil enim tale nos inedia adiuuare poterit, quãtum prodeſt & bonum affert, ſpirituali diſciplinæ intereſſe. Vbi nã alibi hæc audies, quæ hic meditaris? Si in forum iueris, queſtiones ib:, & pugnæ: ſi in curiam, ciuiliũ rerum cura: ſ domũ, priuatarum ſolicitudo vndiq; affligit: ſi in fori conuenticula & conſeſſus, omnia & illic terrena & corruptibilia: vel enim de venalibus, vel de tributis, vel de lauta mẽſa, vel de locorum venditione, vel de aliis cõtractibus vel de teſtamentis, vel de hæreditatibus, vel de aliis talibus à cunctis eò conuenientibus ſermones habentur. Et ſi in ipſas veneris regias, & illic rurſum omnes diſſerentes audies de pecuniis, de potentia, de gloria, quæ hĩc honoratur: ſpirituale verò nihil. Hic verò contrarium totum, de his quæ in cœlo ſunt rebus, de anima, de vita noſtra, & quare facti ſumus, & quare hic tantũ temporis commoramur, & ad quæ hinc migramus, & quid poſt hæc nos ſuſcipiet, & qua de re nobis corpus luteum, & quæ mortis natura, quid tandẽ eſt præſens vita, & quæ futura, & nihil prorſus terrenũ, ſed omnes de ſpiritualibus ſermones nobis habẽtur, & magna ſalutis noſtræ viatica capientes, hinc ita cum bona ſpe migrabimus. Quoniam igitur non temerè ſemina iecimus, ſed ſicut vos exhortatus fueram, omnes qui ex vobis defecerant, venati eſtis: agè & nos vobis gratias rependamus, & paulùm vos prius dictorum cõmonefacientes, reliqua quoq; reddamus. Quæ igitur prius ſunt dicta: Quęrebam⁹ qualiter, & quomodo ante ſcripturarum æditionem res noſtras deus diſpoſuit: & docebamus, quòd per creaturam docuit genus noſtrum, cœlum extendens, & in medium proponens maximũ librum & idiotis, & ſapientibus, & pauperibus, & diuitibus, & Scythis, & Barbaris, & omnibus generaliter terram habitantibus vtilem librum, multò maiorem eorum quos docemur multitudine. Multa etiã de nocte & die, & horum ordine, & conuenientia ab ipſis cũ diligentia cuſtodita diſſeruimus: multa & de horarũ cœtu, anno, & horum æqualitate. Sicut enim dies nocte, ne dimidia quidem hora plus habet per totum annum, ſic & hæ inter ſe ex æquo dies omnes diſtribuerunt. Sed quod prius dicebam, quòd non magnitudo, & creaturæ pulchritudo tantũmodo creatorem demõſtrat, ſed & ipſe coaugmentationis modus, & quòd eſt ſuper naturalem conſequentiã modus creationis. Naturæ nempe conſequentia erat, aquam ſuper terrã f:- M ri: nunc verò contrarium videmus, terrã ab aquis cõteri. Naturę erat conſequentia, ignẽ ad ſuperiora currere: nunc verò contrarium videmus, inferius terram verſus conuerſos Solis radios, & aquas ſuper cœlos eſſe, & non defluere: & Solem ſubtus currentẽ nõ extingui ab aquis, nec humiditatem illã abſumere. Ad hæc diximus, quòd ex quatuor elementis hoc totum conſiſtit inter ſe contrariis & pugnantibus, & alterum alterum non conſumpſit, & quidem cùm ſint conſumptiua alterius alterũ. Vnde manifeſtũ, quòd virtus quædã inuiſibilis hęc cohibet, & vinculũ eſt dei volũtas. Huic hodie ſermoni amplius immorari volo, ſed expergiſcimini, & diligenter nobis intendite. Vt autem miraculum fiat manifeſtius, à corpore noſtro demonſtrationem horum faciam. Etenim corpus noſtrũ breue hoc, & paruum è quatuor compoſitum eſt elementis, calido quidem ſanguine, ſicco verò bile flaui, humido pituita, frigido verò atra bile. Et nemo nobis incongruũ hunc putet eſſe ſermonẽ: ſpiritualis nẽpe omnia diiudicat, ipſe verò à nemine diiudicatur. Sic & Paulus agriculturæ rationes tetigit, de reſurrectione nobis diſ- 1. Cor. 15. c. rens, inquit: Stulte tu, quod ſeminas non viuificatur, niſi moriatur. Si verò beatus ille agriculturæ rationes citabat, nec nos quaſpiã adhibuiſet medicinales ſenten- 1. Cor. 2. d.

K

L

A tentias tangentes: de dei enim creatione nunc eſt nobis oratio, & neceſſaria nobis eſt hæc ſententiarũ materia. Quod igitur prædixi, ex quorum hoc elementis corpus nobis compoſitũ eſt, & ſi pars à toto diſſideat, ex hoc diſſidio mors efficitur, vtputa, bile ſuperabundante producitur febris, & ſi vltra menſuram præualeat, finem affert celerrimum. Rurſum frigido ſuperabundante, paralyſis, & tremores, & apoplexiæ, & innumeri alij morbi pariuntur, & omnino quæq; ægritudinum forma ab horum elementorum ſuperabundantia naſcitur, quando vnum ex ipſis proprios excedens terminos, contra alia inſurgit, & omnem lædit ſymmetriam. Interroga igitur dicentem, quòd per ſe nata omnia, & per ſe ſubſiſtunt. Si breue hoc & modicum corpus, & medicaminibus, & medicinali ſcientia vtẽs, & anima interius ipſum diſponente, & multa diſciplina, & innumerabilibus aliis auxiliis, non ſemper in bono ſtatu permanere valet, ſed perit, & corrũpitur, ſæpius turbatione in ipſo facta: quomodo tãtus mundus, tantas habens corporum moles, & ex iiſdem compoſitus elementis, niſi multum prouidentiæ cepiſſet, tanto B tempore imperturbatus manere potuiſſet? Nec enim cum ratione fieri poſſet, vt prouidentiam quidem habens, interius & exterius noſtrum corpus, vix ad ſui conſeruationẽ ſufficiat: tantus verò mundus nulla vigens prouidentia per tot annos nil tale patiatur, quale corpus noſtrum. Quomodo enim nullum horum elementorum, quæſo, proprios tranſcendit terminos, & reliqua omnia conſumpſit? Quis verò ipſa ab initio cõiunxit? quis verò vſq; in tantũ tempus cõtinet? Si enim ſimplex & vniforme fuiſſet mundi corpus, nõ tam difficile fuiſſet quod dicitur: quando autem tanta elemẽtorum pugna fuit ab initio? quis tam demens, vt putet ſine cogente hæc per ſe conueniſſe, & coniuncta manſiſſe? Si enim nos non natura, ſed volũtate inimicè inter nos habentes ſpontè non conuenimus, donec manemus inimici, & ingratè alter ad alterum nos habemus: ſed alterius qui nos cõiungat indigem⁹, & poſtq; cõgregauit cõſtringat, & in pace manere perſuadeat, neq; rurſum reſilire: quomodo elementa ne rationis, neq; ſenſus vllius partẽ habentia, & ſibi per naturã inimica & aduerſantia cõueniſſent, & cõgreſſa fuiſſent, & alterum cum altero potuiſſent remanere, niſi potenC tia quædam eſſet ineffabilis, quæ congregaret, & congregata ſeruaret? per hoc vinculo cohiberet? Non cernis quomodo corpus hoc anima auolante defluit, & tabeſcit, & perditur, & in ſuum quodq; elementorum reuertitur terminum? Hoc ipſum profectò & in ipſo fieret mundo, ſi ipſum reliquiſſet propria deſtitutũ prouidentia, gubernans ipſum cõtinuè virtus. Si enim nauigium ſine gubernatore nõ perſiſteret, ſed facilè ſubmergeretur: quomodo ſubſiſteret mundus tantum tẽporis gubernante nemine? Et ne quid plus dicam: nauigium, mundum eſſe puta: temonem, ſuppoſitam terrã: velum, cœlum: vectores, homines: mare, ſubiectã abyſſum: quomodo igitur tanto naufragium tempore nõ eſſet factum? Diffinite enim nauigium per diem vnum abſque gubernatore & nautis, & ſtatim ſubmerſum videbis. Sed mundus tale nihil paſſus eſt, quinque milia, & plus iam habens annorum. Et quid dico nauigium? Caſulam quis parum in vineis compegit, & fructu ablato, deſertam reliquit, & neque duos ſæpe dies permanet, ſed ſoluitur, & breui cadit. Igitur tugurium quidem abſque prouidente non ſtaret: creatura verò tanta, tam pulchra, tam mirabilis, & leges no-

ctis, & diei alternarúmque horarum choreæ, & natu- D
ræ curſus, variúſque & omnimodus in terra, & mari, & aëre, & cœlo, & plantis, & animalibus volantibus, natatilibus, gradientibus, ſerpentibus, & in hominum genere omnibus illis validiore, quomodo in tantum temporis abſque aliqua prouidentia ſtabilis permanſiſſet? Pręterea mente mihi prata percurre, ortos, florum genera, herbas omnes, vſus & ipſorum ſuaue olentiũ, figuras, ſitum, nomina tantùm, arbores fructuoſas & infructuoſas, metallorum naturam, animalium terreſtrium, marinorum, natatilium per aërem meantium, montes, ſaltus, locos, inferius pratum, ſuperius pratum (etenim in terra pratum, & in cœlo pratum) ſyderum varij flores, inferius roſæ, ſuperius iris. Vis & in auibus tibi pratum demonſtrem? Conſidera pauonis corpus varium, & omnem excedens infecturam, purpureas auiculas. Cogita mihi cœli pulchritudinem, quantum temporis agit, nec offuſcatum eſt, ſed velut hodie fabricatum, ita eſt nitens & ſplendidum: terræ vterus tantum tempus pariens, quomodo non hebetauit virtutem ſuam? Cogita mihi fontes, quomodo ſcaturiũt, & non defecerunt, ex quo facti ſunt, iugiter manantes diebus & noctibus. Cogita mare, quot flumina ſuſci- E
piens menſuram non exceſſit. Sed quouſque incomprehenſibilia ſectamur? In dictorum vnoquoque dicere dignum eſt: Quàm magnificata ſunt opera tua do- Pſal. 103. c.
mine: omnia in ſapientia feciſti. Sed quis infidelium ſermo? hæc ad ipſos commemoremus: magnitudinẽ, ornatum mundi, abundantiam, copiam in omnibus. Hoc ipſum quippe, inquit, maxima criminis eſt cauſa, quòd tam pulchrum & magnum fecit deus mundum: niſi enim magnum & pulchrum feciſſet, non ipſum deificaſſemus: nunc verò magnitudine perculſi, & ipſius pulchritudinem admirati, ipſum deum eſſe putauimus. Sed vanus eſt hic ſermo: quòd enim neque magnitudo, nec ornatus impietatis cauſa, ſed illorum ignorantia, nos nil tale paſſi demonſtramus. Qua enim cauſa nos ipſum non deificauimus? Nónne iiſdem oculis ipſum aſpicimus? Nónne in iiſdem mundo vtimur, quibus illi? Nónne eandem animam habemus? non idem corpus poſſidemus? nónne eandem calcamus tellurem? Quomodo pulchritudo & magnitudo nos eadem cum illis ſentire non perſuaſit? Nec hinc verò tantùm erit manifeſtum, ſed aliun- F
de: quòd enim non propter pulchritudinem ipſum deificarunt, ſed ob propriam ſtultitiam, ſimiam qua cauſa adorauerunt, crocodilum, canem, animalium viliſſima? Verè euanuerunt in cogitationibus ſuis, & ob- Rom. 1. c.
tenebratum eſt inſipiens cor eorum: dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Veruntamen non ex his tantùm reſpondebimus, ſed & aliud quid amplius dicemus. Hæc enim deus deſuper prouidens, & hanc ipſorum occaſionem ſecundum ſapientiam ſuam ſuſtulit: propterea non tantùm mirabilem & magnum fecit mundum, ſed & corruptibilem & marceſcibilẽ, & ipſius imbecillitatis multas inſeruit demonſtrationes: & quòd in apoſtolis fecit, hoc & in toto mundo. Quid autem in apoſtolis fecit? quoniã ſigna multa faciebant, Act. 2. g.
& miracula magna & mirabilia: ipſos tamen continuè flagellari permiſit, pelli, carcerem habitare, corporis morbos ſubire, in continuis eſſe tribulationibus. Ne ſignorum magnitudo deos ipſos apud homines putari faceret, propterea tantam dans gloriã, corpus eſſe mortale permiſit: multis verò valetudinarium, nec ipſorum valetudinem mutauit, vt naturam inſinuaret.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Nec meus hic sermo,sed ipsius Pauli sic dicentis:Si e-
2.Cor.12.b. nim gloriari voluero,non ero insipiens: parco autem,
ne quis in me putet supra quod videt,vel audit aliquid
Ibidem.4.b ex me:& rursum,Habemus autem thesaurum hunc in
vasis fictilibus.Quid autē est,in vasis fictilibus?in cor-
pore hoc,inquit,mortali & corruptibili.Sicut enim te
sta ex luto & igne fit:sic profectò & corpus sanctorum
illorum, cùm sit luteum & spiritualis ignis efficaciam
susceperit , testa factum est. Et qua de causa hoc factū
est,& thesaurum talem, & gratiarum copiam mortali
& corruptibili intulit corpori?Vt superabūdantia vir-
tutis sit à deo,& non à nobis. Cùm enim videris apo-
stolos mortuos quidem suscitantes , ipsos verò ægro-
tantes, nec infirmitate se liberare valentes, manifestè
scies,quòd mortui resurrectio non ex virtute suscitan
tis,sed spiritus operatione facta est. Quòd enim conti
nuè ægrotabant , audi quid de Timotheo dicat Apo-
1.Tim.5.d. stolus:Vino modico vtere propter stomachum, & fre
quentes infirmitates tuas: & rursum de alio, Trophi-
Philip.2.d.I mum autem reliqui in Mileto infirmum.Et Philippē-
H sibus scribens dicebat, quòd Epaphras ægrotauit pro-
pè mortem.Si enim & cùm hæc essent, ipsos deos esse
Acto.14.b. putabant,& sacrificare parabant dicentes: Dij similes
facti hominibus descenderunt ad nos.Si hæc non acci-
disset,ad quid pietatis miracula cernentes tunc nō
processissent ? Sicut igitur hic propter signorum ma-
gnitudinem etiam naturam in infirmitate esse permi-
sit, & continuas concessit tentationes , ne putarentur
esse dij:sic & in creatura mundi quiddam his simile fe
cit,etenim pulchrum ipsum & magnum fecit, & rur-
sum corruptibilem constituit.Et hęc vtraque scriptu-
ræ docent.Hic quidem cœlorum pulchritudinem nar
Psal.18.a. rans,sic inquit:Cœli enarrant gloriam dei.& rursum:
Qui constituit cœlum velut testudinem , & extendit
Ibidē.103.a. ipsum quasi tabernaculum in terra.& rursum: Qui cō
Eccli.43.b. tinet circuitum cœli. Alter verò demonstrans , quòd
Psal.101.d. etsi pulchrum & magnum, tamen est corruptibile, sic
inquit:Initio tu domine terram fundasti, & opera ma
nuum tuarum sunt cœli:Ipsi peribunt,tu autem perma
nes,& omnes sicut vestimentum veterascent , & sicut
opertorium mutabis eos,& mutabuntur. Et iterum de
Ibidē.18.b.' Sole inquit Dauid: Tanquā sponsus procedens de tha
lamo suo,exultauit vt gigas ad currendam viam.Vidi
I sti,quomodo syderis pulchritudinēq;,& magnitudinē
tibi ante oculos posuit ? sicut enim ex thalamo quodā
sponsus apparens,sic Sol sub auroram radios mittit,&
tanquam quodā croceo velo cœlum ornans, & roseas
faciens nubes,& sine offensa currens totum diē, nullo
ad cursum obstaculo interrumpitur.Vidisti igitur ip-
sius pulchritudinem?vidisti magnitudinē?Vide & im-
becillitatis eius demonstrationem.Etenim & hoc de-
« monstrans sapiens quidam dicebat, Quid lucidius So
« le? & hic deficit. Nec ex hoc tantùm ipsius imbecillita
tem videre datur , sed etiam in nubium concursibus.
Nube igitur sæpius subtus currente, radios immittēs,
& nubem discindere conatus,non prœualuit cùm esset
nubes crassior , nec ipsi cedere pateretur. Sed femina,
inquit,nutrit. atqui non ipse nutrit solus , sed & terræ
indiget ac roris,& pluuiarum atq; ventorum, & bonæ
temporum distributionis, Et nisi hæc omnia concur-
rerint,superfluus fit solus vsus. Hoc verò dei nō esset,
ad ea facienda quæ vult, aliorum indigere. Dei enim
maximè proprium non indigere. Ipse enim non sic è
terra semina protulit,sed tantùm iussit,& omnia ger-
minauerunt.Et rursum vt discas , quòd non elemen-
torum natura , sed ipsius mandatum or[illegible]nia facit: ip- K
saque elementa,quæ non erant produ[illegible]t, & Iudæis ve
rò nullius indigens manna dimisit. Panem enim , in-
quit , cœli dedit eis. Et quid dico quòd Sol ad fructū Psal.11.c.
vegetationem , maturationēmque aliorum indigeat
elementorum cùm & multis ad sui substantiam egeat
nec ipse sibi sufficere possit? Quippe vt vadat,cœli in-
diget , tanquam pauimenti cuiusdam suppositi : & vt
luceat,aëris puritatis & tenuitatis. Quòd si hic præter
modum densetur, ille lucem suam ostendere non po-
test:& ne omnibus sit inʳolerabilis,neque cuncta com
burat,frigiditate rursus eget ac rore. Cùm ipsum igi-
tur reliqua vincant elementa , & ipsius impotentiam
emendent : vincant quidem sicut nubes , & muri , &
alia quædam corpora ipsius lucem absondentia: cor-
rigant autem ipsius intemperantiam , sicut rores , &
fontes , & aëris frigiditates : quomodo hic deus esse
posset ? Deum enim non indigere necessarium est , &
nulla re opus habere , & omnium omnibus bonorum L
esse authorem, & à nemine prohiberi , sicut scilicet & Hiere.23.c.
de deo ait Paulus , & propheta Esaias , hic quidem ex
ipsius persona dicens : Cœlum & terram ego impleo, Ibidem.
ait dominus.& rursum:Deus appropinquans ego sum, Psal.15.a.
& non deus à longe. & rursus Dauid : Dixi domino,
deus meus es tu , quoniam bonorum meorum non e-
ges. Paulus autem ipsius copiam nullius indigentem
demonstrans, & ostendens , quòd hæc ambo maximè
dei sunt,nullius indigere,& omnibʾipsum omnia sub- Acto.17.f.
ministrare,sic inquit:Deus qui fecit cœlum & terram
& mare , nullius indigens , ipse vitam omnibus præ-
bens , & spiritum per omnia. Licebat quidem & alia
percurrere elementa,cœlum,aërem, terram, mare, &
ipsorum imbecillitatem demonstrare , & quomodo
proximi quodque indiget,& sine hoc perditur & cor-
rumpitur.Etenim terra,si deficiant fontes,& humidi-
tas,tum à mari,tum à fluuiis infusa, tota breui dispe-
detur. Et reliqua verò elementa alterius alterum in-
digent,& aër Solis,sicut Sol aëris: sed ne prolixiorem
faciamus sermonem, ex dictis multas volentibus oc-
casiones dicisse satis fuerit. Si enim omni creatura
Sol admirabilior tam imbecillis & inops esse appa-
ruit,multò magis aliæ mundi partes: quod nempe di-
xi, vt laboriosis illa præberem colligenda. Ipse de scri- M
pturis iterum vobis disseram,demonstrans,quòd non
solus Sol,sed & omnis mundus corruptibilis est.Cùm
enim alterius alterum consumptiua sint elementa , &
Solis quidem potentiam superueniens maior frigidi-
tas contriget, hanc autem vicissim calor inualescens cō
sumat, & contrarias qualitates & dispositiones alterū
in altero faciant,& patiantur elementa: certùm quòd
hæc magnæ corruptionis demonstrationem præbent,
& corpus esse quæcunque videntur. Sed quoniam te-
nuitate nostra altior hic est sermo,agè ad dulcem nos
scripturarum fontem agentes, aures nostras mulceā-
mus. Non enim de cœlo & terra pariter vobis
dicemus, sed de omni pariter creatura. Et hoc ipsum
vobis demonstrantem Apostolum ostendemus , sic
manifestè dicentem,quòd omnis creatura corruptio-
ni nunc seruit,& quare seruit,& quando mutabitur,&
in qualem transibit finem.Postquàm enim dixit,Non
sunt condignæ passiones præsentis temporis ad futu- Roma.8.d
ram gloriam , quæ reuelabitur in nobis:intulit , quòd
expectatio creaturæ reuelationem filiorum dei susci-
pit. Vanitati enim creatura subiecta est,non spontanea,
sed propter eum,qui subiecit eam in spe.Quod autem
dicit,

A dicit,huiusmodi est : Corruptibilis creatura facta est,
hoc enim est, vanitati subiecta est. Corruptibilis autē
facta est, deo sic iubente. Iussit autem sic deus propter
genus nostrum: quoniam enim hominem nutrire de-
bebat corruptibilem,& ipsa talis esse debebat : non e-
nim corruptibilia corpora decebat incorruptibili ve-
sci creatura.Sed inquit, non tamen talis remanet, sed
& ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis:
deinde demonstrans quando hoc erit,& per quos,in-
tulit:In libertatem gloriæ filiorum dei.Cùm enim re-
surrexerimus,inquit,& incorrupta sumpserimus cor-
pora,tunc & cœli corpus & terræ,& mundi totius in-
corruptum erit,& immarcescibile.Cùm igitur Solem
videris exorientem,creatorem admirare: quando ip-
sum se cælantem & euanescentem videris, naturæ im
becillitatem disce,nec ipsum,vt deum adores.Non e-
nim ex hoc solo elementorum naturæ , imbecillitatis
demonstrationem deus inseruit, sed & hominibus ser
uis suis,vt eis imperarent,mandauit:vt si nec ab aspe-
Iosue.10.c. ctu ipsorum seruitutem cognoscas , ab imperantibus
B discas, quòd omnia conserua tua sunt. Ideo Iosue di-
cit:Stet Sol contra Gabaon, & luna cōtra vallē Elam.
Esaiæ.38.d. Et iterum propheta Esaias ipsum in contrarium egre-
di fecit sub Ezechia rege.Et Moses quoque aëri,& ma
4.Reg.6.b. ri,& terræ,& petris imperauit:Helisæus aquarum na-
Daniel.3.c. turam mutauit,tres pueri ignem vicerunt.Vides quo-
modo vtrinque nobis deus prouidit, per elemētorum
quidem pulchritudinem nos in diuinitatis suę cogni-
tionem inducens,per infirmitatem verò non permit-
tens in illorum cadere adorationem ? Super his ergo
omnibus ipsum nostri gubernatorem glorificemus,
nec per verba tantùm , sed etiam per opera , & con-
uersationem optimam exhibeamus,& circa alia,& cir
ca iuramenta , continentiam dico. Non enim omne
peccatum eandem exigit pœnam , sed corrigi facilia
Prou.6.d. maiorem afferunt : quod scilicet & Salomon innuens
dicebat:Non mirum,si quis deprehensus fuerit furās:
furatur enim , vt animam suam impleat esurientem:
adulter verò propter inopiam mentis,perditione ani-
C mæ suæ acquirit. Quod autem dicit , tale est : Grauis
quidem res etiam fur,sed non tam grauis, quàm adul
ter. Ille enim etsi frigidam causam habet,tamē ex pau
perie necessitatem prætendere potest : hic verò nulla
ipsum cogente necessitate præ dementia sola in pecca
ti voraginem corruit. Hoc & de iurantibus dicere li-
cet:nec enim iti vllum habent quem præmittant præ
textum,sed cōtemptum solum.Et noui quidem, quòd
grauis esse videor iam & onerosus , admonitionis iu-
gitate perturbans:veruntamen nō absisto, vt vel meā
reueriti imprudentiam improba iuramentorum con-
Lucæ.18.a. suetudine absistatis. Si enim iudex ille immitis & sæ-
uus,viduæ vexationem veritus, mores mutauit: mul-
tò magis hoc vos facietis, & maximè cùm supplicans
vobis non pro meipso,sed pro salute vestra hoc faciā:
immo verò & pro meipso non hoc facere negauerim,
vestra enim bona puto mea esse merita. Vellem autē
vos,sicuc ego nūc laboro, & fatigor pro salute vestra:
sic & vos animæ vestræ curam gerere,& omnino do-
nec adimpleta sit hæc correctio. Et quid opus est mul
ta dicere? Si enim nec etiam gehenna esset, nec pœna
contumacibus, neq; merces obedientibus , ego autem
hoc aduertens,in gratiæ parte petiissem:nonne annue
re debuissetis:nón te petitionem concedere , tam leuē
petenti gratiam?Cùm verò deus ipsam petens propter
nos dantes , non propter seipsum percipientem hoc

faciat:quis tam ingratus? quis tam miser, & ærumno- D
sus,vt gratiam petenti deo non impendat,& maximè
cum ipse impendens gratiam recipere debeat ? Hæc
igitur cogitantes,& ad vosipsos hinc recedentes,om-
nia repetite dicta, & vos aduertentes omnibus modis
corrigite , vt propriorum & alienorum retributionē
meritorum recipiamus , gratia & benignitate domini
nostri Iesu Christi,per quem,& cum quo patri gloria,
simul & sancto viuificoq; spiritui nunc & semper , &
in sęcula seculorum,Amen.

GRATIARVM ACTIO AD DEVM,

*de absolutione malorum ex seditione expectatorum, & eo-
rum quæ tunc acciderunt commemoratio. Insuper uerò &
cōtra eos qui corpus nostrum accusant,& de hominis crea-
tione,& de uitando iuramento.*

Homilia.XI.

VM præteritam hyemem,& præsentem cogi
to tranquillitatem,non dicere desino: Bene-
dictus deus qui facit omnia,& ipsa transmu-
tat,qui fecit lucem de tenebris , qui deducit ad portas
inferi & reducit,qui castigat & nō mortificat. Et hoc E
vos continuè dicere volo , nec desistere. Si enim ipse
vobis operibus benefecit,qua nos venia digni esse pos
semus,neq; verbis ipsum remunerantes?Propterea ex-
hortor vos nunquam cessare ipsi gratias agere. Si e-
nim circa prima grati fuerimus, certum quòd & aliis
maioribus potiemur.Dicemus igitur continuè: Bene-
dictus deus, qui & nobis dedit solitā cum fiducia vo-
bis mensam apponere,& vobis præbuit fiducialiter no
stros audire sermones:Benedictus deus,quoniam non
amplius exteriora fugientes pericula,sed audire optā-
tes huc concurrimus : non amplius cum anxietate &
tremore,& solicitudinibus inter nos conuenimus: sed
cum fiducia multa omnem excutientes timorem, quo
superiores dies fluctuantibus in medio mari,& naufra
gium per singulas horas expectantibus, nihilo melius
nos habebamus , infinitis tota die rumoribus pulsati,
perturbati,& vndiq; circumacti,& singulis satagentes
diebus,& curiosè scisscitantes:quis venit è castris?quid
verò veniens nunciauit? nūquid verū an falsum quod F
dicitur? & noctes sine somno transigentes, & ciuitatē
respicientes cum lachrymis tanquam mox periturā.
Propterea & nos superiores hos dies tacuimus , quia
omnis ciuitas nostra erat exhausta, & omnes in solitu
dines transmigrauerāt, & remanētes tristitiæ nube ca
ligauerunt. Anima enim semel tristitia repleta , nihil
audire est idonea. Propterea & amici Iob profecti , &
domus illius deplorationē cernentes,& iustū in sterco
re sedentem & vlceribus plenum,vestimenta sua disci
derunt,ingemueruntq;,& silentio se tradiderūt,signifi Iob.1.d.
cantes,quòd nihil à principio tam dolentibus opportu
num,q̄ requies & silentiū:erat enim consolatione ma-
ior tristitia. Propterea & ludæi luto & operi lateritio Exod.5.c.
alligati,Mosen profectū cernentes, his quæ dicebātur,
attendere nō poterant ex pusillanimitate & tribula-
tione,qua patiebātur.Et quid mirum, si homines qui-
dem pusillanimes hoc passi sunt,cū & Christi discipu-
los in hunc morbum cecidisse inueniamus?Post illam
nanq; mysticam cœnam,quando ipsos assumpsit Chri
stus seorsum alloquebatur,& initio quidem ipsum in-
terrogabāt discipuli,quò vadis?vt verò dixit illis ma- Ioan.13.d.
la ipsos paulò post exceptura,bella,persecutiones, ini-
micitias ab omnibʾ,flagella,carceres,iudicia,abductio
nē,velut onere pōderosissimo, dictorū formidine, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

futurorum tristitia,pressum tunc ipsorum cor, postea stupidum remansit: ideo confusos cernens ipsos Chri G
stus,hoc ipsum exprobrans dicebat: Vado ad patrem Ibidem.16.
meum,& nemo è vobis me interrogat,quò vadis? Sed quoniam hęc locutus sum vobis,tristitia impleuit cor vestrum. Propterea nos quoque tacuimus præterito tẽpore,præsentem opportunitatem expectantes. Si enim aliquem rogaturus, etsi rationabilia proponere debet, temporis tamen occasionem expectat, vt sedatum & bene affectum eum inueniat, qui petitionem daturus est,& temporis auxilium nactus,gratiã acquirat: multò magis dicentem tempus quærere commodũ oportet,vt apud bene affectum auditorem, & omni cura liberatum & tristitia,verba faciat: quod profectò & nos nunc fecimus,& postquàm tristitiam excussistis,priorum vobis memoriam renouare volumus, vt sermo vobis fiat manifestior. Quod enim & in mundi creatione diximus, quòd non pulchrum tantùm & mirabilem & magnum deus fecit ipsum, sed etiam infirmum & corruptibilem, & horum rursus multas insernit demonstrationes, vtraque ad vtilitatem nostram H
dispensans: & per pulchritudinem quidem in conditoris miraculum nos inducens, per infirmitatem verò à colenda nos abducens creatura. Hoc & in corpore nostro videre datur euenisse: etenim de hoc quærunt & veritatis inimicorum multi, & nobiscum positorum, qua de causa corruptibile & mortale factum sit. Gentilitium verò & hæreticorum multi,nec ipsum à deo factum dicunt: indignum enim dei creatione esse putant, sordes & sudores & lachrymas & labores & ærumnas, & alia corporis omnia percurrentes. Ego autem postquàm de his cœptus est sermo, primũ quidem illud dicere possem: Ne mihi proponas hominẽ hunc præuaricatum, honore priuatum, damnatum. Sed si vis discere, quale nobis ab initio deus finxerit corpus, in paradisum eamus, & ab initio factum hominem videamus. Non enim sic erat corpus illud corruptibile & mortale, sed tanquam aurea statua de fornace progressa recenter,& splendidè fulgens: sic omni tali corruptione illud corpus absolutum erat: & neque labor vexabat, neque sudor nocebat, nec curæ insidiabantur, non obsidebant tristitię, neque aliud quicquam quod læderet, patiebatur. Postquàm verò non moderatè fœlicitatem tulit, sed benefactorem homo contumelia affecit, & fallacem putauit dæmonem esse gubernatorem, deóque qui se in honore constituerat, fide digniorem, & deus fieri sperauit, & maiorem propria dignitate concepit opinionem: tunc profectò tunc & per ipsa deus opera ipsum erudiens, corruptibilem & mortalem reddidit, & his multis obuinxit necessitatibus, non perosus, neque auersatus, sed consulens & improbam pestilentẽmque illam ab initio nascentem superbiam prohibens, nec vlterius procedere permittens, sed per ipsam rerum experientiam monens eum, quòd mortalis & corruptibilis esset, & ita persuadens, vt nunquam talia cogitaret, aut somniaret. Etenim diabolus dixerat, Eritis velut dij. Hanc igitur volens sententiam radicitus euellere, morbosum ipsius & ærumnosum corpus effecit, per ipsam docens nos eam, ne vnquam talem conciperet cogitationem. Et quòd hoc sit verum, maximè quidem & ex gestis circa ipsum est manifestum: post illã enim expectationem huic damnatus est pœnæ. Et considera mihi dei prudentiam, non ipsum mori primum permisit, sed hoc eius filium pati, vt ante oculos tabescens co- Gene.3.b.
I
puis intuitus & marcescens, magnam de hoc aspectu K
philosophiæ disciplinam caperet. Et disce,quid actum est,& ita bene correctus hinc discede. Maximè igitur, quod dixi, & ex iam gestis hoc manifestum est. Nec minus verò & ex aliis post hęc dicendis apertum erit. Si enim tali corporis necessitate nos vinciente, & omnibus morientibus, corruptionẽq; patientibus,& marcescentibus ante omnium oculos,& putrescentibus in puluerem, & philosophis vnam eandemq; hominum generis completiuam definitionem faciẽtibus: interrogati nanq; quid tandem sit homo: Animal rationale,mortale, dicunt. Si igitur omnibus hæc confitentibus,ausi sunt quidam se immortales facere apud multorum opiniones,& oculis mortem testificantibus, vt dij prędicari contẽderunt: & vt dij culti sunt: nisi prodiisset mors naturæ mortalitatẽ omnes docens & corruptibilitatem,ad quid impietatis nõ prorupissent hominũ plurimi? Audi itaq; quid dicat propheta de quo- Esaiæ.14.d.
dam Barbaro rege tali furore capto: Super astra dei exaltabo solium meum,& ero similis altissimo. Ipsum verò deridens, & demonstrans finem, inquit: Subter Ibidem.c.
te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes. Quod autem dicit,tale est: Homo talem expectãs L
finem,talia cogitare ausus es? Et de alio iterum, Regẽ dico Tyriorum talia parantem, & deum se haberi volentem: Tu verò, inquit, non es deus, sed homo, & te Ezech.28.
pungentes hoc dicent. Itaq; à primordiis superbiæ & a.b.
idololatriæ materiam auferẽs, deus tale nobis corpus parauit. Et quid miraris, si in corpore hoc factum est, cùm & in anima videre liceat tale quid gestum: Mortalem nempe deus non fecit, sed immortalẽ esse permisit,obliuioni autem & ignorantiæ & tristitię,& curis obnoxiam ipsam reddidit: & hoc fecit, ne ad propriam generositatem respiciẽs,maiorẽ propria dignitate opinionem capiat. Si enim cùm hæc sint, quidam dicere sunt ausi, quòd substantiæ dei est, si ab his esset absoluta passionibus,ad quid furoris isti non processissent? Veruntamen quod in creatione mundi dicebam, hoc & in corpore dico: quòd similiter propter hæc vtraq; deum admiror,& quòd corruptibile ipsum fecit, & quòd in corruptione propriam virtutem & sapientiam demonstrauit. Quòd enim melioris ipsum materiæ facere poterat,ostendit ex cœlesti corpore,& solari. Qui enim illa fecit talia,& hoc tale facere, si voluisset,potuisset. Sed infirmitatis causa est nõ dicta occasio. Non tamen hoc mirabilem vim creatoris deterit, M
sed quam amplius intendit: materiæ enim vilitas magis demonstrat artis copiam & facultatem, quoniam in luto & fauilla tantam posuit harmoniam, & tales sensus tam varios & omnimodos,& tacitum philosophari valentes. Itaque quantò magis substantiæ tenuitatem accusas, tanto magis dei artis magnitudinem admirare. Quoniam & statuarium admiror non tam ex auro pulchram facientem statuam, quàm ex luto dilabẽte mirabilem & inexcogitabilem figmenti pulchritudinem artis facultate exhibere valentem. Illic enim fingenti materia quoque confert, hic verò nuda est artis ostentatio. Tu verò si discere vis,quanta sit eius qui nos creauit sapientia, cogita quid ex luto fiat. Quid autem aliud quàm lateres & tegulæ? Veruntamen optimus artifex deus ex materia vnde fit tegula lateritium opus duntaxat, oculum tam pulchrum efficere potuit, vt omnes cernentes consternentur, & tantam huic vim inserere, vt aëris tantam altitudinem spectet, & exiguæ pupillæ adiutorio

A iutorio tot corpora comprehendat,& montes, & saltus,& colles,& maria,& cœlum. Ne mihi dicas igitur lachrymas & lippitudines: hoc enim propter peccatum tuum factum est: sed cogita ipsius pulchritudinem & videndi virtutem, & quomodo tantam aëris longitudinem percurrens, non laborat, neque fatigatur. Sed pedes quidem paululum progressi fatiscunt & lassantur,oculus verò tãtam altitudinem permeans, tantam verò latitudinem, nullam sentit imbecillitatem: quoniam enim omnium membrorum hoc est maximè necessarium,ipsum labore premi non permisit,ita vt expeditum ipsius ministerium,& liberum nobis esset. Quis verò omnem membri huius virtutem sermo asserere posset? Et quid de pupilla, videndique facultate dico? si enim quod omnium vilissimum esse videtur membrorum,oculi palpebras exquisieris tantummodo, & in his multam dei creatoris sapientiam videbis. Sicut enim in spicis aristæ tanquàm quædam prætenta spicula aues repellunt, non sinentes fructui insidere,& stipulam infirmiorem diffringere: sic profectò & in oculis,velut quædam aristæ,& spicula prætentæ sunt palpebrarum setæ,puluerem & festucam,& B
omnia vexantia extrinsecus repellentes ab oculis, nec palpebras infestari sinentes. Videres autem & alteram sapientiam in palpebris hac non inferiorem. Quis enim ipsum situm non obstupescat,quoniam neque vltra mensuram promissæ sunt, ita vt oculos obtenebrent, neque quàm opus est interius resident: sed velut domus tectum, sic supernè eminent, sudorem capite defluentem suscipientes, nec oculos lædere permittentes. Propterea quidem & setæ ipsis innatæ sunt, densitate defluentia coërcentes, & multa lucem diligentia protegentes, & afferentes multam oculis pulchritudinem. Hoc verò non tantùm quis admirari posset, sed & aliud non minus quàm hoc. Qua enim de causa, dic mihi, capitis quidem capilli crescunt & detondentur,ciliorum verò minimè? Neque enim hoc nobis temerè,& à casu factum est,sed ne se demittentes oculos obtenebrarent: quod ad profundum deducti senium patiuntur. Quis autem posset sapientiam on- C
em per cerebrum demõstratam commemorare? Primò quidem ipsum molle fecit, quoniam sensibus fontes omnibus ministrat: postea ne propter propriam lædatur naturã, ipsum ossibus vndique muniuit: rursum ne ossium asperitate attritum vexetur, cartilaginem mediam obtendit,nec vnam solam,sed secũdam, vnam quidem caluariæ inferius subextendens, alteram verò supernè cerebri carni circumuoluens, & est illa hac durior. Hoc autem fecit tum propter commoratam causam, tum vt illatas capiti plagas, non primum excipiat cerebrum, sed præoccurrentes huiusmodi cartilagines ictibus nocumentum omne dissoluant, & illæsum ipsum conseruent. Et quòd non continuetur, & vnum sit os ipsum obtegens, sed multitas ex multis partibus habeat suturas, multæ rursum securitatis ipsi fit materia. Et vaporum enim ipsum continentiam facilis per suturas illas exterius fieri potest respiratio, ita vt non suffocetur, & ex plaga quæ alicunde inferatur. non vbique fit nocumentum. si enim solum & continuum esset, in vnam partem delata plaga totum læsisset. cùm nunc autem in multa diuisum sit, hoc fieri non posset. Et si enim vnam partem vulnerari accidit, os secus illam partem situm lẽditur solum, reliqua verò cuncta remanent illæsa, plagæ iugitate ex ossium diuisione sublata, nec in proximam extendi valente. Propterea ex multis ipsius tegumen ossibus deus composuit: & sicut domum aliquis ædificans,tectum & tegulas superimponit: sic supra caput deus ossa locauit, & capillos fecit germinare, vt pro quibusdam galeris capiti essent. Hoc ipsum profectò & in corde fecit. Quoniam enim membrorum cor nostrorum principalissimum est,& totius vitæ nostræ firmitas est ipsi tradita, & ipso quomodocunque percusso nascitur mors, solidis & asperis ossibus & hoc vndique circummuniuit, pectoris prominentiis,& tergis ipsum posterius muniens: & quod in cartilaginibus fecit,& in hoc idem factum est. Ad hoc enim ne continuè saliens,& in iris,huiusmodique motibus palpitans, ossium asperitati circunstantium infligens conteratur,& doleat, multas cartilagines subextendit, & pulmonem supposuit, velut molle quoddam stratum ipsius saltibus apponẽs, vt impunè erumpens ex hoc nihil noxium patiatur. Et quid dico de cerebro & corde, cùm vtique si quis vel de ipsis vnguibus inuestiget,multam & in his dei sapientiam inuenire valeat apparentem,ex ipsorúmque forma,& ex substantia & situ? Licebat dicere,quare & magnitudi- E
ne impares nobis digiti sint, & multa alia his plura: sed sufficienter ex dictis attendere volentibus creatoris nostri sapientia dei refulget. Propterea partẽ hanc laboriosis relinquens exquirendam cum diligentia,ad aliam conuertatur oppositionem. Multi nanque præter dicta, & illud contradicunt: quid tandem,si brutorum rex est homo,& robore & agilitate & celeritate multa ipsum superant animalia? Etenim homine velocior equus,& tolerantior bos,& leuior aquila,& fortior leo. Quid igitur ad hæc dicere possumus? quòd & hinc maximè dei sapientiam cognoscimus, & honorem,quo nos decorauit. Velocior quippe equus est homine, sed ad peregrinationis velocitatem equo commodior homo. Equus nempe, quanuis omnium velocissimus & fortissimus sit, vix ducenta stadia currit: homo autem multos ex successione equos conscendens,& duo stadiorum milia expedire poterit. Itaque quod illi velocitas, huic ratio & ars cum maiori tribuit superabundantia: & velociores quidem pedes homo non habet quàm ille, habet verò pedes illius non minus, quàm suos sibi ministrantes. Brutorum enim nullum animal aliud ad vsum suum subiugare poterit: F
homo autem omnia aggreditur, & per variam artem à deo sibi traditam, ad vsum sibi maximè conueniens animalium quodque subigit. Si verò tam fortes hominum pedes,quàm equorum fuissent,ad alia fuissent inutiles, ad locorum difficultates, & montium vertices,ad arborum ascensiones. Vngula enim ad talia gressus impedire solet. Itaque etsi molliores ipsorum pedes, tamen pluribus opportuni sunt vtilitatibus, & nihil ex infirmitate læduntur, equi virtute sibi seruiente, & per gressus varietatem præcellunt. Rursum est aquilæ leuior ala, sed est mihi ratio & ars, per quam possim omnia volantia detrahere animalia, & capere. Si verò vis & alam meam videre,habeo quàm illa multò leuiorẽ,non vsq; ad stadia decem,vel viginti,nec vsq; ad cœlum: sed super ipsum cœlum euolantem,& super cœlum cœli superiorem, vbi est Christus in dextera dei sedens. Brutã rursum corpore gerunt arma: puta bos cornua,dentes aper,vngues leo. Mihi verò non in corporis natura deus arma reposuit, sed extra corpus, demonstrans quòd animal mite sit homo, & quòd non mihi semper horum tempus armorum: etenim

Universidad de Deusto
Biblioteca

G rum: etenim frequẽter quidem ipsa depono, nonnunquam autem manibus sumo: vt igitur liber, & absolutus sim, ne semper gestare cogar arma, naturæ separata meæ fecit ipsa deus. Non enim tantùm, quia naturam habemus rationalem, bruta superamus, sed & corpore ipsis præstamus: & hoc enim animæ generositati conueniens deus præparauit, & mandatis idoneum: etenim corpus tale non simpliciter fecit, sed quale decet esse rationali naturæ ministrans. Quod nisi tale esset, vehementer impeditæ fuissent animæ operationes. Et hoc ex ægritudinibus manifestum: si enim modicum quid à propria constitutione auertatur ipse carnis status, multæ ex animæ operationibus impediuntur, puta si calidius vel frigidius cerebrum fiat. Itaque & ex corpore multam dei prouidẽtiam cernere licet, non tantùm, quoniam ab initio ipsum melius quàm nunc est, deus fecit, sed quoniam & ad gloriam multò maiorem rursum resuscitabit. Si verò & aliunde discere vis, quantam deus sapientiam circa corpus demonstrauerit, dicam hoc, quod omnium maximè Paulus admirari continuè videtur. Quid autem hoc est?
1.Cor.12.d H Membra alterum alteri præstare fecit, non in iisdem, sed hæc quidem in pulchritudine, hæc verò fortitudine præualere statuit: puta, pulcher oculus, sed fortiores pedes: preciosum caput, sed dicere non potest pedibus, vobis opus non habeo: hoc & in brutis cernere licet. Hoc & in tota vita videre datur. Rex igitur subditis opus habet, subditi rege sicut caput pedibus. Et rursum in brutis hæc quidem sunt fortiora, hæc autem speciosiora: hæc quidem nos delectant, hæc verò nutriunt, hæc autem amiciunt: puta, delectat quidem pauo, nutriunt autem aues & sues: oues autem vestiunt & capræ, collaborant verò bos & asinus. Sunt autem & alia, quę horum quidem nihil præbent, exercent autem virtutem nostram, vt agrestes feræ venatorũ augent fortitudinem, & timore genus nostrum eruditũt, & cautius reddunt, nec modicum ad medicinam tributum nobis de propriis conferunt membris. Itaque cùm tibi quis dixerit, quomodo sit brutorum dominus, qui timet leonem? Respondè, quòd ab initio non ita se res habebant, quoniam apud deum probabiles erant homines, quando in paradiso morabantur: sed postquàm dominum offenderunt, seruus factus sum obnoxius, & neque tamen omnino, sed habeo aliquam artem, per quam feras supero: Sic & in domibus magnis euenit, vt cùm filij quanuis generosi sint, sint verò viles, seruorum multos formident: cùm autem & offenderint, multò magis anxietas intendatur. Hæc & in serpentibus & in scorpiis, & viperis licet dicere, quòd propter peccatum nobis sunt terribiles. Nec verò tantùm in corpore nostro, membrísque differentibus, & in brutis: verùm & in arboribus varietatẽ hanc spectare licet, & omnium vilissimam sæpe quis videre possit maiorem superare, nec omnia in singulis esse, vt omnia nobis sint necessaria, & variam domini nouerimus sapientiam. Noli igitur deum propter corporis corruptionem accusare, sed propter hoc magis ipsum adora, & in sapientia & prouidentia ipsum admirare. Sapientia quidem, quoniam in tam corruptibili corpore tantam scit harmoniam exhibere. Prouidentia verò, quoniam ipsum corruptibile ad animę fecit vtilitatem, vt ipsius tumorem comprimat, & superbiam deponat. Quare igitur non ab initio ipsum tale fecit deus, inquit aliquis? Excusans se tibi per ipsa opera, & tantùm non dicens per euentum: ego quidẽ te ad [illegible]

iorem vocabam honorem, tu verò te ipsum munere K
indignum reddidisti, paradiso excidens: veruntamen
neque sic te despiciam, sed tuum peccatum corrigens
in cœlum reducam. Etenim propterea te tabescere &
corrumpi tantum temporis dimisi, vt in tẽporis prolixitate stabilis tibi fiat humilitatis disciplina, & nunquam priorem resumas mentem. Pro his omnibus igitur gratias agamus benigno deo, & pro tali dilectione
grati simus, gratitudine nos vicissim iuuante: & mandãti, de quo vobis sæpius disserui, studium habeamus
intentum. Neque enim desistam, donec emendemini.
Quoniam hoc non quæritur nobis, paucísne an multis vtar admonitionibus, sed vt eousque moneam, donec vobis persuasero. Iudæis quidem deus per prophe
tam dicebat: Si ad iudicia & contentiones ieiunatis, vt Esaiæ.58.a
quid mihi ieiunatis? per nos vobis dicet, Si ad iuramẽta & periuria ieiunatis, vt quid mihi ieiunatis? Quomodo enim sacrũ videbimus Pascha? Quomodo sanctum suscipiemus sacrificium? Quomodo mirabilibus
communicabimus mysteriis lingua illa, qua dei legem
conculcauerimus? lingua illa, qua animam contaminauerimus? Si nemo nanque purpuram regalem ma- L
nibus accipere inquinatis auderet, quomodo dominicum corpus lingua polluta suscipiemus? Iuramentum
enim maligni, sacrificiũ verò domini. Quæ igitur com 2.Cor.6.c
municatio luci ad tenebras? vel quæ cõuenientia Chri
sto ad Belial? Quòd igitur hac liberari impietate studuistis, manifestè scio: sed quoniam se quisque per seipsum non facilè emendare potest, faciamus sodalitia
& collationes: & quod in conuiuiis pauperes faciunt,
quoniam non potest quisque solus conuiuium exhibere perfectum, conuenientes omnes ex symbolo conuiuium conferunt: hoc & nos faciamus, postquàm per
nosipsos torpidi sumus, collationes facientes, inter nos
concilium spondeamus conferre, & monitionem, &
exhortationem, & increpationem, & minas, vt ex cuiusque studio omnes rectè agamus. Quoniam enim
proximorum res acutius videmus, quàm nostras, nos
alios custodiamus, & nostram illis custodiam mandemus, & hoc pulchrum faciamus certamen, vt ita turpem hanc consuetudinem superantes, cum fiducia ad
sanctam veniamus solennitatem, & sancti partes M
simus sacrificij cum certa spe, & conscientia bona, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem,
& cum quo patri gloria vnà cum sancto spiritu, in secula seculorum, Amen.

AD DEVM GRATIARVM ACTIO

pro accepta uenia, commissorum contra regem: & naturalis de mundo sermocinatio. & quòd hominem creans deus legem ipsi naturalem indidit: & de iuramento omni diligentia uitando. Homilia. XII.

LHeri dixi benedictus deus, & hodie hoc ipsum rursus dicam. Etsi enim grauia præterierunt, tamen grauium memoria ne præteat, non vt doleamus, sed vt gratias agamus. Si enim malorum memoria manserit, malorum experientia nunquam vrgebit. Quid enim experientia opus est, cùm memoria nos corrigat? Sicut igitur non submergi nos deus permisit præsentibus procellis, sic neque nosipsos illis præteritis resolui sinamus. Consolatus est nos tunc mœrentes, gratias ipsi nunc lætantes agamus: consolatus est suspirantes, neque prodidit: igitur neque nosipsos rectè agentes prodamus in torporem declinantes. nam scriptum est: Recordare tempus fa- Eccli.18.c
mis in die

A mis in die satisfactionis. Recordemur itaque temporum tentationis & nos in die remissionis, & in peccatis verò hoc ipsum faciamus. Et si peccaueris, & tibi peccata deus remiserit, veniam quidem suscipe, & gratias age: peccati verò ne obliuiscere, non vt teipsum cogitatione consumas, sed vt animam doceas non lasciuire, neque rursum in eadem relabi. Sic & Paulus fecit.
1.Timo.1.c Cùm enim dixisset: fidelem me existimauit, ponens in ministerio, intulit: qui prius blasphemus fui & persecutor, & contumeliosus. Emittatur, inquit, vita seruj, vt appareat humanitas domini. Etsi enim peccatorum veniam cepi, non tamẽ eiicio peccatorum memoriam. Nec hoc solùm domini benignitatem demonstrabat, sed & illum clariorem faciebat. Cùm enim dideris, quis prius fuerit, tunc ipsum magis admiraberis: & cùm videris, ex quo quis factus fuerit, tunc ipsum magis acceptabis: & si multùm peccaueris, mutatus inde bonorum spem habebis: nam præter dicta, & in desperatione positos exemplum hoc allicit, & exurgere facit. Quod quidẽ & in ciuitate nostra erit. Omnia enim quę contigerunt, virtutẽmque nostram demon-
B strant, qui per pœnitentiam tantum iræ repellere potueritis, & dei clementiam prædicant, qui ex modica conuersione tantam caliginem abstulit: in desperatione quoque positos omnes excitat, discẽtes ex rebus nostris ad sublimia, & ad dei auxilium respicientem, quanuis infiniti vndique fluctus obstrepant, submergi non posse. Quis enim vidit, quis audiuit vnquam nostris casibus similia? Quotidie ciuitatem nostram cum inhabitantibus ab ipsis fundamentis diripiendam esse suspicabamur: sed cùm diabolus scapham submergere sperabat, tunc puram reddidit deus tranquillitatem. Ne igitur obliuiscamur magnitudinis malorum, vt beneficiorum à deo collatorum magnitudinem recordemur. Etenim sensuum naturam nescientes, medici artem nunquam fecit: & pueris nostris hæc dicamus, & in mille mittamus generationes, vt omnes discãt, quomodo diabolus & ciuitatis solum delere studuerit, & quomodo ipsam deus lapsam, & subiacentem oculis rursus erigere, néve vllum fieret nocumentum prohibere potuerit: sed & timorem sustulerit, & repulerit cũ
C multa celeritate periculum: etenim hebdomada præterita substãtias diripi omnes expectabamus, & milites nobis immitti, & infinita alia mala suspicabamur. Sec ecce omnia præterierunt, tanquam nubes, & velut vmbra præteriens, & sola calamitatum expectatione puniti sumus: imò verò nec puniti sumus, sed correcti & meliores facti, quia deus imperatoris cor emolliuit. Dicamus igitur semper & quotidie: Benedictus deus: & cum maiori studio synaxi vacemus, & curramus ad ecclesiam, vnde vtilitatem tantam accepimus. Scitis enim ab initio quò confugistis, quò concurristis, vnde facta nobis est salus. Teneamus igitur sacrã anchoram, & sicut in tempore periculorum nos non prodidit: sic neque nos ipsam in tempore remissionis relinquamus, sed cum cura maneamus, & quotidie faciamus conuentus, precesque, & diuina audiamus eloquia: & quod impendebamus otium satagentes, & curiosè scisciantes, circuncurrentes è castris profectos, pro instantibus malis curam gerentes, ho omnes diuinas leges audiendo impleamus: non autem in importunas & inutiles exercitationes, ne rursus in illius negotij necessitatem nosipsos redigamus. Tribus quidem præteritis diebus vnum diuinæ cognitionis modum quærebamus, ipsumque ad finem deduximus, in-
D terpretantes, quomodo cœli enarrant gloriam dei: & Psal.18.a
quale tandem sit Pauli dictum, quòd inuisibilia ipsius Roma.1.c
à creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Et demonstrauimus, quomodo à creatura mundi, & quomodo per cœlũ & terram & mare creator glorificatur. Hodie verò & paulisper in hanc rursum philosophati materiam, ad alium transibimus sermonem: non enim tantùm fecit mundum, sed etiam vt factus operaretur, effecit, neque totum immobilem dimittens, neque totũ iubens moueri. Sed cœlum quidem immotum permansit, sicut propheta inquit: Qui Psal.103.a
statuit cœlum tanquam testudinem, & extendit ipsum & Hie.51.b
tanquam tentorium super terram. Sol verò cum reliquis syderibus quotidie circunuoluitur. Et rursum terra fixa est, aquæ verò semper mouentur: nec aquę tantùm, sed & nebulæ, & imbres continui & successiui tẽpore proprio redditi. Et vna quidem imbrium natura, diuersa verò quæ ex ipsis fiunt. Etenim in vite vinum fit pluuia, & oleum in oliua, & aliis plantis in illarum humores mutatur. Et vnus quidem terræ venter, & differentes profert fructus: & vnus quidẽ solaris splen-
doris calor, & differẽter omnia maturat: hæc quidem E
tardius, hæc verò citius ad consummationem deducens. Quis hæc non obstupescat & admiretur? imò verò non hoc solum est admirabile, quòd varium ipsum & differẽtem fabricauit, sed etiam quòd ipsum omnibus communem proposuit, & diuitibus & pauperibus,
& peccatoribus & iustis. Quod vtique & Christus di- Matth.5.g
cebat, quòd Solem suum oriri facit super bonos & super malos, & pluit super iustos & super iniustos: & infinitis ipsum animalibus implens, & naturales brutis inserens mores, hos quidem imitari, hos verò fugere nos iussit. Verbi gratia: Studiosa est formica, laboriosam facit operationem. Si igitur attendas, maximam ab animali capies admonitionem, vt non emolliaris, néve fugias labores & sudores, propterea & scriptura
torpentem ad illam mittit, dicens: Vade ad formicam Prouer.6.a
ô piger, & considera vias eius, & disce sapientiã. Non vis, inquit, ex scripturis discere, quòd bonum est operari, & quòd non operans neq; manducare debet? Non vis à doctoribus hoc audire? disce hoc à brutis. Sic & in domibus sæpe facimus. Maiores, & qui videntur esse venerabiliores, cùm peccauerint, puerulis solertibus
attendere exhortamur, dicentes: Respice minorem te, F
quàm est studiosus & solers. Et tu igitur ab hoc animali maximam cape sedulitatis exhortationem, & dominum tuum admirare, non quòd Solem fecit tantùm & cœlum, sed quoniam vtique formicam fecit. Etsi enim breue animal, habet tamen sapientiæ dei magnitudinis multam demonstrationem. Considera igitur quàm sit prudens, & admirare, quomodo potuit deus in tam breui corpore tantam iugis inferere operationis cupiditatem. Ab hac quidem laboriositatem, ab ape verò munditiam, & solertiam disce & charitatem. Etenim illa non magis sibiipsi, quàm nobis laborat, & quotidie fatigatur: quod maximè Christiano proprium est, non sua quærere, sed quæ sunt aliorum. Sicut vtique illa circunuolat omnia prata, vt promptam alteri præparet mensam: sic & tu fac homo, siue pecunias congreges, in alios expende: siue doctrinæ verba habeas, ne defodias, sed apponas indigentibus in medium: siue aliud peculiare habeas, indigentibus laborũ tuorum vtilis fias. Non cernis, quòd propterea animalium gloriosissima est apis, non quia laborat, sed quoniã aliis laborat? Quoniam & aranea laborat, & fatigatur,
& tenues

Universidad de Deusto
Biblioteca

G & tenues per parietes extendit texturas, omnem mulieris sapientiam excedentes: sed est ignobile animal, quoniam opus eius nobis nullatenus est vtile. Tales sunt sibi laborantes,& se defatigantes. Imitare colum bæ simplicitatem, sectare asini & bouis in dominum dilectionem,imitare auium securitatẽ: multùm enim lucrari licet à brutis ad morum correctionem. Ex his Matth.10. b Christus quoq; nos animalibus instruit:nam ait,Estote prudentes sicut serpentes: & simplices sicut columbæ. Ibidem.6.d Et rursum:Respicite volatilia cœli,quę non serunẽ neque metunt,& pater vester cœlestis pascit ea. Et prophęta verò confundens ingratos Iudæos,sic quodammodo inquit:Agnouit bos possessorem suum,& asinus Esaiæ.1.a præsepe domini sui, Israël autem me non agnouit. Et Hiere.8.b rursum:Turtur & hirundo agri auiculæ cognouerunt tempora ingressus sui,populus verò meus non cognouit iudicia domini dei sui. Ab illis,& ab his animalibus disce virtutem exercere, à contrariis verò vitium fugere disce. Sicut enim studiosa res apis,sic pernicioſa Psal.13.b.& aspis: malitiam igitur eius auerseris,ne audias: Venenum aspidum sub labiis eorum.Impudens rursum canis, odio quoque habeas hanc improbitatem. Dolosa

H & fraudulenta vulpes,ne vitium imiteris.Sed sicut apis pratis superuolans, non omnia legit, sed vtilibus sumptis reliqua dimittit: ita tu quoque facias, brutorum genus percurrens,si quid inest vtile,ab illis sume, & quos habent à natura excessus, hos tu per liberum corrige arbitrium: & per hoc enim à deo honoratus es, quòd naturales brutorum nequitias per liberum arbitrium tibi emendare cõcessit, vt præmia consequaris. Illis enim non ex electione & ratione bona opera, sed à sola natura. Verbi gratia: Apis mellificat, non ratione ad hoc faciendum inducta,sed à natura instituta: quoniam si esset opus non naturale, neque toti generi distributum,oportebat omnino ex ipsis aliquas artis inexpertas esse: nunc verò ex quo factus est mundus,vsque in præsentem diem nemo vidit apes cessantes, & non mellificantes. Talia enim naturalia totius generis communia sunt: quæ verò ex libero arbitrio, non sunt communia,laboris enim indiget vt enauentur. Omnia igitur optima capiens circumamiciaris, etenim es irrationalium rex. Reges autem, si quid est in subditis optimum,siue aurum, siue argentum, siue

I lapides precioſi, siue sumptuosa vestimenta, hæc cum superabundantia ipsi possident: & ex creatura dominum tuum admirare. Si quid verò te excedit visibilium & rationem inuenire non potes, propterea creatorem glorifica, quoniam mentem tuam ipsius sapientia factorum excedit. Ne dicas quare hoc? ad quid hoc? vnum quodque enim vtile est, etsi nos rationem ignoramus. Sicut quippe si in medici officinam ingrediaris, & multa proposita videas instrumenta, varietatem instrumentorum admireris, licèt ipsorum nescias vsus: sic & in creatura facias, & si videris multa animalium & herbarum, & aliarum rerum, quarum vtilitates nescias, admirare ipsarum varietatem, & obstupesce etiam propter hoc ipsarum creatorem, optimumque opificem deum: quoniam nec omnia tibi nota fecit,nec omnia incognita dimisit. Non dimisit quippe omnia incognita, ne dicas esse mundum sine prouidentia:non dimisit verò tibi cognita esse omnia, ne cognitionis magnitudo te in superbiam extollat. Sic quippe & primum hominem improbus dæmon ille præcipitauit per maioris scientiæ spem,etiam quam habebat auferens.Propterea & sapiens quidam admonet, dicens: Fortiora te ne quæras, & profundiora te K Eccles.7.a ne scruteris: quæ mandata sunt tibi,hæc cogita.Ipsius & Eccli.3.c enim operum plura in secretis sunt,& rursum maiora hominum prudentia demonstrata sunt tibi. Hoc autem dixit,cõsolans mœrentem & dolentem,quoniam non omnia norit: etenim & ea dicit,quæ nosse datum est, multa prudentiam tuam transgrediuntur: neque enim ex te inuenisti, sed à deo doctus. Sufficiant igitur datæ diuitiæ, & ne amplius inquiras, sed pro his quæ accepisti,gratias age: noli indignare pro his quæ non cepisti, & pro his quæ nosti,glorifica: ne scandalizeris propter ea quæ non nosti. Ambo enim deus vtiliter fecit: & hæc quidem reuelauit,hæc verò conclusit,tuæ consulens saluti.Vnus quippe,quod dixi,dei cognoscendi modus per creationem, multos valens dies impendere. Vt enim solius hominis cum diligentia expressionem percurramus,cum diligẽtia dico nobis possibili, non illa vera diligentia: nam etsi multas factorum rationes diximus,sunt tamen & aliæ plures arcanæ, quas qui fecit, nouit deus: non enim omnes ipsi scimus. Vt igitur omnem hominis formationem cum diligentia percurramus,& in vno quoque membro sapientiam inueniamus, & neruorum, venarum, L arteriarum distributionem,situm, aliorúmque omnium formationem consideremus, nec annus integer nobis ad hanc expositionem sufficiet.Propterea istum hìc sermonem soluentes,& laboriosis,studioſisq; ex dictis præbentes & alias creationis partes percurrendi modum,ad aliam sermonem materiam vertemus,ipsam quoque dei prouidentiæ demonstratiuam. Quæ igitur est secunda materia? Ab initio deus hominem formans, legem ipsi naturalem indidit. Et quid tandem est lex naturalis?Conscientiam nobis expressit,& per se discibilem constituit bonorum & cõtrariorum scientiam. Non enim opus habemus discere,quòd malum est fornicatio,& bonum continentia,sed ab initio hoc scimus.Et vt discas,quòd ab initio hoc scimus,legislator leges postea ferens,& dicẽs:Non occides:non Exod.20.c &.Deut.5.b intulit, malum enim cædes:sed simpliciter, non occides,inquit,prohibuit enim peccatum duntaxat,nõ docuit. Quare igitur qui dixit,non occides,non addidit quòd malum,cædes:quoniam præueniens conscientia nos hoc docuit,& tanquam scientibus & intelligentibus ita loquitur. Cùm igitur de alio loquitur mandato, non nobis noto per conscientiam facto, non tantùm prohibet, sed & causam apponit. De sabbato itaque legem ferens,& dicens:Septima die non facies opus Exo.20.b Gene.4.b Ibidem. quibiunxit causam quoque cessationis.qualem verò? quòd in die septima requieuit deus ab omnibus operibus suis,quæ cœperat facere.Et rursum:Quoniam Deu.24.d seruus fuisti in terra Aegypti. Quare igitur,dic mihi, in sabbato quidem causam adiecit in cæde verò nihil tale fecit? Quoniam hoc quidem mandatum non de principalibus erat,nec per conscientiam nobis exquisiti,sed particulare quoddam,& temporaneum.propterea post hæc solutum est. Necessaria verò,& vitam nostram continentia illa sunt:Non occides,non furabęris,non mœchaberis.Et ideo nullatenus hic causam ponit, nec rationem adducit: sed sola opus esse putat prohibitione. Nec inde tantùm, sed & aliunde vobis demonstrare conabor,quomodo per se docilis erat homo ad virtutis cognitionem. Primum Adam patrauit peccatum, & post peccatum statim se occultauit. Neque enim erant literæ,non lex,non Moses:vnde igitur nouit peccatum, vt se absconderet? nec tantùm se

A cælat,sed & accusatus in alium conatur transferre cau
Gene.3.b sam,dicens:Mulier, quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi. Et illa rursus in alium crimen transfert, serpentem scilicet. Cùm enim Adam dixisset,Vocem tuam domine audiui in paradiso,& timui,eò quòd nudus essem,& abscondi me: Deus non statim factum redarguit, neque dixit: quare enim de ligno comedisti? Sed quomodo? Quis enim indicauit tibi,quòd nudus esses, nisi quòd ex ligno,de quo præceperam tibi, ne comederes, comedisti? neque tacuit, nec apertè ipsum redarguit. Non enim tacuit, vt ipsum ad peccati confessionem euocaret: nec verò manifestè redarguit,ne totum dei esset, & ille priuatus remaneret venia,quæ nobis ex cõfessione nascitur. Propterea non dixit manifestè causam, vnde nuditas facta esset,sed sub interrogationis forma sermonẽ profert,illam permittens ad confessionem venire. Rursum in Cain & Abel idem videre licet. Primùm quidem primitias deo ferebant laborum suorum.Non enim à peccato tantùm,sed etiam à virtute demonstremus, quòd amborum est capax discendorum homo.

B Quòd igitur homo peccatum esse malum iam sciret, demonstrauit Adam:quòd autem virtutẽ esse bonum etiam sciret,rursum Abel manifestauit. Non enim ab vllo discens,neque legem de primitiis hæc disserẽtem audiens,sed à conscientia doctus,sacrificium illud obtulit. Propterea non descendo ad posteros sermone, sed circa priores homines versor,quando,nondum literæ, neque lex, neque prophetæ & iudices, sed solus Adam cum filiis erat: vt discas quòd in natura bonorum,& contrariorum scientia prius erat reposita.Vnde enim didicit Abel,quòd bonum esset offerre, quòd bonum deum venerari, & in omnibus gratias agere? Quid igitur Caïn,non obtulit:Obtulit quidem & ipse, sed non similiter.Et hinc verò rursum conscientiæ cognitio apparet, quoniam enim honorato inuidens de cæde deliberabat,dolosam cælabat sententiam. & quid inquit? Agè,egrediamur foras. Alia figura,charitatis enim simulatio:sententia alia,fratricidij enim deliberatio. Et nisi malum consilium putabat, quare ipsum oburgabat? & post commissam necem rursum à deo interrogatus, Vbi est Abel frater tuus? inquit, nescio:

C nunquid custos fratris mei sum ego? Quare enim negat? Non prius quàm condemnabat seipsum vehementer? Sicut enim ipsius pater se absconderat, ita & hic negat: & post interrogationem iterum inquit, Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear. Genus autem hæc non tolerat. Eia igitur & ad illum loquamur, & quod in creatione fecimus,non scripturis tantùm,sed etiam rationibus certamina contra illos mouentes,hoc & circa conscientiam nunc faciamus. Etenim & Paulus hoc mouit argumentum aduersus illos pugnans. Quid tandem est quod dicunt? Non est nobis per se angusta lex in conscientia posita, nec eam naturæ deus inseruit. Vnde igitur, vnde inquam de nuptiis,de cædibus,de testamẽtis,de depositis,de proximis non opprimendis, de infinitis aliis leges apud eos scripserunt legislatores? hi quippe præsentes fortè à primis didicerunt,& illi à prioribus,& rursum à superioribus isti. Qui verò ab initio, & primi apud eos leges tulerunt,à quo dicẽ erunt non patet,quòd à conscientia? neque enim dicere possent, quòd cum Mose fuerint,quòd prophętas audierint.quomodo enim qui gentiles erant?Sed patet,quòd à lege,quam hominem fingẽs deus,ab initio ipsi posuit, ab hac & leges posue-

D runt,& artes inuenerunt, & alia omnia:etenim & artes sic constitutæ sunt,postquàm ad ipsas sponte deuẽtum est ab initio. Sic & iudicia, sic & pœnæ definitæ sunt: quod nempe & Paulus dicit. Quoniam enim & gentilium multi contradicturi erant,& dicturi: quomodo deus homines qui fuerunt ante Mosen iudicabat,non misit legislatorem,non legem tulit, non prophetam parauit,nõ apostolum,nõ euangelistam, quomodo ab ipsis pœnas exigit?Volens Paulus demõstrare, quòd per se disci facilè habebant legem, & agenda manifestè sciebant,audi quid inquit: Cùm enim gen- Roma.2.c tes,quę legem non habẽt,naturaliter ea quę legis sunt, faciunt,eiusmodi legẽ non habentes, ipsi sibi sunt lex; qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis. quomodo sine literis?testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicẽ cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus, in die qua iudicabit deus occulta hominum, secundum euangelium meum per Iesum Christum.Et iterum: Quicunque si- Ibidem.b ne lege peccauerunt, sine lege peribunt: & quicunque in lege peccauerunt,per legem iudicabũtur. Quid est, sine lege peribunt?non lege accusante,sed conscientia E & cogitationibus. Si verò legem non habuissent conscientiæ, nec ipsos perire peccantes oportebat. Quomodo enim si sine lege peccauerunt? Sed cùm sine lege dicit, non hoc dicit, quòd non habebant legem, sed quòd non habebant legem scriptam: naturæ verò legem habebant. Et rursum: Gloria autem,& honor,& Ibidem. pax omni operanti bonum, Iudæo primùm & Græco. Hæc autem dicebat,de superioribus loquens temporibus,quæ ante Christi præsentiam fuerunt.Et Græcum hìc vocat non idololatram, sed deum quidem solum adorantem:Iudaïcarum verò obseruationum necessitati non deditum,sabbatismis dico,& circuncisioni,& variis purificationibus:sed sapientiam,& pietatem omnem exhibẽtem. Et rursum de eodem disserens,inquit:Et ira,& indignatio, & tribulatio, & angustia su- Ibidem. per omnem animam hominis operantis malum, Iudæi primùm & Græci.Rursum hic Græcũ vocat,obseruatione Iudaïca liberatum.Si itaque neque legem audiuit,neque cum Iudæis conuersatus est, quomodo erit ipsi ira,& indignatio,& tribulatio malum operanti? Quoniam intus conscientiam habebat increpantẽ, F & docentem,& erudientẽ in omnibus.Vnde hoc manifestum? Ex his in quibus alios castigauit peccantes, leges tulit,iudicia cõstituit.Hoc igitur manifestãs Paulus,de viuentibus in vitio dicebat: Qui cùm iustitiam Roma.1.d dei cognouissent, quoniam qui talia agunt, digni sunt morte,non solùm qui ea faciunt,sed etiam qui consentiunt. Et vnde scierunt,quòd voluntas dei est, in improbitate viuentes puniri?Vnde? ex his in quibus alios iudicabant peccantes. Si enim malum esse non putes cædem,cùm homicidam ceperis,sententia tua non punies: nisi malum esse putes adulterare, cùm inciderit adulter,liberes,ipsum à pœna.Si verò & in aliorũ peccatis leges scribis,& pœnas definis,& seuerus es iudex: quam habere possis excusationem, in quibus ipse peccas, dicens te agenda ignorare? Mœchati estis & tu & ille.Quare illum quidem punis,te verò venia dignum censes? Si enim malum nescias esse adulterium,neutrum puniri oportebat.Si verò alterum quidẽ punias, te verò pœnam effugere existimes: quomodo ratione habere posset, eorundem criminum reos non easdem pendere pœnas?Hoc igitur ipsum accusans Paulus dicebat: Existimas autem hoc ô homo, qui iudicas eos, Roma.2.a qui talia

Universidad de Deusto
Biblioteca

G qui talia agunt,& facis ea, quia tu effugies iudiciũ dei? Non est ita, non est. Ex iudicio enim, quod in alium protulisti, ex hoc te nunc deus iudicabit. Non enim profectò tu quidem iustus,deus autẽ iniustus. Si enim non despicis alium iniustum,quomodo deus despiciet? Si tu corrigis aliorum peccata,quomodo te deus non corriget? Si verò non tibi statim pœnam infert, ne ob hoc confidas, sed time magis. Sic & Paulus iussit dicens:An diuitias bonitatis eius,& patientiæ,& longanimitatis contemnis, ignorans, quoniam benignitas Roma.2.a dei ad pœnitentiam te adducit? Propterea enim tolerat,non vt peior fias,sed vt pœnitentiam agas:si verò non vis, maioris materia vltionis tibi fit dei longanimitas sine pœnitentia permanenti. Et hoc quippe manifestans, dicebat: Secundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddit vnicuique secundum opera eius. Quoniam igitur cuique secũdum opera reddit,& legem propterea nobis naturalem indidit,& scriptam postmodum tradidit:propter ea dedit,vt pœnas exigat peccatorum, rectè agentes coro- H net. Multo itaque studio,tanquam ad tremendũ conuenturi iudicium,actiones nostras ædificemus, scientes quòd nullam assequemur veniam, si post naturalem, & scriptam legem, & doctrinam tantam, & admonitionem cõtinuam,salutem nostram negligamus. Volo itaque rursum de iuramentis vobis loqui,erubesco autem. Mihi quidem graue non est die noctúque eadem vobis dicere.timeo autem, ne postquàm vos his multis diebus admonuero,multum torporem vestrum damnabilem ostendam, qui in negotio tam facili continua egeatis admonitione. Nec tantùm erubesco,sed & timeo vobis. Continua nanque doctrina aduertentibus salutaris quidem & vtilis, torpentibus verò damnosa & periculosa. Etenim quanto quis sæpius audierit, tanto maiorem vltionem attrahet, non faciens quæ dicuntur. Hoc igitur & Iudæis improperans, Hiere.7.c dicebat deus: Misi prophetas meos exurgens diluculo,& emittens,& neque sic exaudistis. Nos nempe ex multa sollicitudine hoc facimus, sed timeo ne die illa tremenda obsit vobis omnibus hæc admonitio,& consilium. Cùm enim & correctio sit facilis,& I continuè commonefaciens haud cesset, quid poterimus in excusationem dicere? vel quæ nos ratio ab vltione eripiet? Dic nempe mihi,si argentum absque mutuum dari contingat, non continuè debitori occurres ipsum mutui commonefacis? Hoc & nunc fac,& quisque putet argentum sibi proximum debere, huius scilicet mandati expletionem,& occurrens solutionis ipsum commoneat, sciens quòd non paruum nobis repositum est periculum fratrum curam non agentibus. Propterea & ego eadem dicens non desisto. Timeo e- Matth.18.d nim,ne illa audiam die: Improbe serue & nequam,oportebat te erogare argentum meum numulariis. Ecce enim erogaui,non semel neque bis,sed sæpius: vestrum verò reliquum est fœnus reddere. Vtara verò est,auditæ monitionis per opera exhibitio:etenim dominica sunt,quæ erogantur. Ne igitur negligenter suscipiamus,sed cum diligentia depositum cõtineamus, vt cũ ista operatione ipsum illo die reddamus. Nisi enim & alios in idem meritum induxeris, audies vocem illam,quam audiuit qui talentum defodit. Sed vobis ne eueniat hanc audire,sed aliam vocem,quam o- Ibidẽ.25.b peranti reddidit Christus dicens: Euge serue bone & fidelis,quoniam super pauca fuisti fidelis,supra multa te constituam. Hanc autem audiemus vocem,si idem K cum illo studium exhibuerimus: idem verò studium præstabimus,si hoc quod dico,fecerimus. Cùm adhuc feruens est auditus in vobis,egressi exhortamini inter vos: & sicut dissungimini quisque cum salutatione,sic cum admonitione quisque domum recedat, & dicat proximo: Considera & recordare,quomodo mandatum custodias,& omnino vincemus. Cùm enim & amici te dimiserint cum tali consilio,& domum profectum rursum eadem vxor admoneat,& solos perseuerantes oratio nostra cõprehendat:celeriter hanc consuetudinem improbam expellemus. Noui quidẽ quòd admiramini quare tantum de hoc mandato studium faciam: verùm adimplete mandatum,& tunc dicam. Interim quippe illud dico, quòd lex quidem diuina est hoc mandatum,& ipsum transgredi non est tutum. Si autem enauatum videro,& aliam vobis causam commemorabo hac non minorem, vt discatis, quòd iustè tantum pro hac lege studium exhibui. Hora verò iam in supplicationem sermonem soluere. Communiter igitur omnes dicamus:Deus nolens tam mortem pec Ezechiæ.5 catoris,quàm vt conuertatur,& viuat:& hanc,& alias L leges omnes nos expedientes,dignare sic assistere tribunali Christi tui,vt fiduciã multã assecuti,in regnum perueniamus ad gloriã tuam: quoniã te decet gloria, honor,& potestas,vnà cũ vnigenito filio tuo,& sancto spiritu,nunc & semper,& in secula seculorum,Amen.

GRATIARVM ACTIO AD DEVM

de mutatione tristium, & commemoratio ad vltionem protractorum propter seditionem, & punitorum. Similiter uerò rursus expositio de hominis creatione: & quòd legem accepit naturalem: & de explenda iurandi continentia.

Homilia.XIII.

IN eodem principio,& iisdem proœmiis,quibus heri & nudiustertius cœpi,& hodie incipiam. Dicam & nunc:Benedictus deus,qualem præteritum vidimus quaternionẽ,& qualem nunc videmus præsentem: quanta in illo obscuritas tunc erat? quanta nunc in præsenti tranquillitas? Tremendum in ciuitate tribunal illud, & omnium corda con quassauit,& nocte facit diem nihilo esse meliorem,nõ radiis obtenebratis,sed tristitia & timore oculos offuscantibus vestros. Vt igitur & nos maiorem in capiamus voluptatem,pauca eorum quæ tunc acciderunt,commemorare volo. Et vobis enim, & posteris omnibus vtilem horum esse video narrationem:quoniam & de naufragio saluatis iucundum est fluctuum meminisse, & tempestatis,& ventorum,postquàm in portum nauigauerint. Et valetudine detentis, desiderabile post ægritudinem,febres,per quas paulominus ad mortem venerunt, aliis narrare. Cùm enim grauia præterierint, voluptatem habet eorum commemoratio,anima non amplius formidante,sed maiorem capiente delectationem. Continua enim præteritorum memoria malorum præsentem tranquillitatem diligentius cognosci facit. Postquàm enim ciuitatis quidem maior pars præ timore, & comminatione illa ad deserta, & fauces montium, & occulta locorum transmigrauit, metu ipsos vndique cogente. Exinanes quidem mulieribus erant domus,vacuum verò viris forum. Vix autem duo vel tres eunutes in medio sese videbant,& ipsi tanquam animati mortui circumeuntes. Abibamus in forum iudiciale gestorum finem visuri:& collectas ciuitatis

A uitatis reliquias videntes, illud omnium maximè admirati fuimus,quòd multitudine circa fores morãte, tanquam præsente nemine, silentium erat profundissimum, omnibus inter sese respicientibus, & nemine assistentem interrogare, aut quicquam audire ab illo audente. Proximum enim quenque suspectum habebat, quoniam multi iam præter omnem spem ex medio rapti foro intus coërcebantur. Et omnes communiter in cœlum aspiciebamus,& manus extendebamus cum silentio supernè subsidiũ expectantes, & deo supplicantes,vt iudicandis adesset, & iudicantium corda mulceret, & mitem faceret sententiam. Et sicut qui naufragantes à terra vident,accedere quidem,& manum porrigere,& ærumnam releuare nõ possunt,cùm vndis arceantur, extrinsecus autem ab ipsis littoribus manus extendentes, & lachrymantes, deum orant vt assistat fluctuantibus: Ita & hic tacitè omnes mente deum inuocabant,petentes,vt ad tribunal velut in fluctus adductis manum porrigeret,nec sineret scapham submergi,nec in extremum naufragium,iudicantium soluere iudicium. Et hæc quidem erant pro foribus. Postquàm verò interiorem aulam introiuimus,rursus B alia his terribiliora vidimus, milites armatos ensibus & clauis,& multam interius iudicantibus quietè præstantes. Quoniam enim necessarij illorum omnes,& vxores, & matres, & filiæ ante fori ianuam constiterant,vt si eueniret quempiam ad mortem duci, nemo ærumnæ spectaculo accensus, tumultum & turbationem vllam faceret,omnes procul arcebant milites,ipsorum mentem pauore præoccupantes. Quod autem omnium maximè miserabile, mater & soror cuiusdã qui intus iudicabatur,ad ipsa iudicãtium vestibula iacebãt, se humi sternentes,& commune omnibus factæ circunstantibus spectaculum,oculos velatę,& tantùm duntaxat erubescentes, quantùm calamitatis necessitas permittebat:neque aderat ipsis ancillula,non vicina,non amica,non vlla necessariorũ alia,sed solę cum vestibus abiectis in medio tot militũ assumptæ,per humum se trahentes circa ipsas fores, interius sedẽtibus grauiora patiebantur, carnificum vocem audientes, verberum sonitum,cæsorum luctum,tremendas iudicantium minas, & per flagellatorum singultum grauioribus quàm illi doloribus hæc conficiebantur. Quo- C niam enim in aliorum testimoniis criminum proditio periclitabatur, sicubi quempiam flagellari, vt reos diceret,sentiebant, & vlulare in cœlum respicientes deum orabant,vt illi fortitudinem & tolerantiam daret,ne necessariorum suorum salus proderetur aliorũ infirmitatibus acutum verberum dolorem ferre non valentium:& tale quid rursum,quale fluctuantibus solet,accidebat. Sicut enim illi, quãdo vndæ impetum videant eminus insurgentem, & paulatim crescẽtem, & scapham submergere minantem, etiam priusquàm naufragio propior fiat, præ timore mortui sunt: Sic & Mlæ siquando voces & vlulatus audiebant emitti, veritæ ne tormenta fugientes,qui testimonium dicere cogebantur,contra necessariorum aliquem dicerent, infinitas ante oculos mortes videbant. Et erat cernere intus tormenta,extrà tormenta: illos nempe carnifices,has verò naturæ torquebat imperium,& viscerum compassio,& intus luctus,& extrà luctus: intus reorũ, extrà necessariorum. Imò verò non ipsi tantùm,sed & ipsi iudicantes corde lugebant, & omnibus grauiora patiebantur,tam acerbæ calamitati ministrare coacti. Ego autem assidens & hæc cernens, quòd mulieres & virgines thalamis assuetæ, nũc commune cunctis spe- D ctaculum factæ sunt, & molli iacentes strato, terram pro strato nunc habent, & tantum nactæ obsequium ancillularum,eunuchorum,& reliquę totius vanitatis, nunc omnibus illis priuatę ad omnium pedes prosternuntur,singulos orantes aliquid iudicãdis in auxilium conferre, & communem aliquem misericordiæ quæstum ab omnibus fieri,illud dixi Solomonis: Vanitas Eccles.1.a vanitatum & omnia vanitas. Videbam enim & hoc &.12.c ipsum,& aliud verbum per ipsa prouenies opera,quod dicit:quòd omnis gloria hominis,tanquam flos fœni: Esaiæ.40.b siccatum est fœnũ,& cecidit flos. Etenim diuitiæ tunc, & generositas, & claritas, & amicorum præsentia, & omnia vitæ adiumenta redarguebantur, peccato & iniquitate commissa omnem hanc opem subuertente: & sicut auicularum mater pullis sublatis veniẽs,& nidum inanem comperiens, suos quidem pullos captos eripere non potest,venatoris autem manus circunuolans,per hoc ipsi dolorem suum demonstrat:sic & illę mulieres tunc faciebant,raptis sibi domo filiis,& interius tanquam in rete quoddam vel laqueum arreptis, accedere quidem,& eripere captos non poterant: sed E circa fores ipsas se volutando, & lugendo,& gemendo, & speculatoribus propinquare tentando dolorem demonstrabant. Hæc equidem tunc aspiciens, in illius tremendi iudicij cogitationem veni,& intra me dicebam:Si ab hominibus iudicantibus non mater,non soror, non pater, non alius quispiam, licèt à perpetratis immunis, iudicatos eripere potest, quis in tremendo Christi iudicio nobis adstabit iudicandis? quis in vocem erumpere audebit? quis abductos ad intolerabiles pœnas eripere valebit? Atqui ciuitatis primarij,qui tũc iudicabantur,erant,& ipsum nobilitatis caput. Attamen læti fuissent, si quis eis dedisset, vt amittentes omnia, & si oporteret, ipsam libertatem, præsenti vita potirentur. Die verò iam ad finem acto,profundissimóque facto vespere, cùm iudicij finis expectaretur, in maiori erant omnes anxietate,& à deo petebant dilationem aliquam,& prorogationem fieri,& iudicantium animo immittere,vt ad imperatoris sententiam referrent exquisitorum cognitionem, fore etiam fortassis aliquod bonum ex hac dilatione. Et communes à populo supplicationes ad benignas deiaures emittebantur,vt saluaret reliquias ciuitatis,nec ipsam à fundamentis penitus euulsam negligeret. Nec videre licebat quẽquam non hæc cum lachrymis clamantem. Veruntamen nihil propterea iudices interius causas audientes tunc inflexit:sed vnum solum respiciebant, vt diligens commissorum quæstio fieret,& postremò catenis ipsos iectis in carcerem per medium forum agebant,homines equos domi habentes,brabia proponere solitos,aliáque innumera valẽtes clariora numerare officia, & substantias populabãtur,& in omnium foribus proscriptionis tabulas cernere licebat. Et horum mulieres paterna domo eiectæ,singulæ illud vxoris Iob pro opera implebant: domum enim ex domo, & locum ex loco circumibant, diuersorij indigentes: nec enim hoc ipsum erat ipsis facile reperire, vnoquoque timente, & tremiscente quempiam reorum necessarium susçipere, & curæ habere. Veruntamen tot illata passi, omnibus his contenti erant, quoniam vita non exciderant præsenti. Et neque pecuniarum mulcta, neque ignominia, neq; tanta traditio, neque quodcunque aliud huiusmodi ipsos mordebat. Calamitatis mi à magnitudo, & maiora his patiendi expectatio, F

eorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

G corum animos philosophari tãtùm effecit. Et tunc discebant, quàm facilis sit nobis virtus, habilis, & expedibilis, & quòd per nostrum duntaxat neglectum laboriosa res esse videtur. Hi enim, qui paulò antè modicarum mulctam pecuniarũ non æquè tulerũt, mox maiore pressi formidine, cùm omnia sua amisissent, ac si thesaurum inuenissent, sic se habebant, quoniam animam non perdiderant. Itaque si & futuræ sensus gehennæ nos teneret, & intolerabiles illas cogitaremus pœnas, etiam si rem, & animam, & corpus pro dei legibus tradidissemus, non doleremus, sciẽtes quòd maiora lucrabimur, futurorum malorum absolutionem. Fortè cor vestrum non parum dictorum deploratio molliuit: sed ne feratis ægrè: etenim quoniam subtiliores sum aggressurus sententias, & mollioris indigo mentis, hoc feci de industria, vt narrationis timore mens vestra omni torpore excusso, ab omnibus exurgens vitæ curis, multa cũ facilitate ad animæ profundum dicendorum virtutem immittat: satis quippe & prius vobis sermo demonstrauit, quòd naturalis nobis est insita lex bonorum & contrariorũ. Vt autem manifestior nobis fiat demõstratio, eadem & hodie sermonum materia iterũ contendemus: quòd ab initio deus hominem fingens, vtraque dignoscẽtem fecit ipsum, demonstrant omnes homines: subiectos quippe nobis veremur peccantes omnes. Et sæpe dominus ad meritoriam vadens mulierem, postea seruorũ quempiam dilectorum intuitus erubuit, & ab hac improba via recessit. Rursum ab aliis taxati, nequitiæ nominibus, contumeliam id esse dicimus: & si ægrè feramus, in iudicium eos qui id fecerunt, trahimus. Ita scimus, quid nempe vitium, quid verò virtus. Hoc quippe ipsum & Christus declarans, & demonstrans quòd nihil externum, aut nostram transcendens naturam sancit: sed quòd olim præueniens conscientiæ indiderat nostræ,
Matth.7.b post multas illas beatitudines ita dicebat: Quæ vultis, vt faciant vobis homines, hæc & vos facite ipsis. Non opus est multis sermonibus, inquit, neque prolixis legibus, nec varia doctrina: volũtas tua sit lex. Vis beneficia capere? confer beneficium alteri. Vis misericordiam consequi? miserere proximi. Vis laudari? lauda alium. Vis amari? ama. Vis partibus primis potiri? cede illis prius alteri. Tu sis iudex, tu sis vitæ tuæ legislator.
I Tobiæ.4.c Et rursum quod odisti, alij ne faciãs. Per hoc quidem à malo fugam inducit, per illud autem virtutis operationem. Odisti contumeliam patiẽ aliũ afficias contumelia. Odisti inuidiam patiẽ neque tu alteri inuideas. Odio habes falliẽ neque tu fallas alium. Et in omnibus verò generaliter si hæc duo verba retineamus, alterius disciplinæ non indigebimus. Virtutis enim cognitionem indidit animæ nostræ, actionem verò & bonam operationem voluntati nostræ concessit. Fortassis obscurũ est quod dicitur, igitur ipsum manifestius reddere conabor. Rursum, vt sciamus, quòd bonum est modestè agere, non opus habebimus verbis, neque doctrina: nam in natura cognitionem ipsorum habemus, nec opus est cum laboribus, aut fatigationibus circũire, & quærere, si bonum est modestia, & vtile: sed communi sententia omnes hoc confitentur, & nemo dubitat de virtute. Sic & adulterium malum esse putamus, & neque hic laboribus, & disciplina nobis est opus, vt peccati huius malitia noscatur, sed omnes in huiusmodi sententiis sumus per nosipsos docti. Et virtutem licèt ipsam non obeamus, commendamus, sicut vicissim vitium, licèt operemur, odimus. Et hoc fuit maxi[illegible]un dei beneficium, vt conscientiam quidem nostram, & K voluntatem interim, & ante actionem virtuti applicaret, impugnari autem sineret improbitate. Sicut igitur dixi, horum quidem amborum cognitio omnium hominũ conscientiæ insita est, nec vllius indigemus præceptoris ad hæc discenda. Recta verò operatio iam laboribus, voluntati, & studio data est. Quare verò tandem? Quoniam si totum naturę tribuisset, sine coronis & præmiis fuissemus. Et sicut bruta virtutum quas habent, mercedem aut laudem capere non debent: sic & nos, si horum aliquid à natura habuissemus. Naturę enim munera, non habentium, sed datoris sunt laus & commendatio. Igitur non totum naturę permisit: propterea rursum voluntatẽ totum pondus suscipere non concessit, & cognitionis, & emendationis, ne à virtutis laboribus abhorreret: sed dictat quidem ipsi conscientia quę sunt agenda, ad operationem verò ipsa de suo labore affert. Et quòd bonum quidem est, moderatè viuere, sine labore nouimus: naturalis enim est cognitio. Modestiam verò non possumus exercere, nisi laborantes & cupiditatem refrenãtes, & multum subeuntes laborem. Non enim hoc quoque nobis adest à L
H natura, sicut cognitio, sed opus habet sedulitate, & studio. Nec solùm ita nobis pondus releuauit, sed & alio modo rursum & ipsorum meritorũ quædam naturalia nobis inesse sinens: etenim vnà cum his, qui contumeliam patiuntur, indignari, naturale omnes habemus: statim quippe infestantibus efficimur inimici, licèt ipsi nihil nos passi: & gratulari defensione & auxilio potientibus, & in alienis calamitatibus affligi, & charitate multa delectari. Etsi enim rerum circunstantiæ pusillanimitatem quandam inducere videntur, habemus tamẽ communem inter nos amorem. Et hoc quidam sapiens innuens dicebat: Omne animal amat suum si- Eccli.13.c
mile, & homo proximum suum. Multos autem & alios præter conscientiam præceptores nobis deus præposuit: etenim patres filiis, & dominos seruis, & viros vxoribus, & doctores discipulis, & legislatores & iudices subditis, & amicos amicis. Sæpe verò & ab inimicis non minus lucramur, quàm ab amicis: cùm enim nobis peccata exprobrauerint, etiam inuitos in ipsorũ correctionem excitant. Tot autẽ doctores nobis proposuit, vt facilis nobis vtilitatis inuentio & reparatio M
fieret, multitudine ad id compellentium nos permittente nos à conferentibus nobis excidere. Etenim si parentes cõtemnamus, magistratus timentes, erimus omnino mitiores. Et si illos in peccatis despiciamus, nunquam conscientiæ increpationem effugere possumus. Et si hãc aspernemur, & repellamus, multorũ suspicionem timentes, meliores erimus. Si ad hanc non erubescimus, insitus legum timor vel inuitos nos castigat: & eos qui quidem iuuenes sunt, magistri & patres, auctos verò legislatores & principes curæ suæ assistentes componunt. Seruique segnius se habentes præter dicta, & à dominis necessitatem modestiæ seruandæ habent, & mulieres à viris, & multi vndique generi nostro muri sunt, ne facilè in vitium dilabamur, & cadamus. Ad hæc autem omnia & ægritudines, & negotiorum pressuræ nos docent: etenim & paupertas cohibet, & mulcta castigat, & periculum corripit, & multa alia nutriendi. Non terret te magister? non pater? non princeps? non legislator? non iudex? non te confundit amicus? nãte mordet inimicus? non castigat dominus? nõ docet maritus? non corrigit conscientia? sed ægritudo sæpe superueniẽs corporalis

A omnia correxit: at & mulcta audaciorem fecit humaniorem, & quod profectò maius est, nõ tantùm nobis, sed & aliis accidentia mala magnopere nos adiuuare cõsueuerunt: & quidam, ipsi quidẽ graue nil passi, alios verò puniri conspicati, non minus illis castigati sunt. Hoc & in benefactis quis videre posset eueniens. Sicut enim dum puniuntur mali, alij meliores efficiuntur, sic bonis bene se gerentibus multi ad similem zelum inducuntur. Quod & in iuramentorum fuga contigit: multi enim alios intuiti malã deposuisse iurandi consuetudinem, studium imitati sunt, peccatúmque vicerunt: propterea & nos promptius eandem tangimus admonitionẽ. Nemo enim mihi dicat, quòd multi correcti sunt: hoc non est quod quæritur, sed vt omnes. Quousque hoc non videro, respirare non pos-
Matth.18.b sum. Pastor ille centum oues habebat, & vna amissa, non sensit de nonagintanouem salute delectationem, donec perditam inuenit, & gregi restituit. Nam cernis & in corpore hoc fieri: si enim vel vnguem solum offendentes subuerterimus, totum corpus membro condolet. Ne hoc igitur dicas, quòd pauci quidam relicti sunt, qui non sunt correcti: sed illud considera,
B quòd isti pauci non correcti multos corrumpunt alios. Etenim & vnus erat apud Corinthios fornicatus, & ta-
1.Cor.5.a men tantùm gemebat Paulus, tanquam tota perdita ciuitate: & multum congruè, sciebat enim quòd illo non correcto, vitium procedens & alios omnes inuaderet. Vidi antea in iudicio victos, & per medium forum abductos illos illustres viros, & quibusdam cõtumeliæ excessum admirantibus, nihil admirari oportet, alij dicebant: Vbi enim deuotio, dignitas nihil prodest. Nónne igitur multò magis, vbi sit impietas, nihil dignitas adiuuat? Hæc igitur cogitantes, nosipsos excitemus: nisi enim studium adhibueritis vos, à nobis omnia aguntur superflua. Quid ita tandem? quoniam non sicut reliquæ artes, ita est & docendi vis. Argentarius enim qualecunque vas excuderit, & reposuerit, tale & postridie reuersus iterum inueniet: & ærarius & marmorarius, & artificum quisque quale proprium opus dimiserit, tale rursum recipiet. Circa nos verò non ita, sed contrarium omnino: non enim inanimata vasa, sed animas cudimus rationales. Propter-
C ea non tales vos inuenimus, quales relinquimus, sed postquàm susceptos labore multo reformauerimus & correxerimus, & effecerimus feruentiores, egressos negotiorum circunstantia vos vndique circuncurrẽs rursum peruerti, & maiorem nobis præbet difficultatem. Idcirco supplico & oro, manũ porrigatis, & quãtùm ego hic ad correctionem vestram studium facio, tantùm vos hinc digressi, circa salutem vestram curæ demonstretis. Vtinam quippe posset fieri, vt ego pro vobis bene meierer, & meritorum brabia vos caperetis, nec tantùm vos vexassem, sed quid patiar? Hoc ir-
Eccli.29.c reparabile est, cuique enim secundum opera sua retri-
& Rom.2.a buet. Sicut igitur mater filium febricitantem cernens, dolenti & ardenti assistens, lugens ægrotanti dicit filio: vtinam fili febrem ego suscipere possem, & in me flammam attrahere: Sic profectò & ego dico nunc: vtinam possibile esset me pro vobis laborãtem omnibus recte agere. Sed non licet hoc non licet, sed quenque necesse est à se commissorum pœnas pendere. Nec videre quis potest alium pro alio puniri. Propterea doleo & lugeo, quòd vobis die illo accusatis assistere non potero, maximè cùm neque mihi fiducia apud deum sit tanta: si verò & fiduciam haberem, non sum Mose sanctior, neque Samuele iustior, quos ad virtutis tan- D
tum peruenientes, non permisit posse quid Iudæos ad- Hier.15.a
iuuare, quòd nimio torpori seipsos illi dedissent. Quoniam igitur ex propriis operibus punimur & saluamur: studeamus, quæso, cum aliis omnibus & hoc explere mandatũ, vt cũ bona spe hinc abeuntes promissa bona assequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cũ quo patri gloria, vnà cum sancto spiritu nũc & semper, & in secula seculorũ, Amen.

POPVLO OMNI AB ANGVSTIA LIBERATO, & constituto in fiducia, quidam rursum ciuitatem rumoribus tremendis turbauerunt, & de iuramentorum abstinentia admonitio. Ideóque & de Ionatha & Saule, & Hiepthe historia producta est: & demonstratum, quòd ex uno iuramento fiunt multa peiuria.

Homilia XIIII.

NOn parum ciuitatẽ nobis herì diabolus perturbauit, sed & deus nos iterum non parum consolatus est, ita vt & quisque nostrum opportunè dicere possit illud propheticum: Secundum Psal.93.d
multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Nec tantùm consolando, sed & perturbari permittendo prouidet etiam nobis suam deus exhibuit. Quod enim nunquam dicere destiti, hoc & hodie dicam, quòd nõ tantùm malorum absolutio, sed & horum permissio sit ex dei beneuolentia. Cùm enim nos ad torporem declinantes viderit, & ab ipsius familiaritate resilientes, & spiritualium nullam rationem facientes, paulùm nos derelinquit: vt ita castigati, ad ipsum studiosius redeamus. Et quid admiraris, si circa nos torpentes hoc facit, quippe cùm & Paulus & in se, & in discipulis suis hanc tentationum causam esse dixerit? Etenim ad Corinthios secundum mittens epistolam, sic dicebat: No-
lo vos ignorare fratres de tribulatione facta nobis in 2.Cor.1.b
Asia, quòd supra modum grauati sumus supra virtutem, ita vt tæderet nos etiam viuere, sed ipsi in nobisipsis responsum mortis habuimus. Tam magna nobis, inquit, incubuere pericula, vt viuere abominaremur, nec amplius speraremus vllam fore bonam mutationem, nisi mortem omnino aspectare. Hoc enim F
illud est, Ipsi in nobisipsis respõsum mortis habuimus: sed tamen post tantam desperationem resoluit deus procellam, & nubem transportauit, nósque ex ipsis mortis faucibus eripuit. Mox demonstrans quòd concedere, vt in tantum deferremur periculi multæ erat prouidentiæ opus, ex tentationibus etiam lucrum commemorat. Hoc autem erat, continuè ad ipsum respicere: & nil magnum sapere, & non extolli. Propterea cùm dixisset, quòd ipsi in nobisipsis responsum mortis habuimus, & causam intulit. Quæ verò hæc est causa? Vt non simus fidentes in nobis, inquit, sed in deo, qui suscitat mortuos. Dormitantes enim nos, & decidentes expergefacere solet, & excitare, & religiosiores facere tentationum natura. Cùm igitur videris diuinè tentationem nunc quidem extinctam, rursum autem accensam, ne concidas, neu refugias: sed bonam spem teneamus, illud intra nos ratiocinantes, quòd non perosus, nec auersatus deus nos inimicorum manibus tradit, sed studiosiores, & sibi magis familiares facere volens. Ne igitur retrocedamus nec mutationẽ in melius desperemus, sed celerrimam speremus fore tranquillitatem, & omnium nos con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G tinentium tumultuum finem in deum proiicientes, rursum consueta attingamus, solitam in medium doctrinam agamus: rursus enim vobis de eadem materia dicere volo, vt de mente vestra improba iurandi consuetudo radicitus euellatur. Idcirco necesse rursum ad eandem confugere supplicationem. Etenim antea vos rogaui, vt Ioānis caput abscissum ad hoc calido cruore destillans sumentes, sic domum quisque suam redeatis, & putetis ante oculos habere ipsum vocem emittentem, & dicentem: Odio habete iugulatorem meum iuramentum. Quod increpatio non fecit, hoc fecit iuramentum: quod ira non potuit tyrannica, hoc periurij necessitas effecit. Et quando nempe omnibus publicè audientibus arguebatur, increpationē generosè tulit tyrannus: cùm verò se in iuramentorum necessitatem adegit, tunc illud beatum caput abscidit. Hoc ipsum igitur & nunc peto, & petere nō desistam, vt quocunque abierimus, hoc gestantes caput abeamus, & omnibus clamans ostendamus, & iurameta vituperans. Quanuis nanque valde simus ignaui & negligentes, capitis illius oculos intuiti, terribiliter nos respicien-
H tis, & minantis iurantibus, freno omni vehementius per timorem huiusmodi repressi, cohibere & auertere facilè poterimus linguam à iurandi præcipitio. Nec enim hoc solum habet mali iuramentum, quòd & temeratum, & seruatum iuratos pœnæ facit obnoxios, quod in nullo peccatorum alio accidere quispiam videt: sed & aliud non minus isto malum. Quod autem hoc est? quòd neque volentibus, neque studentibus sæpius possibile est bene iurare. Primò quippe continuè iurans, & voluntarius, & inuitus, & ignarus, & sciens, & seriò & iocò loquens, & ab ira sæpe elatus, & à multis aliis, omnino peierabit. Et ad hæc contradicet nemo. Ita est concessum & manifestum, quòd multùm iurantem & periurum esse necessarium est. Secundò quòd & si non raptus, aut inuitus, aut ignorans hoc patiatur: ab ipsa rei natura, & voluntarius, & sciens omnino peierare cogetur. Sæpius igitur nobis prandentibus, & seruorum aliquo peccante, se illum flagellaturam vxor iurauit, mox vir contrarium iurauit, & restitit contendens, nec permittens. Hic quicquid fecerint, necesse est omnino periurium constitui, nec enim
I volentibus ipsis, & studentibus iam est possibile custodire iuramentum. Sed quicquid fiat, ipsorū alter periurij reus fiet, magis autem ambo penitus, hoc scilicet modo, quem dicam: hoc enim est admirabile. Iuratus flagellare seruum vel ancillulam, postea prohibitus, ipse; peierauit, quoniam non fecit quod iurauit, & prohibenti rursum, & iuramenti veritatē impedienti periurij crimen allegauit. Non enim peierantes tantùm, sed aliis quoque necessitatem hanc afferētes, & iurantes eorundem rei sunt criminum: nec domi tantùm, sed & in publico hoc quispiam fieri videret, & in pugnis maximè, quando inter se pugnantes cōtraria iurant: hic quidem verberare, ille verò non verberari: hic quidem pallium auferre, ille verò non permittere: hic quidem argentum recipere, ille verò non reddere: & multa verò alia contendentes iurant huiusmodi. Hoc verò & in officinis, & ludis quispiam euenire videt. Sæpius quippe artifex discipulum comedere & bibere non prius se permissurum esse iurauit, quàm totum opus iniunctum expediret. Hoc autem & pædagogus sæpe in iuuenem, & in ancillam domina fecit. Et necesse est superueniente vespere, & opere non impleto, vel fame non expedientes absumi, vel iuratos o-
mnino peierare. Malignus enim dęmō ille bonis sem- K
per nostris insidians, assistit: quia iurator̄ necessitatem audiens, in torporem obnoxios impellit, vel aliam molitur difficultatem, vt non impleto opere, & plagæ, & contumeliæ, & periuria, & infinita alia mala fiant. Sicut enim pueri funiculum longum & corruptum ex contrario inter se trahentes, cum multo impetu supini omnes cadūt, funiculo per medium disrupto, & hi quidem capite, hi verò alia corporis parte feriuntur: sic & inter se contraria iurantes, iurameto pro rerum necessitate disrupto, in periurij barathrū vtriq; cadunt, hi quidem peierando, hi verò periurij causam aliis præbendo. Et vt hoc non tantùm ex his quæ quotidie in domibus & plateis fiunt, sed etiā ex ipsis scripturis fiat manifestum, antiquam vobis quandam narrabo historiam dictis conuenientem. Hostes aliquando Iudæorum aggresso Ionatha (hic autem erat Saulis filius) hos quidem trucidante, illos verò in fugam conuertente: volens Saul huius pater amplius contra reliquos exercitum excitare, & facere ne prius absisteret, quàm omnes opprimeret, contrarium quàm voluit, fecit, iuratus neminem vsque ad vesperam panem L
comedere, vsque ad hostium vltionem suorum. Quid nempe hac re stultius fieri posset? Fatigatos enim, & labore multo pressos milites cùm refocillare debuisset, & recentiores hostibus immittere, hostibus grauius ipsos habuit, per iuramenti necessitatem fami grauissimæ ipsos tradens: periculosum quippe de seipso quempiam iurare, sæpius enim à rerum circunstantia cogimur: aliorum autem sententiam iuramentorum suorum necessitate comprehendere, multò periculosius, & maximè cùm non de vno, aut duobus vel tribus, sed de multitudine quis infinita iuret: sicut tunc Saul inconsideratè, neque quod verisimile erat, ex tanto numero vnum saltem iuramentum transgredi cogitauit, neque quòd milites, & milites pugnantes, & multùm à disciplina alieni ventrem vincere nesciunt, & maximè cùm labor sit plurimus. Sed hæc omnia ille despiciens, tanquam de solo iantùm seruo iurans, quem facilè cohibere posset: sic de omni ratiocinatus est exercitu. Et ideo tantum diabolo aditum aperuit, vt non tantùm duo, & tria, & quatuor, sed & multò M
plura hoc ex iuramento periuria texeret. Sicut enim cùm nihil omnino iuramus, omnes ipsi aditus obstruimus: ita si vnum duntaxat iuramentum emiserimus, ipsi magnam infinita componendi periuria potestatem præbemus. Et sicut catenas complicantes, si caput quidem retinentem habeant, facilè & diligenter totam expediunt nodorum seriem: si verò faciens hoc auertit nemo, nec exordium aggredi possunt: Eodem certè modo diabolus quoque peccatorum nostrorum catenas nectens, nisi à lingua nostra principium caperet, nec aggredi quidem posset: si verò nos principium duntaxat fecerimus, velut manu, lingua, iuramentum nobis retinentibus, cum multa iam licentia magnam artem suam exercet, ex vno iuramento innumera componens, & texens periuria: quod profectò & nunc in Saule hic effecit. Apice nempe qualis hoc iuramento laqueus exoritur. Syluam præteribat exercitus fauum habentem, & fauum ante faciem populi & ingressus est populus ad fauum, & transibat loquens. Vidisti quanta vorago? Mensa extemporanea, vt & aggressionis facilitas, & nutrimenti suauitas, & latere si spes in iuramentorum præuaricationem ipsos alliceret. Nam fames, & labor, &

tempus

1.Reg.14.b.d

A tempus (omnis enim, inquit, terra prandebat) tunc ad
1.Reg.14.c præuaricationem impellebant. Fauorum verò aspectus quoque intentionem soluens extrinsecus ipsos inuitabat. Mensæ enim tum iucunditas, tum facilis apparatus, & deprehendendi furti difficultas omnem sapientiam fallere poterant. Si nempe carnes fuissent, quas elixare vel torrere oportebat, non tantùm ipsorum animos allexissent, cùm in ipsis coquendis, & ad escam præparandis cessare, & tardare, & capi expectare oporteret: nunc verò nil erat tale, sed mel solum, vbi occupationis nullius talis opus erat. Sufficiebat autē summum digitum intingere tem nutrimenti partem capere, & latere. Veruntamen illi cupiditatē continuerunt, nec intra se dixerunt, Quid autē nobis curæ est? Nunquid enim quispiam nostrum hoc iurauit? ille inconsideratorum pœnas dabit iuramentorum. Quare nanque iurabat? Sed nihil huiusmodi cogitarunt, sed cum multa transibant reuerentia: & cùm tot essent ipsos allicientia, disciplinam seruabant, & transibat populus loquens. Quid est, transibat loquens? dolorem verbis consolantes inter sese loquebantur. Quid igitur post-
B quàm omnis populus disciplinam seruauit? Num nihil amplius actum est, & seruatum iuramentum? Nec ita quidem seruatum est, sed temeratum. Qualiter autem, & quomodo, statim audietis: vt & omnem diaboli artem addiscatis. Ionathas enim, qui non audierat patrem suum iurantem, extendit summitatem sceptri, quod habebat in manu sua, & intinxit in fauum mellis, & conuertit manum suam in os suum, & respexerunt oculi eius. Vide quem ad periurium impulit, non vnum militum, sed ipsum iurati filium: nec enim periurium patrare tantùm volebat, verùm & filij cædem componebat. Et hoc à longè moliebatur, & naturam ipsam in seipsam diuidere festinabat: & quod olim in
Iudic.11.f Hiephthe fecerat, hoc & postea facere sperabat. Et-
Ibidem.g enim ille deo pollicitus se primum sibi occursurum post belli victoriam iugulaturum, in filiæ necem cecidit. Filiolam enim primam sibi occurrentem immolauit, & deus non prohibuit. Et noui quidem, quòd infidelium multi crudelitatem, & inhumanitatem nobis improperant propter hoc sacrificium. Ego verò mul-
C tæ prouidentiæ & clementiæ demonstratione permissionem in hoc sacrificio factam esse dicerem: & quòd generis nostri curam gerens, non statim cædem prohibuit, sed post hæc. Si enim post votum & promissionem illam sacrificium prohibuisset, multi etiam post Hiephthe deum sperantes suscepturum, multa vouissent huiusmodi vota, & procedentes in filiorum cædem cecidissent: nunc verò illud opere permittens impleri, posteros omnes prohibuit. Et quòd hoc sit verum, postquàm Hiephthe filiola fuit iugulata, vt sempiternæ memoriæ calamitas esset, neu malum oblivioni traderetur, apud Iudæos lex est lata, vt virgines illo tempore conuenientes, quadraginta diebus commissam cædem deplorarēt, vt luctu cædis memoriam renouantes, posteros omnes prudentiores faciant, & discant quòd de mente dei non erat vt hoc fieret: neque enim lugere, & plorare virgines permisisset. Et quòd nō coniectura sit quod dicitur, finis demonstrauit. Post illud enim sacrificium, nemo tale deo votum vouit, propterea hoc non prohibuit. Quod autem ipse
Genes.22.b mandauit in Isaac, vetuit: per ambo demonstrans, quòd non gaudet huiusmodi sacrificiis. Sed malignus dæmon & nunc talem tragœdiam patrare contendebat, ideóque Ionathan ad præuaricationem impulit. Si quis enim militum præuaricatus legem fuisset, nullum D
magnum fieri malum ipsi videbatur: nunc autem malis insaturatus humanis, nec vnquam nostris expletus miseriis, nihil glorioſum se facere putabat, si cædem moliretur simplicem: Sed nisi filij morte regis dextram polluerit, feciſse nihil se magnum arbitrabatur. Et quid dico filij cædem? Excogitauit enim sceleratus ille & hac rursum prophaniorem moliri cædem. Si enim sciens peccasset, & iugulatus fuisset, filij cędes tantùm id erat: nunc autem ex ignorantia præuaricatus (nec enim audiuit iuramenta) deinde interfectus duplicem patri dolorem effecisset: filium enim, & filium qui nihil peccauerat, immolaturus erat. Sed iam ad hi-
1.Reg.14.d storiæ succedentia eundum est. Postquàm enim comedit, respexerunt oculi ipsius, inquit. Multum & hinc regis accusat stultitiam, demonstrans quòd milites cunctos ferè fames obcæcauerat, & multam ipsorum oculis infuderat caliginem. Postea conspicatus quidam militum, ait: Iuratus adiurauit pater tuus populum, qui comederit panem hodie: & dissolutus est populus. Et dixit Ionathas: Dissoluit pater meus terram. Quid est, dissoluit? perdidit, corrupit omnes. Temerato igitur E
iureiurando omnes tacebant, & reum nemo in medium agere audebat. Non modicum autem & hoc aliud crimen factum est. Non enim soli peierantes, sed & conscij, & obtegentes criminibus communicant. Veruntamē reliqua videamus, & inquit Saul: Descendamus post alienigenas, & diripiamus eos. & dixit sacerdos, Accedamus huc ad deum. Antiquitus enim deus dux erat bellorum, & absque illius sententia nunquam attingere pugnam ausi fuissent, & bellum ipsis pietatis materia fiebat. Nec enim ex corporis infirmitate, sed à peccato vincebantur, si quando & victi fuissent: nec potentia & fortitudine, sed superna benevolentia vincebant, quandocunque vincebant. Et victoria & clades exercitatio ipsis, & virtutis instructio erat: nec ipsis tantùm, sed etiam ipsos oppugnantibus. Etenim hoc ipsis manifestum erat, quòd nō armorum natura, sed bellantium vita & meritis in Iudæos bellum decernebatur. Hoc itaque scientes Madianei, & cognoscentes, quòd gens illa inexpugnabilis est, & macharis quidem, & armis expugnari non potest, peccato verò tantùm ipsam capere facile, virgines speciosas F
ornantes, & ante castra statuentes, in lasciuiam milites euocabant, per fornicationem dei auxilium auferre studentes: quod quidem & euenit. Postquàm enim in peccatum ceciderunt, omnibus facti sunt expugnabiles: & quos arma, & equi, & milites, & tot machinamenta capere non potuerunt, hos peccati natura vinctos hostibus tradidit: & clypei quidem, & hastæ, & sagittæ omnes redarguebantur: vultus autem forma, & animi lasciuia hos expugnauit, alioqui generosos. Pro-
Prouer.5.a pterea admonet quidam dicens: Ne discas pulchritudinem alienam, & ne occurras mulieri fornicanti: mel enim destillat à labiis mulieris fornicantis, quod ad tempus impinguat guttur tuum, postmodum amarius felle ipsum inuenies, & acutū plus gladio ancipiti. Meretrix enim amare nescit, sed insidiatur tātùm: venenū habet ipsius osculum, & toxicū os pernicioſum. Si verò non statim apparet, propterea magis ipsam fugere oportet: quoniam obtegit perniciem, & mortem habet cælatam, nec à primordiis manifestam apparere permittit. Itaq; si quis voluptatē sectatur, & vitā lętitiæ plenā, fornicatium cōsortia mulierū fugiat: bellis enim innumeris & tumultibus amatorum animos implent,

Universidad de Deusto
Biblioteca

G continuas ipsis pugnas, contentionésque concitantes per verba, per opera omnia. Et sicut hostium inimicissimi, sic profectò & hæ omnia faciunt, & negotiantur, ad hoc vt sectantes & ignominiæ, & paupertatis, & extremis malis incidant. Et quemadmodum venatores rctibus extensis, syluestria animalia immittere aggrediuntur, vt ipsa iugulent: ita & hæ postquàm lasciuiæ alas vndiq; extenderint per oculos, & habitus, & verba, postea suos iniiciunt amatores, & colligant, non prius abstinētes, quàm & ipsorum cruorem ebibe'int, insultantes postmodum, & ipsorum stultitiam carpētes, & multum de ipsis risum fundentes: neq; enim iam misericordiā inuenire dignus est huiusmodi, sed deridēri, & morderi, cùm muliere, & muliere meretrice stolidior appareat. Propterea rursus nos admonet Sapiens ille cùm dicit; Bibe aquas de vasis tuis, & tuorū Prouer. 5. c
puteorum fonte: & rursum: Ceruus amicitiæ, & pullus Ibidem. d
tuarum gratiarum conuersetur tecum. de vxore peruptiarum legem cohabitante hoc dicens. Quid derelinquis adiutricem, & ad insidiatricem curris? Quid vitæ communicatricem auersaris, & vitam tuam subuertētem sectaris? hæc membrum tuum, & corpus est,
H illa gladius acutus. Propterea dilecti, fugite fornicationem & propter præsentia mala, & propter pœnam futurā. Fortè materia excidisse videmur. Sed hoc non est excidere. Non enim historias vobis simpliciter legere volumus, sed nequitiarū vos infestantium quenque corrigere: propterea & cōtinuas vobis incutimus confusiones, vndique vobis sermonem construentes, postquàm & vniuersas ægritudines in tanto populo esse verisimile est. Nec vnum solum curare membrum nobis propositum est, sed multa & varia: idcirco varium etiam esse doctrinæ medicamentum oportet. Rogemus igitur vnde exiuimus, vt hæc diceremus. Et dixit sacerdos, Accedamus ad deum. Et deum Saul interrogauit: An descendam post alienigenas, & trades ipsos in manus meas? Et non respondit ei in die illa dominus. Respice benignitatem & mansuetudinem clementissimi dei. Non enim fulmen immisit, neque terram concussit: sed quod in amicos amici faciunt, quando contumeliis affecti fuerint, hoc & in seruum dominus fecit. Tacuit, tantùm per silentium loquens, & omnem ipsi demonstrans indignationē. Cognouit hoc
I Saul, & dixit. Adducite omnes tribus populi, & cognoscite, & videte in quo factum est hodie peccatum hoc, quoniam viuit dominus, qui saluum fecit Israël, quòd si responderit contra Ionatham filium meum, morte morietur. Vidisti temeritatem? Intuitus temeratū prius iuramentum, neque sic castigatur, sed & secūdum adiicit rursum. Et considera diaboli malignitatem. Quoniam enim cognoscebat, quòd sæpius puer conspectus, & in medium productus, ex ipso aspectu statim patrē mitigare, & regis iram mollire poterat, secundorum rursus iuramentorum necessitate ipsius sententiam præoccupauit, duplici quodam vinculo cohibens ipsum, nec permittens propriæ fieri sentētiæ dominum, sed vndique in illam cædem iniquam impellens. Et nondum apparente quis peccasset, iudicium fecit, & reum nesciens, lata damnauit sentētia. Et pater factus est filij carnifex, & ante examinationem damnationis prot'lit sentētiam. Quid hoc irrationabilius fieri posset? Hæc igitur illo dicente magis timuit populus, & omnes erant in cremore & timore multo: diabolus autem lætabatur, omnes anxios constituens. Non enim erat qui responderet, inquit, ex toto populo. & dixit K
Saul: Vos eritis in seruitutem, & ego & filius meus Ionathas in seruitutem. Quòd autem dicit, tale est: Nil aliud, inquit, studetis, quàm hostib⁹ vos tradere, & pro liberis seruos facere, deū contra vos instigantes, reum non tradendo. Respice autem & aliam ex iuramento conflatam cōtrarietatem. Cùm enim opus esset, si authorem inuenire volebat, nihil tale minari, nec iuramento vltionem obligare: vt audaciores facti, reum promptius in medium ageret, ille rursum ex ira & furore multo, & priori stultitia contrarium, quàm vult iterum facit. Quid opus est multa dicere? Sorti negotium concessit, & sorte deprehenditur Saul, & Ionathas. Et dixit Saul, Iacite sortem inter me & Ionathan. & iaciunt sortem, & capitur Ionathas. & dixit Saul ad Ionathan: Annuncia mihi, quid feci'i? Et annunciauit ipsi Ionathas, dicens: Gustans gustaui summitate sceptri quod habebam in manu mea parum mellis, & en ego morior. Quem non flexissent, quem non in misericordiam egissent hæc verba? Considera quantū procellæ deinde Saul sustinuit, cùm ipsius viscera diuiderentur, & vtrinque profundissimum appareret præcipitium: sed tamen nec ita correctus est. Sed quid ait? L
Hæc faciat mihi deus, & hæc adiiciat, quoniam morte morieris hodie. Ecce tertium rursus iuramentum, nec simpliciter tertium, sed etiam cum multa tēporis angustia. Non enim simpliciter dixit, quòd morieris: sed, hodie. Festinabat enim diabolus ipsum in hāc impiam agere cædē, & impellere. Propterea nec sententiæ studium adhibere permittit, ne qua ex mora mali fiat correctio. Et dixit populus ad Saul: Hęc faciat nobis deus, 1. Reg. 14. 5
& hæc adiiciat, si morte morietur, qui fecit salutē magnam Israël: viuit dominus, si cadet capillus de capite eius in terram, quia misericordiam dei fecit in die hac, Ecce & populus secundùm iurauit, & regi contrarium iurauit. Nunc mihi reminiscimini funiculum à puerulis tractum, & disruptū, & trahētes supinos proiicientem. Iurauit Saul, non semel neq; bis, sed & sæpius: contraria iurauit populus, & iam cōtendebat. Necesse iam penitus iuramentum scindi: nam hos omnes verè iurasse est impossibile. Nec mihi rei euentum dicas, sed cogita, quot mala nascebantur: & quomodo, quæ fuit postea, in Ionathan calamitatem & tyrannidem hinc diabolus struebat. Si enim voluisset rex resistere, & ad M
iuramentum procedere, totus restitisset populus, & tyrannis crudelissima facta fuisset: & rursum a voluisset filius propriæ consulens saluti seipsum exercitui dedere, parricida statim fuisset. Vides & tyrannidem, & filij cædem, & bellum gentile, & pugnam, & iugulationes, & cruores, & infinita cadauera ex vno parata iuramento? Si nanque bellum fieri accidisset, & Saul iugulatus fuisset, & forsitan etiam Ionathas, & multi militum fuissent trucidati: & neque sic tamen iuramenti veritas processisset. Itaque ne cōsideres hoc, quòd non est factum: sed illud cōsidera, quòd rei natura hæc fieri cogebat. Populus autem vicit. Eia igitur numeremus commissa periuria. Temeratum est primum Saulis iuramentum à filio: secundum rursus, & tertium ipsius Saulis de filij cæde. Et visus est populus verè iurasse. Sed si quis diligenter rem examinet, & hi rursus omnes periurij criminibus obnoxij facti sunt. Ipsius enim Ionathæ patrem peie are coēgerunt, patri filium non dedentes. Vides quot homines tum volentes, tum inuitos periurio obnoxios vnum fecit iuramentum? quot mala molitū est, quot cædes patrauit? Ego nempe sermonem incipiens promisi demonstrare in contrariis iurationibus

A riis iurationibus omnino periurium nasci: historia verò progressa, multò plus quàm struebam, demonstrauit. Non enim duo & tria, sed multò plura iuramenta manifestauit temerata. Licebat & aliam narrare historiam, & ex illa demonstrare grauiorem hac, & maiorem calamitatem vnum fecisse iuramentum. Etenim ciuitatum & mulierum, & puerulorum captiuitate, & incendio, & barbarorum inuasione, & sanctorum pollutione, & innumeris aliis grauioribus malis Iudæos affecit vnum omnes iusiurandum. Sed in longum sermonem protendi video, propterea historię huius narrationem hic soluens, cum Ioannis capite & Ionathæ cædem, & pernicię generalem totius populi, licèt non commissam, de iuramentorum tamē necessitate prouenientem inter vos commemorare exhortor, & domi, & in foro, & apud coniuges, & apud amicos, & apud vicinos, & apud omnes homines generaliter huius rei curā gerere: nec putare idoneam esse nobis defensionem, si consuetudinem prætendamus. Quòd enim non simulatio hæc, & occasio, & consuetudo, sed
B torporis est culpa, ab his quæ iam euenere, vobis persuadere conabor. Ciuitatis balnea rex obstruxit, & lauari iussit neminem, & legem transgredi est ausus nemo, aut factum incusare, aut cōsuetudinem prætendere: verū & qui sæpe sunt in ægritudine, & viri & mulieres, & pueri & senes, & multæ partus doloribus recenter absolutæ mulieres, & omnes necessariò tale remedium petentes, voluntarij & inuiti mandatum hoc sufferunt, & neque morbum corporis, neque consuetudinis tyrannidem, neque aliis peccantibus se quoq; puniri, nec aliud talium quicquam prætēdunt: sed huiusmodi contenti sunt vltione, quia maiora expectabant mala, & quotidie precantur hactenus regium furorem sistere. Vides, quòd vbi est timor, facilè soluitur consuetudo, etiamsi valde diuturna sit & necessaria? Atqui non lauari graue. Etsi enim sæpius philosopha-
mur, corporis natura arguitur, nihil ab animi philosophia in propriam valetudinem adiuuari. Non iurare verò valde facile, & nullum affert nocumentum, non corporibus, non animis, sed etiam multū emolumenti, magnam vtilitatem, multam opulentiam. Quomodo igit' non absurdum rege iubente, vel difficillima sustinere: deo verò statuente id quod neque graue sit, neque difficile, verùm perquàm facile & commodum, contemnere & deridere, & consuetudinem prætendere? Non exhortor, ne intantum salutem nostram contemnamus, sed timeamus deum, sicut hominem timemus. Noui quòd horruistis talibus auditis. Sed horrore dignum est, neque tantum deo quantum hominibus honorem attribuere: sed imperatoria decreta diligenter obseruantes, diuina, & de cœlis delapsa conculcare, & otiosum esse putare circa hoc studium. Quę
C nam excusatio nobis erit reliqua? quę verò venia, quādo post tantam admonitionem in iisdem permanemus? Etenim crescente miseria hac, quæ ciuitatem detinet, hanc incepi admonitionem. Et illa quidem iam debet resolui. Nos verò nondum vnum expleuimus mandatum: quomodo igitur malorum nos detinentium petemus absolutionem, cùm nec vnū obiim mandatum potuerimus? Quomodo verò bonam expectabimus mutationem? Quomodo autem orabimus? Qua lege deum inuocabimus? Si enim legem expediuerimus, multam capiemus voluptatem rege ciuitati reconciliato: si verò in peccato manserimus, confusio & opprobrium vndique nobis erit, quoniam cùm deus pe-

riculum soluerit, nos in eodē mansimus torpore. Vti- D
nam mihi liceret frequenter iurantium animas exuere, & ipsorum oculis subiicere vulnera & cicatrices, quas quotidie capiunt à iuramentis. Nec admonitionis, aut consilij indigeremus: quoniam vulnerum aspectus omni sermone potentius, huic improbæ cōsuetudini etiam plurimum adhærentes à malitia abducere posset. Veruntamen, quoniam ipsorum oculis animæ dedecus subiicere, & ipsam tabefactam & corruptam
ostendere non licet: Sicut enim, inquit, seruus qui con- Eccli. 33. b
tinuè flagellatur, de cicatrice non mundabitur: sic iurans, & deum semper nominans, à peccato non innocens fiet: Impossibile enim, impossibile os iurare meditatum non continuè peierare. Propterea supplico omnibus, vt pernicioſam hanc & improbam consuetudinem deponentes ex anima, aliam coronam reportetis. Et sicut vbiq; de ciuitate nostra cantant, quòd prima omnium in orbe terrarum Christianorum nomen Actor. 11. d
induit: sic facite vt omnes dicant, quòd sola omnium in mundo Antiochia propriis iuramenta finibus expulit. Immo verò si hoc fiat, non tantùm ipsa coronabitur, verumetiam alias in eundem zelum rediget. Et si- E
cut Christianorū nomen, velut ex quodam fonte hinc incipiens omnem mundum inundauit: sic profectò & meritum hoc radicem & occasionem hinc capiens, omnes terram habitantes discipulos vestros efficiet, vt duplex vobis & triplex fiat merces, & de propriis meritis, & de aliorum disciplina. Hoc diademate quolibet vobis erit splendidius. Hoc Metropolin vobis ciuitatem faciet, non in terra tantùm, verùm & in cœlis: hoc & nobis die illa assistet, & iustitiæ coronam nobis afferet: quam vt omnes assequamur, detur gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cū quo patri gloria, simul sancto spiritui, in secula seculorum, Amen.

ITIDEM IN CALAMITATEM CIuitatis Antiochiæ. & quòd utilis ubique timor. Et quòd luctus risu utilior. Et in illud dictum, Agnosce quòd in medio laqueorum pertransis. Et quòd peius iurare quàm occidere.

Homilia. XV.

OPortebat hodie, & superiore sabbato de ieiunio mouere sermonem: & intēpestiuum esse F
dictum hoc cogitet nemo, quòd in diebus ieiunij consilio nihil opus sit & admonitione, ipsa dierū præsentia etiam negligentissimos ad ieiunij certamen excitante: quoniam hominum multi ieiunium aggressuri, tanquam cuidam longæ obsessioni tradendus sit venter, crapulam & ebrietatem præueniētes reponunt: rursumq; egressi, tanquam ex longa quadam esurie, & graui ieiunij carcere absoluti, cum multa impr obitate ad mensas currunt, continuè studentes sibi ortam ex ieiunio vtilitatem, crapulæ excessu rursum dissoluere. Necessarium igitur erat etiam tunc, & nunc de continentia mouere sermones. Verūtamen neq; prius quicquam huiusmodi diximus, neq; nunc dicemus: instantis enim calamitatis timor pro omni admonitione, & consilio cunctorum animas moderari sufficit. Quis enim tam miser & ærumnosus, vt in tanta tempestate inebrietur? Quis tam insensatus, vt ciuitate sic fluctuāte, & naufragio tali imminente non sobrius sit, & vigilet, & hac anxietate diligētius, quàm omni consilio & admonitione corrigatur? Non enim tantū efficere poterit sermo, quantū timor operatur. Et hoc ipsum ex his quę nunc acciderūt, demonstrare facile est. Quot nanq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

G sermones impedimus,torpidorum multos admonentes,& consulentes,vt theatra, & illinc proueniētes lasciuias dimitterēt:& non abstinebant,sed semper vsq; ad hanc diem ad illicita saltantium spectacula cōcurrebant, & diabolicam concionem aduersus dei ecclesiæ plenitudinem constituebant, & huius loci psalmodiis clamores inde cum multa delati vehementia obstrepebant.Sed ecce nunc tacentibus nobis,& nihil de hoc dicētibus,spontè orchestram obstruxerunt,& circus inaccessibilis factus est. Et antehac nostrorum quidem multi ad illos currebant: nunc autē illinc omnes ad ecclesiam confugerunt, & nostrum laudant deum. Vides quātum ex timore lucri factum est:Nisi bonum esset timor,filiis patres pædagogos non præponerent, non legislatores ciuitatibus vllos magistratus . Quid gehenna grauius?Sed huius metu nil vtilius.Gehennæ nanque timor regni nobis affert coronam. Vbi timor est,liuor non est:vbi timor est,pecuniarum amor nunc vexat: vbi timor est,extinctus furor est,cupiditas improba correpta , omnis irrationabilis passio exterminata . Et sicut in domo stante milite semper armato,
H non latro,non fur,non alius quis talia mala patrantiū apparere propius audebit : sic & metu animas nostras detinente, liberaliū nulla perturbationū facilè nobis subrepit, sed omnes fugiunt, & pelluntur, timoris imperio vndique exactæ . Nec hoc solum est,quod ex timore lucramur , verùm & aliud hoc multò maius. Non enim improbas tātùm nostras expellit passiones, cæterùm & omnem cum multa facilitate virtutem inducit. Vbi timor est,ibi & eleemosynę studium,& orationis intentio,& lachrymæ feruentes & continuæ,& gemitus multam habentes compunctionem . Nihil enim tantùm peccata quidem consumit,virtutem verò crescere facit & germinare, quantùm continui timoris natura.Propterea qui non viuit in timore,rectè illum agere non est facile:sicut vicissim cum timore viuentē,est impossibile peccare. Ne igitur doleamus dilecti,neque concidamus ex præsenti tribulatione : sed inexcogitabilem dei sapientiā admiremur.Vnde nanque ciuitatem nostram diabolus euertere sperauit, inde restituit ipsam,& correxit . Diabolus nēpe quibusdam impiis hominibus inspirauit,vt regis statuas con
I tumeliis afficerent,quò & ipsum vrbis solum destrueretur. Deus autē hoc ipso facto ad maiorem nostram correctionem vsus est,expectatæ cōminationis timore omnem extrudens torporem.Et factum est contrarium quàm dæmon volebat , ex his quæ ipse struebat. Ciuitas enim quotidie nobis expurgatur,& angiporti, & biuia, & plateæ meretriciis & fractis absolutæ sunt cantibus: & quocunque respexerit aliquis,supplicationes, & benedictiones, & lachrymæ pro risu soluto, & verba philosophiam habentia pro verbis turpibus. Et ecclesia facta nobis est ciuitas tota,officinis clausis, & omnibus in his vniuersalibus supplicationibus diem totum agentibus,& deum vnà,& communi voce rum multa inuocantibus alacritate . Quis hoc sec no vnquam expedire potuisset:quæ admonitio: quod consilium:quanta temporis longitudo?Propterea deo gratias agamus, non molestè feramus , nec indignemur: quòd enim bonum sit timor,& memorata demonstrationū. Audi verò & Salomonem omnibus innutritum deliciis,& multa potitum libertate.Quid igitur inquit
Eccles.7.a ille:Melius est ire in domum luctus,quàm ad domum cōuiuij.Quid est,quęso,quod ait?Vbi luctus,& lachrymæ,& gemitus,& dolor,& tristitia tanta,melius ac-
K dere,quàm vbi choreæ,& cymbala,& risus,& deliciæ, & crapula, & ebrietas? Verum,inquis . Qua de causa, quæso,& quapropter?quoniam illinc quidem dementia,hinc verò modestia nascitur. Et si quis ad opulentioris abeat conuiuium,non amplius cum eadem lętitia domum reuertetur : sed tristis quidem ad vxorem redibit,tristis autē & de sua mensa participabit, & molestus seruisque,& filiis,& omnibus erit domesticis,ex aliorum copia suam diligentius paupertatem conspicatus.Nec hoc solùm est graue,sed id etiam quòd sępe vocanti se ad conuiuium inuidet,& nihil penitus boni sumens,domum reuertetur.Circa lugētes verò nil tale dici potest,sed multa quidem disciplina,multa verò modestia.Simul enim quispiam domus mortuum habentis vestibulū ascenderit,mortuum intuitus mutum iacentem, & vxorem crines vellentem,radentem genas,& brachia secantem,corripitur,tristatur,& considentium quisq; ad proximum nil aliud loquitur,quàm quòd nil sumus,& malitia nostra ineffabilis. Quid his verbis sapientius esse possit,cùm & naturæ vilitatē agnoscamus,& nostram accusemus improbitatē,& ni
L hil esse præsentia cogitemus:aliis quidem verbis,sententia tamen eadem Salomonis illa loquentis mirabilia,& multæ plena philosophiæ:Quoniam vanitas vanitatum,& omnia vanitas.Lugētium domum ingressus,statim lachrymis defunctū prosequitur, etiamsi sit inimicus.Vidisti quantò melior hæc,quàm illa domus? Ille enim,etiamsi amicus sit,inuidet:hic autem,etiamsi inimicus sit,lachrymas dat:id quod omnium maximè deus exquirit,vt non insultemus his, qui nos cōtristauere.Non hæc autem sola datur hinc bona capere,verùm & alia his non minora . Etenim peccatorū quisq; suorum reminiscitur,& tremendi tribunalis,& pœnarum,& iudicij licēt sit infinita ab aliis passus mala, & domi tristitias habeat,omnium ipsorum capiens medicinam , ita reuertitur . Cogitans enim quòd & ipse paulò pòst hoc patietur,& omnis superbia prætumida, & quòd transitoria cuncta præsentia sunt , siue suauia sint, siue tristia, tristitiam & inuidiam omnem deponens, & leuem reddens animam , & releuatus sic domum reuertetur:& hinc māsuetior erit in omnes iam, & humanior, benignior,& sapiētior,futurorum tā o
M re ipsius animam sul ngresso , & omnes spinas absumente . Et hæc omnia cognoscens ille, dicebat, quòd melius est ire ad domum luctus,quàm ad domum conuiuij . Illinc torpor,hinc anxietas nascitur:illinc contemptus , hinc timor ad omnem nos virtutem deducens . Nisi bonum esset timor,non multos impendisset Christus sermones , & longos de illa pœna & supplicio loquens . Timor nil aliud est , quàm murus , & munimentum,& turris inexpugnabilis : etenim multa nobis munitione opus est,quia multæ sunt vndique insidiæ , sicut ipse Salomon rursum sic admonens dicebat : Agnosce quòd in medio laqueorum transis , & Eccli.9.d
super propugnaculis vrbium ambulas. Papæ,quot bonorum plenum est hoc verbum , nec minus quàm superbus . Ipsum igitur in mente quisque nostra scribamus , & semper in memoria circunfe mus , & non peccabimus facilè . Inscribamus , prius ipsum cum omni diligentia discentes.Non enim dixit,Aspice quòd in medio laqueorum pertransis,sed,agnosce . Et quare dixit,agnosce:Oburatoratus est,inquit,laqueus quan doquidem non aperiè mors apparet , neque manifesta clades,sed vndique obtecta adiacet. Propterea dixit,agnosce. Multa tibi opus est agnitione,& diligenti scrutatione:

A scrutatione : sicut enim pueri terra laqueos,sic diabolus vitæ voluptatibus peccata circuntexit . Sed agnosce perscrutans diligenter . Etsi lucrum occurrerit, ne lucrum aspicias solùm,sed scrutare diligenter,ne fortè mors & peccatum intra lucrum sit absconditum:& si videris,refuge . Rursus cùm delectatio & voluptas occurrerit,ne voluptatem solam respicias, sed ne fortè iniquitas aliqua in voluptatis profundo obumbrata sit, diligenter considera : & si inueneris,resili . Siye consulat quispiam, siue adulet ur, siue obsequatur, siue honores polliceatur , siue quodcunque aliud , omnia cum diligentia examinemus : & vndique considerem us,ne fortè damnum aliquod,ne fortè periculum aliquod ex consilio,vel honore,vel obsequio nobis eueniat,& ne celeriter & inconsideratè accurramus.Si enim vnus tantùm & duo laquei forent, facilis esset cu stodia: nunc autem ipsorum multitudinem ostendere volens Salomō,quomodo dicit,audias:Agnosce quòd in medio laqueorum pertransis . Non dixit, iuxta laqueos pertransis, sed in medio laqueorum . Vtrinque nobis voragines,vtrinque doli . Processit quispiam in
B forum, vidit inimicum, exarsit ex aspectu solo . Vidit amicum laudem consequentem,inuidit: vidit pauperem,cōtempsit,& despexit:diuitem,& inuidit.Quempiam vidit infestantem,& indignatus est:vidit speciosam mulierem,captus est. vidisti quot laqueis?Ideo dicit,Agnosce,quòd in medio laqueorum transis . Et in domo laquei,& in concionibus laquei. Sæpius inconsideratè quis inter amicos considens , locutus est aliquod verborum,quæ proferri non debent,& tale pertulit periculum,vt totam domum subuerteret. Vndique igitur res cum diligentia perscrutemur . Et vxor sæpe non aduertentibus laqueus est facta,sæpe filij,sæpe amici,vicini sæpius. Et qua de re tot,inquit,laqueis? ne deorsum volemus,sed superiora quęramus.Etenim volatilia donec altum aërem secant,nō facilè capiuntur : ita tu donec ad superiora respexeris , nec laqueo, nec vllis aliis facilè capieris insidiis . Venator est diabolus . Fias igitur ipsius thalamis sublimis . In altum ascendens,non amplius vllam rerum admirabitur humanarum.Sed sicut postquàm in montem verticem ascenderimus,parua nobis & vrbs & mœnia esse videntur , & formicarum more nobis viri super terram ire
C videntur:sic postquàm supra celsam philosophiæ cogitationem ascenderis,nihil te terrenorū percellere poterit,sed parua videbuntur omnia,& diuitiæ,& gloria, & potentia,& honor, & si quid aliud huiusmodi,ùm cœlestia respicias : sicut scilicet & Paulo parua omnia Galat.6.d videbantur,& mortuis inutiliora,quæ in præsenti vita sunt splendida . Propterea & clamabat, dicens : Mihi mundus crucifixus est. Propterea & nos admonet dicens:Quę surſum sunt,sapite.Quę surſum sunt,qualia Coloss.3.a dicis,dic mihi?Vbi Sol,vbi luna?Non,inquit. Sed vbi? Vbi angeli,vbi archangeli?Vbi Cherubin,& Seraphin? Non,inquit.Sed vbi?Vbi Christus est in dextra dei sedens. Pareamus igitur,& illud cōtinuè ratiocinemur, quòd sicut auiculę laqueo captæ vtilitas nulla,sed ruina & incassum alas concutit:ita tibi nulla ratiocinationū vtilitas, si ab improba penitus cupiditate captus fis, sed quantuncunque resilieris,captus es . Propterea alæ sunt auiculis,vt effugiant laqueos:propterea ratiocinationes hominibus,vt peccata fugiant. Quam igitur veniam habebit is,qui quam verò defensionem,cum brutis simus demētiores? Auicula nanque semel capta laqueo,mox elapsa, & ceruus in rete decidens & effu-

giens,iisdem iterum difficilè capientur:nam cuique fit D
experientia cautelæ magistra.Nos sæpius iisdem capti in eadem cadimus.Neque brutorum prouidentiam & solicitudinem nos ratione decorati imitamur. Sæpius quippe mulierē conspicati,innumera passi sumus grauia,domum concepta reuersi cupiditate,& multis dolore diebus confecti:veruntamen non corrigimur,sed vix priore curato vulnere,rursus in eadem labimur,& ab iisdem expugnamur, & propter breuem visus voluptatem diuturnum quendam, & continuum dolorem sustinemus.Sed si cōtinuè nobis hanc repetere dictionem didicerimus,omnibus malis abstinemus.Laqueus maximus mulieris forma , immo verò non mulieris forma,sed lasciuus aspectus.Non enim res calumniemur,sed nos,& nostrum torporem . Neque dicamus, Ne sint mulieres:sed,ne sint adulteria. Neq; dicamus, ne sit pulchritudo:sed,ne sit fornicatio . Neque dicamus,ne sit venter:sed,non sit crapula: non enim venter crapulam facit,sed negligentia nostra . Non dicamus quia comeditur & bibitur,omnia mala:non enim propter hoc,sed propter torporē & improbitatem.nostram . Non comedit quippe,nec bibit diabolus,& ce- E
cidit : comedit & bibit Paulus , & in cœlum ascendit. Quot dicētes audio,Non sit paupertas.Obmutescamus igitur talia ægrè ferentes.Blasphemia enim est talia dicere. Dicamus igitur ipsis,Nō sit pusillanimitas: paupertas enim innumera vitæ bona intulit nostræ,& sine paupertate inutiles diuitiæ.Ne calumniemur itaq; nec has,nec illam: paupertas enim & diuitiæ sunt arma ad virtutem vtraque ferentia,si velimus.Sicut igitur generosus miles, quodcunque ferrum capiat,propriam virtutem ostendit:sic imbellis & ignauus ab omnibus impeditur . Et vt discas quòd hoc verum est, illius mihi Iob recordare,qui simul & diues & pauper factus est,& vtraque arma tractauit,& in vtrisque vicit. Et quando diues quidē erat,dicebat:Ianua mea o- Iob.31.b
mni venienti fuit aperta : quando verò pauper factus est,dicebat : Dominus dedit, dominus abstulit . Dum Ibidem.1.d
fuit diues,multā hospitalitatē : cùm factus est pauper, multam patientiā exhibuit.Et tu igitur si diues es,multam demonstra eleemosynā:si pauper factus es,patiētiæ multum & tolerantiæ.Nec enim diuitiæ malū,nec paupertas simpliciter,sed iuxta voluntatem vtentium F
hæc vtraq; fiunt.Nos igitur ipsos instituamus,nō talia de rebus habere iudicia,neq; dei opera, sed improbam hominum volūtatem accusare. Pusillanimē neq; diuitiæ possunt adiuuare , nec magn animo pauperies vnquam nocet . Agnoscamus igitur laqueos , & ab ipsis procul eamus. Agnoscamus præcipitia,nec appropinquemus.Hoc maximè securitatis vobis erit occasio,nō tantùm peccata fugere,verùm & quę videntur media quidē esse,ad peccata verò nos supplantāt: quale quod dico . Ridere & iocosa dicere verba,non manifestum quidem peccatum esse videtur,sed in manifestum crimen inducit:nēpe sępius ex risu turpia nascuntur verba,à turpibus verbis actiones turpiores.Sæpius ex verbis & risu cōuicia,& contumeliæ:de cōuicio & contumelia plagę,& vulnera : de vulneribus & plagis iugulationes,& homicidia . Si tibi igitur bene consulturus es,non turpia tantùm verba,neq; turpia tantùm facta, neq; plagas & vulnera, & homicidia, verùm & ipsum intempestiuum risum,& verba fugies scurrilia,quoniā Ephes.5.a
subsequētium radix talia esse solent. Propterea Paulus inquit:Stultiloquiū & scurrilitas ne prodeat ex ore vestro.Et si nanq; per se paruum ipsum esse videtur, ma-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gnorum tamen malorum nobis efficitur causa. Rursum deliciis vacare non videtur quidem esse crimen manifestum,& expressum:sed multa nobis parit mala: ebrietatem,furorem,auaritiam,rapinas. Sumptuosus enim & lautus, & ministeria ventri impendens intolerabilia,furari sæpe cogitur,& aliena rapere,& opprimere,& violare. Si delicias itaque fugias,& auaritię,& rapinæ,& ebrietatis,& innumerabilium malorum sustulisti materiam,iniquitatis radicem à longè resecãs.
1.Timo.5.a Propterea Paulus dicebat:Quòd quę in deliciis est vidua,viuens mortua est. In theatra rursum ascędere,& equorum certamina spectare,& aleas tractare non videtur multis peccatum esse manifestum, sed infinita vitæ mala solet inferre. Etenim in theatris immoratio fornicationem,petulantiam,& omnẽ incontinentiam peperit, & cululis spectatio certaminis pugnas, conuicia,flagella,cõtumelias, iuges inimicitias adduxit: & circa aleas studium,blasphemias,iacturas,iras, conuicia, infinitáque alia his grauiora sæpe produxit. Ne tantùm itaq; peccata fugiamus,verùm & apparentia quidem esse media, paulatim verò in hæc peccata
H nos pertrahentia. Nanque iuxta præcipitium vadens, quanuis nõ decidat,tremit,& sępenumero ab ipso subuersus tremore decidit: ita & non procul peccata fugiens,sed secus ipsa vadens,cum timore viuit,& in ipsa labitur sæpius. Etenim alienas curiosè spectans formas,quanuis non mœchetur,tamen concupiuit,& iu-
Matth.5.d xta Christi sententiam factus est adulter,sępius autem ab ipsa concupiscentia & in peccatis re ipsa defertur. Nos igitur ipsos procul à peccatis retrahamus. Vis modestus esse? ne tantùm fugias adulterium,sed etiam petulantẽ aspectum. Vis verbis turpibus abesse? nec verba tantùm turpia fugias, verùm & risum solutum, & omnem concupiscentiam. Vis cædibus esse procul? fuge conuicia quoq;. Vis ebrietate separari? fuge delicias, & lautas mensas,& radicitus vinum extirpa. Magnus
Prouer.6.a laqueus est linguæ petulantia, & multæ refrenationis indigens. Propterea & quidam inquit:Laqueus fortis viro propria labia,& capitur verbis oris proprij. Supra cætera igitur cuncta membra hanc moderemur,hanc refrenemus, & conuicia, contumeliásque ac turpiloquia,& accusationes ex ore pellamus, & malam iura-
I mentorum cõsuetudinem. Rursum enim nos ad eandem admonitionem sermo deduxit. Et quidẽ vespere cum vestra charitate constitui, quòd non amplius de hoc mandato dicam, quoniam omnibus superioribus sufficienter diebus dissertum est. Sed quid patior? donec vos correctos videam,non patior absistere propo-
Gala.6.d sito. Quoniam & Paulus Galatis dicens,Deinceps labores mihi nemo præbeat: rursum ipsis apparet congressus & locutus. Huiusmodi viscera sunt pœna,& si recessuros se patres esse dicunt, non absistunt donec correctos viderint filios suos. Audistis prophetam de
Zacha.5.a iuramẽtis hodie nobis loquentẽ? Respexi oculis meis, & vidi,inquit,& ecce falx volans longitudine cubitorum viginti,& latitudine cubitorum decem. Et dixit ad me:Quid tu vides? & dixi,Video falcem volantem longitudine cubitorũ viginti,& latitudine cubitorum decem. Et ingredietur domum,inquit,iurantis nomine meo,& dissoluet in medio,& suffodiet lapides & ligna. Quid tandem est dictum? & qua de causa in loco falcis iurãtes sequens pœna videtur? Vt vltionem ineuitabilem esse, & supplicium effugi non posse videas. Ensem enim volantem forsitan aliquis effugere poterit:falcem autem in collum delapsam,& pro fun-
K lo factam,nemo fugere potest. Cùm autem & alæ adsint,quę salutis vlterius spes? qua verò causa lapides & ligna iurantis dissoluit? Vt ruina aliis correctio fiat. Postquàm enim iurantem mortuum terræ condi necesse est,domus dissoluta, & ruina facta prætereuntibus omnibus,& cernentibus admonitio erit per aspectum, vt non eadem audeant, ne eadem patiantur, & accusatrix erit mortui criminis continua. Non ita punitus est Sodomitarum ciuitas,sicut iuramenti natura. Non sic occidit gladius,sicut iuramenti plaga. Iuratus etsi viuere videtur, iam mortuus est,& vulnus excępit: & sicut restem capiens,& priusquàm ciuitatem egrediatur,& ad precipitium veniat,& tortorem videat imminentem,mortuus est,simul ac fori ianuas egressus est:sic & iuratus. Hæc reputemus & ne fratres iurare faciamus. Quid facis homo? Super mensam adiurans sacram, & vbi Christus positus est immolatus,illic fratrem tuum immolas? Et latrones quidem in viis mactant:tu verò coram matre filium immolas,sceleratius quàm Caïn pa-
trans homicidium? Ille nempe fratrem suum in defer- Gene.4.b
to,& præsenti morte mactauit: tu verò fratrem tuum
L immolas in medio ecclesiæ, & morte futura immortali. Num enim propterea facta est ecclesia,vt adiuremus? Propterea facta est, vt oremus. Num enim ideo mensa posita est vt adiuremus? ideo posita est, vt peccata soluamus,non vt lugeamus. Tu verò si nil aliud, saltem librum ipsum reuerere, quem in iuramentum porrigis:& euangelium,quod intra manus capiens iurare iubes,explica,& audiens quid tibi Christus de iu-
ramentis disserat,horresce & desiste. Quid igitur ille Matth.5.c
de iuramentis inquit? Ego autem dico vobis, omnino non iurare. Tu verò legem iurare prohibentem contemnendo,iuramentum facis? O contumeliam,ô insaniam. Idem enim facis,tanquam si quis legislatorem prohibentem interficere, & in cæde sibi commilitonem esse iubeat. Nõ ita gemo & deploro,quospiam in viis iugulatos audiens, sicut gemo & lachrymis prosequor,& horresco, cùm video quempiam prope mensam hanc venientem,& manus imponentem,& euangeliis iurantem attactis. De pecuniis,quæso,dubitas, & animam occidis? Quid tantùm lucraris, quam animam tuam, & proximum lædis? Si enim credis M
quòd verax sit homo,ne iuramenti necessitatem adducas:si verò nosti quòd mentitur,ne peierare cogas. Sed vt mihi satisfieret, instandum erat,inquit. Tunc sufficientem capias satisfactionem,cùm iurare quidem nõ feceris. Nunc nempe domum regressus,à conscientia continuè roderis,hæc reputans: Nunquid non frustra adiurauí? nunquid non peierauit? Nunquid non ego fui causa peccati? Si verò non adiuraueris,domum regressus multam capies consolationem,agens deo gratias,& dicẽs:Benedictus deus,quoniam meipsum contini: neque adiurauí frustra,nec temerè: pereat aurũ, pereant pecuniæ, vt hoc nobis maximè cõsolationem afferat legem non præterisse, nec alterum coëgisse, vt hoc faceret. Cogita propter quæ non adiurasti,& hoc tibi sufficiet in refrigerium & consolationem. Sæpius nanque pugna conflata cõtumeliam patientes generosè ferimus,& contumelianti dicimus, Quid tibi faciã? in me conuiciatus es. Ille malus est dominus tuus,ille meas cohibet manus. Et hoc nobis in cõsolationem sufficit. Ita quoq; cùm quempiam adiuraturus es,teipsum contine,& prohibe,& dic iuraturo: Quid tibi faciã? Deus iussit nõ adiurare,ille nõ cõtinet nunc. Sufficit hoc & ad honorẽ legislatoris, & ad securitatẽ tuam,& adiu-
rantis.

A raturi timorẽ. Quum enim ille viderit, quòd sic alios adiurare veremur,multò magis ipse facilè iurare formidabit. Si hoc verbum dixeris, cum multa domum lætitiæ plenitudine redibis. Audi ergo deum in mandatis,vt & ipse exaudiat te in orationibus. Hoc verbũ in cœlo scribetur, in iudicij die tibi assistet, & multa dissoluet peccata. Nec hoc tantùm in iuramento, verùm & in omnibus negotiis cogitemus: & cùm debemus aliquid facere boni propter deum,quòd mox aliquid inferat damni, non solùm ex negotio damnum expectemus, sed etiam lucrum, quod capiemus propter deum faciendo. Puta, te quispiam affecit contumelia? feres generosè. Ne contumeliam cogitaueris tãtùm,sed etiam ferre iubentis dignitatem, & mansuetè feres. Eleemosynam dedisti? ne impensam cogites tantùm, verùm & prouentum ex impensa. Mulctatus es pecuniis? gratias age,nec tantùm iacturę dolorem spectes,verùm & lucrum ex gratiarum actione. Si sic nos componamus, nullum accidentium nos grauium tristificabit: sed ex his quæ videntur esse tristia, lucrabi-
B mur,& damnum diuitiis, & tristitia voluptate & delectatione, & contumelia honore iucundior erit, & desiderabilior,& omnia contraria in lucrum nobis prouenient,& hic multa fruemur tranquillitate,& illic regnum cœlorum assequemur: quo omnes dignos fieri detur, gratia & clementia domini nostri Iesu Christi, per quem,& cum quo gloria patri,simul & sancto spiritui imperium & honor,nunc & semper, & in secula seculorum,Amen.

VVLGATA AD PRINCIPEM POPVLATIONE, & omnibus de fuga consultantibus, cùm intrasset princeps ecclesiam,& consolatus fuisset, habita est præsens homilia. Et de uitando iuramento. Et in illud apostoli dictum: Paulus uinctus Iesu Christi.

Homilia. XVI.

PRincipem quidem prouidentię laudaui, quoniam tumultuantem conspicatus ciuitatem, & omnes de fuga deliberãtes, ingressus vos; cõsolatus est, & in bonam spem egit: pro vobis autem erubui, confusus; sum, quòd exteriora post multos prolixos; sermones illos consolationis indiguistis.
C Optaui terram mihi dehiscere,& immergi, quando ipsum vobis loquentem audiebam, & intempestiuã hãc & irrationabilem timiditatem consolantem. Non enim vos ab illo doceri oportebat, sed infidelibus vos præceptores omnibus fieri,nec ab infidelibus iudicari Paulus permisit. Tu verò post tantam patrum admonitionẽ exteriores indiguisti præceptoribus,& trãsfuge,& verberones quidam ciuitatem tantam excitauerunt, & in fugam coniecerunt. Quibus oculis amplius infideles respiciemo, tam pauidi cùm simus,& timidi? Qua lingua ipsos alloquemur,& pro ingruentibus malis confidere persuadebimus,omni lepore timidiores per hanc facti anxietatem? Et quid patiamur? inquit,homines enim sumus. Propter hoc ipsum enim tumultuari non oportet, quia homines sumus, & non bruta. Illa fragoribus & stridoribus omnia terrentur. Non enim habent rationem, quæ timorem repellere possit. Tu verò ratione & consilio decoratus, quomodo in illorum segniciem cadis? Ingressus est quidam, militum incursionem nunciauit. Ne tumultueris, sed ipsum dimittens, genua flecte,dominum tuum roga, geme amariter, & aduersitatem repelle. Tu quidem audita militum incursione non vera, & præsenti vita
D abrumpi periclitatus es. Beatus verò Iob ille continuis venientibus nunciis,& grauia nunciantibus auditis,& adiicientibus intolerabilem filiorum perditionem nõ eiulauit,non gemuit: sed ad orationem conuersus est, & domino gratias agebat. Hunc & tu imitare,cùm veniens quispiam nunciauerit, quòd milites vrbem circundederint, & bona direpturi sint, ad dominum tuũ confuge,& dic:Dominus dedit,dominus abstulit,sicut Iob.1.d.
domino placuit, ita factum est: sit nomen domini benedictum in secula. Illum non terruit malorum experientia, te verò solus terret auditus? Et quánam essemus ratione digni, contra mortem quoque audenter ire iussi, cùm & à falso rumore simus sic expauefacti? Tumultuans & timorem,qui non est,cõstituit,& perturbationem non apparentem: qui verò est in animæ constitutione,ac tranquillitate, & eum qui est, dissoluit. Non vides naucleros, vt insaniente mari, nubibus transcurrẽtibus,fulminibus elisis, omnibus in nauigio tumultuantibus,ad gubernacula sedent ipsi sine trepidatione & metu, arti suæ vacantes, vt imminentem
E procellam repellant: hos & tu imitare, & sacram capiens anchoram,in deum spem inconcussus permane, & irreuolubilis. Quicunq; audit meos sermones hos, Matth.7.d
inquit, & non facit ipsos, assimilabitur homini stulto, qui ædificauit domum suam super arenam,& descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam,& cecidit,& erat ruina ipsius magna. Vides quòd stultitiæ est cadere,& circunuerti? Immo verò nos neque stulto illi similes facti sumus, verùm & illo miserius cecidimus: Illius nempe domus post flumina,post delatum imbrẽ, post illapsos ventos cecidit:nos verò non pluuiis ingruentibus, nõ fluminibus inflictis, non ventis irruentibus ante malorum experientiam ex auditu solo subuersi sumus, & omnia quæ philosophabamur,effudimus. Qualem mihi mentem putatis esse nunc? quomodo cõtrahi? quomodo demergi? quomodo erubescere? Nisi multam à patribus necessitatem sustinuissem,neque surrexissem, neque locutus fuissem dolore obtenebratus ex pusillanimitate vestra:sed neq; nunc in meipsum redire possum, sic animum mihi indignatio & tristitia obsidet. Quis enim non egreferret? Quis nõ succęseret,quando post tantam doctrinam gentilium indiguistis do-
F ctorum ad exhortandum & persuadendum,vt præsentem generosè timorem sufferretis? Orate igitur dari nobis verbum in apertione oris nostri, vt hanc tristitiam excutere possimus, & paulùm mentem excitare. Etenim cõfusio de pusillanimitate vestra multùm animum nostrum deiecit. Multa prius ad charitatem vestram locutus sum, & de laqueis nobis vndique positis,& de timore & tristitia,& de luctu & voluptate,& de falce in iurantium domos volante. Ex his igitur omnibus multis quidem, illa mihi maximè reminisci Zacha.5.a.
mini,quæ de volante falce dicta sunt, & iurantis domum dissolvente, & lapides,& ligna subruente, & omnia consumente. Et post hoc illud quoque custodite, quod extremæ dementiæ est, euangelium capientes iurare,& legem iurare,prohibentem iuramentum facere. Et quod melius sit pecuniis mulctari, quam proximis iuramentum offerre: quoniam hoc est non modicus in deum honor. Cùm enim deo dixeris,propter te nõ adiurauí illum, qui fuerat furatus, & malè fecerat: pro hoc honore magnam tibi reddet gratiam, & in præsenti tempore,& in futuro. Hæc aliis quoque dicite, & ipsi obseruate. Scio quòd hic reuerẽtiores sumus,
& omnem

Universidad de Deusto
Biblioteca

G & omnem improbam deponimus cõsuetudinem. Sed quod quæritur,hoc est, non vt hìc tantùm philosophemur, sed vt pietatem hanc capientes extrà seruemus, vbi maximè ipsius indigemus. Etenim aquantes non tantùm apud fontem habent vasa repleta, domum autem abeuntes euacuant: sed illic ipsa maximè cũ cautela reponunt,ne subuertãtur,& labor fiat inanis. Hos etiam nos imitemur,& domum profecti,dicta cũ studio seruemus. Itaque si hìc maneatis satiati, domum verò redeatis inanes,vasa mentis vestræ admonitione vacua referentes,nulla vobis ex hac repletione erit vtilitas. Ne mihi in palęstra demonstres athletam,sed in certamine. Ne mihi religionem institutionis tempore, sed actionis adhibeas. Laudas nunc quæ dicuntur,cùm te iurare oportuerit, omnium ipsorum tunc recordare. Si hãc legem expedieritis citò,ad alia quoque maiora disciplinam proferam. Ecce secundũ hũc annum habeo vestræ disserens charitati, & neque centum scripturarum versus vobis enarrare potui. Causa verò,quoniam à nobis discere opus habeatis,quæ domi & per vos explere potestis,& orationis maior pars
H nobis in morales impenditur sermones. Hæc verò sic fieri non oportebat, sed morum quidem modestia domi & à vobis vos institui,scripturarum verò sensus & speculationes nobis permittere. Si autem & à nobis audire fuerat opus,vno plus die non decebat. Nec enim varium quiddam, & inuentu difficile, quod dicitur, est,nec vllius indigens preparationis. Cùm enim deus
Exod.23.b. & Mat.5.c. denunciauerit, manifestationibus non est opus. Deus dixit,Ne iuraueris. Noli causas amplius à me requirere. Lex est regia qui tulit ipsam,& ipsius rationem nouit: Nisi fuisset vtile,non prohibuisset. Reges ferunt leges, nec omnes semper vtiliter: homines enim sunt, nec sicut deus vtile possunt inuenire. Veruntamen paremus: siue vxores ducamus, siue seruos emere debeamus, siue domos, siue agros, siue quodlibet aliud facere,non ex propria facimus hæc sententia,sed quomodocunque iusserint illi: nec vt res nostrę pro sententia nostra disponantur, penitus domini sumus, sed illorũ vbiq; sententiis seruimus. Et si quid præterquàm quod illis videtur facimus, inualidum & inutile redditur.
I Itaque hominum quidem legibus tantum attribuimus honorem,dei verò leges ita quæso conculcabimus? Et quali hæc digna defensione? quali venia? Dixit, ne iuraueris. Ne contraria ipsi legi opera feras,vt cum securitate cuncta facias & dicas. Sed de his quidem satis. Agè verò lectorum hodie vna vobis apposita dic-
ad Phile.a. tione sermonem terminemus. Paulus vinctus Iesu Christi, inquit, & Timotheus frater. Magnum Pauli oraculum,non principatus & honoris nomen,sed vincula & catenæ. Verè magnum,atque multa ipsum alia
2.Cor.12.a. splendidum faciunt: in cœlum rapi tertium, in paradisum deferri, verba audire ineffabilia: sed horum nil posuit,sed pro omnibus catenam: hęc enim magis,quàm illa illustrem reddebat,& splendidum. Quid verò tandem? quoniam domini quidem illa beneficentiæ erant gratuita dona, hæc verò serui tolerantiæ atque patientiæ indicia. Consuetudo autem amantibus & illis magis affici, quæ pro amatis patiantur, quàm in his quæ ab ipsis beneficia capiant. Non ita rex diademate gloriatur,vt ille vinculis delectabatur: & valde congruè. Diadema nempe solum coronato capiti ornatum affert,catena verò & ornatum multò maiorem,& tutelam. Corona sæpe regia caput se circundatum prodidit,& innumeros allexit insidiatores,& in tyrannidis
K concupiscentiam inuitauit. Et in bellis hìc ornatus est adeò periculosus, vt ipsum deponant & abscondant. In prælijs nonnunquam reges habitũ commutantes, ita manus cum hostibus conserunt,tantum ex corona fit proditionis. Catena verò nihil huiusmodi gerentibus affert,sed omne cõtrarium: cùm pugna sit,& acies contra dæmones,& aduersarias potestates,prætendes ipsam,quia ea circũdatus est,illorum repellit insidias. Et principum quidem externorum multi,non tantùm dum imperant,verùm & cùm à principatu soluti fuerint,ipsius nomen circunferunt,dum dicitur: Ille talis consularis,ille talis prętorius. Hic verò pro his omnibus Paulus vinctus, inquit. Et multum congruè. Illi nanque principatus non penitus sunt animi virtutis demonstrationes: pecuniis enim sunt venales,& amicorum vendicãtur assentationibus: hic autem ex vinculis principatus est animi disciplinæ indicium,& ardentis in Christum desiderij signum maximum. Et illi quidem breui refugiunt, hic verò principatus nullũ habet successorem. Aspice nanq; quantum ab illo nũc vsque temporis est,& splendidius huius vincti nomen redditum est. Et consules quidem omnes, quicunque
L superioribus fuere temporibus,silentio traditi sunt, & à multis multi nec ipso quidem nomine cogniti: huius autem vincti beati Pauli multum hìc quidem,multum autem in Barbarorum regione,multum apud Scythas & Indos, siue ad ipsos terrarũ orbis terminos venias, hãc audies appellationem. Et quocunque quispiã peruenerit,Paulum vbique in omniũ ore circunferri nosset. Et quid mirum, si in terra, marique, quippe cùm & in cœlis multum Pauli nomen apud angelos, apud archangelos,& superiores potestates,& harum regem deum? Et qualia,inquit,erant illa vincula, quoniam tãtum vinctis gloriæ tulerunt? Non è ferro fabricatè erant? E ferro quidem fabricatæ,sed multam habebant spiritus gratiam efflorentem: quoniam propter Christum ipsis circundatus fuerat. O miraculum,serui vincti sunt, dominus crucifixus, & prædicatio quotidie crescit: & ea quæ putabatur opera prohiberi, per hæc accensa est. Et crux & vincula, quæ esse videbãtur abominatio,nunc salutis signa sunt facta. Et quolibet auro ferrum illud nobis preciosius erat,non propter naturam propriam,sed propter causam hanc & argumẽ M tum. Sed video quæstionem hinc nobis quandam oriẽtem. Et si diligentiam adhibeatis, & quæstionem dicam,& solutionem apponam. Quid igitur tandem est quòd quæritur? Ingressus aliquando hic Paulus ad Festum, & loquens ad ipsum, excusansq; se de criminibus,quibus vrgebatur à Iudæis,& dicens,quomodo Iesum vidit,quomodo beatam vocem illa audiuit,quomodo per excæcationem ad veram peruenit lucem, quomodo cecidit & surrexit, quomodo ingressus est Damascum captiuus absque vinculis compeditus: & de prophetis,& de lege loquens, & ostendens quòd & illi prædixerunt hæc omnia, iudicantem cepit,& ferè ad seipsum transire persuasit. Tales enim sanctorum animæ,cùm in pericula ceciderint,non quomodo periculis liberentur considerãt,sed quò per frequentes lucrentur, omnia faciunt. Sicut & tũc factum est,se defensurus intrauit,& capto iudice discessit. Et hæc ipse
Act.26.g. iudex testatus est,dicẽs: In modico me persuades Christianum fieri. Hoc & hodie fieri decebat,& principem hunc vestram admirari magnanimitatem, sapietiam, perfectamq; quietem,& ex ordine vestro disciplinam capere,& sic abire,concionem admirari,laudare confessum,&

A sessum,& ex ipsis rebus discere,quantum inter gentiles & Christianos discriminis sit. Sed vt ad id redeam quod dicebam. Postquàm ipsum cepit Paulus,& ille dixit: In modico me persuades Christianum fieri. Paulus ita respondit: Optarem vtique ego à deo & in modico,& in multo non solùm te,sed etiam omnes audientes me,fieri Christianos absque vinculis his. Quid di-
Ephes.4.a. cis ô Paule? Ephesiis nempe scribens, dicis: Rogo igitur vos ego vinctus in domino,dignè ambulare vocatione, qua vocati estis. Et ad Timotheum loquens,in
2.Tim.2.b. quo malè patior vsque ad viricula tanquam malefactor. Et ad Philemonem rursum, Paulus vinctus Iesu
Phile.a. Christi. Et cum Iudæis iudicans, dicis: propter spem
Acto.28.c. Philip.1.b. Israël hac catena circundatus sum. Et Philippensibus scribens dicebas: Ita vt plures fratrum freti vinculis meis abundantius auderent intrepide verbum capere. Vbique catenam circunfers, vbique vincula proponis,& huiusmodi gloriaris negotio: in iudicium autẽ veniens disciplinam prodidisti,cùm maximè liberè te gerere decebat,& iudici dicis: Optarem vtique te fieri Christianum absque vinculis his. Nempe si bona, ita
B vt aliis quoque fiduciam ad sermonem pro religione præbeant: etenim hoc ipsum prius dixisti, Multi fratrum freti vinculis meis verbum loquebantur intrepidè: quare coram iudice non hac re gloriaris,sed contrarium facis? Nunquid nõ videtur esse quæstio, quod dicitur? Sed celerrimam solutionem affero. Non enim ex anxietate,vel timiditate Paulus hoc faciebat,sed ex sapientia multa,& spirituali prouidentia. Nam ad gen-
1.Cor.9.d. tilem loquebatur, & infidelem, nec nostra scientem. Nolebat igitur ipsum per grauia inducere, sed quod dicebat: Factus sum carentibus lege, tanquam sine lege: hoc & hìc faciebat. Si vincula audierit, inquit, & tribulationes,statim refugiet, quum vinculorum virtutem non nouit. Fiat prius fidelis, & prædicationem
Matth.9.c. &Marc.2.d & Luc.5.g. gustet,& tunc ipse quoque ad hæc vincula curret. Audiui dominum meum dicentem, quòd nemo imponit indumentum panni illoti super vestimentum vetus, quoniam tollit plenitudinem ipsius,& peior fit scissura. Neq; mittunt vinum nouum in vtres veteres,quo-
C niam disrumpuntur vtres. Anima huius est vestimentum vetus,& vter antiquus,non est reformatus fide,nõ spiritus gratia recens redditus est,debilis adhuc est,& terrenus,mũdana sapit,& ad mũdanam vanitatẽ expauescit,gloriam amat præsentem. Si à primordiis statim audierit, quòd factus Christianus captiuus mox fiet, & catena circundabitur, confusus & reuersus à prædicatione resiliet. Propterea dicit: Absque vinculis his,non ipse vincula recusans,absit? sed illius condescendẽs infirmitati, quoniam ipse sic illa diligit,& amplectitur, vt ambitiosa mulier monilia sua. Vnde hoc
Coloss.1.d. manifestũ: Gaudeo in passionibus meis,inquit, & suppleo defectus tribulationum Christi in carne mea. Et
Philip.1.d. iterum: Quoniam nobis donatum est à Christo non
Roma.5.a. tantùm in ipsum credere, verùm & pro ipso pati. Et iterum: Non tantùm autem, sed & gloriamur in tribulationibus. Si gaudet igitur, & id vocat donum gratuitum, certum quòd propter hanc causam ad iudicẽ loquens hæc dicebat. Quoniam & aliàs rursum in ne-
2.Cor.12.c. cessitatem delapsus gloriandi hoc ipsum demonstrat, dicẽs: Libẽter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, in necessitatibus, in contumelijs, in persecutionibus, in
Ibidẽ.11.g. angustiis, vt inhabitet in me virtus Christi. Et iterum: Si gloriari oportet, in infirmitate mea gloriabor. Et alibi seipsum aliis comparans, & per comparationem nobis excellentiam demonstrans, sic quodammodo D inquit: Ministri Christi sunt, vt minus sapiens loquor, Ibidem.c. plus egõ. Et excessum demonstrare volens, non quòd mortuos resuscitauerit, dæmonesve expulerit, neque quòd mundauerit leprosos, aliúdve quid huiusmodi fecerit, dixit. Sed quid? quòd innumeras passus est molestias. Cùm enim dixisset, plus ego, intulit tentationũ multitudinem, sic dicens: In plagis supra modum, in 2.Cor.11.c. mortibus frequenter,in carceribus abundantius, à Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepi, ter virgis cæsus sum, semel lapidatus,ter naufragium feci,nocte ac die in profundo maris fui: & reliqua omnia. Sic vbique gloriatur in tribulationibus Paulus, & ea re nimium delectatur, & valde meritò. Nam hoc est,quod maximè Christi virtutem demonstrat, quoniam per talia vicerunt apostoli,per vincula, tribulationes,flagella,& extrema mala. Nam hæc duo Christus denunciauit,tribulationem & remissionem, labores & coronas, sudores & retributiones, suauia & tristia. Sed tristia quidem vitæ dedit præsenti, suauia verò in futurum distulit, pariterq; demonstrans, quòd non decipit homines,& ipsum grauium pondus ordi- E ne diminui voles. Decipiens enim suauia prius proponit,& mox infert tristia. Quale quiddam dicã: Plagiarij puerulos sæpe paruos prædantes & furantes, nõ plagas & verbera,neque aliud huiusmodi pollicentur, sed placentas & bellaria, & alia talia, quibus puerilis gaudere consueuit ætas,prætendunt, vt his illi allecti, & libertatem suam prodentes, in extremum periculũ delabantur. Auium verò,piscium q; venatores, ita quæ venantur alliciunt,consuetam capiendis & iucundam prius escam præbentes,& sic contegentes laqueũ. Itaq; decipientium maximè opus hoc est, prius suauia proponere,quò mox inferant tristia: prouidentium autem & diligentium omne contrarium. Patres itaque plagiariis contrarium faciunt,cùm ad ludum pueros literarium mittunt,pædagogos præponunt,flagella minãtur, timorem incutiunt: & cùm priorem sic ætatem transegerint,tunc ipsis in habitu virili constitutis,honores, potentiasq;, & delicias, & omnes diuitias suas tradunt: Sic deus quoque fecit,non plagiariorum, sed patrum more curam gerens,prius iniecit tristibus,ta- F quam pædagogis & præceptoribus præsenti tradens tribulationi, quò per hæc correcti, & moderati, postquàm tolerantiam omnem, omnemq; disciplinam didicerimus,mox ad perfectionem deducti,cœlorum regnum hæreditate cõsequamur: sed prius idoneos reddit ad dandarum dispensationem diuitiarum, & postmodum ipsas præbebit diuitias. Nisi enim hoc feci sset,diuitiarum erogatio non donum, sed vltio fuisset & pœna. Sicut enim puer insipiens paternam suscipiẽs hæreditatem,ab hac ipsa præcipitatur,prudentiam nõ habens pecuniarum dispensationi parem: si verò prudens sit & benignus,& temperans, atque modestus,in necessaria dispensans paterna,splendidior ita fit & illustrior. Sic & in nobis de necessitate euenit. Cùm spiritualem prudentiam ceperimus, cùm omnes in ætatis mensuram peruenerimus, tunc nobis tradit omnia quę pollicitus est: nunc verò tanquam pueros paruos docet cum exhortatione & consolatione. Nec hoc solum est emolumẽtum ex græmissis tribulationibus, verùm & aliud illo non inferius. Qui enim prius est in deliciis,mox post delicias vltionem expectans, neque præsentibus fruitur,deliciis propter futurarũ molestiarum expectationẽ: qui verò prius est in tristibus,

deinde

Universidad de Deusto
Biblioteca

G deinde post hæc suauibus potiturus, etiam præsentes difficultates propter futurorum spem bonorum contemnit. Non igitur tutelæ tantùm causa nostræ, verùm & voluptatis & consolationis, priora statuit esse mole sta, vt futurorum spe releuati nullum præsentium capiamus sensum. Et hoc ipsum Paulus significans dicebat, quòd momentanea leuitas tribulationis nostræ supra modum æternum pondus gloriæ nobis operatur, non considerantibus nobis quæ videntur, sed quæ nõ videntur. Leuem appellauit tribulationem, non propter propriam grauium naturam, sed propter futurorum expectationem bonorum. Sicut enim mercator non sentit nauigationis laborem, lucrorum spe releuatus: & pugil generosè fert capitis vulnera, coronã respiciens: ita profectò nos quoque in cœlum, & cœlestia intendentes bona, quæcunque inferantur grauia, generosè cuncta feremus, bona futurorum spe roborati. Hanc itaque capientes dictionem abeamus, quanuis nanque simplex & breuis sit, multam tamen habet sapientiæ disciplinam. Qui in dolore & tribulatione est, idoneam habet consolationem: qui in deliciis & luxuria, magnam moderationis exhortationem. Cùm
H enim ad mensam reclinatus dictionis huius memineris, statim ab ebrietate, crapulaq; resilies, discès ex hac dictione, quòd anxios nos esse conuenit, & intra teipsum dices: Paulus in vinculis & carceribus, ego verò in ebrietate & lauta mensa. Et quam assequar veniam? Hoc & mulieribus necessarium verbum. Ambitiosæ enim & sumptuosæ, & auro se vndique circunligantes catenæ huius commonefactæ, odio habebunt (bene noui) & abominabuntur ornatum illum, & ad hæc vincula current. Illa nanque ornamenta multorum causæ malorum fuerunt, & innumera bella intra domũ frixerunt, & liuores pepererunt, & inuidias, & odium: hæc verò peccata mundi soluerunt, & terruerunt dæmonas, & diabolum fugauerunt. Cum his in carcere demorans custodi persuasit, cum his Agrippam attra
2.Tim.2.b. xit, cum his multos Paulus discipulos acquisiuit, propterea dicebat: In quo malè patior vsque ad vincula tanquam malefactor, sed dei verbum nõ est vinctum. Sicut enim radium vincere possibile non est, nec domi concludere, sic neque prædicationis verbum. Et
I quod multò amplius est, doctor vinctus erat, & verbũ volabat: ille carcerem habitabat, & doctrina alata passim currebat. Hæc igitur scientes, ne succumbamus in
Roma.5.a. grauibus, tunc potentiores efficimur, tunc fortiores. Patientiam enim tribulatio operatur. Ne doleamus in calamitatibus quę inferuntur, sed in omnibus deo gratias agamus. Secundam ieiunij septimanam expediuimus, sed non hoc consideremus: non enim hoc est expediuisse ieiunium, si tempus præterierimus, sed si trãsegerimus cum profectu. Hoc ratiocinemur, si studiosiores facti sumus, si defectum aliquem nostrorũ correximus, si abluimus crimina. Consuetudinem omnes habent per quadragesimam interrogare, quot quisque septimanas quadragesimæ ieiunauit: & decens audire licet, hos quidem quòd duas, hos verò quòd tres, illos autem quòd omnes ieiunauerunt septimanas. Et quod lucrum, si profectibus carentes ieiunium transegerimus. Si alius dicat, totam ieiunaui quadragesimã: tu dic, inimicum habebam, & conciliatus sum: habebã detrahendi consuetudinem, & destiti: iurandi tenebar vsu, & mos improbus mihi resolutus est. Nulla mercatoribus vtilitas, si magnam maris longitudinem percurrerint, sed si cum rerum copia, & multo mercimo
K nio nauigauerint: nulla ieiunij nobis vtilitas, si infructuosè ipsum tempus & temerè prætereamus. Si ciborum ieiunium ieiunemus, præteritis quadraginta diebus præterit & ieiunium. Si verò peccatis abstineam⁹, & hoc transacto ieiunio, rursum illud remanet, & continuum erit: hinc nobis vtilitas, & ante regnum cœlorum non paruas nobis hic reddit retributiones. Sicut enim in nequitia viuens, & ante gehennam punitur conscientia stimulatus: sic meritis abundans & ante regnum magna fruetur lætitia, se bona spe pascẽs. Id-
Ioan.16.c. circo & Christus inquit: iterum videbo vos, & gaude bitis, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Breue verbum, sed multam habet consolationem. Quid nam tandem est, nemo gaudium vestrum tollet? Pecunias si habeas, multi tuum ex diuitiis gaudium auferre possunt, & fur perfodiens, & credita subripiens seruus, & rex in fiscum redigens, & inuidus homo calumnians. Si potentiam habeas, multi possunt tuum ex hoc gaudium tollere. Cùm enim principatus fuerit solutus, voluptas quoque resoluetur: quin & in ipso principatu multæ res accidentes, difficultatem habẽtes & curas, lætitiam tuam diminuunt. Si corporis robur habeas, morbus adortus huiusmodi gaudium dissoluit. Si pul-
L chritudinem habeas & speciem, senectus superueniens tabefecit, & gaudium abstulit. Si mensa fruaris lauta, vespere occupante soluta est conuiuij lætitia. Rerum enim quælibet mundanarum infestare facilè potest, nec stabilem nobis voluptatem afferre: pietas autem & animi virtus in contrarium penitus. Eleemosynam si feceris, meritum auferre potest nemo: siue exercitus, siue reges, siue infiniti calumniatores, & insidiatores instent vndique, in cœlis repositam possessionem auferre non possunt, sed gratia permanet continua. Di-
Psal.111.d. sperst, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculũ. Nec immerito, in cœlorũ enim cellariis reposita sunt, Luc.12.d. vbi fur non perfodit, latro non tollit, tinea non consumit. Si preces fuderis continuas & intentas, earum fructum auferre poterit nemo: hic etenim fructus in cœlo radicatus est, omni calumnia absolutus, & permanens inexpugnabilis. Si malè passus, benefeceris: si conuiciis affectus, benedixeris: hæc merita continuè manẽt, & ortum ex his lætitiã auferet nemo, sed quo-
M tiescunque ipsorum recordatus fueris, gaudes & lætaris, & multam capis voluptatem. Sic profectò & fugere iuramentum si præualeamus, & ab hac consuetudine pernicioſa linguam nostrã abstinere persuadeamus, meriti quidem labor breui absoluetur, lætitia verò meriti iugiter erit, & indesinenter. Cæterùm vos & aliorum præceptores esse oportet, & duces, & amicos proximis: seruos autem conserui, & iuuenes coæuos suscipere, instituere, & inducere debent. Nunquid si quis tibi aureum vnum pro singulis hominibus correctis promisisset, nonne omne studium adhibuisses, & assiduus adstitisses persuadens, & exhortans? Nunc verò non aureum vnum, neque decem, neque viginti, & cẽtum mille, neque totam deus terram tibi pollicetur in horum laborum retributionem, sed quod orbe toto maius est, hoc tibi præbet cœlorum regnum: nec hoc solùm verùm & aliud præter hoc. Quale verò hoc? Ed-
Hiere.15.d. ucens horum ex indigno, sicut os meum erit, inquit. Quid huic posset esse par ad honoris & vtilitatis rationem? Quæ verò nobis excusatio & venia post tantam promissionẽ proximorum salutem negligẽtibus esse valeat? Tu verò si cæcum quidem in voraginẽ decidentem videris, vanum porrigis, & indignum esse pu-

A esse putas, pereuntem despicere: videns autem quotidie omnes precipitari fratres in improbam iuramentorum consuetudinem, nec verbum audes proferre? Sed dixisti semel, & non audiuit: dic igitur bis & ter, & toties, donec persuaseris. Nobis quotidie loquitur deus, & nõ audimus, nec alloqui desistit. Hanc tu quoque curam imitare circa proximum. Propterea coniuncti inter nos sumus, & vrbes habitamus, & in ecclesiis congregamur, vt alter alterius peccata corrigamus. Et sicut multi eandem officinam habitantes homines differenter quidem mercantur, omnia verò in commune reponũt: Sic profectò & nos agamus, quæcunq; bona quisq; cõferre potest proximo, ne torpeat, neq; differat: sed fiat negotiatio quædam, & talis collatio spiritualis, vt in commune omnia deponentes, & multas adepti diuitias, & magnum consecuti thesaurum, communiter omnes regnum assequamur cœlorum, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri gloria, simul & sancto spiritui in secula seculorum, Amen.

B AD MAGISTRATVS AB IMPE-
ratore Theodosio ad Elibichum exercitus ducem missos, ad præuaricatorũ inquisitionẽ propter statuarũ subuersionẽ.
Homilia. XVII.

Psal.71.d. IN tempore omnes hodie communiter concinuimus, Benedictus dominus deus Israël, qui facit mirabilia solus. Etenim miranda, & opinionem excedentia facta sunt negotia, vrbem totam, & populum tantum submergi debentem, & sub vndas agi, & perdi funditus semel vno temporis momento, ab omni naufragio liberauit. Gratias igitur agamus, non tantùm quoniam hyemem soluit, sed quoniam & ipsam fieri permisit: non tantùm quoniam naufragio nos liberauit, sed etiam quòd in tantam nos angustiã
1.Thes.5.d. cadere dimisit, & extremum periculum nobis immineret. Sic & Paulus iussit, in omnibus gratias agere. Cùm verò dicat, In omnibus gratias agite: hoc dicit, Non tantùm in grauium solutione, verùm & in gra-
Rom.8.c. uium tempore. Nam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Gratias ipsi agamus propter tenta-
C tionum resolutionem, & horum nunquam obliuiscamur, orationibus vacemus, supplicationibus cõtinuis, pietati multæ. Cùm à principio grauius horum malorum pyra fuit accensa, dicebant quòd non erat disciplinæ tempus, sed orationum: hoc profectò & nunc postquàm extincta est. Dico quòd nunc maximè tempus orationum magis quàm prius: nunc maximæ lachrymarum tempus & compunctionis, & animæ anxiatæ, & multi studij & cautelæ. Tunc nempe ipsa tribulationum natura vel inuitos nos corripiebat, & modestos faciebat, & ad maiorem agebat reuerentiam: nunc autem ablato freno, & nube præterita, timendũ,
Psal.77.b. ne ad torporem declinemus, ne segniores reddamur rursum ex remissione, ne de nobis quoque quisquam dicat: Cùm occideret eos, tunc quærebant eum, & reuertebantur, & diluculo veniebant ad eum. Propterea
Deut.6.c. & Moses Iudæos admonebat, dicens: Postquàm comederis & biberis, & fueris repletus, recordare domini dei tui. Nunc vestra gratitudo videbitur, si in eadem manseritis pietate: tunc quippe multi timori, & malorum illationi studium vestrum attribuebant: nunc verò purum erit meritum vestrum, si idem seruantes studium maneatis. Quoniam & puerulus si donec ab aliquo quidem agatur pedagogo terribili, cum modestia D viuit & mansuetudine, nihil est mirandum, sed pædagogi timori iuuenis modestiã attribuunt omnes: cùm verò deposita necessitate ille in eadem manserit honestate, tunc & quam habuit in priori ætate modestiam, ipsi omnes adscribunt. Hoc & nos vtique faciamus, in eadem manentes reuerentia, vt & prioris studij laudẽ multam à deo capiamus. Innumera expectauimus mala, omnium substantias direptum iri, habitacula cum habitantibus comburenda, ciuitatem medio tollendã ex orbe, & ipsius reliquias omnes perituras, aratrum ipsius terram susceпturam. Sed ecce hæc omnia in expectatione tantùm steterunt, & in opus non processerunt. Nec hoc solùm est mirandum, quòd tantum periculi deus soluit, sed etiam quoniam magnis nos affecit beneficiis, & ciuitatem nostram ornauit, nosq; per hanc tentationem, & calamitatem probatiores effecit. Nam quãdo à rege missi ad commissorum inquisitionem tremendum illud constituere iudicium, omnesq; ad malefactorũ pœnas vocabant, & variæ mortis omnibus erat expectatio, tunc vertices montium habitantes monachi, propriam exhibuere sapientiam. Nanq; tot annis in cauernis suis conclusi, nemine ad- E uocante, suadente nemine, postquàm nubem tantam ciuitatem circunstantem viderunt, tabernacula, speluncasq; suas derelinquentes, vndique confluxerunt, velut angeli quidam de cœlo profecti. Et erat cernere tunc ciuitatem vni similem homini. Vbique tunc vidisses sanctos illos manifestos, vel ex aspectu solo, dolore pressos consolantes, & ad omnem calamitatis cõtemptũ inducentes. Quis enim illos conspicatus, mortem non derisisset? non despexisset vitam? Nec hoc solùm erat mirabile, sed quòd & principibus ipsis accedentes cum fiducia loquebãtur pro reis, & omnes sanguinem effundere parati erant, & capita deponere, vt captos ab expectatis tribulationibus eriperent: Et dixerunt se non prius recessuros, quàm iudices parcerẽt ciuitatis populo, vel se communiter cum reis ad regẽ legatos mitterent. Religiosus est, inquit, qui nostræ gẽti dominatur, fidelis, cum pietate viuens. Nos igitur ipsum omnino reconciliabimus, non permittemus vobis, neque concedemus ensem polluere, nec vllius abscindere caput. Si verò non toleratis, & nos cum ipsis F omnino moriemur. Grauia quidem patrata & nos cõfitemur, sed regis humanitatem nõ excedit gestorum iniquitas. Dicitur quidem ipsorum aliud verbum sapientiæ plenum dixisse, quòd statuæ quidem deiectæ rursum erectæ fuerunt, & propriam receperunt formam, & factum correctionem habuit celerrimam. Si vos autẽ dei imaginem occideritis, quomodo rursum poteritis cõmissum reuocare? quomodo perditos resuscitare, & animas corporibus reddere? Multa & de iudicio ipsis disseruere. Quis non consternaretur? quis non virorum sapientiam admiraretur? Quoniã quædam reorum mater nudato capite, & canis ostẽsis iudicaturi equum freno apprehendit, & per forum prętercurrens, sic ad iudicium simul ingressa est: omnes obstupefacti sumus, omnes admirati pietatem, & magnanimitatem. Quomodo non magis hos obstupescere oportet? Illa enim etiam si mortua esset pro filio, nihil mirandum: magna enim naturę vis, & inexpugnabilis viscerum necessitas. Hi verò non genuerunt, nec educarunt: imò verò quos non nouerunt, quos non audierunt, quibus cum nunquam conuersati sunt, quos ex sola nouerunt calamitate, tantùm amauerunt, vt etiam si infinitas habuissent animas, omnes pro illorũ salute

Universidad de Deusto
Biblioteca

G ſalute tradere vellent. Neque mihi dicas hoc, quòd nõ iugulati ſunt, nec ſanguinem effuderunt: ſed quòd tanta contra iudices vſi ſunt libertate, quanta ſolos de ſalute ſua deſperatos vti veriſimile fuit: & tali cum ſententia de montibus ad tribunal cucurrerũt. Nec enim niſi prius ſe neci præparaſſent cuilibet, tam liberè potuiſſent iudices alloqui, & tantam tunc exhibere magnanimitatem: etenim ante fori ianuas dies agebant ſedentes, abducendos de carnificum manibus eripere parati. Vbi nunc ſunt pallia geſtantes, & profundam oſtentantes barbam, & bacula dextra ferentes, exteriorum philoſophi, cynica piacula, ſubmenſalibus canibus miſerius diſpoſiti, ventriſq; cauſa cuncta facientes? Omnes tunc ciuitatem deſeruerunt, reſilierunt omnes, in cauernas conditi ſunt: ſoli verò qui per opera verè philoſophiam exhibent, ac ſi nullum ciuitatẽ graue comprehendiſſet, ſic intrepidè in foro apparuerunt. Et vrbem quidem habitantes, ad montes & deſerta auolauerunt: eremi verò incolæ in vrbẽ ingreſſi ſunt, per ipſa demonſtrantes opera ſua, quod ſuperioribus diebus non deſtiti, dicens, quòd cum virtute viuentem, neq; fornax quicquam lædere poterit, tantò
H eſt animæ ſapientia omnibus ſublimior, & ſuauibus & triſtibus cunctis: nec enim in illis molleſcit, nec ab his contrahitur & humiliatur, ſed per omnia manet æqua ſibi, propriam fortitudinem & vim exhibens. Quem enim non redarguiſſet preſentis temporis difficultas? Primùm apud nos conuerſati, in potentatibus exiſtentes, diuitias ineffabiles ſortiti, qui multam apud regẽ licentiam habebant, domos deferentes orphanas, omnes de propria ſalute conſultabant. Et amicitia omnis, & cognatio tunc redarguebatur, & quos olim nouerant, in tempore calamitatis hos ignorare, & ab illis ignorari optabant. Monachi verò homines pauperes, pallio plus nihil habentes vili, viuentes in ruſticitate, nulli eſſe apparentes, in montibus & ſaltibus verſantes, velut quidam leones magno & alto ſenſu prædi-
ti, omnibus pauefactis & trepidantibus in medio conſiſtentes, malum diſſoluere non multis diebus, ſed breui temporis momento. Et ſicut generoſi athletæ non tantùm aduerſarios complexi, ſed etiam viſi tantùm in oppoſitione, & vociferati aduerſarios conuertunt: ſic & hi die vna & deſcenderunt, & diſſeruerunt, & ſoluerunt calamitatem, & ad propria reuerſi ſunt tabernacula. Tãti eſt philoſophia à Chriſto introducta. Et quid dico de diuitibus, & in poteſtatibus conſtitutis, cùm & iudicandi poteſtatem aſſecuti, ſumma adminiſtrantes imperia ab his ipſis rogati monachis, vt cum venia ſententiam facerent, finis ſe dominos eſſe negauerint? haud tutum enim, ſed periculoſum eſſe nõ tantùm iniuriam inferre regi, ſed etiam eos qui contumeliã rei conuicti ſint impunitos dimittere. Sed hi omnibus fuere potentiores, & animi magnitudine, & tolerantia aſſidentes ſuppleuerunt, vt quam à rege nõ ceperant poteſtatem, hanc exhiberent: & manifeſtatis his qui rei eſſent, iudicantibus perſuadere potuerunt, ne damnationis ſententiam efferrent, ſed ad regis ſententiam finem reiicerent: & promiſerunt ſe illi perſuaſuros, & facturos, vt omnino veniam daret his, qui in ſe peccauerant: & peregrinationem aggreſſi ſunt, ſed iudices ipſorum ſapientiam reueriti, & ſenſus altitudine perculſi, hanc eos longam obireviam non permiſere, ſed ſi duntaxat ipſorum voces haberent in ſcriptis, cum literis diſceſſuros, & regem exoraturos, vt omnem iram dimitteret, ſpoponderunt. Quod & fore expectamus: etenim cùm ſententia diceretur, ingreſſi K
multæ ſapientiæ verba dixère, & per literas regi ſupplicauerunt, & iudiciis fecère memoriam, & ſe ſua depoſituros eſſe capita dixerunt, ne hoc fieret, & has capientes in literis voces, iudicantes abierunt: quod omni corona ſplendidius veſtram ciuitatem exornabit. Et quæ ſunt hìc nunc geſta audiet quidem magna ciuitas, audiet autem omnis orbis, quòd tales Antiochenorum vrbem habitant monachi, vt apoſtolicam exhibeant poteſtatem. Et literis nunc lectis in caſtris omnes ipſorum magnanimitatem admirabuntur, omnes ciuitatem noſtram beatam vocabunt, & malam repellemus famam, & ſcient omnes, quòd geſta non ciuitatem inhabitantium fuére, ſed hominum externorum, & perditorum: & idonea ciuitatis morum demõſtratio, monachorum erit teſtimonium. Ne igitur triſtemur dilecti, ſed bonam expectemus ſpem. Si enim apud homines libertas tantum moleſtiæ prohibere potuit, ipſa apud deum fiducia quid non operabitur? Hęc etiam gentilibus dicamus, cùm de philoſophis nobiſcum diſputare audent. Ex his manifeſtum, quòd & priora fuerunt falſa apud illos. Ex his manifeſtũ, quòd L
& apud nos vera fuére priora de Ioanne, Petro & Paulo, & omnibus aliis. Quoniam enim illorum pietatem exceperunt, propterea & eorum fiduciam exhibuerũt: quoniam iiſdem legibus educati ſunt, propterea & ipſorum virtutem imitati ſunt. Itaque non literis eſt opus nobis ad apoſtolicam virtutem demonſtrandam, rebus ipſis clamantibus, & diſcipulis magiſtros repręſentantibus. Non nobis ſermonibus opus eſt ad gentilium nugas manifeſtandas, & apud ipſos philoſophantium puſillanimitatem, rebus ipſis clamantibus, tam præſentibus, quàm præteritis, quòd omnia apud ipſos fabulæ, & ſcena, & hypocriſis. Nec monachi tantum, verùm & ſacerdotes eandem præſtiterunt animi magnitudinem, noſtramq; diſpenſauére ſalutem. Et alius quidem in caſtra ſe contulit, omnia dilectioni veſtræ poſtponens, & paratus, niſi regi perſuaderet, mori. Alij verò hìc remanentes, & eadem cum monachis exhibentes, propriis manibus iudices continentes, nõ permittentes abire, priuſquàm de iudicij fine promitterent: & cùm renuentes quidem videbant, multa fiducia & ipſi vicinim vtebantur. Vt autem annuentes viderunt, pedes & genua complexi, & manus exoſculati, vtranque virtutem ſuperabundanter exhibuére, libertatem & manſuetudinem. Quòd enim non ſuperbia eſſet fiducia, exoſculando genua, & pedes amplectendo, maximè demonſtrauerunt. Rurſum quòd humilitas non eſſet aſſentatio, neque ſeruilitas quædam, nec ex illiberali ſententia profecta, præmiſſa ipſorum fiducia teſtificata eſt. Neque hæc ſola de tentatione bona lucrati ſumus, verùm & multam modeſtiam, manſuetudinem multam. Ciuitati nobis repentè monaſterium facta eſt. Non ſic illam aliquis ornaſſet, ſi aureas in foro ſtatuas erexiſſet, ſicut nũc clara & illuſtris eſt, quæ bonas virtutis ſtatuas protulit, & proprias exhibuit diuitias. Sed à rege profecta conſtant? Sed nec illæ profectò grauia, verùm & ipſa multum attulerunt emolumenti. Quid enim moleſti, dic mihi, factum eſt, quòd equeſtrem obſtruxit, quòd circum inacceſſibilem fecit, quòd nequitiæ fontes excluſit, & ſubuertit? Vtinam nec daretur vſquam hos aperiri. Hinc nequitiæ radices in ciuitate germinauerunt, hinc ſunt corruptiones moribus ipſius caluniantur, ſtultas voces ſaltantibus vendentes, & tribus obolis ſuam illis ſalutem prodentes, con-

A tes, confundentes omnia. Propterea triſtaris chariſſime? Imò propterea & gaudere & lætari oportet, & gratias regi agere, quoniam ipſius vltio correctio fuit, & pœna eruditio, & ira doctrina. Sed quoniã balnea nobis excluſa ſunt: Sed hoc non intolerabile, vel inuitos, lubricam & mollem & diſſolutam degentes vitam ad philoſophiam reducere poteſt. Sed quòd ciuitatis abſtulit dignitatem, nec amplius ipſam Metropolim appellari permiſit? Sed quid facere oportebat? Laudare commiſſa, & gratias agere? Et quis ipſum non accuſaſſet, quòd nec vſque ad ſpeciem indignationem præ ſe tuliſſet? Non cernis patres multa huiuſmodi in filios ſuos facere? Auertuntur, & menſa prohibẽt. Hoc quoque rex fecit, tales imponens vltiones, nullum quidem habentes damnum, multam verò correctionem afferentes. Cogita quæ expectauimus, & quæ facta ſunt, & tunc maximè ſciemus dei gratiam. Doles, quòd ciuitatis dignitas ablata eſt? Diſce quid tandem ſit ciuitatis dignitas, & tunc manifeſtè ſcies, quòd ſi habitatores ipſam non prodiderint, auferre poterit alius nemo ciuitatis dignitatem. Non quòd Metropolis ſit, neque
B quòd habeat ędificiorum magnitudinem & ornatum, neque quòd multas habeat columnas, & porticus, & deambulationes, neque quòd ante alias ciuitates prædicetur: ſed inhabitantium virtus & pietas, hæc & dignitas, & ornatus, & tutela ciuitatis, ita vt ſi hoc deſit, omnium ſit viliſſima, licèt infinitum ab Imperatore conſequatur honorem. Vis ciuitatis tuæ dignitatem diſcere? Vis gentilia ipſius ornamenta noſſe? Hæc cum ſedulitate dicam, non vt tantùm diſcas, verùm vt & imiteris. Quæ tandem eſt ciuitatis noſtræ dignitas? Actor. 11. d. Cõtigit primùm Antiochiæ diſcipulos appellare Chriſtianos. Hoc autem ciuitatum quæ ſunt in mundo cũctarum habet nulla. Nec ipſa Romuli ciuitas: propterea contra omnem terrarum orbem oculos erigere poteſt, quoniã erga Chriſtum amoris ignem habet propter fiduciam, propter virtutem illam. Vis & aliam ciuitatis audire dignitatem & laudem? Fames olim diſſicillima futura erat, & Antiochiam habitantes ſtatuerunt, prout quiſque abundabat, ad ſanctos Hieroſolymam habitantes aliquid mittere. Ecce & ſecundam dignitatem, in fame charitatem. Non contraxit ipſos tẽpus nec ſegniores reddidit calamitatis expectatio: ſed
C quando alij aliena colligunt, tunc illi ſua emittebant, nec præſentibus tantùm, verùm & longè ſedentibus. Vidiſti fidem in deum, & charitatem in proximum? Vis & aliam ciuitatis huius diſcere dignitatem? Deſcẽderunt quidam ex Iudæa Antiochiam, perturbantes prędicationem, & Iudaïcas inducentes obſeruationes. Actor. 15. a. Non tacitè tulerunt illi innouationem, nec acquieuerunt, ſed conuenientes, & eccleſiam facientes, Hieroſolymam Paulum miſerunt & Barnabam, & effecerũt, vt apoſtoli dogmata à Iudaïca infirmitate pura vbiq; terrarum mitterent. Hęc ciuitatis dignitas, hoc ipſam facit Metropolim, non in terra ſed in cœlo. Itaque omnes alij honores corruptibiles ſunt & caduci, & cũ præſenti vita ſoluuntur: frequenter autem & ante præſentem vitam finem capiunt: ſicut & nunc vtique ceperunt. Mihi ciuitas non habens pios ciues omni villa vilior eſt, & quacunque ſpelunca ignobilior. Et quid dico de ciuitate? Vt enim diligenter diſcas quòd virtus ſola inhabitantes ornat, nihil tibi de ciuitate dico, ſed quod eſt omni ciuitate venerabilius, Hieroſolymi tanum dei templum in medium agens hoc demonſtrare conabor. Hoc enim templum, in quo ſacrificia, & orationes & cultus, vbi ſancta ſanctorum, & Cherubin, & teſtamentum, & phiala aurea, magna indicia diuinæ circa genus illud prouidentiæ. Vbi oracula ſupernè continua ferebantur, vbi prophetę diuini fiebãt: vbi non humanæ artis apparatus, ſed diuinæ ſapientię expreſſio erat: vbi multo parietes vndique fulgebant auro, & ſupra omnem modum, tum materiæ precioſiſſima ſpecies, tum artis diligentia coniunctæ ſingulare ſuper terram templum huiuſmodi tunc fuiſſe demonſtrauerunt: imò verò non artis tantùm diligentia, verùm & dei ſapientia ſimul illud ornauit ædificiũ. Non enim ex proprio, nec à ſemetipſo, ſed à deo cuncta Salomon diſcens, & deſcriptionem cœlitus capiens, ſic 3. Reg. 6. a. ipſum deſignauit, & erexit. Verũtamen templum tam pulchrum, & mirabile, & ſanctum, vtentibus ipſo perditis tantæ ignominiæ habitum eſt, ſicq; contemptum & prophanum redditum, vt ante captiuitatem quidẽ ſpelunca vocaretur latronum, & ſpelæum hyænæ, poſt Matth. 21. b. & Luc. 19. g hæc verò barbaricis, & immundis, & prophanis manibus traditum ſit. Vis & de ciuitate hoc idem diſcere? Quid Sodomis & coniunctis ciuitatibus fuit præclarius? Etenim domus & ædificia ſplendida, & parietes E pulcherrimi apud ipſos erant, & regio pinguis, & fertilis, & paradiſo dei aſſimilata. Cella verò Abraham vilis & parua, & nullum habens munimen. Sed exorto quandoque bello barbarico, vrbes quidem mœnibus munitas ſuffoderunt, & ceperunt barbari, & incolas captiuos facientes abierunt: ſolitudinis autem ciuem Abraham ingruentem non pertulerunt. Nec immerito: multitudinis enim & murorum munimine multò maiorem vim habebat, pietatẽ ſcilicet. Si Chriſtianus es, ciuitatem non habes ſuper terram. Ciuitatis noſtræ opifex & architectus eſt deus: licèt omnem capiamus orbem, hoſpites & peregrini totius ſumus. In cœlum adſcripti ſumus, illic conuerſamur, non more puerorum paruorum pueros magnos ſuſpicientiũ, parua admiremur. Non ciuitatis magnitudo, ſed animi virtus ornamentum eſt, & munimentum. Si verò ciuitatis quoque dignitatem eſſe putaueris magnitudinem, cogita quot lenones, quot molles & perditi, & innumeris pleni malis dignitati huic communicãt, & tandem hunc contemne honorem. Sed non ille talis eſt: non enim ipſius partem capere licet illis, qui nõ omnem exhibeant virtutem. Ne igitur ſtulti fiamus, F
ſed tunc doleamus, cùm quis animæ noſtræ dignitatẽ abſtulerit, cùm peccatum fuerimus operati, cùm communem omnium dominum offenderimus, ſicut quæ nunc patrata ſunt, non tantùm nihil lædẽt ciuitatem, ſed ſi ſobrij ſimus, & maximè adiuuabunt. Etenim nũc ciuitas noſtra mulieri formoſæ, & liberæ, & modeſtæ ſimilis eſſe videtur. Timor ipſam fecit manſuetiorem & honeſtiorem, & à ſceleratis illis, qui hæc nefanda ſunt auſi facinora, liberauit. Ne igitur muliebri ploremus luctu: etenim multos per forum dicentes audiui: Væ tibi Antiochia, quid tibi factum eſt? quomodo es honore priuata? Et cùm audiſſem, puerilem talia dicẽtium mentem deriſi. Non enim hæc nunc oportet dicere: ſed cùm ſaltantes videris, potantes, blaſphemantes, iurantes, peierantes, mentientes, tunc hac vtere dictione: Væ tibi ciuitas, quid tibi factum eſt? Si verò forum videris paucos habens viros, manſuetos & modeſtos, & moderatos, ciuitatem illam voca beatam. Nihil enim ipſam paucitas lædere poterit, cùm non deſit virtus: ſicut è cõtra nihil vnquam proderit multitudo, cùm adſit malitia. Si fuerit numerus filiorum Roma. 9. f. Iſraël,

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Israël, inquit, velut arena maris, reliquiæ saluabuntur. Nihil me multitudo poterit exorare inquit. Sic & Christus fecit, vocauit ciuitates miseras, non propter paucitatem, neque quoniam non essent Metropoles.
Matth.23.d Et Hierusalem rursum propter hoc ipsum miseram dixit, sic inquiens: Hierusalem Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt. Quâ mihi confert vtilitatem multitudo, dic mihi, si vitiosè viuat? quin è contrario & damnum ex hoc nascitur. Quid enim aliud nunc illata mala fecit? nónne torpor & contemptus, & inhabitantium improbitas? nùn quid dignitas ciuitati profuit? nũquid ædificij magnitudo? nunquid quia Metropolis? Si verò apud regem terræ nihil ex se præuaricatæ hoc profuit, sed illa cuncta sublata sunt: multò magis apud angelorum dominum nihil ipsi proderit dignitas ista: nihil enim nos illo die poterit adiuuare, quòd Metropolim habitemus, porticus latas habentem, & alias huiusmodi dignitates. Et quid dico per illum diem? Quid vel ad præsentem vitam prodesse poterit ciuitatem esse tibi Metropolim? Nunquid ex hoc domum quisquam malè dispo
H sitam correxit, vel ex hac vllum dignitate prouentum habuit, vel tristitiam repulit, vel corporis ægritudinẽ, vel animi vitium deposuit? Ne laudemus dilecti, nec ad multorum opiniones respiciamus, sed discamus quæ tandem sit ciuitatis dignitas, quid quod ciuitatẽ reddat Metropolim. Hęc licèt dicam, spero rursum ciuitatem hanc, formam priorem resumpturam, & in propria futuram præsidentia. Humanus enim & pius rex. Volo vos autem, etiam si reddita fuerit, nõ altùm ob hoc sapere, neque gloriari, nec ex his ciuitatem vestram venerabilem habere. Cùm velis ciuitatis laudẽ dicere, ne mihi Daphnen suburbanam dicas, nec altitudinem cupressorum & multitudinem, nec aquarum fontes, nec multos homines ciuitatem habitare, nec vsque ad profundissimum vesperum cum multa libertate in foro versari, nec venalium copiam habere, sensibilia hæc omnia cùm sint, & vsque ad præsentẽ permaneant vitam: sed si dicere possis virtutem, mansuetudinem, eleemosynam, nocturnas orationes, modestiam, animi sapientiam, ex istis ciuitatem commẽda. Hæc si & eremum habitantibus adsint, omni ciuitate splendidiorem ipsam faciunt: & è contra ciuitatem
I omnium vilissimam, si hæc illius non adsint ciuibus. Hoc non in ciuitate tantùm, verùm & in hominibus faciamus. Si hominem videris corpulentum, in habitudinem multam progressum, sublimem, & alios superascendentem corporis proceritate, ne admireris, donec animum didiceris. Ne ab exteriori pulchritudine, sed à mentis ornatu homines beatos censeamus. Paruus erat Dauid, & breuis statura: veruntamen breuis ille & paruus, & armis nudus omnibus, exercitum
1.Reg.17.f. tantum & carneam turrim illam solo prostrauit ictu, non hastam iaculatus, neque sagittam mittens, nec ensem stringens, sed omnia modico lapide consummãs.
Eccli.11.a. Propterea & quidam admonet, dicens: Ne laudaueris hominem in specie eius, nec abomineris virum in aspectu eius. Parua inter volatilia apis, & dulce diuis principatum tenet ipsius fructus. Hoc & de ciuitate & hominibus dicamus, & inter nos philosophemur, & deo gratias habeamus continuè & de præsentibus, & de præteritis: & communiter ipsum rogemus cum omni intentione, vt & carcerem habitantes, & in exilium transportati, illi quidem dimittantur, hi verò reuertãtur. Membra nostra sunt & illi, nobiscũ fluctuati sunt, nobiscum procellam sustinuerunt. Rogemus igitur be K
nignitatem diuinam, vt ipsi nobiscum trãquillitatem assequantur. Nemo dicat, Quæ verò mihi cura est amplius? Liberatus sum ipse periculo, pereat ille, corrumpatur alter. Ne deum exacerbemus per hanc aspernationem: sed tanquam ipsi simus in aduersis, sic doleamus, sic deum cum sedulitate precemur, illud Pauli di
Rom.12.c. ctum implentes: Cùm vinctis tanquam simul vincti, cum malè habentibus tanquam & ipsi simus in corpore, & flentes cum flentibus, humilibus consentientes. Hoc & nobisipsis maximè proderit. Nihil enim sic deum delectare consueuit, sicut cùm multa promptitudine, pro membris nostris doleamus. Oremus igitur ipsum communiter & pro præsentibus, & pro futuris, vt & ab illa nos pœna liberet. Præsentia enim qualiacunque sint tolerabilia sunt, & finem habent: illa verò tormenta immortalia, & ineuitabilia. Præter consolationem verò studeamus & ipsi non amplius talibus labi peccatis, scientes quòd amplius neque veniam assequi poterimus. Communiter igitur ante deum procidamus omnes, & dum hìc sumus, & domum profecti dicamus: Iustus es domine in omnibus quæ fecisti nobis, quoniam in vero iudicio fecisti. Si peccata nostra obstiterint nobis, fac propter nomen tuum, & ne concedas amplius talium nos molestiarum experientiam capere, nec inducas nos in tentationem, sed libera nos Matth.6.b.
à malo: quoniam tuum est regnum, & potentia, & gloria in secula seculorum, Amen.

IN PRAEDICTAM SEDITIONIS materiam. Et de ieiunio. Et in Apostolicum dictum: Gaudete in domino semper.

Homilia. XVIII.

MVltos vidi gaudentes, & inter se dicentes: Vicimus, superauimus, ieiunij dimidium profligatum est. Tales autem hortor non propterea gaudere, quia profligatum sit ieiunij dimidium sed illud considerare, si peccatorum sit profligatum dimidium, & tunc exultare: hoc enim voluptate dignum, hoc est id quod quæritur, & propter quod facta sunt omnia, vt defectus nostros corrigamus, ne tales exeamus de ieiunio, quales ieiunium ingressi sumꝰ, sed abluti, & omni mala consuetudine deposita, sic sa- M
cram agamus solennitatem. Si hoc desit, non tantùm nulla nobis erit vtilitas, verùm & maximum ex consummato ieiunio damnum. Ne igitur lætemur, quòd ieiunij prolixitatem expediuimus, nihil enim magnũ hoc est: sed lætemur, quando cum profectibus ipsum exegerimus, vt etiam ipso transacto, fructus ipsius effulgeat: etenim hyemis lucrum tunc maximè demonstratur, cùm illa præterierit. Nanque vernantes segetes, & foliis ac fructu afficientes arbores per ipsum aspectum clamant vtilitatem sibi ex hyeme factã. Hoc & in nobis pariter fiat: etenim pluuiis continuis & crebris in hyeme per ieiunij tempus potiti sumus, continuam hauriẽtes doctrinam, & semina suscepimus spiritualia, & deliciarum spinas abscidimus. Perseueremꝰ igitur, quæ suscepimus cum diligentia seruantes, vt & ieiunio præterito ieiunij scaturiat fructus: & per bona quæ de ieiunio cepimus, etiam ipsius ieiunij recordemur. Si nos igitur sic comparemus, aduenienti ieiuniũ cum voluptate suscipiemus deinceps. Multos etenim video se ita pusillanimiter habentes, vt in præsenti de futura soliciti sint quadragesima, multosq; dicentes audiui, quòd

A diui, quòd post ieiunij liberationem non sentiunt voluptatem ex remissione propter futuri anni sollicitudinem. Quid his, quæso, magis esse posset pusillanime? Quæ verò est huius causa? quòd aduenien te ieiunio non quomodo bene disponatur anima studemus, sed in sola ciborum abstinentia ipsum definimus. Itaque si multùm in morum correctione ab ipso lucraremur, etiam quotidie ieiunium adesse oraremus, per ipsa opera eius meritorum sensum cupientes, nec vnquam ipsius desiderium eiiceremus, nec ipsum exspectantes tristes fieremus & anxij. Mente quippe bene dispositum, & animæ suæ curam habentem nulla res tribulare poterit, sed pura continuáque fruetur voluptate. Quòd hoc sit verum, hodie Paulum audi-
Philip.4.a. stis nos admonentem, & dicentem: Gaudete in domino semper, iterum dico gaudete. Et scimus multis videri, non posse fieri quod dictum est. Quomodo namque fieri potest, inquit, vt qui homo est, semper gaudeat? Gaudere namque non difficile, continuè verò gaudere & impossibile mihi esse videtur. Fortè quis dicet, multæ nos tristitiæ necessitate circuncursant.
B Vel enim filium quis amisit, vel vxorem, vel amicum legitimum omni cõsanguineo magis necessarium: vel pecuniarum passus est mulctam, vel in ægritudinem incidit, vel aliarum rerum sustinuit iacturam, vel præter dignitatem contumeliam passus indoluit: vel fames, vel pestis, vel exactio intolerabilis, vel familiaria negotia: quinimo nunquam omnia recensere possemus, quæcunque & priuatim, & publicè nos mœrore afficere consueuerunt. Quomodo igitur, inquit, possibile semper gaudere? possibile nempe ô homo: & si possibile non esset, non admonuisset Paulus, nec consuluisset, cùm homo speciali esset fruens sapientia. Et propterea continuè vobis dicebam, & dicere non desinam: quoniam quæ nullatenus ab alio quoquam discere datur, hæc nobis licet hìc meditari. Voluptatem enim quærunt, & gaudere cupiunt omnes, & propter hoc omnia faciunt, & dicunt, & negotiantur. Etenim mercator propter hoc nauigat, vt pecunias congreget: congregat autem pecunias, vt habens repositas gaudeat: & exercitus ductitans propterea tractat arma, & agricola propterea terram co-
C lit, & artem quisque suam propterea tractat: & dominationis cupidi ideo cupiunt, vt gloria fruantur, gloria verò frui volunt, vt gaudeant. Et negotium quodque ad hunc finem nobis tendere videtis. Et ad hoc quisque respiciens per multa media ad ipsum ire festinat. Lætitiam quippe, quod dixi, amant omnes, assequi verò non omnes possunt. Nesciunt enim viam eò tendentem. Sed multi putant quòd diuitiis affluere huius sit causa. Si hæc autem causa fuisset, nemo pecunias possidentium vnquam fuisset dolore pressus: nunc verò diuitum multi vitam non vitalem esse putant, & innumeras mortes exoptant, cùm aliquam aduersitatem senserint, & hi maximè sunt vehementer dolentes. Ne mihi quippe mensas ipsorum respexeris, nec assentatores & paralitos, sed res ex ipsis orientes, infestationes & calumnias, pericula, anxietates, & quòd his molestius est, quòd impræmeditati ad has deuoluti mutationes, philosophari neciunt, & casus generosè ferre. Propterea nec huiusmodi videntur ipsis grauia, quania per naturam sunt, verùm & leuia iam intolerabilia esse videntur. Sicut vicissim in pauperibus contrarium fit, & illa tolerari posse videntur, quę intolerabilia sunt, quippe qui multa talia prius meditati fuerint. Non enim tam rerum natura, quàm D
patientium dispositio magnáque & parua videri facit incumbentia nobis mala. Et ne horum exemplum amborum longius accersiam, de his quæ vobis acciderunt, disseram. Ecce enim pauperes quidem omnes euaserunt, & populus periculo liberatus est, & pura potitur securitate. Qui ciuitatis autẽ negotia tractabant, & equos domi alebant, & brabia in certaminibus proponebant, & alia administrabant: ipsi carcerem nunc habitant, & de extremis timent, & ab omnibus patrocinum soli dant pœnas, & in continuo metu viuunt, & omnibus miserius nunc dispositi sunt, non propter periculorum magnitudinem, sed quia præteritum tẽpus in deliciis egerant. Multi nanque cùm eos hortaremur, & suaderemus vt generosè grauia ferrent, dicebant: nil vnquam tale meditati sumus, nec talia philosophari nouimus, propterea magnæ indigemus consolationis. Alij rursum putant, quòd bona valetudo sit voluptatis causa. Non est autem: multi nanq; bene valentes, & ipsi millies mori optauerunt, illatas sibi non ferentes calumnias. Alij rursum gloria potiri, & impe- E
rio insignitum esse, & magistratus administrare, & à multis adulationibus demulceri, continuæ lætitiæ causam esse dicunt: sed nec istud est. Et quid dico alios magistratus? Etsi enim ad ipsum mente regnum ascendamus, in illo quoque viuentem multis circunuentum molestiis inueniemus: & tantò plures tristitiæ necessitates habentem, quantò maiori quoque rerum fastu circundatus est. Et quid opus est bella, pugnásque commemorare, & barbarorum insultus? Ipsos sæpe timent, qui secum domi conuersantur. Etenim regum multi hostiles elapsi manus, corporis sui custodum insidias non effugerunt. Tot verò regibus tristitiæ necessitates sunt, quot mari vndæ. Cùm igitur nec regnum vitam sine tristitia reddere possit, quid aliud hoc præstare poterit? Humanorum quidem nihil, sed solum Pauli verbum, breue quidem id, sed altum nobis hunc aperiet thesaurum. Non enim multis opus est sermonibus, nec longo circuitu: sed si solum dictum cogitemus, vitam ad hoc ferentem inueniemus: nec enim simpliciter dixit, Gaudete semper: sed addidit continuæ voluptatis causam, cùm dixerit, Gaudete Philip.4.a.
in domino semper. In domino gaudens ex accidente F
nullo voluptate hac excidere potest. Alia nempe cuncta, in quibus gaudemus, mutabilia sunt, & transitu facilia, & facilè vertuntur, nec hoc solùm habent molestum, sed etiam quòd manentia, non tantam afferunt nobis voluptatem, vt ex aliis nascentem tristitiam repellant, & obumbrent. Dei verò timor hæc habet vtraque, stabilisque est & immotus, & tantam emittit lætitiam, vt nullus nos aliorum sensus malorum capiat. Deum enim, sicut oportet, timens, & in ipso confidens, voluptatis radicem lucratus est, & omnem habet lætitiæ fontem. Et sicut in mare decidens immensum scintilla breuis facilè deletur: sic quantacunque deum timenti illidantur, velut in vastum lætitiæ pelagus incidentia extinguuntur, atque perduntur. Et reuera hoc est maximè mirabile, quòd cùm adsint quę contristare solent, permanet ipse gaudens. Si nihil enim adesset tristificum, non esset ipsi magnum semper posse gaudere. Multis autem incumbentibus, quæ in tristitiam impellant, omnibus esse superiorem, & in mediis tristibus lętari, hoc est admirabile. Et sicut tres pueros non arsisse miraretur nemo, si procul à Babylonica stetissent fornace (quod enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

G omnes consternauit hoc est,quòd in igne tantum temporis versati, his qui non versati fuerant, egressi sunt minus læsi) sic & in sanctis dicere licet , quòd si nulla ipsis institissent tentatio , ipsos continuè gaudere non admiraremur.Consternatione verò dignum, & supra naturam humanam hoc est , quòd infinitis vndique vndis circundati , tranquillitate pura fruentibus melius dispositi sunt. Quòd igitur nullam exteriorem vitam gaudium continuum habentem inuenire licet, ex dictis patet. Quòd autem fidelis non potest nò continua frui voluptate, rursum & hoc ipsum demonstrare conabor,non vt discatis tantùm,sed etiam vt hanc tristitia carentem vitam sectemini. Sit enim aliquis nihil in se damnandum habens, sed bona fretus conscientia,& ad futura anhelans, & expectans illam beatam spem : quid hunc, quæso, in tristitiam poterit inducere? Nam omnibus rebus intolerabilior mors esse videtur , sed huius expectatio non tantùm ipsum non contristat,verùm & potius delectat: nouit enim quòd mortis præsentia laborum est liberatio , & cursus ad coronas , & brabia pro pietate & virtute pugnantibus
Iob.1.d. H reposita.Sed filiorum acerba mors.Verùm & hoc generosè fert,& dicet Iob verba:Dominus dedit,dominus abstulit , sicut domino visum est,ita & factum est: sit nomen domini benedictum in secula.Si verò filiorum mors & iactura contristare non potest , multò minus pecuniarum iactura, & accusationes & calumniæ tam magnum & generosum animum tangere possent, neque corporis dolor : quoniam & apostoli flagellabantur quidem , sed non dolebant. Magna quidem sunt & hæc , sed multò maius est, quòd non tantùm non dolebant , verùm & ipsa flagella maioris materiam faciebant voluptatis , & reuertebantur à
Acto.5.g. facie concilij gaudentes , quòd digni fuerant habiti pro nomine Christi contumeliam pati. Contumelia & conuicio quis talem affecit : sed à Christo gau-
Matth.5.a. dere institutus est in contumeliis. Gaudete enim , inquit, & exultate de omni malo verbo , quod dixerint contra vos homines , mentientes propter me : quoniam merces vestra multa est in cœlis. Sed in morbum incidit ? Verùm audiuit alium admonentem , &
Eccli.22.d. I dicentem : In morbo & paupertate in ipso confidas.
1.Pet.1.b. Quoniam sicut in igne probatur aurum , sic homines acceptabiles in fornace humiliationis. Cùm igitur neque mors,neque pecuniarum iactura,neque corporis ægritudo, neque ignominia , neque conuicium, neque quippiam aliud huiusmodi ipsum contristare possit , verùm & magis delectet : quam vnquam tri-
Roma.5.a. stitiæ materiam habebit ? Quid igitur , inquit , sancti non dolebant ? non audis Paulum dicentem , Tristitia mihi magna est , & indesinens dolor cordi meo? Hoc ipsum nempe admirabile est , quòd tristitia lucrum, & voluptatem ex lucro ferebat. Sicut enim flagella non dolores , sed lætitiam : sic rursum & tristitia magnas illas præbebat coronas. Et hoc est admirabile,quòd non mundi tristitia tantùm,verùm & lætitia damnum habet extremum. In spiritualibus verò contrarium totum, non lætitia tantùm, verùm & tristitia multum habet bonorum thesaurum. Verbi gratia, Gaudet quis in mũdo sæpe inimicum laborantem videns, & per hanc lætitiam,multam sibi attrahit pœnam: dolet rursum quis alius fratrem lapsum videns, & per hanc tristitiam multam sibimet apud deum beneuolentiam comparat. Cernis quomodo secundum deum tristitia, mundi lætitia melior est & vtilior? Sic & Paulus tristabatur propter peccantes , propter non K credentes deo , & ex hac tristitia multam sibi repositam habebat mercedem. Vt autem manifestius quod dico faciam , & discatis quòd licèt præter opinionem sit dictum, tamen verum est, & luctus sæpe nouit dolentes animas reparare, & conscientiam grauatam releuare.Multæ sæpius mulieres desideratissimis amissis filiis, si prohibeantur quidem lugere & conquiri, disrumpuntur & pereunt: si verò mœrentium omnia fecerint, releuantur & consolationem accipiũt. Et quid mirandum , si in mulieribus hoc , quippe cùm & prophetam hoc patientem videre quis possit ? Propterea continuè dicebat:Sinite me,amarè lugeam, ne prohibete consolantes super contritione filiæ generis mei. Itaque sæpe tristitia est afferens consolationem.Si autem hoc in mundo , multò magis in rebus spiritualibus.Propterea dicit: Secundum verò deũ tristitia pœ- 2.Cor.7.d.
nitentiam in salutem stabilem operatur. Et hoc quidem obscurum esse videtur.Quod autem dicit, est huiusmodi:Si de pecuniis tristatus fueris , nihil profecisti:si in ægritudine, nihil lucratus es, verùm & magis ipsam exacerbasti. Et ego quidem multos audiui post L
talem experientiam se accusantes,& ad seipsos dicentes:Quæ vtilitas quòd doluimus nec pecunias recuperauimus, & meipsum læsi.Si verò peccato tristeris, hoc delesti, & maximam lucratus es voluptatem. Si de fratribus lapsis contristeris , teipsum hortatus es & consolatus, & illos rursum reparasti: quòd si nihil & ipsis profueris,maximam habes mercedem.Et vt discas, quòd de lapsis tristari,etsi nihil prosumus,maximam nobis retributionem affert , audi Ezechielem dicentem , imò verò deum per ipsum loquentem. Postquàm enim mi sit quosdam ad subuertendum vrbem, & ferro & igni consumendum ædificia omnia cum habitatoribus ip- Ezech.9.b.
sis,imperat cuidam sic dicens: Da signum in facie virorum gementium & dolentium. Et cùm aliis imperasset,& dixisset,De sanctis meis tangite:intulit dicẽs, Ibidem.
Supra quos autem est signum , ne ipsos tangite. Qua, dic mihi,causa?quoniam etsi nihil prosunt,tamen gemunt quæ geruntur,& deplorant.Et alios verò rursus accusat, dicens: Ventri & deliciis vacantes, & multa potientes libertate , videntes Iudæos in captiuitatem deduci,non doluerunt, non communem fecere tristi- M
tiam: & ipsos accusans, ait: Nihil passi sunt in contri- Amos.6.b.
tione Ioseph. Ioseph appellans populum Annem. Et Mich.1.c.
rursum:Non exiit quæ habitat Enam plangere domũ
suæ coniunctam. Quanuis enim iustè puniantur, vult deus nos condolere , non autem gaudere & insultare. Si enim,ait,ego puniens non lætus hoc facio,nec in ip- Ezech.18.g
sorum vltione delector: non enim voluntate volo mortem peccatoris : oportet & te dominum imitari, & propterea quippe lugere , quoniam peccator iustæ vltionis materiam præbuit , & occasionem. Itaque si quis etiam secundum deum tristetur , magnam inde sumit vtilitatem. Cùm igitur flagellati,flagellantibus sint beatiores , & apud nos tribulati exterioribus positis in remissione , & dolentes gaudentibus : quæ nobis amplius erit tribulationis occasio ? Propterea beatum habere conuenit neminem , nisi secundum deum viuentem solùm. Hos quoque solos scriptura beatos vocat , inquit enim : Beatus vir ; qui non abiit Psal.1.a.
in consilio impiorum. Beatus , quem tu erudieris do- Ibidem.93.b.
mine , & de lege tua docueris eum. Beati immaculati in via.Beati qui confidunt in eo. Beatus cuius domi- Ibidem.118.a.
nus deus adiutor eius,Beatus quem non condemnauit Ibidem.143.a.
anima

A anima eius.Beatus vir,qui timet dominum.Et rursum
Psal.111.a. sic Christus:Beati qui lugent,beati humiles, beati mi-
Matth.5.a. tes,beati pacifici , beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Vides quomodo nullibi diuitum quenquam, non generosum,non gloria potentiũ beatificant diuinæ leges,sed virtutem tantùm apprehendentem?Quod quæritur enim,omnium quæ facimus, vel patimur,materiam dei timorem esse conuenit. Et si hanc præmittas radicem,non remissio tantùm, nec honores, neque gloria atque ministeria, verùm & infestationes,& calumniæ,& contumeliæ,& ignominię, & tormenta , & omnia generaliter voluptatis fructus tibi germinabunt.Et sicut arborum radices, ipsæ quidem sunt amaræ , iucundissimos autem nobis fructus ferunt : sic profectò & secundum deum tristitia multam nobis afferet voluptatem. Norunt quicunque sæpe cum dolore orauerunt , & lachrymas effuderunt, quantam sint lucrati lætitiam : quomodo conscientiã expurgarunt , quomodo exurrexerunt cum bona spe:
B quod enim semper dico,non rerum natura, sed mens nostra nos contristare,vel lætificare consueuit.Si igitur hanc talem reddamus , qualem esse decet , omnis lætitiæ pignus habebimus.Et sicut corpus,non tantùm aëris natura,aut exteriores incursus,quantùm propria dispositio & lædit,& adiuuat:sic & in anima,& multò magis. Hic etenim naturæ quidem est necessitas, illic verò totum in voluntate situm est. Propterea Paulus innumera passus mala,naufragia,bella, persecutiones, insidias, latronũ incursus, & quæcũq; nec oratione numerare licet, & quotidianas mortes moriẽs, nõ tantũ nõ dolebat,nec indignabatur,verùm & gloriabatur,&
Coloss.1.d. gaudebat,dicebatq;:Nunc gaudeo in passionibus meis,
Roma.5.a. & suppleo defectus tribulationũ Christi in carne mea. Et iterùm : Non tantùm autem , verùm & gloriamur in tribulationibus: Gloriatio verò voluptatis est intensio.Si lætitiam itaque cupis,non pecunias,non corporis sanitatem,non gloriam,non potentiam, non delicias,non lautas mensas, non sericarum vestium amictus quæras: noli preciosos agros, domósve splẽdidas & illustres,aut aliud huiusmodi quicquam sectari: sed philosophiam, quæ est secundum deum tracta, & apprehende virtutem, & nil eorum quæ sunt , aut expectantur,te poterit contristare. Quid dico contristare? additio nempe tibi fient voluptatis, quæ alios contristant:etenim flagella,& mortes, & mulctæ, & accusationes, & malè dicti , & omnia talia , quando propter deum nobis inferantur,& hanc habeant radicem,multam nobis in animam inducunt voluptatem. Nos enim miseros facere poterit nemo, nisi nosipsos faciamus:sicut scilicet neq; beatos,nisi nos efficiamus, post dei gratiam.Vt discatis, quòd hic solus est beatus, qui timet dominum:non ex præceptis, verùm ex contingentibus nobis hoc vobis demonstrabo.Periclitata nobis est ciuitas tota deleri , & diuitum quidem & illustrium & insignium virorum in medio apparere alius est nemo, sed fugerunt omnes , & recesserunt : deum verò timentes,commorantes in monasteriis, hi multa cum fiducia accurrentes,omnia soluerunt : & tantùm abfuit, vt accidentia mala, & expectatæ comminationes ipsos terrerent , & in anxietatem inicerent, vt longè à calamitate sedentes, & nihil habentes commune, spontè seipsos in medium mitterent incendiũ, & omnes eriperent:& quod omnibus terribile & horrendum esse videtur, mortem ipsi cum omni promptitudine susceperunt , & cum maiori ad eam volu-
D ptate cucurrerunt , quàm ad principatus alij & hono-
res.Norant enim,quòd magnus hic magistratus & honor : & per ipsa demonstrarunt opera , quod solus est hic beatus, qui disciplinam apprehendit cœlestem , & mutationem nullam suscipit , nec vllam sustinet aduersitatem , sed continua tranquillitate fruitur , & omnia deridet quę videntur esse tristia.Nunc enim qui sunt in primis magistratibus, tristitia multa tenentur, carcerem habitãtes,catenis obsessi, quotidie mori exE pectantes. Hi verò purissima fruuntur voluptate, etiã si quid graue pati accidat : & quæ aliis terribilia esse videntur , hæc ipsis sunt desiderabilia : norunt enim ad quid currunt , & quis finis postquàm hinc discesserint,suscipiet.Et cum tanto viuentes studio,& mortem deridentes , pro aliis tamen dolent, & ex hoc vicissim magnam capiunt vtilitatem.Studeamus igitur animæ nostræ curam habere , & expectatorum nihil nos poterit contristare , & pro carceratis deum oremus , vt eos ab imminenti liberet calamitate. Poterat nempe totum simul soluere malum, & ne tenues quiE dem dimittere reliquias.Sed ne rursus ad priorem reuertamur torporem , sensim & paulatim horum torrentem malorum remittere curauit,in eadem nos retinens pietate. Et quòd hoc sit verum , & quòd multi ad priorem rediissent torporem, si breui cuncta soluta fuissent , inde manifestum est , si quando calamitatis reliquiæ remanent,& adhuc regis est incerta sententia,& omnes ciuitates negotia administrantes sunt in vinculis : multi ciuitatem nobiscum habitantium lauandi cupiditate ad fluuium currunt, innumeris illic se conuiciis mordentes , luxuriantes , lasciuientes, saltantes, fœminas pertrahentes : qua igitur illi venia digni? qua excusatione? imò verò qua non sunt pœna, & vltione digni ? Ciuitatis caput in carcere , membra nostra in exilio, incerta de his sententia: & tu, quæso, saltas,& ludis,& rides? Inquit aliquis, Non enim illuuiem patimur.O impudentem sententiam. O mœchanicam & perditam. Quot menses,rogo, fuerũt? Quot anni? Nondum viginti dies balneis exclusus egisti, & tanquam totum in illuuie transegeris annum,sic mœres & indignaris? Sic, quæso, fuisti, cùm militum incursum expectabas,cùm per singulos mori dies sperabas, quando in deserta fugiebas , & ad montium cur- F
rebas vertices ? Si quis tibi tunc totum annum in illuuie manere proposuisset, vt ab instanti liberareris anxietate,nónne prompte suscepisses,atque tulisses?Cùm igitur illi , qui absque omni damno hæc soluit , deo gratias agere conueniat , lasciuis rursum , & contumeliam facis : & quoniam metus transiuit , ad maiorem iterum torporem redisti ? Sic tetigerunt mala, vt & appetas balnea ? Si enim balnea remittebantur, non erat satis morientium calamitas , etiam eis qui in his non essent molestiis , persuadere , vt omnium obliuiscerentur deliciarum? De anima periculum est, & tu balneorum recordaris , & deliciis vis vacare? Contemnis quia nunc effugisti?Vide ne maioris pœnæ tibi necessitatem circumponas , & ablatas rursum minas cum maiori attrahas discrimine , & idem patiaris,quod de dæmonibus inquit Christus. Postquam Matth.12.d.
& Luc.11.c.
enim egressus fuerit spiritus immũdus,inquit,& postea inuenit domum vacantem , & scopis mundatam, septem alios spiritus nequiores se iterum assumens,reuertitur in animã,& fiunt posteriora eius peiora prioribus. Timeamus igitur & nos, ne prioribus absoluti, per sequentem torporem prioribus peiora subeamus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Noui vos hac alienos ſtultitia. Verùm & incompoſitè ambulantes cohibete,punite,caſtigate,vt ſemper gaudeatis, ſicut Paulus imperauit: vt & propriorum hic meritorum, & aliorum curæ multam & hic & in futura vita capiamus mercedem, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem, & cum quo patri, ſimul & ſancto ſpiritui gloria,poteſtas,honor nunc & ſemper,& in ſecula ſeculorum,Amen.

AD HOMINES AGROS COLENtes,& de uitando iuramento.

Homilia.XIX.

GRatulati eſtis ſanctis martyribus his diebus tranſactis, & ſpirituali lætitia repleti, exultaſtis honeſtis exultationibus, vidiſtis aperta latera,& illa conciſa,cruorem vndique defluentem,infinitas tormentorum ſpecies.Humanam vidiſtis naturam ſupernaturalia præſtantem , & coronas ſanguine decoratas,pulchram ſaltaſtis choream, in omnẽ partem ciuitatis hoc honeſto duce vos circumagente,ſed
H nos & inuitos infirmitas domi manere cogebat. Tamen etſi ſolennitati nõ interfuimus,de voluptate participamus: etſi de concione fructum non cepimus,vobiſcum tamen lætitiam communem habuimus. Talis eſt enim charitatis vis, non fruentes pariter cum fruẽtibus gaudere facit, communia proximorum bona putare perſuadens.Propterea & domi ſedens,gaudebam vobiſcum, & morbo mihi nondum ſoluto penitus ſurrexi,& cucurri ad vos , vt deſiderabiles facies veſtras intuerer,& præſentis feſtiuitatis particeps fierem. Feſtiuitatem enim maximam eſſe puto præſentem diem propter fratrum præſentiam noſtrorum , qui vrbem nobis adornauerunt, & eccleſiam honeſtauerunt. Populus lingua quidem nobis diuerſus, fide verò conſonus:populus in labore viuens,vitam habens modeſtã, & venerabilem. Apud hos enim viros non iniquitatis ſpectacula,non equorum certamina,neque meritoriæ mulieres,nec reliquus vrbis tumultus:ſed omne luxuriæ genus eliminatum eſt , multa verò vbique modeſtia floret.Cauſa verò,laborioſa ipſis eſt vita,& virtutis ſcholam atq; modeſtiæ habent:terræ culturam artem tractantes , quam ante reliquas omnes in vitam
I deus noſtram intulit. Etenim ante peccatum Adam quando multa fruebatur libertate, agriculturam quandam obire iuſſus eſt, non laborioſam quidem , nec ærumnas habentem, ſed multam ſibi præbentem philoſophiam:Poſuit enim ipſum,ait, vt operaretur, & cuſtodiret paradiſum. Horum quenque cerneres nunc quidem boues iugantem aratorios,& aratrum trahentem, & profundum ſcindentem ſulcum : nunc autem ſacrum aſcendentem tribunal,& ſubditorum animas arantem.Nunc quidem agri ſpinas excidentem falce, nunc verò ſermone ex animis peccata extergentem. Non enim erubeſcunt cultura, ſicut vrbem nobiſcum habitantes: ſed erubeſcunt ſegnicie, quæ iam didicerunt, omnem illam docuiſſe malitiam , & ab initio ſe diligentibus nequitiæ fuiſſe magiſtram. Vnde maximè nobis optimam philoſophari videntur philoſophiam, non ex habitu, ſed ſententia virtutem ſuã exhibentes.Itaq; externorum philoſophi, ſcenicis & mimorum ludis vacantibus nihilo melius diſpoſiti ſunt, pallio,& barba,& ſtola nil amplius exhibere valentes. Hi verò contrarium totum , baculo & barbæ , & reliquæ ſupellectili longè valere dicentes, animam ſuam veræ philoſophiæ præceptis exornauere,nec præceptis K tantùm , verùm & operibus ipſis. Et ſi horum quempiam interroges in agricultura viuentium , & ligone, & aratro confectorum de dogmate,de quibus infinita quærentes externi philoſophi,& ſermones multos impendentes,nihil ſanum dicere potuerunt, ſedulò cuncta tibi cum multa reſpondebit ſapientia. Nec hoc tãtùm eſt admirabile, verùm & quoniam per opera dogmatum fidem firmant : Etenim quòd animam habemus immortalem , & omnium quæ hic geruntur, rationes reddere debemus , & tremendo aſſiſtere tribunali , & in mente ſibi perſuaſerunt , & vitam omnem ad hanc ſpem conſtituerunt , & omni humana opinione ſuperiores redditi ſunt,à diuina eruditi ſcriEcclés.1.1. & 12.6. ptura , quòd vanitas vanitatum , & omnia vanitas: ad nil eorum quæ videntur eſſe clara , anhelant. Hi & de deo hæc philoſophari norunt , quæ deus mandauit.Et ſi quempiam ipſorum aſſumens philoſophorum aliquem externorum nunc in medium adducas (imò verò nunc quidem neminem datur inuenire) ſi verò horum aſſumens vnum , euoluénſque priſcorum philoſophorum libros percurras. Et quid hi quidem nunc reſpondent , quid autem illi tunc philoſophati ſunt , in comparatione ponens diſcutias , videbis quanta ſit horum quidem ſapientia , quanta verò illorum dementia. Cùm enim ipſorum quidam nullam quidem rebus eſſe prouidentiam dicant , nec à deo creatum eſſe mundum , neque virtutem ſibiipſi ſufficientem eſſe , ſed opus eſſe pecuniis , & generoſitate, & exteriori claritate, & multa alia his magis ridicula : hi autem & de prouidentia , & de iudiciis ſequentibus , & de dei creatione , qui ex his quæ non erant , omnia produxit , & de aliis omnibus philoſophentur,nihil omnino de peregrina ſcientes diſciplina, quis non illico dei potentiam diſcat, quæ illiteratos , & idiotas multùm in ſapientia gloriantibus tantò ſapientiores demonſtrauit , quantò paruis puerulis prudentes viros præſtãtes cernere datur? Quod enim ipſis damnum ex ſermonis imperitia eſſe poſſit , cum mentes mũda ſint ipſis plenæ ſapientiæ? Quæ verò peregrinis ex ſermonum diſciplina vtilitas , cùm mens ſenſibus ſit oppoſita? Vt ſi quis enſem gereret , capulum quidem argenteum habentem , ferrum verò quolibet plumbo imbellius: & his enim lingua quidem verbis, & nominibus eſt ornata , mens verò multa repleta eſt infirmitate , & ipſis ad omnia eſt inutilis : ſed non ſic horum philoſophorum,ſed penitus contrarium.Multæ mens ipſis philoſophiæ ſpiritualis eſt plena,& dogmata vita ſectatur. Apud hos non ſunt mulieres luxuriantes,nec veſtimentorum ornatus,nec colores & fuci , ſed omnis huiuſmodi morum corruptio pulſa eſt. Vnde facilius quoque ſibi ditum ſibi populum in modeſtiam deducunt , & Pauli legem velamina & eſcas habere, & nil amplius quærere iubentem , multa cum diligentia cuſtodiunt. Apud hos non eſt vnguentorum vſus mentem allectans : ſed terra herbas proferens omni vnguentario ſapientius ipſis variam florum parat ſuauitatem.Propterea & ipſis corpora cum animis pura ſanitate potiuntur,quoniam omnes delicias expulerunt , & nequiſſimã ebrietatis fluenta fugauerunt : & tantùm cõſecuti ſunt , quantùm ad viuendum ſufficit.Ne ipſos igitur ex habitu contemnamus, ſed ipſorum mentem admiremur. Quæ nanque exterioris amictus vtilitas , cùm anima mendico ſit omni miſerius induta ? Virum non à veſtimentis, imò

A nec ab ipſo corpore , ſed ab anima laudare decet , & admirari. Huius animam exue, & ipſius pulchritudinem videbis,atque diuitias per verba,per dogmata,& per omnem morum conſtitutionem. Erubeſcant igitur Gentiles , abſcondantur , & in ſuis demergantur philoſophis,& in ſua ſapientia,omni ſtultitia miſeriore.Apud ipſos enim philoſophi per tempus,quo viuebant , vix paucos , & facilè numerabiles dogmata ſua docere potuerunt, & vel exiguo deprehendente periculo & hos perdiderunt. Chriſti verò diſcipuli piſcatores & publicani & tabernaculorum fabri, paucis annis totum mundum ad veritatem cõuerterunt : & innumeris tamen naſcentibus periculis non tantùm nõ eſt extincta prædicatio , verùm & floret, ac in maius augetur:& philoſophari docuerunt homines rudes,& agricolas,& inter armenta verſantes.Hi præter cætera etiam omnium bonorum cauſam charitatem radicatam habentes,ad nos feſtinauerunt, tantam curren
B tes viam, vt venirent, & propria circumplecterentur membra.Eia igitur & nos pro donis iſtis, charitate di co, & affectu, viatica dantes, ſic ipſos remittamus, & rurſum de iuramentis ſermonem moueamus, vt radi citus ex omnium mẽte improba hæc conſuetudo vellatur. Prius autem volo pauca de dictis à nobis ſuperius hodie commemorare. Poſtquàm enim à Perſide abſoluti Iudæi, & ab illa liberati tyrannide in propriã
Zacha.5.a. rediere patriam:Viderunt falcem,inquit,longitudine cubitorum viginti,& latitudine cubitorum decem, & prophetam ſe docentem audierunt : Hæc eſt maledictio egrediens ſupra faciem terræ , & ingrediens domum peierantis,& diſſoluet in medium,& ligna & lapides deſtruet omnes. Et his tunc lectis quærebamus, quare non iuratum ſolùm, ſed etiam ipſius domũ diſſoluit: & hanc cauſam eſſe dicebamus quoniam difficillimorum pœnas peccatorum vult deus continuas permanere , vt omnes poſt hæc corrigantur. Quoniã igitur periturum neceſſe mortuum eſt ſepeliri,& terræ finibus tradi, ne cum ipſius corpore & iniquitas conſepeliatur,domum ruinam fecit,vt prætereuntes cunGene.19.e. cti ipſam cernentes, & ſuffoſſionis cauſam diſcentes, peccati imitationem fugiant. Hoc & in Sodomis factum eſt.Poſtquàm enim exarſerunt in ſui cõcupiſcẽtiam mutuam,etiam terræ naturã ab igne ſuperne delato ſucceſſa fuit. Volebat enim huius peccati vltionem manere perpetuam.Et nota dei clementiam. Nõ
C ipſos peccatores vſque in præſentem ardere diem fecit,ſed illos ſemel incenſos occultauit: terræ verò faciem ſuccenſam in medium omnibus propoſuit poſt hæc cernere volentibus , & nunc omni lingua clarius omnes poſterã generationes, terræ commonet aſpectus,tantùm non clamans & dicens,Ne patretis Sodomorum ſcelera , ne pœnas patiamini Sodomorũ. Nec enim ſic in mentes ſermo peruenire ſolet, vt aſpectus terribilis, & per omne gerens tempus calamitatis veſtigia.Et atteltãtur ad illa loca profecti,qui ſæpius ſcripturam de his loquentem audientes , non multùm timent:poſtquàm verò venerunt, & regionem aſcenderunt, & ipſius omnem ſuperficiem viderunt deletam, & incendium ſunt conſpicati,& terram quidem nuſquam apparentem,cinerem verò cuncta, atque fauillam,perculſi,& multam ex aſpectu illo capientes modeſtiæ diſciplinam, ſic abierunt : etenim ipſe vltionis modus peccati modum imitatur. Sicut enim illi congreſſum infœcundum adinuenerunt ad filiorum procreationem non conferentem:ſic profectò & deus in-

tulit pœnam,quæ terræ ventrem penitus ſterilem red- D didit, & omnibus caſſum fructibus. Idcirco & iurantium domos delere minatus eſt , vt alios illorum pœnis modeſtiores faceret.Ego autem hodie demonſtro non vnam & duas, & tres domos iuramentis deſtructas , ſed ciuitatem totam & populum religioſum , & gentem multa ſemper prouidentia vti ſolitam, & tribum multis elapſam periculis. Etenim Hieruſalẽ ciuitatẽ dei, ſanctorum arcam habens, & omnem illum cultum,vbi prophetæ fuerunt,& ſpiritus gratia, & arca,& tabulæ teſtamenti, & phiala aurea,vbi angeli ſæpe incedebant,hæc ciuitas innumeris naſcentibus bellis, & multis ipſam incurſantibus Barbaris , tanquam muro ex adamante circundata,ſic omnes illos ſemper deriſit,& regione tota deleta nihil graue paſſa eſt.Nec hoc ſolùm eſt admirabile,verùm & quòd grauem ſæpe plagam hoſtibus inferens,ſic eos emittebat, & tantam à deo nacta erat prouidentiam,vt ipſe deus diceret:Velut vuam in deſerto inueni Iſraël,& velut ſignũ Oſee.9.b. in ficu temporaneum vidi patres ipſorum. Et iterũ de ipſa ciuitate:Velut rami oliuæ in ſummo excelſi, & dicent , Ne noceas ipſis. Veruntamen dei ciuitas chara tot elapſa periculis, & in multis peccatis veniam aſſe- E cuta , & quæ ſola ex omnibus aliis captiuitatem effugere potuit,& ſemel,& bis,& ſæpius,ſolo iuramẽto proſtrata eſt. Et quomodo id fuerit, dicam. Fuit quidem Sedechias apud ipſos rex : hic Sedechias iuramentum dedit Barbarorum regi Nabuchodonoſor,quòd in ipſius auxilio permaneret:poſtea defecit, & ad Aegypti regem transfugit , iuramenta paruipendens , & tanta paſſus eſt,quanta ſtatim audietis.Prius verò neceſſariũ eſt prophetæ parabolam dicere,per quem omnia ſignificauit. Factum eſt verbum, inquit, domini ad me di- Ezech.17.a cens : Fili hominis propone ænigma , & narra parabolam,& dices:Hæc dicit dominus deus:Aquila grandis, magnarum alarum longa extenſione , plena vnguibus. Aquilam hic Babyloniorum regem vocauit: magnam autem ipſam, & magnarum alarum dixit, & longam extenſione , & plenam vnguibus nominauit, propter exercitus multitudinem & magnitudinem potentiæ,& incurſionis velocitatem.Sicut enim aquilis ſunt alæ,& vngues arma: ſic milites regibꝰ & equi. Hæc igitur aquila habet narrationem , inquit , aſcendendi in libanum. Quid eſt narrationem ? conſilium, F ſententiam.Libanum verò Iudæam vocauit,quia prope montem illum ſita eſt. Poſtea iuramenta volens & fœdera dicere:Tulit,inquit,de ſemine terræ, & poſuit illud in terra pro ſemine , vt firmaret radicem ſuper aquas multas. In ſuperficie poſuit illud:cumq; germinaſſet, creuit in vineam latiorem humili ſtatura reſpicientibus ramis eius ad eã,& radices eius ſub illa erãt. Ciuitatem verò Hieruſalem vineã hic appellauit. Dicendo verò quòd rami eius reſpiciebant ad eam, & radices eius ſub illa erant: fœdera ſignificauit, & pacem cum ipſo compoſitam, & quòd ſeipſum in illũ reiecit. Mox iniquitatem oſtendere volens, ait:Et facta eſt a- Ibidem.b. quila altera:De rege loquens Aegyptio,grandis & magnis alis,multisq; plumis:& ecce vinea iſta quaſi mittens radices ſuas ad eam,palmites ſuos extendit ad illam,vt irrigaret eam:propterea dixi, Hæc dicit dominus deus:Si direxerit,hoc eſt iuramentum ſeruauerit, & fœdera , poterit manere, & ſaluari , & non cadere. Mox demonſtrans , quòd hoc non erit , ſed omnino propter iuramentum peribit: de pœna ipſa diſſerit, & cauſam ponit. Radices eius euellet, & fructus eius di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G stringet, & siccabit omnes palmites germinis eius, & arescet. Et demonstrare volens, quòd non humana vi destruetur, sed quoniam deum sibi fecit inimicum per illa iuramenta, subiunxit: Et non in brachio grandi, neq; in populo multo, vt euelleret eam radicitus. Et parabola quidem hæc. Rursum verò declarat eam, sic Ezech.7.d. inquiẽs: Ecce veniet rex Babylonis in Hierusalẽ. Postea cùm in medio quædam alia dixisset, iuramenta dicit, & fœdera, ferietq; cum eo fœdus. Mox & rebellionem dicens: Qui recedens ab eo, misit nuncios in Aegyptum, vt daret sibi equos, & populum multum. Et post hæc infert, demonstrans quòd propter iuramentum hæc omnis perditio facta est: quoniam in loco regis, qui constituit eum regem, cuius fecit irritum iuramentum, & soluit pactum, quod habebat cũ eo, in medio Babylonis morietur, & non in exercitu grãdi, nec in populo multo: spreuerat enim iuramentum præuaricando pactum meum, quoniam iuramentum meum quod spreuit, & fœdus quod præuaricatus est, ponam in caput eius, & expandam super eum rete meum. Vides quomodo non semel, nec bis, verum & sæpius dixit, quòd ille propter iuramentum hæc omnia passus est? Implacabilis enim est deus contemptis iuramẽtis. Nec tantùm verò ex vltione ciuitati illata propter iuramentum, hoc intelligere datur: verùm & ex tardatione & dilatione, quantum deus studium habet, ne iu- 4.Reg.25.a ramẽta conculcentur. Factum est autem in anno nono regni eius, in mense decimo, in decima mensis venit Nabuchodonosor rex Babylonis ipse, & omnis exercitus eius super Hierusalem, & circundederũt eam, & extruxerunt in circuitu eius munitiones. Et clausa est ciuitas atque vallata vsque ad vndecimum annum regis Sedechiæ. Nona die mensis & preualuit fames in ciuitate: nec erat panis populo terræ, & interrupta est ciuitas. Poterat nempe statim à prima die ipsos tradere, & facere hostibus subditos. Sed propterea interim trium annorum tempus conteri permisit, & ipsos obsidione premi grauissima, vt & militum extrinsecus timore, & fame ciuitatem intrinsecus premente castigati, vel inuitum regem Barbaris subdi cogerent, & aliquod peccato remedium fieri. Et quòd hoc sit verum, non est mea coniectura, audi quid per prophetam ad Hiere.38.e. ipsum dicat: Si profectus exieris ad principes regis I Babylonis, viuet anima tua, & ciuitas hęc non succẽdetur igni, & saluus eris tu & domus tua. Si autẽ nõ exieris ad principes regis Babylonis, tradetur ciuitas hęc in manus Chaldæorum, & succendent eam igni, & nõ effugies de manibus eorum. Et dixit rex Sedechias ad Hieremiam: Solicitus sum propter Iudæos, qui transierunt ad Chaldæos, ne fortè tradar in manus eorum, & illudant mihi. Respondit autem Hieremias, & dixit ei, Non te tradent: audi, quæso, vocem domini, quã ego loquar ad te, & bene tibi erit, & viuet anima tua. Quòd si nolueris egredi, iste est sermo quem ostendit, mihi dominus. Ecce omnes mulieres, quæ remãserunt in domo regis Iuda, educentur ad principes regis Babylonis, & ipsi dicent: Seduxerunt, & præualuerũt aduersum te viri pacifici tui, demerserunt te in cœno, & in lubrico pedes tuos, & recesserũt à te: & omnes vxores tuæ & filij tui educentur ad Chaldæos, & non effugies manus eorum, sed à manu regis Babylonis capieris, & ciuitatẽ hanc comburent igni. Sed postquàm non persuasit hæc dicens, sed mansit in peccato & iniquitate, post tres annos ciuitatem tradidit deus, & clementiam suam demonstrans, & illius ingratitudinem. Et ingressi cum magna facilitate, regis domum incẽ- K derunt, & domos Hierusalem, & omnem magnã domum incendit archimagirus, & murum Hierusalem subuertit, & vbique ignis grassabatur Barbaricus, iuramento ignem ducente, & flammam passim circumagente, & populum in ciuitate relictum, & adiunctos regi transportauit archimagirus: & columnas æreas, quæ erant in domo domini, & gradus, & mare æneũ, 4.Reg.25. quod erat in domo domini, confregerunt Chaldæi: b.d. ollas quoque æreas, & fuscinulas, & phialas, & mortariola, & omnia vasa ærea, in quibus ministrabant, tulerunt: & retiacula, & phialas aureas, & argenteas tulerunt: & columnas duas & bases, & mare quod fecit Salomon in domo domini, tulit Nabuzardan archimagirus: & tulerunt quoque Saraiam primum sacerdotem, & Sophoniam sacerdotem secundum, & tres ianitores, & de ciuitate eunuchum vnum, qui erat præfectus super bellatores viros, & quinque viros, de his qui steterant coram rege, & Sopher principem exercitus, & scribam, & sexaginta viros, & tulit eos, & adduxit ad regem Babylonis, percussitque eos rex Babylonis, & interfecit eos in Reblatha in terra Emath, L &c. Itaque recordare mihi falcis volantis, & iurantis domum resoluentis, & parietes destruentis, & ligna, & lapides. Recordare mihi quomodo iuramentũ hoc vrbem ingressum, & domos, & templum, & mœnia, ædificia splendida destruxit, & ruinam fecit ciuitatis, & neque sancta sanctorum, neque sacra vasa, nec aliud quicquam pœnam & vltionem illam auertit, quia trãsgressum fuerat iuramentum. Et ciuitas quidem tam miserabiliter soluebatur. Rex autem his miserabiliora & tristiora patiebatur: & sicut ædificia falx ista volans destruxit, sic & hunc fugientem absumpsit. Egressus est nocte de ciuitate per viam orti regis, & per portã quæ erat inter duos muros: & Chaldæi circundederunt ciuitatem, & persecutus est exercitus Chaldæorum, & comprehenderunt regem, & duxerunt ipsum ad regem Babylonis. Et locutus est rex Babylonis cum Sedechia iudiciũ, & occidit filios ipsius in oculis eius, & oculos Sedechiæ eruit, & vinxit eum compedibus, vt in Babylonem duceretur. Quid est, locutus est cum ipso iudicium? ipsum rationes repetiuit, rationem posuit cũ ipso, & primùm ipsius filios iugulauit, vt propriæ calamitatis spectator fieret. Et post trãsgressa M illam miserabilem, tunc illum excæcauit. Qua causa rursum hoc agitur? vt magister Barbaris abeat, & illic habitantibus Iudæis, vt cernentes per excæcatum discant, quantum mali sit iuramentum, nec illi verò tantùm, verùm & secum viam omnes habitantes, vinctũ & cæcatum intuentes, per calamitatis magnitudinem peccati pondus discant. Propterea prophetarum hic quidam sic inquit, Non videbit Babylonem: hic verò, Hiere.39.a. quòd in Babylonem abducetur. Et contraria quidem prophetia esse videtur, sed non est. Sed hæc ambo vera: etenim Babylonem non vidit, & in Babylonem abductus est. Quomodo igitur Babylonem non vidit? quoniam in Iudæa excæcationem passus est. Vbi nanque iuramentum spretum est, ibi & vinc&catum, & vltionem ipse sustinuit. Quomodo abductus est in Babylonem? captiuus factus. Quoniam enim duæ erant pœnæ, excæcatio & captiuitas, distribuerunt ipsas prophetæ: & hic quidem, Non videbit, inquit, Babylonem: ipsius excæcationem dicens. Illo verò ait, in Babylonem abducetur: ipsius significãs captiuitatem. Fratres igitur hæc scientes, & nunc dicta, & ante hæc commemorat-

A memorata colligentes, ab hac quoque stulta cessemus consuetudine. Sic supplico & oro vos omnes. Si enim antiquitus, cùm Iudæi ad perfectam disciplinam non exigebantur, sed multus erat condescensus, tãta propter iuramentum expugnatio & captiuitas fuit: quid congruum est nunc passuros esse iurantes, post legem hoc facere prohibentem, & tantum mandatorum augmentum? Non enim hoc est quod quæritur, vt ad synaxim veniamus, & audiamus quæ dicuntur. Hinc enim & iudicium maius est, & pœna ineuitabilis, quando continuè audientes, non impleamus quæ dicuntur. Quam enim habebimus defensionem? quàm verò veniam, cùm à prima nos ætate, vsque in extremam caniciem huc conuenientes, & tanta fruentes disciplina, similes illis remaneamus, & nullum studeamus defectum corrigere? Ne mihi iam aliquis consuetudinem prætẽdat: propter hoc enim indignor & irascor, quoniam consuetudinem vincere non possumus. Et nisi consuetudinem vincamus, quomodo concupiscẽtiam vincemus, cuius radix habet à natura principium? Cõ cupiscere enim naturale, malè verò concupiscere, iam B est voluntatis. Iurare nempe nec cepit à volũtate principium, sed ex negligentia sola. Et vt discas, quòd non ex rei difficultãte, sed propter neglectum nostrum in tantùm hoc peccatum processit, cogitemus quòd multò his difficiliora expediant homines, & hæc nullam inde retributionem expectantes. Cogitemus quæ diabolus imperauit, quàm laboriosa, quàm grauia. Nec difficultas fuit eius mandatis impedimentum. Quid enim, quæso, difficilius sit, quàm cùm quispiam iuuenis volentibus se emollire, & membra sua torquere seipsum tradens, sedulò contendat rotæ more totum flectere corpus, & in pauimento versari, & per oculos & per manuum circunductionem, & aliam reuolutionem in fœmineum genus transire conetur, nec eorum quæ fiunt difficultatem, nec ex his ignominiam ratiocinetur? In orchestra verò rursum se pertrahentes, & velut alis, membris vtentes corporeis videns quis nõ admiretur? Gladios autem alternatim in aërem iaculantes, & omnes rursum per manubrium capientes, quem non confundant, nullum pro virtute laborem suspere volentium? Vel quid de illis quispiam diceret viris, qui contum in fronte gestantes, velut arborem in terra radicatam, sic immotum conseruãt? Nec C hoc solùm est admirabile, verùm & id quòd puerulos paruos in sumnio ligno inter se luctari faciunt, & neque manus, nec alia corporis pars, sed frons solo omni vinculo firmius illum contum gerit inconcussum: alter rursum supra funem angustissimum cum tanta ambulat securitate, cum quanta supinos percurrentes campos. Veruntamen hæc quæ & mentibus intolerabilia esse videntur, facta sunt arte possibilia. Quid horum in iuramentis, quæso, prætendere possumus? quã difficultatem? quem sudorem? quam artem? quod periculum? exigido tantùm studio nobis est opus, & breui nobis totum expeditum fuerit. Nec mihi dicas, maiorem partem expediui, sed nisi totum emendasti, nõdum te quicquam fecisse puta. Hoc enim exiguum neglectum & omne reliquum destruit. Sæpius nanque domos ædificantes homines, & tectum imponentes, vnius tegulæ excussæ gramen non gerentes, totam domum perdiderunt. Et in vestimentis hoc ipsum euenire quis cernere possit? etenim panna in illis facta scissura, ne resarcita magnam fecit disruptionem. Hoc & in torrentibus multoties euenit. etenim & illi si vel mi-

nimum ceperint ingressum, totum introducunt fluen- D tum. Itaque & tu, licèt te vndique muniueris, si tamen aliqua pars immunita dimissa est, etiam hanc diabolo obstrue, vt sis ab omni parte firmatus. Vidisti falcem? Vidisti caput Ioannis? Audisti historiam de Saule? Audisti captiuitatis Iudaïcæ modum? Cum his autem omnibus audisti Christi sententiam dicentem, quòd nõ peierare tantùm, verùm & iurare quomodocunque diabolicum est, & tota maligni machinatio. Audisti quòd vbique iuramenta sequuntur periuria? Hæc inquam omnia congregans inscribe cordi tuo. Non cernis, vt mulieres & parui pueri pro magna custodia collo euangelia suspendunt, & vbique circunferunt, quocunque abierint? Tu euangelij mandata & leges mente describas, non auro, nec argento hic est opus, & pecuniis, nec librum emere: volũtate sola vobis est opus, & affectu animæ expergefactæ, & securius habebis euangelium, non extrinsecus, sed in animæ penibus ipsum reponens. Exurgens igitur è lecto, & domum tuã egrediens hanc legem repete, videlicet, Ego autem di- Matth.5.c. co vobis, non omnino iurare, & erit idonea tibi disciplina verbum illud: nec enim multo labore opus est, E sed modica tantùm attentione. Et quòd hoc sit verũ, inde manifestissimum. Filium tuum vocans terres, & minaris ipsi te plagas inflicturum, nisi legem hanc expediat, & videbis quòd citò à consuetudine desistet. Quomodo non igitur absurdum, si pueruli parui, nostri timore pauentes, mandatum exuperent: nos verò neque sic deum timeamus, vt nos filij metuunt? Quod autem superius dixi, hoc & nunc dico. Legem nobisipsis ponamus, non prius publica, non prius priuata tractare negotia, donec hanc legem impleamus, & omnino necessitate compulsi, facilè superabimus, & ornabimus nosipsos, ornabimus autem & omnem ciuitatem. Cogita nanque, quale est, vbique terrarum hæc audire, quòd Antiochiæ præualuit mos Christianis cõgruus: & ibi neminem audires, licèt maxima necessitas instet, iuramentum emittere. Prorsus hæc audient vicinæ ciuitates. Quinimo non tantùm vicinæ ciuitates, verùm & ad ipsos terræ fines verbum peruenit: etenim verisimile est vobis admixtos mercatores, & hinc aliò proficiscentes, aliis quoque hæc omnia nunciare. Cùm igitur alias ciuitates laudantes multi, portus dicunt, & forum & venalium copiam, hinc profi- F ciscentibus dicendum tradite, quod est Antiochiæ, id in aliis vrbibus nusquam cernere licet: mallent enim vrbem illam habitantes prius linguam abscindi, quàm ex ore iuramentum emittere. Hoc quidem vobis erit ornamentum & munimen, nec id tantùm, verùm & mercedem afferet magnã: etenim omnes vos alij beatos putabunt & imitabuntur. Si quis enim vãum vel duos lucratus, à deo mercedis tantum capiet: omnem mundum erudientes, quantas capietis retributiones? Oportet igitur studere & vigilare & sobrios esse, sciẽtes quòd non propriorum tãtùm profectuum, verùm & alio- R rum maximam meritorum retributionem capiemus, & multam apud deum beneuolentiam assequemur. Quam nos omnes adeptos detur frui regno cœlorum in Christo Iesu domino nostro, per quem, & cum quo patri gloria, simul sancto spiritu, in secula seculorum, Amen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN EPISCOPI REDITVM, ET *in regis cum ciuitate reconciliationem, & ad præuaricatos in statuarum subuersionem.*

Homilia. XX.

AVerbo, à quo semper in periculorum tempore apud charitatem vestram exordiri consueueram, ab eodem inquam & hodie apud vos sermonem incipiam, & dicam vobiscum: Benedictus deus, hanc nos vobiscum sacram solennitatem cum gaudio & lætitia multa hodie celebrare dignatus, & qui caput corpori reddidit, & pastorem ouibus, præceptorem discipulis, militibus ducem, sacerdotibus pontificem. Benedictus deus qui ex superabundanti facit quæ petimus, aut cogitamus. Nobis enim sufficere videbatur instantibus malis interim absolui, & pro hoc omnem faciebamus supplicationem. Clementissimus autem deus & datis petitiones nostras semper multo excessu superans, etiam patrem nobis omni spe celerius reddidit. Quis enim expectasset, quòd tã paucis diebus & profecturus & regem allocuturus & soluturus aduersa, & rursum ad nos tam breui reuersurus esset, vt sacrum Pascha posset præuenire, & nobiscum celebrare? Sed en inexpectatum hoc factũ est. Et patrem recepimus & maiorem capimus voluptatem, ipsum nunc præter spem suscipiendo. Pro his inquam omnibus clementissimo deo gratias agamus, & ipsius potentiam admiremur, & benignitatem & sapientiam & curam quam pro ciuitate gessit. Diabolus nempe omnem ipsam per facinora patrata obruere tẽ tauit: Deus verò ciuitatémque & sacerdotem & regẽ per hanc ornauit calamitatem, & omnes exhibuit clariores. Ciuitas nempe probabilis inuenta est: quoniam periculo tali circunuenta, prætermissis omnibus viris potentibus, omnibus diuitiis abundantibus, omnibus magnam apud regem potentiam habentibus, ad ecclesiam & dei sacerdotem confugit, & cum multa fide cœlesti se spei commisit. Multis nanque post communis patris peregrinationem in carcere habitantes, terrentibus & dicentibus, quòd non lenitur rex propter solennitatem, sed magis iratur, & de totius ciuitatis subuersione cogitat: & alia multa his plura diuulgantibus, vincti nihilo tunc ex hac fama timidiores redditi sunt. Sed nobis dicentibus, quòd hæc falsa, & diaboli fraudis opera sunt sensus nostros turbare volentis, nihil egemus, aiebant nobis, verborum consolatione. Scimus enim ad quem ab initio confugimus, & quali spei adhæsimus, sacræ salutem nostram anchoræ affiximus, nec homini credidimus hanc, sed omnipotenti deo. Propterea bonum quoque finem futurum omnino confidimus: non est enim, non est hanc spem vnquam confundi posse credendum. Hoc quot coronas, quot laudes ciuitati nostræ comparabit? quantam dei lucrabitur beneuolentiam, etiam in reliquis negotiis? Non est enim non est cuiuslibet animæ in tentationum incursu vigilare, & ad deum respicere, & omnia deridentem humana, ad illud auxilium anhelare. Igitur ciuitas quidem ita probabilis inuenta est, sacerdos rursum non minus quàm ciuitas: animam enim suam pro omnibus exposuit, & multis impedientibus, hyeme, ætate, festinitate, nec minus sorore ad extremos deducta spiritus, omnibus superior emicuit impedimentis, nec intra seipsum dixit, Quid hoc est? sola nobis derelicta soror, & mecum Christi iugum trahens, & tempore tanto mecum commorata, nunc in extremis est: nos verò ipsam deserentes abibimus, nec spirantem videbimus, & vltimas voces emittentem? Et ipsa quidẽ quotidie orabat, vt sibi oculos clauderemus, & os coniungeremus, & reliqua ad sepulturam curaremus consueta: nunc verò tanquam desertа quædam, & tutore carens, nihil horum assequetur à germano, per quem assequi maximè peroptabat, sed animam emittens, non videbit omnium sibi desideratissimum. Et hoc quomodo non erit sæpius repetita morte grauius? Quinimo si longè abfuisset, nonne oportebat currere, & omnia facere, & pati, vt hanc ipsi gratiam præberemus? nunc verò prope cùm sim, deseramne, & dimittens abibo? & quomodo sequentes perferet dies? Sed horum non tantùm nihil dixit, sed neque cogitauit. Sed consanguinitati, dei timorem præferens, bene se nosse monstrauit, quòd sicut gubernatorem tempestates, & ducem pericula, sic & sacerdotem tentatio apparere facit. Omnes, inquit, ad nos respiciunt, & Iudæi, & Græci. Ne igitur ipsorum de nobis expectationes frustremur, nec tantum paruipendamus naufragium, sed nostra deo mandemus omnia, & ipsam animam tradamus. Et considera pontificis magnanimitatem & dei benignitatem, omnibus his, quæ despexit, potitus est, vt & promptitudinis præmium caperet, & potiendo præter expectationem maiorem assequeretur voluptatem. Elegit solennitatem in aliena terra, & procul à suis propter ciuitatis salutem celebrare: Deus ante Pascha ipsum nobis reddidit, vt communem nobiscum solennitatem ageret, vt & propositi mercedem haberet, & maiori lætitia frueretur. Non timuit anni tempus, & per totum peregrinationis tempus serenitas fuit. Non curauit ætatem, & tanquam iuuenis & vigens, tanta totam hanc viam facilitate percurrit. Sororis mortem non cogitauit, nec carnis affectione victus est, & regressus viuentem ipsam deprehendit, & omnia quæ despexit, assecutus est. Et pontifex quidem ita probabilis, & apud deum & apud homines apparuit. Regem verò negotium hoc omni diademate splendidius ornauit. Primùm quidem manifestum factum est, quòd quæ nulli alteri concederet, hæc sacerdotibus condonabit. Deinde quòd & cum multa celeritate gratiam dedit, & iram soluit: sed vt manifestius & regis magnanimitatem, & sacerdotis sapientiam, & ante hæc vtraque, dei discatis benignitatem, date mihi, vt pauca concionis illic habitæ vobis exponam. Dicam autẽ quę à quodam eorum qui intus adstiterunt, didici. Pater nempe nihil neque paruum, neq; magnum nobis dixit, sed Pauli semper magnanimitatem imitans, propria cælat merita, & vndique interrogantibus quid regi dixerit, & quomodo persuaserit, & quomodo ipsius omnem excluserit iram, hæc verba referebat: Nihil nos ad rem contulimus, sed ipse rex lenitate deo cor ipsius & ante verba nostra omnem remisit iram, soluitque furorem. Et de gestis disserens, tanquam alio contumelia affecto, ita cuncta quæ acciderunt, commemorabat. Sed quæ cælauit hic ex humilitate, hæc deus in medium protulit. Quæ verò sunt hæc? paulò superius sermonem repetens vobis referam. Postquàm enim ex vrbe egressus est, omnes in tanta relinquens tristitia, stultò grauiora patiebatur, quàm qui in ipsis erant molestiis. Primùm neque consecutus in via media, ad gestorum examinationem à rege missos, & ab illis doctus, quorsum essent missi, & mala ciuitate manasura, tumultus, turbationes, fugam,

fugam, timorem, anxietatem, pericula cogitãs, lachrymarum fontes emittebat, cùm viscera ipsi dissecarentur: patribus enim mos est multò magis dolere, cùm filiis suis malè habentibus nec adesse possint: quod & pientissimus hic passus est, non mala tantùm nos inuasura deplorans, verùm & quòd nobis hæc patientibus procul abesset. Verùm & hoc pro nostra salute factum est. Vt hæc enim ab illis didicit, calidiores lachrymarum fontes emittebat, & cum maiori supplicatione ad deum cõfugit, & noctes insomnes ducebat supplicans, & vt hæc patienti succurreret ciuitati, & vt regis mentem redderet mitiorem. Vt verò magnam ciuitatem illam ascendit, & regias ingressus est aulas, procul à rege constitit mutus, lachrymans, deorsum inclinatus, latitans, tanquam ipse esset qui omnia illa patrasset. Hoc autem faciebat, habitu, aspectu, luctibus prius mouere volens ipsum ad misericordiam, & tum defensionem pro nobis incipere. Sola nanque peccantibus relinquitur venia, tacere, & nihil pro gestis loqui. Volebat enim passionum, hanc quidem eiicere, hanc verò introducere: eiicere quippe iram, tristitiam autem introducere, vt ita viam præpararet defensionis verbis. Quod quidem & factum est. Et sicut Moses in montem ascẽdens, populo offenso mutus ipse constitit, donec ipsum deus euocauit, dicens: Dimitte me, & delebo populum hunc: ita & hic fecit. Ipsum itaque rex cõspicatus lugentem, & deorsum inclinatum, accessit ipse, & quod patiebatur propter sacerdotis lachrymas, hoc verbis ostendit. Non enim indignantis, nec irascentis verba fecit, sed dolentis: non succensentis, sed mœrentis, & dolore magis detenti: & quòd hoc sit verum, ipsa audientes verba scietis. Non enim dixit: quid tandem hoc est? pro hominibus sceleſtis & sceleratissimis, & quos nec oportuit viuere, venis legationem obiens, tyrãnis, innouatoribus, omni supplicio dignis? Sed hæc omnia dimittens verba, defensionem composuit reuerentia plenam & grauitate, & à se collata cõmemorabat beneficia, quibus per omne regni tempus ciuitatẽ nostram prosecutus est, & ad singula hæc repetebat: hæc me pro illis pati oportuit? quarum me iniuriarum pœnas exegerunt? quid paruum, quidve magnum accusandum habentes, non me solum, verùm & defunctos contumeliis affecerunt? Non valebat animus saturari in viuis? sed nisi sepultos quoque contumelioſe tractaret, nil magnum se facere putarunt. Iniqui fuerimus nos, vt ipsi putant. Igitur mortuis parcere, qui nullam intulerunt iniuriam, oportebat: non enim & illis hæc attribuere valebant. Nónne semper hanc omnibus præposui ciuitatem, & patria desiderabiliorem esse putabam: & votum mihi continuum erat vrbem illam cernere, & hoc apud omnes faciebam iuramentum? Hic aliquantum ingemens pontifex, & feruentiores emittens lachrymas non amplius tacuit: videbat enim regis defensionem culpam maiorem nostram facientem, sed grauiter & amarè de profundo gemens: Confitemur, inquit, ô rex, nec negare possumus amorem istum, quem erga patriam nostram demonstrasti: & propterea maximè lugemus, quoniam sic amatæ dæmones inuiderunt, & erga benefactorem ingrati sumus visi, & exacerbauimus summopere nos amantem: siue obruas, siue incendas, siue occidas, siue quodcunque aliud facias, nondum dignam de nobis pœnam exegisti, nos ipsos præuenientes innumeris mortibus difficilius affecimus. Quid enim amarius esse possit, quàm cùm benefactorem & sic diligentem iniustè exacerbantes, appareamus? & omnis hoc mundus discat, & extremam ingratitudinem nostram condemnet: Si Barbari ciuitatem nostram incursantes, mœnia diruissent, & incendissent domos, & abductis captiuis abiissent, minus erat malum. Quare tandem ita: Quoniam te viuente, & tantam in nos beneuolentiam exhibente, spes erat illa cuncta grauia solutum iri, & nos iterum ad priorem formam redituros, & clariorem recepturos libertatem: nunc autem ablata beneuolentia tua, & amoris vinculo violato, quod omni muro nobis erat tutius, ad quem iam confugiemus? Vbi poterimus alibi respicere tam dulcem dominum, & faciem patrem exacerbantes? Itaque videtur quidem intolerabilia fecisse, sed passi magis sunt omnium grauissima, ad nullum hominem audentes respicere, nec ipsum spectare Solem liberis valẽtes oculis, pudore vndique palpebras contrahente, & occultari cogente: libertate ipsis ablata, omnibus captiuis nunc miserius affecti sunt, & extremam sustinent ignominiam: & malorum magnitudinem cogitantes, & in quantum contumeliæ resilierunt, nec respirare possunt, cùm omnes terram habitantes in sui vehementem calumniam attraxerint. Sed si velis, ô rex, est vulneri medicina, & tantis malis remedium. Sæpius & in priuatis hoc factum est, magnæ & intolerabiles offensiones, magnæ charitatis materia factæ sunt: sic & in natura nostra euenit. Cùm enim hominem deus fecit, & in paradisum induxit, & multo dignũ fecit honore, tantam diabolus prosperitatem non ferens, inuidit, & illum à data expulit dignitate. Sed deus non tantùm ipsum non reliquit, verùm & pro paradiso cœlum nobis aperuit, hoc ipso propriámque demonstrans benignitatem, & diabolum magis puniens. Hoc & tu facias. Nunc omnia mouerunt dæmones, vt omniũ tibi gratissimam ciuitatem à beneuolẽtia tua separes. Hoc verò tu nunc sciens, pœnam quanuis quidem exiges, priori autem amicitia ne nos extrudas. Sed si & præter opinionem aliquid nunc dicere fas est, etiam nunc inter dilectarum primas ipsam scribe, si modò dæmonas hæc operatos vis vlcisci. Si nempe destruas & subruas & deleas, quæ prius illi voluerunt, hæc efficies: si verò iram dimittas, & te rursus ipsam amare, sicut prius amabas, cõfitearis, lethalem ipsis plagam intuleris, & vltimam ab ipsis vltionem exegeris, demonstrans quòd nõ tantùm nihil amplius ipsis expeditum est per insidias, verùm & cuncta ipsis contraria, quàm volebant, acciderunt. Iustus autem esses hæc faciẽdo, & ciuitatem miserando, cui propter amicitiam tuam dæmones inuiderunt. Nisi enim ipsam tam vehementer amasses: nec ipsam illi tanta infectati fuissent inuidia. Itaque etsi mirandum est quod dicitur, est tamen verum, quòd propter te & amicitiam tuam hæc passa est. Quot incendiis, quanta subuersione sunt hæc verba acerbiora, quæ respondens dicebas? Nunc te cõtumelia affectum dicis, & pertulisse quæ nullus vnquam superiorum regum. Sed si velis, ô humanissime & sapientissime, & multa pietate plene, diademate isto clariorem & maiorem tibi coronam hæc afferet cõtumelia. Hoc nempe diadema quidem est, & tuæ virtutis insigne, est & dei liberalitatis indicium. Sed corona ex hac humanitate contexta tuum solius erit, & sapientiæ tuæ meritum. Nec te tantùm omnes admirabũtur propter istos lapides preciosos, quantùm propter victoriam de indignatione superata reportatam laudabunt. Destruxerunt statuas tuas? sed illis clariores restituere tibi licet. Si

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gcet. Si iniuriæ authoribus enim crimina remittas, & nullam ipsis inferas pœnam,non æreas istas in foro erigent,nec aureas,nec lapillis coagmentatas:sed omni materia preciosiorem stolam indueris, humanitatem scilicet & misericordiam,talem in mente quisque sua te ædificabunt, & tot habebis statuas, quot orbem habitant homines,& habitabunt.Non enim nos tantùm, verùm & post nos futuri, & post illos omnes hæc audient,& tanquam ipsi bene fuerint habiti,sic te admirabuntur,& amabunt. Et quòd hæc non assentans dico,sed sic erit omnino,antiquum tibi referam sermonem quendam: vt discas quòd non tantùm exercitus, & arma, & pecuniæ, & subditorum multitudo, & alia quidem huiusmodi splendidos facere reges consueuêre, quantùm animi disciplina & mansuetudo. Beatus dicitur Constantinus imagine sua quandoque lapidata, multis ipsum instigantibus contra contumeliatos exiisse, & pœnas exegisse: & dicentibus quòd omnem ipsius faciem percusserunt saxa iaculantes,manu faciẽ palpans, & leniter ridens dixisse, nusquam vulnus in fronte factum video, sed sanum quidem caput, sana verò & facies tota. Illi verò reueriti & confusi ab hoc H iniquo destitére consilio.Et hoc verbum hactenus canunt omnes. Nec tãtum temporis tabefecit,aut huius sapientiæ memoriam extinxit. Quot non sit hoc trophæis splendidius?Multas vrbes ille condidit,& multos Barbaros superauit:sed meminimus illorum nihil. Hoc autem verbum vsque in præsentẽ diem canitur, & posteri nostri,& posteri illorum omnes idipsum audient.Nec hoc solùm est admirandum,quòd audient, verumetiã quòd laudibus & benedictione prosequentur, dicentésque laudabunt, & audientes gratè suscipient. Nec vllus est qui hæc audiens,silere possit,quin pariter exclamet & dicentem laudet,& innumera ipsi vel defuncto bona precetur. Si verò propter illud verbum apud homines tanta potitus est gloria,quot apud benignum deum coronas assequetur? Quid autem opus est Constantinum, & aliena exempla commemorare,cùm te de propriis,& meritis tuis opus sit exhortari? Recordare priorum, quando solennitate hac superueniente per totum orbem terrarum epistolam mi I sisti iubentem carcere detentos dimitti, & ipsis ignosci crimina: & illis humanitatem tuam demonstrare non sufficientibus, per literas dicebas: Vtinam mihi liceret & defunctos reuocare & resuscitare,& ad priorem vitam reducere. Horum nunc reminiscere verborum. Ecce tempus defunctorum reuocandorum & resuscitandorum, & ad vitam reducendorum pristinam.Et hi nanque iam mortui sunt,& priusquàm iudicium proferatur, & ad ipsas tartari fores iam nunc ciuitas collocata est.Ipsam igitur inde resuscita sine pe cuniis,sine impendio,sine tempore & omni labore. Tibi nanque satis est,tãtum loqui, & reuocare ciuitatem in tenebris iacentem. Nunc ipsam iube ab humanitate tua vocari. Nec enim tantam habebit gratiam illi, qui ab initio se condidit, quantam sentẽtiæ tuæ: nec immerito. Ille enim principio ipsi dato receſſit: tu verò auctam & magnam factam,& post multam hanc tranquillitatem destructam resuscitabis. Nó erat tam mirandum, si hostibus ipsam capientibus, & Barbaris populatitibus à periculo liberasses,quàm est admirabile nunc peperciſſe.Illud enim sæpe multi fecêre reges, hoc autẽ tu solus operaberis,& primus præter omnem expectationem. Et illud quidem minimè mirandum, nec præter opinionem,sed est quotidianum opus,sub- ditis prodesse.Quòd autem tot & talia passus iram di- K mittas,hoc omnem naturam excedit humanam. Cogita quòd nunc non de ciuitate tantùm illa tibi cõsultandũ est,verùm & de gloria tua,magis verò de Christianitate tota. Nunc & Iudæi & Græci,& omnis terrarum orbis & Barbari(etenim & illi hæc audierunt) ad te respiciunt,expectantes vt videant,qualem de gestis sententiam feras:& si nempe humanam protuleris & mitem, omnes dogma laudabunt, & deum glorificãbunt,& inter se dicent:Papæ quanta Christianitatis potentia?Hominem super terram habentem æqualem neminem, omnia delendi & corrumpendi dominum cohibuit & refrenauit, & docuit philosophiam, quam nec homo priuatus exhiberet. Verè magnus Christianorum deus,qui ex hominibus angelos facit, & omni necessitate naturali superiores constituit. Ne nanque superfluum timorem illum timeas,nec toleres quosdã dicentes, quòd reliquæ ciuitates peiores erunt, & hac non punita imperium tuum magis contemnent. Si enim ad insurgendum fuisses impotens, & hæc operati te vi superassent, & par esset potentia, congruè suspicari hæc oportebat. Si verò pauefacti, præq; timore L premortui sunt,& ad tuos per me cucurrere pedes,nec aliud quotidie expectant quàm barathrum, & supplicationes faciunt communes in cœlum respicientes,& deum venire supplicant, & simul nobiscũ legationem attingere: & sicut in extremis constituti, de propriis quisque suis considerauit,quomodo non superfluus hic timor? Si iugulari fuissent iussi,tãta passi non fuissent, quanta patiũtur nunc,tot diebus in timore & tremore viuentes:& superueniente vespere,aurorã videre non expectantes: & die orto, ad vesperam peruenire non sperant: multi & in feras inciderunt, dum sectantur deserta, in inuia translati, nec viri tantum verùm & pueruli parui,& mulieres liberæ & decoræ per multas noctes & dies in speluncis & conuallibus,& deserti foraminibus latentes:& nouus captiuitatis modus ciuitatem detinet,ædificiis & muris stantibus,incensis ciuitatibus grauiora patiuntur: nullo incumbente Barbaro,nec hoste apparẽte,captis miserius dispositi sunt, & solùm folium si moueatur,omnes ipsos per singulos terret dies. Et hæc omnes sciunt. Et si subuersam- M sam vidissent,non sic essent castigati, vt nunc qui has ipsius audiere miserias. Ne igitur hoc cogitas, quòd peiores sint futuræ ciuitates reliquæ.Non enim si ciuitates euertisses,sic eos castigasses,vt nunc per incertam futurorum expectationem,omni supplicio vehementius ipsos puniens.Ne igitur ipsis vlterius calamitates producas,sed iam respirare concedas. Subditos nempe castigare,& gestorum exigere pœnas facile penitus & promptũ:his verò qui contumelias intulerunt,parcere,& his qui venia patrauerunt indigna,veniam dare,vnius & vix alterius est,& maximè cùm rex sit contumeliam passus,& ciuitatem quidem metu subdere facile:omnes autem amatores constituere,& persuadere vt in regnum tuum se beneuolè habeant,& non tantùm communes, verùm & priuatas pro tuo preces imperio faciant,difficile:licèt infinitas quis expendat pecunias,& innumeros exercitus moueat,& quicquid operetur,non facilè tot hominum affectionem ad seipsum attrahere poterit,quod nunc tibi facile erit & leue. Nam & beneficiis affecti, & qui audierint,pariter cum beneficio affectus erga te beneuolè disponentur. Quot pecuniis emisses, quot emisses laboribus, breui temporis momento totum orbem acquirere,& omnibus futuris

A bus futuris persuadere, quanta filiis suis optant, tanta & capiti tuo optarent?Si autem ab hominibus hæc,cogita quantam à deo capies mercedem, non tãtùm eorum quæ nũc fiunt,verùm & quæ post hæc ab aliis expedientur. Si vnquam enim contingat fieri tale quid, quale nunc factum est(quod deus auertat)& iniuriam passorum aliqui in contumeliam operatos insurgere velint, benignitas & sapientia tua pro omni ipsis erit disciplina,& admonitione: & erubescent,& confundentur tale disciplinæ exemplum habentes,inferiores apparere.Itaque omnium posterorum eris præceptor, & victoriæ præmia de ipsis reportabis, licèt ad ipsum philosophiæ verticem perueniant. Non enim par est, quempiam tantam incipere benignitatem primùm,& ad alios respicientem ab illis elaborata imitari. Quocirca quicunque post te humanitatem & mansuetudinem quantancunque exhibuerint,tu cum illis mercedem accipies. Qui enim radicem præbuit,hic vtique & fructuum author est.Propterea nunc quidem nemo tecum in humanitate mercedem partiri potest: tuum enim solius meritum est. Tu verò cum omnibus posteris,si qui tales vnquam appareant:ex æquo meritum B diuidere poteris, & tantam reportare partem, quantam in discipulis præceptores. Et si nemo talis fuerit, rursum tibi commendationes, & laudes per singulam proueniunt generationem.Considera nanque quale sit posteros omnes audire, quòd tam magna ciuitate facta pœnæ & vltioni obnoxia, pauefactis omnibus, & horrefactis ducibus & præfectis & iudicibus, & ne vocem quidem pro miseris illis rũpere audentibus, vnus accedens senex dei sacerdotium gerens, ex ipso aspectu solo, & nudo occursu ad reuerentiam imperatorem mouit:& quod nemini suorum concessit,vni hoc seni concessit,dei leges reueritus. Etenim hoc quoque ipso nõ te parum ô rex ciuitas honorauit, quòd me ad te legatum misit: sententiam enim de te optimam & pulcherrimam protulerunt,quòd omni principatui tibi subiecto dei sacerdotes præhonoras, etsi viles esse contingat. Non ab illis verò tantùm nunc venio,verùm & ante illos à communi angelorum domino missus sum,vt hæc dicam mitissimæ ac benignissimæ animæ tuæ:quòd si hominibus ipsorum peccata dimitta- C tis,& pater cœlestis lapsus vestros vobis dimittet.Re- Matth.6.b cordare igitur illius diei,quo omnes de actis rationem reddemus. Cogita quòd etiam si quid tibi peccatum est,omnes abluere præuaricationes per iudiciũ & sententiam istam poteris absque laboribus, absque doloribus. Alij nempe legati aurum & argentum,& alia huiusmodi dona ferunt:ego verò cum sacris ad regnum tuum legibus veni,& pro donis omnibus has prætendo, & te dominum tuum imitari supplico, qui quotidie à nobis contumeliam patiens non cessat bona sua omnibus ministrare. Et ne confundas spem nostram, nec promissiones redarguas. Etenim & hoc cum his te scire volo,quòd si reconciliari velis,& pristinam ciuitati beneuolentiam communicare,& hanc remittere iustam indignationem,cum multa reuertar fiducia: si verò mentem tua ciuitatem asperneris,non penitus ipsam tantùm non ascendam, nec ipsius solum videbo, verùm & in reliquum negabo, & in aliam me ciuitatem conscribam.Ne tibi nanque accidat in illam vnquam adscribi patriam, erga quam humanissimus tu, & hominum cunctorum mitissimus pacari recõciliarique non eligas. Hæc & his plura locutus, sic regem confudit,vt idem fierè,quod & in Ioseph contigit o- lim fieri. Sicut enim ille tunc fratres conspicatus lu- D gere quidem volebat,sed dolorem tegebat,ne simulationem interrumperet: Sic certè & rex, lachrymabat quidem mente, non demonstrabat autem propter omnes præsentes.Nec tamen vsque in finem æstum cẽlare potuit,verùm & inuitus redarguebatur.Post hanc enim concionem,secũdis non opus habuit verbis, sed vnum solum locutus est verbum, quod ipsum diademate multò magis ornauit.Quid autẽ hoc est?Et quid admirabile & magnum est,si his qui nos contumeliis affecerunt,iram remittamus, hominibus existentibus, cùm & ipsi homines simus, cùm mũdi dominus in terram descendens,& propter nos seruus factus, & à beneficio affectis crucifixus, pro crucifixoribus suis patrem orauerit,dicẽs: Ignosce illis,nõ enim sciunt quid faciunt? Quid igitur admirabile,si nos cõseruis igno- Lucæ.23.ẽ scamus?Et quòd hæc verba non sunt simulatio,demõstrarunt quidem & reliqua opera, nec his minus illud quod nunc sum relaturus. Ipsum enim hunc sacerdotem secum communiter hanc solennitatem celebrare volentem,inuitum properare & festinare coẽgit, & se- E ciuibus exhibere. Noui,inquit,quòd nunc ipsorũ sunt animi conturbati, & multæ superſunt calamitatis reliquiæ,Abi,consolare. Si gubernatorem viderint,nec præteritæ reminiscentur tempestatis, verùm & ipsam tristium memoriam omnem delebunt. Vt autem institit pontifex,petens vt filium suum mitteret: volens ille manifestè demonstrare, quòd omnẽ penitus iram mente deterserat:Orate,inquit,hæc auferri obstacula, hæc bella extingui,& ego veniam omnino.Quid anima mitius illa esse possit?Confundantur gẽtiles de reliquo,quinimo ne cõfundantur,sed erudiantur,& proprium omittentes errorẽ ad Christianitatis virtutem redeant,nostrã à rege,& põtifice docti philosophiam. Non enim hactenus tunc substitit piissimus rex,sed & postquàm ex vrbe sacerdos exiuit,& pertransiit mare, misit ad eum quosdam,sciscitans & satagens,ne fortè tempus tereretur, & ciuitati voluptatem dimidiaret extra vrbem solennitatem peragens.Quis pater mitis tantam de persecutis se cõtumelia curam egit?Dicam & aliam iusti laudem:his enim expeditis non festinauit.vt alius gloriæ cupidus,ipse literas illam tristitiam F soluentes deferre. Sed quoniam maturius ibat,alium quendam velociter equitare doctum mandauit præuenire,& bona ciuitati nuncia afferre,ne ex reditus sui tardatione tristitia prolongaretur. Quod enim ipse quærebat,solùm erat,non vt ipse veniret bona hæc deferens, & voluptatis multæ plena, sed vt ocyus nobis patria respiraret. Quod quidem feciſtis,forum coronantes,& lucernas accendentes, & lectos ante officinas componentes,& tanquam nuper ciuitate nata,festum agentes.Hoc aliter per omne facite tempus,non floribus,sed virtute vos coronantes, lumen per opera in anima vestra accendentes,spirituali gaudentes lætitia, & deo continuè pro his omnibus gratias agere non demandis: non tantùm quoniã grauia soluit,verùm quoniam & ipsa fieri permisit.Et multùm ipsi nos debere confiteamur. Per vtraque enim nobis ciuitatẽ ornauit. Hæc autem omnia secundum propheticum eloquium, Filiis vestris annunciate, & filij vestri filiis Ioel.1.a suis & illi rursum generationi posteræ, vt omnes qui vsque ad consummationem sint,dei humanitatem ciuitati exhibitam discentes, vos quidẽ beatificent tantam nactos beneuolentiam: admirentur autem & domum nostrum, qui sic lapsam ciuitatem releuauit.

Lucrentur

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Lucrentur verò & ipsi,& per talium gestorum exempla ad pietatem impellantur: non enim nos tantùm,si in ipsorum memoria continuè maneamus : verùm & post nos futuros, eorum quæ nobis euenerunt, narratio maximè iuuare potest. Quæ omnia ratiocinantes, non tãtùm in grauium solutione, verùm & in horum permissione semper clemẽtissimo deo gratias agamus, tum ex diuinis scripturis , tum ex nobis accidentibus, his præsertim memoratis edocti, quòd omnia semper ad vtilitatem nostram dispensat cum benignitate sibi semper adhærente:qua nos semper fruentes,cœlorum quoque regnum assequi contingat,in Christo Iesu domino nostro,per quem,& cum quo patri simul & sancto spiritui gloria, potestas & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

CATECHESIS AD ILLVMINANDOS, *& de mulieribus se sertis, & auro ornantibus, & de sectantibus uaticinia, uel ligaturas, uel incantationes : quæ cuncta Christianitati sunt aliena.*

Homilia.XXI.

H SErius dictorum apud charitatẽ vestram fructus vos repetiturus aduenì : non propterea dicimus,vt tantùm audiatis,verùm & vt dictorum memoriã seruetis, & per opera nobis memoriæ demonstrationem præbeatis, magis verò non nobis,sed deo mentis arcana scienti . Propterea & catechesis, id est institutio dicitur, vt & absentibus nobis sermo noster mentes vestras instituat. Et ne miremini , si decem diebus tantùm transactis seminum fructus repetituri venimus . Etenim die sola licet pariter & semina spargere,& messem facere : non enim propria tantùm virtute,verùm & diuino momento robo rati,sic ad certamina vocamur:quicunque igitur dicta susceperunt,& per opera impleuerunt, maneant se extendentes in anteriora.Quicunque verò bonam hanc operationem non attigerunt,iam attingant,vt ex torpore natam damnationem futura promptitudine repellant.Licet enim,licet inquam eum,qui multùm torpuit,post hæc promptitudine vtentem, præteriti temporis omnem reparare iacturam.Idcirco dicitur,Ho- Psal.94.b
I die si vocem eius audieritis,nolite obdurare corda vestra,sicut in exacerbatione.Hoc autẽ dicit admonens, & cõsulens nunquam desperare, sed donec hic simus, bonas habere expectationes,& anteriora apprehendere, & ad brabium supernæ dei vocationis sequi . Hoc igitur faciamus , & magnæ huius donationis nomina exquiramus.Sicut enim dum ignoratur dignitatis magnitudo,segniores facit eos qui honorantur:ita si noscatur,gratos reddit,& magis studiosos efficit . Alioquin & turpe esset & ridiculum tanto potientes apud deum honore,nec scire quid ipsius tandem nomina significare velint.Et quid de hoc munere dico:Si enim commune generis nostri nomen cogitaueris , maximam ad virtutem capies disciplinam & exhortationem . Hoc enim nomen homo,nos non secundum alienigenas definimus , sed vt diuina iussit scriptura. Nam homo non est quicunque simpliciter manus habet & pedes humanos , nec quicunque tantùm rationalis est: sed quicunque pietatem & virtutem cum fi- Iob.1.a
ducia exercet.Audi nanque quid de Iob dicit.Cùm enim dixisset,quòd in terra Husitide homo erat,non ex his eum describit terminis,quibus alienigenæ,nec hoc dicit,quòd duos pedes habebat,& vngues latos:sed indicia pietatis illius præbens dicebat,Simplex & rectus, K
ac timens deũ,& recedens à malo.Demonstrans quòd Iob.1.a
hoc est homo,sicut scilicet & alius inquit,Deum time, Eccles.12.d
& ipsius mandata custodi,quoniam hoc est omnis homo . Si autem hoc nomen homo,tantam ad virtutem præbet exhortationem,multò magis fidelis. Fidelis enim propterea vocaris, quoniam & credis deo, & ab eo creditam ipse iustitiam habes,sanctitatem,mundi- Matth.10.c
tiam animæ,in filium adoptionem,regnum cœlorum, & hæc tibi commendauit.Tu vicissim ipsi alia vouisti, eleemosynam,orationes,modestiam & omnem aliam virtutem.Et quid dico eleemosynam:Si vel frigidum ipsi dederis poculum, nec hoc amittes : verùm & hoc in illum reseruat sedulò diem,& cum multa reddet superabundantia. Hoc quippe admirabile est,quòd non tantùm deposita seruat,verum & multiplicat retributionibus. Hoc & te secundum potentiam tuam facere iussit in his,quæ tibi credita sunt,sanctitatẽ, quam accepisti,intendere, & ex lauacro iustitiam reddere clariorem,& gratiam illustriorem facere: sicut vtique & Paulus fecit,sequentibus laboribus,& studio,& promptitudine augens omnia quæ accepit bona.Et nota dei L
prouidentiam,nec tibi totum hic dedit,neque toto priuauit : sed hæc quidem dedit,hæc autem promisit . Et quare non hic totum dedit ? vt tu fidem in ipsum demonstres, nondũ datis ex ipsius promissione sola credens.Quare verò rursum non omnia illic seruauit,sed dedit & spiritus gratiam,& iustitiam,& sanctificationem:vt tibi labores leues faciat, & ex iam datis etiam de futuris te bonæ spei constituat.Propterea que recẽter illuminatus vocari debes,quoniam noua lux semper tibi,si velis,& nunquam extinguitur . Hanc nempe lucem & volentibus nobis , & nolentibus nox subsequitur . Illum verò radium tenebræ non norunt:lux Ioan.1.a
enim in tenebris lucet , & tenebræ eam non comprehenderunt . Non sic enim mundus est clarus oriente radio, vt anima illustratur, & splendidior fit à spiritu gratiam suscipiens.Et diligentius rerum naturam discе . Nocte enim terras tenente,& tenebris caligantibus sæpe funiculum quis cernens , serpentem esse putauit,& amicum accedentem tanquam inimicum fugit : strepitum quempiam sentiens,trepidus factus est: M
facta autem de nihilo tale fieret,sed omnia qualia sunt apparent:quod & in anima nostra cõtingit. Postquàm enim gratia veniens mente tenebras expulit, rerũ veritatem discimus,& nobis fiunt despicabiles res prius tremendæ: nec enim amplius mortem timemus,diligenter ex hac sacra introductione discẽtes,quòd mors non est mors,sed somnus,& dormitio tẽporaria: non pauperiem, non morbum , non aliud quid huiusmodi timẽtes, scientes quòd ad meliorem tendimus vitam, immortalem & incorruptam,& ab omni tali liberam inæqualitate . Ne igitur amplius ad mortalia maneamus hiantes,nec circa mensæ delicias,nec circa vestimentorum ornatum:habes enim maximum indumẽtum,habes mensam spiritualem,habes gloriam supernè,& omnia tibi Christus factus est, & mensa, & vestimentum,& domus,& caput,& radix. Quotquot in Galat.3.d
Christo enim baptizati estis,Christum induistis.Ecce quomodo vestimentum tibi ea.Vis discere,quomodo & mensa tibi sit:Qui mecum edit , inquit, viuet ille pro- Ioan.6.f
pter me. Quòd autẽ domus est tibi:Qui comedit car- Ibidem.
nem meam,in me manet,& ego in eo . Et quòd radix, Ioan.15.a
rursum inquit:Ego vitis,vos palmites.Et quòd frater, Ibidem.b
& amicus,& sponsus:Non amplius vos dicam seruos: Ibidem.

&,Vos

A &, Vos amici mei estis. & Paulus : Despondi vos vni 1.Cor.11.a
viro virginem castam exhibere Christo. & rursum:Vt Roma.8.f
sit ipse primogenitus in multis fratribus. Non fratres
tantùm ipsius,verum & pueruli fiamus.Ecce enim,in- Ioan.17.b
quit,ego & pueruli,quos tradidit mihi deus. Non hoc
autem solum,verum & membra ipsius & corpus eius.
Tanquam enim non sufficeret dicta demonstrare be-
neuolentiam & charitatem,quam erga nos exhibet,& 1.Cor.12.&
aliud his maius,& propius posuit,se caput nostrum ap- Ephes.1.d
pellans.Hæc omnia certè sciens dilecte,sis gratus erga
benefactorem tuum optima conuersatione,& sacrificij magnitudinem cogitans, orna corporis tui membra:cogita quid manu capias,nec vnquam vllum verberare audeas,nec tanto decoratum munere plagę crimine confundas . Cogita quid manu capias,& ipsam ab omni auaritia & rapina liberam conserua. Reputa, quòd non tantùm manu capias , verùm & ori admoueas,& linguam custodi à contumeliosis mundam, & turpibus verbis,blasphemia,periurio, & aliis omnibus huiusmodi. Etenim pernicioſum est,tam tremẽdis ministrantem mysteriis linguam,& sanguine tali purpuratam,& factam aureum gladium ad conuicia & con-
B tumelias,& scurrilitates transferre. Reuerere eam honore,quo dominus ipsam honorauit,nec ad peccati vilitatem ipsam deducas : sed rursum animaduertens, quòd post manum & linguam cor suscipit horrẽdum illud mysterium:ne vnquam in proximum sumas dolum,sed mentem tuam ab omni malitia mundam conserua:sic & oculos,& aures munire poteris . Quomodo enim non est absurdũ post mysticam illam vocem è cœlis delatam,à Cherubin dico,meretriciis cãtibus, & fractis melodiis aures inquinare ? Quomodo verò non extrema pœna dignum est , oculis quibus arcana vides & horrenda mysteria,his meretrices spectare,& mente adulterium exercere? Ad nuptias vocatus es dilecte, ne intres sordidus indutus vestimentis, sed nuptiis congruam cape vestem.Si enim ad nuptias sensibiles homines inuitati , etsi omnium pauperrimi sint, mutuò sumentes sæpe, vel ementes vestimentũ mundum, sic ad se vocantes conueniunt : & tu ad nuptias spirituales,& prandia vocatus regalia,cõsideres quàm dignum sit te nuptiale vestimentum comparare . Ve-
C rumenimuero nec opus est comparare,sed ipse qui vocat tibi dat gratis , ne vel paupertatem prætendere valeas. Serues itaque quod accepisti vestimentum . Si nanque perdideris,amplius emere non poteris,aut mutuare.Nusquam enim venditur tale vestimẽtum.Audisti quomodo gemuerunt dudum sacris introducti, & pectus percusserunt,eos stimulante cõscientia? Confidera igitur & tu dilecte,ne vnquã hoc patiaris.Quomodo autem non patieris, non expulsa praua malorũ consuetudine? Propterea & prius dixi,& nunc dico,& dicere non desistam, si quis morum vitia nõ correxit, nec sibi facilem parauit virtutem,ne baptizetur.Priora nempe crimina lauacrum abluere potest:timor autem non paruus,& periculum non mediocre, ne rursum ad eadem redeamus, & vulnus nobis fiat de medicina . Quapropter nanque maior gratia, tantò amplior postea peccantibus pœna . Ne igitur ad pristinum redeamus vomitũ,hinc iam nosipsos erudiamus. Quòd enim oporteat prius pœnitentiam & prioribus destitisse malis,& sic ad gratiã accedere,audi quid Ioannes dicat,quid verò summus apostolorum baptizari debentibus.Ille nempe dicit, Facite fructum dignum pœni- Luc.3.b
tentiæ:& ne incipiatis dicere intra vos,Patrem habemus Abraham.Hic autem interrogantibus rursus aie- D
bat:Pœnitentiam agite,& baptizetur quisque vestrum Ioan.2.f
in nomine domini nostri Iesu Christi. Pœnitẽtiam agens autem nõ amplius eadem attingat negotia, quorum pœnituit.Propterea que iubemur dicere:Abrenũcio tibi satana,ne amplius ad ipsum reuertamur.Sicut igitur in pictoribus accidit,sic & nunc fiat.Etenim illi tabulas proponentes,& albas circunducentes lineas,& regias depingentes imagines:priusquàm colorum veritatem superinducant , cum omni libertate hæc quidem delent,hæc verò repingunt, & errata corrigẽtes, & malè se habentia transponentes:postquàm verò iam colorem induxerint , non amplius libertatem habent rursum delendi & repingendi, quoniam imaginis pulchritudini nocerent,& sine culpa fieri non posset.Hoc tu quoque fac,puta animam esse tibi imaginem.Priusquàm igitur superueniat vera spiritus tinctura , malè insitas tibi consuetudines dele, siue iurare,siue mentiri,siue contumelias inferre, siue turpia loqui,siue ridicula facere solitus es , siue quid aliud huiusmodi non licitum faciendi consuetudinem habes, erue cõsuetudinem,ne post baptisma rursum ad ipsam regrediaris. Peccata delet lauacrum . Tu consuetudinem corrige, E
ne iam inductis coloribus,& illustrata imagine regia, amplius deleas , & vulnera & cicatrices inferas à deo tibi dato decori.Corripe igitur iram,extingue furorẽ, siue quis afficiat iniuria,siue contumelia,lachrymis illum prosequere.Ne indigneris tu,condole,ne exacerberis:ne dicas,In anima patior iniuriam. Nemo est in anima iniuriam patiens,nisi nosipsos in anima iniuria afficiamus. Et quomodo id ita sit,iam dicam . Ablata est res tua,non passus es in anima,sed in pecuniis: si tu verò mali memoriam serues,in anima tu teipsum læsisti. Pecuniæ enim ablatæ nihil animam læserunt,verùm & adiuuerunt. Tu verò non iram dimittens,pœnas illic huius seruatæ malorum memoriæ dabis. Conuiciis te quispiam & contumeliis affecit, te nil in anima læsit,sed nec in corpore. Tu teipsum in anima læsisti,verborum quę dixisti,illic pœnas subiturus.Et hoc omnium maximè vos certũ scire volo,quòd Christianum & fidelem in anima potest lædere nemo, nec ipse diabolus.Nec hoc tantùm est admirabile,quòd nos deus omnibus incursibus inexpugnabiles fecit: verùm F
& quòd ad omnem virtutis operationem nos aptos parauit:& impedimentum nullum est,si velimus,licèt pauperes simus,siue corpore imbecilles,siue abiecti,siue ignobiles,siue serui.Nec enim paupertas,nec imbecillitas , nec corporis diminutio,non seruitus, non aliud talium quippiam,ad virtutem impedimẽtum esse queat.Et quid dico pauperem,& seruum,& ignobilem? Etiam si captiuus sis,nec hoc tibi ad virtutem impedimentum esset.Et quo id modo fit,dicam. Quidam domesticorum te cõtristauit,& iritauit, ipsi iram remitte.Nunquid tibi ad hoc vincula & paupertas,& ignobilitas impedimentum afferunt?Et quid dico impedimentum?Potius adiuuant nanque,& cooperatur ad superbiam comprimendã. Vidisti alium fœliciter agentem,ne inuideas: nam nec hic paupertas impedimentum est . Rursum cùm orare conuenit,sobria & vigili mente hoc effice,& nec hic vllum erit obstaculum. Benignitatem,mansuetudinem omnem exhibe,molestiam honestatem:nec enim ista exteriorum indigent auxiliorum.Et hoc est virtutis maximum,quòd non diuitiis,non potentia,non gloria,non alia quapiam talium rerum opus habet,sed anima tantùm sanctificata,

& nil amplius

Universidad de Deusto
Biblioteca

G & nil amplius inquirit. Respice verò & in gratia hoc ipsum fieri, siue quis enim claudicet, & eunuchus sit oculis, & corpore diminutus, siue in extremam delapsus imbecillitatem, ab horum nullo gratia venire prohibetur. Animam enim exquirit solam se cum promptitudine suscipientem, & hæc omnia prætercurrit. Exteriora militum & corporis mensuram, & bonam carnis habitudinem exquirunt ipsos in exercitum deligere debentes. Non hæc autem sola militaturum oportet habere, verùm & libertatem. Si quis enim sit seruus, reiicitur. Cœlorum autem rex nihil tale requirit, sed & seruos in exercitum suum suscipit, senem & iuuenem, & quæcunque talia. Mansuetū autem & mitem esse, & his similia, sententiæ nostræ sunt. Et hæc sola à nobis deus exigit, quorum nos domini sumus, & valde congruè: non enim propter propriam vtilitatem, sed propter beneficentiam nos ad sui gratiam vocat. Reges verò propter ministerium suum: & hi quidem ad bellum trahunt sensibile, hic autem ad pugnam spiritualem. Nec in bellis tantum externis, verùm & in certaminibus eandem quis rationem videre posset. In illud enim theatrum trahi debentes, non prius descen-
H dunt in certamina, donec ipsos assumens præco sub omnium oculis circunducat clamans, & dicens: Num quis hunc accusat? Et quidem illic non animæ, sed corporis pugnæ sunt. Quare igitur generositatis rationes requiris? Hic verò nihil tale, sed totum contrarium: cùm non in manuum collationibus sint nobis certamina, sed in animi disciplina, & mentis virtute. Contrarium agonotheta noster facit, non ipsum assumens circunducit, & dicit, Num quis hunc accusat? sed clamat: Licèt omnes homines, licèt dæmones cum diabolo constituti ipsum accusent de turpissimis & occultis criminibus, non reiicio, nec abominor, sed ab accusatoribus ipsum liberans, & ab iniquitate absoluens, sic ad certamina duco: nec immerito. Illic enim agonotheta nil certantibus confert ad victoriam, sed medius constitutus est: hic autem agonotheta pietatis propugnatoribus commilito fit, & auxiliator, cum ipsis contra diabolum pugnam attingens. Nec hoc tantùm est admirabile, quòd nobis peccata dimittit, verùm &
I quòd ipsa non reuelat, nec apparentia & manifesta facit, nec accedentes cogit in medio patrata edicere, sed sibi soli rationē reddere iubet, & sibi confiteri. Etenim ex alienigenis iudicibus, si quis alicui captorum latronum, vel furum diceret, vt peccata confiteretur, & à pœna dimitteretur, omni certè promptitudine hoc susciperent, salutis cupiditate pudorem contemnentes. Hic verò non hoc est, verùm & peccata dimittit, nec cogit præsentibus quibusdam ipsa enunciari: sed vnum solum exigit, vt ipse remissione fruens, doni magnitudinem discat. Quomodo igitur non absurdum, vt in quibus nos ipse beneficio afficit, solo testimonio nostro cōtentus sit, nos autem in quibus ipsum colimus, alios testes quæramus, & ad ostentationem quicquam faciamus? Ipsius igitur modestiam admirati, naturam ipsi exhibeamus, & ante omnia alia linguæ impetum
Prou.10.c refrenemus, & ne semper loquamur. Ex multiloquio nanque non effugies peccatum. Si nempe dicendum vtile habes, aperi labia: si nihil sit necessariū, tace: melius est enim. Artifex manualis es, sedens psalle: sed nō vis ore psallere, hoc facias mente. Magnus comes psalmus. Nihil hinc graue sustinebis, sed tanquam in monasterio, in officina sedere poteris: non enim locorum commoditas, sed morum probitas quietem nobis præbebit. Paulus enim in officina artem suam tractans, nihil ad propriam virtutem læsus est. Ne dicas igitur, Quomodo potero cùm artifex & pauper sim prophetare? Propterea nēpe magis poteris prophetare. Nam paupertas diuitiis, & negotium otio ad pietatem nobis est opportunius, quippe cùm & diuitiæ non aduertentibus impedimētum fiant. Cùm enim iram dimittere oporteat, cùm inuidiam extinguere, cùm remittere furorem, cùm orationem offerre, cùm benignitatē & mansuetudinem, cùm modestiam & charitatem exhibere, vbi paupertas impedimentum esse valeat? Non enim argentum erogantes hæc oportet obire, sed rectam exhibentes voluntatem. Eleemosyna maximè pecuniis eget, verùm & ipsa per paupertatem magis effudit: etenim quæ duos obolos erogauit: omnium hominum erat pauperior, & omnes superauit. Ne magnum igitur quid diuitias esse putemus, nec luto melius aurum esse cogitemus. Materiæ nanque precium non ex natura, sed est ex opinione nostra. Si quis enim diligenter inquireret, multò magis auro ferrum necessarium: illud nanque nullum vitæ confert vsum, hoc autem necessitatis plurimum nobis comparauit, innumeris artibus seruiens. Et quid dico auri & ferri comparationem? preciosis enim lapidibus bi vulgares magis necessarij: ex illis enim nihil vtile fieri posset, ex his verò domus, & muri, & vrbes constructæ sunt. Tu verò mihi demonstra, quæ de margaritis vtilitas istis, quinimo, quod non inde fiat damnum? Etenim vt tu feras vnionem, innumeri pauperes fame premuntur. Quam igitur veniam assequeris? Vis ornare faciē, non margaritis, sed modestia & honestate, sicq; virgatiorem cernet aspectum. Ille nempe ornatus & in zelotypiæ suspicionem iniicere sæpe solet, & in inimicitias, & contentiones, & pugnas. Nil autem aspectu suspecto turpius, Eleemosynæ verò & modestiæ ornatus, omnē quidem improbam suspicionem expellit, omni autem vinculo firmius coniugem conciliat: non enim tam decorum facit formæ natura fieri aspectum, quàm ipsam spectantis affectus: affectum verò nihil sic, vt modestia & honestas inducere solet. Itaque licèt pulchra sit aliqua, se vir autem in ipsam inimicè habeat, omnia ipsi turpissima videbitur. Si verò non esse pulchram aliquam contingat, jucundè tamen in ipsam se vir habeat, omnium ipsi pulcherrima esse videbitur. Non enim in eorū quæ cernuntur natura, sed in cernentium affectu iudicia fiunt. Aspectum igitur ornes modestia, honestate, eleemosyna, humanitate, charitate, erga virum dilectione, mansuetudine, benignitate, malorum tolerantia: Hi sunt virtutis colores, per hos allicies angelos, non homines, per hosipsos habebis deum laudatorem: cùm verò deus acceptauerit, & virum omnino tibi placabit. Si enim vē i sapientia faciem illuminat, multò magis virtus mulieris illuminat aspectum: si verò putas esse magnum hunc ornatū, dic mihi, quæ vtilitas tibi in die illa de margaritis istis veniet? Et quid opus diem illam commemorare, cum liceat & ex præsentibus hæc omnia demonstrare? Quum igitur visi in regem contumeliam exercuisse, ad tribunal trahebantur, & periclitabantur de extremis: tunc mulieres & matres monilia aurea, & margaritas deponentes, & ornamentum omne, & vestimenta aurea, vilem & abiectam vestem capientes, & cinerem inspergentes sibi, & ante fori ianuas se volutantes, sic iudices exorabant. Si autem in his iudiciis aurea quidē monilia, & vniones, & varia vestis, insidiæ & proditio essent: mansuetudo autem

A tudo autem & benignitas, & cinis, & lachrymæ, & vilia vestimenta magis iudicem conciliant: multò magis in iudicio illo ineuitabili & tremēdo hoc fiet. Quā enim rationem dicendam habebis? Quam, dic mihi, excusationem, quando te dominus accusabit de margaritis istis, & pauperes fame perditos in medium a-
1.Timo.1.c get? propterea Paulus dicebat: Non in circunligaturis, & auro, vel margaritis, vel vestimento precioso. Hinc nempe struentur insidiæ. Si verò iugiter & ipsis fruemur, tamen omnino per mortem ab ipsis separamur. Ex virtute verò securitas omnis, & mutatio, & ruina nulla. Verum & hic nos ea reddit tutiores, & illuc comitatur. Vis margaritas possidere, nec vnquàm has diuitias deponere? Ornatum omnem auferens in Christi manus per pauperes repone. Ille tibi cunctas custodiet diuitias, postquàm corpus tuum multa cum claritate resuscitauerit, tunc tibi meliores circumponet diuitias, & ornatum maiorem, quippe cùm sit hic præsens vilis & ridiculus. Cogita nanque quibus vis placere, & propter quos hunc induis ornatū, vt funarius,
B & ærarius, & institor admirentur conspicati. Deinde non confunderis, & erubescis te illis ostentans, & quos nec appellatione tua dignos cēses, propter hos omnia faciēs? Quomodo igitur hanc omnem vanitatem deridebis? Vocis illius recorderis, quam dum sacris instituereris, emisisti: Abrenuncio tibi satana, & pompæ tuæ, & cultui tuo. Circa margaritarum enim cultum insania, est pompa satanica. Aurum enim cepisti, non vt corpus vincias, sed vt pauperes soluas, & enutrias. Dic igitur continuè, Abrenuncio tibi satana. Nihil hac tutius voce, si ipsam per opera exhibeamus, hāc & vos initiati debentes discere censeo. Hæc enim vox confœderatio cum domino est. Et sicut nos seruos ementes, ipsos qui venduntur, prius interrogamus an nobis seruire velint: ita facit & Christus, quando debet te in seruitutem capere, prius interrogat an velis illum crudelem tyrannum dimittere, & immitem, & à te fœdera suscipit: non enim coactum est ipsius imperium. Et benignitatem considera. Nos nempe priusquàm precium erogemus, interrogamus eos qui venduntur, &
C cùm didicerimus quod volunt, tunc precium erogamus; Christus autem non ita, verùm & precium erogauit pro omnibus nobis preciosum sanguinem suum.
1.Cor.6.d Precio enim, inquit, empti estis magno. & tamen nec sic cogit sibi seruire nolentes. Sed nisi gratiam habeas, & à teipso & spontè eius velis dominatui adscribi, nō cogo, inquit, neque compello. Et nos quidem improbissimos seruos non eligeremus emere. Quòd si quando elegerimus, voluntate mala emerimus, & tale precium erogaremus. Christus autem ingratos emens seruos, & iniquos, optimi serui precium erogauit: immo verò multò maius, vt neque ratio, neque mens ipsius magnitudinem capiat: non enim cœlum & terram, & mare dans, sed omnibus his preciosiorem sanguinem suum effudit, ita nos redemit: & post hæc omnia nō testes à nobis, non chirographa exigit, sed sola contentus est voce: & si dicas ex corde, Abrenuncio tibi satana, & pompæ tuæ, totum recepit. Hoc igitur dicamus, Abrenuncio tibi satana: tanquam illic per diem, y num hanc vocem repetendi, & ipsam custodiamus, vt saluum tunc reddamus depositum. Pompa verò satanica sunt, theatra, circenses, & omne peccatum, & dierum obseruatio, & præsagia, & omina. Et quid tandem sunt omina? Sæpe domum quis suam egressus hominem vidit monoculum, vel claudicantē, & ominatus est. Hæc est pompa satanica: non enim hominis occursus malū D facit esse diē, sed in peccatis viuere. Cùm igitur exieris, vnum solum custodi, ne occurrat tibi peccatum, hoc enim est quod supplantat, præter hoc verò nec ipse diabolus nos quippiam lædere poterit. Quid dicis? hominem cernis, & ominaris, nec cernis foueam diabolicā: quomodo te illi, qui te nulla affecit iniuria reddit inimicum? quomodo te fratri constituit aduersarium ex nulla iusta occasione? Et deus quidem vel inimicos amare nos iussit: tu autem nil lædentem auersa- Lucæ.6.d ris, nil accusandum habēs. Nec cogitas, quantus risus, quantum dedecus, immo verò quantū periculum? Dicam ne & aliud ridiculosius? Confundor nempe & erubesco, sed cogor propter salutem vestram dicere. Si virgini, inquit, occurreris, sterilis dies erit: si verò meretrici, dextera & bona, & multa mercatione plena. Oc cultamini, & frontem excutite, & ad terram inclinate: sed non nunc dum dicuntur verba, sed cùm fiunt opera. Vide nempe quomodo & hic diabolus dolum abscondit, vt modestam quidem auersemur, impudicam verò gratam habeamus & amemus. Quoniam enim audiuit Christum dicentem, quòd aspiciens mulierem E ad concupiscendum, iam mœchatus est eam, & vidit Matth.5.d multos lasciuia vinci: volens rursum per aliam viam ipsos in peccatum impellere, per hanc obseruationem meritoriis mulieribus libenter oculos intendere persuasit. Quid verò diceret aliquis de his, qui carminibus & ligaturis vtuntur, & de circunligantibus aurea Alexandri Macedonis numismata capiti, vel pedibus? dic mihi, hæ ne sunt expectationes nostræ, vt post crucem & mortem dominicam in gentilis regis imagine spem salutis habeamus? Ignoras quanta crux perfecit? Mortem dissoluit, peccatum extinxit, orcum inanem reddidit, diaboli soluit potentiam, & ad corporis sanitatem præstandam non est fide digna? totum orbem exuscitauit, & tu in ipsa non confidis? Et quid pati dignus non esses? Non ligaturas verò tantùm, sed etiam excantamenta tibi conducis, vetulas ebrias & titubantes in domum agens. Nec confunderis, nec erubescis, post tantā ad hæc trepidans disciplinam: & quod grauius est errore, quando hæc admonemus, & dissuademus, putantes se excusari, dicunt, quòd Christiana est F mulier, hæc excantās, & nihil aliud loquitur, quàm dei nomen. Propterea nanque magis ipsam odi & auersare, quòd dei nomine ad contumeliam vtitur, quòd se dicens esse Christianam, gentilium opera facit: etenim & dæmones dei nomen fatebantur, sed tamen erant dæmones, & ita Christo dicebant, Nouimus te quoniā Lucæ.4.f es sanctus dei: & tamen ipsos increpauit, & eiecit. Propterea quippe vobis supplico, vt ab hac sitis fallacia puri, & tanquam baculum dei verbum habeatis. Et sicut fine calceamentis, vel vestimentis vestrum nemo in forum descendere eligeret: ita sine verbo hoc nunquā in forū prodeas, sed cùm es ianuæ vestibula transgressurus, hoc prius loquere verbum: Abrenuncio tibi satana, & coniungor tibi Christe. Nec vnquam absque hac voce eaeas: hæc erit tibi baculus, hæc armatura, hæc turris inexpugnabilis. Cum hoc verbo & crucem in fronte imprime: sic enim non tantum homo occurrens, verùm nec ipse diabolus te quicquam lædere poterit, cum his te cernens armis vbique apparentem. Et hæc teipsum iam hinc doce, vt cùm signum ceperis, sis miles paratus, & contra diabolum trophæum erigens, iustitiæ coronam capias: quàm nos assequi contingat, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gsti, per quem, & cum quo patri gloria, simul & sancto spiritui potestas & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

IOANNIS INTER PATRES NOSTROS *sancti archiepiscopi Constantinopolitani ieiunatoris de pœnitentia, & continentia, & uirginitate.*

Homilia. XXII.

SI beatus Paulus apostolus gentium doctor & ecclesiæ constitutus, posteriorum oblitus, & in anteriora se extendens, corpus corruptibile iudutus, & incorporeis colluctans potestatibus: qui cursum cõsummauit, & fidem seruauit: qui in ieiuniis perseuerauit, & in periculis probabilis factus est: qui in fame, & in siti optimus apparuit: qui ab Hierusalem in circumitu vsque ad Illyricum Christo seruiuit, Christum in seipso habens loquentem, terrestris angelus, & cœlestis homo, vocatus apostolus, & sancti spiritus receptaculum factus: qui vsque ad tertium cœlum ascendit, & ineffabilia illa audiuit verba: qui in corpore corruptibili paradisum habitauit, zelo incõparabilis, charitate magnus, ecclesiarum dei solicitus curator, orator pietatis, imbecillium deductor, credentium pronubus, Iudæorum redargutio, nostri omnium sagena, post mortificationem doctor, & post mortem præco, qui nobis demonstrauit quomodo in cœlos ascendere oportet. Si hic, inquam, tot possidens priuilegia, dicens: Nihil mihiipsi conscius sum, timebat, & dicebat: Ne fortè dum aliis prædicauero, ipse reprobus fiam: quid faciemus nos, nullum ad virtutem incrementum adepti? Igitur vigilare oportet, & orare in omni tempore, & deum petere, non aurum, non argentum, nec omnino diuitias terrenas, sed solum cœlorum regnũ & in domino gaudere. Alij lætentur in diuitiis, alij in sanitate, alij in doctrina & gloria: virgo autem in domino, vt & ab ipso laudem habeat, dicens deo: Apud te laus mea. Nihil turpius, aut informius anima vitiis obnoxia. Vnde animæ pulchritudinem prouidere conuenit, & dicere: Domine in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem, vt & sponsus interiorem tuam speciem conspicatus dicat: Tota pulchra es, & macula non est in te. Sed vide etiam si virtutem præstiteris, ne extollaris in specie tua, ne fortè propter superbiam tuam auertatur deus, & elatio tua redarguatur. Quid enim condignum his sustinere potes, quæ propter te Christus sustinuit? Humiliauit seipsum vt homo, te precioso sanguine suo redemit: qui dat escam omni carni, ieiunauit propter te: qui mellis dulcedinem creauit, qui cœlum stellarum cœtu coronauit, spinis propter te coronatus est, & vsque ad mortem obediens factus est: igitur in his non lætari, sed plangere conuenit, & credere dicenti: Quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini: vt quæ in die fecimus, in nocte meditati gemamus. Ita compunctus Achaab vestem scidit, & induit se sacco, & plorauit. & quid dominus? Non inducam, inquit, malum eius in diebus ipsius. Propterea & saluator ait: Beati qui lugent, non mortuum, non iacturam, sed peccatum: vt dicam, sicut Dauid inquit, Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. & rursum: Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam. Ablue lachrymis peccatorum sordes, frontem verbera, pulsa pectus, in sensum veni eorum, quæ peccasti. Si per oculos captus es, sicut olim Dauid malè apertis fenestris: si contra animam tuam oculi tui fuerunt, conclude in gemitu oculum, quem malè in lasciuia reserasti: peccatorum enim consuetudo lapsum in peius trahit. Si purum habes vestimentum, caues ne pessundes omnino, ne quomodo sordidetur. Si primam secundam, & tertiam contempseris maculam, iam velut sordidum habens vestimentum, non graue videtur, licèt totum fiat lutum. Quid igitur? orationi⁹ us opus est, ne quando offendamus ad lapidem pedem nostrum, vt angelus domini in circumitu nostro immittens nos liberet, & ita dicere possis: Angelus eripiens me ab omnibus malis: vt te quoque vocet angelus, qui vocauit Abraham. Amant enim angeli eos, qui dominum suum diligunt. Sumite psalmum, & date tympanum, psalterium iucundum cũ cithara. Vnum capit, & tria exigit, ex tribus enim constituti sumus, vt dicit Paulus: vt integrum sit corpus, & anima, & spiritus: vt sit tympanum, pellem habet mortuam: igitur mortifica corpus, vt in tympano & choro laudes deum. Christus pro te dedit corpus ad deludendum. Vide ne dicas, quid vtilitatis in sanguine meo? Quid enim secundum meritum Christi talia pro nobis passi perficere possumus? Sis igitur planta fructuosa, vt deũ laudes, pro viribus tuis fructifica. Si non potes perfectum ferre fructum in centum, saltem dimidium in sexaginta. Si verò & hoc tibi graue, vel tertium perfecti, in triginta: tantùm quòd potes fructifica, ne velut infructuosus in ignem immittaris. Si verò habes aurum & argentum, bonas operationes: & si neque ligna, fœnum & stipulam, vide ne tibiipsi columnam statuas, quod odit dominus. Vide ne stet ratiocinatio tua, tanquam statua in iudicij die accusatrix tui facta: ne tunc incipias sine testibus argui, & sine demonstratione confitearis, quæ ex ignorantia feceris, & locutus es, agnoscens. Luge ante tempus, ne illic audias: nunc pœnitentiam agis, cùm non est pœnitentiæ tempus. Donec tẽpus habemus, operemur bonũ. Aliud quodque fortè possumus inuenire: tempus autem si amittamus, aliud inuenire non possumus: propterea Paulus quoque commonens, dicit: Donec tempus habemus, operemur bonum. Lugeamus pro his quę peccauimus, destillemus lachrymam in genas, & pectus tundamus, vt illic dentium stridorem effugiamus. Lugeamus, vt beatificemur, sicut & Dauid. Non enim tantùm lugebat, verùm & laborabat, & lectum rigabat. Vnam noctem in iniquitate duxit, & per singulas lugebat noctes, penitus talia confitens: Dedisti mihi oculos, vt videam lucem tuam, ego autem his malè prospexi. Erraui aliquando malè intuitus, malè fenestras aperui, propterea lachrymis ipsas abluo. Sic igitur oportet lugere, & oculum malè exhspicatum lauare. Et tu vulnus nosti, agnouisti medicinam, animæ tuæ ianuas munire festina. Non oculum tantùm, verùm & aures, & os. Istæ enim sunt fenestræ, per quas pręsentia vel bona prodeunt, vel mala. Vide ne mors subeat tibi per fenestras tuas, sed sint tibi semper in oculis honestatis mandata: in auribus, dei præceptorum testamenta: in ore, laudum cantica, & antiqui, nouique testamenti meditatio. Has fenestras deo quidem aperire, sed peccato occludere debemus. Dic tu quoque secundum illam sanctam animam: Dixi, ascendam palmam ad tenendum sublimitates eius: rectitudinem amantem, & mundum habentem cor, & ad cœlestia bona currentem, nec circa terrena tantùm distractam. Vide ne

de ne stimulos habeat palma tua contra peccatum redargutiones. Sermones enim sapientum, tanquam boum stimuli: at qui his punguntur, corde compungantur, & omni peccato abstineant: sed diligenter ipsius altitudines retine, vt sine ruina permaneas continuè ventorum incursus ferens insurgentes per tempus tentationum. Versare semper in diuinis scripturis. Sicut enim vinum dum bibitur, tristitiam sedat, & cor commutat in lætitiam: sic & spirituale vinum dum bibitur, in lætitiam conuertit animam tuam. Vbique dei recordare dicens: Prouidebam dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi, ne commouear. Scribe sermones hos manibus tuis, & erunt inconcussi præ oculis tuis. Si sic deum honoras, fit à dextris tuis: si verò ipsum contempseris, diabolus fit tibi dexter. Sic Iudæ contemnenti diuina dicit scriptura: Et diabolus stet à dextris eius. Per singulas horas glorifica dominum Christum dicens, Exaltabo te deus meus rex: non tantùm sermone, verùm & opere. Sic enim Dauid quoque deum in seculum, & in seculum seculi exaltat: non diem, non mẽsam, non annum, non lustrum, sed in omni vitæ tempore. Sciebat enim quòd quandocunque laudat, tunc incipit. Dicis autem, igitur quale cor esse oportet quod semper deum exaltet? Quale Paulus habebat, dicens: Nihil mihi cõscius sum. sic erat & Dauid, dicens: Ab occultis meis munda me. Quale & saluator iussit habere, dicens: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Sic igitur non peccans, per singulos dies deum exaltat, non tantùm sermone, verùm & opere ipsam rem exhibet non contemnendo, siue ægritudo comprehendat, siue iactura, siue mors, dicens cum Paulo: Quis nos separabit à charitate Christi? & reliqua. Non enim temerè in stercore dominus habitat, sed in cœnaculo scopis mundato. Vt animam tuam velut dei habitaculũ præpares, memento horrendi multùm, & tremendi illius diei, in quo omnes Christi throno assistentes, rerum hic gestarum rationes reddemus, ante omnium oculos peccata nostra ponentur, & rursum reuelabuntur, & ignorantibus ostendentur actiones, vbi ignis fluuius, & insopitus vermis, vbi omnia nuda, & præcipitata. Vbi cordium nostrorum libri aperientur, & in medio manifestè legentur etiam occulta, nocturna, & diurna, ex ignorantia & obliuione facta, quæ membris effecimus, quæque nunc latent reuelabuntur. Cogita igitur, quòd omnino nos hinc ad infallibilem migrare iudicem oportet: vbi non tantùm actiones, verùm & verba, & cogitata iudicantur: vbi terribiles etiam eorum quæ videntur esse parua, pœnas dabimus. Hæc semper recordare, & inextinctæ nunquam obliuiscaris flammæ. Præuide venientem iudicare viuos & mortuos. Cogites angelorum milia, & myriadas tunc iudici assistentes: nunc auditus vocem tubarum, & tremendam illam condemnantis vocem præueniat. Præuideat oculus hos quidem in exteriores mitti tenebras, hos verò ianuis excludi post multum virginitatis laborem. Considera hos quidem velut zizania colligari, & in cliba os proiici, alios manibus & pedibus vinctos in exteriores mitti tenebras: & alios insopito vermi, & luctui, & dentium stridori traditos: hunc quidem de intempestiuo risu iudicari, hunc verò quòd proximum affecit iniuria, vel quòd fratrem scandalizauit: hunc quidem de incertis damnari criminibus, hunc verò de otioso verbo pœnas exigi: hunc verò de mala sententia iudicii subire, hunc verò propter conuiciũ regno excludi: quendam autem propter seruatam iram intolerabilia patiente, illum verò in ignominiam resurgentem æternam: hos autem Christi cognitione priuari, & audire, Amen dico vobis, nescio vos: quoniam fecerunt quæ Christus prohibuit. His igitur sic se habentibus, quales non oportet esse, vel quales emittere lachrymas, & dicere: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & lugebo dies ac noctes? Sed vt expectatam effugiamus pœnam, venite, præoccupemus faciem domini in confessione, & vitæ diligentia propiciationes domini dei inuocemus. In inferno, nanque ait, quis confitebitur tibi? Omnia nobis duplicia deus dedit, duos oculos, duas aures, duas manus, duos pedes. Si igitur horum alterum lædatur, per alterum necessitatem consolamur. Animam verò dedit vnam nobis: si hanc perdiderimus, quacunque viuemus? Huius igitur prouidentiam faciamus, nihil ipsius saluti præferentes: quoniam hæc etiam est, quæ cum corpore iudicatur, & simul defenditur, & comparet ante Christi tribunal. Si tunc dixeris, pecuniæ me allexerunt: dicet tibi iudex, Non audisti, quæ vtilitas, si quis totum mundum lucretur, animæ autem suæ detrimentum patiatur? Si dixeris, diabolus me decepit: dicet tibi & ipse, quòd nihil profuit Heuæ, quia dixit, serpens me decepit. Hæc igitur mente tenentes, venite, excitemus nosipsos priusquàm obumbremur, priusquàm veniat dies domini magnus, & appareat, de quo propheta dicit: Ecce venit, & quis sustinebit? vel quis tolerabit diem aduentus eius? Tremenda dies illa tumultus, & tenebrarum. Sed dices, Quomodo igitur licet prædicta mala effugere? dicam, Non tantùm corpus tuum custodias purum, sed cùm mala passus beneficeris, si accuseris, continens sis & patiens, cùm ieiunaueris ne glorieris: non enim ciborum abstinentia ieiunium operatur, sed abstinentia peccatorum. Scrutare enim scripturas. Vide quomodo primùm virgam nuceam videt propheta, postea lebetem superardentem, demonstrans quòd non sustinentem virgæ castigationẽ ignis suscipit. Sic & per Mosen demonstrabat ignis columnam rebus clamans, quòd legem audiens, videt lucem: inobediens autem suscipit ignem. Legite saluatoris scripturas, & discite, quomodo nos hinc illuc migrantes adiuuare potest nemo. Non frater fratrem redimet ex interminabilibus tormentis: non amicus amicum, non parentes filios, non filij parentes. Et quid dico homines miserabiles, cùm neque si Noë veniat, & Iob, & Daniel, tunc iudicantem exorare possint? Sed dices, Vnde horum demonstratio? Vide non indutum veste nuptiali ex sponsali domo expulsum, & neminem pro illo intercedentem. Vide talentum habentem creditum, & non negotiatum, & quomodo pro ipso supplicat nemo. Respice mihi quinque virgines excluſas, & æquales, pro ipsis non deprecatas, quas & stultas Christus nuncupauit: quoniam post calcatas voluptates, post extinctum concupiscentiæ fornacem, post ieiunium, & lectum humi stratũ & vigiliam, tunc stultæ sunt inuentę. & meritò quidem: propterea quòd seruato magno virginitatis munere, mandatum humilitatis paruum non custodierunt. Vide nunc hi in iudicij die iudicem oues à dextris constituentem, & infructuosos hœdos à sinistris, & à dextris quidem positis dicentem: Venite benedicti patris mei, accipite paratum vobis regnũ. A sinistris verò positos in tenebras exteriores repellentem, & electis posse succurrere neminem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G minem. Verus enim sermo dicens: Ecce homo,& opus eus. Audisti quomodo diues ille nunquam Lazari misertus,in vltionis loco tostus aquæ stillam sumere optauit? Cognouisti quomodo nec ipse Abraham suppliciis tormenta lenire potuit? Quin igitur posthac nobisipsis succurrentes, priusquàm adumbretur, deo gloriam damus? Melius hìc per ieiunium linguam arescere, quàm ipsam humidam seruare, & illic rorem concupiscere, & non accipere,& immortaliter torreri. Paruis hìc laboribus magna repellamus tormenta. Cogita quòd trium dierum febrem hìc nõ toleramus. Si iudicũ pœnas cernentes obruimur,& hoc vix quinquaginta annis obnoxiis damnationi: quale est igitur Christi tribunal, non tantùm in quinquaginta annos, sed in infinita protendens secula pœnam? Ingrediamur itaque per angustam portam, vt latam viam effugiamus, scientes quòd velut somnium sunt omnia sensibilia, & generationi suppositа sunt, & corruptioni. Licèt enim corporis fortitudinem habeamus, ipsam deiicit ægritudo, lætitiam excipit tribulatio, pulchritudini succedit senectus. Si mensa lauta fruamur, superueniens vesper voluptatem dissoluit. Et quòd generaliter præsentia sint aranea imbecilliora,& somniis fallaciora, propterea & saluator beatificat tribulatos, ne iucundorum voluptas fruentes in se retineret. Igitur sicut audiit Abraham: Exi de terra tua, & exuit: exeamus & nos ex affectione consueta, vt mortificationis meditatione in supernam transmigremus ciuitatem. Castigemus corpus, & in seruitutem redigamus, ne anima serua fiat diaboli, continua diuinę scripturæ meditatione fruentes: & in nobis voluptates tãquam syluestres feras sopiamus: vbique domini Iesu mortificationem in corpore circunferentes, recordemur dicentis: Sobrij estote, & vigilate. Nemo dormiens coronabitur, neque recumbens, & stertens brabium capit: sed puluere, & plagis squalens ipse apud agonothetam prius inuenitur, vulnera gerens, & sanguinem ostendens defluentem. Vnde postquàm experientia didicimus, quàm sit graue, & difficile diaboli ministerium (fugit enim vigilantem, & dormientem spoliat) ne des somnum oculis tuis, ne palpebris dormitationem, vt saluetis, velut dorcas ex cassibus, & velut auis ex laqueo. Fugiamus, inquam, vitæ huius laqueos & curas, & velut mundo abrenunciantes nil carnale circunferamus: multæ enim diaboli insidiæ. A duersarius noster diabolus, inquit, tanquam leo rugiens circumit quærens, non quem mordeat, vel frangat, sed quem deuoret. Fuge diaboli astutias, & dic domino: In te eripiar à tentatione, & in deo meo transgrediar murum. Ne fugias itaque laborem, vt assequaris coronam. Mercator non deficit, sed sustinet vndas, vt pecunias inueniat. Decertans athleta generosè fert vulnera, respiciens ad coronam. Agricola non inuenit fasciculos, nisi prius per proprios sudores semina mittat. Similiter in cœlum respicientes nihil putant tribulationes, bonorum spe roborati. Aduertamus igitur continuè, & obseruemus, quando sponsus surget à nuptiis, vt ipsius audita voce promptè consurgamus in occursum. Et vos, inquit enim, similes hominibus expectantibus dominum suum, qualem iam dominus beatum cernet, dicens: Beatus seruus ille, quem cùm venerit dominus eius, inuenerit vigilantem. Sicut autem vigilantem beatificat, ita miserum vocat negligentem, sic inquiens: Si verò cœperit dicere malus ille seruus: moratur dominus meus percutere, & inceperit verberare consortes suos, comedere & bibere cum ebriis, veniet dominus eius in die qua non expectet, & in hora, quam nesciat, & per medium diuidet eum, & partem ipsius cum hypocritis ponet. Si autem dicens, moratur dominus meus, per medium diuiditur: veniente ipso, qui nec omnino dominum suum expectat, quid patietur? Paratos igitur nos esse, & expeditos ad hinc nauigandum oportet, & dicere: Paratum cor meum deus: in bello enim sumus in mundo, in circumitu impij ambulant, peccatores intendunt arcum. Hic quidem aures sagittat, vt iucundè detractionem audiamus: hic autem oculum in lasciuiam excitat, ille verò linguam, vt fratribus conuicia inferat: hic autem ventrem in ingluuiem irritat, ille verò manum in auaritiam, & rapinam: alius pedes in malitiam mouere hortatur. Quibus de causis Paulus pectus muniens armis spiritus, scribit assumenda esse arma fidei, & galeam salutis, quibus possint omnia maligni tela ignita extingui. Crede igitur voci prophetice dicenti: Indicabo tibi ô homo, quid sit bonum, & quid dominus requirat abs te: vtique facere iudicium & iustitiam, & amare misericordiam, & solicitum ambulare cum domino deo tuo. Igitur posteriorum obliti, in tempore certemus, vt laborum fructus comedẽtes, in domino delectemur, nec incassum tempus omne temerè absumamus, sed tanquam dominum bonum habentes, legitimam exhibeamus seruitutem: docet enim, commonet, protestatur, minatur, exhortatur, admonet, & mercedem obedientibus, regnum largitur. Accingentes igitur lumbos in veritate, domino seruiamus. Cogitemus quanta propter nos passus est saluator: incarnari, lactari, comedere & bibere, & dormire, tentari, laborare, baptizari, flagellari, & postremò crucifigi, & ita mori. Verè cogitare oportet tantam passum pro peccatoribus in se contradictionem, & sic ad sanguinem vsque resistere peccato repugnantes. Quot autem fecit miracula, morborum curationes, mortuorum resuscitationes, leprosorum emundationes, dæmonum expulsiones, claudorum erectiones, & reliqua, quorum non est numerus: & postremò in cœlum ascensionem nobis largitus, vt & nos per virtutem, & bonam vitam ipsum sequamur, cœlestem possidentes conuersationem. Vbi enim adscripti sumus, illic debemus conuersari: hospites enim, & peregrinos nos scriptura vocauit, vt præsentia contemnamus. Cani similis est voluptas, si pellas fugit: si nutrias, permanet. Propterea dicit apostolus, Resistite diabolo, & fugiet à vobis. Noli expectare finem, vbi pœnitentiæ remedium nihil valet. Verùm & si quis ibi dentibus fremat, & si linguam habeat ardentem, digito guttam instillabat nemo: sed audit illa, quæ & diues audiuit. Scientes igitur somnium præsentia, & velut in diuersorio habitantes, vnde eos exire est necesse: curam agamus vitæ, & ad vitam æternam viaticorum quę nobis ipsis paremus: induamus vestimenta nobiscum venientia, quę & Apostolus nobis consuluit, dicens: Viscera misericordiæ, suauitatem, & reliqua. Non aurum illic volumus, sed rorem: non foliis illic opus, sed fructibus: non verbis, sed rebus. Non enim omnis dicens mihi, domine domine, intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit voluntatem patris mei. Ne nos igitur ipsos decipiamus. Detur enim quòd pœnitentiam totam voluptati vitam nostram vacauerimus: sed quid ad infinita secula? Hic enim & bona & mala finem habent, sic autem immortales pœnæ. Hic

A pœnæ. Hìc si ardeat corpus, egreditur anima: illic verò incorrupto resurgente corpore, semper anima comburitur: & peccatores enim incorrupti resurgunt, non vt honorentur, sed vt immortaliter in tormentis permaneant. Si itaque balnei vehementiorem vaporem non ferimus, quomodo feremus igneum flumen? Opus est enim omnes ignem probare, si legitimum est aurum: oportet sigillum inquiri, ne fortè ablatus fuerit thesaurus. Oportet probari si talis est latens, & non est qui effugiat iudicis impetum. Sed omnino dices mihi, quomodo potest anima illic semper comburi? quomodo hìc corpus manens in febre accenditur? Et si enim hìc languente corpore exit anima, illic tamen non egreditur, sed necessitas est animam comburi. Est ne igitur aliquis, qui propter somnium velit semper puniri? Hoc enim præsens vita ad futuram. Qualis enim futurorum comparatio? Si nanque præteruntia talia, qualia igitur illa stabiliter manentia? Dum igitur tempus habemus, venite dilecti, animæ vulnera lachrymis curemus, & ne contra nosipsos manus
Eccli.34.d B dirigentes, talem pœnam subeamus. Vnus enim, inquit, ædificans, & vnus destruens, quid aliud contulerunt, quàm labores? Si enim templum ex lapidibus constructum Hieremias lugebat euersum, dicens: Sinite me, lugeam amarè, ne conamini me consolari. quantò magis animam deplorare conuenit illo sanctiorem, in qua non phiala aurea habens manna, sed quæ patrem habet, & filium, & spiritum sanctum, sanctam trinitatem inhabitantem? Si morientibus compatimur, quis tam sine misericordia est, qui animam suam morientem non deploret? Corpus enim voluptatibus fouens, animam suam occidit: animæ verò curam gerens, corpus sanum non facit. Vnde non pro mortuis, sed pro nobismetipsis lachrymas deducamus. Recordemur fratres, quòd tempus breue est, &
Roma.13.d iudicium præ foribus est, quod licèt longinquius esset, nec ita tamen confidere oporteret. Nox præcessit, inquit, expergiscamur iam à somniis. etenim iucunda præsentia, sed somniis nihilominus fallacia. Ne-
Lucæ.3.b C mo debet dormire Solem cernens. Faciamus igitur fructus pœnitentiæ dignos, sicut scriptum est. Et sicut est in aqua baptizari facile, sic est facile animam pœnitere. Non habuit opus tempore latro. Martyres in momento coronati sunt. Si verò venia indigna, & ad mortem peccauimus, salutares medicinas habentes ne desperemus. Non enim cecidisse graue est, sed post lapsum non resurrexisse, satanicum & perniciosum est. Vnde & bonus deus, & dominus noster clamabat: Nunquid resina non est in Galaad? vel medicus non est illic? Postea si corpus patiatur, medicos vocamus, & herbas inquirimus, omnia mouemus, vt læsum membrum curemus: animam verò vitiis laborantem negligimus, & nullam magis propriæ partis
Matth.10.c rationem habemus. Timeamus eum, qui potest & animam & corpus in gehennam perdere, & ante tormentorum tempus venire: proiiciamus nosipsos in
Psal.50.a mare miserationum dei, dicentes: Lauabis me, & super niuem dealbabor. Stetit enim bonus pastor deus, vt
Eccli.21.a eriperet nos ex ore leonis priusquàm ipse nos absorberet, clamat & nunc dicens: Fili peccasti, ne adiicias
Psal.90.b vlterius. Nunquid cadens non resurgit? vel auertens
Ioan.12.g non conuertitur? Conuertimini filij auersi, & sanabo
Ezech.18.g contritiones vestras. Non mentitur Iesus, dicens: Non veni vt iudicem mundum, sed vt saluem mundum. Tantùm pœnitentiam agamus: non enim vult mortem peccatoris, quantùm vt conuertatur, & viuat. Non D sic insanus amator dilectam suam amat, vt deus pœnitentem animam: vel reuocans dicit: Et post hæc omnia dixi, conuertere ad me. Talis domini clementia, neminem ad se currentium auersatur, sed manum porrigit, dicens: Hodie si vocem meam audieritis, nolite Psal.94.b obdurare corda vestra. Si enim medicus contumelia affectus ab eo qui curatur, adiumenta non negligit, nõ ægrotantem vlciscitur: quantò magis animarum medicus nostrarum? Solùm ne de nobisipsis desperemus. Athleta nanque sæpe lapsus, postea victor effectus est: & miles vulneratus, & curatus circa finem non vulneratis probatior apparuit. Mercatorum multi ad inopiam redacti, rursum effecti sunt diuites: & naufragium passi, rursum post naufragium negotiati reuixerunt. Nunquid enim nobis deus ignem parauit? Non; Matth.25.d sed diabolo & angelis eius. Tãtùm ne nobisipsis ignem accendamus. Audientes itaque, ite ad lumen ignis vestri, & flammæ qua exusti fuistis, nullus est morbus, quem medici remedium sanare non possit. Sed dicis, perfectam non possum agere pœnitentiam. Si non potes Sol fieri, fias vel stella duntaxat. Tantùm ascende E super terram, incipe lucidis æmulari syderibus. Melius est te vel pauca habere merita, quàm omnino nullum habere. Poculum frigidum tibi Christus compu- Marc.9.f tat, infirmum visitare, & in carcerem simul descendere. Si enim verborum & cogitationum pœnas damus, Matth.12.e quantò magis iustificationum mercedem non amittimus: licèt vilissima sint quę fiunt: igitur modicum temporis laboremus, ne bonis excidamus æternis. Si enim mille mortes sustinere daretur, vt Christum in gloria sua venientem, & non amplius per ænigmata videremus, sed ipsis regem oculis cõtueremur, quis non censeret eligendum? Si nanque pulchritudinem hìc apparentem, cinerem, puluerem, & vermem, ex corruptione, & phlegmate, & rheumate substantiam habentem videre quis concupiscet, quantò magis Christi speciem immaculatam si videamus? Si Petrus & socij quandam Matth.17.d tenuem ipsius glorię vmbram conspicati dicebant, Bonum est nos hic esse, quid nos dicemus ipsum in tremenda gloria intueri expectantes? Si sic regi assistentes F beatificamus vehiculum cernentes aureum, & purpuram, & coronam, quales nos esse decet totum mundum iudicare debenti assistentes? Nónne si quis terrenum te ad regnum vocaret, & præcipitia, & scopulos, & molestiæ via multum habente, omnia subires causa regnandi? Ne dicas, In quibus peccaui, ad dominum conuerti non possum. Et Dauid rex cecidit, sed ita surrexit, vt & maiorum suorum curator fieret. Supplantauit nos diabolus, sed nosmet resuscitemus. Suscipit enim nos Christus occurrens, sicut filium pater. Cogitemus, quòd post regnum & delicias, & omnia peracta Salomon dicebat: Vanitas vanitatum, & omnia vani- Eccles.1.a tas. Igitur si nos laudare deberent in theatro sedentes, &.12.c quandoque & serui, vel prædones, vel grassatores, & homines vilissimi, non omnimodo studeremus vt laudem arripere mus: vbi verò angeli & archangeli, & reliquæ potestates, & illorũ omnium theatrum nos prędicare debet, quid nos pro illo faciemus? Nunquid me- Matth.21.c retrices & publicani nos in regnum præcedent? Conuenientia sunt in diuinis auxilia scripturis. Eius fiunt per hanc medicinam minas Niniuitæ per ieiuniũ, me- Ionæ.3.c retrix dominum lachrymis conciliauit, Paulus peccatum confitens, pœnitentiũ fit doctor: latro credens, paradisi ciuis factus est. Hæc medicamina capiẽtes, vul- Lucæ.23.c

 nera nostra

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hier.17.b
Psal.40.a
Hebr.10.d

G nera nostra curemus dicentes: Sana me domine, & sanabor. Et sana animam meam, quia peccaui tibi. Suscipiens enim medicus dicet: Ego sum qui deleo peccata tua, nec amplius recordabor. Vides quot tibi medicinas medicus parauit? Ipse elige quámvis. Auxiliorum tibi varietatem iuxta vulnerum differentiam demonstrauit. Si non potes eleemosynas facere compungere: si non potes ieiunare, sicut Niniuitæ, saltem vt meretrix peccata lachrymis abluе: si ieiunare non potes, nec peccata tua redimere, eia ad misericordiam

Psal.50.a

dei confuge cum Dauide dicens: Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam. Non est enim viperę morsus, vt super ipsum medicinam imponam, nec macula ex luto facta, vt ipsam aqua abluam, sed ex diaboli morsu vulnus egens clementiæ tuæ misericordia tua. Tantùm accede petens, & oleum in-

Ezech.33.c

stillabit benignus, qui dixit: Si cóuertatur impius à via sua mala, non recordabor iniquitatum eius, quas commisit. Tátùm vulnus reuela, & dic: Miserere mei deus, miserere corporis & animæ meæ, miserere mei & hic, & in futuro seculo: miserere mei & propter naturę in-

H firmitatem, & propter tuam bonitatem. Tantùm desidera curari: salutem enim tuam medicus quærit, qui

Lucæ.14.c

errantem ouem conuertit, qui ad malos & bonos vocandos in biuia misit. Ecce & nunc vbi vêdit regnum cœlorum. Si non habes obolum vnde emas, eme gemitu. Fragmento panis cœlorum regnum tibi retribuit. Ecce clamat propheta dicens: Quis vult emere

Psal.33.c

vitam? Quis est homo, qui vult vitam, diligit dies videre bonos? Non habentes, inquit, argentum, absque argento tollite. Quid enim quærit à nobis deus? Non habes, inquit, pecunias? non compunctionem, non potentiam, non luctum, non aliud quid eorum quæ quę-

Ibidem.

runtur? Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum: & in salutem tibi sufficiet. Vide si ieiunasti, ne altùm sapias: si eleemosynam exhibuisti, ne inaniter glorieris, sed potius præterito ieiunio computa quid ex inedia consecutus es, nunquid talis egressus sis, qualis ingressus. Vide quam inde abstuliſti mendam, vel in quo teipso melior factus es, vel quem es

I assecutus profectum, vel quem correxisti defectum, si ab ira destitisti vel conuicio, si fratri non detraxisti, si iurare desiisti, vel aliud quid boni es operatus. Si verò cibis tantùm abstinuisti, nec vllum aliud egisti bonum, quid non comedendo profecisti? Fortè enim dicet tibi, Verè non potuisti ieiunare, quare inimicis tuis non reconciliatus es? quare liuorem, & inuidiam habens perseuerasti? quid autem & te contristanti succensuisti? Nec hoc solùm, verùm & in malorum memoria permansisti, quo nullum peius est malum. Qui nanque corporale peccatum fecit, fecit malum, & citò destitit: malorum autem recordans noctęque & die, & omni hora peccatum operatur. Si horum memineris, nunquam recordaberis contumeliæ. Quapropter, quia te ille affecit contumelia, tu præceptorem deum ne contumelia afficias. In oculis enim theatro hæc omnia reuelabuntur. Vnde priusquàm in perditionis lutum cadamus, tátum fugiamus supplicium, & cogitemus quòd iudiciis nos illis horrendis eripiet nemo, non ipse Noë, non Moses, non Dauid, non Abrahám qui filios, & hostes tantùm dilexit, supplicio subtrahet. Cogitemus quòd multis obnoxij sumus peccatis, & terribilibus, & incertis. Si enim iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit?

Ibidé.129.a

Et quid de occultis dico? Si manifestorum pœnas à nobis exiges, quam habebimus veniam? Si in orationibus torporem discutias, vel in ieiuniis negligętiam: & quòd ante ipsum constituti non tantum ipsi impendimus honorem, quantum magistratibus milites, nec quantum amicis amici. Cum quanta nempe attentione amicum alloquimur? Deum autem pro peccatis deprecantes torpemus, & genibus nostris humi flexis exterius cogitatione versamur. Si ab his tantùm inceperit, & rationem exigere voluerit, vbi igitur submergi poterimus? Quid verò, si in medium deducat accusationes, quas alter in alterum agimus, si & superfluos aspectus nostros examinet, si malas inquirat concupiscentias, si & de conuiciis nostris rationem exigat, nunquid os aperire poterimus? Si verò vanâ quoque gloriam, quam sustinemus orantes, & ieiunantes, & eleemosynam facientes, poterimúsne in cœlum respicere? Si autem & dolos, quos alter in alterum suimus, & præsentem quidem tanquam amicum alloquimur, absenti verò detrahimus: quantas igitur sustinebimus pœnas? Si verò iuramenta quoque, & mendacia, & liuores, & iniustas indignationes: si periuria cō- L

Matth.5.d

putet, & tristitias respiciat, quibus malè patientes, insultantes afficimus: si torporis quoque in concionibus pœnas repetat, quando ipse deus per scripturas loquitur, nos autem ipsum dimittentes cum nostris conseruis loquimur, quas iam subiremus pœnas? Vnde semper ante oculos gehennam habeamus. Cùm enim, si etiam gehenna non intenderetur, peccata vitare deberemus: quantò magis hac imminente propriorum reminisci peccatorum debemus? Recordare ęterni iudicis. Ecce enim vltionem tibi prædico, vt periculum fugias. Si dixerit tibi, ieiuna, prætendis imbecillitatem: si tibi dixerit, compatere, negligentiam tibiipsi supponis. Si tibi dixerit, noli irasci: quid contra hoc dicere potes, vbi neque ignorantia, neque negotium virtutem exercere prohibet? Quomodo igitur cùm venia sis indignus peccati, in cœlum manus extendere poteris? quomodo linguam mouere? quomodo veniam petere? Iniuria affectus es, re tua priuatus es, malè audisti: magnopere læsus es, expecta principis sententiam. Si enim cuiuspiam seruum contumeliatum tibi non ipsum verberes, sed ipsius domino offers, quantò magis M

Deut.32.c & Isai.9.a & Roma. 12.d

erga illum, qui dixit: Mea est vltio, & ego retribuam? Ieiunasti à cibis? vide quod inde peccatum abstuliſti, vel in quo teipso factus es melior, vel quem acquisiſti profectum, quémve defectum correxisti. Sciens itaq;, quòd ante domini tribunal sistendus es, vbi nihil linguæ valet facultas, non auxiliantur aduocati, tanquam anima tua sit pecúniam transitura, præmitte rorem, funde lachrymarum fontes. Habes puteum, ex cordis profundo tristitiam hauri, geminas commoue pupillas, & lachrymarum profunde fluenta, secundum peccatorum proportionem sit tibi lachryma. Si magnus est lapsus tuus, maior sit lachrymarum tuarum torrens. Si verò puritatem quoque retines, alteri mutua lachrymam, & pro fratre lapso plora: vtinam verò saltem pro peccatis lachrymaremus propriis. Vnde peccatū processit, oriatur fons medicinæ. Et priusquam ianua occludatur, pœnitentiam agamus. Vbi peccatum illic fiat & solutio. Ne hìc sit peccatum, & in cœlo pœnitentia. Protestatora enim habet super terram peccata dimittendi, qui nos redemit saluator. Vnde qui stare videtur, videat ne cadat. Qui verò iam lapsus est, surgat. Qui cecidit, non cófringatur. Si quis autem & confractus est, adest dominus qui contritos

1.Cor.10.c

sanat. Accidit

Psal.71.a
Ibidé.93.c
Ibidé.117.b

A sanat. Accidit aliquantum moueri, vt ait sanctus Dauid: Penè effusi sunt gressus mei. Si dicebam, inquit, motus est pes meus, misericordia tua domine adiuuabat me. Accidit subuerti, & non cadere. Impulsus enim euersus sum, vt caderem, & dominus suscepit me. Est & lapso remedium, in ruina non permanere. Nunquid qui cecidit, non resurgit? Est & contrito salutis

Hiere.8.b
Psal.146.a
Ibidé.102.b

spes. Dominus enim, inquit, sanat contritos. Sed vide ne mollescas audita dei bonitate. Deus enim, inquit, iustus & fortis, & longanimis, & per singulos dies iram non inducens, vtpote scilicet clemens, quia pœnitentiam suscipit. Si verò non conuersi fueritis, gladium suum vibrabit. Interim non cædit, vibrat tantùm, vt spleadorem cōspicatus, & territus ad pœnam

Psal.7.c

non perueniας. Non cædit gladius, sed terret, vt ipsius timor ad pœnitentiam te suscitet. Arcum suum tetendit, & parauit illum: tetendit, non immisit sagittam, vt te forma terreat. Congruus iudex, ne contemnas arcum: intentus enim est, ne mollescas: quoniam interim sagittam non cernis, ne negligas propter ipsius longanimitatem. Audi salutarem illam vocem, Sis benevolus aduersario tuo. Quotidie cum ad-

Matth.5.d

B uersario iter agis, cuius comitatum effugere non potes. Paulus te instruit, dicens: Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Hæc enim sibi inuicem aduersantur. Resistat spiritus carni, spe fultus expectata, comparans concupiscentiam mundi, & regnum cœlorum. Caro enim ad pulueręm declinat, anima verò diuinam imaginem imitari studeat. Ita benevolus sis adversario tuo, donec es in via cum ipso in hac vita. Cùm enim via consummata fuerit, non amplius tibi pœnitentię tempus. Vide ne te tradat

Matth.5.d

aduersarius iudici, & iudex vltricibus potestatibus, & coniiciaris in carcerem, in tenebras exteriores, donec reddas vltimum quadrantem, non tantùm de actionibus, verùm & de cogitationibus iudicādus. Hæc igitur omnia scientes, nobismet auxiliemur. Tunc enim cognoscemus, quàm sit amara voluptas, cùm re ipsa experiemur quantæ nobis sit amaritudinis, ministra. Scientes igitur cum quibus nobis sit certamen, inuocemus misericordem deum, ne dęmonibus tradamur, dicētes cum beato Dauid: Ne tradas me domine per-

Psal.118.q

sequentibus me. Ipsi nanque nostrd peccandum incitant, & idem sunt accusatores. Non enim os solus cōtra nos diabolus aperiet, verùm & alij dæmones dicētes: Non nos ministri vobis fuimus, vt irasceremini, vel vana duceremini gloria, vel in fratrem inuehereminī? Timeamus fratres diem illum, in quo nostræ cogitationes iudices fient aduersus nos acerbiores. Ne igitur aduersarios testes expectemus, sed potius aduocemus dominum deum. Etsi enim est infirma, qua induti sumus, caro: verunt amen magnus est qui succurrere potest Christus, & saluare in regno suo. Igitur amare conuenit dominum, & tanquam benefactorem, & tanquam ibi legitimè seruientes diligētem. Etenim nos quoque prospera quęque diligimus, propter hęc tria, vel propter Pulchritudinem, vel propter beneficium, vel si quis nos amet. Quid igitur domino Chri-

Psal.44.a

sto pulchrius? sicut Dauid inquit: Speciosus forma præ

1.Cor.2.c

filiis hominum. Quis verò tantus benefactor, vt paret diligentibus se, quæ oculus non vidit, & auris non audiit, quæque in cor hominis non ascenderunt? Quis

Esa.49.d

verò sic vnquam nos amauit, vt qui tanquam pater pius clamat, Nunquid obliuiscitur mulier filios suos? Si autem & obliuiscatur mulier, tamen ego te non o-

bliuiscar, dicit dominus. Hunc amans Dauid consci- D

Psal.41.c

cere cupiebat, dicens: Quando veniam, & apparebo ante faciem dei? Non enim dilationem tolerabat, sed hinc migrare ardebat, concupitum cernere Christum festinans. O animæ deum amantis propositum, & ad superiora pennis subuectæ. Hunc & tu anima concupisce, cuncta quæ videntur, prætercurrens, & semper reminiscēs æternæ vitæ, & immortalis regni, & sociatæ cym angelis choreæ incorruptibilis glorię, & ductę cum domino conuersationis ab omni dolore liberæ. Cogita quòd nihil habet vita, nisi lachrymas & opprobria, & conuicia, & tristitias, & negligentias, & labores, & morbos, & senectutem, & peccata, & mortem. Hæc cogitans Dauid, calumnias, viduitates, orbitates, ærumnas, pœnas, lapsus, his cupiens absolui dicebat: Quando veniam, & apparebo ante faciem dei, vt iam abeam, vbi pax, lætitia, charitas, longanimitas, claritas sanctorum, & omnia cętera sine solicitudine bona, quę sermo nullus exprimere potest? Vnde tu quoque tantis expectans frui deliciis, ne contemnas vitam tuam. Si enim vilis esset, aut pauper, qui abs te contemnitur, aptè dormitares: si verò splendidus & gloriosus, & to- E

tius regni dominus qui expectatur Christus: luceat lāpas quotidie, paratus sis in sponsi occursum, vt & tu audias: Intra in gaudium domini tui. Vigilare oportet,

Matth.25.b

& orare in omni tempore dilecti. Si enim dicente deo ad diabolum, Non opprimes Iob, malignus incubuit

Iob.2.b

putans se eum deiecturum: quantò magis nos obnoxios habens, quærit sui facere iuris, sic vt vult? Opus est vigilantia dilecti. Nam & miles dormit non in lecto, sed humi. Piscator non dormiens piscatur, sed stans aliquando peragit noctem. Agricola omnem exhibet vigilantiam, ne domini vinea lædatur. Et pastor sub diuo stans noctem consummat, gregem custodiens, sicut Iacob dicebat: Fui ardens æstu per diem, & gelu per

Gene.31.d

noctem, & somnus recesserat ab oculis meis. Et quę ipsius vigiliæ ratione vlla ouis feræ captiua fieret. Si verò tanta de irrationali pecude cura, quales esset decet de rationali anima sollicitudinem gerentes: anima, inquam, omnium precioſissima, nec æquiualentem totum pariter orbem habente, quæ simul nobiscū resurgit, paritérque defenditur, & diuino tribunali simul assistit? Propter hanc operarius ille Iacob lapidem ad F

caput sibi posuit dormiens, vt intellectualem per somnos lapidem videret. Vnde & scalam vidit vsque ad

Ibidé.28.c

cœlos peruenientem, & angelos ascendentes & descendentes, referentes à nobis quidem orationes, à domino verò gratias deducentes. Non vnguento vngitur athleta: eorū enim qui iam victi sunt, est tale studium. Nihil anima immundius, quando corpus talem habet odoris suauitatem. Sed sicut distillationem patientes, & manus & vestimenta defluente replent humore: sic animæ fluxus immundus per corporis odoramentum cognoscitur. Propterea duram eligere vitam conuenit, nec voluptatibus defluere. Quam verò lectus eburneus vtilitatem habet, vel argento compactus? Superflua potius hæc cura, & supernam prouocans iram. Et alia quidem peccata nostra quampiam habent voluptatem: in lecto autem argenteo dormire, quam habet delectationem? Vnde & propheta lectum hunc abominans, dicebat: Væ qui dormiunt in lectis e-

Amos.6.b

burneis, & lasciuiunt in stratis suis. Vis videre lectum regium virtutibus plenum? Respice lectum Dauidis, in quo tanquam margaritæ super subsellium per singulas noctes erant congelatæ prophetæ lachry-

Psal.6.b

 mæ, quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quæ, quæ in admonitionem quoque nostram scripta sunt, vt vestigia sequentes futurũ fugiamus iudicium. Vnde pœnitentiam agamus ante iudicium illud: illic enim non eris amplius pœnitendi dominus. Nos esse vult dominus paratos, propterea{que} posuit incertum exitum nostrũ, vt continuè pugnemus. Si enim in præsentibus iudiciis audita tantùm præconis voce, qui introducuntur, titubant, & timore congelantur: quantò magis ante diuinum tribunal sistendi tremere debemus? Sub silentio vehementer planxistis: semper enim stimulatur conscientia, maximè verò cùm de iudicio disserimus. Ergo per sermones bonæ sunt redargutiones. Vtinam enim diues ille redargueretur, & non illic lingua torreretur. Virginitatem concupisti? serua mandata, & ipsam tibi dominus ministrabit. Si enim dicas orans, Custodi me domine, vt pupillam oculi: di cet tibi & ipse, Custodi mandata mea, & viues: meos autem sermones, vt pupillas oculorum. Cùm enim sic fueris affecta, solicitudinem tuam sibi vendicans tibi dicit: Qui tangit vos, tanquam qui tangit pupillam oculi mei. Cùm igitur ad aratrum manum miseris, ne ad posteriora conuertaris, ne sias columna salis: semper lingua tua de iudicio loquatur, nihil otiosum sonans, aut ex ira, nihil ex tristitia, aut ex vlla alia perturbatione, sed potius de illis suppliciis loquatur, vt tremenda timens iudicia, seipsa melior fiat: semper lex eius in ore tuo sit, vt & verba tua secundum dei voluntatem procedant. Legislatorem semper in ore geras, ille tibi comes & socius. Siue enim quempiam videris prosperè agentem, vel deliciis vacantem, vel etiam regnantem, nosce quòd tanquam flos fœni velociter arefcet. Ille ferculis gaudeat, tu verò in domino Christo gaude. Et si mortem aliqui vicerunt, tu concupiscentiam vincere non potes? Oportet te membra mortificare, non tantùm concupiscentiam, verùm & iram, & furorem continere. Lingua tua mensuras habeat. Vide ne ante tempus te conscientia tua condemnet. Venit mors & omnia reuelantur. In nullo nunc confusionem pati volumus. Illic verò coram tot millibus vbi abscondemur? Ioannes purus erat, propterea supra Christi pectus recubuit. Anima Christo volens desponsari, puritatem custodiat, vt ex fructu arbor cognoscatur. Manifestam enim, inquit, fidem annunciauit iustus: Huius confessionis recordare, & vltimum concipe mente diem. Vide igitur, ne per linguam pereas: lingua enim est, inquit, quæ polluit totum corpus. Corpore verò maculato mentem quoque corrumpi necesse est, sicut dictum est: Corrumpunt bonos mores colloquia mala. & Paulus inquit, Homines corrupti mente. Quære Paulum tanquam Thecla, vt audias quę per ipsum tibi dicuntur. Alis opus est tibi: si non habes, nec habere festinas, frustra profiteris. Clamet oculus tuus pietatem interius habitantem: deorsum sit aspectus tuus, vt sit mens sursum. Vigilantia opus est multa: aduersarius enim noster vigilat. Eiecit olim ex paradiso, nunc in cœlum regredi non permittit. Vide ne spirituale vinum aqua inutile reddas. Habe pro pane diuinarum meditationem scripturarum, & pro vino saluatoris mandata: audi dicentem, Volo vos non esse solicitos, & nihil curare, nisi de regno. Cum terreno corpore cœlum ascendere concupisti? extenua carnes, vt ad ascensum agilis fias. Equus si multùm comedat, non currit. Athleta nõ quod vult, comedit. Nisi comedisset Israël, & impinguatus fuisset, non recalcitrasset. Sursum igitur oculũ tuum semper habeas, vbi & tibi concupitus est sponsus: desiderio animi motus vince. Oratio & ieiuniũ tibi auxiliantur, & diuinæ cohortantur scripturæ. Ne sis negligens in coronæ certaminibus. Hinc habes æternæ vitæ & quietis arrabonem. Non enim pateris virum ebrium, non parturis, non paris, non luges quòd filius mortuus est, vel morbo laborat: non es solicita, ne vir peregrinatus redire tardet. Absoluta es à pariendo, ab agendo, & educando. Sponsum tuum sequere Christum te{sh} regnum cœlorum ducentem. Sequere secundum illud eloquium, dicens: Si ad me ingredimini rectè, & ego ingrediar vobiscum rectè. Si verò tortuosi ingredimini, & ego vobiscum ingrediar tortuosè. Semper dominum venientem expecta. Si enim qui dicit, tardat dominus meus venire, ipso veniente in duo diuiditur: qui nec omnino ipsius illustrem expectat præsentiam, quid patietur? Si vis itaque Christo assimilari, eius vestigia sequere: angusta enim est ianua, & iusti ingredientur in eam. Audis Danielem dicentem: Ego Daniel eram lugens tres hebdomadas, panẽ non comedi, & vinum non intrauit in eos meum. Ioannes in desertum habitauit, non habebat vineam, ne seipsum faceret terrenum. Lucerna erat, propterea contra ventorũ impetus seipsum muniebat. Horum tu quoq; dogmatum recordare. Cœlestem elegisti cõuersationem, certa bonum fidei certamen cernens in certamine victoriam, in victoria coronam, agonothetam dominum Iesum. Tantùm firmus sit cursus tuus. Terribile est in dei viuentis manus incidere. Vidisti vnquam imagines, quomodo hæ quidem sunt personis procerę, & satis magnæ, & ornatæ: hæ verò deformes, & ridiculæ? Sic ille cuncta velut in tabella reuelabit. Fuge igitur dedecus illud maximè horrendum, & lauda, & dic: Custodi me domine, quoniam in te speraui, quoniam bonorum meorum non indiges. Non enim nostrorum indiget, sed nostram salutem exquirit. Vnde nosipsos illi offeramus sacrificiũ viuens, rationabile obsequium, non per ignem, sed per longanimitatem. Qui enim perseuerauerit vsque ad finem, hic saluus erit, inquit. Propterea tranquillam & quietam vitam eligentes, bene currite vt comprehendatis, sicut scriptum est. Non enim paruum est periculum, puritatem promissam cõ custodire. Propterea{que} linguam tuam corrige, oculum comprimens, extendens manus tuas in preces, pedem mouens, sicut dominus creauit, in amictu modesta, in occursibus verecunda, seruans in gressibus stabilitatem, in cibis quod sufficit, in continentia quod laboriosum, quod humile est, misericordiam, fratrum dilectionem, rerum communicationem, fidei sanitatem, nec vnquam omnino tremẽdum illud obliuiscere iudicium. Hæc autem omnia parua quidem dictu, magna verò expeditu. Nam facile est, inquit, regnum cœlorum decem virginibus, non Soli, non Lunæ, non stellis, non ipsis monilibus, non auro, non argento, nõ formæ tabescenti, non ipsi cœlo. Quid aliud igitur habet regnum, quàm omnibus ditiores? securitatem? de qua pronubus Christi Paulus dicebat, Volo vos sine solicitudine esse. Vnde oportet orare, vt si quis ægrotet, sanetur, vt permaneat possessio. Igitur ora deum, dicens: Species in die laudem dixi tibi. Nam si bonus viri boni occursus meliore reddit occurrentem, quãtò magis nocteque ac die deo colloquis? Quis enim deũ adesse cogitans, peccat? Memento illius dicti, Sine intermissione orate. Oris quidem oratio bona, multò melius si per supplicantes in spiritu tibi sacrificium fit apud deum

apud deum: præmeditare de moriendo, membra supra terram mortificans. Dies enim domini sicut fur venit. Si repetentibus animam dicere cœperis, Sinite me pœnitere, ieiunabo, miserebor: dicet tibi dominus, Non audisti, pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum? Et Paulus dicebat: Dum tempus habemus, operemur bonum. Non enim tempore multo opus est saluare se volenti. Latro enim in momento saluatus est, fidem adeptus, & incorruptum regni thesaurum lucratus est. Sancti martyres vna hora iustificati sunt: illi sanguinem dederunt, tu pro sanguine deduc lachrymas. Non mentitur, qui vult omnes homines saluos fieri. Propterea non tantùm ex diuinis scripturis instruit, verùm & alienis nos erudit calamitatibus. Nam idcirco medici publicè chirurgiam exercent, & vrunt: & magistratus sublimes super alto sedentes tribunali reos cædunt, vt in alienis malis nos in compunctionem veniamus, vnde firmati in scientiam ducamur, à scientia verò per consequentes virtutes ad charitatem venientes, per ipsam ad hæreditatem festinemus, fucum autem consuetudinis peccati exuamus in oratione perseuerantes. Nullus enim vigilans vnquam læsus est. Pastores etiam non præsentibus lupis præsident, canes sequuntur, licèt feræ non adsint. Vnde expedit semper sobriè agere: si etiã nanque laborum nulla sit retributio, nihil tibi nocebit exercitatio. Audi igitur bonos consiliarios, non secundum carnem parentes, sed eos qui secundum spiritum sunt magis solicíti, infirmioribus compatientes, & dicentes: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Vnde verbi medicinam imponere conuenit. Anima nanque quæ semel peccatum gustauit, & sine tristitia est, multam affert morbo accessionem. Sicut enim scintilla, si materiam apprehẽdere præoccupauerit, omnia postmodum depascit: sic & peccati natura, postquàm animę rationes apprehenderit, & qui extinguat sit nemo: difficilior iam, & vix superabilis fit sequentium accessione, ad maiorem se contemptum extollens. Ita sæpius ab initio flammam quidam non extinguentes, in magnum deuenere naufragium: non habens enim peccator se vlterius procedere prohibentem, equo similis est, qui frenum abruperit, & sessorem præcipitauerit. Etenim infirmi donec medicantes admittunt, multam habent spem sanitatis: postquàm verò in mentis alienationem deciderint, immedicabiles sunt nullo curante, non propter morbi naturam, sed propter curantis absentiam. Oportet igitur peccati corruptionem, velut equum effrenem in posteriora repelli. Nam post vitæ finem nec meritorum sunt occasiones: sicut nec athletis post transacta certamina, coronas adipiscendi. Vnde coronæ gloriam optantes, obnoxii calumniatoribus esse fugiamus. Si cuius enim opus, inquit, arserit, detrimentũ patietur. Exprobrari de priore dictum est, vt melius comburi videatur. Si igitur nolumus exprobrari, nec nos quempiã exprobremus. Nam inquit, Noli exprobrare hominem auertentem se à peccato. Si etiam adulter, inquit, cùm captus fuerit, dolores & pœnas suffert, ipsius autem opprobrium nõ delebitur: quanto magis in iudicio illo, quod neque donis, nec vllis aliis rebus soluitur? Igitur aperi os tuum verbo dei, & ne otiosè loquaris. Si enim de otioso verbo pœnas dabimus, quanto magis de negotio non iuxta mandatum peracto? Ne igitur vanarum rerum iucunditas nos aliquando decipiat. Sicut enim vmbram apprehendere non datur, ita nec humana negotia: hęc enim fine resoluuntur, hæc autẽ ante finem, & torrente velocius præterfluunt. Futura verò non norunt mutationem, senectam nesciunt, nullam habent conuersionem, sed semper vigẽt, & in speciosa varietate permanent. Nec pecunias admireris apud possessores nõ permanentes, sed hæc omnia respuere conuenit: sufficit enim duntaxat, quòd quæ non videntur, æterna sunt. Scriptum est: Deus iudex iustus, & fortis, & longanimis. Vigilantia tibi opus est, vt domum tuam à latrone custodias. Aduersarius enim diabolus te supplantare quærit, ne ascendere possis vnde ille cecidit. Multę sunt ipsius artes. Ab ipso fuge, vt dicas? Deus liberauit me de laqueo venantium, & à verbo aspero. Non tantùm opus est tibi lucerna, verùm & lumine sempiterno propter occurrentium insidias. Non potes ambulare, nisi lucernam habeas dei legem. Manus habens non potes palpare, nisi lux adsit: oculos habẽs cernere non potes, nisi lumẽ appareat. Viam quotidie pergis, opus habes lucerna ne in præcipitium cadas. Vbiq; sis laqueis superior, clamans: transmigra in montem sicut passer. Et quis dabit mihi pennas, sicut columbæ, & volabo, & requiescam? Pupilla appellatur oculus, vt sicut ille duabus palpebris, velut in quodam conclaui clausus est, ita & virgo permaneat. Sicut & linguam sub duobus septis, dentibus dico, & labiis deus conclusit, vt tanquam verecunda virgo nil indiscretum loquatur, sed potius cogitãs quę sunt iudicij, dicat: Qualis est igneus fluuius? Quales illæ sunt tandem igneæ tenebræ, & exteriores? Qualis tandẽ stridor dentium? Hæc mente concipiens stude sponso placere Christo. Absens interim est, ipsi conscientiam custodi, donec in gloria sua veniat, psallens: Anima mea in manibus meis semper, & legem tuam non sum oblita. Quantò superior euadis, in laqueos non incidis, vt possis dicere ex corde: Anima mea sicut passer erepta est de laqueo venantium. Vndique iudicem time, & si cum angelis conuersationem non cupis, saltem cum diabolo non conuersare. Cauta sis: mors enim tanquam fur venit. Lucernam tuam accende, ardens sit lampas tua, ne dormiente te oleum deficere inueniatur. Ne cogites ærumnam, sed libertatem: non flagella, sed honores: non cadentes, sed bene placentes cõputa. Sanctus Stephanus non lapides considerabat, sed superna brabia. Martyres animas suas dederunt, nos saltem flagellationem offeramus. Dulcis somnus nocte videtur: sed bene noris, quòd nihil psalmodia dulcius. Sed graue tibi humi cubare, cogita quòd martyres super carbones iactabantur. At amarius os facit ieiunium? Christus qui mellis dulcedinem creauit, fel propter te gustauit. Sed luges propter teipsam? nunquam sicut Paulus propter aliorum salutem lachrymas fudisti. In his teipsam hortare, ad modicum temporis labor, & in seculum seculi requies: mitiga spe laborem, tribulationem enim lætitia suscipit. Cogita quòd quę ad tempus videtur voluptas æternum parat supplicium, & propter tribulationem fuge delectationem, ne membris tuis in sagittas contra te diabolus vtatur, oculo, auribus, ore, manu, ne tibi gulæ sagittam immittat. Noui enim quomodo populus illius temporis qui cum ieiunio mare transgressus est, ebrietate percussus, per continentem terram naufragium fecit. Respice illorum vitium, & ruinam refuge? Si enim naturalibus ramis dominus Christus non pepercit, neque tibi parcet negligenti. Si verò tota anima & integra fide pugnaueris, cum omnibus sanctis lætaberis, gratia & benignitate

Universidad de Deusto
Biblioteca

G & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul & sancto spiritu gloria, honor & potestas summa, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

SANCTI PATRIS NOSTRI IOANnis Chrysostomi archiepiscopi Constantinopolitani, quòd Christianum oporteat uitam quoque rectam habere.

Homilia. XXIII.

EXternæ quidem dignitates, dilectissimi, meritò ex signis itidem extrinsecus circumpositis manifestæ sunt, nostras autem ab animanotas esse decet. Fidelem enim non ex solo munere videri oportet, verùm & ex vitæ nouitate. Fidelem mundi luminare & salem esse congruum est. Cùm verò ne tibi quidem ipsi luceas, neque propriam exprimas & exicces putredinem, vnde te iam agnoscemus sacris initiatum esse laticibus? At hoc tibi pœnæ sit viaticum. Honoris enim magnitudo pro honoris dignitate viuere volentibus supplicij fit maior accessio. Fidelem enim non tantùm ex his quæ sumpsit à deo, verùm & ex his, quæ ipse præstet, par est effulgere, & ex omni-
H bus esse partibus manifestum, ex incessu, ex aspectu, ex habitu, ex voce. Hæc autem dixi, non vt ad ostentationem, sed ad videntium vtilitatem nosipsos disponamus. Nunc autem vnde te queam agnoscere? A contrariis vndique te reperio conspicuum. Nam seu à loco te discere voluero, in circis & theatris, & iniquitatibus commorantem intueor, in malignantium conciliis, in foro, in hominum conuenticulis perditorum. Seu ab aspectus forma, video cachinnantem iugiter & dissolutum, velut recluſam meretricem, & dimissam: siue à vestibus, in scena versantibus nihilo melius cerno compositum: siue à sequentibus, parasitos & assentatores circunducis: siue à verbis, nihil sanum, aut necessarium, aut nostræ conferens vitæ loquētem audio: siue à mensa, hinc maior apparebit accusatio. Vnde quæso itaq; potero te fidelem agnoscere, dictis omnibus contraria protestantibus? Quid verò fidelem dico? Nec enim es homo, si manifestè possum videre. Cùm nanque tanquam asinus recalcitres, lasciuias autem vt taurus, tanquam equus verò post mulieres hinnias, ventri tanquam vrsus indulgeas, & vt mulus carnem impingues, &
I malum memoria teneas velut camelus: porrò rapias quidem vt lupus, at vt serpens irascaris, ferias vt scorpius, sis subdolus vt vulpes: nequitiæ verò tanquam aspis, & vipera venenum serues: at sicut ille malignus dæmon fratres impugnes, quomodo te cum hominibus connumerare valeam, talis in te naturæ signa cùm nō intuear? Catechumeni nanque differentiam quærens & fidelis, ne vel hominis & feræ differentiam inuenire possim periclitor. Quid enim te nuncupem? Feram? sed vno horum vitio feræ tenentur: tu verò pariter omnia circunferens, ad maiorem quàm illæ feritatem progrederis. Vel dæmonem? at dæmon neque ventris seruit tyrannidi, neque pecunias amat. Cùm itaque feris & dæmonibus maiores habeas defectus, quomodo te vocabimus hominem? Si verò te non licet hominem appellare: quomodo te, quæso, fidelem salutabimus? Et quod est pejus, nec tam malè dispositi animæ nostræ deformitatem cogitamus, nec ipsius animaduertimus turpitudinem: sed in tonstrina quidem sedens, & tondens cæsariem, accepto speculo crinium compositionem diligenter examinas, & adstantes cōsulis, & ipsum tonsorem, an be-
K ne quæ circa frontem sunt cōposuerit: Et cùm sis plerunque senex, iuuenilibus insanire vanitatibus non erubescis: Animæ verò nostræ non tantùm deformitatem non aspicimus, verùm neque bestialem indutam specie, & Scyllam aut chimæram quandam, iuxta Poëtarum fabulas effectam vel paululū animaduertimus. Quanquam & hìc est speciale speculum illo lōgè melius & vtilius: nec enim deformitatem tantùm ostendit, verùm & in formam incomparabilem, si velimus, transmutat. Hoc autem est bonorum imitatio virorū, & fœlicis eorum vitæ narratio, lectióque scripturarū, leges à deo traditæ. Et si semel tantùm velis in illorum sanctorum imagines inspicere, & deformitatem mentis tuæ videbis: & cùm videris, nil aliud tibi iam opus erit, vt ab huiusmodi deformitate libereris. Ad hoc enim nobis vtile speculum est, & facilem efficit correctionem. In brutorum igitur forma remaneat nemo. Nam si seruus patris domum non intrat, cùm & fera tu fias, qualiter ad illa poteris accedere vestibula? Sed quid dico feram? Feris omnibus est huiusmodi peior. Illę siquidem, licèt sint agrestes, humanam artem nactæ,
L manſuetæ frequenter efficiuntur: tu verò cùm in præternaturalem manſuetudinem naturalem illarum feritatem mutaueris, quam habebis excusationem, si naturalem tuam manſuetudinem in præternaturalem illarum feritatem redegeris? quod natura quidem ferum est, exhibens mite: temetipsum verò naturam mitem, contra naturam, bestialem constituens, & leonem quidem mulcēs, reddēnsque manſuetum, animum verò tuum leone exhibens sæuiorem. Et illic quidem duo sunt obstacula, tum quòd ratione careat bestia, tum quòd ad iram sit omnium facillima. Veruntamen ex sapientiæ à deo tibi collatæ superabundantia naturam quoque superas. Qui bestias itaq; superas & naturam, qualiter in temetipso cum natura liberi quoq; bonum arbitrij corrumpis? Quòd si iussissem, vt & alium hominem redderes manſuetum, nec ita quidē vires tuas excedentia demandare visus fuissem: attamen potuisses excusari, quòd non sis alienæ dominus sententiæ, nec in te totum sit positum: nunc verò tua est fera, & eius omnino dominus es. Quam itaque nancisceris excusationem, nisi naturam cohibeas? Quam autem honestam defensionem prætendere poteris, leonem
M vtique faciens hominem, temetipsum verò egligens, ex homine leonem euadentem: & illi quidem largiens & supernaturalia, tibi verò neque naturalia conseruans? Sed agrestes quidem feras ad nostram contendens redigere generositatem, at temetipsum ex regni sede deturbans, & in illarum impellens furorem. Existima nanque, si libet, iram quoque bestiam esse. Et quantum alij circa leones, tantum studij tu circa temetipsum impende: talemque cogitationem manſuetam & mitem esse coge. Hæc difficiles habet tam dentes, quàm vngues, & nisi manſuetam reddideris, omnia destruet: nec enim ita leo vel vipera poterit dissipare, sicut ira ferreis vnguibus hoc continuè faciens. Nec enim solùm lædit corpus, verùm & ipsam animi sanitatem corrumpit, deuorans, dissipans, & omnem eius dilacerans virtutem, & ad omnia reddens inutilem. Cùm enim vermes in intestinis nutriens, nec respirare possit, cum eius omnia consumantur interiora: quomodo nec talem habentes serpentem, qui cuncta rodit viscera, iram dico, liquid generosum parere poterimus? qualiter hac liberabimur peste? Si poculum bibamus quod vermes, atq; serpētes exitio tradere possit.

A dere possit. Dicat aliquis, quódnam est illud poculum, quod huiusmodi virtutem habeat? Preciosus Christi sanguis, si cum fiducia sumatur. Hic enim omnem extinguere poterit ægritudinem, & cum hoc diuinarum scripturarum diligens meditatio, & eleemosyna scripturis addita. Per hæc enim omnia poterunt extingui vitia animam nostram vastantia, & tunc duntaxat viuemus, vtpote qui nunc nihilo melius quàm mortui nos habeamus. Non enim illis viuentibus etiam nos viuere datur, sed nos periisse necessarium est. Nisi nāque præueniamus hìc ea necantes, illic omnino nos enecabunt. Quinimmò & ante mortem illam hìc etiā à nobis pœnas exigent. Nam huiusmodi vitiorū vnūquodque sęuum & tyrannicum, nosq; per singulos absumens dies nunquam deficit, dentes leonum dentes eorum, quin & multò peiores. Nam leo quidem & satiatur, & à corpore coram se prostrato absistit: hæc autem vitia neque saturantur, neque donec captum hominem ad diabolum perduxerint, absistunt. Tanta enim eorum potentia, vt seruitutem, quam Christo Pau
B lus exhibebat, propter eum gehennam contemnens & regnum, eandem à captiuis ipsa suis exigant. Nam siue in corporalem amorem, siue in pecuniarum, aut gloriæ cupiditatem quispiam incidat, iam & gehennam deridet, & regnum contemnit, vt eorum impleat voluntatem. Ne simus igitur increduli Paulo dicenti, quòd ita Christum dilexit: cùm enim inueniantur aliqui tantùm vitiis seruientes, quomodo iam incredibile illud esse videatur? Nam & ideo Christi desiderium imbecillius est, quoniam omnis nostra vis in hunc amorem absumitur. Et rapimus, & supereminere volumus, & vanæ seruimus gloriæ, qua quid vilius esse valeat? Licèt enim infinitè sit conspicuus, ignobilibus nihilo melior eris, verumetiam propter hoc ipsum ignobilior. Cùm enim te glorificare volentes, & splendidū demonstrare, per hoc ipsum te rideāt, quoniam ab eis gloriam aucupaueris: quomodo non in contrarium talis studij conatus tibi conuertantur? Res enim vituperabilis est. Sicut enim si quis adulterari, vel fornicari concupiscentem laudet, & assentetur: ex hoc ipso magis eius accusator efficitur, quàm laudator talia concupiscentis: Sic & gloriæ cupidum cùm laudamus, magis sumus improbatores, quàm clarificari volentium
C laudatores. Quid itaque rem attrahis, ex qua tibi contrarium accidere consueuit? Si vis enim glorificari, gloriam cōtemnas, & omnium eris clarissimus. Quid
Daniel. 3. a. pateris quod patiebatur Nabuchodonosor? Nam & ille statuam erexit ex ligno, & insensibili materia, sibi gloriæ credens augmentum afferre, & viuens ex non viuente splendidior apparere volebat. Vides dementiæ excessum? Existimans enim semetipsum honorari, maiori se contumeliæ faciebat obnoxium. Apparens enim re magis inanimata, quàm seipso, & anima in se viuente confidere, & ideo lignum in tantam erigens eminentiam, quomodo risu dignus non fuerit, non ex moribus, sed ex ligni ornamentum ascisces? Vt si quis quòd domi gradus, & elegantes scalas habeat, magis quàm hom sit, gloria dignum esse censeat. Hūc & ex nostris multi sequuntur. Sicut enim ille ex magine, sic ex vestibus alij: alij autem ex domibus & mulis, & curribus, & columnis in conibus erectis admirationi cupiunt haberi. Quoniam enim amisere quòd homines sint, circumeunt sibi aliund gloriam multo plenā risu mendicantes. Sed non hinc generosi, magniq; dei serui, sed ex quibus maximè decet, ex his effulgebant.

D Cùm enim captiui forent & serui, noui & peregrini, cunctisq; priuati domesticis, eo, qui omnibus his circundatus erat, tunc multò venerabiliores apparuere. Et ipsi quidem Nabuchodonosor non tanta statua, nō satrapæ, non duces, non exercitus infiniti, non ingens auri copia, non reliqua vanitas suffecit ad concupiscētiam, vtq; magnus videretur. His autem omnibus illis carentibus sola suffecit sapientia, & coronam & purpuram habente, talibusq; circunsulto, nihil horum habentes reddidit illustriores, tantò quantò sol est margarita splendidior. Nam in medio terrarum orbe ducebantur, cùm noui forent, & captiui, & serui: & his visis, statim rex ex oculis ignem emittebat: & duces, & primates, & locorum principes, & totum diaboli theatrum circunsteterat: & fistularum vndecunque vox & tubarum, & omnis musices quæ in cœlum ferebatur, illorum aures circunsonabat, & fornax in altitudinē infinitam eleuabatur, & ipsas flamma nubes attingebat, & omnia timoris & consternationis erant plena. Sed hos eorum perterruit nihil: sed tanquam ludentes
E pueros, deridebant, fortitudinem præstantes & manſuetudinem, & illis clariorem tubis vocem emittentes dicebant: Notum sit tibi rex (nam ne tam contume Ibidem. lioso quidem verbo tyrannum afficere volebant, sed solam ostendere religionem: propterea neque longos protraxēre sermones, sed omnia breuiter expediunt) est enim deus in cœlo, qui potest nos eripere. Quid nobis multitudinem ostentas? quid fornacem? quid acutos enses, terribilesq; ministros? His omnibus superior est dominus noster, atque potentior. Mox cogitantes quòd posset accidere, vt deus vellet eos, atque comburi permitteret, ne hoc facto falsa dicere videantur, & hoc addunt dicentes: Quòd si hoc non fiat, notum tibi sit, quòd diis tuis non seruiemus. Nam si dixissent, quòd propter peccata non liberat: si non liberauerit, eis non fuisset creditum. propterea hìc quidem hoc tacent, sed in fornace commemorant, sursum & deorsum peccata proponentes: Coram rege verò nihil huiusmodi, sed quòd licèt comburi debeant, pietatem nō produnt. Non enim quæ faciebant, propter retributiones & mercedem agebant: sed ex charitate sola, licèt in captiuitate forent & seruitute, & nullo fruerentur bono. Nam & patria fuerant, & libertate, cunctisq; bo
F nis expulsi. Nec mihi regalibus in aulis honores referas. Cùm sancti nanque forent & iusti, longè libentius domi mendicare voluissent, quàm in regia bonis perfrui. nam ait ille: Elegi abiectus esse in domo dei mei, Psal. 83. c. magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum. &, Ibidem. Melior est dies vna in atriis domini super milia. Ergo sine comparatione potius humiliter domi viuere voluissent, quàm Babylone regnare. Et hoc patet ex ipsis quæ in fornace proferunt, grauiter ferentes illius loci conuersationem. Nam licèt ipsi multis fruerentur honoribus, aliorum tamen videntes ærumnas multùm angebantur: quod est maximè sanctorum peculiare, ne gloriam vel honorem, nec aliud quicquam proximi præponant saluti. Igitur considera, qualiter in fornace cōstituti, pro toto populo supplicationem faciebant. Nos autem nec in remissione constituti, fratrum reminiscimur: quin verò cùm & somnia consulebant, non sua quærebant, sed multorum commodo. Quòd enim mortem contemnerent, ex multis post hęc ostēderunt: vbique verò se proferunt deum placare volentes. Postquàm verò neq; semetipsos sufficere putabant, ad patres confugiunt: se verò nihil amplius, nisi con-

tritum

Universidad de Deusto
Biblioteca

G tium spiritum afferre dixerunt. Hos quidem & nos imitemur. Nam & aurea nunc imago erecta est, mammonæ tyrannis. Sed ne tympanis mentem adhibeamus, neque tibiis, neque citharis, nec reliquæ diuitiarum vanitati: verùm & si sit opus in paupertatis fornacem decidere, ne refugiamus, ne mammonam adoremus. Et erit ros in medio refrigerans. Ne igitur horrescamus paupertatis fornacem: nam & tunc quidem in fornacem qui deciderũt, clariores redditi sunt: qui autem adorarunt, flammis absumpti. Sed tũc quidem omnia simul facta sunt: nunc autem hæc quidem hìc erunt, illa verò postmodũ alibi. At quædam tum hìc, tum in futura die. Qui nanque paupertatem quidem eligunt, ne mammonam adorent, tam hìc, quàm illic erunt clariores. Qui verò diuitias hìc habent iniustas, tunc extremas luent pœnas. Ex hac fornace Lazarus
Lucæ.16.f. quoque non illis minus splendens pueris exiuit. Diues autem in eorum qui statuam adorauerunt ordine positus, in gehenna torquebatur. Nam & dicta illorum erant expressio. Sicut igitur qui quidem deciderunt, nihil passi sunt, extrà verò sedentes, multa cum vehemẽ
H tia correpti: itidem & tunc erit. Sancti quidẽ per ignis torrentem ambulantes, iniucundum perferent nihil, verùm & lucidiores apparebunt: qui verò statuã adorauerint, ignem sibi videbunt omni fera sęuiorem ingruentem, & intra se pertrahentem. Itaque si quis gehennam non credit, hanc conspicatus fornacem, ex præsentibus futura credere discat: neque paupertatis metuat fornacem, sed peccati. Hæc enim flamma quidem & dolor ille verò ros, atque remissio. Et illi quidem fornaci diabolus adest, huic autem angeli flammas excutientes. Hæc audiant diuites paupertatis succendẽtes fornacem. Nam illis quidem nihil nocebũt, quibus flamma ros efficietur: se verò flammæ magis corripi faciles exhibebunt, quam propriis accenderint manibus. Tunc igitur angelus quidem cum illis pueris simul descendit: nunc autem nos cum his, qui sunt in paupertatis fornace simul descẽdamus, & per eleemosynam rorem operemur, &
Matth.25.c flammam excutiamus, vt & ipsarum simus coronarũ participes, & gehennæ, flammam Christi vox extinguat, dicens: Esurientem me vidistis, & pauistis. Hæc enim vox ita dicens, pro rore nobis assistet per mediam sibilans flammam. Descendamus
I itaque cum eleemosyna in egestatis caminum. Videamus se sapienter exercentes, ambulantes per eam, & prunas conculcantes: nouum & mirabile videamus miraculum, hominem in fornace psallentem, agentem in igne gratias, extrema compeditum inopia, magnamq; Christo benedictionem ferentem. Illis etenim pueris pares redduntur, qui paupertatem cum gratiarum ferunt actione. Nam & igne terribilior paupertas, & magis vrere consueuit, sed illos non incedit pueros: sed postquàm domino gratias egerũt, & eis statim vincula soluta sunt. Ita nunc quoq;, si cùm in pauperiem ecciderís, gratias egeris, & vincula soluentur, & extinguetur flamma: si verò non extincta fuerit, pro flamma fons, quod est mirabilius, efficitur: sicut & tunc euenit. Nam in media fornace puro rore delectati sunt: ignem enim non extinxit, sed iniectos comburi prohibuit. Hoc & in sapienter viuentibus cõtingere cernitur, qui vtiq; in paupertate liberius, quàm diuites degunt. Nolimus igitur extra fornacem sedere immisericordes pauperibus nos exhibentes, ne patiamur quod illi tunc passi sunt. Nam si descendens quidem ad eos, cum pueris consistas, nihil ignis infer
re tibi poterit: si verò sursum sedens in paupertatis flã K
ma constitutos contemnas, te flamma comburet. In ignem igitur descende, ne sedeas extra ignem, ne te flamma corripiat. Nam si te cum pauperibus quidem viderit, á te discedet: si verò separatum ab eis, tibi statim insiliet, & te corripiet. Ab ipsis itaque ne recedas iniectis. Sed cùm diabolus aurum non adorãtes in caminum paupertatis immittere minatus fuerit, ne dimittentium, sed ex missorum esse velis numero, vt ex his qui saluantur, non ex his qui comburũtur, efficiaris. Maximus enim est ros, diuitiarum desiderio non teneri, cum pauperibus conuersari. Hi sunt omnibus abundantiores, qui diuitiarum pessundedere cupiditatem: quoniam & illi regem contemnentes, facti sunt rege clariores. Igitur & si tu quoque mundana contẽpseris, toto eris dignior mundo, iuxta sanctos illos, Heb.11.g.
quibus dignus non erat mundus. Vt itaq; cœlis dignus efficiaris, præsentia derideas: sic enim & hic eris præclarior, & futuris fruere bonis, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

QVOD SI CVM VIRTVTE VI- L.
uamus, etiam inimicis admirabiles erimus: & de optima cõuersatione, ex Matthæi expositione.
Homilia. XXIIII.

SIne offensione simus charissimi, iuxta Apo- 1.Cor.10.g.
stoli commonitionem, & Iudæis & gentibus, 2.Cor.6.d.
& ecclesiæ dei, vitam exhibentes Sole clariorem. Et si quis detrahere velit, ex detractione ne doleamus, sed quòd iustè nobis detrahatur. Nam si viuimus in nequitia, licèt sit qui detrahat nemo, omnium miserrimi sumus: si verò virtutem exerceamus, licèt totus terrarum orbis maledicat, tunc sumus omnium beatissimi, & omnes saluari nolentes attrahemus. Nõ enim improborum detractionem, sed vitæ virtutem intuebuntur. Etenim omni tuba clarior est per opera demonstratio. Et ipsa luce mundior est, & illustrior vitæ puritas, licèt innumeri sint calumniantes. Itaque si prędicta cognita habeamus, & mites simus, & humiles, & misericordes, & mundi simul atque pacifici, contumeliamq; patientes nõ referamus, sed potius lætemur: per hæc non minus, quàm per signa nos cernentes attrahemus, & omnes erga nos se suauiter exhibebunt, M
siue fera, siue dæmon aliquis, siue quodcunque sit. Siue verò fuerint & aliqui calumniantes, ne turberis idcirco: neque quòd te palàm afficiunt cõtumelia, respicias: sed eorum discute conscientiã, & eos inuenies te plausibus prosequẽtes, & admiratione, & innumerabili virDaniel.3.g.
tutum catalogo. Aspice nanque quomodo Nabuchodonosor in fornace pueros laudat, licèt inimicus esset ac hostis: sed postquàm vidit generosè stantes, prædicat & coronat, propter nil aliud quidem, nisi quia sese contempserunt, & dei legẽ audierunt. Diabolus enim cùm se viderit nihil expedientem, mox absistit, veritus ne nobis maiorum causa coronarum efficiatur. Et illo remoto, licèt sceleratus sit aliquis & perditus, sublatis illis tenebris virtutem agnoscet. Quòd si & homines decipiantur, á deo laudem habebis, & maiorem admirationem. Ne doleas itaque, nec concidas: quoniam & apostoli his quidem erant odor mortis, his autẽ odor
vitæ. Si nullam ipse captiuam præbeas ansam, ab om- 2.Cor.2.d.
nibus eris liber accusationibus, quinimo beatior quæque redderis. Fulgeas igitur vita, nec calumniantium vllam geras curam. Non enim est virtutem curantis
non mul-

A non multos habere inimicos: sed nihil hoc ad virtutis studiosum, per hæc enim erit longè clarior. Hæc itaque cogitantes, vnum curemus duntaxat, vt diligẽter vitam nostram disponamus. Sic enim & in tenebris positos ad illam inducemus vitam. Talis enim est huius lucis potentia, vt non tantùm hic luceat, verùm & illuc sequentes deducat. cùm enim omnia nos præsentia contemnentes viderint, & ad futura nos præparantes: magis operibus nostris, quàm omni prologo persuadebuntur. Quis enim tam insipiens, qui paulò antè deliciis affluentem & diuitiis, omnia nunc intuens exuentem, & ad famem, & inopiam, & vitę totius asperitatem, & ad pericula, & sanguinem, & ad iugulum, ac omnia quę videntur esse grauia paratum, inde non capiat manifestam futurorum probationem? Si verò præsentibus nosipsos implicemus, & ingeramus terrenis: quomodo sibi persuaderi permittent, quòd ad aliã festinemus coloniam? Quæ nobis iam erit excusatio, cùm quantùm apud Græcos humana valuit sententia, non tantùm apud nos dei timor efficiat? Illorum etenim quidam & pecunias abiecerunt, & mortem ni-
B hilipenderunt, vt se hominibus ostentarẽt, & ideo vanæ fuerũt eorum expectationes. Quæ igitur nos eruet ratio, cùm tantis nobis propositis, tantaq; sapientia nobis aperta, nec eadem cum illis efficere possumus? Sed & nos, & alios præterea perdamus. Nec enim ita Græcus nocet, & iniqua facies, quantùm Christianus, cùm eadem faciat. Et valde rationabiliter: illorum nanque sententia perdita, nostra verò per dei gratiam & apud impios honesta, & clara. Et ideo cùm nobis exprobrare præcipuè volunt, & calumniam augere, hoc dicunt, Christianus: quod non dicerent, nisi magnam de dogmate opinionem haberent. Non audisti quot & quanta Christus mandauit? Quando vel vnum poteris eorum expedire mandatorum, cùm omnibus omissis circumeas vsuras conquirens, contrahens fœnora, negotia componens, seruorum comparans greges, argentea præparans vasa, agros & domos emens, & innumera supellectilia? Et vtinam hoc solum esset. Sed cùm his importunis studiis addas & iniquitatem, terram abscindens, auferens domos, paupertatem augens, augens famem: quãdo poteris hæc intrare vestibula? Sed interdum pauperibus misericordiam impendis? Et ip-
C se scio. Verùm & illic rursum multum est detrimentum. Nam vel cũ superbia, vel inani gloria facis istud, vt nec in bonis vllum lucrum reperias. Quare quidnam esse valeat miserabilius, cùm & in portu naufrageris? Ne hoc itaque fiat, facto quopiam bono à me ne gratiam quæras, vt deum habeas debitorem. ait enim,
Lucæ.6.c. Date mutuum his à quibus vos nil recepturos speratis. Habes debitorem, quid illo dimisso me repetis homine pauperem & miserum? Num enim debitor indignatur, si repetitur? Nũ enim pauper est? Num enim erogare recusat? Non ineffabiles eius vides thesauros? Non inuestigabilem cernis liberalitatẽ? Ipsum igitur detine, & repete: hic enim dum repetitur, gaudet. Si autem alium pro his, quæ ipse debet, repeti videat, an quam affectus contumelia sit, ira se geret: nec iam tibi reddet, sed iustè magis tibi quoq; improperabit. Qualem, inquiens, meam ingratitudinem notasti? Quam in me paupertatem deprehendisti, quoniam me prætermisso ad alios recurris? Alteri fœnerasti, & alterum repetis. Et si enim homo suscepit, attamen dominus erogare præcepit. Et ipse quoque principalis est debitor, & sponsor vult esse, innumeras tibi præbens occa-
D siones, vt ab eo semper exigas. Itaque ne tantam facilitatem omittens & copiam, à me nihil habente sumere quæras. Cur enim te mihi ostentas, cùm pauperis misereris? Nunquid ego tibi dixi, Da? Nunquid enim à me audisti, vt & à me repetas? Ipse dixit: Qui misere Prou.19.c.
tur pauperis, fœnerat deo. Deo fœnerasti, ipsi adscribe. Sed nunc totum non retribuit, & hoc tua facit causa. Talis enim est debitor, non vt multi qui solùm fœnerare tum reddere studeant: sed vt datum in tuto collocet, omnia negotiatur & facit, & propterea hæc quidem hic erogat, hæc autem illic reseruat. Hæc itaque scientes, multam exhibeamus misericordiam, multãq; præstemus humanitatem, & per dicta & per facta. Et si quem malè patientem viderimus, & in foro verberari: siue possit argentum conferri, ne langueamus: siue verbis exolui, ne torpeamus. Est enim & sermonis mercES, quin & gemituum. Et hoc beatus dicebat Iob: Fle- Iob.30.d.
bam quondam super eo, qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi. Si lachrymarum autem & gemituum merces erit, cùm & verba quoque & studiũ aderit, & multa alia, considera quanta fiet retributio. E
Nam & nos deo fuimus inimici, & vnigenitus nos reconciliauit, se medium immittens, & verbera pro nobis & mortem passus. Studeamus igitur & nos incidẽtes variis eripere malis: non autem, sicut nũc facimus, inuoluere, cùm aliquos confligentes viderimus, & inter se contendentes, adstantes, & aliorum ignominiis gaudentes, & diabolicum constituentes theatrũ. Quo quidnam crudelius fieri possit? Malè sibi dicentes vides, se discerpentes, scindentes vestimenta, faciem alterum alteri cædentes, & adstare quietè sustines? Nunquid est vrsus, qui pugnat? nunquid fera vel serpens? Homo est, in omnibus tecum communicans: frater est, membrum est. Ne spectes, sed disiunge: ne insultes, sed corrige: ne reliquos ad dedecus conuoces, sed potius collectos dispelle, & dissolue. Impudentium enim est, & parasitorum huiusmodi calamitatibus gaudere, & piaculorum, & irrationabilium asinorum. Hominẽ vides turpiter agẽtem, nec te turpiter agere cẽsẽs, nec medius subis, & diabolicum agmen non dissipas, & humana dissoluis mala? Inquiet aliquis, vt & ipse vulnera lucrer, hoc mihi iubes? Primùm quidem hęc non pa- F
tieris: sed si fortassis hoc passus fueris, martyrium tibi fiet id opus: propter deum enim patieris. Si verò vulnera sustinere dubitas, cogita quòd dominꝰ tuus propter te crucem subire non dubitauit. Illi nanque sunt ebrij quidem & obtenebrati, furore eos ducente & opprimente. Alicuius autem sanantis indiget, & sibi subuenientis, tam qui iniuriam infert, quàm qui patitur: hic quidem, vt malè patiens liberetur: ille verò, vt malefacere desinat. Procedas igitur, & manum porrigas, qui vigilas, & sobrius es, ebrio. Est enim & iræ quædã ebrietas, & vini truculentior ebrietate. Nonne vides quanto nautæ studio, cùm viderint aliquos in naufragium delatos, extentis accedunt velis opem laturi, vt artis cõsortes tempestatibus eruant? Quòd si artium socij tantam exhibent curam, quantò magis naturæ consortes hæc facere iustum est? Nam & hic naufragium vrget illo difficilius. Nam vel infestatus blasphemauit, & omnia perdidit: vel ira percitus peierauit, & rursum in gehennam delabitur: vel vulnus infert & committit homicidium, & idem vicissim naufragium patitur. Accedas igitur, & malum reprimas, & submergentes eruas, in ipsum pelagus descendens tempestatis, & diabolicum dissoluens spectaculum, & seorsum
singulos

Universidad de Deusto
Biblioteca

Singulos capiens admone, flammam comprimant, & sopiant fluctus. Si verò maius incendium, & atrocior efficitur fornax, ne timeas: multos enim habes adiutores, & manum porrigentes, si modò principium præbeas, & super omnia pacis deum. Et si primus flammã concusseris, alij quoque multi subsequentur, & ab illis gestorum ipse capies mercedem. Audi quid Iudæos
Deut.22.a. Christus admonuerit humi repentes: Si iumentum, inquit, videris inimici tui corruens, ne prætereas, sed eleua. atqui pugnantes disiungere, & homines conciliare multò leuius est, quàm iumentum iacens releuare. Si verò lapsum inimici iumentum eleuare bonum est, multò magis amicorum animas excitare iacentes oportet, vbi est & ruina longè pernicioſior. Hæ siquidem non in cœnum cadunt, sed in gehennæ focũ, iræ non ferentes sarcinam. Tu verò fratrem cernens sub onere positum, & insidentem diabolum, & rogum succendentem, crudeliter & sine misericordia prætercurris, quod nec in bruto facere tutum est. Et Samarita-
Lucæ.10.f. nus quidem vulneratum videns ignotum, & sibi nihil attinentem, adstitit, & super iumentũ imposuit, & de-
H duxit in diuersorium, & medicum mercede conduxit, & argentum tum quidem dedit, tum verò promisit: tu verò non latronibus oppressum videns, sed dæmonũ caterua, & furoris obsessione, non in deserto, sed in fori medio, non pecunias erogaturus, neq; conducturus medicos, ne longum iter facturus, sed sola prolaturus verba: negligis tamen & reiicis, & crudeliter & absq; misericordia prætercurris. Et quomodo deum inuocans vnquam speras habere propitium? Loquar autem & ad vos publicè turpiter agentes, ad infestantem, & iniuriam inferentem. Plagas intentas, quæso, & calcitras, & mordes, aper ferus & asinus agrestis es factus, nec confunderis, aut erubescis, dum efferaris, & propriam perdis generositatem. Nam etsi pauper es, es tamen liber: etsi manualis artifex, at Christianus, quinimo propter hoc ipsum quòd pauper sis, te quiescere oportet. Diuitum enim est pugnare, non pauperum: diuitum multas habentium bellorũ necessitates. Tu verò diuitiarum voluptatem non habens, diuitiarũ mala tibi accumulare non desinis, inimicitias scilicet, & contentiones, & pugnas: & fratrem suffocas, & angis,
I & palàm omnibus videntibus proturbas. Et non censes te magis deturpare, cùm brutorum impetus imitaris, imò verò & illis fias peior? Omnia nanque sunt illis communia: etenim inter sese congregantur, & simul ambulant: nobis verò commune nihil, sed omnia confusa, pugnæ, contentiones, & inimicitiæ atque contumeliæ. Neque cœlum ad quod omnes communiter sumus vocati, reueremur: neque terram quam omnibus communem deus reliquit, non ipsam denique naturam, sed omnia distrahens furor: & pecuniarum amor bacchatur. Non vides illum, qui decem talento-
Matth.18.c. rum millia debebat, & post illorum remissionem con seruum pro centum denariis suffocabat, quanta subierit mala, & qualiter immortali traditus sit supplicio? Non vereris exemplum? non times ne eadem & ipse patiaris? Nã & nos domino debemus multa, magnaq; debita: veruntamen sustinet, & longanimiter agit, nec nos vrget sicut ipsi conseruos nostros, nec angit, aut suffocat. Atqui si vel minimam eorũ partem à nobis exigere vellet, iandudum perissemus. Hęc itaq; considerantes charissimi, humiliemur, & debentibus nobis gratias habeamus. Nobis enim, si sapiẽter agamus, maximæ remissionis efficiuntur occasio: & si pauca de rimus, multa recipiemus. Quid itaq; per vim repetis, K cùm sit opus illi etiam dare volenti cuncta remittere, vt à deo totum recipias? Nunc autem omnia facis, cogis, & contendis, vt tuorũ tibi dimittatur nihil: & proximum quidẽ infestare videris, sed in teipsum ensem acuis, gehennæ supplicia accumulans. Si verò parumper hac in re sapiens fueris, mites tibi pœnas parabis. Etenim idcirco nos vult deus à tali exordiri liberalitate, vt maiorem nobis plura retribuendi capiat occasionem. Quotquot itaq; debitores habes tam pecuniarum, quàm peccatorum, liberis omnibus dimissis, deũ exige talis esse magnanimitatis retributorem. Nã donec illi quidẽ tibi debitores fuerint, deum nõ habebis debitorem: si illos verò dimiseris, deum poteris retinere, & talis sapientię multa cum liberalitate retributionem exigere. Si enim homo prætereũdo videns te reũ detinentem, & illum quidem iubens dimittere, se verò pro eo spondens tibi rationem redditurum, post dimissionem se nolet ingratum exhibere, vtpote qui totum in se transtulerit: quomodo deus multò, & infinitò plura non reddet, si propter eius præceptum nobis L
obnoxios, neq; parum, neq; multùm accusatos, absolutos abire dimiserimus? Ne temporalem consideremus voluptatem, quæ nobis ex repetẽdis oritur debitis, sed damnum, quod hinc in futurum patiemur, in immortalibus nosipsos lædentes. Omnibus itaq; factis sublimiores, his qui nobis obnoxij sunt, & pecunias, & peccata condonemus, vt nobis mites pœnas reddamus: quodq; per aliam virtutem non potuimus consequi, hoc proximi contumeliam non reminiscendo consequentes, æternis fruamur bonis, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium nũc & semper, & in secula seculorum, Amen.

DE VITA RECTA

Homilia. XXV.

NEmo sociatur Christo deliciis vacans, & dormiens, ac recubans, charissimi: nemo lubricã nunc, & solutam degentium vitã, sed qui in tribulatione permanet, & tentatione, hic est illi proximus, qui angustam perambulat viam. Nam & ipse talẽ perambulauit: & propterea dicebat, Filius hominis nõ Lucæ.9.b
habet vbi caput suum reclinet. Itaq; noli dolere qui tribu M
laris, cogitans cui sociaris, & quomodo per tentationes expurgeris, quãtumq; lucrifacias. Nihil enim aliud est triste, nisi deum offendere. Quod cùm absit, non tribulationes, non insidiæ, non quicquam aliud sapientẽ animam poterit contristare: sed quemadmodũ si breuem scintillam in lacũ deieceris profundũ, statim extinxeris: itidem & omnis tristitiæ superabundantia in bonam missa conscientiam extinguitur, & facilè delebitur. Propterea quidẽ & Paulus semper gaudebat: quoniam interius secundum deũ confidebat, neq; tot malorum capiebat sensum, sed dolebat quidem vt homo, Gene.12.
non tamen cadebat. Sic & Abraham patriarcha erat & seq.
in delectatione, multa passus tristia. Ede quæso: excidebat patria, difficilia lõgaq; pertulerat itinera, in alienam profectus terrã, nec passum pedis habebat. Hinc rursum fames eum excepit, & migrare coẽgit, & rursum famem uxoris rapina subsequit, & mortis timor, sterilitas, & bellum, periclila & insidiæ, & demum certaminum consummatio, vnigeniti & legitimi filij iugulatio tristis, & irreparabilis illa. Non enim quoniã prõptè paruit, existimare debes eum sine dolore talia sustinuisse. Licet enim millies iustus fuisset, sicut & erat,

erat ta

A erat tamen homo, & naturæ iura gerebat. Veruntamẽ horum nihil eum prostrauit, sed stabat tanquam generosus, & corona nobilis athleta, in his singulis prædicatus. Sic & beatus Paulus tentationum imbres per singulos dies videns irruentes, tanquam in medio gaudens paradiso, lætabatur & exultabat. Sicut itaq; qui tali gaudet gaudio, tristitiæ non est obnoxius: ita qui hoc non arripuit, omnibus est expugnabilis, & idem patitur, quale si quis arma gerens putrida, qualibet vulneretur percussione. Sed non ita vndiq; bene munitus: 3
omne nanq; telum ingruens repellit. Nam & omnibus armis fortior est delectatio, & huiusmodi tristem facere potest nihil, sed omnia generosè sustinet. Quid enim igne peius? Quid continuis tristius tormentis? Sive quis infinitas amittat possessiones, siue filios, siue
Iob.2.b. quodcunq;, hoc est omnibus ad doloris rationem imperiosius. Pellem enim pro pelle, inquit, & omnia quæ homo habet, dabit pro anima sua. Et nihil potest esse doloribus grauius. Veruntamen auditu quoq; vix tolerabilia, toleratu facilia fiunt, & desiderabilia per verã in deo voluptatem. Et si martyrem adhuc Paulum spi
B rantem ex ligno vel sartaginibus tollas, tantam in eo repositam inuenies lætitiam, quanta neque dici potest. Et quid patior, inquis, quòd nunc martyrij tempus nõ adest? Quid ais? non adest martyrij tempus, nunquam profectò hoc abest, sed ante nostros semper est oculos si vigilemus. Non enim in ligno suspẽdi, solũ hoc martyrem facit. Nam si sic esset, extra tales coronatos Iob poneretur. Nec enim ante tribunal fuit constitutus, nec iudicis vocem audiuit, non vidit carnificem, neq; suspensus in ligno, vel sublimis positus circa latera laniatus est, attamẽ multis martyribus grauiora passus est. Et illorum succedentium sibi nunciorum voces omni plaga ęquius percutiebãt, & eum vndiq; pungebant, & innumeris tortoribus acerbius vermium illorũ ora eum vndiq; corrodebant. Cui non itaq; dignus hic sit martyrij comparari? Innumeris equidem. Etenim per omnia pugnabat, & per omnia coronabatur, per pecunias, per filios, per corpus, per vxorem, per amicos, per inimicos, per seruos (nam hi in ipsius facem inspuebant) per famem, per cibos, per dolores, per fœtorem: per hæc inquam, nõ vni, vel duobus, vel tribus, sed in-
C finitis erat martyribus comparabilis. Nam præter quę dicta sunt, tempus quoq; multã eius coronis affert accessionem, quòd scilicet ante legem, ante gratiam hæc passus sit, & ad mensęs quidem multos, & omnia cum excessu, & omnia simul ei mala ingruerint, & hoc cùm eorum quodq; per se foret intolerabile. Nã multi quidem plagas sustinuerunt, pecuniarum verò iacturam non tulerunt: quin & pro eis flagris cædi maluerunt, & innumera mala pati, quàm earum aliquid amittere, & maior eis est visa plaga pecuniarum iacturæ. Itaque rursum & hic est alius martyrij modus, harum perditionem generosè ferenti. Et qualiter, inquiet alicuius, generosè perdemus? Si dideris, quòd plura lucraberis, quàm amiseris, per vnum gratiarum actionis verbum. Nam si iacturam audientes non tumultuemur, sed dicamus, Benedictus deus, multò plures diuitias inueniemus. Non enim tantùm lucrabitur in pauperes diuitias distribuens, & circumiẽs vt egenos inueniat, & sua dispergens pauperibus, quantùm ipse per hoc verbum lucrifacies. Quoniam & ipsum Iob non tantùm indigentibus dorsum aperientem admiror, quantùm pecuniarum rapinam cum gratiarum actione ferentem obstupesco & prædico. Gratias igitur agamus, D
quoniã ex eorum numero qui salui fiunt, censemur: & quoniam cùm ex operibus saluari non potuerimus, ex dei munere saluati sumus. Gratias verò reddentes, ne verbis hoc tantùm faciamus, verùm & operibus, & actionibus. Hæc est enim vera gratiarum relatio, cùm hæc agamus, vnde deus glorificari debeat: cùm ea fugiamus, à quibus iam fuimus liberati. Nam si rege contumeliis affecto, cùm pœnas luere deberemus, honorati fuissemus, & mox iterum affecissemus contumelia: tanquam ingratitudinis extremæ rei, maximam meri
3 pœnam, & priore multò grauiorẽ dare deberemus. Nec enim tam ingratos contumelia prior, quàm altera post honorem, & multam officiositatem ostendit. Igitur illa fugiamus, à quibus iam fuim⁹ absoluti. Nec ore tantùm gratias reddamus, ne de nobis quoq; dicatur: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum Matth.15.a.
longè abest à me. Quomodo nanq; non sit absurdum, & Mar.7.b
cùm cœli enarrent gloriam dei, vt tu propter quẽ cœ- Psal.18.a.
li deum glorificãtes facti sunt, talia facias, vnde propter te blasphemetur, qui te fecit deus? Propterea non
E illę tantùm qui blasphemat, verùm etiam tu iam es pœnæ obnoxius. Non enim cœli vocem emittentes deũ glorificant, sed alios per aspectum ad hoc inducentes, & tamen ipsi dicuntur cœli gloriam enarrare: Sic & vitam præferentes admirabilem, licèt taceant, deum glorificant, cùm alij propter eos ipsum glorificent: nõ enim tam ex cœlo redditur admirabilis, quàm ex vita pura. Cùm itaq; gentiles alloquimur, non in medium cœlos adducimus, sed quòd homines feris peius dispositos angelorum æmulatores fieri persuasit. Et hanc dicentes mutationem, eorum obstruimus ora. Nam & cœlo longè melior homo, & potest eius ornatu splendidiorem animam possidere. Hoc nanq; cùm adtantũ tempus videatur, non multum persuasit. Paulus verò cùm modico tempore prædicauerit, totũ attraxit terrarum orbem: etenim animam habebat non minus cœlo trahere cunctos idoneam. Nam nostra quidem, nec terra quidem est digna, illius autem & cœlo comparanda. Hæc nanq; stetit proprium custodiens terminũ & regulam. Illius autem animæ sublimitas omnes cœlos superascendit, & cum ipso Christo conuersatur: & ipsius species erat talis, vt & Christus eam prædicaret.
F Stellas autem, cùm factæ fuissent, admirati sunt angeli: hunc autem ipse demiratus est: Vas, inquiẽs, electionis est mihi iste. Et cœlum quidem nubes frequenter Actor.9.c.
obducunt, animam verò Pauli nulla obruit tentatio, sed in tempestatibus firma meridie clarior apparebat: & similiter, sicut ante nubium claresebat concursum. Qui nanq; lucebat in eo, Sol non tales emittebat radios, vt tentationum concursu obumbrarẽtur, quin tunc & amplius splendescebat: propterea quoq; dicebat, Sufficit tibi gratia mea: virtus enim in infirmitate 2.Cor.12.b.
perficitur. Ipsum igitur imitemur, & si voluerimus, nihil erit etiam præ nobis hoc cœlum: nihil sol, nihil omnis mundus. Hæc enim propter nos, nõ nos propter hæc. Offendimus nos esse dignos, propter quos hæc sunt creata. His enim si visi fuerimus indigni, quomodo digni regno videbimur? Et si sunt omnes indigni Solem videre, qui in dei viuant blasphemiam, indigni creaturis vti deum glorificantibus, ipsum blasphemãtes, quoniam filius contumelia patrem afficiens seruorum ministerio fungi nõ est dignus. Et propterea multam quidem hæ nanciscentur gloriã, nos verò pœnas & vltionẽ dabimus, Quantæ fuerit itaq; miseriæ, creaturam quidem propter te factã, in libertatem gloriæ

filiorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

G sniorum dei formari: nos autem factos dei filios, propter multum torporem in perditionem, & gehennam mitti, propter quos creatura illam magnam nanciscetur tranquillitatem? Ne igitur hoc accidat, mundam quidem habentes animam, talem eam conseruemus: quin & amplius eius nitorem intendamus: habentes verò sordidã, ne desperemus: ait enim, Si fuerint peccata vestra sicut vermiculus, quasi niuẽ dealbabo: etsi quasi coccinum, velut lanam albefaciam. Cùm verò deus promittat, ne dubites, sed illa fac, per quæ tales at- Esaiæ.1.c.
trahere poteris promissiones. Innumera tibi commissa sunt mala, & scelera perpetrata: & quid hoc? Nondum enim in infernũ descẽdisti, vbi nemo confitebitur: nondum solutum est theatrum tuum, sed adhuc es intra stadium constitutus, & per extremam potes luctam omnes reparare iacturas. Nõdum eò dedu- Lucæ.16.g.
ctus es, vbi diues torquetur, vt audias, quòd chaos est inter nos & vos. Nondum enim venit sponsus, vt aliquis oleum communicare timeat: adhuc emere potes, Matth.25.a.
& reponere. Nec adhuc est qui dicat, Ne fortè non sufficiat & nobis, & vobis: sed sunt qui vendãt, multi nudi, esurientes, ægroti, carcere detenti: hos pasce, illos indue, visita iacentes, & super fontes oleum manabit. H
Nondum rationis ponendæ dies aduenit. Vtere conue- Lucæ.16.b.
nienter tempore, & debitorum fac remissiones. Et cen tum debẽti cados olei, dicas accipe scriptum tuum, & fac quinquaginta. Et in pecuniis, & in verbis, & in aliis fac similiter, illum imitãs villicũ. Et hæc, & tibi & tuis persuade. Adhuc enim es in potestate dicẽdi talia, nõdum in necessitate conclusus, pro his aliũ rogandi, sed & aliis & tibi cõsulendi facultatẽ habes: cùm autẽ illò migraueris, horũ neutrum vtiliter facere poteris. Et meritò: qui tantã enim accepit temporis occasionẽ, & neq; se, neq; alterũ adiuuit, quomodo iam in manibus iudicis constitutus hanc poterit assequi gratiam? Hæc itaq; cuncta colligentes, salutẽ nostram instanter oremus, neq; præsentis vitæ perdamus occasionẽ. Licet enim, licèt inquam, & in extremis vitæ momentis deò se gratũ reddere, licet & per testamentũ probabilẽ fieri, non ita quidẽ sicut viuentẽ, licet tamẽ. Qualiter, & quomodo? Si cũ necessariis tuis eum scribas hæredem, & ipsi quoq; totius hæreditatis partem distribuas. Non eum viuens pauisti, saltẽ migrans, cùm nõ es dominus I
vltrà, da tuorum partẽ. Benignus est, non subtiliter tecum rationẽ ponet. Maioris quidẽ est desiderij, & amplioris præmij, si viuens eũ pascas. Sed si hoc ei nõ exhibuisti, saltẽ ad secundum curre refugiũ. Cohæredem eum tuorũ institue filiorum. Si autẽ & hoc negligis, cogita quòd pater ipsius te fecit eius cohæredẽ, & inhumanitatem dissolue. Quã enim habebis excusationẽ, si neq; filiorum tuorũ consortem facias, qui te cœlorũ participẽ fecit, & propter te iugulatus est, & hæc, cùm omnia quæ fecit, nõ debitũ reddens fecerit, sed gratis exhibuerit? Tu verò post tot beneficia & debitor cõstitutus es: & tamen his se sic habentibus, tanquam gratiam accipiens, non tanquam debitum rependens, ita te coronat, & hæc cùm eius bona sis accepturus. Des igitur ei pecunias tibi iam inutiles, & quarum non es dominus: & tibi regnum conferet, tibi semper vtile futurum, & cum eo simul omnia quæ hic sunt necessaria, largiet. Nã si filiorum cohæres fuerit, ipsis orbitatẽ releuat, soluit insidias, infestationes repellit, calumnia torum obstruit ora. Et si ipsi testamenta tueri nequierint, ipse tuebitur, nec sinet discindi. Si autẽ & hoc permittet, omnia tamẽ per se cum maiori liberalitate expediet cõscripta: quoniam semel est, dum scriberetur, honoratus: ipsum igitur hæredem relinque. Ad ipsum enim es transiturus, ipse tibi discutiet omniũ hic gestorum iudiciũ. Sed sunt quidã tam miseri & ærũnosi, qui nec filios habentes hoc facere non sustinent: sed parasitis, & assentatoribus, & illi vel illi sua distribuere malunt, quàm Christo, qui tot sibi beneficia contulerit: quibus quid esse possit stolidius? Hos enim si quis vel asinis, vel lapidibus comparauerit, nondũ tamen aliquid eorum dementia, vel insensibilitate dignum protulerit. Nec vllam quis inuenire possit similitudinem, quæ furorem, eorũq; possit insipientiam exprimere. Qualem enim veniam huiusmodi consequentur, quòd eum viuentes nõ pauerint, cùm ad deũ migraturi, nec ex pecuniis, quarum non sunt amplius domini, vel minimam ei partẽ largiri velint: sed tam hostiliter, & inimicè sese gerant, vt nec ei iam inutilia sibi reddita communicẽt? Nonne vides quot homines nec hunc finem assecuti sunt, sed rapti migrauerunt? Te verò deus & considerandi de congruis, & de rebus loquendi, & de omnibus quæ domi sunt, disponẽdi dominum constituit. Quam igitur excusationem habebis, cùm & hanc ab eo gratiam accipiens, beneficium prodideris, & quodammodo per diametrum fidei tuę progenitoribus stes oppositus? Illi nanq; viuentesq; vẽ debant omnia, & portabant ante pedes apostolorum: Actor.4.g.
tu verò nec moriens vllam indigentibus præbes portionem. Melius igitur est, & multam præbens securitatem, quòd viuus paupertatem corrigas. Sed si id effice re nolis, saltem moriens aliquid fac generosum: non multæ quidem est in Christum charitatis, charitatis tamen est. Nam etsi cum agnis præsidentiam non habebis, parum tamen non es, vel post illos cõstitui, nec cum hœdis collocari, nec à sinistris. Si verò nec hoc feceris, quæ ratio te liberabit, cùm neque dei timor, neque quòd res posthac inutiles tibi futuræ sint, nec vt tutelam filiis relinquas, nec vt illic aliquam tibi præpares veniam, humanum te reddere possit? Propterea vos hortor, vt præsertim viuentes indigentibus maiorem vestrum partem præbeatis: si qui verò tam pusillanimes sint, vt hoc non tolerent, huiusmodi vel ex necessitate fiant humani. Nam dum viuebas quidem, tanquam immortalis ita presentia asserebas: nunc verò postquàm didicisti quòd mortalis es factus, nunc M
saltem sententiam solue, & tanquam mortalis de tuis consulta, vel potius tanquam immortali vitæ perenniter fruendæ destinatus. Nam licèt graue sit, & horrore plenum quod dicendum est, dicere tamen oportet: Annumera seruis tuis dominum. Seruos manumittis, libera & Christum à fame, necessitate, vinculis & nuditate. Audiens horruisti, igitur horribilius, quãdo nec hoc ipsum facis. Et hic te quidem verbum langruere coëgit: at cùm eò migraueris, & his audieris multò grauiora, & irreparabilia videris tormẽta, quid dices? Ad quem confugies? Quem vocabis auxiliarem & adiutorem? Abraham? at non audiet. Virgines illas? sed nec ipsæ tibi oleum tradent. Patrem, aut auum? sed nec horum quisquam erit dominus, licèt sanctissimus sit, illam soluendi sententiam. His igitur omnibus animaduersis, soli domino qui tuum potest delere chirographum, & illam extinguere flammam, supplica & exora, & iam pascens redde propitium, & continuè ve stiens: vt & hinc bona cum spe recedas, & eò transfatus æternis fruare bonis, quibus vtinam detur nobis omnibus potiri, per gratiam & benignitatem domini nostri

A nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri gloria, simul & sancto spiritui, in secula seculorum, Amen.

QVOD EX MINIMIS INCIPIENDA nobis sit uirtus, & quòd non sit iurandum, Homilia. XXVI.

Sicut ignis quantò plura corripit ligna, tantò fit vehementior: sic & studium, quantò plures pias rationes excitat, tantò magis aduersus cætera armatur: quale quod dico: Fuerunt in nobis quasi vepres, periuria, mendaciũ, simulatio, dolus, maleficium, conuicium, dicacitates, ridiculositates, turpiloquia, scurrilitates: rursum ex alia parte, auaritia, rapina, iniuria, calumnia, insidiæ: rursum mala concupiscentia, immunditia, intemperantia, fornicatio, adulterium: rursus inuidia, zelotypia, ira, furor, mali memoria, vltio, blasphemiæ, & mille talia. Si priora correxerimus, non illa tantùm erunt correcta, verùm & sequẽtia propter præcedentia. Fortior enim iam efficitur ratio ad illorum subuersionem. Puta multum iurans si sa- B
tanicam hanc consuetudinem reciderit, ei non hoc solum peractum est, verùm & alia pietas est subintroducta. Non iurantium nanq; nemo, vt arbitror, volet facilè quippe aliud mali facere, sed virtutem iam exhibitam reuerebitur. Sicut enim pulchrum gestans vestimentum, luto seipsum inuoluere confunditur: similiter & hic. Ex hoc autem veniet ad id, ne irascatur, neque percutiat, neq; contumeliam faciat. Si semel enim parua præsiterit, totum expeditum est. Accidit autem & frequenter tale quid, vt qui semel aliquid emendauerit, rursum ex torpore in eadem decidat præcipitanter, & rem deinceps inexplicabilẽ constituat. Puta nos iurandi legem nobis constituimus, cauimus tres vel quatuor dies, post illos in necessitatem incidentes collectum omne lucrum dissipauimus: in torporem iam
Eccli.34.d. & desperationem incidimus, sed nõ oportet abiicere, sed rursum studio contineri: ait enim, Qui ædificauerit, cùm postea viderit destructum ædificium, segnior erit ad rursus ædificandum: sed nec ita torpere decet, sed adhuc studium arripere. Nobis itaq; quotidianas ponamus leges. Interim à facilioribus exordiamur, ab ore nostro iurandi frequentiam amputemus, linguæ
C frenum ponamus, deum iuret nemo. Non est hic impendium, non est hic labor, non est hic temporis exercitatio: sufficit velle, & totum factum est: consuetudinis enim opus est. Precor & supplico studium hoc impendamus. Dic, inquam, mihi, si pecunias erogare iussissem, nonne promptè quisq; pro viribus cõtulissetis? Si in extremo me periculo vidissetis, nonne de carne resecantes, si modò fieri posset, dedissetis? In magno nunc quoq; periculo sum, & tali, quòd etsi cum hoc & carcerem habitarem, vel infinitas acciperem plagas, vel in metalla relegarer, hoc plus non doluissem. Manum igitur porrigite. Cogitate nanq; quantum sit periculum, nec hoc minimum posse præstari: minimũ autem dico, quantum ad laborem spectat. Quid dicam, cùm tunc accusabor? Quare non allocutus es? Quare non mandasti? Quare non statuisti legem? Cur inobedientes non cohibuisti? Non mihi satis est dicere, quòd admonui: verùm & acriori, inquiet, opus erat increpatione. Nam & Heli admonebat, sed absit vt vos illius
1.Reg.2.c. comparem filiis) & ille inquã admonebat, & dicebat, Nolite filij mei sic facere: non enim est bona fama, quam ego de vobis audio. Sed procedens ait scriptura, Eò quòd non corripuerit filios suos, & quòd non
Ibidẽ.3.c. acriter, neq; cum increpatione hoc fecerit. Quomodo D
enim absurdum non est, in Iudæorum quidem synagogis tam validas esse leges, etsi magister præcipiat, omnia fieri: nos autem hic ita contemni, & abiici? Non est mihi glorię meę solicitudo (gloria nanq; mea est probitas vestra) sed salutis vestræ. Quotidie clamam⁹, instruimus, auribus vestris insonantes, & qui audiat, nemo, nihilq; vehementius præferimus. Timeo ne huius magnæ, sed inutilis humanitatis in futura diẽ rationẽ reddere cogamur: & ideo magna & clara voce prædico omnibus & protestor, talẽ operãtes præuaricationẽ, quæ sunt à malo loquentes (iuramentum est huiusmodi) ne limina quidẽ ecclesiastica tangant. Tempus autem præfinitum vobis præsens sit mensis, in quo corrigamini. Ne nanq; mihi dicas, quòd negotiorũ te necessitas vrgeat, quoniam non credo, interim sodales præcide: scio quòd multi nos ridebunt, sed melius hic nũc rideri, quàm tunc lugere. Ridebunt autẽ, quotquot insaniunt. Quis enim quæso mente non carens, mandatum seruari ridebit? Quod si ridebunt, huiusmodi non E
nos, sed Christum ridebunt. Horruistis dictum audiẽtes. Sciebam & ego: itaq; si ego quidem hanc legem tulissem, mei foret derisio: si verò legislator aliùs est, ad
Matth.26. & Mar.14.g eum peruenit substannatio. Et Christus quondam fuit insputus, & in capite, colloq; percussus, & colaphis cæsus. Hæc nunc quoq; sustinet: & non immeritò gehenna propter hoc præparata est, propterea vermis qui
Marc.9.g. non moritur. Ecce iterum dico & protestor: Qui vult, rideat: qui vult, subsannet: ad hoc positi sumus, vt derideamur, & subsannemur, vt omnia patiamur: purga-
1.Cor.4.c. menta mũdi sumus, iuxta beatum Paulum. Si quis hoc mandatum præstare negat, velut tuba quadam per seruonem prohibeo ecclesiæ limina talem ascendere, licèt princeps, licèt ipse sit diademate redimitus: vel à præsulatu me deiicite, vel manentem periculis concludere nolite. Hanc ascendere cathedram non tolero, nisi magna præstaturus: nam si quid tale fieri non potest, melius in imo stare. Nam principe, qui subditis nil prosit, miserius nihil. Conuertite iam vosmetipsos, & attendite quęso, & nosipsos simul erigamus, & aliquid omnino melius accedet. Ieiunate, orate deum, & nos vobiscum, vt pestiferam hanc euellatis consuetudinẽ. Nil arduum est vos orbis terrarum fieri præceptores: F
non est parum vbique diuulgari, quòd in tali ciuitate nullus est, qui iurandi consuetudine teneatur. Quod si fiat, non tantùm vestrorum accipietis meritorum mercedem. Quod enim ego sum vobis, hoc vos orbi terrarum efficiemini. Omnino & alij vos imitabuntur: omnino vos lucerna eritis super candelabrum posita. At inquies, Hoc est ne totum? Hoc nõ est totum, sed aliorum principium. Qui non iurauerit, & ad reliquam omnino pietatem peruenierit & volens, & inuitus, & erubescens, & timens. At inquies, non tolerant multi, sed resiliunt. Sed melius est, vnum esse qui domini voluntatem faciat, quàm impios mille. Ex hoc enim omnia aduersa sunt, omnia confusa, quòd velut in theatris multitudinem quærimus, non probatam multitudinem. Quid enim, rogo, turba prodesse poterit? Vis discere, quòd multitudo sancti sunt, non multi? Educite ad bellum centum decem milia, & vnum
Iosue.11.c. sanctum: videamus quis plura præstabit. Iesus Naue filius in pugnam descendit, & solus omnia gessit, alij verò nihil profuerunt. Sed potes si vis videre, quòd multa turba, charissime, cùm dei voluntatem non faciat, nihilo ab his qui non sunt, differat. Opto igitur, & volo, & li-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cio,& libenter etiam mactari sustinerem, vt multitudi ne decorarem ecclesiam,sed multitudine probabili.Si verò nequit hoc fieri,paucos ipsos probabiles esse vo lo.Non videtis quòd melius est,vnum habere precio sum lapidem, quàm multos obolos? Nónne videtis, quòd melius oculum habere sanum, quàm hoc hebeta to multa pinguedine premi?Nónne videtis,quòd me lius est ouem vnam sanam habere,quàm decem milia scabie repleta?Non cernitis, quòd filiorum bonitas cũ paucitate,quàm filiorum multitudo cum malitia me lior est?Non cernitis,quòd in regno quidem pauci, in gehenna verò multi?Quid mihi cũ multitudine?Quæ vtilitas?nulla,sed potius aliis detrimentum. Idē enim est,quale si quis,cùm liceat incolumes decem habere, vel ægrotantium decem milia,introducat decem va lentes.Multi nihil boni faciẽtes,quid aliud nobis præ bebunt,quàm pœnam,& in præsenti ignobilitatẽ?Ne mo nanq;, quòd multi simus dicet , sed quòd inutiles, arguet.Hoc sanè nobis semper dicũt, cùm dixerimus, quòd multi simus,at mali inquient.Ecce rursum pro hibeo,claraq; voce proclamo , nemo risum esse putet. H Arcebo siquidem,& prohibebo non obtemperãtes. Et donec in hac sedebo cathedra,nullam ipsius iustifica tionem omittã.Si quis detraxerit,iam insons ero: sed donec obnoxius sum,despicere non possum,non pro pter meam pœnam,sed propter salutẽ vestram: vehe menter enim vestram cupio salutem , & pro ea multũ affligor & doleo.Sed obedite,vt & in præsenti,& in fu turo magnam accipiatis mercedem. Eia verò iam vi deamus,qua ex causa subrepsit iuramentum, & quã ob rem esse concessum fuit.Dicamus ab initio,repetentes ipsius originem,& quando sit ortum, & qualiter , & à quibus. Vobis pro obedientia narrationem retribua mus.Nam correctum quidem audire dignũ est, & phi losophari necessarium. Nondum verò mutatum, nec sermonem audire quidem dignum est. Qui fuerunt Abrahæ tempore multa fecerunt fœdera , victimasq; mactauerunt,& obtulerunt sacrificia,nec dum erat iu ramentum.Vnde igitur irrepsit iuramentũ?Cùm ma la creuissent , cùm sursum & deorsum confusio facta fuisset,cùm ad idolorum seruitutem declinassent,tunc inquam,tunc, cùm infideles iam apparerent, testẽ in uocabant deum , tanquam dignum dantes dictorum vadem. Hoc enim est iuramentum morum infidelium I vadimonium,vt nisi cum sponsore credatur,& spon sore quidem magno. Propter multam enim incredili tatem non hominem volunt sponsorem,sed deum.Se cundum & idem exigentis iuramentum crimen, si do commerciis hæsitans deum in sponsionem trahat , & dicat se non abscessurum,nisi capiat illum. O ingentẽ insensibilitatem?ô contumeliam:qui vermis es,& terra, cinis & fumus , dominum tuum citas in vadimo nium,& illum trahere cogis?Dic mihi,si seruis vestris inter se contendentibus,& sibi fidem non habentibus, diceret conseruus se prius non crediturum,quàm cõ munem dominum sponsorem acciperent,nónne multa tulisset verba,didicisseteque quòd ad alia domino sit vtendum,non ad huiusmodi? Quid dico conseruum? Si nanq; venerabiliorẽ virum elegisset,nónne contume liam in id existimasset? Sed ego nolo , dices, & bene. Nec illum itaq; cogas , quoniam hoc & in hominibus obseruatur. Si dixerit,illum do sponsorem, tu ne toleres. Quid igitur,inquis,datum amittam? Non hoc di co,sed ne deum afficere contumelia toleres. Propter ea quòd magis cogens,quàm iurans ineuitabilem subit pœnam.Similiter & exigente nullo iurans.Et quod pe K ius est,pro singulo quisq; iurans obolo, pro minima ac cessione,pro iniuria,& hæc quidem cùm absint periu ria.Quòd si periurium quoque subsequatur,omnia sur sum agit & deorsum , tam qui cepit , quàm qui dedit. Sed aliqua sunt,inquis,quæ ignorantur.Et hæc proui dens nihil negligenter agas : si verò negligenter agis, à temetipso pœnas & mulctam exige. Melius est ita damnari,quàm aliter.Dic mihi,quæso,trahens homi J em in iuramentum,quid expectas?vtrum vt peieret? Sed hoc est extremæ dementiæ, & in caput tuum pœ na conuertetur.Melius est te pecunias amittere,quàm illum perire. Quid hoc cum iactura tua , deiq; contu melia facis?Ferè talis est anima, & impij viri. At non peieraturum expectas? Igitur & absque iuramento cre de. Sed multi sunt,inquis, qui sine iuramento defrau dare voluerunt:non autem cum iuramento. Teipsum decipis homo. Homo furari solitus , & iniuria proxi mum afficere , neque iuramentum frequenter pessũ dare dubitauerit. Quòd si fuerit in iurando reuerens, & in ferenda iniuria multò magis erit. Sed inuitus id L patitur,igitur venia dignus.Sed quid de talib⁹ loquor iuramentis,forensia prætermittens?Illic enim tale ni hil dicere potes. Nam pro decem obolis iuramenta fiunt,atque periuria. Quoniam enim supernè fulmen non venit, quoniam omnia non subuertuntur, stetisti continens deum,vt olera emas,& calceamẽta,pro mo dico argento vocans eum in testimonium. Ne tandẽ, ne propterea quòd non punimur, nos ne peccare cogi temus.Illud est misericordiæ dei,non virtutis nostræ. Iura per filium tuum,iura per teipsum:dic,ita non car nifex meis instet lateribus: sed times, lateribus itaque tuis deo est ignobilior,capite tuo vilior?dic, ita ne de biliter.Et Christus quidem nobis tantùm parcit, vt & per proprium caput iurare prohibeat: nos autem tan tùm paruipendimus dei gloriam , vt eum passim tra hamus. Nescitis quid sit deus, & quali debeat ore vo cari? Quòd si de quopiam studioso quidem viro lo quamur,dicimus: os tuum ablue, & ita commemora: nunc verò nomen super omne nomen venerandum, in omni terra admirabile , quod audientes dæmones horrent, te⁹ nerarie circunferimus? ô consuetudi M em. Et ex hac factum est paruifaciendum. Nempe si cui per sanctam domum iurandi necessitatem imponas, tanquam horrendum conflaueris iuramentum , ita remanes affectus. Et vnde tam horrendum esse vi deatur, nisi quòd illo quidem passim vtimur, hoc au tem minimè? Nónne enim dum deus nominatur, o porteret horrere? At apud Iudæos quidem tam vene randum erat ipsius nomen , vt in lam nis scriberetur, & nemini literas ferre liceret , nisi sacerdotum prin cipi : nunc autem velut quiddam vulgare , sic ipsius nomen circunferimus. Si simpliciter deum nomina ri non est fas omnibus , in testimonium etiam eum vocare, quantæ , quæso, sit audaciæ? quantæ insaniæ? Nam si cuncta forent abiicienda, nónne oportebat protinus dimittere? Ecce dico , & protestor : hæc fo rensia corrigite iuramenta,superflua,& ad me cuncta perdu cite. Ecce præsentibus vobis ad ædium sacra rum custodiam deputatis imperio,moneo & iubeo,ne mini otiosè iurare licere: ingẽ verò nec aliter , sed vt ad me perducatis,quicunque sit: quoniam & hæc ad nos vsque peruenire oportet, tanquam ad paruulos pueros (absit pudor) à quibus adhuc opus habetis di scere. Ne scram attingere sensam audeas, cùm non sis in-

Exodi.20.d

A sis initiatus: sed quod etiam peior est,tu initiatus sacrã audes mensam contingere,quam nec omnibus fas est sacerdotibus tangere,& ita iurare? Tu verò nec pueri quidem caput tangeres . Abiens autem mensam tan gis,& non paueſcis? Timuisti tu? tales ad me perdu cas,ego iudicabo,& ambos lætos remittam. Quod vul tis,facite:legem pono,ne prorsus iuretis. Qualis est sa lutis spes,nobis omnia sic exhaurientibus?propter hoc ne chirographa,propter hoc ne cõmertia,vt tuam in N sius animam mactes? Quid tantum lucraris,quantum perdis? Peieraui,& illũ & temetipsum perdidisti : sed non peieraui,& ita quoque perdidisti,mandatum co gens præuaricari.Hunc ex anima morbum pellamus, interim ex foro submoueamus,ex venalibus tabernis, & reliquis officinis,& maior erit vobis quæstus.Ne co gitetis vos per diuinarum legum præuaricationes vi tæ necessaria comparare.At inquies,non credit.Nam & hoc interdum à nonnullis audiui,nisi mille iurauero sacramenta,non credit. Tu es horum causa,qui fa cilè iuras:quoniam si id non faceres:sed omnibus con staret,quòd non iures,mihi crede dicẽti, quòd his qui B mille deuorant iuramenta , maiorem ipse fidem solo nutu inuenires . Ecce enim, quæso,cui magis creditis: an mihi nihil iuranti,an iurãtibus?at inquies,Tu prin ceps & episcop⁹ es.Quid igitur, si probauero quòd nõ propter hoc solùm?In veritate,quæso,mihi respõde te:Si continuè iurarem,& semper:nunquid mihi pro desset præsulatus?Nequaquam . Vides quòd non pro pterea? 1.Cor.4.c Quid verò prorsus lucreris,dic mihi?Paulus e suriebat:& tu velis potius esurire,quàm ex dei manda tis aliquod præterire.Quid tam incredulus es?Tu igi tur eliges cuncta facere & pati ne iures, & ipse te non remunerabit? Et qui periuros & peieratores quidem quotidie pascit,te fami tradet , quoniam eum audisti? Omnes sciant,quoniam in hanc ecclesiam conuenien tium qui iuret est nemo . Et ex hoc fiamus manifesti, non tantùm à fide:Et hoc à gẽtilibus , & omnibus nos discernens habeamus.Capiamus ex cœlis signum . Vt vbique tanquam regius grex appareamus,ab ore & lin gua interim dignoscamur: sicut barbari , sicut Græcè loqui scientes,ita differamus à barbaris. Dic enim mi hi,aues quæ dicuntur psittaci,vnde noscuntur? Nón ne humano more loquendo? Et nos itaque loquendo, C sicut apostoli,noti fiamus loquẽdo sicut angeli.Si quis dixerit,Iura:audiat,quod Christus prohibuit, & nõ iu ro.Hoc omnem inducere virtutẽ idoneum est.Quæ dam est pietatis ianua,via ad religionis studium per ducens,& quædam est palæstra. Hęc custodiamus , vt & futura bona consequamur,gratia & benignitate do mini nostri Iesu Christi,cum quo patri simul & sancto spiritui gloria,imperium & honor nunc & semper, & in secula seculorum,Amẽ.

DE IVRAMENTORVM ABSTI-nentia. *Homilia.xxvij.*

Sicut in prælio ex tessera & amici & hostes di scernuntur : ita quidem & in nobis fiat cha rissimi.nã & nunc in bello sumus, vt & pro prios agnoscamus fratres . Quantum enim boni est, hoc esse nobis indicium , & hic & in aliena religione? Qualis est hæc armatura contra diaboli caput? Os e nim iurare nescium,nec coniurari nouerit. Tãquam ex aliqua domo,sic ex lingua hunc ignem eiice,ignem extrinsecus trahe , ne ues illi respirationis aliquantu lum,vlcus reddas imbecillius: rogo vt & aliam vobis erogem disciplinam. Hac enim nondum expe-

dita ad aliud venire non audeo . Hoc cum diligentia D vobis expediatur,& meriti sensum capietis, tunc & a lias vobis afferã leges:imò verò non ego,sed Christus. Hoc bonum in anima vestra plantate, & paulatim eri tis paradisus dei,illo longè melior paradiso: nec enim apud vos serpẽs,nec arbor lethalis,nec aliud huiusmo di quicquàm. Hanc in profundo consuetudinem figi te.Si hoc factum fuerit,non vos præsentes tantùm vtilitatẽ capietis,verùm & omnes qui sunt in orbe ter rarũ.Nec illi soli,verùm & post eos futuri.Bona nan que consuetudo introducta , & ab omnibus custodita, in multa prorogabitur tempora.Nec vllum tempus eã explodere poterit . Si quidã in sabbato ligna colligẽs, Nũe.15.d lapidibus obrutus fuit:qui tali collectione multò peio ra committit,& peccatorum colligit sarcinã (hæc e nim est peccatorum copia) quid sustinebit? imò verò quid non sustinebit? Multum à deo capietis auxilium, si hoc vobis fuerit enauatum:si dixero, Ne contume liam inferas,statim iram in medium mihi producis: si dixero, Ne inuideas , aliam proferes excusationem. Hic nihil huiusmodi dicendum habes. Propterea à fa cilibus incepi,quoniam & in omnibus artibus ita quis E & ad maiora venerit , multò prius discens faciliora. Scietis quàm facile sit hoc,cùm ipsum dei gratia per feceritis,& aliam acceperitis legem . Date mihi cõtra gentiles & Iudæos fiduciam,& super omnia corã deo: Ita rogo per charitatem , per parturitionem , qua vos parturiui filioli mei.Quod autem sequitur, non infe ram,quos iterum parturio:nec illud dicam,donec for Galat.4.e metur Christus in vobis:sed alia vobis dicam,Fratres mei charissimi,& desiderati,gaudium & corona mea: credite enim mihi,quòd non aliter dicam. Si quis in numeras gẽmis contextas coronas regales capite meo nunc imposuisset,non ita lætatus fuissem, sicut profe ctu vestro gratulor:quinimmo nec regem ita gaude re reor,vt ego super vobis gaudeo. Si quis omnes gen tes secum bellum gerentes superans redisset, & cũ regali corona plures accepisset coronas,& alia diadema ta victoriæ signa,non ipsum ita puto gauisurum tro phæis fuisse,sicut ego profectu vestro : tanquam enim innumeras in capite gerens coronas,sic exulto:& me ritò.Si nanque dei gratia hæc vobis est correpta con suetudo,innumera profligastis prælia, & illo longè dif F ficiliora contra dæmonas improbos , aduersus super bos luctati,& præliati,per linguam, non gladium, sed per voluntatem.Videte, quanta perfeceritis , si modò expediatis.Primùm malam exciditis consuetudinem: secundò prauam subuertitis cogitationem,ex qua sunt omnia mala,ne cogitetis esse rem indifferentem,& ni hil nocere:tertiò furorem,auaritiamq; compresseritis. Hæc enim omnia parit iuramentum . Verùm ex hoc ad alia merita multam capietis occasionẽ. Sicut enim puerorum elementa discentes, non illa tantummodo discunt , sed in illis legere paulatim docentur:itidem & vos.Non vos amplius improba fallet cogitatio,ne que dices quòd hoc indifferens sit,neque iam amplius ex consuetudine loquemini, sed aduersus omnia gene rosè consistetis.Posuimus legem,imo verò nõ nos po suimus,absit:ait enim,Nolite vocare magistrum super Mat.23.a. terram.Legem tulit Christus,ne quis iuret. Quid actũ est,quæso,de hac lege?Non enim de hoc loqui desinã, 2.Cor.13.a ne fortè cùm rursus venero,sicut ait Apostol⁹,nõ par cam.Nunquid fuistis circa negotium solicitẽ?Nũquid curastis?Nũquid vllũ nobis est exhibitũ studiũ?An rur sum eosdẽ attingemus sermones? At potius,siue factũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

G est, siue secus, iisdem vtamur sermonibus: vt si nil actum est, curam geratis: si verò soliciti fuistis, rursum id stabilius operemini, & alios hortemini. Vnde nobis igitur, vnde loquendi sumendum principium? Vultis à testamẽto veteri? Hoc enim pudoris est nostri, quòd quæ sunt in veteri testamento, quæ transcendere parerat, nec ita custodiamus: nos enim de his audire non oportebat (hæ nanque sunt Iudaïcæ vtilitatis denunciationes) sed illa perfecta fuerant audiẽda. Abiiẽe pecunias, sta generosè, & animam expone pro prædicatione, deride cuncta quæ sunt super terram, nil tibi sit cum præsenti vita commune. Si quis iniuriam intulerit, benefac: si quis oppresserit, benedic: si blasphemauerit, honora, omnibus esto superior. Hæc & huiusmodi decebat audire. Nunc autem de iuramẽto disserimus. Et idem est, ac si quis philosophari debentem ab illis abstrahens præceptoribus, syllabas, adhuc, & alphabetum legere cogat. Cogita quæso, quanta sit ignominia, quempiam hominem prolixam habentem barbam, & baculum gestantem, & exomida indutum, cum pueris ad præceptores ingredi, & eadem cum illis discere:
H nónne multus erit risus: sed maior hic noster. Non enim quantum est philosophiæ, & literarum interuallum, tantum est Iudaïcæ conuersationis, & nostræ discrimen: sed quãtum est angelorum & hominum. Dic quæso, si quis angelum ex cœlo deductum hìc stare iuberet, ac nostros audire sermones, tanquam ex hoc instituendum: nónne pudor & risus esset? Si verò de his doceri ridiculum est, at his nec attendere quidẽ: quantum erit condemnationis, quantus pudor, quòd etiam Christiani de fugiendo docentur iuramento? Attamẽ toleremus, ne magis quoque rideamur. Eia itaque vobis ex veteri loquamur hodie testamẽto: quid verò dicit? Iuramento ne assuefacias os tuum, nec nomini sanẽto familiaris fias. Quare? Sicut enim seruus tortus, Eccli.23.b inquit, continuè à liuore non mundabitur, ita neque iurans. Vides sapientis huius prudentiam? Non dixit, Iuramento ne tuam assuefacias mentem, sed os tuum: totum enim est oris, nam facilè corrigi potest. Consuetudo enim est, quæ iam sine voluntate patratur. Verbi gratia, Multi thermas ingressi, cum primum fores trã scenderint, signantur. Hoc nouit manus, vel nullo iubente, ex consuetudine facere. Rursum accensa lucerna, mente frequenter aliquid aliud operante, manus
I signum facit. Ita quidem & os non cum anima loquitur, sed ex consuetudine. Et in lingua totum est positũ, nec sancto nomini familiaris fias. Magnum quid insinuauit, Nominationi, inquit, sancti ne consuescas. Sicut enim seruus qui continuè torquetur, à vibice & liuore non purgabitur, ita neque iurans. Non hic periurium dicit, sed iuramentum excidit, & ipsi statuit vltionem: igitur iurare peccatum. Nam verè talis est anima, tantis est confossa vulneribus, tantis liuoribus, sed non vides? Hoc autem est malum: Atqui potes, si velis, videre. Deus tibi dedit oculos: talibus videbat prophe
Psal.37.a ta qui dicebat, Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ. Deum cõtempsimus, sanctum odimus nomen, conculcauimus Christum, pudorem suũ amisimus: Diuini nominis cum reuerentia memini non amo. Quòd si aliquem etiam ad nomen exurgis, deum verò tam continuẽ, tanquam nihil vocas? In orationibus voca, voca eum ad inimici beneficium, voca ad animæ tuæ salutem: tunc aderit, tunc eum lætificabis, nunc autem iritas. Voca sicut eum Stephanus
Actor.7.g inuocauit: quid dicens? Domine ne statuas eis hoc peccatum. Voca, sicut vocauit eum Helcanæ vxor cum K
lachrymis. Non prohibeo, sed vehementer exhortor. 1.Reg.1.a.b
Illum voca, sicut & Moses vocauit, & clamabat pro eis Exod.32.g
orans, qui eum expulerant. Et tu quidem, si cuius sine honoris titulo memineris venerabilis viri, contumelia facta est: Deum autem circunfers opportunè importunè in sermonibus tuis. Non prohibeo deum in
b mente semper habere, imò magis precor & volo: tamen non aliter quàm illi placet, sed laudantem, sed honorantem. Magna nanque nobis hoc contulit bona, si cùm & apud quos opus est, tancùm eũ vocemus. Quare, quæso, sub apostolis quidem virtutes ædebãtur, sub nobis verò nequaquam, cùm idem sit deus, idem nomen? Sed non est parvus. Illi nanque in illis solis quæ commemorauí, illum duntaxat vocabant: nos autem non in his, sed in aliis. Si verò non credit, & ideo iuras, dic quidem, crede: veruntamen si vis, per teipsum iura. Quod non legem Christo contrariam ferens di
co, Absit: ait enim, Sit in vobis, est est: &, non non: sed Matt.5.f
vobis condescendens, vt magis in hoc vos inducam, & à tyrannica reducam consuetudine. Quot in aliis probabiles ex his rebus perierunt? Vultis discere, quare priscis iuramentum concedebant? nam nec illi peierare fas erat: quoniam per simulacra iurabant. Non confundimini in his legibus permanere, in quibus indulgebatur illis infirmis? Quoniam nunc quoque si gẽtilem accepero, non illi statim hoc iniungo, sed interim scire Christum admoneo. Fidelis verò qui credidit & audiuit, si debet eandem exigere cum gentili indulgentiam, quid vtilitatis? quid emolumenti? Sed consuetudo res difficilis, & vix abstrahi potest. Itaque quoniam est tanta consuetudinis violentia, eam in alteram transfer consuetudinem. Et quomodo, inquies, potest fieri? quod sæpiũ dixi, id nunc quoque dico. Sint multi censores, sint inquisitores, & probatores multi: dic mihi, Si tegmen inuersum imposuisses, nónne puerum corrigere iubes, nec ab illo moneri confunderis, cùm illud quidem non multum sit dedecus? Hìc autẽ in anima detrimentum patiens, ab alio corrigi erubescis. Et circa vestimentum quidem ornantem sustines seruum, & sed ligantem, animam autem non sustines ornantem? Sit & seruus horum magister, sit & filiolus, sit & vxor, & amicus, affinis & vicinus. Sicut enim M
fera, quæ ex omni parte agitur, fugere non potest: sic & tot habentem custodes, tot increpantes, cùm vndique pulsetur, non licet non cauere. Et primo quidem die hoc ægrè feret, & in secundo & tertio: deinceps verò facillimum erit, & post quartum neque negotium hoc existimabit. Experientia facite, si non creditis, curam geratis quæso. Nó est vulgare peccatum, vel meritum: sed vtrinque magnum est, & bonum & malum. Opus est autem periurij dẽtrimentum ex scriptura quoque veteri manifestemus. Falx, inquit, volans erat Zach.5.a
longitudine cubitorum viginti, latitudine cubitorum decem. Volans velocissimum vltionis incursum significat iuramenta sequentem. Multorum verò cubitorũ latitudo & longitudo vehementiam indicat, & magnitudinem malorum. At ex cœlo volare, ex superno tribunali sententiam ferri. Falcata verò forma ineuitabilem supplicij sortem. Sicut enim quocunque falx incurrerit, non solùm secum arripit, verùm & caput amputat: itidem & pœna iurantibus ingruens est difficillima, nec prius absisteret, quam quod summum est, obiret: quòd si iurãtes euadimus, ne confidamus: ad nostrum
Actor.5.a enim malum hoc efficitur. Nã quid censetis? quot post Ananiam

A Ananiam & Sapphiram eadẽ, quæ illi sunt ausi? quo-
Act.5.a modo igitur eadem non sunt passi? Non quoniam ipsis ignotum sit, sed quoniam maiori differuntur malo. Multa nanque perpetrantes, nec dantes pœnas, terreri magis & timere debent: augebuntur enim eis supplicia propter impunitatem & dei longanimitatem. Ne hoc itaque videamus, quòd non punimur, sed ne peccauerimus: si verò peccantes nõ pœnas damus, potius pauere debemus. Dic mihi, si quem habeas seruum, & illi tantùm mineris, & verbera non infligas: quando magis timet, quando fugit, quando pedibus elabitur, nónne quando duntaxat minaris? Vnde & alter alterum admonemus, non continuè minari, ne timor magis animam conturbet, & plus quàm plagæ dissipet: illic enim ad tempus est vltio, hìc autem continua. Ne igitur, quòd nũc falcis mala patiatur nemo, respicias: sed illud cogita, si talia facit, quoniam multa nunc fiunt, qualia in diluuio: sed diluuium factum non est: ge
B henna enim & vltio promissa est. Multi perpetrant, qualia Sodomorum ciues, sed ignis pluuia non descendit: igneus enim paratus est fluuius. Multi Pharaonis scelera commiserunt, sed Pharaonis pœnas non dederunt: nec in mari rubro sunt submersi, quoniam pelagus eos expectat abyssi, vbi non cum insensibilitate supplicium, nec licet suffocari: sed amplius est necesse torqueri, assari, strangulari, consumi. Multi Israëlitica sunt aggressi, sed eos serpentes non momorderũt, manet autem eos vermis qui non moritur. Multi Giezi peccata perpetrarunt, neque tamen lepra respersi sunt: eos enim manet pro lepra in binas partes secari, & poni cum hypocritis. Multi quoque iurauerũt & peierauerunt: si verò fugerunt quoque, ne confidamus: immi
net enim dentium stridor. Et hìc quidem multa patiẽtur incommoda, licèt non confestim, sed post alia peccata, vt & grauior sit vltio. Quoniam & nos frequenter à minimis occasionem capientes, & pro magnis totum luimus. Itaque cùm aliquid tibi cõtigisse videris, illius peccati tui reminiscere: hoc & Iacob filiis accidit. Recordamini fratrum Ioseph, fratres suum vendiderunt, iugulare tentarunt: vel potius ipsa promptitudine iugulauere, deceperunt, contristarunt senem, nihil pluribus post annis passi sunt, tandem verò de su
C premis periclitati sunt, & huius reminiscuntur criminis. Hoc itaque valde sapienter efficitur. Nã audi quid
Gene.42.d dicant: Et meritò, in peccato enim sumus de fratre nostro. Itidem & tu, cùm aliquid acciderit, dicas: Etiam in peccato sumus, quoniam Christum nõ audiuimus, quoniam iurauimus, iuramentorum frequẽtia, & periuria super caput meum venerunt. Confitere: nam illi
3.Reg.21.g quoque confessi sunt, & salui facti. Quid enim & si nõ statim ingruit vltio? Nam (a) Achab propter Nabuthe non statim post peccatũm passus est ea quæ pertulit: quare autem hoc fit? Dat tibi temporis præfinitionẽ, vbi ablui possis: cùm verò perseueraueris, tunc demum pœnam infligit. Vidistis quid patiantur mentiẽtes: Intellexistis quid patiantur peierantes? Intelligite & recedite. Non licet iurantem non peierare, & volentem, & inuitum, non licet peierantem saluum fieri. Vnum potest periurium omnia consummare, & vniuersam nobis vltionem inferre. Properea animaduertamus, & nobis caueamus, vt hinc vltionem euadẽtes, dei misericordia digni censeamur, gratia & miserationibus vnigeniti eius, cuius patri simul & spiritui sancto gloria, potestas & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Tomus quintus.

DE FVGIENDIS IVRAMENTIS, D

Et quòd deo gratias agere debemus, licèt in paupertate degamus.

Homilia.xxviij.super Matthæum ex cap.v.

SI regnum assequi volumus, dilectissimi, plus aliquid antiquis exhibeamus mandatis, quippe cùm non aliter cœlestia consequi liceat. Nam si ad eandem antiquorum mensuram peruenerimus, extra cœlestibula remanebimus. Nisi enim a- Mat.5.c
bũdauerit iustitia vestra plus quàm scribarum aut pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Et tamen licèt tot minæ propositæ sint, sunt quidam, qui nõ solùm illam non transcendunt iustitiam, verùm & ab ea deficiunt. Non enim solùm iuramenta non fugiũt, verùm & peierant: non tantùm lasciuum non declinant aspectum, verùm & in ipsam improbam actionẽ incidunt, & alia reliqua prohibita sine doloris aggrediuntur sensu, vnum solùm vltionis diem expectãtes, & quando supremam patratorũ pœnam dabunt: quod eorum solùm est, qui in nequitia vitam transegerunt: illos enim oportet desperare, nec aliud quid, quàm supE pliciũ iam expectare. Qui enim hìc adhuc sunt, & pugnare poterunt, & vincere, ac facilè coronari. Ne titubes igitur ô homo, neque bonam soluas promptitudinem: nec enim grauia sunt quæ præcipiuntur. Quis, quæso, labor iuramentũ fugere? Nunquid enim est pecuniarum impensa? Nunquid sudor & ærumna? satis est tantummodo velle, & totum actum est. Si verò mihi consuetudinem obiicis: propter hoc ipsum maximè facile meritum esse dico. Si te nanque in aliam trãstuleris consuetudinem, totum præstitisti. Cogita saltem, quòd apud gentiles multi balbutientes, multa meditatione linguam sibi claudicantem correxere. Alij autẽ humeros ineptè se motantes & reducentes, iugiter apponentes ensem restituerunt. Postquàm enim per scripturas vobis non potest persuaderi, ab externis mone
re vos cogor. Hoc & deus apud Iudæos faciebat, dicẽs: Hiere.2.c
Ite in insulas Cethim, & in Cedar mittite, & cognoscite, si mutauit gens deos suos, & ipsi non sunt dij. Et ad bruta verò frequẽter mittit, ita dicens: Vade ad formicam piger: & vade ad apem. Hoc itaque vobis & ego Prouer.6.a
nunc dicam. Cogitate gentilium philosophos, & tunc
F scietis, quanto simus digni supplicio, despicientes diuinas leges: cùm illi quidem pro humana honestate infinitè laborauerint, vos verò neq; pro cœlesti regno studium par exhibeatis. Si verò post hæc dicas, quòd est difficile consuetudinem non fallere, vehemẽter quoque studentes: hoc fateor quidem & ego. Veruntamen & illud cùm hoc pariter dico, quòd sicut est facile decipi, sic & facile corrigi. Si nanque domi multos tibi custodes constituas, puta seruum, vxorem, amicos, ab omnibus facilè compulsus atque coactus à mala recedes consuetudine. Et si decem tantùm diebus id obseruaueris, non iam amplius reliquo tempore indigebis, sed cum fiducia totum erit tibi repositum, pulcherrimæ consuetudinis firmitate vicissim radicatũ. Cùm igitur hoc corrigere cœperis, siue semel, siue secundò, siue tertiò, siue vigesimò legem transcenderis, ne desperes, sed iterum surge, & studium tuum resume, & omnino victor eris. Nó enim vulgare malum est periurium. Quòd si iurare malè est, peierare quantum feret vltionis? Laudastis dicta, sed plausibus mihi nõ est opus, neque laudantium vocibus & tumultu. Vnum duntaxat volo, vt cum quiete & intelligentia audiẽtes, quæ dicuntur faciatis. Hoc mihi pro plausu, hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

G nihi pro laudatione. Si verò dicta quidem commendes, quæ verò laudas non exequaris, maior quidē pœna, maior autem accusatio, & nobis dedecus & derisio. Nec enim theatro paria sunt præsentia, neque tragœdos spectantes nunc sedetis, vt duntaxat applaudatis. Hic est spiritalis schola, propterea & quod elaboratur, vnum est, vt dicta seruetis, & per opera obedientiam exhibeatis. Tunc enim totum receperimus: sicut nunc vtique, & iam prohibuimus. Nam & seorsum occurrentes hæc monere non destiti, & vobis publicè cō c
memorare, & nihil amplius tamen factum video, sed vos adhuc prioribus detineri elementis: quod multum afferre docenti torporem idoneum est. Vide nanque Paulum quoque propterea succensentem, quòd multum temporis prioribus disciplinis auditores immo-
Heb.5.e rabantur. Etenim cùm deberetis, inquit, magistri esse propter tempus, rursum indigetis vt vos doceamini, quæ sint elementa exordij sermonum dei. Propterea nos quoque lugemus, & conquerimur. Et si permanentes videro, iam vobis interdicam hæc ascendere sacra vestibula, & immortalium participes fieri mysteH riorum, sicut fornicantibus & adulteris, & homicidij reis. Nam melius est cum duobus, vel tribus dei leges custodientibus solitas offerre preces, quàm multitudinem aggregari præuaricantium, & alios corrumpentium. Ne quis mihi diues, ne quis potens hìc intumescat, & supercilia contrahat. Hæc omnia mihi fabula, vmbra, & somnium. Null⁹ enim præsentium diuitum illic mihi patrocinabitur, cùm arguar & accusabor, tanquam dei leges non congrua cum acrimonia asse-
1.Reg.2.c &.4.c1 ruerim. Hoc enim, hoc & admirabilem illum senem vitam exhibentem inculpatam perdidit. Sed tamen quoniam dei leges conculcantes neglexit, cum filiis fuit punitus, & atroces pœnas dedit. Si verò vbi tanta erat naturæ vis, non cum debita seueritate filiis vsus, tam grauem luit vltionem: quam nos habebimus veniam, & ab illa liberi tyrannide, & per assentationem omnia corrumpentes? Cùm itaque paupertate vel morbo pressus fueris, ô homo, si non aliunde, ex mendicantibus saltem per angiportos euntibus deo gratias agere disce. Hi nanque totum tempus in mendicādo conterentes non blasphemant, non indignantur, non ægre ferunt, sed totam mendicationis narrationem in gratiarum agunt actione, magnum facientes deum & misericordem. Ille quidem fame periens benignum vocat, tu verò viuens in abūdantia, nisi cuncta simul accipias, crudelem nuncupas: quantò melior est ille? Quomodo nos condemnabit? Communes nobis præceptores, & calamitatum consolationem per terrarum orbem misit deus pauperes. Es aliquid præter voluntatem passus: sed tale nihil, quale ille. Erutus est oculus tibi: sed illi duo. longo morbo laborasti: sed ille incurabili. amisisti filios: sed ille & proprij corporis sanitatem. magna mulctatus es mulcta: sed nondum ad hoc es redactus, vt alterius indigeas. Deo gratias age. Illos vides in paupertatis camino, & ab omnibus quidem petentes, à paucis autem accipientes. Cùm orans defessus fueris, & non acceperis, cogita quoties audisti pauperem te vocantem, & non exaudisti, nec tamen ille grauiter tulit, nec affecit te contumelia: & tu quidem hoc ex crudelitate facis, deus autē ex benignitate quoque facit, vt non audiat. Si igitur ipse conseruum propter crudelitatem non audiens, accusari te dignum non censes: dominum per misericordiam seruum nō audientem accusas? Vides quanta sit inæqualitas, quan-
ta iniustitia? Hæc semper cogitemus, inferiores in ma K
ioribus ærumnis constitutos, & ita deo gratias agere poterimus. Multis talibus exemplis vita referta est. Nō paruam autem vigilans habet disciplinam, & aduertere volens etiam ex oratoriis ædibus. Propterea enim & ante ecclesias, & martyrum monumenta pro foribus pauperes sedent, vt nos ex huiusmodi spectaculo multum capiamus vtilitatis. Considera nanque quòd nobis terrenas ingredientibus regias, nihil huiusmodi cernere licet: sed viri & honesti & splendidi, & diuites & prudentes passim discurrunt. Ad veras autē regias, ecclesiam dico, & oratorias ædes, & martyrum templa, dæmonibus pressi, truncati, pauperes, senes, cæci, membra præferentes obtorta. Quid hoc tandem? Vt tu docearis ex horum spectaculo, primùm vt si quē fastum extrinsecus trahens ingressus es, in illos respiciens, tumore depositō, & contrito corde, sic ingredaris, & quæ dicuntur audias. Non enim potest cum superbia orans audiri: vt cùm senem videris, non in iuuenta altùm sapias, cùm & hi nunc senes iam fuerint iuuenes: vt cùm in exercitu & potentia regia multùm glorieris, cogites quòd ex his aliqui fuerunt in regali- L
bus aulis splendidi: cùm in corporis sanitate confidas, his vacans sensum tuum corripias. Huc enim iugiter ingrediens, qui sanus quidem est, non altùm sapiet in corporis sanitate: qui verò laborat, non vulgarem hauriet consolationem. Nec ob hoc solùm hìc assident, verùm & vt te misericordem faciant, & ad misericordiam flexus dei benignitatem admireris. Nam si deus illos nō erubescit, sed in vestibulis suis constituit: multò magis tu ne terrenis ædibus altùm sapias, nec erubescas cùm à paupere vocaris. Et si accesserit, & genua teneat, ne repellas. Canes enim quidam sunt admirabiles regiarum cœlestium: neque contemnens eos canes vocaui, absit, sed magnopere laudans: regiam enim custodiunt aulam, eos igitur pasce. Honor enim ad regem transit. Illic omnia fastus, in terrenis dico aulis: hìc omnia sunt humilitas, quoniam nihil humanum ex ipsis præsertim vestibulis discis. Quòd diuitiis deus non delectatur, ex ipsis pro foribus sedentibus doceris. Horum enim sedes & collectio tantùm nō est admonitio ad omnium hominum naturam vocē emit- M
tens præclaram, & dices, quòd nihil humana sunt, sed fum⁹ & vmbra. Si bonum essent diuitiæ, antè propria deus vestibula pauperes non collocasset: si verò diuites quoque suscipit, ne mireris: non enim propterea suscipit, vt diuites maneant, sed vt à tumore liberentur:
Matt.6.d audi quid eis Christus dicat: Non potestis deo seruire
Ibidē.19.c & mamonæ: & rursum, Difficilè diues ingreditur re-
Marc.10.c gnum cœlorum: & iterum, Facilius est camelū per fo-
&.Luc.18.e ramen acus intrare, quàm diuitem in regnum cœlorum. Propterea diuites admittit, vt hæc audiant verba, vt æternas concupiscant diuitias, vt cœlestibus inhient. Et quid miraris, quòd ad vestibula sua pauperes sedere non dedignantur? ad suam enim spiritualem mēsam eos vocare, & illud communicare conuiuium nō dedignatur. Sed claudus & mutilus, senex & pannosus, sordidus & mucosus, cum iuuene pariter speciosō, & ipso purpuram induto, & in capite diadema gestante futurus mensæ particeps venit, & spirituale petit conuiuium, & iisdem ambo fruuntur, nec vlla est differentia. Et Christus quidem eos ad mensam curii rege simul vocare non dedignatur. Pariter enim ambo vocantur. Tu verò fortè videri dedignaris pauperi dans, vel loquens? O superbiam & fastum? Vide ne
diuiti

A diuiti prisco similia patiamur. Ille vel cernere Lazarū
Luc.16.c dedignabatur: nec ei domum vel tectum communicabat, sed extrà iacebat apud ianuam prostrat⁹, sed nec alloquio ab eo dignus fuit existimatus: sed vide quomodo in necessitate & indigentia constitutus, nullum ab eo consecutus est auxilium. Nam si quos Christus non erubescit, nec nos erubescamus. Christum erubescimus, ipsius amicos habentes pudori. Tua repleatur mensa claudis & debilibus: per hos venit Christus, nō per opulentos. Fortè rides audiens. Itaque ne putes dictum esse meum, ipsum audi Christum asserentem: ne
Ibidē.14.d rideas, sed horrescas. Cùm facis prandium vel cœnā, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos diuites, ne fortè & ipsi te vicissim vocent, & tibi fiat retributio: sed cùm facis conuiuium, voca pauperes, debiles & claudos, cæcos, & eris beatus: quoniam non habent quid tibi retribuant, retribuetur autem tibi in resurrectione iustorū. Et gloria maior hinc nascitur, si tantùm huius es cupidus: ex illis enim liuor & inuidia, accusationes & cōtumeliæ, multusq; timor, ne quid præter decorum fiat: & tan-
B quam domino seruus assistis, & si maiores sint, ab eis accusationem & redargutionem timens: in his autem huiusmodi nihil, sed quæcunque eis apposueris, cū voluptate cuncta suscipiunt, & multus plausus, splendidior gloria, maius miraculum. Non sic illis applaudūt, sicut his omnes audientes: si verò non credis, tenta tu qui diues es, qui duces & principes vocas, voca pauperes, & ex his imple conuiuium, nisi ab omnib⁹ tibi plaudatur, nisi ab omnibus ameris, nisi omnes vt patrem habeant. Illorum quidem conuiuiorum emolumentum nullum, pro his verò cœlū est repositum, & quæque sunt in cœlis bona: quæ nos omnes assequi detur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri, simul & sancto spiritui gloria, imperium & honor nunc & semper, & in secula seculorū, Amē.

CONTRA IRASCENTES,
Homilia.xxix. Ex actibus Apostolorū.

NOn sic homines beneficiis adducuntur, sicut timore castigantur. Admirabiles autem & magni, & deo grati, nullius horum indigent.
C Talis erat Paulus: non enim regna non gehēnæ rationem habebat. Hoc enim Christum diligere, hoc non esse mercenarium, neque quæstum pietatem existimare, aut dei verbum adulterare: sed virtute veraciter es se prædituꝝ, & propter dei dilectionem omnia facere. Quot itaque dignum lachrymis, cùm tantam debentes mensuram, neque saltem tanquam institores cœleste regnum curemus? Tanta nobis Christus pollicetur, nec ita dignus censetur audiri. Quid hac peius inimicitia fieri possit? Atqui pecuniarum amore furentes, licèt inimicos, siue seruos, siue atrocissimos hostes, siue malos omnes inuenerint, si tantùm sperent quòd per eos pecunias acquirere possint, omnia faciunt, assentantur & blandiuntur, seq; seruos exhibent, & se tā tùm omnibus honestiores esse putabunt, vt ab eis aliquid capiant. Pecuniarum enim spes horum nihil cogitare permittit. Regnum autem non potuit, quantum pecunia: quinimo nec minimam partem. Non enim quilibet est qui pollicetur, sed ipso maius habetur regno ab huiusmodi sumere. Nunc itaque fit idem, quale si rex suos quidem hæredes, filij verò cohæredes post alia quoque innumera beneficia nos constituere voles contemnatur. Latronum verò princeps, qui nos, parē-
tesq; nostros innumeris affecit incommodis, & infini⁹ D
tis plenus est malis, & nostram confudit gloriam & salutem, vno tantum obolo prætento à nobis adoratur. Regnum deus pollicetur, & contemnitur: gehennam ministrat diabolus, & honoratur. Hic deus, ille diabolus: sed præceptorum videamus differentiam. Si nihil enim horum foret, nec hic quidem deus, ille verò diabolus: nec hic quidem regnum, ille verò gehennam præberet: ipsa mandatorum natura facilè persuadere posset, vt huic adhęreamus. Quid enim deus mandat? ea quæ faciunt glorioſos: diabolus quæ cōfundunt. hic quæ innumeris inuoluunt ærumnis & ignominiis: ille multam quietem habētia. Nam vide quęso, hic inquit: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris: at ille. Ferus esto & immitis, & bile tumens, & iracundus, & fera magis, q̄ Matt.11.d
homo. Videamus vtrum vtili⁹, quid verò magis expediat. Ne hoc, inquit, dicas: sed cogita quòd diabol⁹ est. Optimè quidem, si illud ostenderetur. Sustinere labores oportet, & victoriæ præmia vicissim erunt maiora. Non enim qui facilia præcepit, hic nostri curam gerit, sed qui vtilia: quoniam & patres grauia filiis iniū- E
gunt, sed propterea sunt patres, & rursum seruis domini: at plagiarij & perditores contraria: veruntamē quòd & voluptatem habeant, est inde manifestum. Inter quos enim esse putas bile percitum? Inter quos verò tolerantem & mitem? nónne huius anima quidem solitudini cuidam est similis multam habēti quietem: illius autem foro & tumultui, mediisq; ciuitatibus, vbi multus euntium & redeuntium clamor camelorum, mulorum & asinorum, & accedētium aures agasonibus multo replentibus sonitu ne conculcentur: & rursum argentariis & ærariis vtrinque cudentibus, & his quidem molestiam patientibus, his autem inferētibus? At mitis huius mēs cuidam montis vertici simulis est, auram quidem habenti tenuem, purum verò radium, pura fontium fluenta, multasq; florum amœnitates, vernantiúmque pratorum & ortorum plantis & floribus frondentium, & aquis viridantium irriguis. Si quis autem & sonus immurmuret, dulcem & multam insparget audientibus voluptatem: vel aues enim canoræ summis arborum insident frondibus, & cicadæ ac philomelæ, & hirundines concentum quendam cō F
corditer efficiunt musicum. Vel Zephyrus arborum foliis sensim aspirans, pinos & piceas susurrantes, & cygnos frequenter imitans, & rosæ ac violæ & flores se leniter inclinantes, & viridantes quasi mare cæruleum blandè fluctuans exhibent: quinimo multas aliquis inuenire posset imagines. Nam cùm in rosas quidem respexerit, itidē se videre putabit: cùm verò violas, pontum fluctuantem: at cùm lilia, cœlum. Nec aspectu verò tantùm, & visu huiusmodi tunc delectabitur, verùm & ipso corpore pratum intuētis, illum magisq; remittit, & respirare facit, vt se magis in cœlo quàm in terra esse censeat. Est & alia quædā vox, cùm à vertice mōtis aqua per riuos spōtè defluens, & subiectis lapillis quieto sono sensim immurmurat, & ita membra resoluit per voluptates, vt statim laxativum oculus somnum ingerat. Audistis cum delectatione narrationem? Fortè iam & solitudinis amatores estis facti, sed hac solitudine iucundior est multò longanimis viri anima. Nō enim vt pratum describeremus, nec vt ad ostentationem verba produceremus, hanc attigimus similitudinem: sed vt per descriptionem videntes, quanta sit longanimorum voluptas, & quòd mul-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G to magis cum longanimi viro conuersans quis delectaretur & iuuaretur, quàm in talibus conuersans locis, hos sectemini. Cùm enim neque spiritus vehemẽs ex hac exeat anima, sed mites quidam sermones & benigni, verè illam Zephyri lenitatem & quietem imitatur: & admonitio nihil quidem habens austerum, canoras autem imitans aues: quomodo non hoc melius? Nõ enim corpori illiditur sermonis aura, sed animos refouet calentes & exæstuantes. Neque febricitantem medicus hominem tã citò liberauerit à febre per qualencunque sedulitatem, quàm longanimis homo iratũ & ira ardẽtem petens propriorum spiratione sermonum refrigerauit. Et quid dico medicum? neque ferrũ ignitum, & aquæ immersum tam citò calorem amitteret, quàm in longanimem mentem incidens iracundus. Sicut autem si forum ingrediantur aues canoræ, nugæ esse viderentur, ita quidem & monita nostra in iracundas animas incidentia. Iucũdior igitur mansuetudo bile & audacia: sed illud quidem deus, hoc autem diabolus mandauit. Videte quòd non temerè dixi, ꝙ etsi non esset diabolus & deus, ipsa per se præcepta po-
H terant nos monere. Hic quidem & sibi iucundus, & aliis vtilis: ille verò & iniucundus sibi, & aliis dãnosus: nihil enim iracundo homine insuauius, nihil grauius, nihil infestius, turpius nihil: sicut è contra, nil nescio irasci iucundius. Feræ potius quàm iracundo homini cohabitandum est. Nam illa cùm semel mansuefacta fuerit, suam seruat legem: hunc autem quotiescunque mitigaueris, rursum efferatur, nisi quis in talem habitum ipsum induceret. Sicut enim dies clara & serena, & hyems multæ plena tristitiæ: itidem & irascentis animus, & mãsueti. Sed nondum aliis noxia videamus ingruentia, sed ipsis: atqui & hoc non exiguum damnum, alteri malum aliquod inferre. Veruntamen hoc interim consideremus: Quis tortor ita laniare latera poterat? Quæ ignita tela corpus ita perforarent? Quis furor ex naturalibus ita sensibus excedere facit, sicut furor & iræ consternatio? Noui multos ex ira morbos incurrisse, & febrium difficillimæ præsertim hæ sunt. Si verò ita corpora læduntur, animas cogita: ne cogites enim quod non vides, sed cogita, si malitiam suscipiens ita læditur, quantum patiens patietur detri-
I mentum. Multi oculos amiserunt, in grauissimum multi morbum inciderunt: generosè quidem ferens omnia facilè sustinebit. Veruntamen talia tanquam grauia imperat, & horum nobis mercedem statuit gehennam, & diabolus est, & nostrę salutis inimicus: & magis huic quàm Christo paremus, qui saluator est & benefactor, & protector, & talia dicit, quæ iucundiora sunt & honestiora vtilioraq;, ac magis expediunt, & nobis & necessariis nostris plurimùm prosunt. Nil iracundia peius, charissimi, nil ira intempestiuius. Non opus est multa dilatione, acutus est morbus. Frequenter ex ira verbum aliquis emisit, ad cuius remedium totius indiget vitæ: & aliquid commisit, quod omnem ipsius vitam subuertit. Hoc enim est difficile quod in breui tempore, & per solam actionem, & per vnum duntaxat verbum æternis nos frequenter excluſit, & multos euacuauit labores. Itaque vos hortor, vt omnia faciatis, vt hanc feram cohibeatis. Et hæc quidem de mansuetudine & iracundia sint dicta. Si quis verò sermoni & alia adiciat, vt auaritiam, & pecuniarum contemptum: inanis gloriæ cupiditatem, & veram gloriã, lasciuiam & modestiam, inuidiam & benignitatem, & alteram alteri vicissim opponat, tunc differentiam intelliget. Vide- K
tis, qualiter ex præceptis dũtaxat hic quidem deus, ille verò diabolus esse monstratur? Pareamus itaque deo, nec in barathra nos præcipitemus: sed dum tempus est, equum cohibeamus, ne sessorem subuertamus: iræ amputemus alas, nec amplius malum in altitudinem extolletur. Acutum enim est ira vitium, acutum & efficax animas nostras furari: propterea passim oportet ei aditũ obstruere: absurdum enim est, feras quidẽ mã suefacere posse, animam verò nostram insolescentem despicere. Ignis est vehemens ita, omnia deuorans: nã & corpus perdit, & animam corrumpit, & reddit insuauem, & visu quenque turpissimum. Quòd si furoris tempore posset irascens sibimetipsi notus fieri, non alia foret opus admonitione. Nihil enim irascẽtis deformius aspectu. Ebrietas quædam est ira, imò verò difficilior ebrietate, & dæmone miserabilior: sed si modestè agere meditemur, optimam philosophiæ viam inueniemus: propterea Paulus cum ira clamorẽ quoque sustulit. Pareamus itaque totius philosophiæ præceptori, & cùm in seruos irascimur, nostra cogitemus peccata, & eorum confundamur mansuetudine. Nam L
cùm tu quidem afficias contumelia, ille verò contumeliam tacitè toleret: & tu quidem indigneris, ille verò philosophetur: hoc pro omni capias admonitione. Etsi nanque seruus est, homo tamen, & animam habens immortalem, & iisdem à communi domino donis est honoratus. Si autem in maioribus & spiritualibus nobis compar humanam quandam & vilem excellentiam à nobis illata tam æquè fert: qua digni venia nos essemus, qua tandem excusatione, propter dei timorem philosophari valentes, magis verò nolentes, sicut ille propter nostri timorem? Hæc igitur omnia pẽsantes, & nostra cogitantes peccata, & communem humanitatis naturam, vbiq; leniter loqui meditemur, vt humiles facti corde, requiem animabus nostris inueniamus præsentẽmque & futuram: quam vt omnes assequamur, fiat gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, simul & sancto spiritui, in secula seculorum, Amen.

ODE IRA. *Homilia.xxx.*

ET si belli tempus non est dilectissimi, fidu- M
ciæ tamen tempus semper est? ait enim, Lo- Psal.115.d
quebar in conspectu regum, & non confundebar. Si inter medios incidamus gentiles, sic eos obmutescere faciamus absque ira, absque sæuitia. Nam si cum ira hoc facimus, non iam fiducia, sed animi vitium esse videtur? sed si mansuetè, hæc est verè fiducia: non enim simul esse possunt meritum & delictum. Fiducia, meritum: ira, delictum. Oportet itaque nos, si fiduciam habere cupimus, ab ira mũdos esse, ne quis illa cogitet verba. Etsi iusta dicas cum ira, cuncta perdidisti, siue fiducialiter agas, siue commoneas, siue quodlibet geras. Zelus enim venia carens, non zelus, sed ira potius est: & correctio humanitatem nõ habens, inuidia quædam esse videtur. Vide beatum Stephanum non cum furore loquentem (non enim contumeliose locutus est) sed eos sermonis prophetici commouit. Quoniam enim non erat ira, cùm Actor.7.g
malè patiebatur, tunc pro eis orabat dicens: Ne statuas eis hoc peccatum. Eis itaque non irascens, sed pro eis dolens & mœrens hæc loquebatur. Quoniam & aspectum propterea dixit, quòd viderunt faciem eius, tanquam faciem angeli: vt credamus, mundi simus igitur

A igitur corde. Non habitat spiritus sanctus vbi furor: maledictus iracundus. Nihil sani potest emanare vnde procedit ira: sicut enim in maris tempestate multus tumultus, clamor magnus, nec ibi quis philosophandi tẽpus habet: ita nec in ira. Si quid philosophicum anima vel doceri, vel dicere debeat: opus est sit prius in portu. Non vides, quemadmodũ cùm volum⁹ de quibusdam necessariis loqui, loca tumultu libera obseruamus, vbi quies, vbi tranquillitas, ne de proposito extrahemur? Sed si exterior disturbat tumultus, multò magis interior turbatio. Siue quis orat, incassum ira vexatus & cogitationibus orat: siue loquatur, rursum erit obnoxius risui: siue comedat, & ita quoq;: siue non comedat, itidem lædituꝛ: siue bibat siue non bibat, siue sedeat siue stet, siue vadat siue cubet. Nam & in somniis tales concipiunt imagines. Quid enim horum nõ fuerit absurdum? Tristes oculi, os obtortum, membra mobilia & tumentia lingua polluta, nemini parcens, mẽs in excessu posita, indecens habitus, tædij multum. Vide dęmonibus pressorum vultus, ebriorum & furentiũ. Quid inter se differunt? nónne furoris totum est?
B Quid enim si hoc ad tempus efficitur? Nam furens ad tempus premitur: hoc autẽ quid peius, ꝙ & se non confunduntur excusare? Nescìebam, inquit, quid dicerem. Et quare nescìebas hoc, cùm sis homo rationalis? Rationem habens, irrationalium opera facis, tanquam effrenis equus furore correptus & impetu? Et excusatio quidem est accusatione digna. Vtinam enim scisses quæ dicebas. Iræ sunt, inquit, verba, non mea. Quomodo sunt illius? Certè vires ira non habet, nisi sumat abste: quale si quis dicat: Manus sunt, non mea vulnera. Quid maximè putas ira opus habere? nónne bellum & pugnam? Verùm & illic si quid cũ ira fiat, omnia perdita fuerint & perierint. Præcipuè nanque pugnantes irasci nõ oportet, maximè cõtumeliam inferentes nõ oportet irasci. Et quomodo pugnandum est? Ratione, Pugna, quid
mansuetudine. Pugna siquidem est ex contrario cõsistere. An non vides & hæc bella, lege, compositione, & temporibus definita? Ira nanque nil aliud est, quàm irrationalis impetus: irrationali vero rationale fieri potest nihil. Quoniam & hic talia loquebatur, & nõ ira- 3.Reg.18.d
scebatur, & Helias dicebat: Quousque claudicabitis vNúc.23.b
C trisque noplitibus vestris? & non irascebatur. Et Phinees iugulabat, & non irascebatur. Nam ira videre nõ permittit, sed velut in pugna nocturna colligans omnia, & oculos, & aures, sic operatur. Ab hoc igitur dæmone liberemur, cum corripiamus incipientem, sigillum pectori quasi quoddam frenũ imponamus. Canis est impudẽs ira, sed legem audire discat. Si fuerit canis in grege tam ferus, vt nõ obediat iubenti pastori, nec eius vocem agnoscat, omnia perdita sunt & corrupta: cum ouibus pascitur: sed si oues gustauerit, inutilis est, & iugulatur. Sed si te discit audire, ale canem, vtilis erit contra lupos, & cõtra piratas, contra latronum principem, non aduersus oues, nõ aduersus domesticos: si non audiat, omnia corrumpit: si cõtemnere didicerit, omnia perdit. In te mansuetudo non absumatur, sed si custodiatur ira, & pinguis reddatur, & in tuto pasci curabit, si sceleſtas cogitationes & improbas absumat, si diabolum vndique pellat: ita mansuetudo conseruatur, cùm improba nusquam affuerint opera. Ita venerabiles efficimur, cùm impudenter agere non discimus. Nihil enim ita facit impudẽtem, quàm mala conscientia. Quare meretrices sunt impudẽtes? quare virgines verecundæ? Nonne illæc a peccato? nõ hæc ex modestia? Nihil enim tam impudentem facit D
quàm peccatum: imò in contrarium, inquit, confundit. Confundit eum quidem, qui seipsum condemnauerit: at eũm qui frontem perfricuerit, efficit procaciorem. Qui nanque de seipso desperauit, efficitur audax: dicitur enim, Impius cùm in profundum malorũ Prou.13.a
venerit, contemnit. Impudẽs autem etiam temerarius fuerit, temerarius autem & audax. Vides quomodo mansuetudo consumitur, cùm malæ cogitationes eam corroserint? Propterea talis est canis multùm latrans. Est funda nobis & lapis, nostis quod dicitur: est & hasta nobis, & mandra, & stabulum. Cogitationes innoxias custodiam⁹. Si canis ouibus quidem aduletur, aduersus autem externos sæuiat & vigilet: hæc est canis virtus, & licèt esuriat, ex ouibus nõ gustare: & licèt in Ibidẽ.18.a
saturitate sit, lupis nõ parcere. Talis est & ira, siue quis mordeat, ab humanitate non recedere: siue quiescat, aduersus malas insurgere cogitationes. Et proprium quidem & proximum non derelinquere, sed agnoscere, alienum autem & adulando lædere. Adulatur frequenter diabolus, vt canis. Aduertas ꝙ alienus est: ita Canis virt⁹.
nos quoq; virtuti, licèt tristitiam afferat, blandiamur: E
& à malitia, licèt oblectet, auertamur: ne canibus peiores efficiamur, qui licèt flagellentur, & angantur, non recedunt: si verò alienus eos etiam pascat, ita quoque tamen infestant. Est vtilis ira quandoque, sed cùm aduersus alienos latrat. Quid est, Qui irascitur fratri suo
sine causa? Est hoc, ne seipsum vlciscaris, neque vindi- Mat.5.c.
ces. Si inimicum videas pereuntem, manum porrige. Non etiã hoc ira est, cùm propria fueris absolutus passione. Cepit Saulem Dauid, nec irat⁹ est, nec hasta trãs- 1.Reg.24.a
fixit hostem captum, sed diabolũ vltus est. Moses cùm alienum quidem iniuriam inferentem videret, occi- Exod.2.b
dit: cùm verò proprium, non itidem, sed fratres quidẽ conciliabat, illos verò nequaquam. Mansuetissimus Núc.12.a
Moses, vt scriptura testatur, vide q̃ solers erat: nos autem non ita. Sed vbi quidem exhibere mansuetudinẽ opus est, omnibus feris sæuiores sumus, minimè, prout opus est, in nobis posita disponentes. Propterea quidẽ in nullum meritum vita nobis est impensa. Et in supellectilib⁹ quidem, si qua alius aliter vtatur, omnia perdita sunt: si sumpto gladio, vbi eo sit opus vti & incidere, manu vtatur, nihil proficiat: rursum vbi manu sit F
vtendum, gladium adhibens, omnia perdiderit: Sic & medicus, vbi quidem sit incidendum nõ incidens, incidens autem vbi non incidendum, omnia corrũpit. Propterea rogo, re pro tempore vtamur. Iræ siquidem tempus nullum, cùm nobis auxiliamur. Si verò sit opus alios corrigere, tunc ea præsertim oportet vti, vt alios eruamus. Non cernitis dæmonibus præssos, cùm à vexatione requieuerint, quàm sint tristes, quàm mœsti, quanta sint eorum facies verecundia plenæ, quomodo nec è contra respicere audeant? Inconuenientiam vide. Illi quidem de his quæ patiuntur, erubescũt: nos autem de his quæ gerimus, non confundimur. Illi quidem iniuriam patientes, verecundiam sustinẽt, nos autem iniuriam inferentes, non erubescimus: licèt illorum casus non pudore sint digni, sed misericordia & fauore ac venia, & multa admiratione, & innumeris laudibus, cùm taliter impugnantem sustinentes dæmonem omnia æquè fecerint: at nostra verè risu, verecundia, accusatione, castigatione, pœna, supremis malis, & gehenna, nec vlla sunt venia digna. Vides quòd dæmone peius est peccatum? Et illi quidem ex his quæ patiuntur, duplex lucrum lucrantur: vnum

Universidad de Deusto
Biblioteca

G quidem,quòd corriguntur,& modestius agunt: secundum verò,q̃ propriorum hîc dantes peccatorum pœnas,ad dominum mundi transeunt.Pro hoc enim frequenter locuti sumus,quòd hîc pœnas luêtes, cùm æquè ferant,peccata multa deponere credẽdum est. At ex peccatis duplicia sunt mala,vnum quidem quòd offendimus:secundũ verò,quòd peiores euadimus. Aduertite quæso,quod loquor.Non hoc solum ex peccato detrimẽtum ferimus, quòd peccamus: sed & aliud, quòd habitum anima suscipit,sicut in corpore.Per exẽplum quod dicitur,reddetur manifestius. Sicut inquã febre correptus,non tantùm hanc passus est molestiã, quòd infirmatus est, verùm & quòd post morbũ iam erit imbecillior,licèt ad bonam valetudinem ex longa redeat ægritudine.Sic quidẽ & in peccato,licèt valeamus,etiam multa indigemus fortitudine. Age mihi quempiam contumeliosum, licèt contumeliæ pœnas non dederit,& aliud tamẽ lugendum est,quòd eius anima reddita sit impudẽtior.Peccatorum enim quoque,& crimine patrato & transacto, quoddam in anima nostra venenum reponitur . Non audis quosdam
H dicentes cùm bene valeant:nondum aquam audeo bibere?Atqui conualuit quidem,sed morbus & hoc intulit detrimẽtum. Et illi quidem malè patientes gratias agunt,nos autem rebus vtentes prosperis,blasphemamus deum,& indignamur . Plures enim in diuitiis & sanitate deprehenderis hoc facientes,quam in paupertate,malaq; valetudine.Ingruit enim dæmon,quasi verè tortor acerrimus multa dicens, tanquam pædagogus quidam intendens lorum, sinens nusquam diffundi.Si qui verò nec prorsus vigilant,nec illi dãt pœnas, parum hoc curandum,tanquam stulti,tanquam furentes,tanq̃ pueri pœnas non exigunt? nemo nanque tam sæuus qui eorum quæ geruntur , imprudenter pœnas vnquam exigat . Multò peius itaque pressis dæmonio sumus,qui peccamus,dispositi:sed quoniam non spumamus,nec oculos contorquemus,nec manus. Vtinã hoc in corpore pateremur , & non in anima . Vis tibi monstrem animam spumantem & immundam?Cogita iracscentes & ebrios ex ira.Qua spuma non emittũt immundiora verba?Verè velut fœtidam saliuam emanant.Et sicut illi præsentium norunt neminem,ita nec hi,obtenebrata eis mente,& oculis cõuersis,non amicum,non inimicum,non venerabilem , non contemnendum,sed omnes similiter aspiciunt. Nónne vides eos trementes,sicut & illos?At non humi sternuntur, sed eorum anima iacet humi,& palpitans cadit.Si nãque recta stetisset,nõ passa fuisset ea,quæ passa est. An non esse tibi videntur animæ prostratæ,& propria spoliatæ solertia,quæ faciunt & dicunt ebrij iræ?Est & alia furoris species difficilior.Qualis autem hæc? Cùm nec iram dimittere sustinent,sed proprium malũ apud se nutriunt,mali memoriam quasi quendam tortorẽ. Ipsos enim primos occidit m[illegible] recordatio,vt omittã futura.Quantum esse putas tormentum homini præcordia percusso, quotidie qualiter inimicum vlciscatur considerantiPriorem semetipsum punit & castigat,intra seipsum tumens,aduersus se pugnans & exardescens.Nam necesse semper est apud te ignem accẽsum esse.Et febrem intantum extendens nõ sinis desistere . Et illi putans malie quippiam inferre,temetipsum ipse consumis,flagrantem semper & vigentem ferens flammam, nec animam permittens requiescere, sed semper sæuiens , & in turbatione mentem habens & procella.Quid hoc grauius furore, semper esse tristem,& inflatum,& semper ardere ? Tales enim sunt K
mali memoriam seruantium animæ.Cùm eum,quem volunt vlcisci,viderint,statim consternati sunt:si vocem audierint,concidunt,tremunt.Si lecto recubent, innumeras sibi fingunt pœnas , suspendentes, suumq; torquentes inimicum:ad hæc verò, si bene se gerẽtem viderint.O vltionem.Ergo peccatum ei dimitte , & à tormento temetipsum absolue . Quid manes semper supplicium sustinens,vt illum semel punias & vlciscaris?Quid struis,teipsum ægritudine consumens?Quid iram animo tuo exolui volentem cohibes? Nec ad ve Ephes.4.f
sperã vsque maneat,inquit Paulus: tanquã enim tabes quædam & tinea , mentis nostræ radicem corrodit.Quam tuis visceribus feram includis?Satius est anguem vel viperam in corde tuo latére , quàm iram & rancorem.Illa nanque nos repentè relinquunt,hęc autem semper remanet,dentes infigens, infundens venenũ,graues adducens cogitationes. Ne me derideat, inquit,ne me contemnat. Homo miser & ærumnose, non vis à conseruo derideri,sed à domino tuo pateris odio haberi:non vis à conseruo contemni, sed dominum contemnis,& ab eo cõtemni non toleras? Deum L
autem ægrè ferre non censes,quòd eum derides,quòd eum contemnis,ei nolens obtemperare? Quòd autem te nunc deridebit,inde manifestum est . Itaque si procedas quidem,multum est risus,contemptus multũ,pusilli siquidem opus est animi.Si verò dimittas,admiratio multa,magni quippe fuerit hoc animi . Nescit inquit.Sciat deus,vt maius habeas meritũ:ait enim, Facite non valentibus nobis retribuere . Et ita beneficiũ Lucæ.6.c
conferimus in neque sentientes se beneficium accipere,ne nobis laudem vel quodlibet retribuentes , nobis mercedem diminuant:cùm enim ab hominibus nihil acceperimus,tunc à deo maiora recipiemus. Quid verò risu digni?Quid anima semper irascente frigidius & euadere volente? Muliebris hæc & puerilis electio. Sicut enim pueri & aduersus inanimata solent irasci, & nisi mater pulset pauimentum,iram non sedãt , ita scilicet & hi eos qui iniuriam intulerunt,volunt vlcisci.Igitur ipsi risu sunt digni.Ab ira nanque teneri puerilis est sententiæ,at vincere fortitudinis est.Non itaque deridebimur,cùm philosophabimur,sed illi. Nõ est contemptibilium hominum ab ira non vinci. Con M
temptibilium autem est,ita timere risum extrinsecus, vt propterea capiantur,& proprio succumbant vitio, & deum offendant,seq; vlciscantur.Hæc verè risu sũt digna,hæc fugiamus.Dicat,q̃ infinitis nos afficiẽs malis nihil ipse passus est.Et dicat,quòd etsi iterum nobis conuiciaretur,non aliter virtutem nostram prædicaturi.Non alia quæsiisset verba, si laudare nos voluisset,quàm hæc quæ dicit superare se putans . Vtinam omnes hæc de me dicerent,quòd frigidus homo sum & ignauus.Omnes in eum contumelias iactant , ipse verò patitur : omnes insultant, at ipse non vlciscitur. Vtinam adderent:Neque si velit,potest , vt mihi laus sit à deo,& non ex hominibus.Dicat,quòd propter frigiditatem non vlciscitur.Nihil hoc nobis nocet,cùm deus nouerit,sed nostrum in maiori custodia thesaurum cõstituit.Sed velimus ad eos respicere , omnibus excidemus.Non quid dicant, sed quid nos decet,consideremus.Ne me derideant,inquit, & insultẽt aliqui. O dementiam.Nullus mihi,inquit,iniuriam faciẽs risit derisit,hoc est euasi.Et ex hoc quidem derideri debes. Vnde hæc verba,quæ pudoris sunt & mortis irrepserunt,vitæ conuersationis q; nostræ subuersio? Contraria

A ria deo loqueris.Quod deo parẽ facit non vlcisci,hoc risum existimas?Non propterea digni sum⁹,qui rideamur,& à nobismetipsis,& à Gentilibus,cùm ita deo cõtradicamus?Volo quiddam apud antiquos gestum cõmemorare,non de ira,sed de pecuniis.Erat quidam locus thesaurum habens absconditum , cùm hoc nesciret dominꝰ,locum alienauit.Qui emerat, cùm perfoderet,vt agrum plantaret & excoleret,repositum inuenit thesaurum:cumq; venisset ad venditorem,vt thesaurum reciperet,cogebat:locum enim se dicebat emisse,non thesaurum.Vicissim ille respuebat donum, dicens:locum vendidi,nec vllum in eum ius habeo . in quæstionem venerunt,vnus quidem dare volens , alter verò contendens ne reciperet. Et quendam conuenientes virum disceptabant,& postea discebãt ei. Cui debet attribui thesaurus?Ille verò sententiam nõ protulit,dixit enim se quæstionem soluturum & se possessorem futurum.Cumq; sponte concessissent, innumera postmodum mala sustinuit : & quòd meritò illi ab eo discessissent,ipsa re didicit.Hoc & de ira fieri oportet,& nos contendere,ne vlciscamur,& iniuriam operatos vt pœnas luant contendere : sed hæc fortè risus B
quidem esse videntur . Cùm enim amplius insania dominetur , modesti deridentur, & inter multos furentes non furens furere putatur . Propterea hortor resipiscere,& nostri iuris fieri , vt ab hac pernicioſa peste mundati, cœlorum regno digni possimus à deo patre censeri , gratia & miserationibus vnigeniti eius filij,cum quo patri,simul & spiritui sancto gloria , potestas & honor,nũc & semper,& in secula seculorum, Amen.

DE IRA,ET LONGANIMITATE, ET *mansuetudine.* *Homilia.xxxi.*

NAgnum verè quiddam est,charissimi, generosus & ingens animus. Et propterea promptitudine nobis est opus, ardore multo, animo ad mortẽ expositoalioqui non licet nisi cruci confixum,regnum assequi,ne nosmetipsos fallamus.Nam si pugnantes saluos esse non licet , delicias & quæstui vacantem,& abutentem , & torpentem in hac pugna magis oportet periclitari . An non esse putatis pugnã Ephes.6.b
omnium pugnarum difficillimam? Non est nobis,inC quit,colluctatio aduersus carnem & sanguinem.Nam & prandentibus , & ambulantibus, & nos lauantibus adest hostis,nec vllum nouit induciarum tempꝰ, præterquàm somni solùm:quinimo tunc quoque frequenter impugnat,& immundas ingerens cogitationes, & ex somniis impudentiores efficiẽs.Non vigilamus,nõ expergiscimur , non respicimus in potestatum nobis oppositarum multitudinem,non cogitamus quòd hoc ipsum est maximè infœlicitatis nostræ.Tot enim bellis obsessi,tanquam in pace delectamur.Credite mihi, peiora sunt quæ nunc patimur his, quæ Paulus perpessus est.Eum illi lapidibus cædebant: sed nunc accidit, vt verbis lapidibus difficilioribus feriamur.Quid igitur?oportet quod ille fecit,etiam nos facere.Percutiẽtes non odit,sed eorum qui traxerant se,rursum cupiditatem intrantẽ,tales operatos iniurias beneficiis affecturus.Si tu quoque pertuleris contumeliarum authorem asperum,indignè de te meritum , & tu lapidatus fueris:ne dicas enim, iniuriam nullam intuli.Quid erim iniuriæ commisit Paulus vt lapidaretur? Regnũ annunciabat , abducebat ab errore,ad deum ducebat. Hæc coronis digna sunt,hæc prædicatione, hæc innumeris bonis,non lapidibus.Veruntamẽ contraria passus,contraria faciebat. Hæc enim splendida victoria. D
Et traxerunt eum,inquit, & te frequenter trahunt: tu Actor.14.c
verò ne iraſcaris,sed prędica verbum cum mansuetu- &.21.f
dine.Affecit te contumelia,tace & benedic,si potes. Et prædicaueris quoq; verbum , humanitatem docueris, docueris mansuetudinem. Noui multos non ita vulneribus dolentes,sicut verborum percussione:illã quidem plagam corpus excipit,istam anima . Sed ne doleamus,imò verò dolorem passi perferamus. Non vi-
ꝺ detis pugnantes,qui cùm in capite vulnerantur, dentes comprimentes,ita quietè dolores sustinent?Nõ opus est stridere dentes, non opus mordere.Recordare domini tui,& statim memoriæ medicamentum impositum sueris.Recordare Pauli . Cogita quòd tu qui percuteris,vicisti,ille verò qui percussit victꝰ est:& tu per hoc omnino sanatus es.Momẽtum est:& totum illico perfecisti.Ne simul abducaris, neq; mouearis , & totũ extinxeris.Magna consolatio propter Christum aliquid perpeti.Non prædicas fidei verbum , sed philosophiæ verbum prædicas.At,inquies,quãto maiorem viderit humanitatem,tantò magis vrgebit . Igitur propterea doles,quoniam mercedem tibi maiorem accumulat? E
sed inutilis efficitur,inquies.Hoc est propriè considerationis pusillanimitatis. Et aliter enim fit inutilis,etiã si vlciscaris.Si deus scisset,quòd inutiles fiant iniusti,eò quòd ab eis vltio non sumatur:non hoc feciſſet,sed dixisset,Teipsum vlciscere.Sed nouit,quòd aliter magis proficitur.Noli contrariam deo legem sancire, illi pare.Non es tu melior eo qui fecit nos.Ipse dixit,Contumeliam patiens æquè feras:tu dicis,contumeliam refero,ne fiam inutilis:tu maiorem igitur illius curam geris.Hæc vitij sunt, & procacitatis , & superbiæ verba, quæ deo contraria sanciunt.Nam licèt etiam lædere- Prou.15.a
tur,nónne parére oporteret?Cùm quid deus iubet , ne nos contrariam feramus legem . Responsio , inquit, succumbens auertit iras nõ aduersans. Si tibi prodest, Luce.4.d
& illi prodest:si verò te debentem illum corrigere lædit,multò magis illum.Medice cura teipsum.Maledixit,tu benedic:conuiciatus est, tu lauda:insidiatus est, tu bene merere:contraria ei retribue,si modò prorsus salutis eius prouidentiam geris , neq; iniuriã tuam vis vlcisci.At frequenter,inquis,longanimitatem nactus peior factus est: hoc nó propter te,sed propter ipsum. F
Vis discere,qualia passus est deus? Ipsius altaria suffoderunt,prophetas occiderunt,& omnia ferebat. Num Rom.11.a
superne fulmen emittere poterat? sed postquàm prophetas misit , & eos occiderunt , tunc misit filium: cùm maiorem aggressi sunt impietatem , maioribus eos prosecutus est beneficiis . Et tu cùm videris exasperatum , magis cede:maioris enim hic furor indiget remedij . Quantò grauiores infert contumelias, tantò maioris indiget mansuetudinis . Et sicut febris cùm vehementer spirauerit , tunc eget cedente : sic & irascens . Bestiam , cùm maximè efferatur , tunc fugimus omnes ; sic & irascentem . Hoc ne honorem esse censes, quoniam & bestiam honoramus & furentes, cùm declinamus?Nequaquam. Nota magis hæc est & contumelia:imò verò neque nota , neque contumelia, sed misericordia & humanitas.Nõ cernis naues,cùm vehemens ventus spirauerit,vela demittentes,ne submergatur nauigium?Equos,cùm in cãpum delati sessorem abripuerint,à sessore non retrahi,ne vires incassum exhauriat?Ignis est ira,flamma est velox, indigẽs materiæ . Igni fomitem ne præbeas, & statim malum extinxeris. Nõ habet ex se fortitudinem ira,nisi sit alter

Universidad de Deusto
Biblioteca

G ter qui nutriat eam. Nulla tibi est excusatio. Ille furore tenetur,& nescit quid agat: tu cõspiciens eum, cùm in eadem incideris: nec ex illo fueris correctus, quã veniam sperabis? Si quem in conuiuio constitutus ab initio videris ebrium & turpiter agentem, nónne multò magis post illum inebriatus venia fueris indignus? Itidem & hìc, quàm excusationem esse putamus, dicẽdo scilicet, egò non cœpi: hoc contra nos est, quòd nec illum conspicati, sumus correcti. Vt si quis diceret, Ego prius non interfeci: propterea nanque puniri dignus es, quoniam nec exemplum intuitus temetipsum coërcuisti. Si videris vomentem ebrium, distrahi, dissipari, oculos habere distentos, immunditia mensam implere, omnes eum fugere, & postmodum in eadem incidas: num eris magis odiosus? Talis est & irascens, imò verò vomentis venas intendit, oculos inflammat, distrahit intestina, verba multò illis immundiora cibis eructat, indigesta loquitur omnia, elaboratum nihil: non enim ira permittit, sed sicut illic humorũ immoderatio stomachum vexans, vt plurimùm omnia eiicit: itidem & hìc immodicus feruor, animam vexãs ea
H tegere, quæ tacere bonum est, non permittit, Sed effabilia dicit, & ineffabilia, nõ audientes, sed seipsum dedecorans. Sicut igitur à vomentibus fugimus, sic & ab irascentibus, puluerẽ eorum iniiciamus vomito. Quid agentes? tacentes, canes vocemus, vt ipsa deuorent vomita. Noui, quòd audiẽtes nauseam patimini: sed cùm hæc fieri videritis, hoc volo vos tunc pati, non autem super facto delectari. Cane sordidior est cõtumeliis gaudens, qui reuertitur ad vomitum suum. Nam si postquàm semel euomuit, destitisset, non esset par illi: si verò rursum eadem vomit, manifestum est quòd eadem comedit. Quid itaque tali magis abominabile? Quid autem illo sordidius ore, quod tales cibos manducauit? Atqui hoc est opus naturę, illud verò minimè: imò verò & hoc præter naturam, & illud. Quomodo? Non enim secũdum naturam est, temerè contumeliã infere, sed prẽter naturam. Nihil igitur vt homo loquitur, sed hæc quidem vt fera, hæc autem vt furens. Sicut enim corporum morbus est præter naturam, similiter & hoc. Et quoniam præter naturam est, si in eo moratur diu, paulatim moritur: in eo verò non, quod iuxta
I naturam est, diu commorans non perit. Mallem cum homine cœnum edente mensam communicare, quàm cum talia loquente. Non cernitis porcos stercus mandentes? sic & isti. Quid enim fœtidius verbis, quæ contumelioſi loquuntur? Studium eis est nihil sanum eloqui, mũdũ nihil, sed si quid turpe, si quid deforme, hoc tam' facere quàm dicere: & quod grauius est, alios se confundere putant, cùm seipsos dedecore magis afficiant. Quòd enim sibi dedecus inferant, inde manifestum est. Ne nanque mihi falsa dicentes proponas: sed sit quæpiam publica meretrix, vel scenicus alter, & cũ aliqno pugnam faciat, huic ille postmodum hæc proferat, & ille rursum similiter: quis magis ex verbis cõtumeliam passus est? Ille quidem audiuit quæ habebat, hic autem quæ non habebat. Igitur illi quidem nil amplius actum ad confusionis sermonem, huic autẽ multa verecundiæ accessio. Sed sint negotia quædam rursum occulta, & solus iniuriam inferẽs nouerit. Postea pridẽ tacens cõtumeliam intentet. Nã & ita maiorem hic passus fuerit contumeliam. Quomodo? malitiæ factus est præco, non habentis cõscientiã, infidelis subiẽs infamiã, & statim omnes videbit accusantes. Si enim cædis cõscius esset, omnia oportebat exhausisse, & hũc quidem tanquam nec humanitatis participem auer- K
santur, odio habent, feram esse testantur, sæuam & immitem: huic autem magis parcunt, quàm illi. Nõ enim tantùm odimus habentes vulnera, quàm ea reuelare conantes & ostendere. Itidem & hic affecit contumelia non illum solùm, verùm & seipsum, & audientes, & cõmunem hominum naturam: perculit auditorem, nec vllo prosecutus est bono: propterea Paulus ait, Si Ephes.4.f
quis sermo bonus ad ædificationem, vt det gratiã audientibus. Laudatricem linguam habeamus, vt amabiles simus ac desiderabiles. Sed iam ad id malitiæ omnia deuenerunt, vt quæ cælare oportebat, in his multi glorientur. Quæ nanque multi minantur, talia sunt. Non possum ferre linguam meæ, inquit, vxoris, verba anus ebriæ se deformantis, eorum qui per forum trahuntur. Ducis nihil his turpius verbis, ignauius nihil, nihil muliebrius, in lingua potentiam habere in conuiciis iactandis altùm sapere: sicut qui conducũtur in pompis, sicut mimi, paraliti, & assentatores, porci potius quàm homines sunt, quicunque super his gloriantur, cùm opus esset sub terra se obruere: cùm opus, inquam, si quis alĩ attestatus ista fuisset, fugere testimonium, tanquam inimicum, neque viro dignum. Con- L
tumeliarum præco factus es, sed audientem malè nihil offendere poteris. Propterea vos hortor, vt cogitantes quanta sit malitia, quòd in his gloriantur multi, reuigilemus, corrigamus ita furentes: hæc ex ciuitate conciliabula tollamus, nobis linguam ornemus, & ab omni liberemus detractione: vt à peccatis purificati, supernam possimus allicere beneuolentiam, & diuina digni misericordia censeri, gratia & miserationibus ipsius vnigeniti, cum quo patri, simul & sancto spiritui gloria, potestas & honor, nũc & semper, & in secula seculorum, Amen.

DE ELEEMOSYNA ET MISERI-cordia. Homilia.xxxij.

QVpus est vbique fide, charissimi. Crucem enim vitæ fontem esse dicunt, quod mens haud facilè susceperit: attestantur etiam nunc deridentes Gentiles. At cogitationum infirmitatem superans fides id facilè suscipit & retinet. Vnde verò deus ita mundum dilexit? Ex nulla quidem alia re, sed ex charitate sola. Reuerẽmur eius itaque charitatẽ, mi- M
serationis excessum erubescamus. Ipse nanquẽ nec vnigenito pepercit propter nos, nos autẽ & pecuniis parcimus contra nosipsos. Ipse & legitimum pro nobis filium tradidit: nos verò nec argentũ propter eum contẽnimus, sed neque propter nos. Et qualiter hæc venia fuerint digna? Vérum si hominem pro nobis pericula & mortes passum viderimus, omnibus quidem præponimus, & amicorũ primis connumeramus, & ei nostra tradimus omnia, & ipsius magis q̃ nostra dicimꝰ esse, nec ita dignã ei retributionẽ nos erogare censemus: ergò Christum verò nec hanc gratitudinis mensuram obseruamꝰ. Sed ille quidem pro nobis animam posuit, & preciosum sanguinẽ propter non eũdit, qui non erancus amici: nos autẽ neq; pecunias propter eũ effundimus, sed eum despicimus nudũ, & peregrinum pro nobis mortuum. Et quis nos à futura pœna liberabit? Nisi nanq; ille, neq; nos, sed nosipsos dãnaremus. Nó ergo contra nosipsos sententiam tulimus, nõ ergo gehennæ nosmetipsos iure damnauimꝰ, eum qui pro nẽbis animã posuit, despicientes & contemnentes? Et quid dico pecunias? Nónne si innumeras haberemus animas, omnes oportuerat pro eo ponere? Atqui nec ita quic-
quam

A quam beneficio dignum fecissemus. Ipse nanque prior benefaciens manifestam exhibet bonitatem. At qui beneficium accepit, quicquid retulerit, debitum reddit, non meritum confert: & maximè cùm ille qui cepit, inimicis benefecerit: & qui retribuit, in benefactorem data cõferat, & ipse rursum eis fruatur. At nos nec ista trahunt: sed omnibus ingratiores sumus, seruis quidẽ & mulis, & equis, torques aureos circumponentes, dominum verò nudum circumeuntem, & fores exforibus mutantem, & semper in exitibus morãtem, & manus porrigentem despicientes, frequenter autẽ & toruo respicientes oculo, licèt & hoc ipsum propter nos patiatur. Libenter enim esurit, vt tu pascaris: & nudus circumit, vt incorruptionis indumenti tibi præbeat occasionem: sed nec ita vestrorum aliquid erogatis. Sed vestimentorũ hæc quidem iacent tineis esca: hæc autẽ arcæ sarcina, superfluaq; possidentibus cura. Qui verò ista, cæteraq; dedit omnia, nudus errat. Sed in ar
B cam ipsa non reponitis, sed ipsi vos circumamicientes ornamini. Et quid vobis ex his amplius? vt forensium turba vos spectet? Et quid hoc? Nõ enim his amictum admirabuntur, sed eum qui indigentibus largitur. Itaque si vis in admiratione haberi, alios potius induens, infinitos assequeris applausus. Tunc & ipse deus te cũ hominibus laudabit: nunc autem laudabit quidem nemo, at omnes inuidebunt, corpus quidem cernentes ornatum, animam verò neglectam habentem. Hic & meritoriis mulieribus est ornatus, at & preciosiores apud eas frequenter, & pulchriores sunt vestes. Animæ verò ornatus penes eos est solos, qui cum virtute viuunt. Hæc continuè dico, neque dicere desinam, non tam pauperum, quàm animarum curam gerẽs vestrarum. Illis enim, etsi non à vobis, aliunde tamen erit alia consolatio. Et si nulla præbeatur consolatio, & fame consumantur, non magna fuerit eis iactura. Quid Lazaro nocuit paupertas, & fame tabescere? A gehenna verò vos eruet nemo, nisi à pauperibus auxilium assequamini. Sed eadem diuiti dicemus, qui continuò quidem torretur, nunquam autem consolationem nãciscitur. Sed ne accidat, vt quis hæc vnquam audiat verba, sed in Abrahæ sinum migremus. Sicut enim spinã vndecunque capiatur, tenentem pungit: sic & secularia vndecunque detineas, amplectantem se, vel fouẽtem contristant. Spiritualia verò non eiusmodi, sed
C margaritæ cuidam similia sunt, vnde si aduertas, oculos delectant. Exempli gratia, Fecit aliquis eleemosynam, nó tantùm futurorũ spe pascitur, verùm & præsentibus bonis exultat, semper confidens, & omnia cũ multa faciens fiducia, malam superauit concupiscentiam. Et ante regnum iam hìc fructum accepit, dum laudatur, dũ admirabilis habetur ante cæteros omnes à propria conscientia. Et bonorum operum quodlibet est eiusmodi: sicut vicissim mala & hìc ante gehẽnam conscientiam torquent. Et si futura post peccatum mẽte conceperis, pauidus & tremens, licèt nullo puniente apparebis: sine præsentia, multos habebis inimicos, & cum suspicione viues, neque poteris iniuriæ iam authores respicere, imò verò nec immunes iniuriæ. Non enim tantum ex eis capimus voluptatis, quantum tristitiæ, conscientia semper increpante, extẽnis hominibus condemnantibus, irascẽte deo, gehenna nos absorbere parante, cogitationibus nunquam requiescentibus. Graue siquidem, graue inquam, & onerosum est peccatum, & omni plumbo põderosius. Qui igitur illud senserit, neque numium sursum aspicere poterit, licèt multùm sit insensatus. Profectò sic & Achab, licet D
esset admodum impius, postquàm hoc sensit, deorsum 3.Reg.21.g
inclinatus ambulabat contritus & angustiatus: & propterea saccum induerat, & lachrymarum effundebat fontes. Hoc si nos faciamus, & sicut ille, lugeamus: pec
cata, sicut Zacchæus, exuemus. Sicut enim in corpori- Luce.19.b
bus, & in fistulis, nisi prius quis humorem influentem sistat & vulnus tergat, quotquot imposuerit medicamenta, mali fonte non obstructo, incassum omnia facit: itidem & nos, nisi manum auaritiæ cohibeamus, &
hanc improbam distillationem corripiamus, licèt demus eleemosynam, nequicquam omnia facimus. Curatum enim per se auaritia percurrens dissoluit, & exterminat, & peius quàm prius afficit. Desinamus igitur rapere, & ita misericordiam impendamus. Sed si nos in præcipitia ferimur, quomodo poterimus respirare? Etenim si quis casurum supernè traheret, quod facit eleemosyna: alter autem infernè retraheret, nil erit amplius ex huiusmodi certamine, quàm hominem distrahi. Ne hoc itaque patiamur, nève premente nos deorsum auaritia, nobis eleemosyna relictis abeat: releuemus nosipsos, & euolemus, vt per malorum fugã, E
& bonorum operationem consummati, bona consequamur æterna, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri, simul & spiritui sancto gloria, potestas & honor, maiestas & magnificentia, in secula seculorum, Amen.

QVOD ARS EST ELEEMOSY-na, & omnium artium quæstuosissima. Homilia.xxxiij.

EIa charissimi prius dicta resumamus & hodie, & ostendamus qualiter est ars omnium artium quæstuosissima eleemosyna. Si enim artis est proprium ad aliquam vtilitatem peruenire, eleemosyna verò nihil est vtilius: clarum est profectò, quòd & ars, & omnium est artium optima. Non enim nobis conficit calceamenta, neque vestimenta contexit, nec has luteas domos ædificat: verùm & æternam ministrat vitam, ex mortis manibus eripit, & in vtraque vita claros exhibet, & mansiones ædificat in cœlis, & æterna parat illa tabernacula. Hæc lampades nostras non sinit extingui, nec sordidis indutos vestibus in nuptiis videri: sed lauat, & niue mũdiores red- F
dit. Si nanq; fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi Esaiæ.i.c
nix dealbabuntur. Non sinit nos eò decidere, vbi diues ille: nec audire verba tremenda, sed in Abrahæ sinus deducit. Et artium quidem secularium vnaquæq; vnũ habet quod accepit, meritum. Verbi gratia, Agricultura pascit, textoria vestit, imò verò nec hoc vlla potest à semetipsa nobis conferre. Et si libet, agriculturã examinemus primam. Nam nisi cusoriam habuerit, à qua ligonem, & vomerem, falcem, securim, & alia plura mutuetur: & carpentariam, vt aratrum pangat, & iugum paret & plaustrũ, vt spicas excutiat: & coriariã, vt & lorũ faciat: & ædificatoriam, vt & arantibus tauris stabulum ædificet, & serentibus agricolis domum; & succisoriam, vt ligna succidat: & pistoriam: post hęc omnia nusquam apparebit. Similiter & textoria, cùm aliquid faciat, multas secũ artes cõuocat, vt proposita secũ expediãt: quòd si non accesserint, & manum porrexerint, hæc quoque simìliter vt illa remanebit inops. Et artium quæq; alterius indiget artis. Cùm autẽ oporteat misereri, nihil aliud nobis opꝰ est, sed sola volũtas est necessaria. Quòd si dicas, cp pecuniis opus est, & habitationibꝰ, & vestimẽtis, & calceamẽtis: illa lege
Christi

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Christi verba, quæ de vidua dixit: & ab angustia desiste, licèt valde sis pauper, & mendicantibus pauperior, si duo minuta contuleris, totum expleshi. Et si des panè, eum habens solum, ad perfectionem artis venisti. Hanc itaque susçipiamus artem & scientiam, & obeamus. Melius enim est hanc scire, quàm esse regem, & diademate coronari. Non enim est hæc sola eius præcellentia, ꝙ aliarum non indiget, verùm & diuersarũ rerum est expeditoria, & multarum quidem & omnigenarum. Domos enim ædificat in cœlis semper mansuras, & qui se consecuti fuerint, docet quemadmodũ immortalem fugiãt mortem: & tibi thesauros donat, qui nunquam absumuntur, sed omne damnũ effugiũt, tam à latronibus, quàm à vermib⁹ & tempore. Si quis circa frumentorum conseruationem hoc solùm te docuisset: quid non reddidisses, vt inabsumptum multos annos posses conseruare frumentum? Ecce autem hæc non in frumento tantùm, verùm & in omnibus docet, & quomodo parta, & anima & corpus indiminuta conseruentur, ostendit. Et quid opus est omnia particulatim dicere artis huius merita? Hæc nanq; te docet, quomodo possis deo similis fieri, quod est omniũ H summa bonorum. Vides quomodo non vnum huius est opus, sed multa? non alterius indigens artis domos ædificat, texit vestes, inabsumptos parat thesauros, facit vt mors superetur, diabolum cohibet, deo reddit similes. Quid igitur hac arte fuerit vtilius? Nam aliæ quidem cum dictis, & cum præsenti soluuntur vita, & morbo laborantibus artificibus nusquam apparent, & earum opera durare non possunt, & laboris indigent, & temporis multi, & aliorum mille: hæc autem cùm mundus præterierit, maximè tunc apparet: cùm fuerimus mortui, maximè tũc coruscat, & opera monstrat à se gesta, nec laboris indiget, nec laboris nec alterius huiusmodi cuiuspiam operationis: verùm & ægrotante te fructum affert, & annis confecto, & ad futuram tecum vitam emigrat, nec vnquam te deserit. Hæc & sophistis & oratoribus te potentiorem efficit. Nam illi quidem in suis præcellentes artibus multos habent æmulos, hæc autem pollẽtes infinitos habet pro se orantes. Et illi quidem hominum assistũt tribunalibus, iniuriam patientibus exhibentes patrociniũ, at & frequenter iniuriam facientibus: hæc autem Christi adstat tribunali, non tantùm patrocinans, verùm & ipsi persuadens iudici, vt reo patrocinium præstet, & pro eo sententiam ferat: & licèt millies peccauerit, coronat, & victorem promulgat. ait enim, Date eleemosynam, & omnia erũt munda. Et quid de futuris loquor? In præsenti vita si homines interrogemus, quid malint, sophistas esse magnos & oratores, an eleemosynarios & humanos? audies eos secundum eligẽtes: & meritò. Sublata nanque dicendi facultate, vita nihil læditur. Nam & ante hanc multum stetit temporis. Sed si misericordiam auferas, omnia transibũt & perierint. Et sicut mare non potest nauigari, portubus & stationibus obrutis: ita nec hæc vita constare, si misericordiam & veniam tollas ac humanitatem. Quamobrẽ non tantùm eam rationi deus mãdauit, verùm & multas ipsius partes insperfit naturæ tyrãnidi. Sic & filiorum patres miserentur, ita matres, ita parentum geniti. Nec verò tantùm in hominibus, verùm in omnibus brutis: ita fratrum fratres, & consanguinei, & necessarij, sic hominis homo. Habemus enim aliquid ad misericordiam inclinatum, & à natura. Et propterea pro patientibus iniuriam indignamur, & iugulatos cernentes flectimur, & lugentes aliquos videntes lachrymas K impendim⁹. Quoniam enim id vult de⁹ præstari, natura ad hoc multùm conferre mandauit, ostendens quòd hoc est sibi valde gratum. Hæc itaque cogitãtes, & nosipsos, & filios, & necessarios, in eleemosynę disciplinã ducam⁹. Et hoc super omnia discat homo. quoniam & hoc est homo. Magnũ enim homo, & preciosum vir misericors. Itaq; nisi hoc habeat, esse desiit homo. Hoc sapiẽtes præstat. Et quid admiraris, si hoc est deus, & hoc homo? Ait enim, Estote misericordes, sicut pater vester. Discamus itaque misericordes esse o- Ibidem. 6. c
mnium causa, maximè quoniam & nos multæ indigemus misericordiæ, & neque viuere putemus per id tẽporis, quo non misereamur. Eleemosynam autem dico ab auaritia puram: nam si suis contentus: & aliis nõ impertiens, non est misericors: aliena rapiens quomodo misericors? Non est misericors profectò, licèt infinita largiatur. Nam si propriis frui simpliciter, est inhumanitatis, multò magis alios expilare. Si qui nullam patrarunt iniuriam, quòd non communicauerint, puniuntur: multò magis qui rapiunt aliena. Ne hoc itaq; dicas, quòd alius iniuriam passus est, & alius misericor L
diam accipit: hoc enim graue est. Oportebat enim iniuriam patientem ipsum esse, cui misericordia præstaretur. Nunc autem alios vulnerans, quos non vulnerasti, curas, cùm illos opus sanare prius fuisset, vel potius neque vulnerare. Human⁹ enim est, nõ qui vulnerat & curat, sed ab aliis percussos fouens. Tuis igitur malis, nõ alienis medere. Vel potius neq; vulneres, neq; prosternas (hoc enim ludẽtis est) sed prostratos susçita: nec enim eadem misericordiæ mẽsura potest auaritiæ malum curari. Nam si obolum vsurpaueris, non obolo vicissim opus est ad eleemosynam, vt ex auaritia vulnus tollas, sed talento. Propterea fur conuictus quadruplũ erogat. Furante verò peior rapiens. Sed si illum pendere quadruplum oportet eorum, quæ furatus est: rapientem opus est decuplum, & multiplum exoluere. Et optabile sic quoque iniuriam delere posse. Nam neque tunc eleemosynæ fructum accipiet. Propterea Zac- Luc. 19. b
chæus: Reddam, inquit, si quid aliquẽ defraudaui, quadruplum: & dimidium bonorum meorũ dabo pauperibus. Quòd si in lege quadruplũ oportet dare, mult⁹ magis in gratia: si fugantem, multò magis rapientem. M
Nam præter iacturam hic est & multum conumeliæ. Itaque si des & centuplum, nondum totum erogaueris. Vides ꝙ non frustra dicebam, quòd si vel obolum rapueris, & talentum reddas, vix ita quoque resarcis: sed si hoc faciens vix satisfeceris, ordinẽ conuertens, & rapta quidem integra substantia, pauca quędã exoluens, nec iisdem qui sunt iniuria affecti; sed aliis eorũ loco: quam habebis excusationem? quam veniam? quã salutis spem? Vis nosse quantũ ita miserens admittas peccatum? audi scripturam dicentem: Sicut qui occi- Eccli. 34. d
dit filium coram patre, ita qui offert sacrificiũ ex pecuniis pauperum. Hanc itaque cõmination̄em mẽte scribentes habeamus, hanc in parietibus, hanc in manibus, hanc in conscientia, hanc vbique, vt vel hic timor in nostris vigens cordibus, manus nostras à quotidianis cohibeat cædibus. Cæde nanque peior est rapina, paulatim pauperem deuorans: vs ab hac itaque mundemur ægritudine, hæc & in alterutrum, & intra nos meditemur. Sic enim ad misericordiam erimus promptiores. Hæc itaq; cogitantes charissimi, respiciamus tandem quandoq;, & reuigilemus. Iã enim ipse confundor amplius disserẽs de eleemosyna, eò quòd frequẽter de hac materia

A materia verba fecerim, & nihil dignum effecerim admonitione. Nam factũ quidem est aliquid melius, sed non tantum, quantùm ipse volebam. Vos nanque semi nantes quidem videmus, sed nõ larga manu: propterea timeo, ne & parcè metatis. Quòd enim parcè seminamus, indagem⁹, si placet, vtri sint in ciuitate plures, pauperes, an diuites: & qui neque diuites, neque pauperes, sed medium habentes locum? Verbi gratia, Decima pars est diuitum, & decima pauperum nihil peniꝰ tus habẽtium, reliqui verò mediocres sunt: diuidamus igitur in egenos ciuitatis multitudinem, & quantum opprobrij sit, videbitis. Vehementer enim diuites paucí, post eos verò multi: pauperes autem his multò pauciores. Veruntamen cùm tot sint qui pauperes alere possint: multi dormiunt esurientes, non quòd habentes eis facilè satisfacere nequeãt: sed propter multam eorum duritiam & inhumanitatem. Nam si diuites, & qui sunt sequentis sortis, panes & vestes indigentibus impertirent, quinquaginta vel & centum viris vix vnus sorte cõtingeret. Et tamen in tanta subuenire valentium copia constituti quotidie cõqueruntur. Et vt
B eorum discas inhumanitatem, vnius vltimorum diuitum, & non valde locupletum habens prouentum ecclesia, quot per singulos dies viduis sufficiat, quot virginibus, cogita. Nam ad trium milium ascendit numerum earum catalogus, & præter has, quot carcerem habitantibus, quot in xenodochio laborantibus, sanis, & peregrinis, corpora habẽtibus mutilata, altari assidẽtibus, & victus, & vestitus causa simpliciter quotidie accedentibus, & nihil ei de substantiis diminutum est. Itaque si decem duntaxat viri sic erogare voluissent, nullus esset pauper: at inquiunt, Quid debent filij nostri excipere? Sors remanebat, & prouẽtus rursum maior fiebat, cùm thesaurizarentur eis in cœlo possessiones. Sed non vultis ita, saltem ex dimidio, siue ex tertia parte, siue ex quarta, siue ex decima. Per dei nanque gratiam decem ciuitatum pauperes nostra posset alere ciuitas. Et si vultis, horum aliquam faciamus rationẽ: imò verò neque ratiocinatione opus est. Per⁹ nanque patet rei facilitas. Respicite igitur in ciuilia ministeria, quantùm sola domus impendere quandoque non dubitauit, sed nec ad minimũ impedium sensit: quod
C si diuitum quisq; voluisset in pauperes erogare, breui temporis mometo cœlum rapuisset. Quæ foret itaque venia. Quæ excusationis vmbra? Cùm nec à quibus omnino separari debemus hinc migrantes, hæc indigẽtibus cum tanta communicemus largitate, cum quanta scenicis alij, & hæc cùm tantum ex his lucrari debeamus? Oportebat enim & si semper hic essemus, neq; sic pulchræ huic impensæ parcere, cùm autem paulò pòst hinc abducamur, & omnibus abripiamur nudi: quam habebimus defensionem, nec ex prouentibus ministrantes esurientibus & laborantibus? Nec enim cogo te patrimonium diminuere, non quòd nolim, sed quoniam te valde torpentem video. Non hoc itaque iubeo, sed ex fructibus expẽde, nihilq; thesaurizes. Satis est tibi, tanquam ex fonte prouẽtibus affluentes habere pecunias. Participes fac pauperes, & bonus sis dispẽsator eorum, quæ à deo tibi data sunt. Sed tributa, inquit, aliquis, erogo: igitur propterea negligis, quoniam hic exigit nemo? Et illi quidem, licèt terra non ferat, accipienti cum necessitate, & extorquenti contradicere non audes: tum verò miti, & tunc tantum cum terra fructum tulerit petenti, ne verbo quidẽ respõdes. Et quis te supplicijs intolerabilib⁹ nõ eripiet? Non erit quisquam. Si enim quoniam illic non dantẽ D
omnino sequetur difficilis vltio, propterea circa erogationem studiosus es: considera quòd hic & difficilior, non ligari, nec in carcerẽ coniici, sed in ignem præcipitari sempiternum. Hæc igitur ante omnia soluamus tributa, omnibus ex causis. Multa nanque facilitas est, & maior merces, & quæst⁹ amplior: & ingratos se prębẽtibus peius supplicium. Nam pœna nos excipit finẽ non habens. Si verò milites mihi dicas pro te Barbaris repugnantes, sunt & hic castra pauperum, & bellũ, in quo pro te pauperes pugnant. Cùm enim stipẽdium acceperint, orantes tibi deum faciunt propitium: propitium autẽ faciẽtes, pro Barbaris dæmonum insidias repellunt: neque sinunt vehemẽter infestum esse malignum, neque semper irruere, sed ipsius soluunt potentiam. Hos itaque conspiciens milites quotidie pro te cum diabolo precibus & orationibus pugnantes, à temetipso pulchrum istud tributum exige, illorum alimẽta. Nam cùm sit hic rex mitis, nõ dedit eos tibi qui exigerent, sed vult volẽtem erogare: & siue paulatim eroges, accipit: siue per multum tẽporis indigens, reponas, non habẽtem non vrget. Ne verò longanimitatẽ E
eius contemnamus, sed thesaurizemus nobis non irã, sed salutem: non mortem, sed vitam: non pœnam & vltionẽ, sed honores & coronas. Non est hic dare mercedem transmissionis eorum quæ pẽduntur. Non est hic opus res in argẽtum redigentes laborare. Si conferas, in cœlum ea dominus ipse transportat, ipse tibi quæstuosiorem reddit negotiationem. Non est hic necesse depositorum transportatorem inquirere. Tantum eroga, & statim ascẽdunt, non vt alij milites alãtur, sed vt tibi multo cum lucro maneant. Hic quidem quæcũque dederis, recipere nõ licet: illic verò cum multo rursum honore recipies, & maiora lucraberis, & spiritualiora lucra. Hęc quę hic erogas, illic sunt repetitio, mutuum, & fœn⁹, & debitum. Nam chirographa tibi deus fecit. Ait enim, Qui miseretur inopis, fœnerat deo. Arrabonem tibi dedit & vades, & hæc cùm deus sit. Quẽ Prou. 19. e
arrabonem? Præsentis vitæ sensibilia, spiritualia futurorum primordia. Quid itaque differs & torpes, cùm iam tanta receperis, & tot expectes? Quæ nanque accepisti, sunt ista: Corp⁹ tibi formauit, animam ipse in- F
tulit, honorauit te ratione solum ex animalibus terrenis: omnium tibi visibilium vsum contulit, sui præstitit scientiam, pro te tradidit filium, baptisma tot plenum bonis donauit, sacram tibi dedit mensam, regnũ promisit, & arcana bona. Cùm igitur tot acceperis, tot itidem accepturus (iterũ enim idem referã) circa pereuntes pecunias pusillanimiter agis. Et quã habebis veniam? Sed filios omnino spectas, & propter hos retrocedis: quin & illos tales doce quæstus lucrari. Nam si tibi foret argentum mutuatum, & vsuras pariens, & insuper debitor esset gratus: multò magis eligeres filio pro auro relinquere, vt ei multi prouẽtus adessent, neque cogeretur circumire, & alios quærere mutuum accepturos. Et nũc hoc filiis da chirographum, & deũ relinque debitorem. Tu autem agros quidem nõ vendis & das filiis, sed permittis vt redditus maneat, & pecuniarum superabundantia maior eis hinc fiat. Hoc autẽ chirographũ omnibus agris & redditib⁹ locupletius, & tot afferẽs fruct⁹ relinquere vereris. Quãtæ verò foret hoc fatuitatis & demẽtię? & hęc cùm noueris. ꝙ si hoc eis relinquas, & ipsũ ipse rursũ accipiẽs frueris. Talia nãq; sũt spiritualia, multã habẽt largitatẽ. Ne mẽdicem⁹, nec inhumanè nos & crudeliter geramus,

sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

G sed hanc pulchram exerceamus negotiationem: vt & nos ea recepta migremus, & nostris eam filiis relinquamus,& futura consequamur bona, in Christo Iesu domino nostro,cui gloria & imperium in secula seculorum,Amen.

QVOD OPORTET MVLTVM CIRCA *dei desiderium studium habere: & de eleemosyna.*

Homilia.xxxiiij.

QVarum es ô homo pecuniarum dispensator, non minus quàm qui ecclesiæ bona dispensat.Sicut igitur ille potestatem non habet,ea quæ propter pauperes à vobis erogantur,temerè,& vt casu venit, dispergendi, quoniam in pauperum data sunt alimentum:ita neque tu tua. Et si nanque paternam excepisti hæreditatem,& ita possides quæcunque tibi sunt,ita quoque tamen dei sunt omnia.Postea verò tu quod erogasti quidem,tali vis dispensari diligentia: deum verò sua non censes maiori nos repetiturũ vehementia,sed ea simpliciter passurum pereuntia?Nõ ita est,nequaquam. Hæc enim propterea tibi concessit,vt dares illis escam in tempore opportuno,egenis,
H esurientibus,sicut tu conseruo dispensanda dedisti,itidem & deus te vult hæc in congrua erogare.Propterea quoque cùm auferre posset,ea dimisit: vt exhibendæ virtutis occasionem habeas, vt alterũ alterius indigentem constituens, mutuam charitatem redderet feruentiorem:tu verò cùm acceperis,non tantùm non impẽdis,verùm & verberas. Verùm si nõ dare crimẽ est,verberare quam reportabit veniam? Hoc autẽ mihi dicere videtur,contumelioſos & auaros innuens,& multam aduersus tales significans inuectionem.Cùm enim quos nutrire iussi sunt, prætereà quòd non nutriunt eos,etiam verberẽt,digni forẽt accusari: mihi verò videtur & hic deliciis vacantes insinuare. Nã & deliciis magna reposita est vltio:ait enim, Comedit & bibit cum ebriis:gastrimargiam significans.non enim ad hoc accepisti,vt in delicias absumeres,sed vt in eleemosynam eroges. Nunquid enim tua possides? Res pauperũ tibi sunt creditæ,siue ex laboribus iustis, siue ex hæreditate paterna possideas. Nunquid enim nõ potuit tibi deus hæc auferre? Verùm hoc non facit, in potestate tua ponens liberam in pauperes liberalitatem. Tu verò, quæso, considera quomodo per omnes parabolas non suis congruè pecuniis vtẽtes punit.Nec enim virgines aliena rapuerant, sed propria non derũt.Neque qui talentum in terram defodit, iniustũ
I vsum sibi vendicauit,sed quia nõ geminauit: nec esurientem despicientes quòd aliena rapuerint puniũtur, sed quoniam sua non dispersserunt,sicut & hic seruus. Audiamus itaque quotquot ventri indulgemus,quotquot in opiparas cœnas expendimus diuitias, nihil nobis pertinẽtes,sed indigẽtibus debitas:non enim quoniã ex benignitate multa de tuis erogare iussus es,hæc ideo putes esse tua. Tibi mutuauit, vt laudabilis fieri posses:ne tua igitur esse putes, ei sua prębẽs: nec enim si cui tu mutuasses,vt abiens aliquas posset quæstuum occasiones inuenire,illius pecunias esse diceres.Igitur & tibi deus tradidit,vt cœlum lucrari posses:ergo benignitatis excessum ne facias ingratitudinis materiã. Cogita quantis dignum votis posse post baptisma viã inuenire peccata lauantẽm,nisi dixisset,Da eleemosynam:quot dixissent,Vtinã posset fieri, vt pecuniæ darentur,& futuris malis absolueremur? Sed quoniã hoc possibile factũ est,rursum redditi sunt supini. Sed ergo,inquis.Et quid hoc? Nondũ enim tãtum exoluisti, quantùm quæ duos obolos erogauit: immo verò neq; K
dimidium,nec minimã illius partem,sed plura in impensas inutiles expẽdis,in conuiuia,& ebrietatẽ,& extremam prodigalitatem:nũc quidem vocans,nũc verò vocantem sequẽs:nunc quidem expendens,nũc autem alios cogens expẽdere,vt & duplex tibi fiat vltio, ex hisq; quæ ipse facis, & ex his ad quæ cæteros inducis.Et hoc enim seruo vide vitio datum: ait enim,Co
ędit & bibit cum ebriis.Nõ enim solos punit ebrios, verùm & cùm illis cõuersantes:& meritò:quoniã præter propriam perditionem & proximorum neglexere salutem.Deum verò nihil sic exacerbat,quàm ad proximum attinẽtia despicere. Et propterea demonstrare
voles indignationem,eum mediũ diuidi iussit:& ideo charitatem suorum dixit esse discipulorum indicium, quoniam necesse prorsus est diligẽtem dilecti curam habere.Hãc itaque viam teneamus: hæc enim est quæ maximè reducit ad deum, quæ Christi facit imitatores,& quoad fieri potest, deo similes reddit. Intuere quoque virtutes has esse magis necessarias, quæ secus hãc viam commorãtur,& si libet,earum examinationem faciamus, & ex dei sententia feramus iudicium. L
Sint igitur duæ optimæ viuendi viæ:& earum quidem vna bonum faciat obeuntem,altera verò & proximũ. Videamus vtra probabilior, & ad virtutis culmẽ nos magis perducit. Igitur ille quidem, qui sua duntaxat quærit,à Paulo mille accusationes accipiet:(Cùm verò Paulum dixero,Christum significauero)hic autem laudes & coronas.Hoc vnde manifestum?audi quid huic quidem dicat,& quid illi. Nemo quod suum est quærat,sed quod proximi quisq;.Vides qualiter illud quidem erecit,hoc autem introduxit? Et iterum.Vnusquisque vestrum proximo placeat in bonũ ad ædificationem.Tũ subditur & ineffabilis laus cum admonitione:etenim Christus sibiipsi non placuit.vt autem & ex superabundanti hoc fieret, videamus quod quidẽ bonorum operum circa nos sistat, & quod à nobis ad alios quoque pertranseat. Ieiunare quidem,& humi cubare,& exercere virginitatem, & temperanter agere, solis hæc obeuntibus vtilitatem afferunt: quæ verò proximis à nobis exhibẽtur,vt eleemosyna, doctrina, & charitas:hæc & nobisipsis,& proximis ad quos à nobis transeunt,prosunt. Et hic itaque Paulũ audi dicen M
tem:Et si dedero omnem substantiam meam in cibos pauperum, & si tradidero corpus meum, vt ardeam: charitatem autem nõ habeam,nihil mihi prodest. Per se splendidè prædicatam,si lubet,& ex tertio comprobemus.Et hic quidem ieiunet,& modestiam præferat, & martyrium præstet, & ardeat: alter verò martyriũ propter proximi differat ędificationem,nec solùm differat,verùm & absq; martyrio migret: vter erit postq̃ hinc transierit probabilior? Nõ nobis hic multis opus est verbis,& ambagibus lõgis. Adest enim beatus Paulus sententiam ferens & dicens: Resolui,& esse cum Christo melius:remanere autem in carne, magis necessarium propter vos:& ad Christũ transitui proxi
mã prætulit ędificationem. Hoc enim præcipuum est esse cum Christo,ipsius voluntatem obire. Nihil verò tam est voluntas eius, q̃ quod proximo sit vtile. Vis & quartam horum rationem referam? Petre si diligis me,inquit,pasce oues meas:& per eum percõtatus,hoc amicitiæ signũ esse testatus est. Nec solis hoc dictũ est sacerdotibus,sed vniuersis nostris, cui vel pusillus est creditus grex.Ne nanque quoniã pusillus est,contemnas: pater enim meus,inquit,sibi cõplacuit in eis.Habet ouẽ vnusquisque

1.Cor.10.d
Mat.12.d
Mat.24.d
Ibidem.
Ioan.13.d
1.Cor.10.d
Rom.15.a
Phil.1.c
Ioan.21.d
Luc.12.d

A vnusquisque nostrum,hanc ad congrua ducat pascua. Et cùm vir è strato surrexerit,nil aliud quærat, quàm quomodo aliquid faciat aut dicat, vnde totam faciat domum religiosiorem.Mulier verò sit quidem domus custos,sed ante curam hãc magis necessariam habeat solicitudinem,quomodo cœlestia,tota domus operetur.Nam si in secularibus ante domesticorum prouisionem publica obire munia studemus, ne propter exhibitam in his ingratitudinem vinciamur, & in fogũ trahamur,& innumeras patiamur ignominias: multò magis in spiritualibus hoc agendum est, quæ regis omnium dei sunt,prius persoluenda, ne veniamus vbi strídor dentium.Has quæramus virtutes, quæ præter salutem nostram proximis quoque plurimùm prodesse possint: tale quid est eleemosyna, tale oratio,quin potius & hæc ab alia fit potens & eleuatur: ait enim,
Actо.10.a Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam coram deo:nec verò solùm oratio,verùm & ieiunium hinc neruos habet. Et si absque eleemosyna ieiunes,nec bonum opus ieiunium censetur,sed crapu
B tò deliciis crudelitas grauior. Et quid dico ieiunium? Et si nanque continens degas,siue virginitatem serues charitatem non habens, extra sponsi thalamum remanes.Et quid par virginitati,quæ nec in nouo testamento propter excellentiam sub legis venit necessitatem? Et tamen expellitur, si eleemosynam non habeat. Si verò virgines excluduntur,eò quòd hanc congrua nõ habuerint cum largitate, quis absque ea veniam assequi poterit?Nemo,sed hanc non habẽtem omnino perire, necessarium est.Si enim in secularibus sibi viuit nemo,verùm & artifex,& miles,& agricola, & mercator, ad communem & proximorum vtilitatem omnes operantur:multò magis in spiritualibus oportet hoc facere:hoc enim est maximè viuere. Qui nanque sibi viuit soli,& omnes negligit, superfluus est, & nec homo,nec generis nostri.at inquies,Quid igitur,meãne despiciam,inquirens aliena? Non est necessariũ aliena quærẽtem sua negligere.Qui enim aliena curat, tristificat neminem,sed omnium miseretur,pro viribus prodest:neminem diripiet,opprimet neminẽ,non furabitur,non falsum dicet testimonium,ab omni abstinebit malitia,omnem apprehẽdet virtutem, pro inimicis orabit,& insidiantibus benefaciet,nec vlli conuicium ingeret, neque maledicet,licèt innumera ei mala dicãtur:quin & præsentes labores maximorum nobis præmiorum sunt ministri,& pericula coronas pariunt.Nam si Iacob propter Rachel desiderium,tan-
Gene.29.e quam dies paucos septem annorum spacium putabat: multò magis beatus Paulus nihil omnia ducebat,in deũ desiderio semel accensus, & propter Christum quem diligebat,omnia sustinens. Studeamus igitur, quæso, nos quoque Christum amare:nihil enim aliud,inquit, Christus quærit à te, quàm vt tu diligas eum ex toto corde,& facias mandata eius. Nam qui diligit deum, patet quòd & eius mandata festinat obire. Quum enim quis ergà quempiã generosè dispositus est,omnia facere studet,vt dilectum in sui desideriũ allicere possit.Et nos itaq; si legitimè dominũ dilexerimus, ipsius quoque mandata potissimùs implere: nec eorum quicquam admittere,quæ dilectum irritare possint:hoc est regnum cœlorum,hoc bonorum fruitio, hoc infinita continere bona dignũ censeri,si quis legitimè, & quẽadmodum oportet deum diligat:si per puram in eum charitatem,& in cõseruos multam exhibeamus dile-
D ctionem:ait enim,His duobus præceptis lex & prophe
tæ dependent:in hoc,Diliges dominum deum tuum ex Matt.22.d
toto corde tuo,& proximum tuum sicut teipsum.Hæc est virtutum summa,hoc fundamentum:cùm dei nanque charitate simul intrat & in proximum dilectio. Nam qui deum diligit,fratrem non despiciet,nec ponet pecunias,sed multam præferet largitatem, eius
memor,qui dixit: Quod fecistis vni ex his minimis, Ibid.25.d
mihi fecistis.Et cogitans quòd per obsequium in conseruum,ipse est qui beneficia sibi vendicat:omnia multa cum promptitudine operabitur, & multam in largiendo eleemosynas liberalitatem exhibebit, nõ ad apparentis respiciens vilitatem,sed ad eius qui se in eum collatam sibi vendicaturum promisit magnitudinem. Ne simpliciter,quæso,animarum nostrarum pertranseamus emolumentum, nostrorum medicinam vulnerum.Hoc enim medicamen, hoc maximè tantùm nobis præstabit remedium,& tantùm animarum nostrarum vulnera delebit,vt neq; vestigium,neque cicatrix relinquatur:quod in corporalibus fieri non potest vulneribus.Sed licèt infinita quis medicorũ imponat remedia, cicatricem in corpore remanere necessarium
E est.& meritò:corpus enim est quod curatur.Hic verò quoniam est anima,cùm propriam præ se tulerit gratitudinem,validam suscipit in melius mutationem: & sic omnia tolluntur vlcera, sicut vẽto puluis excitatus vehementi.Et his omnibus exemplis plenæ sunt nobis scripturæ.Ita beatus Paulus ex persecutore factus est apostolus,& qui prius ecclesiam vastabat,ipse factus est ipsius postea doctor.Vidisti summam mutationem?sic & latro infinitas operatus cædes, breui temporis momento paucis illis verbis sic omnia diluit peccata, vt audiret à domino:Hodie mecum eris in paradiso. Sic Luc.23.f
& publicanus,qui pectus percutiebat,& propria confi- Ibid.18.e
tebatur crimina,descẽdit iustificatus super pharisęum: sed horum quisq; quidem animi gratitudinẽ præstans, & priores confessus errores, ita veniam assecutus est. Videamus autẽ & huius vim mandati,& quantam potentiæ superabundantiã habeat liberalis eleemosyna, vt luerum ex ea nobis conflatum agnoscẽtes,eã prompte transigamus.Nam fortè tãta est ipsius facultas, vt non tãtum peccata detergat, verùm & ipsam effuget
F mortem.At inquies,Quis eleemosynã exhibens,morte superior factus est?omnes enim videmus sub mortis imperio positos.Ne tumultueris amice, sed ipsis ex rebus disce,quomodo eleemosynæ virtus & huius superauit imperium. Tabitha quædam mulier fuit, quæ Actо.9.g
Dorcas dicitur interpretata,hæc opus faciebat per singulos dies,vt eleemosynæ copiã colligeret: & vestiebat,inquit,viduas,& aliud omne ministeriũ eis impendebat.Factũ est autem,vt ipsa infirmaretur & moreretur.Sed vide quomodo beneficiũ assecutæ,& ab ea tectæ corpora,beneficium in tempore reddunt, circunstantes apostolum,ostẽdebant(inquit)vestes, quas sibi fecerat dũ viueret Dorcas.Et altricẽ inquirebãt,& forte spargẽbãt lachrymas,& in misericordiã apostolum trahebãt.Quid beatus itaq; Petrus?Positis,inquit,genibus orauit,& cõuersus ad corpus dixit:Tabitha surge. Illa verò aperuit oculos suos,& vidẽs Petrũ resedit. Dans autẽ ei manum,suscitauit eã.Et cùm vocasset sanctos, & viduas,præstitit illam viuentẽ. Vidisti virtutẽ apostoli?vidisti quãta sit erga viduas beneficij retributio & in præsenti?quid enim,quæso tantũ hæc vidua præbuit,quantum ei ipsæ retribuerunt? Vestimẽta præbuit ipsis,& cibos:illæ verò eam ad vitã reduxerũt, & mor
tem

Universidad de Deusto
Biblioteca

G tem verterunt in fugam: vel potius non ipſæ, ſed propter præſtitam eis opem miſericors dominus. Vidiſti medicaminis virtutem? hoc omnes nobis comparemus: nec enim precioſum eſt, licèt tantam habeat potentiam, ſed valde vili venale, nec multa opus habet impenſa. Nam eleemoſynæ magnitudo non in pecuniarum multitudine iudicatur, ſed in dantium promptitudine. Et propterea qui calicē aquæ frigidæ dederit fact⁹ eſt acceptabilis: & quæ duo minuta erogauit: vt diſcamus quòd vbique mentem dominus inquirit. Licet & habentem pauca magnam exhibere largitatē, cùm efficax fuerit promptitudo, & multa poſſidētem pauca habentibus inferiorem videri propter mentis puſillanimitatem. Effundamus igitur bona, quæſo, ſuper homines in neceſſitate poſitos, larga mente, ex his quæ dominus nobis largitus eſt, & ab ipſo data viciſſim ei reddamus, vt ita rurſum cum acceſſione noſtra fiant. Eius enim eſt tanta liberalitas, vt & ex his quæ dedit accipiens, ſe propria non cenſeat accipere: ſed multa cū largitate nobis ea reddere polliceatur. Tantùm nos quæ nobis attinēt exhibere velimus, & ea tā-
H quam dei commendātes manui, ita pauperibus ea miniſtremus, ſcientes q̄ quæ manus illa ſuſceperit, nō ipſa tantùm præbet, ſed datis multò plura nobis illa rurſum facta largitur, propriam per omnia præferens liberalitatem. Et quid dico q̄ ea multiplicās illa manus præbet? Non enim ea ſolum, verùm & cum his regnū donat cœlorum, & prædicat, & coronat, & infinita largitur bona, ſi quid ex rebus ab eo datis paruum eroga re velimus. Nunquid enim graue quippiam, & onero-ſum à nobis inquirit? Neceſſitatem excedētia vult nos facere neceſſaria, & quæ nequicquam & inutiliter repoſita ſunt, hæc vult bene diſtribui, vt hinc occaſione ſumpta nos coronet: feſtinat enim & properat, & omnia facit, vt nos his quæ pollicitus eſt, dignos conſtituat. Ne nos itaque tot bonis priuemus. Nam ſi circa terram laborantes horrea exhaurientes, terræ ſemina mandant, & congregata diſpergunt, & hoc faciunt cū voluptate, ſe ampliorum ſpe conſolantes: & hæc cùm ſciāt, quod frequenter & aëris inæqualitas, & ſterilitas terræ, & alij multi incurſus, vel locuſtarum exercitus, vel rubiginis impetus ab expectatione decidere fa-
I cit, bonis tamen ſe paſcentes expectationibus, in horreis congregata terræ committunt: multò magis nos inaniter repoſita in cibos pauperum diſpergere congruum eſt, vbi nunquam accidit aberrare, nec infortunium, quod in terra fit, vereri: ait enim, Diſperſit dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Breui tempore diſtributionē fecit, & perenni æuo permanet eius iuſtitia. Quid hoc vnquam poſſit eſſe beatius? Propterea cohortor, per eleemoſynam attrahamus iuſtitiā, vt & de nobis hoc dicatur: Diſperſit, dedit pauperibus. Poſtq̄ enim dixit, Diſperſit, ne putares quòd diſperſa periiſſent, propterea ſtatim intulit, Iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Ex illis, quæ diſperſis inconſumpta manet iuſtitia, cum omnibus pariter ſeculis extenſa. Et cùm eleemoſyna, reliquarum quoq; virtutum multam geramus curam, & carnis vitia corrigamus, & ex noſtra relegemus anima concupiſcentiam omnem vitioſam, omnem malam cogitationē, iram, indignationem, inuidiam: & animæ ſpeciem per omnia ornemus, vt pulchritudinem eius claram reddentes, cœlorum alliciamus dominum. Vbi nanq; viderit animæ pulchritudinem, ſtatim adeſt. Ipſe enim dicit: Super quē reſpiciam, niſi ſuper mitem, & quietū, & trementem ſermones meos? Vidiſti, quomodo nos omnes docuit colores, quibus animæ pulchritudinem lætam facere poſſimus? Super mitem & quietum, inquit, & humilem: deinde omnium comparatiuum intulit, Et trementem ſermones meos, obedientiam per opera implentem. Quod & alibi dicit: Beatus homo qui ſemper eſt pauidus. Nam ſi nos cùm ſeruum noſtrum mandata noſtra ſtrenuiter implere viderimus, & cum maiori timore, maiorem erga eum beneuolentiam exhibemus: multò magis bonus dominus. propterea dicebat: ſuper illum reſpiciam trementem ſermones meos. Igitur tremiſcamus, exhortor, & cū multo timore ipſius impleamus mandata: ipſius enim ſermones ſunt. Et cum didicerimus, quæ placeant ei, & quæ ſuſcipiat, illa tractemus: & tales eſſe ſtudeamus, vt quietam, manſuetudinem, & humilitatem multam exhibeamus, & omnia ipſius cum reuerentia obeamus præcepta, vt noſtræ mentis affectum ſuſcipiens, & noſtra delectatus obedientia, ſupra nos quoque dignetur aſpicere. Et ſi nobis hoc contigerit, in omni erimus ſecuritate. Reſpiciam enim dicit, pro faciam prouidentia dignum, manum porrigam, ſuſcipiam, in omnibus gratias meas cum largitate præbebo. Hæc igitur omnia exerceamus, vt ſuper nos dominus reſpiciat, & hic præſentem vitam ſine triſtitia expedire poſſimus, & futura conſequi bona, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo patri, ſimul & ſpiritu ſancto gloria, poteſtas & honor, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Mar.9.f
Ibid.12.d
Pſal.111.b
Eſa.66.a
Prou.28.c
Coloſ.3.c

DE ELEEMOSYNA ET MISERICORDIA. *Homilia.xxxv.*

AMabile ſanctorum omne genus, chariſſimi, propterea; Paul⁹ dicebat: Induite vos ergo ſicut electi dei ſancti & dilecti viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem. Vides verbi virtutem, & quomodo nos ſemper vult eſſe miſericordes? Non enim dixit, Miſeremini ſimpliciter, ſed induite vos: vt ſicut veſtimentum ſemper nobiſcum eſt, ſic & eleemoſyna. Nec ſimpliciter dixit, miſericordiam: ſed, viſcera miſericordiæ: vt naturalem imitemur amorem. At nos contraria facimus, & ſi quis vnum quidē petens obulum accedat, contumeliis & conuiciis infectamur, ac impoſtorem vocamus. Non horum homo & erubeſcis, impoſtorem propter panem vocās? Si verò talis & impoſturam facit, propterea cui miſericordia tribuatur dignus eſt, quòd ita fame prematur, vt talem iubeat perſonam. Quin hoc & noſtræ crudelitatis eſt redargutio. Nam quoniam facilè dare non ſuſtinemus, innumeras coguntur artes excogitare, vt inhumanitatem noſtram fallere poſſint, & emollire ſæuitiam. Alioquin verò ſi aurum quidem & argentum peteret, ſuſpicionis poſſet habere rationem: ſed cùm neceſſarij cauſa nutrimenti petat, quid intempeſtiuè philoſopharis, & ſuperfluam cum diligētia rationem ſupputas, ignauiam exprobrans & torporem? Nam ſi forent iſta dicenda, non aliis, ſed nobiſmetipſis dicere congruum eſſet. Cùm igitur ad deum accedis peccatorū petens veniam, horum reminiſcere verborum, & intelliges quòd ipſe hæc à deo iuſtius audies, quàm pauper à te. Nec tamen vnquam hæc deo tibi verba dixit, Abſcede ſcilicet, es enim impoſtor: & in meam quidē iugiter intrans eccleſiam, & leges meas audiens: at in foro aurum & amicitiam, & concupiſcentiam, & omnia generaliter meis præponens mandatis. Et nunc quidem humilis es, ſed poſt orationem audax & crudelis,

Coloſ.3.c

A delis, & inhumanus. Abeas igitur hinc, nec amplius accedas: hæc enim & his plura digni ſumus audire. Sed tamen nunquam huiuſmodi quicquam exprobrauit, ſed longanimiter agit, & à ſeipſo omnia præſtat, & plura quàm petimus, indulget. Hæc itaq; cogitantes, indigentibus inopiam ſoluamus, licèt impoſturam faciāt, ne rem tam ad viuum reſecemus. Talis enim & nos ſalutis indigemus, cum venia, cum clementia, cū multa miſericordia. Non eſt enim, nón eſt noſtrum, licèt pro viribus diligenter inquirentium vnquam ſaluari, ſed omnino puniri neceſſarium eſt, & perire. Ne ſimus itaque reliquorum amari iudices, ne nos quoque pœnas acres repetamur: nam peccata omni venia maiora habemus. Itaque magis illorum miſereamur, qui nulla venia digna peccauerūt, vt & talem nobis miſericordiam præparemus. Nam quantumcunque largiamur, nunquam talem conferre poterimus humanitatem, quali nos apud dei clementiam egemus. Itaque quomodo non abſurdum eſt, nos in tantis conſtitutos neceſſitatibus erga conſeruos noſtros ſeuerā ponere ra-
B tionem, & aduerſus noſipſos omnia facere? Non enim tam illum tuo monſtrabis indignum beneficio, quàm te dei clementia. Qui nanque ſeuerus eſt in conſeruū exactor, multò magis deum hoc faciētem habebit. Ne contra nos itaque loquamur, ſed ſiue per ignauiam, ſiue per torporem acceſſerint, nos præbeamus. Nam & nos multa per negligentiā peccamus, nec ſtatim à nobis deus pœnas exigit, ſed nobis pœnitentiæ tēpus tribuit, per ſingulos nutriens dies, erudiens, docens, omnia ſubminiſtrans cætera, vt & nos hanc ipſius imitemur miſericordiam. Hanc itaque crudelitatem ſoluamus, eiiciamus feritatē, tāquam noſipſos magis quàm alios promerentes. His enim argentum quidem erogamus, & panem, & veſtimentum, nobis autem ipſis magnam præparamus gloriam, & quam ſermone non poſſumus exprimere: immortalia nanque recipientes corpora, cum Chriſto glorificamur & conregnamus. Hoc autem quantum ſit, hinc ſciemus: immo verò nequaquam manifeſtè nunc ſcire poterimus. Vt autem ex noſtris bonis eleuati, aliquam ſaltem paruam eius cogitationem capiamus, quamoptimè potero, dictum
C exſicare conabor. Nam dic mihi, ſi quis de ſenio confectum, & viuentem in paupertate ſubitò iuuenem ſe facturum promiſiſſet, & in ipſum ætatis florem reducturum, & ſuper omnes præualidum, & ſpecioſum rediturum eſſe, & regnum in mille daturum annos, regnum inquam, pacem firmiſſimam poſſidens: quid pro hac promiſſione non eligeres tam facere, quàm pati? Ecce igitur Chriſtus non hæc, ſed his multò maiora promittit. Non enim quantum eſt ſenectutis & iuuentutæ medium, tantum eſt corruptionis & incorruptionis interuallum: neque quantum eſt regni & paupertatis, tantū eſt gloriæ præſentis & futuræ: ſed quātum ſomniorū & veritatis, quinimo nec adhuc quantum dixi. Nec enim eſt ſermo qui poſſit differentiæ magnitudinem exprimere, quæ eſt inter futura & præſentia: temporis verò ratione neque penitus cogitari differētia potest. Quomodo enim præſentibus aliquis vitam comparet ſine carētem? Pacis autem illius tantum eſt medium ad præſentem, quantum pacis & belli diſcrimē: & incorruptionis quantò gleba lutea melior munda margarita. Imò verò quantumcunq; quiſpiam dixerit, nihil par exprimere poterit. Nam & ſi ſolari cō pono lumini futurorum pulchritudinem corporum, ſiue ſplendidiſſimo fulguri: nondum quicquam illa

claritate dignum dico. Propter hæc itaque quæ pe-
D cuniæ, vel corpora non ſunt impendendæ? Imò verò quot animas exponere dignum non fuerit? Nunc verò ſi quis te quidem in regiam deduxit, & vt omnibus præſentibus regem alloquereris effecit, & illi te reddidit commenſalem & conuiuam, omnium te dicis eſſe beatiſſimum. In cœlum autem aſcenſurus, & omnium regi aſſiſtere, & perennem cum angelis habere ſplendorem, & illa frui ineffabili gloria: dubitas an erogare pecunias oporteat, cùm opus eſſet, etiam ſi vita fuiſſet exuenda, geſtire & exultare, & per voluptatem efferri? Tu verò quò magiſtratum quidem acquiras, qui furtorum tibi præbeat occaſiones (non enim ego tale quid lucrum dixerim) etiam quæ poſſides, erogas, & aliena mutuatus, etiam ſi ſit opus, vxorem & liberos obnoxios conſtituere non torpes: at regno cœlorum propoſito, principatu nullum habente ſucceſſorem, cùm deus præcipiat non terræ partem, & angulum, ſed totum accipere cœlum, torpes & hæſitas, & ſolis inhias pecuniis: & non cogitas, E
cùm cœli partes nobis obiectæ tam pulchræ ſint & amœnæ, qualia ſint ſuperiora, & cœlum cœli? Sed quoniam corporis interim oculis hæc cernere non licet, aſcendas mente, & ſuper hoc cœlum conſtitutus, illud huic ſuperpoſitum reſpice cœlum in altitudinem immenſam, in lucem admiratione plenam, in angelorum cateruas, in archangelorum gentes infinitas, in alias incorporeas virtutes. Et rurſum inde deſcendens imaginem noſtram reſume, & quæ ſunt apud regem terrenum, deſcribe, viros ſcilicet auro micantes, & alborum iuga mulorum aureis inſignitorum ornamentis, & vehicula gemmis ornata, & niueum ſtratum, & bracteas vehicula circunſonantes, & dracones in ſericis veſtibus effictos, & clypeos aureis vmbonibus coruſcantes, & ex his lora per multas gemmas à ſuperioribus curuaturis extenta, & equos auro comptos, & aurea frena: ſed cùm iam regem viderimus, nihil iam horum aſpicimus. Ille nanq; nos ſolus in ſe cō uertit, purpureaq; veſtimenta, & diadema, & ſolium, & baltheus, & calceamēta, magnus oculorū fulgor. Cùm hæc igitur omnia diligenter collegeris, rurſum ad ſu-
F
periora mentem tranſmitte, & illam diem tremendā qua Chriſtus veniet. Non enim tunc mulorum iuga videbis, non aureos currus, neq; dracones & ſcuta, ſed quæ multo plena ſunt horrore, & tantum inferunt ſtuporē, vt & virtutes ipſę cœleſtes conſternendæ ſint: ait Lucæ.21.e
enim, Virtutes cœlorum mouebuntur. Tunc enim totum quidem cœlum aperitur, & orbium illorum fores reſerantur. Deſcendet autem vnigenitus dei filius, nō viginti, neque centum viris ei miniſtrantibus, ſed milium milibus angelorum, archangelorum, Cherubin, Seraphin, & aliarum virtutum: & omnia erunt timore & tremore plena, hiante terra, hominibus qui quādocunque fuerunt, ex quo factus fuit Adam ad diem illam vſque, de terra aſcendentibus, & omnibus in aëra rapiendis, ipſo cum tanta apparente gloria, quòd & Sol, & luna, & omne lumen abſcondetur, ab illo ſplendore perluſtratum. Quis illam ſermo beatitudinem exprimet, claritatem, & gloriam? Heu mihi anima, etenim lachrymare nunc mihi ſuccurrit, & altùm ſuſpirare, cogitanti quibus bonis excidimus, qua ſumus expulſi beatitudine: ſaltem quod meum eſt interim dico, cùm nihil magnum operemur & admirabile. Ne quis igitur mihi gehennam hic dicat. Gehenna nanque peius eſt omni hac excidere gloria,

Universidad de Deusto
Biblioteca

innumeris peius est pœnis,illa sorte priuari:& tamẽ adhuc præsentibus inhiamus,neque diaboli versutiam cogitamus,qui per parua magnis nos spoliat:& lutum præbet,vt aurum rapiat,imò magis vt auferat cœlum. Et vmbram prætendit, vt veritate nos extrudat, & in somniis phantasias ostendit (hoc enim sunt præsentes diuitiæ) vt cùm illuxerit, omnibus pauperiores exhibeat. Hæc itaque cogitantes, tandem dolum quandoque fugiamus, & ad futura transeamus. Non enim licebit dicere, Ignorauimus præsentis vitæ corruptibilitatem,rebus quotidie clamantibus tuba clarius præsentium vilitatem,risum,pudorem, pericula, præcipitia.Quam igitur habebimus excusationem, periculosa quidem,& opprobrij plena multo sectantes studio:tuta verò,nosq; reddentia glorioſos fugientes, & nos pecuniarum tyrannidi totos tradentes?etenim omni tyrannide peior est horum seruitus, & id norunt, quotquot ab ea liberari meruerunt. Vt itaque vos quoque pulchram hanc discatis libertatem, diruptis vinculis ex laqueo prosilite, & non reponatur aurum vobis in domo. Sed quid innumeris est precioſius pecuniis? Eleemosyna,& humanitas pro auro.Nam hæc vobis apud deum fiduciam præbet: illud verò multum contra nos effundit dedecus, & vehementer spirare facit aduersum nos diabolum.Quid igitur inimicum tuum armas, & reddis fortiorem? Arma dexteram tuã aduersus eum: & totam domus pulchritudinem in animam introducas, & omnes in mente diuitias repone. Aurum vice loculi & domus cœlum custodiat,& omnia nostra nos erogemus. Nos nanq; parietibus multò meliores, & pauimento venerabiliores. Quid igitur nosipsos deserentes, in illa studium omne consumimus,quæ migrantes habere non possumus,& frequenter nec hìc manentes retinere, cùm ita locupletari liceat,vt nõ tantùm hìc, verùm & illic ditissimi videamur? Qui nanq; loca, domus, & aurum in anima circunfert,vbicunq; visus fuerit,cum his videtur diuitijs. At inquies, Quomodo potest hoc fieri? Potest & cum maiori facilitate. Nam si in cœlum ea transtuleris per pauperum manus, in anima tua reposueris omnia: & licèt iam mors ingruat,illis te nemo priuabit, sed trãsibis & illic locuples. Talem habebat & Tabitha thesaurum:propterea non domus eam prædicabat,neque parietes,neque lapides,neque columnæ, sed induta vi duarum corpora, & manantes lachrymæ, & fugitiua mors,vitaq; refloreſcens. Talia nobis quoque comparemus horrea,tales domus ædificemus. Et ita deũ habebimus cooperatorem, & ipsi eius cooperatores erimus.Ipse nanq; pauperes cùm non essent,produxit: tu verò productos & factos,fame,& reliquis ærumnis tabescere non sinis, subueniens, corrigens, vndique dei templum habens: cui quid vnquam æquale fuerit, & ad vtilitatis, & ad dignitatis rationem? Si verò nondum apertè didicisti, quali te decorauit ornamento, paupertatem subleuare iubens,illud intra te computa. Si tibi talem dedisset potestatem,vt labens cœlum sustinere posses, nónne id opus honorem te multò maiorem existimasses?En igitur,maiori te dignum fecit honore.Quod enim cœlis est dignius, hoc tibi refouendum commisit: apud deum enim visibilium nihil hominis est par. Nam & cœlum & terram, & mare propter eum fecit,& in eo magis quàm in cœlo delectatur inhabitans:& tamen nos & hæc scientes,nullam dei tẽplorum curam gerimus, aut prouidẽtiam, sed eos neglectum iri sinentes, nobis magnas & splendidas domos paramus. Et ideo cunctis priuati sumus bonis, & valde pauperibus pauperiores: quoniam has ornamus ædes,quas hinc migrantes asportare non possumus:& illas omittimus, quas nobiscum possumus simul ducere.Dissoluta nanq; pauperum corpora, omnino resurgent,& his productis, qui hæc imperauit deus, eos qui curam ipsorum gesserint,laudabit, & admirabiles reddet,quod eos iam casuros,nunc quidem præ fame,nũc verò præ nuditate & gelu omnibus modis refocillarunt.Veruntamẽ & tot nobis laudibus propositis, adhuc cessamus, & ad hanc pulchram torpemus curam. Et Christus quidem non habẽt vbi caput suum reclinet,sed circumit peregrinus, & nudus, & esuriens: tu verò suburbana,thermas,& porticus, innumerosq; paras thalamos incassum & frustra. At Christo nec exiguum communicas tectum,coruis autem & miluis fastigia exornas.Quid hac peius stupiditate? quid insania grauius?Insania siquidem hęc sunt extrema.Quin potius quicquid aliquis dixerit,dignum protulerit nihil. Veruntamen si volumus, ægritudinem licèt grauem,repellere possumus.Nec solùm fieri potest,sed & facilè: nec facilè simpliciter, verum & multò facilius ab hac peste liberari, quàm à corporalibus morbis, quantò maior est & medicus. Eum igitur alliciamus, & vt adiuuet rogemus, & à nobisipsis debita conferamus,volũtatem dico & promptitudinem. Nihil enim aliud exiget: sed si hæc accipiat solùm, à seipso cuncta depromet. Impendamus itaque nostra, vt & hìc purã assequamur sanitatem, & ad futura perueniamus bona, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul & sancto spiritui gloria, imperiũ, honor, & adoratio nunc & semper, & in secula seculorum,Amen.

QVOD MAGNVM EST BONVM
in nos peccantibus peccata dimittere,& de eleemosyna.
Homilia.XXXVI.

Sicut diuitum liberi monilia circa collum aurea gestant,nec vnquam ea deponunt,sed tãquam nobilitatis insigne circunferunt: sic & eleemosynam charissimi nosipsos semper oportet induamus, ostendentes quòd misericordis patris sumus filij, qui facit hunc Solem oriri super bonos & malos. Sed non credunt infideles? Igitur per hæc credent, si nos hæc operemur,si videant quòd omnium misereamur,& illum inscriptum habeamus præceptorẽ, sciẽt quòd illum imitãtes hoc facimus.Eleemosyna,inquit, & fides verè.Bene ait,verè non ex rapina,non ex furto.Hoc enim non est fides, non veritas. Nam furantem mentiri necessarium est,& peierare oportet:tu verò non ita, sed cum eleemosyna fidem habeas. Circundemur hoc ornamẽto, torquem collo faciamus aureum, eleemosynam dico, donec hìc moramur: cùm enim hæc ætas transierit: non amplius hac vtemur, Quomodo? non ibi sunt pauperes, non pecuniæ,non mendicitias. Donec sumus pueri, ne nos hoc exuamus monili. Sicut enim circa pueros geritur, vt cùm viri facti fuerint, hæc auferantur, & ad alium tradantur ornatum: sic & circa nos. Non amplius per pecunias eleemosyna remanebit, sed altera quædam multò maior. Ita quidẽ nos hac priuemus, curemus animam apparere speciosam. Magnum est & pulchrum, & precium eleemosyna: donum est magnum, imò verò magnum bonum: si pecunias contemnere discamus,alio quoq; discemus. Hinc enim intuere

intuere quot bona pariantur. Dans eleemosynam, sicut oportet dare,discit aspernari diuitias:qui pecunias didicit aspernari, malorum radicem excidit: itaque non minus accipit, quàm præstat beneficium, non eò solùm quòd debitum & retributio sit eleemosynæ reposita,verùm & quòd anima sapiens & alta fiat,& dines.Qui dat eleemosynam,discit non admirari pecunias,neque aurum.Hoc autem instructa mente,maximum in cœlum ascendendi principium accepit,& innumeras contentionis, & litis, & inuidiæ, ac tristitiæ sustulit occasiones.Nostis enim,nostis & vos,quòd omnia propter pecunias, & infinita propter pecunias bella:qui autem has contemnere didicit, semetipsum in tranquillitate constituit,non amplius iacturam formidat,hoc enim docuit eleemosyna: non amplius res proximi concupiscit.Quomodo nanq; qui sua dispergit,& largitur:Non vltra locupleti inuidet: quomodo nanq; cùm velit pauper fieri? suæ purgat oculum animæ.Et hæc quidem in hoc seculo,quæ verò sunt in illo,nec dicere licet quanta consequetur bona.Non extrinsecus cum fatuis manebit virginibus,sed cum prudentibus ingredietur cum sponso,ardentes habẽs lampadas, & in virginitate tabefactis, qui nec illos quidẽ gustauit labores, erit melior. Tanta vis est eleemosynæ,cum multa fiducia suos introducit alumnos:est enim cœli nota ianitoribus,sponsalis thalami fores obseruantibus: quin & venerabilis, & quos sui cultores agnouerit,cum multa introducet libertate,& contradicet nemo,sed omnes cedent. Nam si deum in terrã deduxit,& hominẽ fieri persuasit, multò magis in cœlum hominẽ poterit reducere: magna enim est ipsius potentia. Si igitur ex misericordia & clementia deus homo factus est,& vt seruũs fieret, persuasum: multò magis seruos in ipsius inducet domum.Hãc amemus, hanc diligamus, non vno die vel altero, sed in omni tempore,vt nos agnoscat.Si ipsa nos agnouerit, & dominus agnoscet:si non agnouerit ipsa,ignorabit & dominus,& dicet: Nescio vos.ait enim: Magna res homo,& preciosa vir misericors. Hæc maior est gratia, quàm mortuos resuscitare. Multò nanque maius est, quàm in nomine Iesu mortuos suscitare, esurientem placere Christum.Nam hìc quidem tu Christo bene mereris,illic autem ipse de te. At merces est in bene gerendo, non in bene patiendo. Hìc enim,in signis inquam,ipse deo debes,in eleemosyna verò deum habes debitorem. Est autem eleemosyna, cùm promptè præstatur cum largitate: cum non dare, sed ac pere te putaueris:cùm tanquam beneficiũ accipiens,& quæstum faciens,non autem iacturam, quoniam hoc neq; gratia: oportet enim alteri misericordiam impendentem gaudere, non indignari. Nam quomodo non absurdum,si soluens alterius tristitiam ipse tristeris? Nõ enim amplius eam esse finis eleemosynam. Nã si mœres quòd alium à mœrore liberaueris,extremę prę rudelitatis & inhumanitatis significationem. Satius enim est non liberare,quàm hoc modo liberare.Quid verò tandem homo tristaris?Nunquid ne tibi minuatur aurum? talem habes voluntatẽ,nec omnino des: si non confidis quòd in cœlis tibi multiplicatur,ne prę beas.Sed hìc retributionẽ quæris? quare sirus eleemosynam esse,& non quæstum. Multi quidem & hìc receperunt, sed non hoc recepto modo, sed non ideo plus habituri nihil hìc recipientibus. Sed quidam horum tanquam infirmiores, quoniam illic repositis nõ satis trahebantur. Et sicut gulosi, insolentes, expertes honestatis,& ventris serui, ad regale vocati conuiuiũ, nec congruam horam expectantes,paruulorum infantum more suam corrumpunt lætitiam, prævenientes, & vilioribus seipsos cibis saturantes: ita scilicet & hi mercedem hìc exquirentes, & accipientes,futuram diminuunt.Et fœnerans quidem post multos annos sortem recipere concupiscis,cum periculo neque sortem recipiendi,vt mora maius accipias fœnus:hìc verò statim repetis,& hæc cùm non hìc semper, sed illic continuè sis mansurus:non hìc iudicari, sed illic pœnas sumere debeas. Et si quis tibi quidem domos vbi manere non debeas parasset, magnum existimares detrimentum id factum: nunc autem hìc vis locupletari, vnde frequenter & ante vesperã es migraturus.Nescis quòd in aliena regione moramur tanquam hospites & peregrini? Nescis quòd peregrinorũ est expelli, cùm nec expectauerint, neque sperauerint? quod & nos patimur:propterea quicquid comparauerimus,hìc dimittimus. Non enim permittit dominus migrantes ea simul auferre, siue domos ædificauerimus, siue coëmerimus agros, siue seruos, siue supellectilia, siue quid aliud huiusmodi. Nec tantùm non permittit abeuntes quicquam asportare, sed neque tibi mercedem computat. Tibi nanque prædixit,quòd non ædificabis, nec impendes aliena, sed tua. Quid igitur tua dimittens, alienis operaris, & erogas, vt & laborem, & mercedẽ amittas, & extremam subeas vltionem? Ne quæso sic agas, sed postquàm natura sumus peregrini, simus & voluntate, ne peregrini fiamus illic ignobiles & abiecti. Nam si ciues hìc fieri voluerimus, neque hìc erimus,neque illic:si verò peregrini,sicut sumus,permaneamus:& ita degamus,sicut peregrinos degere par est, ciuiũ & hìc & illic capiemus fiduciã.Iustus enim,& nihil habens, & hìc, & vbique tanquam in suis conuersabitur, & in cœlum reuersus, sua videbit æterna tabernacula. Et neque hìc aliquid patietur infestum: nec enim eum quispiam exulem facere poterit, terram omnem patriam habentem: & suam recipiens patriam veras videbit diuitias. Vt igitur vtraque lucremur, & præsentia, & futura, congruè substantiis vtamur: sic enim erimus cœlorum ciues, & multam assequemur fiduciam. Quoniam vbi, quæso, vtilis erit qui eleemosynam non facit? Ieiunas quotidie? verùm & tunc virgines illæ, sed nihil eis profuit. At oras, & quid hoc? Absque eleemosyna sterilis oratio, omnia immunda absque hac, omnia inutilia, maior virtutis pars est amputata. Qui non diligit fratrem suum,inquit,deum non nouit: tu verò quomodo diligis, neque parua hæc, & vilia volens ei communicare?Dic mihi, temperanter agis?Qua de causa? nónne quia pœnam timuisti?Nequaquam ex virginite, sed a natura negotium obis.Quoniã si moderatè viuis pœnam veritus,& tantam sustines violentiam, tanquam tyrannidem: multò magis eleemosynas facere fuerat opus. Non enim par est corporum vincere concupiscentiam,& pecuniarum,sed maior illic est labor. Cur tandem? quoniam voluptas quidẽ naturalis est, & cor pori nostro insita & ingenita,pecuniarum autem cura nequaquam. hoc est id, quo deo possumus adæquari, miserari,& misericordiam exhibere. Cùm hoc itaque non habeamus,toto sumus priuati. non dixit, Si ieiunetis,similes eritis patri vestro:neq; dixit, Si supplicter orauerit is,similes eritis patri vestro:neq;,Si virginitatẽ illæsam seruaueritis, similes eritis patri vestro. Nihil enim horũ est circa deum,nec horum quicquam

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Cœus operatur. Sed quid? Estote misericordes, sicut & Lucæ.6.c. pater vester qui in cœlis est. Hoc dei est opus. Hoc si non habeas, quid habes? Misericordiam volo, inquit, & Osee.6.b. non sacrificium. Fecit cœlum deus, fecit terram, mare: magna hæc, & ipsius digna sapientia. Sed horū nullo tantùm humanam attraxit naturam, quantum misericordia & clementia. ait enim: Hoc quidem opus sapientiæ & potentiæ, & bonitatis, multò magis autem quòd seruus factus est. Nónne magis in hoc eum admiramur? Non in hoc magis acceptamur? Nihil ita deum attrahit, sicut misericordia. Et multa de hoc passim omnes prophetæ loquuntur. Misericordiam autem dico, non cum auaritia, non enim hæc est misericordia: non enim spinæ radix vnquam oleum parit, sed oliuæ. Sicut nec auaritię radix misericordiam: nec iniustitiæ, neq; rapinæ, neq; calumniæ trades eleemosynam, nec eam facias ab omnibus accusari. Nā si propterea rapis vt miserearis, nihil hac pęne eleemosyna. Cùm enim ex rapina nascatur, hoc eleemosyna nō est: sæuitia quædam est, & crudelitas, hoc est in deum contumelia. Si suorum deteriora Caïn offerens sic offendit, aliena offerēs quomodo non offendit? Oblatio nō H aliud est quàm sacrificium, non immunditia. Et sordidis quidem manibus orare non audes: sordem autem & immunditiam offerens ex rapina nil mali cēnses? Ipsas manus sordibus & immunditia non finis impleri: sed prius purificatas, ita postmodum eas offers. Et talis sordes nullum habet peccatum, illa verò accusatione digna, atque calumnia. Ne solùm igitur hoc consideremus, quomodo puras offeramus manus orātes, verùm & vt quæ offeruntur pura sint: quoniam hoc risus est, quemadmodum si quis tabulam ablutam immundis muneribus oneret: nónne subsannatio hoc est, & risus? Sint manus puræ. Non eas tantùm aqua ablua mus, verùm & iustitia prius: hęc est manuum expiatio. Si verò simus iniustitia pleni, si milies etiam eas laues, Esaiæ.1.d. nullum est emolumentum. ait enim, Lauamini, mundi estote. Quid igitur, nunquid dixit, Ite ad fontes, ite Ibidem.e. ad balnea, vel flumina? Nihil horum. Sed quid? Auferte iniquitates vestras ab oculis meis, hoc est mundari, hoc est ab inquinamēto liberari, hæc est verè mundi- I tia. Nam illa quidem parum profuerit, hæc autē apud deum fiduciam nobis largitur. Et illam adulteri quoq; & fures, & homicidæ possunt habere, & molles, & dissoluti viri, & fornicarij, & scortatores, & hi præsertim. Hi nanq; sunt qui corporis munditiam omnium maximè curant, iugiter olentes vnguenta, sepulchrū abstergentes (sepulchrum enim eis corpus est) animam intus habentes mortuam. Igitur huius quidem puritatis & illi possunt esse participes, interioris verò nequaquam. Nihil magnum est, si corpus abluas: Iudaïca est ista purgatio, inutilis & expediens, cùm interior desit. Sit aliquis habens putredinem, & vlcera corpus depascentia, circumlauet corpus, quis exitus? quod lucrum? Si verò corporis tabem nihil lenire poterit, cùm superficies exterior obruatur, & destruatur? cùm in anima fuerit tabes, quid nobis proderit corporis puritas? Nihil. Puris est nobis opus orationibus. Orationes autem puræ non esse possunt, cùm fœda sit anima quæ parit eas. Nihil enim animam ita fœdam reddit, sicut auaritia atque rapina. Sed sunt quidam innumera per diem operati mala, qui circa vesperam se lauantes, ecclesiam ingrediuntur, cum multa manus extollentes fiducia, tanquam omnia per aquarum piscinam deposuerint. Si sic esset, magis foret emolumentum quotidie lauari: si sic esset, nec ipse balnea frequentare mo K rarer, si mundos redderent, & à peccatis absoluerent. Risus ista sunt, & nugæ, ludicra, & puerorum ioca. Nō auersatur deus corporis sordes, sed animæ pollutionem: eum enim audi dicentem, Beati mundo: nunquid Matth.5.a. corpore? Nequaquam: sed, corde mundi, quoniam ipsi deum videbunt. Propheta verò quid ait? Cor mūdum Psal.50.c. crea in me deus. & iterum: Ablue à malitia cor tuum. Hieze.4.a. Magnum est bonum in consuetudine bonorum esse. Vide quomodo parua sint hęc, & inutilia. Et postquàm anima consuetudine præoccupata fuerit, non abscedit: neque priusquàm ea peregerit, ad orationem accedere sustinet. Puta in consuetudine nos constituimus lauandi & orandi, nec illotum hoc facere datur. Ideo libenter non oramus, si non lotis hoc manibus faciamus tanquam deum offensuri, & sub nequam cō stituti conscientia. Si paruum hoc tantam vim habet, & omnino quotidie perficitur: si nos in eleemosynæ consuetudine constituissemus, & hoc decreuissemus semper implere, ne manibus vacuis vnquam orationis domum ingrederemur, res iam perfecta fuisset. Consuetudinis enim vis & in bonis, & in malis magna: ipsa nos trahente, laboris iam non indigebimus. Multi sunt in se signandi consuetudine confirmati, nec iam commonente opus habent: quin & mente frequenter alió vagante, tanquam à quodam animato præceptore manus spontè trahitur ad signum faciendū. In consuetudine quidam se constituerunt ne iurent, & hoc neq; volentes, nec inuiti patiētur. Igitur & in hac eleemosynæ nosipsos consuetudine constituamus. Quot opus erat nobis laboribus, vt hoc inueniretur remedium: Dic enim mihi, nisi foret eleemosynæ subsidiū, cum multis criminibus adinissis, nos vltionis reos statuissemus, nónne multùm doleremus? nónne diceremus, vtinā per pecunias à peccatis ablui liceret, & omnia daremus? Vtinam pecuniis dei liceret iram expellere, neque rebus vllis parceremus. Nam si hoc in ægritudine facimus, & in morte dicimus. Si mors redimi posset, ille omnia sua dedisset, multò magis hoc. Et vide quanta sit dei misericordia, temporalem redimere mortem tibi non concessit, sed cōcessit æternam mortem. Ne breuem, inquit, emas vitam hanc, M sed vitam illam æternam: illam tibi vendo, non hanc, non illudo tibi. Hanc & si ceperis, ceperis nihil. Ego noui quòd illa magna est, sed non ita caupones, & seculares quæstus sectantes faciunt. Illi enim si liceat illudere quibus velint, pro magno paruum exhibent: ipse verò non ita, nos autem ita. Dic mihi, Si ad aliquem profectus mercatorem duobus propositis lapillis, hoc quidem falso, hoc autem precioso, & diuitiarum multum trahente, illius parui precium deponens, magnū accepisses: nun quid illum inquisasses? Nequaquam, sed potius fuisses admiratus. Itidē & nunc propositæ sunt duæ vitæ, temporalis, & æterna: ipsas autem venundat deus. Sed hanc nobis, non illam vendit. Quid insipientum more puerorum tristamur, quòd precio sam accepimus? Potest igitur, inquies, pecuniis vita redimi? Potest, si nostra, & non aliena eroganemus: si non faciantis imposituram. At inquies: Mea post rapinam sunt? Non tua, imò sunt illius: aliena sunt, licēt eorum millies sis dominus. Nec enim si depositum ac ceperis, tempore quo deposito peregrinatur, hæc tua sunt, licēt apud te iaceant. Si igitur quæ à volentibus, & gratias habentibus in depositum accepimus, nostra non sunt, nec illo tempore quo tenemus: multò magis

A magis hæc, quæ inuitis & nolentibus rapimus, proximi sunt: ille eorum est dominus, licēt millies ea retineas. Illa verò nostra est virtus. Pecuniæ verò ne nostræ quidē, nostræ sunt, nedum alienæ. Sed nunc quidem nostrum est, cras verò non iam nostrum. Virtutis autem bona sunt nostra: non enim hæc sicut illa iacturam facit, sed omnibus tota præsens adest. Hanc itaque possideamus, & contemnamus pecunias, vt vera consequi bona possimus: quæ nos vtinam omnes mereamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul & sancto spiritui gloria, potestas, & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

DE ELEEMOSYNA ET *misericordia, Homilia.* XXXVII.

Ad Corinthios prima.

SVm hominem diligat dominus, charissimi, multam præceptis suis immiscuit lenitatem, vt non solùm ex præcepto, verùm & ex pro- B pria mente multa faciamus. Poterat enim, nisi hoc voluisset, præcepta magis intendere, & dicere: Qui non semper ieiunat, puniatur: qui virginitatem non seruat, in eum animaduertatur: qui præsentia non exuit omnia, supremam exoluat pœnam. Sed hoc non fecit tibi, si velis, largitatem exhibendi præbens occasionem. Et propterea cùm de virginitate loqueretur, dicebat: Qui Matth.19.b. potest capere capiat. Et ad diuitem hæc quidem præcepit, hæc autem suæ potestati dimisit. Non enim dixit, Vende quæ habes: sed, si vis perfectus esse, vende. Ibidem.c. Nos autem non tantùm non largitatem præferimus, neq; præcepta transcendimus, verùm & à iustorū mensura multùm deficimus. Et Paulus quidem esuriebat, ne impedimentum daret euangelio: nos verò neq; reposita nobis tangere audemus, innumeras videntes animas subuerti: dicimus enim, Rodat tinea, & non comedat pauper: absumat vermis, & nudus non induatur: omnia tempore consumantur, & Christus non pascatur, licēt esuriat. At inquies: Quis hoc dixit? Hoc est autem ideo valde malum, quòd non verbis, sed operibus ista dicuntur. Minus enim esset mali si diceretur in verbis, quàm dum agitur in factis. Nónne quotidie ista proclamat inhumana & crudelis, & tyrannica va- C nitas captiuis suis? Proponuntur & calumniatoribus, & latronibus, & insidiatoribus ad escam nostra, non autem esurientibus, neque indigentibus alimentum. Nónne vos enim facitis latrones? nónne vos inuidiorum igni fomitem præbetis? nónne vos facitis fugitiuos & insidiatores, velut escam vestras proponentes diuitias? Quis furor autem est iste? Furor enim est, & manifesta dementia, vestibus quidem arcas parare, ad dei verò factum imaginem & similitudinem, nudum & trementem præ gelu, vixq; stantem rectum negligere. At inquies: Simulat tremorem & infirmitatem. Non times ne fulmen ab hoc verbo cœlitus accensum in te feratur? Desrumpor enim ab indignatione, parcite. Tu quidem ventre tumens & pinguis, & ad profundam potum producens vesperam, & mollibus calescens stragulis, non te dignum dare pœnas censes, cùm tam iniquè dei muneribus vtaris: (nec enim vt inebriemur est vinum, nec vt crapulemur, esca fuit facta: nec vt ventrem disrumpamus, cibi) pauperem verò miserum, nihilo tuo mortuo dispositum exquisitas exigis rationes? Nec Christi times tribunal illud horrendum & terribile? Nam & si simulat, ex necessi- D tate simulat, & egestate, propter sæuitiam & inhumanitatem tuam, quę talibus personis supplicantibus ad misericordiam non flectitur. Quis enim tam miser & ærumnosus, vt nulla premente necessitate, pro solo pane velit ita deturpari & plangere, talemq; pœnam sustinere? Igitur illius simulatio fertur inhumanitatis tuæ præco. Quoniam enim supplicans & deprecans, & miserabilia fundens verba, gemens & lachrymans, totum circumiens diem, neque necessarium inueniebat alimentum, fortè ad hanc artem excogitauit, non sibi tantum, quantum tibi dedecoris & accusationis inferentem. Nam ille quidem misericordiam inuenire dignus est, quòd in tantam deuenit necessitatem: nos autem innumeris digni supplicijs, quòd pauperes talia pati cogimus. Si nanque de facili flecteremur, nunquam ille talia subire maluisset. Et quid dico nuditatem & tremorem? Hoc enim horribilius dicā, quòd & liberos immaturam agentes ætatem quidam excæcare sunt coacti, vt nostram penetrarent insensatam duriciem. Postquàm videntes, nudique circumeuntes, nec ab ætate, nec ab ærumna crudeles flectere E potuerunt, his tot malis aliam grauiorem adiecere tragœdiam, vt famem soluerent, leuius esse putantes, hoc communi lumine priuari, & splendore omnibus concesso carere, quàm cum fame continuam habere pugnam, & miserrimam mortem sustinere. Quoniam enim paupertatis misereri non didicistis, sed gaudetis calamitatibus, vestram implent improbam libidinem, & sibi & vobis gehennæ flammam acriorem accendē tes. Et vt sciatis, quòd propterea talia fiunt, signum vobis dicam manifestum, cui nemo contradicere poterit. Sunt alij pauperes leues, & mente sublimes, & nescij famem pati, sed potius omnia quàm hanc sustinentes: hi vobis frequenter & habitibus, & verbis miserabilibus occurrentes, postquàm nihil profecerunt, omissis supplicationibus illis, præstigiatores iam nobis adduxerunt: hi quidem calceamentorum pelles elaboratorum mandentes, hi verò capiti acutos circunfigentes clauos. Alij glacie concretis aquis nudo vētre adhærentes, alij verò his alia sustinentes absurdiora, vt improbum statuant spectaculum. Tu verò dum hæc fiunt, assistis ridens & admirans, & alienis insultans malis, dum communis natura dedecoratur. Et quid F his maius faciat sæuus dæmon? Postmodum vt promptius hæc faciat, copiosius præbes argentum. Et oranti quidem, & deum vocanti, & accedenti cum humanitate, neq; respondere dignaris, neq; respicere. Quin & grauia illa loqueris verba, cū iugiter infestauerit: Hūc oportētne viuere? an omnino respirare, vel Solē hunc cernere? In illos autē & hilaris, & liberalis, tanquam sis præmij propositor, & æditor scurrilis, & satānicæ turpitudinis illius. Et propterea rationabilius hęc ponentibus certamina, & nihil erogantibus, donec alios cruciari videant, hæc verba dicerentur: Viuere decet hos? respirarēne penitus, vel Solem hunc cernere in communē? peccantes naturam, in deum immittentes cō tumeliam? Cùm enim deus dicat: Da eleemosynam, & Lucæ.11.f. & 12.d. do tibi cœleste regnū, non audisti. Diabolo autē caput confixum clauis ostendente, repētè factus es liberalis. Et plus potuit flectere maligni dæmonis adinuētio tā tum habens nocumentum, quàm dei promissio, bona ferens innumera. Cùm opus fuerit, si fuisset etiam erogandum aurum, ne talia fierent, aut fieri viderentur, omnia facere, aut pati, vt hęc multa tolleretur insania: vos autem vt fiant, & fieri spectentur, omnia facitis &

Universidad de Deusto
Biblioteca

G negotiamini. Adhuc igitur interrogas, quæso, quam ob rem gehenna? Sed ne amplius hoc interroges, sed quomodo sola vna sit gehenna. Quot enim hi pœnis digni sunt, qui sæuum hoc & immite conuocantes spectaculum, & ridentes in quibus opus erat lugere, tam illos quàm nosipsos, imò verò vos talia subire deformia compellunt? At inquies: Nó cogo. Dic mihi, quomodo non cogis, humilioribus quidem & plorãtibus, & deum protestantibus nec intendere sustinẽs, his autem & largè præbens argentum, & multos circunsistens admirantes? Absistemúsne, inquies, miserentes eorum? Tunc hoc imperas? Non hoc est, homo, misereri, tantam pro paucis obolis pœnam exigere, iubere vt propter necessarium se percutiat alimentum, & in multa capitis cutem secare tam amarè & miserabiliter. Bene dic, inquies: non enim nos sumus capita configentes illa. Vtinam tu, nec esset malum tam graue. Qui nanq; iugulat aliquem, iubente seipsum iugulare multò peiora facit: quod quidem & in his accidit. Acutiores enim sustinent dolores, cùm ipsi quoque ministri malorum fieri iubentur præceptorum huiusmodi.

H Act.11.d. Et hæc Antiochiæ, vbi primum appellati sunt Christiani, vbi fuerunt omnibus hominibus mitiores, vbi multus apud antiquos eleemosynæ fructus vigebat. Nec enim tantùm præsentibus, verùm & longinquis mittebant per magnum interuallum, & hæc cùm fames expectaretur. Quid igitur, inquies, oportet facere? Hanc quidem feritatem supprimere, omnibus autem egenis persuadere, quòd hæc quidem agentes, nihil accipient: mansuetè verò petentes, multam inuenient liberalitatem. Et si hæc didicerint, licèt sint omnium miserrimi, non amplius eligent cruciari. Ego vadimonium præsto: quin & gratias vobis habebunt, quòd ipsos à risu liberastis, & illo dolore. Nunc autem pro aurigis quidẽ & liberos vestros traderetis, & pro saltatoribus ipsas proderetis animas: pro Christo autem esuriente neque minimam substantiæ partem erõgatis, sed si parum argenti dederitis, tanquam totum exolueritis, ita vos geritis: nescientes quòd non dare, sed cum copia dare, præsertim hoc est eleemosyna. Propterea&q; propheta non dantes simpliciter prædicat & beatificat, sed copiosè præbentes. Nec enim simpliciter dixit, dedit: sed quomodo? Dispersit, dedit pauperibus. Quid enim vtilitatis, cùm tantùm abundans dederis, quantùm si quis ex mari cyathum hauserit, & neq; generosum viduæ mulieris animum imitatus sis?

I Psal.111.b. Quomodo verò dices: Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam: & secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meã? Cùm secundum eius misericordiam ipse non miserea־ ris, fortè verò neq; secundum paruam. Etenim multùm confundor, cùm multos video diuites equis cum frenis aureis insidentes, & post se trahentes seruos auro micantes, & lectos habentes argẽteos, & aliam maiorem iactantiam: & cùm pauperi dandum fuerit, pauperrimis pauperiores redditos. Sed frequens eorũ sermo habet, commune bonum ecclesiæ. Et quid hoc ad te? Nec enim si ego dedero, saluaberis ipse: neque si ecclesia præbuerit, tu peccata tua deleueris. Nam si propterea non erogas, quòd egenis ecclesia dare debeat: quoniam orant sacerdotes, tu nunquã orabis? Et quoniam alij ieiunant, iugiter ebrius eris? Nescis quòd nõ tam propter pauperes eleemosynam deus, quàm propter ipsos impendentes instituit? Sed sacerdotem habes suspectum, & grauissimum quidem & hoc peccatum, tamen nõ subtiliter exquiro. Omnia per teipsum K perage, & ita duplicem lucraberis mercedem. Nam quæ nos de eleemosyna dicimus, non vt nobis offeras dicimus, sed vt ipse per teipsum ministres. Mihi nanq; deferens fortassis, & inani gloria capieris: frequenter autem & scandalizatus recedes, eò quòd mala suspiceris. Si verò per vosmetipsos omnia faciatis, & à scandalis absoluemini, & ab inepta suspicione, maiorq; vobis erit merces. Non itaq; vos huc cogens conferre pecunias, hæc dico: neque pro sacerdotibus quibus detrahitis, zelum præferens. Nam si fuerat indignandũ & dolendum, pro vobis oportebat dolere, qui malè dicitis. Nam malè quidem audientibus incassum & sine causa maior erit merces: dicentibus autem, iudicium & vltio grauior. Non itaque propter eos hæc dico, sed vestri curam gerens, & solicitudinem. Quid enim mirum, si quidẽ in generatione nostra suspecti sunt, cùm inter sanctos illos angelorum imitatores, nihil pro- Act.6.d. prium possidentes, apostolos dico, murmuratio foret in ministerio viduarum, quòd despicerentur pauperes, cùm nemo quippiam suorum proprium esse diceret, sed essent illis omnia communia? Ne has itaq; prætendamus purgationes, nec excusationem esse credamus, quòd ecclesia multa possideat. Cùm enim ipsius substantiæ magnitudinem videris, & pauperum in ea descriptorum greges cogita, ægrotorum cateruas, innumerorum occasiones ministeriorum scrutare, inuestiga curiosè. Qui prohibeat nemo. Quin & rationem vobis reddere sumus parati: verùm dilationem volo. Cùm nanq; rationes dederimus, & non minorẽ esse prouentu demonstrauerimus impensam, quin & interdum maiorem: libenter à vobis illud interrogarem, cùm illo migrabimus, & Christum audiemus dicentem: Esurientem me vidistis, & non pauistis: nudũ, Matth.25.b & non induistis. Quid dicemus? quid verò respondebimus? Illum & illũ in medium agemus, qui talia negligunt, an sacerdotum quosdã suspectos? Et quid hoc ad te? Nam ego tibi obiicio quæ ipse peccasti: horũ autem purgatio, propria diluere crimina, non alios ostẽdere paria peccasse. Nam & ecclesia propter pusillanimitatem vestram ea cogitur habere, quæ nunc habet. Quippe si secundum apostolicas leges omnia fierent, ipsius prouentum esse mentem vestrã oportebat: quod M penu esset tutissimum, & incõsumptus thesaurus. Nũc autem quando vos thesaurizatis super terram, & in vestris omnia penibus recluditis: hæc autem impendere cogitur viduarum collegiis, virginum choris, hospitum visitationibus, peregrinantium ærumnis, compeditorum calamitatibus, malè valentium necessitatibus, & mutilatorum, aliisque talibus causis: quid agendum est? Nunquid ejus est hos homines auersari, tótque suffodere portus? Et quis occurrentibus sufficeret naufragiis, gemitibus, luctibus, & eiulatibus vndique concurrentibus? Ne temerè igitur à casu loquamur: nunc enim quod præueniens dixi, & rationes quidem vobis reddere parati sumus. Si verò contrarium quoque foret, & perditos haberetis doctores, omniaque diripientes, & auaros: nec ita defensio vestra foret iniquorum nequitia. Clementissimus enim & sapientissimus vnigenitus dei filius, omnia videns, & sciens quòd multos temporis longitudine, & tam magno terrarum orbe sacerdotes accidit esse corruptos, & subditorum torpor per illorum negligentiam augeatur, omnem tollens torporis excusationem: Super cathedram, inquit, Mosi sederunt scribæ & pharisæi: Matth.23.a omnia

A omnia quæcunque vobis dicunt vt faciatis, facite: secundum autem opera eorum nolite facere. ostendens quòd licèt præceptorem habeas malum, nihil hoc tibi obesse poterit, cùm dictis intendas. Non enim ex his quæ sacerdos egit, sed quæ audita neglexisti, ex his tibi deus sententiam feret. Itaque si præcepta quidem facias, cum multa tunc adstabis fiducia: si verò quæ dicũtur neglexeris, etiam si mille perditos ostenderis sacerdotes, nihil hoc tibi proderit. Quoniam & Iudas apostolus erat, veruntamẽ nihil hoc pro sacrilegis & auaris vnquam in defensionem proponetur. Nemo poterit accusatus dicere, quòd & apostolus fur erat, & sacrilegus, ac proditor: sed hoc ipsum nos maximè puniet, & condemnabit, quòd nec aliorum malis correcti sumus. Nam & propter hoc illa scripta sunt, vt eorum æmulationem fugiamus. Quapropter illum & illum sinentes, nobisipsis caueamus: nam quisq; nostrum pro se deo dabit rationem. Igitur vt rationem hanc cum bona reddamus purgatione, nostram instituam? vitam, & largam egeris dexteram extendamus: scien

B tes quòd hæc sola nobis est excusatio, si nosipsos ostendamus mandata peregisse, nulla verò præteriisse. Et si hanc præferre poterimus, intolerabiles illos gehennæ dolores effugiemus, & futura consequemur bona: quæ nos vtinam omnes assequamur, gratia & clementia domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri gloria, honor & imperium, cum sancto & viuificante spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

DE HVMILITATE ET QVIETE, Homilia. XXXVIII.

NE altùm sapiamus ô homines, nec inflemur, cùm terra simus & cinis, fumus & vmbra. Dic nanque mihi, cur altùm sapis? Eleemosynam dedisti, & exhausisti pecunias. Et quid hoc, cogita, nisi te deus diuitem facere voluisset: cogita pauperes, quinimo cogita quot & corpora tradiderunt, & postquàm tradiderunt se modestè gerentes, miseros millies censuerunt. Tu propter teipsum erogasti, Chri

Rom.11.c. stus propter te: tu debitum reddidisti, tibi Christus nõ

C debebat. Futurorum incertitudinem respice, nec altùm sapias, sed time: ne superbia virtutem diminuas. Vis verè magnum aliquid operari? nunquam te suspiceris tanquam magnorum meritorum. Sed es virgo? Verùm & ille virgines fuerunt: sed propter sæuitiam & inhumanitatem, nihil eis virginitas profuit. Humi-

Humilitas radix bonorum omniũ. litati nihil æquale, hæc est bonorum mater & radix, altrix & occasio, simul & vinculum: hac semota, abominabiles & scelesti sumus, & immũdi. Sit enim, quẽso, mortuos aliquis suscitans, & sanans claudos, & leprosos emundans cum insolentia, nihil hoc sceleratius, magis impium nihil, nihil prophanius, nihil esse te putes. Verbum habes & docendi gratiam, ne propterea putes te plus aliis aliquid habere. Propterea maxime debes humiliari, quòd pluribus donis præditus es. Cui nanque plus dimissum est, plus diliget. Igitur oportet & humiliari, quòd alios prætergressus in te deus inclinauit. Frequenter enim & hoc tibi perditionis causa fuerit, nisi vigilaueris. Quid altum sapis, quoniam per verba doces? sed hoc facile verbis medicari. Doce me per vitam tuam, hæc est optima doctrina. Dicis quòd opus est modestiam sequi, & longũ super hoc trahis sermonem, & inoffensè fluens, dicendi copiam ostentas. Sed te melior me qui per opera hoc me docet. Non enim disciplinæ tam à verbis, quàm à fa- D ctis animæ solent intromitti. Quoniam si non habueris opera, non tantùm loquens non profuisti, sed & potius læsisti. Melius est tacere. Quare? quoniam opus mihi reddis impossibile. Cogita nanque quòd si tu tanta disserens non efficis, multò magis ego venia dignus. Propterea propheta dicit: Peccatori autem dixit deus, Psal.49.c. quare tu enarras iustitias meas? Maius enim hoc damnum, cùm aliquis bene verbis docens, per opera doctrinam impugnat. Hoc fuit multorũ in ecclesiis malorum causa. Propterea parcite quæso, si vobis in hac indignatione sermo prolixior habetur, Multa multi faciunt, vt in medio constituti, longã extendant orationem: & si plausus quidem à multitudine consequantur, hoc eis regno simile factum est: si verò cum silẽtio sermonẽ finierint, silentij tristitia fit illis gehenna molestior. Hoc ecclesias subuertit, quoniam neq; vos sermonem audire quæritis compunctiuum: sed qui delectare sono valeat, & verborum compositione tanquã citharœdos & citharistas audientes. Et nos segniter & E ærumnosè facientes, vestras sequimur concupiscẽtias, cùm sit opus eas excidere. Et idẽ fit, ac si quis pater frigido, & plus debito molli filio, licèt ægrotãti placentã offerat, & aquã frigidã, & quæcunq; duntaxat delecta re solent, vtiliũ verò nullam gerat curã: postmodum à medicis incusatus, se purget dicens: Quid faciam? non sustineo flentẽ puerũ cernere. Miser & infœlix, & proditor: nec enim huiusmodi patrem dixerim. Et quantò melius est breuì cõtristatum semper incolumẽ reddere, quàm momentaneã hanc lætitiã continuæ mœstitiæ materiam facere? Hæc & nos patimur, verborũ fucos conquærentes, & cõpositiones, & elegantem iunc turam, vt delectemus, non prosimus. Consideramus quomodo videamur admirabiles, non quomodo mores componamus. Credite mihi, non aliter dico, dum mihi applauditur dicenti. Per ipsum quidem tempus, humanũ aliquid patior (cur enim non, si quis verũ dixerit?) & gestio, & exulto. Postquàm domũ ingressus, plausores nihil adiutos esse cogitauero: & si quid profecisse debebãt, per plausum & laudes amisisse, doleo, gemo, & lugeo: & tanquam omnia temerè dixerim, sic

F afficior, & mihimetipsi dico, Quæ mihi furdorũ vtilitas, cùm auditores ex sermonibus nostris lucrari nihil velint? Et frequenter legẽ ponere cogitaui, quæ plausus prohiberet, & cũ silentio, congruaq; tranquillitate nos audire persuaderet. Sed tolerate quæso, & obedite mihi: & si videtur hanc sanciamus legem, iam audientium nemini licere cuiquã interdicendum applaudere: sed si velit admirari, cũ silẽtio miretur, prohibet nemo. Omne verò studium & promptitudo ad dicta prestetur suscipienda. Quamobrẽ applausistis? De hoc legem profero. Vos autem nec audire toleratis. Hoc erit multorum causa bonorum, & philosophiæ doctrina. Exteriores quoq; philosophos audimus dicẽtes, & nullus vnquam plausus eos sequitur. Et apostolis sermonem habentibus ad populum, nusquam hoc addiderunt, quòd illis dicentibus in medio dicentem plausibus auditores interrumperent. Magnũ hoc nobis lucrum, sed hoc sanciamus: Omnia cũ quiete audiamus omnes, & dicamus. Nam si post plausus quidem abire mus, habẽtes quæ audiuimus, maximè quidem nec ita laus vtilis foret: sed non admodum curassem, ne quis me fortè rusticitatis argueret. Sed quãdo nil amplius efficitur, nisi detrimentum, soluamus vinculum, tollamus exultationes, animę lasciuias excidamus. Christus Matth.5.a.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G in monte prędicauit,sed nemo quicquam dixit,donec sermonem impleuit. Non priuo volẽtes plausibus excipi, sed magis mirabiles reddo. Multò melius tacitè audientẽ per memoriam in omni tempore plaudere, & domi, & in foro, quàm omnibus perditis domum inanem redire, plausuum non habentem materiam. Quomodo nanq; non deridendus auditor, & assentator magis, & simulator putabitur? quod bene quidem dixit doctor pronuncians. Quid verò dixerit, demonstrare non sum idoneus? Hoc assentationis est. Nam ci tharœdos quidem audiens, & tragœdos hoc iure pateretur, vtpote qui dictionẽ similiter proferre nesciãt. Vbi verò non cantus est ostentatio, neq; vocis, sed sententiarum & philosophiæ facultas, cuiq; dicere & enũciare facillimum est. Quomodo non igitur accusatione dignum est, si quis laudans, causam nequeat dicere, qua dicentem laudauit? Nihil ecclesię tam congruum, quàm silentium & tranquillitas. Theatris conuenit tumultus, & balneis, & pompis, & foris: vbi verò de talibus dogmatis doctrina, tranquillitas, & quies, & philosophia, & multa pax esse debet. Hæc precor & suppli
H co. Circumeo nanq; loca quærens, quibus vestris prodesse valeam animis, nec hic paruus mihi modus esse videtur, qui non tantùm vobis proderit, verùm neque nos præcipitari permittet, neq; laudum & gloriæ capi cupidine, neq; delectantia dicere, sed quę prosunt: neq; circa compositiones, & verborum fucos, sed circa sententiarum virtutem omne temporis occupare momẽtum. Officinam intra pictoriam, & ibi magnum inuenies silentium: sit igitur & hic. nam & hic regias pingimus imagines, nullam verò priuatam per virtutis colores. Quid mihi rursum in hoc applauditis? Non hoc est facile. Sed quid, nisi multa consuetudine comparari possit? Stylus autẽ nobis est lingua, artifex verò spiritus sanctus. Dic mihi, nunquid vllus est in mysteriis tumultus? nũquid vlla turbatio? Cùm baptizamur, cùm alia cuncta facimus, nónne quiete & silentio cuncta sunt ornata? Hoc in cœlo disseminatum est ornamentum. Propter hoc & à gentilibus accusamur, tanquam ad ostentationem & ambitionem omnia facientes. Ne igitur in meritis altum sapiamus, ô homines, sed cogitantes domini progenitores, omnem euacuemus tu
I morem. Sic enim & pharisæus publicano factus est po
Lucæ.18.e. sterior. Si verò vis magnum ostendere meritum, noli altum sapere, & tunc hoc magis ostenderis. Ne te putes aliquid effeciſſe, & totum feceris. Nam cùm simus peccatores, hoc nos esse quod sumus cogitantes, efficimur iusti, sicut & publicanus: quantò magis si cum iusti simus, peccatores esse nos putemus? Nam si iustos ex peccatoribus facit, humilia de se sentire, licèt hoc non humilitas, sed sanum sit iudicium. Si igitur in peccatoribus sanum tantùm potest iudicium, quantũ humilitas in iustis poterit, collige. Ne velis itaque labores corrumpere, neque sudores succidas, nec in vacũ curras, post innumera certamina totum euacuans laborem: te nanque melius merita tua dominus nouit.
Marc.9.f. Vel si calicem aquæ frigidæ dederis, nec hoc despicit: siue obolum erogaueris, siue gemueris duntaxat, omnia cum ingenti suscipit beneuolẽtia, & reminiscitur, & magnas eis reponit mercedes. Quam autẽ ob rem tua continuè commemorã, & nobis in medium profers? Nescis quòd si temetipsum laudaueris, nõ iam te deus laudabit: sicut è contra, si te miserum vocaueris, non desinet apud omnes te prædicare. Nec enim vult labores tuos diminui. Quid dico diminui: Omnia nẽ
pe facit & satagit, vt ex minimis te coronet, & circuit K
occasiones quærens, quibus à gehenna possis liberari. Propterea si vel vndecimam opereris horam diei, integram erogat mercedem: si vel vnam salutis occasionem habeas, ait: Propter me facio, ne nomen meum Eze.36.c.
polluatur. Si vel gemueris tantùm, vel fleueris, hæc omnia statim arripit ipse in tuæ salutis occasionem. Nolimus igitur extolli, sed & nos dicamꝰ inutiles, vt vtiles efficiamur. Nam si te quidem dixeris probabilem, licèt probabilis existas, inutilis factus es: si verò te nominaueris inutilem, factus es vilis, licèt sis improbandus: propterea meritorum obliuiſci necessarium est. At inquies: Quomodo possumus hæc nescire, quæ scimus? Quid ais? continuè dominum offendens lætaris & rides, & nescis quidem quòd peccasti, cum obliuioni cuncta tradideris: meritorum verò memoriam extrudere non potes, licèt res sit fortior metus. Nos autem contrarium facimus: nam quotidie quidem offendentes, nec animaduertimus: si verò pauperi modicũ argenti dederimus, sursum & deorsum circumuoluimus: quod est extremæ dementiæ, & maxima colligentis iactura. Tutus enim meritorum penus, obliuio meritorum. Et sicut cùm vestes & aurum in foro quidem exponimus, multos prouocamus insidiatores: si verò domi reponamus, & cęlemus, in tuto repositurimus omnia: Ita profectò & merita, si iugiter mẽte gestemus, dominum iritamus, armamus inimicum, ad furtum vocamus: si verò sciat ipsa nemo, sed quem scire solũ oportet, in tuto iacebunt. Itaq; noli iugiter circunferre, ne quis auferat ea: neq; quod pharisæus passus est, & ipse patiaris, qui lingua circunferebat ipsa, vnde diabolus ea rapuit, licèt eorum cum gratiarũ actione memoriam ageret, & deo totum attribueret: sed nec hoc ei suffecit. Nõ enim aliis exprobrare gratiarũ est actio, coram multis gloriari, in præuaricatos insurgere. Nã si deo gratias agis, id solum tibi satis sit, nec in homines inueharis, neque condemnes proximum. Vis gratiarum actionis rationem discere: trẽs audi pueros dicentes: Peccauimus, iniquitatem fecimus. Iustus es do- Daniel.3.c
mine in omnibus quæ fecisti nobis, quoniam in vero iudicio omnia induxisti. Itaq; propria confiteri peccata, hoc est deo gratias agere confitentem. Qui se quidem infinitorum obnoxium esse reum, nec à se, dignam M
exigi pœnam: hic est qui maximè gratias agit. Caueamus igitur aliquid de nobis dicere: hoc enim & hominibus odiosos, & deo reddit abominabiles. Propterea quanto maiora præstitimus, tantò minora de nobis dicamus: sic enim gloriam assequemur maximam, & apud homines, & apud deum, quinimo neque gloriam tantùm apud deum, verùm & mercedem, & magnam retributionem. Ne merodem itaq; reputes, vt capias mercedem: gratia confitere saluari, vt ipse tibi se debitorem confiteatur, non modò meritorum, verùm & talis gratitudinis. Nam cùm bene quidem gesserimus, benefactorum duntaxat habemus debitorem: cùm verò nihil nos meruisse putauerimus, ipsius quoque dispo
tionis huiusmodi magis quàm illorum, vt æqui- Matth.8.b.
alens sit hæc meritorum. Si non igitur hoc adsit, nec illa magna videbuntur. Nam & nos seruos habentes, maximè tunc eos acceptos habemus, cùm postquàm omnia beneuolè ministrauerint, nihil magnum fecisse se censent. Itaq; si tu quoq; magna vis reddere mẽta tua, ea ne magna esse putes, & magna tunc erũt. Sic & Centurio dicebat: Non sum dignus vt intres sub tectum meũ: & propterea dignus factus est, & admirationi su-

A tioni super omnes Iudæos habitus. Sic & Paulus di-
1.Cor.15.b cens: Non sum dignus vocari apostolus: & propter hoc
Mat.3.c.& omnium primus factus. Itidem & Ioannes: Non sum
Marc.1.a dignus soluere corigiam calceamenti eius: & ideo amicus quoque fuit sponsi. Et manum quam esse calceamento dixit indignã, hanc super caput suum Chri-
Lucæ.5.b stus attraxit. Sic & Petrus dicebat: Exi à me, quia peccator homo sum domine: & idcirco factus est ecclesiæ fundamentum. Nihil enim deo tam gratum, quàm cum extremis peccatoribus semetipsum connumerare. Hoc est totius sapientiæ principium. Sic enim humiliatus, & contritus, non inani gloria ventilabitur, non irascetur, non inuidebit proximo, non vllum aliud vitium admittet. Nec enim contritam manum, licèt millies contendamus, in altitudinem tollere poterimus. Si igitur & animam itidem conteramus: licèt innumeri tumefacientes morbi eam extollant, neque tantillum eleuari poterit. Nam si quis de rebus lugens secularibus omnes animi depellit ægritudines:
B multò magis qui pro peccatis hoc facit, sapiẽtiam assequetur. At inquies, Quis ita poterit cor suum conterere? Audi Dauid maximè per hoc illustratum, & ipsius animi contritionem intelliges. Post innumera siquidem merita, debens & patria, & domo, & ipsa excidere vita, secus ipsum calamitatis tempus vilem & abiectum militem tempore suo cernens insultantem, & conuiciantem: non tantùm conuicium tulit, sed &
2.Reg.16.c ex militibus quendam illum interficere volẽtem pro-
Ibidẽ.15.f hibuit, dicens: Sinite eum, quoniam dominus mandauit illi. Et rursum sacerdotibus arcam cum eo circunferre petentibus, non assensus est: sed quid ait? In templo collocabo, & si liberauerit me præsentibus malis deus, videbo decorem eius: si verò mihi dixerit, Nolui
1.Reg.24.b te: ecce ego, faciat mihi quod placitum est in conspectu eius. Quòd autem erga Saũlem & semel, & bis, & sæpe factum est, qualem philosophiæ non ostendit excessum? Etenim & antiquam legem transcendit, & apostolicis factum est præceptis propinquum. Propter hoc omnia diligebat à domino missa, nec ode his quæ
C fiebant, iudicans: sed vnum solum elaborans, vt in omnibus obediret, & leges ab eo positas sequeretur: & post tot sua cernens merita tyrannum, paricidam, fratricidam, contumeliosum, furem, cm, pro se suum habentem regnum, nec ita scandalizabatur: sed si deo hęc videntur, inquit, me quidem pelli, & fugere, illum autem esse in honore, amo, & suscipio, & gratias habeo de innumeris ipsis malis. Non vt multi impudentes & temerarij, nec minimam meritorum eius partem assecuti, si quos in prosperitatibus positos viderint, se verò minimam sustinuisse tristitiam, innumeris suas perdunt animas blasphemiis. Sed non talis Dauid, sed o-
1.Reg.16.c mnem exhibebat mansuetudinem. Propterea̅que di-
&.Act.13.d cebat deus: Inueni Dauid Iesse, virum secundum cor
Matth.11.d meum. Talem & nos animam habeamus, & quicquid fuerimus passi, facilè feremus: & ante regnum hic humilitatis prouentum colligemus. Ait enim: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Vt igitur & hic, & illic quietè fruamur, magno cum studio omnium matrem virtutum, humilitatem dico, in animabus nostris plantemus: sic enim & hoc vitæ pelagus absq; fluctibus transire poterimus, & in tranquillum cœlestem illum nauigare portũ, gratia & cõmẽtia domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

DE HVMILITATE, ET QVOD PRAE- D
sentia quasi non sint oportet contemnere.

Homilia.XXXIX.

GLemens dominus noster, charissimi, cùm nos præsentia despicientes viderit, & hæc cum largitate præbet, & futura nobis seruat fruenda: & hoc & in pecuniis, & in gloria seculi præsentis, & in omnibus caducis rebus fieri cernere licet. Præsentes itaque contemnamus diuitias, vt veras inuenire diuitias valeamus. Inanem hanc despiciamus gloriam, vt illa vera fruamur & stabili. Præsentem derideamus tranquillitatem, vt ineffabilia illa consequamur bona. Nihil præsentia ducamus, vt ad futurorum possimus excitari desiderium. Nec enim præsentibus affixus, illorũ vnquam potest arcanorum bonorum admittere desiderium: tanquam lippitudine quadam corporeis oculis imposita, sic præsentiũ concupiscentia, rationem obtenebrante, nihilque permittente congruum videre. Neque rursus in contrarium circa illa desiderium habens immota stabiliáque bona, quampiam horum corruptibilium, & priusquam E
appareant tabescentium concupiscentiam capere potest. Pio nanque erga deum desiderio vulneratus, & futurorum nactus cupiditatem, præsentium statum aliis cernit oculis: & nouit quòd est figura tota vita præsens, & fallacia, & à somniis nihil distat: & propterea
beatus quoque Paulus dicebat scribens: Præterit enim 1.Cor.7.f
figura mundi huius. ostendens quòd humanorũ quodlibet in figura tantùm est, & velut vmbra, & somnium præterlabitur, nihil habens verum, nihil stabile. Quomodo non igitur pueriles sit mentis circa vmbras attonitos esse, & in somniis altùm sapere, & in his tabescere, quę paulò pòst transeunt? ait enim: Præterit figura mũdi huius. Cùm igitur audieris quòd transit, quid amplius iam quæris? Cùm audieris quòd figura tantùm sunt omnia humana, veritate caretia: quare sponte deceptionem sustines, nec eorum mutabilitatem cogitans & in stabilitatem, hæc quidem prætercurris: ad illa verò desiderium non transfers in æternũ manentia, immota, stabilia, mutationem non admittentia. F
Nam vt doctoris gentium prudentiam discas, ipsum vide rursum alibi volentem omnium in præsenti vita fœlicium vilitatẽ ostendere, qua sit vsus dictione: cùm
dixit, Nam quæ videntur, temporaria sunt. Nam siue 2.Cor.4.d
diuitiarum dixeris copiam, siue gloriam, siue claritatem, siue principatum, siue potestatem, siue regnum ipsum, & diademate redimitum, & sublimem thronum: omnia hæc quæ videntur, temporaria sunt, breui tempore permanentiam præstantia, nec multum nobis fructum exhibentia. Quæ nos itaque vis inquirere, si omnia sunt ad tempus? Illa, inquit, quæ non videntur, non hæc quæ cernuntur, sed illa quę corporis nõ conspiciuntur oculis. Et quis hoc consilium præberet, vt visibilibus prætermissis, inquirantur inuisibilia? Ipsa nos, inquit, rerum natura doceat, quòd hæc quidem licèt videantur, breui tamẽ præterfluunt: illa verò, quãquam nunc cernere non possumus, æterna tamẽ sunt, perennem habent statum, finem ignorant, te minum non admittunt, nesciunt mutationem, cùm stabilia sint & immota. Fortè iam & molestus esse videor, quotidie frustra cohortans. Sed quid faciam? Multa malitiæ vastatio, magna pecuniarum tyrannis, magna virtutis penuria. Propterea vel admonitionis continuatione morbum vincere vellem, & ad incolumitatem
huc congregatos

Universidad de Deusto
Biblioteca

G hæc congregatos reuocare. Nam & propterea scripturarum expositiones facere studemus, & iustorum in medium virtutem producimus, & eadē inculcare non desinimus, vt per omnia vos ad sanctorum possimus imitationem inducere. Tandem igitur vel tardè propriæ salutis prouidentiam agamus, & tempore nobis ad vitæ præfinitionem concesso, cōuenienter vtamur, & dum adhuc tempus est, ad pœnitentiam & peccatorum correctionem festinemus, & pecuniarum superabundantia ad nostram vtamur animarū vtilitatem, & superflua pauperibus impendamus. Quam enim ob causam, quæso, permittis aurum & argentum à rubigine consumi, cùm opus sit in pauperum ventres exhauriri, vt in tuto reponens cellario, in tempore opportuno, cùm maximè præsentis vitæ subsidio egebis auxilium inde nanciscaris: & hic abs te nutriti per illum diem fiduciæ tibi portas aperiant, teque suscipiant in æterna tabernacula? Sed neque vestes à tineis absumi sinamus, & in arcis sine fructu marcescere, cùm tot sint indigentes, & nudi circumeuntes: sed tineis nudum ambulantem Christum præferamus, & propter nos salutémque nostram nudum circumire sustinentem in-

H duamus, vt ipsum induere meriti, iudicij audiamus

Matth.25.d die: Nudus eram, & operuistis me. Nunquid enim grauia sunt præcepta, nunquid prægrandia? Pereuntia, inquit, marcescentia, quæq; incassum & sine vsu consumuntur, hæc vtiliter dispensare studeas, vt & ex læsione damnum effugias, & de eis maximum tibi lucrum accumules. Multæ siquidem est, & excedentis inhumanitatis, post tantam spiritualium delectationem, arcis, & parietibus includere superflua: neque sustinere cognatorum egestatem consolari, sed eligere potius à tineis & erugine consumi, & latronum manibus obnoxia esse, & pro eis pœnas luere, quàm hæc congruè dispensantes, pro his retributionem reportare. Verùm & cùm nos humiliauerimus, à dignitate nostra ne nos decidere putemus. Tunc enim magis exaltamur meritò, maximæ tunc admirationi licet esse. Quòd enim altus humilis sit, humilis autem altus, sufficit quidem & hoc asserens Christi sententia: veruntamen & ipsam rem indagemus. Quid est humiliari? nónne vituperari? non accusari? calumniam pati? Exaltari verò, honorari, laudari, glorificari? Videamus igitur hoc quo-

Esaiæ.14.d modo fiat. Angelus erat satanas, semetipsum exaltauit. Quid ergo? nónne plus omnibus humiliatus est? nónne locum habet terram? nónne ab omnibus accusatur & arguitur? Homo cùm esset Paulus, semetipsum humiliauit. Quid ergo? non admirabilis habetur? nónne cōmendatur? non laudatur? nō est Christi amicus? nónne maiora quàm Christus fecit? nónne diabolo frequenter imperauit tanquam seruo? nónne tanquam victorem circunducebat? nónne deridebat eum? nónne illudebat? nónne contritum eius caput sub pedibus suis habebat? nónne hoc & aliis multùm fidens precabatur? Quid dico? Extulerat se Absalon, se Dauid humiliauerat, vter exaltatus est? Quis gloriosus factus? Quid enim his verbis humilius, quę de Semei beatus hic pro-

2.Reg.16.b pheta protulit, dicens: Sinite eum maledicere, dominus enim præcepit illi? At & in ipsis, si libet, factis examinemus. Humiliauit se publicanus, licèt nec humilitatis factum id erat, sed iustè quodammodo se diiudicauit. Exaltauit semeipsum pharisæus. Quid ergo?

Lucæ.18.c Examinemus & facta. Sint duo diuites vtrique & honore multo præditi, & in sapientia, potentiáque, & aliis secularibus excellentiis altùm sapientes: postmodum ille quidē & ab omnibus honores quærat, & non K accipiens irascatur, & plus quàm oportet exigat, & semetipsum exaltet: hic autem huiusmodi contemnat, in neminem propter hoc indignetur, & datum repellat honorem. Nónne hic priori longè sublimior? Gloriam enim aliter assequi non licèt, nisi gloriā fugiendo. Nam donec quidem eam sectemur, nos fugit? cùm autem eam fugimus, nos ipsa sequitur. Si vis esse gloriosius, noli gloriam concupiscere. Si vis esse sublimis, ne te sublimem facias. Et alioqui quidem honores non quærentem omnes honorant, ambientem verò aspernantur. Solet enim humanum genus esse quodammodo contentiosum, & peruicax. Gloriam itaq; contemnamus: sic enim humiles esse poterimus, vel potius alti. Noli temetipsum extollere, & ab aliis extolleris. Qui semetipsum extollit, ab altero non extollitur. Qui per semetipsum humiliatur, ab aliis non humiliatur. Magnum est elationis malum: stultū esse melius est, quàm insolentem. Illic enim stultitia tantùm est, mentisque tarditas: hic autem stultitia peior est, & fatuitas cum furore. Stultus sibimetipsi malum est, elatus & aliis pestis, ex amentia hoc vitium nascitur. Non potest esse L superbus, qui fatuus non sit. Stultitia verò plenus est superbus. Audi quendam sapientem, qui dicit: Vidi ho Prou.26.b minem apparentē esse prudentem apud seipsum, spem autem habet magis insipiens eo. Vides quòd non temerè dicebam esse malum fatuitate peius? Spem enim, inquit, habet magis insipiēs eo. Propterea Paulus quo- Roma.12.d que dicebat: Nolite prudentes esse apud vosmetipsos. In corporibus, qualia quæso valere dicimus, multúmne habentia tumorem, & multo spiritu intus, & aqua plena: an compressa, & humiliatam habentia superficiem? planum est quòd hæc. Igitur & in anima æstuans, & tumens peiorem habet veterno morbum, correpta verò ab omni morbo libera est. Quot igitur bona nobis parit humilitas? Quid vis, tolerantiam, lenitatem iræ nesciam, humanitatem, vigilantiam, solertiam? hęc omnia ex humilitate veniunt bona: contraria verò, ex superbia. Quis est superbum & contumeliosum esse, percussorem & iracundum, & amarum, & tristem, magis feram quàm hominem. Fortis es, & altùm sapis, nónne propterea magis humiliari debes? Quare sapis altùm in re vilissima? Nam & leo te est audacior, & aper fortior, nec es ad eos culex. At & latrones, & fures, & gladiatores, & serui tui, & fortassis ingratiores M te fortiores sunt: hoc igitur laude dignum? Et in hoc altùm sapiens, non hianti terra te condis. Sed pulcher es & speciosus. Cornicum ostentatio: non es pauone pulchrior, neque propter florem, neque propter alas. In auibus est pennis victoria. Te multa in coma præstat & flore. Verùm & cygnus valde pulcher est & aliæ aues multæ: quibus si fueris comparatus, temetipsum aspicies nihil. Frequenter autem & viles pueri, & innuptæ virgines, & meritoriæ mulieres, & molles viri, gloriam hanc habuerunt. Hoc itaque dignum, vt extollaris? At es locuples. Vnde? quid possides? Aurum, argentum, lapides preciosos: hæc est & latronum ac homicidarum, & metalla scrutantium gloria. Horum labor hæc tibi gloria. Sed ornaris & comeris? Verùm & equos cōpti videre licet, & apud Persas camelos quoque videres ornatos, hominum verò scenicos omnes. Non confunderis in his alta sapiens, in quibus brutis tecum sociantur, & serui, & homicidæ, & molles, & latrones, & fures: Sed splēdidas erigis ædes? & quid hoc? Multæ cornices splendidius habitant, & honestiora tenent

A tenent diuersoria. An non vides hos circa pecunias furentes, qui in agris, solitariisque locis ædes ædificauerunt cornicum habitacula? Sed propter vocem altùm sapis? Cygno, lusciniáve nunquam tu suauius canere poteris. At in artis varietate? & quid ape in hoc sapiētius? Quis phrygio, quis pictor, quis geometres, huius opera poterit imitari? Sed in vestis subtilitate? verùm hic aranea tibi præstant. At in pedum velocitate? rursum prima fuerunt bruta, lepus & dorcas, & quæcunque iumēta pedum velocitate non sunt inferiora. Cæterùm peregrinaris? sed non plus volatilibus: hæc enim facilius obeunt peregrinationem, neque viaticis opus habent, non iumētis, sed eis ad omnia sufficit ala. Hoc & nauis, hoc & iumentum, hoc & vehiculum, hoc & ventus: & quicquid huiusmodi quis dixerit. Sed acutè cernis? tamen non sicut dorcas, nec vt aquila. At auditum habes acutum? sed asinus acutiorem. At olfactum? Verùm canis te præcedere nō sinit. At quæstuosus es? sed formicæ cedis. Sed aurum gestas? non ita tamen, vt indicæ formicæ. Sanitatis autem intuitu,

B multò se melius nobis habent bruta, & bonę habitudinis, & onera ferendi. Illa pauperiem non timent: ait e-

Matth.6.d nim, Respice volatilia cœli, quia non seminant, neque metunt, neque congregant in horrea. Igitur, inquies, nobis meliora deus bruta creauit. Vides quantum insit incircunspectum, quantum indiscussum? Vides quantum nobis rerum examinatio conferat? Omnibus hominibus altiora sapiens etiam brutis vilior inuentus est. Sed nobisipsis parcamus, nec tales imitemur. Neq; quoniam natura nostra sensit altius, hominem sub bru torum gradum subducentes deseramus: sed eum illinc suscitemus non propter ipsum (nam ipse quidem dignus est talia pati) sed vt dei clementia demonstretur, & erga nos honor. Sunt enim quædam, in quibus nil habet bruta nobiscum commune. Quæ verò sunt hæc? pietas, & secundum virtutem vita. Hic ponere non poteris meretrices & molles, aut homicidas: ab eis nanque diuisi sumus. Quid autem hoc est? Deum nouimus, ipsius agnoscimus prouidētiam, de immortalitate philosophamur. Prætereant hinc bruta, de hoc non contendant. Modestè viuimus, nihil hic habent bruta com

C mune: ab eis in reliquis superati, propter hoc eis domi namur. Horum enim maior principatus, quoniam eis inferiores sumus ipsa regnamus: vt discas quòd tu non horum es causa, sed qui te fecit deus, & rationem donauit. Retia, vestabulaque eis opponimus, & capimus. Modestia nanque nobis est, humanitas, mansuetudo, pecuniarúmque contemptus. Sed quoniam & qui elatorum aliquis es, horum nihil habes: meritò vel hominibus maiora sapis, vel brutis humilius. Talis enim est dementia, & audacia, vel vltra debitum extollitur, vel vicissim nondū humiliatur, nusquam custodiens mediocritatem. Angelis in hoc similes sumus: Regnum nobis promissum est, cum Christo chorea. Homo flagellatur, & non succumbit: homo mortem contemnit, non tremit, non formidat, non plus concupiscit. Itaq; quotquot tales non sunt, sunt peiores brutis. Cùm enim in corpore eis supereris, animi verò præstantiis careas, quomodo brutis non es inferior? Produc etiam aliquem in malitia vigentium, & irrationalitatem, viuentium in deliciis & auaritia: equus est ipso bellacior, fortior aper, lepus velocior, speciosior pauo, cygnus dulciſonantior, maior elephas, aquila visus acutioris, ditiores cunctæ volucres. Vnde dignus igitur es brutis imperare? Ex ratione. Sed non nest: cùm enim ea, non D vt debet, vtatur, etiam illis peior est. Nam cùm ratione habens sit illis irrationabilior: melius erat, si nec ab initio rationalis factus fuisset. Non enim par est principatum acceptum prodere, & ad tempus non accipere. Nam & qui regnat & satellitibus peior est, ei melius esset si neque purpuram induisset: ita profectò & hic. Scientes itaque quòd & brutis sumus peiores, si virtute careamus, hanc exerceamus, vt efficiamur homines, quin potius angeli promissaq; bona consequamur: quæ nobis omnibus detur assequi, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri, simul & sancto spiritui, gloria, imperium & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

DE POENITENTIA ET QVOD NON *oporteat de seipso lapsum desperare, uel torpescere. Homilia.XL. Ex actibus Apostolorum.*

MAgna pœnitentiæ remedia fratres, igitur de seipso desperet nemo. Is verè dignus est desperatione, qui de seipso desperat: Ille nō iam E salutem, neque spem habet. Non in malorum venisse profundum, est graue, dilectissimi: sed postquàm veneris, ibi iacere. Non in profunda cecidisse malorum, est impij: sed postquàm ceciderit, contemnere: propterea debet semper esse solicitus. Dic mihi: Propterea ne contemnis, quòd vulnera tot habeas incurabilia? Sed nullum est animæ vulnus incurabile. In corpore quidem multa sunt talia, in anima verò nullum: & pro illis quidem laborare non desinimus, pro his verò torpemus. Nónne vides latronem, quàm breui tempore curatus est? Non intueris martyres, quàm breui totum peregerunt? At non est nunc martyrij tempus, certaminum tamen est tempus. quod frequenter dixi. Ait enim: Vo 2.Timo.3.c lentes piè viuere in Christo Iesu, persecutionem patiētur. Qui piè viuunt, semper persecutionem patiuntur: essi non ab hominibus, tamen à dæmonibus: quæ quidem grauior est persecutio. Et ex prima præsertim remissione hoc patiuntur, qui non vigilant. An paruam credis persecutionem in remissione versari? Hoc est omnium grauissimum, hoc & persecutione peius: tanquam enim fluentum influens remissio animam emollit. Et quod æstas est & hyems, hoc est persecutio & re F missio. Vt autem vobis ostendam, quòd hæc est peior persecutio, audi: Somnum enim infundit animæ, multum hiatum & torporem, vndique vitia suscitat, armat iram, furorem armat, armat voluptatē, inuidiam, inanem gloriam, æmulationem. Sed in persecutione nil horum vexare solet. Sed timor ingressus, tanquam flagello quodam latrantem canem acriter percutiens, has omnes pestes ne clamare quidem permittit. Quis in persecutione inuanum gloriari poterit? quis voluptatem amplectī? nemo, sed tremor magnus, & timor multam faciens tranquillitatem, quietum portum cōparans, animam faciens reuerentem. Audiui quandoque patres nostros dicentes (apud nos enim non fiat. Iubemur enim non petere tentationem) quòd in anti- Eccli.18.& qua persecutione viros verè Christianos videre lice- 1.Cor.10.c bat. Nemo pecuniarum curam gerebat, vxoris nemo, nemo filiorum, domus nemo, nemo patriæ. Vnum omnibus erat studium animam suam saluare. Fiebant quidem in monumentis & sepulchris, hi verò in desertis latitabant, mulieres teneræ ac delicatæ continua fame detinebātur. Itaq; considera, si qua tunc preciosi sumptus, si qua deliciarum erat delectatio. Subiitne concupiscentia

Universidad de Deusto
Biblioteca

G cupiscentia vnquam mulierem in sepulchro latentem, & expectantem ancillulam, vt veniat prandium afferens : & ne fortè deprehensa sit, trepidantem, & in timore tanquam in fornace iacentem? Nunquid cogitat delicias vnquam fuisse, vel mundum penitus esse? Vides quòd nunc est persecutio, vitiis tanquam feris vndique nos vrgentibus. Nunc est persecutio gratuis, nec esse persecutio putatur. Nam & hoc malũ habet, quòd cùm sit bellum, esse pax existimatur : vt nec aduersus eam armemur, nec insurgamus . Nemo formidat, nemo pauet & tremit . Si verò non creditis, gentiles interrogate persequentes, quando Christianorum mores integriores, quãdo cuncti probabiliores. Ad exiguum quidem redacta tunc erat multitudo, sed ad magnas virtutis diuitias . Quæ nam, precor, vtilitas, multum esse fœnum potius quàm paucos lapides preciosos? Nõ in numeri multitudine, sed in virtutis probitate multitudo consistit . Helias vnus erat, sed totus mundus non erat dignus, qui rependeretur ipsi . Et mundus quidem innumera milia sunt, sed non sunt milia, cùm nec ad vnius mensuram perueniant . Melior est vnus dei faciens voluntatem, quàm decem peccatorum mi-
H lia : nam decem milia nondum ad vnum peruenerũt. Ne filiorum capias inutilium multitudinem, hi deo potius & blasphemiam ingerunt, quàm si nõ essent Christiani. Quid mihi multitudine sit opus? Maior est igni fames, hoc & in corpore quispiam videat, quòd melior est mediocris cum sanitate cibus, quàm cum afflictione vitulus. Hoc amplior est ille cibus : ille cibus, hic morbus : hoc & in bello quispiam possit intueri . Melius est esse decem peritos & generosos milites, quàm decem inexpertorum milia : hi præter id quòd nihil efficiunt, etiam operantes impediunt . Hoc in naui quis videat . Melius est duos esse peritos nautas, quàm innumeram multitudinem inexpertorum : hi nanq; nauem submergerent. Hæc dico, non quòd in vestri multitudinem inimicus sim, sed quòd omnes probatos esse velim, nec multitudine confidere . Multò sunt plures gehennam ingredientes, sed maius est dei regnum, licèt habeat paucos . Sicut arena maris erat multitudo populi, sed vnus saluauit eos . Vnus erat Moses, & omnibus plura potuit. Vnus erat Iesus, sed vnus sexcentis milibus plus potuit . Ne satagamus hoc, vt multi
I duntaxat fiant : sed ante hoc, vt probabiles : cùm hoc comparatum fuerit, tunc & illud. Nemo domum speciosam prius vult facere, sed prius firmam, & probatam, & tunc speciosam . Nemo fundamenta iacit, vt deridеatur : prius hoc quæramus, & tunc illud cùm hoc fuerit, & illud erit facile . Cùm autem illud non sit, licèt hoc sit, vtilitas nulla. Cùm enim sint, qui possint in ecclesia fulgere, velociter erit & multitudo : cùm huiusmodi verò desint, multitudo nunquam erit probabilis. Quot esse putatis in ciuitate nostra, qui salui fiant? infestum quidem est, quod dicturus sum, dicam tamẽ: non possunt in tot milibus centum inueniri, qui saluentur : quin & de his dubito. Quanta etiam in iuuenibus, quæso, malitia? quantus in senibus torpor? filij curam gerit nemo, nemo zelum habet, vt senem respiciens imitetur : exemplaria deleta sunt, propterea neque iuuenes euadũt laudabiles. Ne mihi dicas id quòd multa turba sumus, hoc signum est hominum : & coram hominibus quidem hoc congruè dici posset, at coram deo, qui nostri non indiget, nequaquam : quòd autem & ibi frigidum est dictum, audi : Multos habes seruos, si corruptos habeat, quot mala patietur? Apud eum quidem qui nihil habet, hoc esse graue videtur, quòd K
ei non ministratur : qui verò malos habet, & seipsum insuper perdit, & maior est iactura . Multò grauius enim est cum aliis quoque pugnare, & bellum suscipere, quàm sibimetipsi ministrare . Hæc dico, ne quis ecclesiam propter multitudinem admiretur, sed vt ipsam probatam reddere studeamus : vt proprij quisq; membri curam gerat, non amicorum, non cognatorũ : quod semper dico, neque vicinorum tantùm, verùm & exteros attrahite . Verbi gratia, Celebratur oratio, omnes iacent segnes, iuuenes & senes, piacula magis quàm iuuenes, ridentes, cachinnantes, colloquentes (nam & hoc factum audiui) & aliis detrahentes, super genua positi . Tu iuuenis ades, vel senex, increpa : cùm videris, accusa vehementius. Si nõ tolerat, diaconum voca, minare, quæ tua sunt exhibe : & si quid aduersum te fuerit ausus facere, omnes prorsus habebis conspirantes . Quis enim tam irrationalis, qui te videns de talibus arguentẽ, & illos redargui, non adhæreat parti tuæ? Abi capiens orationis mercedem in æde dominica. Seruorum hos censemus beneuolentiores, qui nullam supellectilem confusè iacentem despiciant . Dic enim mihi, si domi vas argenteum videris foris pro- L
iectum : licèt ipse non sis deputatus, tamen hoc non suscipies, & in domum feres? Si vestimentũ temerè proiectum, licèt hanc curam non habeas, & præpositi sis inimicus, propter domini tamen beneuolentiam non hoc bene collocabis? Ita nunc quoque hæc vasa sunt, si videres inordinatè iacentia, compone, ad me veni, nõ recuso : dic mihi, redde manifestum : omnia cernere non possum, parcite . Videte quanta malitia terrarum orbem occupat. Nunquid temerè dicebam, quòd multitudo sumus fœni, inordinatum mare? Non dico quòd illi talia faciunt, sed dico, quòd tantus est somnus in intrantes effusus, vt nec ista corrigant. Video rursum & alios loquentes rectos, dum oratio celebratur : eorũ verò leuiores nõ solùm dum oratio perficitur, verùm & dum sacerdos benedicit. O rem horrendam, quando salus erit? quando deum placare poterimus? Ad ludum procedunt militares homines, & omnes compositè videbis incedentes, & neglectum nihil . Sed sicut in vario orsitu, & pictura compositorum, ex singulorum ordinatione, magna quędã repentè redditur harmonia, & cõsonantia : it idem & hic vnum scutum, M
vnum caput habemus omnes . Si vel minimum quid neglectum fuerit, totum est neglectum atque corruptum, & multorum ordini solius nocet dissolutio . Et id profectò tremendum est, quòd huc nõ venis ludum aut cursoream obiturus, & tamen stas incompositè. Nescis, quòd cum angelis constitisti? cum illis cãtas, cum illis deum laudas, & stas videns? Quòd fulmẽ non torquetur non tãtùm in istos, verùm & in nos, nónne mirandum? Sunt enim ista fulmine digna. Adest rex, excitum recenset, tu sub illius oculis stas ridens, & risum despicis : quousque accusamus? quousque redarguimus? nónne tanquam noxios? nónne tanquam corruptores? nónne tanquam pernicioſos, & perditos tales, & innumeris plenos malis ex ecclesia decebat expelli? quando isti ridere desinent, qui in horroris hora ridentes? quando à nugis absistent, qui in orationis tempore loquuntur? Non adstantes reuerenter, non deum timent. An non sufficit nobis mentis negligentia, neque quòd orantes alio excunagimur, verùm & subrepere risum oportet, & ingentẽ cachinnum? Nunquid theatrum sunt præsentia? sed puto theatra faciũt

hoc, infrenes

A hoc, infrenes nobis iuuenes constituunt & incompositos . Quæ hic ædificantur, illic subuertuntur : nec hoc solùm, sed etiam alia necessarium est ipsos immunditia repleri. Et idem accidit, perinde ac si quis expurgare locum velit, in quem fons superpositus cœnum supernè dimittat. Nam quantuncunque purgaueris, rursum aliud influit : idem & hic accidit. Cùm ingressos, à theatris immunditiam reportantes expiauerimus, eò rursum abeuntes maiorem suscipiunt sordem tãquam consultò propterea viuentes, vt stercora nobis ingerant . Et identidem veniant multum in moribus stercus ferentes, in moribus, in verbis, in risu, in negligentia. Mox rursum nos sarcinas denuò, tanquam consultò propterea purgantes, vt cùm eos mundos dimiserimus, rursum eos sordes congregasse videamus . Propterea vobis protestor sanis, quòd iudicium vobis erit, & condemnatio : & vos deo iam trado, si quis tumultuantem videns, vel loquentem, in illo præsertim tempore, non significet, nec corrigat. Hoc est oratione melius, orationem omittens illum increpa, vt & illi prosis, & tu lucreris, & ita possimus omnes saluari. Igitur in malitia constitutum negligat nemo, nemo vir-
B tute præditus dormitet, neque confidat huiusmodi. Frequenter enim eum meretrix præcedet, nec ille desperet : potest enim & primos anteire . Audi quid deus
Hierę 3.a ad Hierusalem dicat : Dixi postquàm fornicata est in omnibus his, ad me reuertere : & nõ est reuersa. Quum igitur in vehementem dei charitatem reuerterimus, non meminit priorum : non est sicut homo deus, nec enim exprobrat præterita, neque dicit, quare tantum temporis distulisti? si pœnitentiam agamus : sed cùm accesserimus, diligit, & cùm ipsius timore carnes nostras confixerimus . Huiusmodi negotia non tantùm in nouo gesta sunt testamẽto, verùm & in veteri. Quid enim Manasse deterius? Deum tamen habere propitium potuit . Quid Salomone beatius? Sed quia dormitauit, cecidit . Quin potius & in vno vtraque gesta possum ostendere, in huius patre : etenim & bonus & malus idem fuit. Quid Iuda fœlicius? sed proditor factus est . Quid Paulo miserius? sed factus est euangelij præco. Quid Matthæo deterius? at constitutus est apostolus. Quid inuidiosius Simone? & ipse tamen factus
C est omnium miserrimus . Quot tales alias vis videre mutationes, & quondam gestas, & quotidie nunc occurrentes? Propterea quidem dico, neque scenicus desperet, nec ecclesiam excolens confidat. Nam ad hunc quidem ait : Qui stat, videat nec adat : ad illum verò, Nunquid qui cadit, non resurget? Et remissas manus, & dissoluta genua roborate : rursum ait ad hos : Vigilate : ad illos autem, Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus . Nam hi quidem quod habent, custodire debent : illi verò quod non sunt, fieri : hi sanitatem conseruare, illi ab ægritudine liberari. Laborant enim, & quoniam laborantium multi conualescunt, & valentium torpefacti frequenter egrescunt : ad illos quidem verum ait, Ecce sanus factus es, amplius noli peccare, ne quid peius tibi fiat : ad hos verò, Vis sanus fieri? Surgens tolle grabattum tuum, & ambula . Grauis enim, grauis inquam paralysis est peccatum : quinimo non tantùm paralysis est, verùm & aliud quippiam grauius. Non enim est huiusmodi tantùm in bonorum omissione, verùm & in malorum operatione . Veruntamen etiam si ita dispositus, & parumper exurgere velis, omnia mala soluuntur : licèt annos octo & triginta habeas, si modò sanus fieri stu-

1.Paralip. 33.b
2.Reg.11.a
Luc.æ.6.e
Roma.1.b
Matth.9.a
Actio.8.d
1.Cor.10.c
Hiere.8.b
Mat.2.4.d
Ephes.5.e
Ioan.5.c
Ibidem.b

dueris, prohibet nemo. Adest & nũc Christus, & dicit, D
Tolle grabattum tuum : tantùm velis exurgere, ne desperes : non habes hominem, at habes deum . Non habes : qui te mittat in natatoriam : at habes qui te natatoriæ non sinit indigere. Non habes, qui te illuc proiiciat : at habes, qui te iubeat grabattũ tuum tollere. Non potes dicere, Dum ego vado, alius ante me descendit : nam si volueris in fontem descendere, nemo prohibet, non absumitur, non minuitur gratia. Fons quidem est perenniter emanans : ex illius abundantia cuncti sanamur, tam anima quàm corpore . Accedamus igitur & nunc : nam & Raab meretrix erat, sed saluata fuit : & Iosue.6.g. & Heb.11.f
latro fuerat homicida, sed paradisi ciuis factus est . Et Iudas quidem cùm esset cum præceptore, periit : at latro discipulus in cruce factus est . Hæc sunt dei mira- Lucæ.23.f
bilia : ita Magi probabiles habiti sunt, ita publicanus euangelista factus est, ita blasphemus apostolus : hæc intuere, nec vnquam desperes, sed confide semper, & temetipsum excita. Attinge tantùm viam eò ferentem, & celeriter progredere, ne fores claudas, ne aditũ obstruas . Breue tempus præsens, modicus labor : quòd si multus etiam esset, nec ita congruum esset recusare. Nam etiam si circa pulcherrimum hunc laborem non desudes, qui circa pœnitentiũ virtutem est, & in mun- E
do, omnino vel aliter laborabis : sed si labor & hic, & illic, quare non hunc eligimus multum habentem fructum, & magnam retributionem, licèt nec idem sit labor hic & illic? Nam in secularibus quidem & continua pericula, & aliæ post alias iacturæ, & spes incerta, & seruilitas multa, & pecuniarum, & corporum, & animæ consumptio, & tunc fructuum retributio spe nõ parum inferior, si etiam germinabit : nec enim semper fructum affert secularium sudor negotiorum, veruntamen & quando non ceciderit, sed vel multum protulerit prouentum, breui tempore permanet . Cùm enim senueris, nec amplius sensum delectationis capacem habeas, tunc tibi labor affert retributiones : & labor quidem in vigenti corpore, fructus autem & deliciæ in senio confecto & remisso, cùm iam tempus & sensum macerauerit, & nisi macerauerit, finis expectatio gaudere non permittat : illic autem non ita, sed labor quidam in corruptione, & moriente corpore : at corona in senectutis nescio, immortalique, nec finem habente : & labor quidem & prior & breuis, at retributio posterior & infinita, vt deinceps cum securitate re F
quiescat, iniucundum expectans nihil . Non enim est cur amplius mutatio timeatur, aut ruina, quemadmodum hic. Qualia igitur hæc bona, neque tuta, & breuia & terrena, & priusquàm appareant, euanescentia, quæ multis acquiruntur laboribus? Qualia verò sunt illorum æqualia, immobilium, nunquam senescentium, nullum habentium laborem, & in certaminum tempore coronas tibi ferentium? Pecunias enim cõtemnens, & hic iam mercedem accipit, dum à cura liberatur, inuidia, calumnia & insidiis. Temperans, & honestè viuens, & antequàm hinc transeat coronatur, & gaudet, vtpote qui à turpitudine, risu, periculis, accusatione, & omnibus aliis absoluitur molestiis. Aliæ verò similiter omnes virtutis partes hic iam nobis retributionẽ afferunt. Vt igitur & præsentia, & futura cõsequamur bona, fugiamus malitiã, & virtutẽ sectemur . Sic enim & hic delectabimur, & futura bona capiemus : ad quę nos omnes peruenire contingat, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium cum patre & sancto spiritu in secula seculorum, Amen.

De pœnitentia,

Universidad de Deusto
Biblioteca

DE POENITENTIA, ET QVOD MAGNUM *est bonum propria agnoscere peccata.*

Homilia. XLI.

ADamus quæso, fratres, peccatorũ nostrorum senectutem, dum tempus habemus. Lauacro quidem nõ possumus, possumus autem hic pœnitentia: si quid in nobis vetustum est, abiiciamus: si qua ruga, si qua macula, siquis nœuus, abluamus: nos reddamus pulchros, vt concupiscat rex speciem nostram. Licèt & ad extremam delapsum fœditatem, illam recuperare speciem, quam innuit Dauid dicens:

Psal. 44. c Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, & concupiscet rex decorem tuum: siquidem & obliuio pulchritudinem facit, animæ scilicet pulchritudinem. Quæ tamẽ obliuio? peccatorum. Ecclesiam enim ex gentibus alloquitur, admonens eam, ne paternorum meminerit, id est, simulacris sacrificãtium: ex talibus enim est congregata: neque dixit, Ne tractes ea, sed quod fortius, nec in mẽtem suscipias. Quod & alibi dicit: Nec memor ero nominum eorum per labia mea: & iterum:

Ibidẽ. 15. b Ibid. 16. b Vt non loquatur os meum opera hominum. Nondum hoc magna virtus est, magna quidem, sed non talis: illic enim quid ait? non dixit, Ne loquaris opera hominum, neq; dixeris gesta patrum: sed, nec eorum sis memor, neque mente concipias. Vides, quanto non interuallo à malitia distare præcipit? nam qui non meminerit, non ratiocinabitur: qui verò non ratiocinabitur, neque loquitur: qui nõ loquitur autem, nec aget. Vides quot nobis vias obstruxit, quantis nos interualli & amplius elongauit? Audiamus igitur & nos, & nostrorum obliuiscamur malorum, non nobis admissorum inquam: ait enim: Recordare tu prior, & ego non recordabor. Quale quod dico: Rapinæ non amplius recordemur, quin & peiora restituamus, hoc est malitiam obliuisci, & rapacitatis cogitatum expellere, nec eum vnquã admittere, verùm & iam patrata delere. Vnde verò nobis nequitiæ contingit obliuio? Ex bonorum memoria, ex dei recordatione, si dei semper meminerimus, & illorum meminisse non possumus:

Esaiæ. 44. d Psal. 62. a ait enim, Si memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te. Itaque semper quidem: maximè verò tunc dei meminisse oportet, cùm in quiete fuerit ratio, cùm per illam recordationẽ semetipsum poterit condemnare, cùm in memoria cõtineri. Nam in die quidem si recordemur, aliæ curę subrepentes & tumultuãtes rursum eam expellunt: in nocte verò semper recordari possumus, cùm in tranquillitate & requie fuerit anima, cùm in portu, cùm in serenitate.

Psal. 4. b Quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini, inquit. Opus quidẽ fuerat, & per diem hanc habere memoriam: quoniam verò soliciti semper estis, & in secularibus distrahimini, saltem tunc dei memores sitis super stratum, in matutinis meditamini in eo. Si in matutinis hæc meditetur, cum multa fiducia procedemus ad opera, si deum prius propitium fecerimus occursu & supplicatione, nihil habebimus inimicum: quod habes deridebis, propitium habens deum. Bellum est in foro, pugnam quotidianam exhibent negotia, tempestas & procella. Armis itaque nobis opus est, magna verò armatura oratio: opus est vẽtis à puppi, opus omnia discere, vt diei spacium absque naufragiis & vulneribus trãsigamus. Multi nanque per singulos dies scopuli, & frequenter illiditur scapha, atq; submergitur: propterea nobis opus est oratione matutina, præsertim & nocturna. Olympia multi vestrum frequenter spectauerunt, neque spectarunt tantùm, verùm & fautores & admiratores certantium fuerunt: & hic quidem huius, illius autem ille. Scitis itaque, quomodo per certaminum dies & noctes nihil aliud præco nocte tota satagit, nihil aliud curat, nisi ne prodiens pugil turpe quicquam agat. Illi nanque tubicini assidentes spondent nec aliquem alloqui, ne spiritus qui consumitur, risum mereatur. Si igitur coram hominibus pugnaturus tantam gerit prouidentiam: multò magis nos decet semper esse solicitos, & curare, quibus tota vita certamẽ est. Omnis igitur nox sit pernox, & cogitemus quomodo diem transgressi, risum non mereamur, & vtinam risum solum. Nunc autem in dextra patris sedet agonotheta, diligẽter auscultans ne quid absonum loquamur, ne quid ineptum: non enim operum tantummodo, sed etiam verborum est iudex. Pernoctemus dilectissimi, habemus & nos fautores, si velimus, angeli cuique nostrum assident: nos autem tota nocte stertimus, & vtinam hoc solum esset damnabile. Multi verò lasciuias quoque sectantur, hi quidem ad ipsos fornices euntes, hi verò domos reddentes lupanaria, meretrices illuc ducẽdo: nec mirandum, non enim bonam agunt pugnandi curam. Alij inebriantur, & inepta loquuntur, tumultuantur alij, alij malè pernoctant, & dormientibus peius operantur, dolos texentes: alij numerantes vsuras, curis alij coquuntur, & omnia potius faciunt, quàm quæ certanti conueniunt. Propterea vos hortor, omnia dimittẽtes, vnum intueamur, quomodo brabium accipiamus, coronam reportemus: agamus omnia, quibus promissa bona consequi possimus. Vis autem perfectam discere pœnitentiam, audi post negationem Petri pœnitudinem. Narrans enim quæ gesta sunt ab eo nobis euangelista dicit: Egressus fleuit amarè. Propterea dimissum est ei tale peccatum, quoniam quemadmodum oportebat, pœnitẽtiam egit, licèt nondum hostia fuisset oblata, nondum victima sacrificata, nondum esset suspensum peccatum, sed adhuc dominaretur, & tyrannidem exerceret. Et vt discas, quòd non tãtum negligentiæ fuit legatio, quantum absentiæ dei, docens eum humanas nostras mensuras: nec his quę à præceptore dicebantur, contradicere, nec aliis altiora sapere, sed scire quòd absq; deo nihil fieri potest: & quòd nisi dominus ędificauerit domum, in vanum laborant qui ædificant eam. Propter hoc etiam ad ipsum Christus solum dixit: Exquisiuit satanas cribrare te sicut triticum, & nõ dimisi, vt non deficiat fides tua. Quoniam enim par erat, eum altum sapere, sibi conscium quòd plus aliis Christum diligeret, propterea fleuit amarè: & cætera, quæ fletum sequuntur, similia fecit. Quid enim fecit? innumeris semetipsum post hæc periculis obiecit, per multa suam ostendens fortitudinem, & animi constantiam. Pœnitentiam egit & Iudas, sed malè: strangulatus enim est. Pœnitentiam egit & Esaü, quod sæpe dixi, vel potius hunc neque pœnituit. Nam lachrymę non erant pœnitentię, sed calamniæ magis, & furoris: quod & ostendunt sequentia. Pœnitentiam exhibuit beatus Dauid ita dicẽs, Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Et olim patrum peccatum, post tot annos, post tot generationes, quasi puer accidisset, lugebat. Pœnitentem irasci non oportet, neque sæuire, sed conteri: tanquam condemnatum, tanquam non habentem fiduciam,

Matth. 26. g

Psal. 6. b

A fiduciam, tanquam iudicatum reum, tanquam ex sola saluari misericordia debentem, tanquam ingratum erga benefactorem redargutum, tanquam iniucundum & reprobum, tanquam innumeris dignum suppliciis. Si hæc cogitet, non irascetur, non indignabitur: sed lugebit, flebit, gemet, & conqueretur noctem & diem. Pœnitentem nunquam oportet obliuioni peccatũ tradere, sed deum quidem rogare, ne eius meminerit, ipsum verò nunquam ipsius obliuisci. Si nos eius non recordemur, deus ipsius non obliuiscetur: si nos eius memineris, deus obliuiscetur: à nobisipsis vltionẽ sumamus, nosipsos accusemus, ita placabimus iudicem. Peccatum enim dum aperitur, minus efficitur: si verò tegatur, peius. Nam si sibi peccatum impudentiã & ignorantiam ascisçat, quomodo penitus cauere poterit, ne rursum in eadem incidat, qui prius se peccasse nescisuit? Nève negemus igitur, quæso, nec impudenter agamus, ne vel inuiti pœnas luamus. Audiuit Caïn à deo:

Genes. 4. b Ibidem. 3. b vbi est Abel frater tuus? Et dixit, Nescio, nunquid custos sum fratris mei? Vides, quomodo grauius peccatum fecit? Sed non ita pater ipsius. Sed quid? Cùm audisset, Adam vbi es? inquit: Audiui vocem tuam, & timui, quia nudus sum, & abscondi me. Magnum est bonum agnoscere peccata, & eorum semper meminisse. Nil ita corrigit peccatum, sicut perennis memoria, nihil tam segnem facit hominem ad malum. Scio quòd resilit conscientia, nec à malorum memoria vellet flagellari: sed animam comprime, & ei chamum impone. Tanquam infrenis equus indignatur, nec quòd peccauerit sibi vult persuadere: hoc autem totum est satanicum. Sed nos ei quòd peccauit, persuadeamus, vt & pœniteat, vt post pœnitudinẽ à pœnis absoluatur. Quomodo dignum, quæso, censes, veniam assequi peccatorum, quæ nunquam confessus es? Ille penitus est misericordia dignus, & clementia, qui peccasse confitetur: tu verò nondum tibi persuadens, quomodo misericordiam petis, vel de his tantam exhibens impudentiam? Nobisipsis persuadeamus, quòd peccauimus, neque tantùm lingua proferamus, verùm & ex corde: non tantùm nos vocemus peccatores, verùm & peccata computemus singula, per species recensentes. Non tibi dico, ostenta teipsum, nec apud alios accusa: sed obedi

C Prou. 16. a prophetæ dicenti: Reuela domino viam tuam, ea coram deo confitere, coram iudice confitere peccata tua deprecãs: & si non lingua, saltem memoria, & ita pete tibi misericordiam exhiberi. Si peccata iugiter habeas in memoria, nunquam in proximum iræ memoriam seruabis: non dico, si tibi persuaseris te peccatorem esse. Non ita potest hoc animam humiliare, sicut ipsa per se peccata, & per species ruminata. Non eris mali memor, hæc semper in memoria gerens, nõ irasceris, non conuiciaberis, non altùm sapies, non rursum in eadem cades, eris ad bona fortior. Vides quot ex peccatorum memoria nascantur bona? Scribamus igitur in mentibus nostris. Scio quòd anima tam amaram non æquè fert memoriam, sed cogamus eam, & constringamus. Melius est nunc eam ipsa morderi memoria, quàm per illud tempus supplicio. Si nunc eorum sis memor, & ea continuè deo proferas, & pro ipsis deprecerís, ea citò delebis: si nunc verò fueris oblitus, tunc & inuitus coram omni mũdo eorum commonefies, ipsis in medium se ferentibus, & coram omnibus ostentantibus, & amicis & inimicis, & angelis. Non enim ad solum

2. Reg. 12. c quidem Dauid dicebat: Quæ tu fecisti occultò, ego faciam omnibus manifesta: verùm & ad nos omnes. Timuisti homines, inquit, & veritus es plus quàm deum, & deum videntem non curasti, sed homines reueritus es: dicet enim, Oculi hominum, hi timor eorum. Propterea coram hisipsis pœnas lues. Redarguam enim te, sub omnium oculis tua ponens peccata. Quod enim nisi nũc ea iugi memoria deleuerimus, hoc est verum, & illo die nostra cunctorum peccata propalantur: vide quomodo palàm arguitur crudelitas & inhumanitas: ait enim, Esuriui, & non dedistis mihi manducare. Matth. 25. g Quando dicuntur ista? nunquid in angulo? nunquid in abscondito? Nequaquam. Sed quãdo? Cùm venerit filius hominis in gloria sua, & omnes gentes congregauerit, cùm separauerit hos & illos, tunc omnibus dicet audientibus, à dextris & sinistris constitutis: Esuriui, & non dedistis mihi manducare. Vide rursum & quinq; virgines coram omnibus sibi dici audientes, Nescio vos. Quinque enim & quinque non numerum significant quinque solùm, verùm & improbas & crudeles, & inhumanas virgines, & non tales. Ita quoque qui solum defodit talentum, audiebat coram omnibus, & is qui quinque, & is qui duo protulerunt: Serue nequam Ibidem. e & piger: nec solis verò verbis, verùm & operibus tunc eos redarguit, sicut & euangelista significat: Videbunt, Apoca. 1. b in quem transfixerunt. Simul erit omnium resurrectio, tam peccatorum, quàm iustorum, & simul omnibus aderit iudicans. Itaque cogita, qui tunc erunt in tristitia, qui in dolore, qui in ignem trahentur, aliis coronam accipientibus. Venite, ait, benedicti patris mei, Matth. 25. e hæreditate possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. & rursum: Discedite à me in ignem paratum diabolo, & angelis eius. Ne verba simpliciter audiamus, sed ea subscribamus & oculis, & nunc eum adesse censeamus: & hæc dicere, & nos in illum ignem abiicere, qualem habebimus animum? quam consolationem? Quid verò, cùm in duas partes diuidemur? Quid, cùm de rapina accusabimur? Quam habebimus excusationem, quam dicamus? quam honestam rationem? Nullam: sed erit necesse, vinctos, deorsum vergentes, ad fornacum ora pertrahi, ad ignis flumen, ad tenebras, ad immortalia tormenta, & neminem orare: ait enim, Non licet hinc & illuc transire, chaos enim Lucæ. 16. b magnum est inter nos & vos, & neq; volentibus transire licet, & manum porrigere. Sed est necesse semper incendi, succurrente nobis nemine, siue sit pater, siue mater, siue quicũque, licèt multam habeat apud deum fiduciam. Frater enim, inquit, non redimit, redimet Psal. 48. d homo. Quoniam igitur in altero salutis spem habere non licet, sed in semetipso post dei misericordiam: omnia, quęso, faciamus, vt vita nobis munda, & optima conuersatio, nec à principio vllam admittamus maculam: sin autem minus, post maculam saltem ne dormiamus: sed semper maculã abluentes, mũdi permaneamus per pœnitentiã, per lachrymas, per orationes, per eleemosynas. Quid ergo, si nõ possum eleemosynã erogare? dicet aliquis. Sed aquæ frigidæ calicẽ habes, quãtuncũq; es pauper: sed habes duo minuta, quãuis in paupertate verseris: sed habes pedes, vt infirmos visites, vt carcerẽ petas: sed tectũ habes, vt hospitẽ suscipias. Nulla nanq; nulla venia est eleemosynã non exhibẽti. Hęc vobis continuè dicimus vt ex assiduitate modicũ quid efficiamus: hæc dicendo, nõ accipiẽtiũ, sicuti vestri curã gerẽtes: illis enim terrena prębetis, vicissim verò recipitis cœlestia: quæ nos omnes assequi contingat in Christo Iesu domino nostro, cũ quo patri, gloria simul & sancto spiritui, nũc & semper, & in secula seculorũ, Amẽ.

Quomodo

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVOMODO PROPRIAE ANIMAE *curam oportet habere, & quòd plurimum nocturna prodest oratio: & de pœnitentia.*

Homilia. XLII.

MAgnum est malum fratres, ignorare scripturas: ex quibus enim oportet adiuuari, ex his lædimur. Sic enim & medicamenta curatiuam habẽtia virtutem, propter vtentium imperitiam corrumpunt frequenter,& perdunt:& si quis arma custodire idonea tractare nesciat,ab eis perditur.Est autem causa, quòd potius aliena quærimus, quàm nobis vtilia.Et in re quidem familiari conferens quærimus, neque domum veterascentem cernere pateremur,neque ruentem,neq; procellis labantem:animæ verò ratio nulla,sed licèt eius fundamenta videamus marcescentia, siue fabricam & tectum, nulla nobis habetur ratio.Rursum iumenta si habeamus,eorum quærimus vtilitatem,& equisones,& veterinarios accersimus,& eorum per nos curam gerimus,& deputatos admonemus, ne temerè, nec vt accidit,agant, neque sarcinas imponant,neque noctibus reducant intempestiuè,nec alimenta commutent.Et multæ rationes de iumentorum vtilitate nobis adsunt, animæ verò nulla ratio. Quid autem de brutis loquor nobis vtilibus?sunt multi qui passeres habent nihil afferentes vtilitatis,sed tantùm simpliciter delectantes: & multæ de illis quoque leges, & neglectum est nihil,inordinatum nihil, & omnium maiorem quàm nostri ipsorũ gerimus curam, ita sumus omnibus viliores.Et si quis cõiuciando quidem nobis dixerit, Canis,dolemus: nobis autem ipsis ipsi contumeliam inferentes non verbo,sed opere:nec tantam impẽdentes animæ curam, quantam canibus, nihil graue nos pati putamus. Videtis quantis sint omnia tenebris plena? Quòd canum curam habent, ne plus quàm expedit,impleantur, vt veloces sint, & venatici,dum fame premuntur & esurie:se verò non curant,ne crapulentur:& bruta quidem temperanter agere docent,ipsi verò ad brutorũ feritatem deducuntur? Aenigma est hos factum,inquies,& vbi bruta temperanter agunt? An quæso, non tibi videtur opus esse temperãtiæ,cùm canis fami moderetur,qui postquàm venatus aliquid ceperit,à præsenti se continet esca: & appositam cernens mensam,licèt vrgente fame,dominum expectat:Reueremini vosmetipsos,vestros docete ventres ita philosophari:nõ est vobis excusatio,cùm irrationali naturæ non loquenti, neque rationem audienti tantam inserere philosophiam possis:multò magis tibimetipsi non poteris:quòd enim hoc humanę sit curæ,nõ naturæ,patet,alioquin omnes hos habere canes oportebat.Sitis igitur canibus non inferiores.Vos me cogitis illinc extra sumere,nam ex cœlestibus quidem oportebat. Sed quoniã si dixero,vos dicitis quòd illi magni fuerunt: propterea dico cœlestium nihil. Quòd si Paulum commemorauero, dicitis quòd ille fuit apostolus:propterea Paulum taceo. Sin hominem dixero, dicitis quòd ille potuit: propterea nec hominem refero, sed bestiam, & bestiam hoc à natura non habentẽ,ne respondeatis quòd naturaliter,& non voluntarie hoc effecit.Et quod admiratione dignum,voluntate non propria,sed cura tua.Non quòd fatigatus sit,non quòd cursu distractus,non quòd propriis cepit laboribus,computat: sed his omnibus posthabitis,domini præceptum custodit,& ventre superior efficitur. Nec id vlli dubium: expectat enim laudari, expectat maiorem assequi mensam. Dic itaque tibimetipsi:Canis futurę voluptatis spe præsentem contemnit,tu verò non vis futurorum bonorum spe præsentia contemnere. Sed ille quidem nouit, quòd si intempestiuè, & præterquàm domino videtur,illum cibum gustauerit, & ipso priuabitur, & statutum non accipiet, verbera pro cibo sumpturus. Tu verò nec hoc intelligere potes:& quod ex consuetudine didicit ille, hoc ex ratione tu non perficis. Canes imitemur,hoc & accipitres & aquilæ facere dicuntur: quod in quadrupedibus & dorcadibus illi, hoc in auibus hi, & hi verò rursum ex humana disciplina. Hæc nos possunt condemnare, hæc nos capere. Dicã & aliud:Equos syluestres & immansuetos, calcitrantes & mordentes cùm ceperint periti,sic breui tempore docent,vt nullo iam ostendente gressus compositi deliciis sessor delectetur: animæ verò negligenter ambulantis curam suscipit nemo,sed saltat quidem, & calcitrat, & humi trahitur tanquam puerulus,& infinita subit dedecora: & nullus ei repagula imponit,nullus tricas & frena,nullus peritum inducit sessorẽ,Christum dico:propter hoc omnia confusa sunt. Cùm enim & ventrem canes continere doceas,& iram domes in leone,& in equis procaciam,in auibus autẽ linguæ gratiam ponas: quomodo non absurdum, in brutis naturaliter quidem rationalia præstare officia,rationalibus verò brutorum iuducere vitia:Nulla nobis,nulla profectò venia. Omnes nos accusant qui se correxerunt, fideles & infideles: nam & infideles hoc præstiterunt, & feræ & canes,nedum homines:& ipsi nosipsos accusabimus,cùm volumus quidem,assequentes:cùm verò torpemus,repentes. Nam & in magna constituti malitia multi frequẽter volentes mutati sunt. Quòd autem dixi, quòd circumimus aliena,quærẽtes vtilia,non nostra.Si domum ædificaueris splendidam,domus vtilitatẽ vidisti,non tuam: si vestimentum acceperis,corporis,non tuam: si bonum equum,similiter.Nemo quomodo bona sit anima considerat, licèt cùm hæc bona sit, illorum nihil sit opus: cùm verò non sit,nulla sit illorũ vtilitas.Sicut enim in spõsa,licèt malami sint velis aureis operti,licèt mulierum adsint pulcherrimarũ, & speciosarum chori,licèt rosę,licèt corona,licèt spõsus sit formosus,licèt ancillæ, licèt amicæ, licèt omnes sint decori: illa verò si sit deformis,vtilitas est nulla:sicut è contra,si sit pulchra, nullum ex his accidit nocumentum scilicet contrarium.Ex illis quidem si sit turpis,videbitur & turpior: ex his verò si sit formosa, non formosior fiet: Ita quidem & anima, cùm sit decora, non tantùm non indiget horum,sed hæc potius eius obumbrant pulchritudinem.Philosophum enim non tam in diuitiis, quàm in paupertate fulgere videbimus. Illic enim ex pecuniis multi censent eum pecuniis non esse superiorem. Cùm autẽ in paupertate degat,& per omnia corusceat, & turpe nihil agere cogitetur,nullus iam alius cum eo diuidet in philosophiæ laude coronã. Hæc igitur ornemus,si volumus esse diuites.Quid vtilitatis,cùm mulæ quidem albæ fuerint,& ingentes,& habitudine bona præditæ: tu verò insidens macilentus sis,& scabiosus,atque deformis?Quod verò lucrum,cùm stragulæ tenues sint & molles,& multa varietate spectabiles & arte: anima verò sit tota pœnosa, nudaque & turpis? Quid autem emolumenti,cùm equus quidem compositè gradiatur,& cheram agenti similior quàm ambulanti,& præter gressum sponsat decoratus mundo:insidens autem plus claudis succutiatur, & ebriis & furentibus

A rentibus magis sit manibus & pedibus diuaricatus?Dic mihi,si quis tibi bonum dedisset equum,& corpus peruertisset, quid vtilitatis? Nunc verò peruersam habes animam, & nihil est tibi curæ. Curam nostri tandem ipsorum geramus,quæso,ne nos scilicet ipsos omnium ignobilissimos constituamus.Quòd si quis verbo quidem mordeat, angimur & dolemus: nos autem ipsos facto contumelia afficientes, non curamus. Tandem excitemur quandoque, vt & animæ multam gerentes curam, & virtutem arripientes, æterna consequi bona possimus.Nanque non propter hoc est facta & nox, vt semper dormiamus, & cessemus. Et hoc testantur manuales operarij,agasones,mercatores. Dei ecclesia mediis consurgens noctibus, surge & tu. Vide stellarum choream, altum silentium,multam quietem, dominique tui dispẽsationem admirare. Anima tunc est purior,leuior & subtilior,magis sublimis & agilis.Ipsę tenebrę,multúmque silentium ad compunctionem inducere possunt. Si verò cœlum respexeris, syderibus tanquam innumeris quibusdam oculis distinctum: si B cogitaueris quòd interdiu clamantes, ridentes, lasciuientes,salientes,inferentes iniuriã,opprimentes, minantes,intentantes innumera mala,nunc hi nil à mortuis differunt, omnem humanam damnabis insolentiam. Subrepsit somnus,& naturam redarguit,mortis est imago.Si declinaueris in vicum,nec vnam quidem audies vocem. Si domum respexeris,omnes tanquam in sepulchro videbis iacentes.Hęc omnia possunt animam excitare,& in cõsummationis cogitationem inducere. Hic mihi sermo & ad viros, & ad mulieres. Flecte genua,geme,dominum tuum ora tibi fieri propitiũ.Plus nocturnis placatur orationibus,cùm quietis tempus tu luctuum tempus facis.Regis memẽto,qualia verba dicebat:Laboraui in gemitu meo,lauabo per singulas noctes lectum meũ, lachrymis meis stratum meum rigabo.Quantuncunque sis delicatus,nõ es illo delicatior:quantuncunque sis diues,non es ditior Daũde,qui rursum dicebat:Media nocte surgebã ad confitendum tibi super iudicia iustificationis tuæ. Tunc inanis gloria non interrumpit. Qualiter enim omnibus dormientibus,& non cernentibus? Tunc torpor & oscitatio non premit.Nam quomodo,cùm anima totrebus excitetur? Post tales pernoctationes somni suaues,& miræ reuelationes. Hoc fac tu quoque vir,nedum mulier. Ecclesia sit domus ex viris & mulieribus constituta:non enim quòd tu solus sis vir,neque quòd hæc sola sit mulier, obstaculum esse putes: ait enim, Vbi sunt duo in nomine meo congregati, ibi sum in medio eorum.Vbi Christus est medius,ibi magna multitudo.Vbi Christus,ibi necessarium est & angelos esse, necessarium & archangelos,& alias virtutes.Non igitur estis soli, omnium habentes dominum: & rursus audi prophetam dicentem:Melior vnus faciens voluntatem domini quàm decem milia iniquorum. Nihil imbecillius multis peccatoribus,nil vno secundum dei legem viuente fortius. Si tibi sint & filij,per omnes in nocte fiat ecclesia.Si verò molles sint,& vigiliam non ferant, vsque ad vnam orationem vel alteram excita & colloca. Tantùm excitare,tantùm in consuetudine temetipsum institue.Nil illo melius penu,tales orationes suscipiente,audi prophetam dicentem: Si memor fuero tui super stratum meum,in matutinis meditabar in te. At inquies,laborauit per diem multùm,& non possum.Prætextus & occasio sunt ista.Nam quantuncunque laboraueris,non laborabis quantùm ærarius mal-

Psal.6.b

Psal.118.h

C

Matth.18.c

Eccles.6.a

Psal.6.a.b

D

leum tam grauem ex tanta dimittens altitudine,scintillas & fumum toto susciens corpore,& tamen maiorem noctis partem in hoc absumit. Scitis & mulieres,si quando vobis in agrũ ire fuit necesse,vel ad pernoctationem procedere, quomodo per totam noctem vigilant? Igitur & tibi sit æraria spiritalis,non vt ollas facias,aut lebetes:sed vt tuam perficias animam,quod & ærario,& aurifice multò melius est.Factam peccatis vetustam age in fornacem confessionis,ex multa altitudine malleum infer,hoc est,verborũ damnationem, spiritus ignem accende,multò maiorem habes artem. Non aurea vasa cõponis,sed animam omni auro preciosiorem,sicut vas cõflat ærarius. Non corporale vas aliquod conflas,sed animam ab omni liberas seculari vanitate. Apponatur tibi lucerna,non ista quæ ardet: ait enim,Lucerna pedibus meis verbum tuum. Accende per orationem animam. Si se bene videris habentem,eductam in quacunque velis,forma.Crede mihi, non ita rubiginem ignis excoquere solet, sicut oratio nocturna nostrorum rubiginem peccatorum. Reuereamur,si nil aliud,nocturnos custodes.Illi propter humanam legẽ in gelu circumeunt vehementer clamantes, & per vicos ambulantes, madidi frequenter, glaciati propter te tuámque salutem,& tuarum pecuniarum custodiam.Ille verò pro pecuniis tuis tantam gerit curam, tu neque pro anima tua? Et te quidem ipso sub dio circumire non cogo,sicut ille:nequeveciferari,& disrumpi: sed in ipsa permanens cella,in ipso cubiculo flecte genua,dominum ora.Quare Christus ipse in monte pernoctabat:nónne vt nobis forma fieret? Tunc plantæ respirãt,in nocte dico,tunc & anima maximè rorẽ & plus illis suscipit.Quæ per diem sol exussit,hæc nocte refrigerantur. Omni rore magis noctis lachrymæ contra concupiscẽtias,& aduersus omnem ardorem, & æstum demittuntur, nec aliquid tale pati permittunt. Sin autẽ illo rore non fruantur,per diem comburentur.Sed abũt.Verùm refrigeratos,& dei gratiam nactos omnes liberari contingat à peccatorũ sarcina.Incredulum etenim est hominum genus,& multæ indigens curæ,maioriſque quàm plantæ. Nam illic quidem natura corporũ est & terræ,agricolarũ manibus cedens: hìc verò voluntas multas admittens mutationes, & nunc quidem hoc, nunc autem illud eligens: velociter enim ad vitium inclinatur. Quapropter vndique cauere necessarium est, ne quando dormitemus: ait enim, Ecce non dormitabit, neque dormiet qui custodit Israël: &, Ne des in commotionem pedem tuum: non dixit,ne commouearis: sed,ne des. Igitur in nobis est dare,non in vllo altero.Nam si stare velimus stabiles, & immoti, non commouebimur. Quid igitur,in deo nihil est? Omnia quidẽ in deo, sed non ita,vt liberum in nobis arbitrium violetur.Si igitur in deo sunt,inquit,cur nos accusat?Propterea dixi, ne liberum in nobis arbitrium violetur.In nobis igitur & in deo sunt. Oportet enim nos prius eligere bona, & ille sua tunc inducit. Nostras non præuenit voluntates,ne nostram temeret libertatem. Cùm verò nos elegerimus,tunc magnum nobis affert subsidium.Igitur quomodo Paulus dicit,Non volentis(si & in nobis est)neque currentis,sed miserentis dei? Primũ quidem non tanquam propriam introduxit sententiam,sed ex proposito sibi collegit,& ex præmisso.Postquàm enim dixit,scriptum est:Miserebor,cuius misereor:& miserabor, quem miseror. At igitur non volentis, neque currentis,sed miserẽtis dei. Dices ergo mihi,quid adhuc accusat?

Ibidẽ.118.c

E

F

Psal.120.a

Ibidem.

Roma.9.c

Exod.33.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

A huc accusat? Secundum verò dici potest illud, quòd cuius est amplius, totum esse dicit: nostrum enim est eligere & velle, dei verò expedire, & ad exitum deducere. Quoniam illius itaque plus est, totum illius esse testatur, secundum humanam locutus cõsuetudinem. Nam & nos ita facimus. Quale quod dico: Domum ædificatam bene videmus, & dicimus: totum est artificis, licèt non totum ipsius sit, verùm & operariorum, & domini, qui materiã suppeditauit, aliorúmque multorum: attamen quoniam plus contulit, illius totum esse dicimus: ita profectò & hìc. Et rursum in multitudine, vbi multi sunt, omnes esse dicimus: vbi pauci, neminem. Ita & Paulus ait: Non volentis neque currentis, sed miserentis dei. Duo verò magna hìc facit: vnum quidem, ne extollamur: siue curras, siue festines, inquit, ne tuum esse putes meritum. Nisi nanque supernum assequaris fauorem, omnia nequicquam: tamen quòd optatum assequeris, clarum est, donec curras, donec velis. Non hoc itaque dixit, quòd in vanum currimus: sed quòd in vanum currimus, si totum nostrum
B esse putamus, nisi deo plus assignemus. Nec enim totum deus suum esse voluit, ne sine causa nos coronare videatur: neque rursus nostrum, ne in arrogantiam dilaberemur. Nam si minorum habentes partem altum sapimus, quid si totius authores essemus? Multa nanque deus fecit, vt nostram succideret superbiam. Et adhuc manus alta quot nos morbis inuoluit, vt nostram truncaret insolentiam? quot feris circundedit. Etenim cum quidam dicant, quid hoc, ad quid hoc? Hæc inquit, præter id quod deo videtur, in tãto te metu constituit, & nec ita humiliter sentis: sed si quando vel paruam assequaris prosperitatem, ad ipsum sensu cœlum peruenis. Propterea celerrimæ mutationes & lapsus, & nec ita corrigimur: propterea continuæ mortes, & præmaturæ. Nos autem de nobis tanquam immortalibus sentimus, quasi nunquam morituri, ita rapimus. Sic vsurpamus aliena, quasi rationem nunquam daturi: sic ædificamus, tanquam hìc semper manentes. Nec ipsum nos dei verbũ quotidie nobis inculcatum, nec ipsa negotia corrigunt. Non potest dies proferri, non hora, in qua continuos non liceat cãsus videre.
C Sed in vanum omnia, & duritiem nostram nil penetrat, nec in alienis calamitatibus meliores fieri possumus: quinimò nec volumus, sed cum ipsi soli lugeamus, tunc corripimur: & si manum deus remittat, rursum nos manum extollimus. Vnusquisque sapit humana, terrena contemnit nemo, cœlũ respicit nullus: sed tanquàm sues ad ventrem inclinantes deorsum vergunt, cœno se conuoluentes: itidem & hominum multi difficillimo cœno polluentes, non sentiunt. Melius enim est luto fœdo quàm peccatis contaminari. Illinc nanque fœdatus, breui se tempore lauerit, & similis est illis, qui nec ab initio in illud ceciderint cœnum. At in peccati barathrum delapsus, pollutionem admisit, quæ non aqua purgatur, sed multi temporis indiget, acrisque pœnitentiæ, lachrymarum, & maioris ardentiorisque luctus, quàm quem charissimis exhibetis. Illa nanque sordes extrinsecus nobis accidit, quapropter & eam cito deponimus: illa verò pariter interius, ideóque vix eam abluentes mundamur: ait enim: Ex corde exeunt cogitationes malæ, fornicationes, adulteria, furta, falsa testimonia: quamobrem & propheta dicebat: Cor mundum crea in me deus: alter verò: Ablue à malitia cor tuum Hierusalem. Vides quòd est & nostrum, & dei? & iterũ: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Efficiamur mundi pro viribus nostris, peccata nostra detergamus. Quomodo verò detergenda sunt, propheta docet inquiens: Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Quid est, coram oculis meis? Quoniam aliqui videntur esse boni, sed hominibus: sed deo sunt manifesti sepulchra esse dealbata: propterea dicit: Sic auferte, sicut ego video. Discite benefacere, exquirite iudicium, humilem & pauperem iustificate. Et venite, & disputemus, dicit dominus. Et si fuerint peccata vestra sicut purpura, sicut niuem dealbabo: & si fuerint tanquam coccinum, quasi lanam albefaciã. Vides quòd priores nosipsos oportet mundare, & tum deus emundat: Cùm enim prius dixisset: Lauamini, mundi estote: tunc subdidit, Ego dealbabo. In extremam itaque lapsorum nequitiam nemo de se desperet. Etsi nanq; in habitum venisti, & quasi in ipsius naturã vitij, ne timeas. Propterea nanq; colores non euanidos, sed subiectis ferè consubstantiatos in contrarium dixit statũ venturos. Non enim simpliciter lauare dixit: sed, tanquam lanam, &
E quasi niuẽ dealbare, vt bonã nobis spem suggeraret: ergo magna vis pœnitẽtiæ: siquidẽ vt niuẽ nos reddit, & vt lanã albefacit, licèt prœueniens peccatũ, nostras infecerit animas. Studeamus itaq; mũdi fieri: graue nihil imperauit, Iudicate pupillo, & defendite viduã. Videsvbique quomodo multa deo misericordia sit, & iniuriam patientiũ tutelę mẽtio? Hæc officia sectemur, & dei gratia poterimus & futura cõsequi bona: quib⁹ nos omnes dignos cẽseri cõtingat in Christo Iesu domino nostro, cum quo patri, simul, & sancto spiritui gloria, potestas & honor nunc & semper, & in secula seculorũ, Amen.

Matth.15.b
Psal.50.c
Hiere.4.d
Matth.5.a
D
Esaiæ.1.d
Ibidem.e
Psal.81.a
Ioel.2.g
E
F

DE VANA GLORIA, ET *ambitione, Homilia.* XLIII.

SVemadmodum sæui quidẽ venti in tranquillum mare delati, totũ ab imo subruunt, vt & arena cum vndis misceatur: sic & ambitio, & turpis quæstus animã subeuntes omnia subuertunt. Excæcat mentis intuitũ, præsertim gloriæ furor: nam pecunias quidẽ contemnere volenti satis est facile: honorem autẽ à multis collatũ despicere, multi laboris indiget, magnæ sapientiæ, angelicæ cuiusdam animę ipsum cœlestis festudinis verticem tangentis. Non est enim, non est inquam, vitium ita tyrãnicum, & vbique dominans ex maiori quidem, vel exminori parte, attamen vbique. Ipsum itaque quomodo vinceremus, etsi non ad expurgationem, saltem ex minima parte? In cœlum si respiciamus, si deum ante oculos habeamus, si de terrenis maiorem capiamus cogitationem. Cogita, cùm gloriam concupiscis, quòd eam sis assecutus, & disce finem, & nihil inuenies. Cogita quantam ea res habeat iacturam, quot & qualibus bonis priuet. Labores quidem sustinebit atque pericula, fructibus autem priuabitur, & certaminum præmiis. Cogita, quòd multa sunt pericula, & eorum gloriam cõtemne: qualia sint, singula recense, & rem risu plenam videbis. Videbis quòd dedecus magis est quàm gloria, & post hæc ad cœleste spectaculum referas cogitatione. Cùm aliquid boni facies cogites, quod & hominibus oportet ostendere, & aliquos facti spectatores quæras, & solicitus sis vt videatur: cogita quòd deus videt, & omnem illam extingues concupiscentiam. De terra recede, ad illud cœleste respicias theatrũ. Homines licèt laudauerint, mox tamẽ accusant, vel inuident, vel carpunt: sed hoc si nõ fecerint, nihil omnino tamẽ laudato prosunt: deus autem

A autem non ita, sed gaudet nostra laudans merita. Dixisti rectè, plausus; cõsecutus es? Et quid emolumenti? Si enim adiuti quidem sunt plaudentes, & mutati, & meliores effecti, prioribus abstinuere malis, verè gaudendum est, non iam collatis laudibus, sed bona mirabilisque mutatione: si verò laudantes quidem, & tumultuantes perseuerant, & plaudentes, nullum autem ex plausibus fructum reportant, dolendum magis est, quoniam hæc eis in iudicium cedunt, & damnationem. Sed in pietate gloriam habes? Si verè quidem sis pius, & tibi nihil conscius sis mali, oportet gaudere: non quoniam videris, sed quoniam es. Si cùm sis, multorum quidem gloriam concupiscis, cogita quòd non hi nobis iudices erunt in illa die: sed qui latentia perfectè nouit. Si verò tibi peccatorum conscius, apud omnes mundus esse suspicaris, non tantùm gaudere non oportet, verùm & dolere, & amarè gemere, diem continuè cogitantem, in quo omnia reuelantur, in quo absc5dita tenebrarum illuminantur. Honore delectaris? hunc repelle, sciens quòd te debitorem constituit. Honorem tibi præbet nemo, & in hoc gaudendum est. Non enim cum aliis & hoc tibi deus improB perabit, quòd honore delectatus es. An non vides, quòd cum aliis beneficiis & hoc deus per prophetam ait: Accepi ex filiis vestris in prophetas, & ex iuuenibus vestris in sanctificationem? Hoc igitur saltem lucraris, quòd maiori supplicio non eris obnoxius. Nam qui non honoratur in præsenti vita, sed contemnitur, nec vllam est assecutus æstimationem: sed contumeliam patitur, & respuitur: & si non aliud, hoc saltem lucratur, quòd non & huius est reus, quòd non à conseruis honoratur, & multa propter alia gaudet, contrahitur, humiliatur: neque si velit, vnquam altùm sapiet, si sibi magis attendat. Qui nanque multum acquisiuit honorem, præterquàm quòd & magnorum reus est debitorum, & in arrogantiam extollitur, & inanem gloriam, & fit hominum seruus, postmodum hoc crescente dominatu, multa quæ nollet facere cogitur. Tanquam itaque scientes, quòd hoc est melius quàm illud, honores ne quæramus, & oblatos recusemus, abiiciamus à nobis, hanc extinguamus concupiscentiam. Hæc & ad principes & subditos nobis dicta
C sunt. Anima nanque cupiens honorem & glorificari, non videbit regnum cœlorum. Non meus est hic sermo, neque mea recito verba, sed spiritus sancti. Non videbit, licèt virtutem operetur: ait enim, Receperunt mercedem suam. Itaque qui mercedem non accepit, quomodo cœlorum regnum videbit? Non prohibeo gloriam optare, sed veram volo gloriam, quę est à deo: cuius laus est, inquit, non ex hominibus, sed ex deo. In abscondito sumus pij, non multo circundati fastu, & ostentatione, & simulatione. Ouis pallem abiiciamus, sed potius oues efficiamur. Nihil hominum gloria vilius. Dic enim mihi, si paruorũ videas puerorum multitudinem, lactentium dico, nunquid ab eis gloriam concupiscens? sic erga cunctos homines disponaris propter gloriam. Idcirco cenodoxia dicitur. Nonne vides personas, quas in scena versantes induuntur, quàm sint pulchræ quidem, quàm verò splendidæ, quàm ad extremam pulchritudinis perfectionem effictæ? Potes mihi talem aspectum in veritate monstrare? Nequaquam. Nunquid vnquam earum amore captus es? Nõ. Quare? Quia vacuæ sunt, & imitantur pulchritudinem: pulchritudo tamen non sunt. Similiter & gloria inanis est, & gloriam quidem imitatur: non est tamen gloria. Illa sola manet, quæ naturalis est, quæ intrinsecus. Hæc autem quæ exterius superinducitur, occultat quidem sæpe deformitatem, occultat autem apud homines, & vsque ad vesperam: dimisso autem theatro, sublatisque personis, vnusquisque quod est, hoc apparet. Itaque ne tanquam in scena, & simulatione veritatem obeamus. Dic enim mihi, quid habet boni, à multis circunspici? Inanis est gloria, nec quicquam aliud. Nam domum reuertere, & solus esto, & totum illico defluxerit: in forum processisti, præsentes in te conuertisti, & quid amplius? Nihil, extinctum est, & euanuit tanquam fumus diffusus: sic igitur ea quæ non subsistunt. Quantæ sunt hæc, quæso, stoliditatis? quantæ dementiæ? Ad vnum itaque solum spectemus, quomodo deus nos laudet. Si hoc consideremus, nunquam ab hominibus propria quæremus: & si contigerint, contemnemus, deridebimus, respuemus: tanquam aurum quidem optantes, lutum verò recipientes, sic afficiamur. Non laudet ille, nihil enim profuerit: & si vituperauerit, nihil nocebit. In deo autem hæc vtraque habent aliquid lucri, vel iacturæ: at apud homines omnia vana. Et in hoc æquamur deo, quòd ab hominibus ille nõ gloriæ indigeat: ait enim, Gloriam ab hominibus non capio. Parúmne igitur hoc? Cùm nolis gloriam contemnere, dic, deo par fio si contempsero: & statim contemnes. Non enim potest gloriæ seruus homo, non omnium seruus esse, & ipsis seruilior mancipiis. Non enim talia nostris præcipimus seruis, qualia captiuis suis illa: turpia & dedecore plena negotia loqui facit & pati, & maximè cùm obsequentes viderit, imperia magis intendit. Fugiamus itaque fugiamus inquam hanc seruitutem. Inquiet aliquis, Qualiter itaque poterimus? Si philosophemur de terrenis, si videamus quòd præsentia somnium & vmbra sunt, & nihil aliud, ipsam facilè vicerimus, & nec in paruis, nec in magnis capiemur: quòd si contemnamus in minimis, & in maximis facilè cademus. Procul igitur eius fontes restringamus: hi autem stultitia sunt, & humilem animum habent. Itaque si sublimem sensum capiamus, poterimus & à multis collatum honorem contemnere, & in cœlum dirigere cogitationem. Nam sicut est modestiæ principium ieiunium, id est, fundamentum & constitutio: sic & peccati superbia, & ab ea omne peccatum
F inchoatur, & ab ea congregatur: quòd enim quæcunque bona facimus, vitium ea permanere non sinit, quin corruant, sed tanquam radix est quædam nõ commoueri non permittens, illinc manifestum est. Vide quanta pharisæus fecerat, sed hæc omnibus nocuit, radice manente. Ex superbia nascitur pauperum despectus, pecuniarum concupiscentia, amor principatus, multæ desiderium gloriæ. Ad contumeliam vltor est huiusmodi. Elatus enim nec à maioribus, nedum ab inferioribus contumeliam pati sustinet: qui verò contumelia non tolerat affici, neq; malè pati sustinebit. Vides quomodo peccati principium elatio, quomodo verò superbiæ principium, nescire dominum? Et meritò. Qui nanque dominum nouit, sicut oportet intelligere: qui nouit quòd dei filius se tantum humiliauit, non extollitur. Qui autem hæc ignorat, extollitur. Elatio verò præparat ad insolentiam. Dic etenim mihi, vnde isti impugnantes ecclesiam deum ignorare dicũtur? nónne ex insolentia? Ecce dominum ignorare, in quod eos præcipitium proiecit. Nam si deus contritũ diligit spiritum, è contra superbis resistit, humilibus autẽ dat gratiam: nullum itaq; malum par elationi, hominem red-

Matth.5.g
6.a.&.c
Roma.2.d
Ioan.8.f
E
Iacob.4.b

dit dæmo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G dit dæmonem, contumeliatorem, blasphemum, periurum, cædes facit & homicidia cupere. Elatus semper in doloribus viuit, semper indignatur, semper mœret. Nihil est quod eius possit explere libidinem, si vel regem viderit supplicantem & adorantem, non est satiatus, sed magis accensus. Sicut enim auari quantò plura ceperint, tantò pluribus egent: itidem & superbi, quantò maiori fungantur honore, tantò plus concupiscunt. Crescit enim in eis morbus: morbus enim est: morbus autem finem nescit, sed cùm habentem occiderit, tunc demum sistit. Nónne vides obesos, quòd semper sitiunt? morbus enim est, non naturæ cupiditas, sed ægritudo peruersa. Nónne vides quos vocant bulimos, quòd semper esuriunt? morbus enim est, vt medicorum † pueri testantur. Iam naturæ terminos transcenderunt curiosi, & superflua satagentes, quantuncunque passi fuerint, non sistunt: morbus enim est, & finem ignorat. Fornicationibus gaudentes rursum nec ipsi sistunt. Homini, inquit, fornicario omnis panis suauis: non desinet, donec absorbeatur, morbus enim est: & morbi quidem sunt, non tamen H incurabiles, sed admittentes medicinam, & multò magis quàm corporales. Si nanque velimus, possumus eos extinguere. Igitur quomodo superbiam extinguere possumus? Si deum agnoscamus. Nam si ex ignorantia dei nascitur, cùm ipsum agnouerimus, expellitur omnis insolentia. Cogita gehennam, cogita multò meliores te: cogita, quòd deo pœnas debeas: si talia cogitaueris, ocyus mentem contraxeris, ocyus eam compresseris. Sed non potes ista facere, es imbecillior, cogita præsentia, ipsam humanam naturam, quàm nihil sit homo. Cùm videris in foro mortuum efferri, orphanos sequentes filios, vxorem viduam plangentem, plorantes seruos, amicos mœrentes, præsentium rerum vilitatem cogita, & quòd ab vmbra somnioque nihil differunt. Sed non vis hoc: at cogita prædiuites in bellis temerè pereuntes: magnatum & illustrium domos considera nunc solo prostratas, considera quantum potuerunt, & nunc nec eorum quidem memoria remanet. Per singulos enim dies, si velis, horum exempla reperies, magistratuum successiones, proscriptiones diI uitum. Multi tyranni consederunt humi, non existimatus autem gestauit diadema. Hæc nónne quotidie fiunt? Nónne nostra rotæ cuidam similia sunt? Lege si velis, & quæ sunt apud nos, & exteriora. Nam & illa sunt his exemplis referta. Si nostra contemnis, & hoc ex insolentia: si philosophica miraris, & his accede. Illi quoq; te docebũt antiquas recensentes ærũnas, & Poëtæ, & oratores, atq; sophistæ, sermonúmque scriptores vniuersi. Exempla, si velis, vbiq; reperies. Si verò nihil horũ velis, ipsam pensa naturã nostram, ex quibus constat, & quò desinit. Cogita cùm dormis, quo sis dignus: nónne vel minima bestia te posset interimere? Multis enim à tecto frequẽter illata breuis bestiola vel oculũ eruit, vel alicuius alterius periculi causã attulit. Hæc igitur poterũt nos à tali proposito abstrahere, sicq; vitam agemus laudabilẽ in Christo Iesu domino nostro, cum quo patri, simul & sancto spiritui gloria, potestas, & honor nunc & semper, & in secula seculorũ, Amen.

Βουλιμία siue βούλιμος magna fames, morbus quo laborãtes etiã post cibum esuriunt.

† Qui dicãtur medicorum pueri, vide suprà fol. 123. L

DE LIVORE ET INVIdia, Homilia. XLIIII.

Sicut furentes sæpenumero gladios in se conuertunt, itidem & inuidi, solam inuisi perniciem intuentes, propriam negligunt salutem: hi feris quoque peiores. Nam illæ quidem escæ indigentes, vel priusquàm à nobis iritentur, aduersus nos armantur: hi verò beneficiis quoque frequenter allecti, bene meritos maleficiis prosecuti sunt. Hi quidem peiores feris, dæmonibus autem pares, fortè verò peiores & istis. Hi nanque contra nos bellum exercent impacatum, consortibus autem generis non insidiantur. Vnde Iudæis quoq; Christus os occlusit, cùm eum in Beelzebub eiicere dæmonia calumniarentur. Hi verò neque naturæ communionem reueriti sunt, neque sibi pepercerunt. Nam antequam inuisos, animas suas pœnis afficiunt, tumultus omnis & ignobilitatis eas frustrà & incassum implent. Cur enim doles, ô homo, proximi bonis? Dolere nos oportebat his quæ patimur malis, non in quibus alios probabiles haberi videmus. Propterea omni venia caret istud peccatum. Nam fornicator quidem concupiscentiam prætendere potest, fur paupertatem, homicida furorem, frigidas quidem & irrationabiles, habent tamen quas prætendant excusationes. Tu verò quam dices causam, rogo? Nullam penitus, nisi tantùm intensam nequitiam. Si enim inimicos diligere iubemur, cùm & diligentes oderimus, quam pœnam luemus? Nam si diligens diligentes nihilo gentibus melius affectus est? nihil iniuriæ operatos infestans, quam habebit veniam? quam excusationem? audi quid Paulus dicat: Si tradidero corpus meum, vt ardeam: charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Quòd autem vbi liuor & inuidia, charitatis opera sublata sint, cuique patet. Hoc vitium & fornicatione peius est, & adulterio. Hoc enim in operato tantùm sistit: inuidię verò vis totam subuertit ecclesiam, & toti nocet terrarum orbi. Hæc homicidij mater est: ita fratrem Cain occidit, ita Iacob Esaũ, ita Ioseph fratres, ita cunctos homines diabolus. Sed tu nunc non occidis, sed multa cæde facis grauiora, fratrem optans confundi, laqueos vndique tendens, sumptos pro virtute dissoluens labores, dolens quòd mundi placent domino. Non illum itaq;, sed ab eo cultum impugnans. Illum afficis contumelia, tuum illius præponens honori, & quod est omnium grauissimum, indifferens peccatum esse videtur, cùm omnium sit C trocissimum. Siue miserearis, siue vigiles, omnium es sceleratissimus, cùm inuideas fratri, & hoc illinc est manifestum. Quidam olim apud Corinthios fornicatus est, sed accusatus fuit, & breui correctus. Abeli Cain inuidit, sed sanatus non est: quin & deo statim ipsius vlcisci curam afferẽte, magis intumescebat, & fluctuabatur, & ad cædem properabat. Ita hoc vitium illo peius est, nec medicinæ, quancunque adhibuerimus, facilè cedit. Funditus igitur eam vndique euellamus, illud pẽsantes, quòd quemadmodum offendimus deum alienis tabescentes bonis, ita placemus gratulantes, & nosmetipsos participes facimus bonorum benemeẽti repositorum. Et propterea Paulus dicit: Gaudete cum gaudentibus, & flete cum flentibus. Vtrinque magnum lucremur emolumentum. Cogitantes itaque quòd licèt non laboremus, si laboranti delectemur, illius bonorum efficimur participes: omnem eiiciamus inuidiam, & in animabus nostris charitatem plantemus: sed quod dixi, graue quid inuidia, graue, & simulatione plenum. Hoc mundum innumeris repleuit malis. Ex hoc morbo litibus plena sunt tribunalia, ex hoc liuores, & pecuniarum amor, ambitio, & inanis gloria. Hinc vrbes obsidentur, & mare piratas habet, hinc per orbem cædes, hinc genus nostrum dissipatum est.

Matth. 12. b

L

1. Cor. 13. b

M

Ibidem. f. a

Gene. 4. b

Roma. 12. c

A tum est. Quodcunque malum videris, ex hac radice producitur: iam enim & in ecclesias debacchata est, & prius innumera patrauit mala. Hoc auaritiam parit, vitium omnia confundens, & iustitiam corrumpens. Dona enim excæcant oculos sapientum, & tanquam frenum ori auertunt argumenta. Hoc pro liberis seruos facit, de hoc per singulos loquimur dies, & nil amplius efficitur: bestiis exhibemur peiores, orphanos diripimus, spoliamus viduas, odio pauperes habemus. Væ super væ nascitur. Hei mihi quia periit pius de terra, & iam nostrum est lugere, & per singulos hoc gratuios dicere dies: Orationibus nil efficimus, consiliis & admonitionibus nihil. Relinquitur iam lachrymas fundere. Hoc & Christus fecit, cum multa eos qui Hierosolymis erant, monuisset, postquàm illi nihil lucrifecerunt, ipsorum defleuit calamitatem. Hoc & prophetæ fecerunt, hoc & nos facimus nunc. Luctus iam tempus est, & lachrymarum & gemitus. Et nunc opportunum est dicere: Vocate lugentes, & ad peritos B mittite, & loquantur. Ita fortasse poterimus eiicere morbum, domos erigentium splendidas, agros ex rapina comparantium. Lugere nunc opportunum. Sed vos quoque mihi coniungimini, iniuriam passi, spoliati. Adhęrete mihi, lugete, & deducite lachrymas meas: sed lugentes, non nosipsos, sed illos lugeamus. Non iniuria vos affecerunt, sed seipsos perdiderunt. Nam vos quidem habetis regnum cœlorum pro iniuria: illi verò gehennam pro lucro: propterea melius est iniuriam pati, & non inferre. Defleamus eos fletu non vulgari, sed de sacris scripturis, quem prophetæ defleuerunt. Defleamus cum Esaia, ita dicentes: Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrum ad agrum propinquatis, vt aliquid proximo auferatis. Nunquid habitabitis soli super terram? Domus speciosę & magnę, & non erunt qui inhabitent in eis. Defleamus cum Naum, & cum eo dicamus: Væ qui ædificat in altitudinem domum suam. Immo verò defleamus eos, Christum sequentes dicentem: Væ qui diuites estis, quoniam recepistis mercedem vestram & consolationem. Defleamus, & ne cessemus: quin & nisi turpe sit plangamus, dicamus quod propheta: Nolite flere mortuum, sed deflete raptorem, alienorum usurpatorem, auarum insatiabilem. Quare mortuos deflemus, in C quibus iam nihil expediri potest? Lugeamus hos, in quibus est & mutatio. Sed nobis lugentibus illi fortè rident: &, hoc luctibus dignum, quòd rident, vbi lugendum erat. Nam si quid ex deplorationibus nostris passi fuissent, deploratores requiescere decebat, tanquam se correcturos: sed postquàm insensibiliter se gerunt, permaneamus nos flentes: non simpliciter locupletes, sed auaros, vsurpatores, raptores. Nam & congruè diuitiis vti licèt, cùm in egenos erogemus: auaris autem crimen & accusatio sunt, & opprobrium. Lugeamus itaque non hos tantùm, verùm & inuidos: grauis enim & hic valdè morbus est. Nec aberrauerit quis hanc diaboli filiam appellans, & post hæc inanis gloriæ fructum, quin autem & radicem. Hæc enim vtraque mala in alterutrum sese producere solent. Sic certè tunc quoque Saül inuidebat, quãdo dicebant: Percussit Saül mille, & Dauid decem milia. quo quid esse possit irrationabilius? Quid enim, quæso, inuides? Quod ille laudauit? Atqui gaudere decebat. Alioqui neque nosti, verane sit laus. Aut propterea doles, quòd cùm non esset admirabilis, laudatus est? At potius oportebat misereri. Quamobrem si potius quidem sit, laudato non o-

Esaiæ. 5. b

Hiere. 22. d

Lucæ. 6. d

Hiere. 22. c

1. Reg. 18. b

pus est inuidere, sed potius eum laudare cum benedi- D centibus: si verò talis non sit, vtilitas nulla, sed & damnum. Quid igitur in teipsum ensem agis, quòd hominibus mirabilis esse videtur, qui hodie quidem sunt, cras autem non erunt? Sed quòd gloria fruitur? Quali, dic mihi? De quãne propheta dicit, quòd flos est fœni? Esaiæ. 40. b Propterea igitur iniuides, quoniam onera baiulat, & fœni tales circũfert sarcinas? Si verò tibi talis dignus inuidia videtur honor, & lignicidæ per singulos dies onera ferentes, & vrbem ingredientes. Nihilo enim melius hoc est onus, sed grauius: illud enim corpus tantùm premit, hoc autem & animam plærunque læsit, & voluptate maiorem intulit anxietatem. Nam etsi & dicens comprobatur, maiorem habet lætitia timorem: quin potius hanc quidem breuem, illum verò continuum: & si præpolleat apud principes, & illic inuidia rursus & periculum. Quod enim tu pateris apud eum, hoc & alij plures. Sed continuè laudatur & exultat? Hoc amarum facit seruitus: non enim liberè pro sententia facere quicquam audebit, ne se glorificantes E offendat. Grauia nanque sunt ei vincula claritas. Itaque quantò sit pluribus notior, tantò plures habet dominos: & seruitutis ei iuga grauantur, ipsius vndique dominis apparẽtibus. Et domini quidem aspectu cùm liberatus fuerit seruus, respirat, & est in omni libertate: hic autem vndique dominos quærit. Omnium enim est seruus in foro apparentium: siue quid vrgeat necessarium, in forum prodire non audet, nisi & sequentibus seruis, & equitatu, & omni reliqua vanitate conueniente, ne domini condemnent. Et si quem legitimum videat amicum, eum indifferenter alloqui non audet: dominos enim verętur, ne se detrahant à gloria. Itaque quantò illustrior est, tantò magis mancipatus est. Et si quid molesti patiatur, grauior est contumelia, quantò plures habet testes. Et præter dignitatem res esse videtur: nec tantùm verò contumelia, sed & calamitas, multos enim habet insultantes: sicut etiam si quo fruatur bono, plures habet inuidentes, & ægreferentes, & cupientes auferre. Hoc igitur, quæso, bonum? hoc gloria? Nequaquam. Sed ignobilitas, seruitus, & vincula, & quicquid graue quis dixerit. Si verò sic quoque tibi diligitur ex hominibus gloria, & F ille multorum excipiens plausum te conturbat vehementer: cùm plausibus fruentem videris, ad futurum mente seculum, & illam gloriam transi. Et sicut ingruentem fugiens feram, & domum ingrediens, fores claudis: sic & nunc ad futurum confuge vitam, & illam ineffabilem gloriam: ita enim & hanc concubcabis, & illam faciliter apprehendes, & vera frueris libertate, æternísque bonis: quæ nos omnes assequi contingat, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, cum sancto spiritu in secula seculorum, Amen.

DE INVIDIA ET LIuore, Homilia. XLV.

Cvm benevolum deũ habuerimus, dilectissimi, licèt in solitudine simus, in ciuitatibus degentibus tutius conuersabimur. Maximum nanq; munimen, & inexpugnabilis murus est diuinus fauor. Et vt discas, quomodo quamoratur in solitudinibus, in mediis versante ciuitatibus, & humanum habente multũ auxilium tutior est, & potentior, videamus quomodo Dauid quidẽ ex locis loca permutans, & degens tanquam profugus, à superna manu muniebatur: Saül

Universidad de Deusto
Biblioteca

G autem in mediis positus vrbibus,& tot agẽs exercitus, & tot habens satellites & custodes, per singulos dies hostium incursum timebat & tremiscebat. Et ille quidem cùm vnus esset, & secũ haberet neminẽ, humani non indigebat subsidij: diademate verò redimitus, & ornatus purpura,ipsius egebat auxilio. Et rex pastoris indigebat:& priuati,coronam gestans. Sed si vultis,altius sermonis seriem repetamus, vt omnem ipsius historiam in medium agentes,discamus,quòd diuina ope munito fortius nihil,& nihil imbecillius ea destituto,licèt innumeris exercitibus circunualletur. Hic itaque Dauid cùm esset valde iuuenis,& propter ætatem immaturam in paterna domo degeret: postquàm tempus exigebat, vt huius fieret virtus manifesta, à patre cohortatus vt fratres suos viseret, ad eos mittebatur: ad horum itaque visitationem profectus, vt bellum vidit conflatum alienigenæ Goliath, & totum cum Saüle populum expauefactum, & ipsum regem in periculo de summa rerum constitutum, interim spectator esse volebat,& ibat visurus nouum atque mirabile, quòd vnus homo contra tot milia insurgeret. Sed fratres cogitatus non ferentes fortitudinem,in inuidiam
1.Reg.17.d commoti sunt, & ad eum inquiunt: Propter nil aliud H venisti,quàm vt bellum videres:nec enim visitationis nostræ gratia venisti. Sed huius vide prudentiam & mansuetudinem multam. Procax nihil & asperum eis respondet, sed eorum sedans ardorem, & demulcens inuidiam,ait:Nónne verbum est?Non enim,inquit,arma me vidistis tractantem. Nunquid enim conspexistis pugnantem?Simpliciter videre volui,& intelligere vnde sit huic tanti furoris excessus. Quis enim,inquit,est hic alienigena,exprobrans castra dei viuentis? Mox & multam eius audiens magniloquentiam & ineffabilem cum Saüle profectorum timiditatem, ait:
Ibidem.c. Quid erit homini, huius caput amputanti? & per hæc verba magnam animi virtutem ostendebat,omnes trahens in admirationem. Hæc vbi Saul intellexit, accersit iuuenem præter pasturam nihil doctũ: præterea & ipsius conspicatus staturam,parui pendit. Postmodum cùm ab eo didicisset, qualiter vrsos confecisset, cùm greges inuasissent.(Hęc enim narrare coactus fuit admirabilis hic, non inanem gloriam quærere volens, sed in necessitate constitutus,& vt illi fiduciam afferret,ne ad apparẽtis respiceret vilitatem, sed ad fidem I interius latẽtem,& supernum auxilium,propter quod viris fortior erat iuuenis,& inermis armatis,& militibus pastor.) Mox cùm ipsius sententiæ finem rex vidisset, propria arma volebat eum induere: ipse verò cùm hæc induisset, neque poterat sustinere. Hoc autem agebatur, vt nuda dei virtus appareret, quæ per eum operabatur,ne armis gesta tribuerent: postquàm enim his indutus claudicabat, arma deposuit, & peram sumens pastoralem, & lapides, sic in illam carneam turrim prodibat. Sed vide rursum & alienigenam ad staturæ vilitatem respicientem, hinc iustum floccipendere, & tanquam in vilem puerulum verbis insurgere. Postquàm enim vidit eum cum pastorali pera contra se prorumpentem, & solos habentem lapi-
1.Reg.17.f des,tanquam nun ad eum dicebat: Putasti te rursum ouibus instare,& quosdam canes expellere,& propterea tanquam aliquem acturus canem cum istis instrumẽtis mecum pugnam aggressus es?Iam te docebit experientia, quòd non cum quolibet est tibi certamen. & multam præferens audaciam festinabat, & vrgebat,& totam mouebat armaturam, armáque prætendebat: sed ille quidem armorum virtute fretus, pugnam ad- K oriebatur: hic autem fide, supernóque munitus auxilio. & cùm prius verbis alienigenæ petulantiam deiecisset, & ad eum dixisset: Tu venis ad me cum armis & hasta, & propria virtute sperans vincere: ego autem in nomine domini dei. Cùm hæc,inquam,dixisset,ex pastorali pera lapidem tollens,quasi verè canem quendam gregi ingruentem expulsurus, sic funda iaculatus,in fronte statim alienigenam percutiens prostrauit: & festinans,& ipsius stringens ensem, ipso caput amputatum ita regi reportauit,& bello finem imposuit. Et per illum rexque salutem inuenit, & omnis ipsius respirauit exercitus. Et cernere dabatur res mirabiles,atque stupendas, armatum ab inermi prostratum: & in bellicis peritum, ab eo qui nihil præter pastoralem nouerat artem, deiectum. Quamobrem, & qua de causa?quoniam hic quidem supernum habebat auxilium sibi conferens: ille verò hoc destitutus, sub huius manibus ponitur. Sed vide iam hìc inuidiæ morbum,quantam operatus est conuenientiam. Postquàm enim vidit rex multa laude fruentem hunc iustum,& Ibid.18.b mulieres in choro clamantes: Vicit Saül mille,& Dauid decem milia: non æquè ferens de ipso dicta, licèt L secundum iusti rationem ipsi potius quàm Dauid gratum faciebant,ab inuidia victus iam benefactorẽ contrariis prosequebatur: & quem oportebat saluatorem & benefactorem inscribi,hunc interficere moliebatur. O furoris excessus, ô stupiditatis intentio,eum qui sibi vitam donauit,& totum exercitum ab alienigenæ furia liberauit, tanquam hostem iam intuebatur: & neque recẽs beneficium morbum vincebat,sed tanquam ab ebrietate quadam, inuidia contenebratam habens mentis rationem, benefactorem tanquam hostem respiciebat. Talis enim est huius vitij malitia, vt prius se parientem offendat. Et sicut vermis de ligno nascens, ipsum prius absumit: sic & inuidia illam prius quæ se peperit, animam corrumpit, & inuisum contrariis ac vellet afficit. Nam ne mihi confideres inuisorum præmia,sed finem respice,& intellige quòd hæc inuidentium malitia inuisos ad maiorem perducit claritatem. Nam hi quidem & deum in auxilium attrahunt, & cœlesti fruuntur fauore: hoc verò carens, omnibus redditur expugnabilis: & aequam M ab externis hostibus,ab ipso obsessus vitio tantum non consumitur: & tanquam occultis dentibus, ita calculum, vt ita dicam, absumptus remanet. Quos scientes, huius quæso vitij pestem fugiamus, & totis viribus ex nostris relegemus animis. Omnium enim vitiorum hoc est pernicios̃issimum, & ipsam salutem nostram super omnia vastat, improbi nanque diaboli est inuentum. Et ne operterea sapiens quidam di- Sapiẽ.2.d cebat:Inuidia verò diaboli introiuit mors in orbẽ terrarum. Postquàm enim vidit hæc improba bestia factum immortalẽ protoplastum, per prouisam nequitiam eum in mandati præuaricationem induxit,& per eam fecit,vt mortis pœnam attraheret. Itaque inuidia deceptionem fecit, inobedientiam deceptio, mortem inobedietia:propterea ergo dicit,Inuidia diaboli mors intrauit in mundũ. Vidisti quàm sit vitij pernicies? immortalitate decoratũ mortẽ subiecit. Sed nostræ quidem salutis inimicus propriam mouens inuidiam, immortalem protoplastum morte fecit damnari. Curator autem & misericors dominus per propriã mortem rursum nobis immortalitatẽ donauit:& his quę perdidimus,inuenimus maiora. De paradiso proiecit,& in cœlum

A cœlum nos reduxit. Vt morti damnaremur,effecit,& immortalitatẽ nobis largitus est: paradisi priuauit deliciis,& nobis regnum parauit cœlorum. Vides industriam domini tui,& quomodo à diaboli inuidia contra nostram facta salutem, in ipsius rursum caput conuertit? Non enim tantùm nos maioribus dignos effecit, sed & eundem illum nobis subditum dedit, cùm
Lucæ.10.c dixit: Dedit vobis potestatem ambulandi super serpentes & scorpios,& omnem virtutem inimici. Hæc igitur omnia cogitantes,& inuidiam ex nostris exterminemus animis,& à deo beneuolentiam allicere studeamus. Hoc enim scutum est nostrum inexpugnabile, hæc maximè nobis diuitiæ. Quot patiebatur Dauid iniurias?quot autem inferebat Saül?Quis ergo fortior factus est atque beatior?Quis verò miserior & miserabilior? nónne qui fecit iniuriam? Considera verò:
1.Reg.17.c promiserat Saül, si Dauid alienigenam prosterneret, ipsum generum accepturum, & multa cum gratia filiam ipsi daturum: prostrauit alienigenam, ille fœdera transgressus est,nec modò non dabat,verùm & auferre conabatur. Quis ergo factus est clarior? nónne B ille quidem à dolore suffocabatur, & malo dæmone: hic autem super Solem triumphis & dei beneuolentia coruscabat? Rursum in mulierum choro non ille quidem angebatur inuidia, hic autem tacitè cuncta ferens omnes capiebat, & sibi colligabat: postquàm &
Ibid.24.a eum ipse in manus cepit,& pepercit,vter rursum beatus, vter miser, vter autem imbecillior, vter potentior? nónne hic qui neque iustè grassatus est? & valde meritò. Ille nanque milites armatos, hic autem iustitiam innumeris exercitibus fortiorem auxiliarem habebat,& adiutricem:propterea iniustas passus insidias, nec iustè voluit occidere. Ex superioribus nanque sciebat, quòd non malè facere, sed malè pati, reddit potentiores: hoc & in corporibus efficitur, hoc in arbo-
Gene.31.c ribus. Quid autem Iacob? Nónne à Labam iniuriam sustinuit, & malè passus est? quis itaque fuit fortior? Qui cepit eum in manibus, nec ausus contingere, sed timens & tremens:an non hic sine armis & militibus, innumeris regibus ipsi factus terribilior? Vt autem & alteram hac maiorem vobis probationem afferam dictorum, in ipso rursum Dauid per cõtrarium sermonem habeamus. Hic enim iniuriam passus corroboratus, postea vicissim iniuriam operatus, infirmior factus est. Cùm igitur Vriam affecit iniuria, mutatus rur-
2.Reg.11. b.c sum est ordo,& infirmitas quidem ad eum, qui patrauit iniuriam: virtus autem ad iniuriam passum transiit. Mortuus enim ciuitatem populabatur,& ipse quidem licèt rex esset & viuus,poterat inhil: ille verò miles tantùm & iugulatus omnia illius subuertit. Vultis, & aliunde,quod dico,faciam manifestius? Indagemus & iustè se vlciscentes. Nam iniuriam quidem inferentes, quòd omniũ vilissimi sunt, animam suam impugnantes,omnibus quodammodo manifestum est. Sed inquies, quis iustè vindicauit, & innumera succendit mala,& seipsum multis infixit ærumnis atque doloribus? Dauidis exercitus: hic etenim bellum graue conflauit,& infinita passus est mala,quorũ nec vnum quidem fuisset,si sapienter agere sciuisset. Hoc itaque peccatum fugiamus, & neque verbis neq; factis iniuriam proximis inferamus. Nec enim dixit, Si maledixeris,
Matth.12.c & iudicium constitueris: sed subiunxit,Si maledixeris,& per teipsum, & ita supremum dabis supplicium, licèt dictum sit verum:tu verò ne persuasus dixeris,& sic honoraberis. Non enim ex his,quę gessit ille:sed ex his,quæ dixisti tu,deus feret sententiam: ait enim, Ex D verbis tuis condemnaberis. Non audis quòd & pharisæus vera locutus est?& omnibus dixit manifesta,non Matth.12.c latentia reuelauit,extremam tamen dedit pœnam. Si Lucæ.18.b verò de manifestis arguere non licet, multò magis de dubiis:habet enim iudicem qui peccauit. Ne rapias itaque dignitatem vnigeniti,illi iudicij sedes seruata est. Sed vis iudicare?est tibi tribunal multum habens emolumentum,& nullam referens accusationem. Constitue super conscientia iudicantem rationem,& in medium omnia tibi patrata propone, animæ tuæ peccata scrutare,& pœnas exige diligẽter,& dic:Quamobrem hoc & hoc ausa es? Et si hæc quidem fugiat,aliena verò discutiat,dic ad eam:Non de his te iudico,non pro his venisti te purgatura. Quid enim si ille malus?Quare tu hoc & hoc admisisti?Respondè,noli accusare,tua consideres,nõ aliena,& eam in hanc agas anxietatem continuè. Postea si nihil,quod dicat,habeat,sed refugiat: dilania flagellans eam quasi quandam ancillam insolentem,& fornicantem: & quotidie iudicium huiusmodi constitue, & ignis flumen designa,veneniferum vermem,tormenta reliqua: nec eam amplius si- E nas diabolo copulari,nec impudenter loquentem tolcres. Ille venit ad me,ipse mihi tendit insidias,ipse me tentat: sed dic ei, Nisi tu velis, illa omnia superflua. Quòd si rursum dicat, Corpori connexa sum,carnem induta,mundum habito,in terra commoror:dic ad ipsam,Hæc omnia sunt excusationes & prætextus. Nam & ille carnem erat indutus,& ille mundum habitans, & in terra conuersans probabilis fuit: quin & tu ipsa, cum bene te gesseris,carne circundata id facis. Quòd si doleat hæc audiens,ne tollas manum:non enim morietur,si percusseris,sed eam ex morte erues. At si rursum dixerit,quòd ille exacerbauit:ei respondè,sed tibi licebat non exacerbari. Certè frequenter iram cõpressisti. Si dixerit,quòd illius species me subleuauit:dicas
Gene.3.c essed poteras continere,propone victos,propone primam mulierem,quæ dixit: Serpens decepit me,nec à crimine liberatam. Cùm autem hæc examinaueris,adsit nemo,nemo tumultuetur:sed sicut iudices sub velis iudicant sedentes,sic & tu pro velis, quietis tempus & locum inquire. Et cùm cœnatus surrexeris,& sis recubiturus,ista tunc discerne. Hoc tibi tempus idoneum: F locus autem lectus & cubiculũ. Hoc & propheta iussit,
Psal.4.a dicens: Quę dicitis in cordibus vestris,in cubilibus vestris compungimini. Et paruorũ magnas exige pœnas, ne magnis vnquam approximes. Si per singulos hoc feceris dies,cum fiducia stabis ante tremendum illud tribunal. Paulus ita purus est factus,& propteréa dice-
1.Cor.11.g bat: Si enim nosipsos iudicaremus,non iudicaremur.
Iob.1.b Ita filios Iob expiabat: nam qui pro incertis sacrificia offerebat,multò magis certorum pœnas exigebat: sed nos non ita facimus,sed omne cõtrarium. Nam simul atque reclinati sumus,omnia versamus secularia:& hi quidem immundas inferunt cogitationes,hi verò fœnora & usuras,& corruptibiles curas. Et filiam quidem habentes virginitati seruientem,diligẽter custodimus:quę verò nobis est filia charior,animam fornicari permittimus, & pollui, innumeras inducentes in eam improbas cogitationes. Nam siue auaritię cupido, siue deliciarum,siue splendoris corporum,siue furoris, siue quis alius ingredi velit, apertis foribus trahimus atq; vocamus,& cũ fiducia miseri cũ ea sinimus: quo quid esse possit magis barbaricũ,quàm animam omnium nobis charissimã tot adulteris ludibrio habitã

Universidad de Deusto
Biblioteca

G despicere, & tantum congredientem, quoad illi fuerint satiati? quod nunquam erit. Quapropter, cùm somnus occupauerit, tunc tantùm abscedunt: immo verò neque tunc. Nam & somnia, & visa, eadem inferunt illi simulacra. Vnde facta die, talia concipiens anima, & in illarum phantasiarum opus plerunq; cecidit. Tu verò nunquam oculorum quidē pupillam modicum aliquem sinis puluerem ingredi, animam verò tot malorum sarcinam attrahentem despicaris. Igitur quando sordem hanc exhaurire poterimus, quam per singulos reponimus dies? Quando spinas excidere? quando semina spargere? Nescis, quòd iam messis ingruit tempus, nos verò nondum proscidimus arua? Si venerit igitur agricola, nósque accusauerit, quid dicemus? quid respondebimus? Quòd semina dedit nemo? sed profectò quotidie hæc erogantur: sed nemo spinas excidit, & per singulos quidem dies falcem acuimus. At seculares distrahunt necessitates. Et quare temetipsum mundo non crucifixisti? Nam si qui solum reddidit datum, improbus, quoniam non duplicauit: qui &
H hoc corruperit, quid audiet? Si ligatus ille eiectus est,
Matth.22.b vbi stridor est dentium: quid nos patiemur, cùm innumera nos ad virtutem trahant, refugientes & torpentes? Quid enim te cohortari non potest? Nónne vides seculi vilitatem, incertitudinem vitæ, circa præsentia laborem & sudorē? Nunquid enim virtutem quidem cum labore, malitiam verò sine laboribus obire possumus? Itaq; si hic quidem, & illic labor: quare non hanc capis multū habentem lucrum? Quinimmo sunt quædam in virtute, quę neque laborem habent. Quis enim labor, non detrahere, neque mentiri, non iurare, iram proximo dimittere? E cōtrario quidem hæc facere laboriosum est, & multum afferens curæ. Igitur quę nobis erit excusatio, quæ venia, hæc non præstantibus? Ex his enim manifestum est, quòd & magis laboriosa est virtute, quæ torpore nos fugit & pigritia. Quæ cuncta cogitantes, malitiam fugiamus, capiamus virtutem, vt & præsentia bona consequamur & futura, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

QVOD OPORTET SEMPER PECcatorum memoriam habere: & de iudicio.

Homilia. XLVI.

SI corporis morbū patiamur clarissimi, omnia facimus & tractamus, vt à molestia liberemur: anima verò nostra malè habente tardamus, & differimus, propterea nec à peccatis liberamur. Quoniam necessaria nobis, superflua sunt, superflua verò necessaria: & malorum fontem omittentes, riuulos expurgare volumus. Quòd enim malorum in corpore causa sit animæ nequitia, & ille octo & triginta dissolutus annis, & per tectum demissus, & prius verò Cain significauit, & ex multis aliis partibus hoc aliquis animaduertit. Auferamus itaque malorum fontem, & omnia morborum sistent fluenta. Non enim solutū esse duntaxat est morbus, verùm & peccare: & hoc magis quàm illud, quantò melior est anima corpore. Accedamus igitur ad deū, & nunc oremus, vt animam nostram constringat resolutam: & omnia relinquētes secularia, spiritualium tantummodo curam geramus: si verò & hæc vendicas, post illam curam agas ipsorum. Ne, quòd peccans non doles, paruipendas: sed propter hoc saltem maximè gemas, quoniam peccatorum dolorem non sentis. Non enim hoc prouenit, quòd pec- K
catum nō mordeat, sed quòd anima peccans sit insensata. Itaq; cogita eos, qui propria sentiunt peccata, qualiter his qui secantur & vrūtur, amarius vlulant. Quot agunt, quot patiuntur, quantum lugent & lamētantur, vt à mala liberentur conscientia? quod non feciſſent, nisi vehementer anima doleret. Melius igitur est, nec omnino peccare: secundum autē est, sentire peccatum, & corrigere. Sed si non hoc habeamus, quomodo supplicabimus deo, & peccatorum veniam petemus, cùm nullam peccatorum rationem facimus? Cùm enim tu ipse qui peccasti, nec hoc ipsum quidem quòd peccasti scire velis, pro quibus peccatis deum orabis? pro hisne quę nescis? Et quomodo scies beneficij magnitudinem? Dic itaq; tua per species peccata, vt quorum capias veniam, intelligas, vt erga benefactorem ita gratus efficiaris. Tu verò hominem quidem exacerbans, & amicos & vicinos & ianitores rogas, & pecunias impēdis, & multos absumis dies accedens & supplicans: & siue semel, siue bis, siue millies te repulerit iritatus, non recedis, sed magis cōtendens maiorem affers supplica- L
tionem. Deo autem omnium exacerbato, oscitamus & recedimus, & deliciis & ebrietati vacamus, & omnia pro consuetudine facimus: & eum quando propitium facere poterimus? quomodo verò non ex hoc ipso magis eum irritamus? Nam peccantes non dolere, magis eum indignari facit & irasci, quàm peccare. Quapropter ipsam iam dignū est terram subire, nec hunc Solem intueri, neq; penitus spirāre, quòd tam facilem habentes dominum, & eum exasperamus, & exasperātes pœnitentiam non agimus: licèt ipse neq; cùm irascitur, exosus hoc & auersatus façit, sed vt vel ita nos ad se trahat. Nam si cōtumeliam patiens te continuis prosequatur beneficiis, magis eum contempseris. Ne hoc itaq; fiat, ad modicū auertitur, vt secum te semper habeat. Ipsius itaque misericordia confidamus, & solicitam exhibeamus pœnitentiam, priusquàm ingruat hora, quæ nos ex hoc lucrari non permittat. Nam nunc quidem in nobis totum est positum, tunc verò iudicās Psal.94.a
solus est sentētiæ dominus. Prœoccupemus itaq; faciem eius in cōfessione, ploremus & lugeamus. Si nanq; dominum orare possumus ante rationis diem peccata nobis remittere, nec ingressu iam erit opus. Sicut vicis- M
sim, nisi hoc fiat, palàm præsente terrarū orbe, nostrum vnusquisque introducetur, & nulla iam nobis supererit veniæ spes. Nullus enim eorum qui hic peccata non dissoluerit, illuc migrans, eorum pœnas effugere poterit: sicut ex terrenis carceribus cum catenis ad tribunal adducuntur: sic omnes animæ cùm hinc migrauerint variis peccatorum catenis circundatæ, ad tremendum agūtur tribunal. Nec enim præsens vita carcere melior est, sed sicut illud ingressi domicilium omnes videmus catenis obductos: sic & nunc si nos ab exteriori phantasia separantes cuiusque vitam intrauerimus, animam cuiusque vinculis ferrō sæuioribus vinctam intuebimur, & maximè si cuiuitum animas introdiaris. Nam quantò pluribus induti fuerint, tantò magis sunt compediti. Sicut igitur captiuum, cùm & dorso videris, & manibus, & quādoque pedibus ferro deprehensam, propterea maximè miserum vocas: Sic & diuitem, cùm infinitis rebus circundatum videris, non propterea locupletem: sed propter hæc ipsa quidem miserum esse puta. Nam & præter hæc vincula custodem etiam habet infestissimum, pecuniarum amorem, qui proh! bet hunc egredi carcerem: sed innumeras ei

A meras ei parat pedicas, & custodes, & fores, & obices: & in interiorem coniiciens custodiam, etiam his vinculis gaudere persuadet, ita vt nec vllam inueniat spē ab ingruentibus malis liberari. Et si cogitatione illius animā reuelaueris, nō vinctā tantùm, verùm & squalentem & sordidam, & pediculis plenam videbis. Nā nihilo sunt illius meliores deliciarū voluptates, quin & abominabiles magis, & maius ipsum corpus lędunt & animam, & vtrique mille morborum inferunt flagella. Propter hęc igitur omnia animarum nostrarum redemptorem deprecemur, vt & vincula dirumpat, & hunc infestum custodem nostrum arceat, & ab illarū absoluens ferrearum pondere catenarum, pennis leuiorem sensum nobis efficiat. Semper quidem timere peccantes oportet, maximè verò cùm graue patimur nihil. Cùm enim particulares pœnas deus exigit, leuē nobis facit ex his retributionem: cùm autem in singu-
B lis peccatorum longanimiter agit, ad magnam nos in talibus permanentes vltionem seruat. Nam si bene viuentibus necessarium est tribulari, multò magis peccantibus. Vide saltem, quantam nactus Pharao longanimitatem, extremas de omnibus dedit pœnas. Quantum Nabuchedonosor præuaricatus, demum omnia persoluit. Et diues postquàm hic graue nihil est passus, propter hoc ipsum maximè factus est miser: quoniam præsenti vita delectatus, illuc migrauit omnium pœnas daturus, vbi nullam poterat mali consolationem inuenire. Attamen sunt quidam ita frigidi & insensati, vt præsentia tantùm semper inquirant, & illa ridicula dicāt verba: Omnibus interim fruar præsentibus, & tunc de incertis considerabo. Indulgebo ventri, vo-
luptatibus inseruiam. Hodiernum mihi cōcede, & sume tu crastinum. O dementię excessus: & quid ab hir-
Hiere.5.c. cis & suibus ista dicentes differunt? Nam si proximi cōiugi adhinnientes, nec homines censeri propheta permittit: quis non arguet hos hircos & sues, & asinis stolidiores nominans, qui visibilibus manifestiora, dubia esse putant? Nam si non ob aliud credis, crede dæmonibus, qui flagellantur, ad perniciem nostram omnia dicere & facere meditatis. Non enim ad hoc contradices, quòd omnia faciunt, vt nostrum augeant torporem, & gehennæ timorem dissoluant, neque tribunalia futura credantur: & tamen ista suadētes, frequēter vlulantes & clamantes, illa prædicant tormenta. Hæc igitur vnde dicunt, & eorum quæ volunt, contraria loquuntur? Nulla alia de causa, nisi quòd maiorem sustinent necessitatem. Non enim vellent omnē
C confiteri, neque quòd ab hominibus mortuis requentur, nec omnino quòd aliquid graue patiātur. Ad quid igitur hæc mihi dicta sunt? Quoniam dæmones gehennam confitentur, qui vellet non credi gehennam: tu verò tali fruens honore, & ineffabilium particeps factus mysteriorum, nec illos imitaris, verùm & his quoque factus es ingratior. Et quis, inquies, ex infernis venit, & ista nunciauit? Num de cœlis quidem aliquis venit, & dixit quòd deus est, qui cuncta creauit? Quòd autem animam habeamus, vnde manifestum? Nam si visibilibus quidem credere debes, & de deo, & de angelis, & de mente, & de anima dubitabis? Itaque te destituent omnia veritatis dogmata. Atqui si vis credere manifestis, inuisibilibus magis quàm visibilibus oportet credere: licèt dictu sit admirabile, attamen est verum, & apud mentem habentes valde certum. Nam oculi quidem multum falluntur, non in inuisibilibus tantùm, nam nec illa norunt: verùm & in his, quæ sibi cernere videntur, & interuallo, & aëre, & D
mente aliò conuersa, & ira & solicitudine, & innumeris ipsorum aciem impedientibus. Animæ verò ratio, si diuinarum ascisca scripturarum lucem, diligentius erit & infallibile rerum examen. Ne nos temerè decipiamus, neque præter vitæ torporem per talia nascentem dogmata, insuper & pro ipsis dogmatibus infestiorem nobis ignem aggregemus. Nam si iudicium non est, neque gestorum pœnas dabimus, neque laborum præmia recipiemus: cogita qualis sit blasphemia talis, cùm iustum dicatis deum, & misericordem, tot labores atque sudores negligere: & quomodo rationē hæc habeant? Nam si non aliunde, saltem ex domesticis tuis hæc collige, & tunc absurditatem videbis. Nā etsi sis ipse millies sæuus & inhumanus, & ipsis immitior feris, seruum beneuolum moriens inhonoratū relinquere non sustineres, verùm & libertatem & pecuniarum conferres donationem. Et postquàm ipse iam abiens boni nihil ipsi conferre potes, futuris rerū tuarum hæredibus eum commendas, supplicans, rogans, & omnia faciens, ne remaneat inhonoratus retribu- E
tione carens. Dein tu quidem malus cùm sis, in seruū te tam bonum & humanum exhibes: deus autem infinita bonitas, benignitas ineffabilis, tanta suauitas seruos suos Petrum & Paulum, Iacobum & Ioannem, & alios huiusmodi quotidie propter eum famem passos, obiectos bestiis, vinctos, flagellatos, submersos in mare, mortuos, tanta passos, quanta neque numerari possunt, incoronatos despiciet? Et certaminum quidem æditor in olympiis victorem prædicat atque coronat. Et seruum dominus, & rex militem: & quisque generaliter cultorem suum, quibus potest remunerat bonis. Deus autem solus post tot sudores & labores neq; paruum neque magnum eis bonum reddit? Sed iusti & pij illi, & omnem obeuntes virtutem in iisdem iacebunt cum adulteris & paricidis, & homicidis, & sacrilegis? Et vbi hæc rationem haberent? Nam si nihil est post hunc obitum, sed vsque ad præsentem vitam sunt nostra, in iisdem illi cum istis, immo verò nec in his ipsis. Nam etsi post præsentia, iuxta sermonem tuū, in iisdem sint: sed hic hi quidem in remissione, illi autem in pœna toto fuerunt tempore. Et quis hoc tyran
nus, quis crudelis & immitis homo de suis vnquam F
seruis, & subditis ita consuluit? Vides absurditatis excessum, & quorsum tendit ista ratio? Igitur etsi non aliunde vis, ex his saltem rationibus eruditus, ab hac improba suspicione liberaberis: & fuge malitiam, pro virtute verò labores suscipe, & tunc manifestè scies, quòd non ad præsentem vsque vitam tantùm nostra subsistunt. Et si quis interroget, quis veniens illa nunciauit? Dic ei, hominum quidem nullus: alioqui plerunque nec ei creditum fuisset, tanquam glorianti, & factum ostentanti: sed angelorum dominus omnia diligenter illa nunciauit. Quid itaque nobis opus est homine, cùm pœnas à nobis exacturus quotidie clamet, quòd gehennam parauit, & regnum constituit, horumq; nobis manifestas præbeat probationes? Nā nisi iudicaturus fuisset, non hic pœnas exegisset. Etenim hoc ipsum quomodo rationem haberet, ex improbis hos quidem punire, hos autem impunitos sinere? Nam
Acto.10.c. si personarum acceptor deus non est, quòd certè non est: quid tandem ab hoc quidem pœnas exigit, hunc autem permisit impunitum abire? Nam rursum hoc est & superiori magis dubitandum. Sed si vultis rursum cum gratitudine quæ dicuntur audire, & hanc soluemus dubi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G mus dubitationem. Quæ igitur est solutio? nec ab omnibus hìc pœnas exigit, ne resurrectionem desperes, & iudicium desinas expectare: quasi omnes hìc reddant rationem. Nec omnes rursum abire permittit impunitos, ne rursum omnia prouidentia carere putes: verum & punit, & non punit. Et inquantum punit, ostendit quòd hìc punitos & illic ratione exposcet: inquantum autem nó punit, facit vt credas quòd est aliquod post præsentem peregrinationem tremendum tribunal. Si verò priora penitus omisisset, nec vllos hìc castigasset, neque benefecisset: nunc autem ipsum propter te vides & cœlum extendisse, & accèdisse Solem, & terram fundasse, pontum diffudisse, aërem explicuisse, constituisse cursum, & anni temporibus immotas statuisse leges, & alia omnia suum ipsius nutu diligenter obeuntia cursum. Natura nanque nostra, brutorum, reptantium, ambulantium, volantium, natantium in paludibus, in fontibus, in fluuiis, in montibus, in pratis, in domibus, in aëre, & in campestribus degètium: & plantæ & semina, & arbores tam syluestres, quàm domesticæ, fructuosæq;, & simpliciter omnes ab
H indefessa illa manu motæ nostram dispensant vitam, non tantùm ad necessitatem, verùm & ad largitatem, ex se ministerium nobis exhibètes. Tantum igitur intuens ordinem, quippe cuius neq; minimam dixi particulam, audes dicere, quòd tot & tanta propter te operatus in opportunitatibus te deseret, & cum asinis & suibus iacere mortuum dimittet? & tanto te pietatis munere decoratum, quo fecit & angelis parè, post infinitos despiciet labores, atque sudores: Et hæc quomodo rationem haberent? Hæc enim licèt nos fileamus, saxa loquentur, tam manifesta sunt & clara, & ipsa luce lucidiora. Hæc itaque cuncta cogitantes, & nostræ persuadentes animæ, quòd post hanc peregrinationem & tremendo sistemur tribunali, & omnium gestorum rationem dabimus, & pœnas luemus, & vltionem subibimus, si perseueremus peccantes: & coronis, arcanisque fruemur bonis, si parum nobis cauere velimus: & his contradicètes obmutescere faciamus, & ipsi virtutis viam eligamus: vt cum congrua fiducia ad illud transeuntes iudicium, bona nobis promissa consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium in secula seculorum, Amen.
I

QVOD SVPPLICIO PEIVS EST *dei regno priuari, & de iudicio.* Homilia. XLVII.

MVlti hominum, charissimi, gehennā tantùm formidant, ego autem illius gloriæ amissionem gehenna multò amariorem esse dico: si verò sermone probari non potest, nihil mirandum. Nec enim illorum nouimus bonorum beatitudinem, vt & miseriam ex eorum priuatione manifestè sciamus. Quoniam Paulus qui ista manifestè nouerat, scie bat quòd à Christi gloria decidere, omnium est grauissimum. Et nos quoque tunc sciemus, cùm in eandē venerimus experientiam. Nunquam autem hoc patiamur, ô vnigenite dei fili, nec vllam vnquam capiamus experientiam huius irreparabilis pœnæ. Quantum enim malum sit ab illis excidere bonis, manifestè quidem dici non potest. Quoad tamen potero, conabor & contendam id vobis per exemplum, vel sensim facere manifestum. Supponamus enim puerum esse mirabilem, & cum virtute terrarum orbis imperium habere, & ita semper esse facilem, vt omnes in spiritualis affectus charitate sibi deuincire possit: quid igitur huius patrem non libenter passurum putatis, ne ab ipsius excidat conuersatione? Quod verò siue paruum, siue magnum malum non passurum, vt ipsum cernere possit & frui? Hoc igitur & in illa gloria cogitemus. Non enim patri filius, licèt millies virtute sit præditus, ita desiderabilis est & amabilis: sicut illorum sors bonorum, & dissolui & esse cum Christo. Intolerabilis & gehenna, & illa pœna: tamen licèt quis innumeras ponat gehennas, tale nil dicet, quale illa fœlici excidere gloria, à Christo odio haberi: audire, Nescio vos: ac cusari, quòd eum videntes esurientem non pauimus. Etenim infinita satius est fulmina sustinere, quàm illā mitem faciem nos auersantem videre, & tranquillum oculum in nos respicere non sufferentem. Nam si me, cùm essem inimicus, & eum odissem & auersarer, ipse sic susceperit, vt neque sibi parceret, sed ad mortem seipsum traderet: cùm post hæc omnia, ne pane quidem ipsum esurientem dignatus fuero, quibus iam oculis ipsum aspiciam? Considera verò ipsius & hìc clementiam. Nec enim beneficia recenset, nec in mediū hæc omnia promit: puta, me qui tantùm profui, contempsisti: qui te cùm non esses, vt esses produxi, animam inspirauī, & omnibus quæ sunt, superposui: propter te terram, & cœlū, & mare, & aërem, & omnia quæ sunt, feci: à te neglectum, & diabolo viliorem visum, nec ita separatum respexi: qui infinita post hæc excogitaui, esse seruus elegi: tu colaphis cæsum, sputis illitum, iugulatum, morte turpissima mortuum, & pro te sursum intercedentem, patrem tibi conciliantem, tibi regnū offerentem, pollicentem talē, volentem esse caput tuū, & sponsum & indumentum & domum atque radicē, & cibum & potum, & pastorem ac regem, fratrem & filium, hæredem ac cohæredem, te diligentem, de tenebris in lucis participium educentem spreuisti. Hæc enim & his plura dicere cum posset, nil horum dicit. Sed quid? solum ipsum peccatum. Et hìc verò dilectionem, & desiderium erga te suum ostendit. non enim Matth.25.d
ait, Ite in ignem paratum vobis: sed, diabolo. Et prius dicit, quas iniurias commiserunt. Nec ita sustinet omnia dicere, sed pauca. Et prius illos vocat bene meritos, vt & hinc probetur iustè redarguere. Itaque quanta pœna non sunt hæc verba grauiora? Nam si quis hominum esurientem cerneret benefactorem, non despiceret: si autem & despiceret, improperatus mallet terrā obrui, quàm corā duobus vel tribus amicis hæc audire. quid nos patiemur, coram toto terrarum orbe hæc audientes? Quæ nunquam tūc dixisset, nisi pro suis excusationem proferre studuisset. Quòd enim nó improperās, sed excusans ista proferebat: & vt ostēderet, quòd non frustra, nec incassum ad eos dicebat, Ite à me, patet ex ineffabilibus beneficiis. Si enim exprobrare voluisset, omnia in medium illa protulisset: nec verò quæ passus est, tantummodo dicit. Timeamus itaque charissimi hæc audire verba. Non est ludus vita, quinimo præsens quidem vita ludus, futura verò non ludicra. Fortè verò neque tantùm ludus est vita, verùm & peius quid: nō enim ir risum desinit, verùm & sua diligenter dispone. Voluptibus multum affert nocumentum. Quid enim à pueris, quæso, differimus ludentibus, & domos ædificantibus, nos splēdidas ērigentes domos? Quid autem à saltandentibus illis nos delicatè vescentes? nihil, nisi quòd & cum pœna nos hæc facimus. Si verò nondum rerum vilitatem conspicimus,

A spicimus, mirandum non est: nondum enim viri facti sumus: cùm autem facti fuerimus, sciemus quòd hæc sunt puerilia, quoniam & illa viri euadentes dimittimus. Cùm autem pueri sumus, seria esse putamus, & testas & lutum coagmentantes, non minus magna erigentibus septa soliciti sumus, veruntamen statim pereunt, & collabuntur: & neque si starent, vsquam nobis vtilia forent, sicut nec istæ splendidę domus. Cœli nāque ciuem admittere non possunt, neque cœlestem habens patriam in his morari sustineret. Sed quemadmodum nos hæc pedibus destruimus, itidem & ille iudicio subuertit. Et sicut nos pueros in subuersione lugentes ridemus: sic & cœlites nos hæc ingèmiscentes, non tantùm rident, verùm & deflent: quoniam & misericordia sunt ipsorum viscera, & hinc multum est damnum. Efficiamur itaque viri. Quousque solo reptamus, in lapidibus & lignis altùm sapientes? Quousque ludimus? & vtinam tātummodo luderemus. Nūc autem & nostram prodimus salutem. Et sicut pueruli
B nent verbera: sic & nos in his omne studium impendentes, dum spiritales exigemur disciplinas, tunc per opera, nec quas præstemus, habebimus, extremam dabimus vltionem: nec vllus erit qui nos eruat, siue pater siue frater, siue quicunque. Sed hæc omnia quidem trā sibunt, ex his autem oriens tortura manet immortalis, atque continua. Quod & in pueris accidit, pueriles quidem ludos propter ipsorum torporem, patre funditus destruente, ipsos autem in continuo luctu constituente. Et vt discas, quod hæc talia sunt, quod omnium maximè perquiri videtur diuitias in medium agamus, & eis animi quancunque velis virtutem opponamus, & tunc ipsarum præcipuè vilitatem videbis. Ponamus itaque duos homines esse, & nondum de auaritia loquor, sed interim de iusto diuite. Et horum duorum hic quidem congreget pecunias, mare nauiget, terram colat, & multos alios inueniat quæstus modos: licèt nesciam, an hæc faciens iustè lucrari possit. Sed concedatur, & fingatur iustè lucra conquirere, & emere agros & seruos & quæcunque talia, & nulla his adsit iniuria: alter autem tanta possidens,
C agros vendat, vendat domos, & aurea vasa & argentea, & indigentibus præbeat, pauperibus suppeditet, curet languētes, in necessitate positos soluāt, educat vinctos, in metallis relegatos liberet, deducat illaqueatos, captiuos de calamitate educat: cuius itaque partis esse velletis? Et nondum futura, sed interim præsentia diximus. Cuius, inquam, esse velletis, aurum congregantis, an soluentis ærumnas: agros ementis, an se patrum reddentis hominum naturæ: multo circundati auro, vel innumeris benedictionibus coronati? Nónne hic quidem angelo cuidam est similis, cœlitus ad reliquorum hominum liberationem delapso: ille verò nec homini, sed puerulo cuipiam incassum, & temerè cuncta congreganti? Si verò iustè locupletari tam ridiculum est, & extremæ dementiæ, cùm nec iustè fiat: quomodo non est omnium miserrimus huiusmodi? Si verò risus est tantus, cùm & gehenna iungatur & regni iactura: quantis sit lachrymis dignus & viuens & mortuus? Verùm & alteram, si vis, partem virtutis tractemus. Igitur rursum aliquem producamus hominem in potentia constitutum, omnibus imperantem, magna suffultum potestate, præconem præclarum habentem, & zonam & lictores & multum famulatus cœtum: nónne magnum hoc esse videtur & beatum existimā-

dum? Eia igitur & alterum huic rursum opponamus D
patientem, & mitem, & humilem, & longanimem: & contumeliis afficiatur, percutiatur, & æquè ferat, & talia facientibus benedicat. Vter igitur, quæso, mirabilis, inflatus & ardens, an correctus & humilis? Nónne rursum hic quidem cœlestibus similis est virtutibus, multam habentibus impassibilitatem: ille autem folli, cùm trahitur, vel homini veternum patienti, & multum ardorem? Et hic quidem spiritali medico, ille autem puero ridiculosè tumētes habenti maxillas? Quid enim altùm sapis homo? quoniam sublimis in curru veheris? quòd te mulorum trahit iugum? & quid hoc? Hoc enim & in lignis, & in lapidibus fieri quis viderit. Sed quòd pulchris indutus es vestibus? Sed intuere virtute pro vestibus indutum, & te quidem fœno marcescenti similem deprehendes, illum autem arbori mirabilem fructum ferenti, & multam spectantibus delectationem præbenti. Tu quidem vermium & tinearum escam circunfers, quæ si te inuadant, breui te hoc nudum ornatu reddent. Etenim & vestes & aurum & E
argentum, hæc quidem sunt vermium pensa: hæc autem & terra & puluis, & iterum terra & amplius nihil. Virtutem autem indutus, talem habet vestem, quā non tantum tineæ, verùm & mors ipsa lædere nequit: & meritò. Non enim hæ animi virtutes ex terra originem trahunt, sed spiritus sunt fructus. Propterea neque tinearum dentibus obnoxiæ sunt. In cœlo nanque hæ vestes texuntur, vbi neq; tinea, neq; vermis, neq; a- Matth.6.c.
liud huiusmodi quicquam. Quid igitur, quæso, melius: diuitem, an pauperem esse: in potentia, an in ignobilitate: in deliciis, an in fame? Planum est, quòd in honore, diuitiis atq; deliciis. Igitur si res exigunt, licet aliter nomina, terram deferens atq; terrena, in cœlum transgredere. Ipse nanq; dicit dominus: Descendet de cœlo Ibidē.24.c.
in iussu, in voce angelorum, vt resuscitatos quidē colligant angeli, collectos autem rapiant in nubes. Et hęc omnia fiunt in momento, in ictu oculi. Non enim superius manens eos vocat, sed ipse venit in tuba. Quid sibi tubæ volunt & sonus ad excitationem, ad delectationem, ad significationem eorum quæ fient admirationis, ad deficientium dolorem. Heu mihi ab illa die
tremenda: oporteret nos gaudere, cùm hæc audimus, F
sed magis dolemus & mœsti sumus. An ego solus hæc patior? Vos autem hæc audiendo gaudetis, si quidem mihi, dum hæc dicuntur, horror quidam subrepit, & amarè gemo, & ex profundissimo corde suspiro. Horum enim nihil ad me. Sed illa post hæc, ad virgines dicta, ad eum qui talentum, quod acceperat, infodit, ad nequam seruum. Propterea defleo, ex quanta debemus excidere gloria, quanta spe bonorum, & hoc iugiter, & in sempiternum, ne parum curemus. Si labor quidem esset magnus, & lex grauis, oportebat & ita quidem omnia facere: veruntamen excusationem aliquam habere viderentur multi torpentes, frigidam quidem, viderentur tamen habere mandatorum magnitudinem. & quia magnus esset labor, & infinitum tempus, & importabilis sarcina. Nunc verò nihil huiusmodi potest prætendi, quòd nos non minus gehenna corrodere debet per illud tempus: cùm propter breue momentum, & exiguum sudorem, cœlum & arcana bona nos amisisse videamus. Tepus enim est breue, & modicus labor, & tamen resoluti sumus & recidimus. In terra decertas, & in cœlo corona: ab hominibus puniris, & honoraris à deo. Duobus curris diebus, & in infinitis præmia seculis: in corruptibili corpore lu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G pore lucta, & honores in incorrupto. Præter hæc autẽ & illud cogita, quod nisi propter Christum eligimus tristia pati, necessarium est omnino & aliter ipsa sustinere. Nec enim, nisi propter Christum moriaris, es immortalis, neq; nisi propter Christum pecunias eroges, illas tecum portans migrabis. Hæc abs te repetit, quæ vel non repetente dabis: quoniam es mortalis. Hæc te vult voluntariè gerere, quæ per necessitatem oportet te facere. Tantùm autem solùm adesse petit, vt propter ipsum fiat: quoniã vt accidat hæc præterire, quæ ex naturali fiũt necessitate. Vidisti, quàm sit facile certamen? Quæ prorsus, inquit, necessarium est pati, propter me pati malis. Hoc duntaxat propositũ sit, & sufficientẽ habeo obedientiam. Quod alteri fœnori daturus es argentum, hoc mihi mutua: & maiore stipendio, maiori securitate, quod alteri⁹ militiæ corpus addicere debes, mihi mereat. Retributionibus enim tuos transcendo labores ex magna superabundantia. Tu verò in cæteris quidem plura præbentem præponis, & in mutuis, & in emptione, & in militia: Christum autem solum plus, & infinito plus omnibus præbentem
H non suscipis? Et quod tantum est bellum? quæ tanta inimicitia? Vnde iam veniam & excusationem habebis, cùm nec ex quibus homines hominibus præfers, ex his deum hominibus præferre patiaris? Quid terræ credis thesaurum? Da manibus meis, inquit. Non tibi videtur esse, quàm terra fide dignior terræ dominus? Illa conditum reddit, plerunque verò nec hoc: ipse verò custodiæ quoque mercedes tibi reddit, nos enim vehementer amat. Propterea siue fœnerare velis, est paratus: siue seminare, ipse suscipit: siue velis ædificare, ad seipsum te trahit, in meis, inquiens, ædifica. Cur non curris ad eum, & ad homines pauperes, pro paruis præmiis magna tibi præbentes negotia? Veruntamen neque toleramus hæc audientes, sed vbi pugnæ sunt, & lites, & calumniæ, eò properamus. Non igitur iustè nos auersatur, & punit, cum ad omnia se nobis præstet, nos autem resistamus? Quomodo non iustè? Siue igitur ornari velis, inquit, ornatum meum accipe: siue armari, arma mea: siue indui, vestimenta mea: siue vesci, mensam meam: siue ambulare, viam meam: siue hæreditatem petere, hæreditatem meam: siue patriam ingredi,
I ciuitatem cuius ego sum artifex & creator: siue domũ ædificare, in tabernaculis meis: eorum enim quæ ipse præbeo, mercedem non exigo: verùm & huius ipsius mercedem tibi debeo, si meis omnibus vti volueris. Quid huic æquale sit largitati? Ego pater, ego frater, ego sponsus, ego domus, ego alitor, ego vestimentũ, ego radix, ego fundamentum. Quicquid vis, ego, nullius
Matth.20.d indigeas. Ego quoque seruiam. Nam veni ministrare, non ministrari. Ego & amicus, ac membrum, caput, & frater, & soror, & mater, omnia ego. Tantùm mihi te familiarem exhibeas. Ego propter te pauper, & peregrinus propter te: in cruce propter te, propter te in monumento. Sursum pro te penes patrem intercedo, deorsum pro te legatus à patre descendi. Omnia mihi tu, & frater, & cohæres, & amicus, & membrum. Quid vis amplius? Quid amantem auersaris? Quid in mundo fatigaris? Quid in perforatum hauris dolium? hoc enim in præsentem vitam laborare. Quid ignem fodis? quid aërem percutis? Sur in vanum curris? nónne quælibet ars finem habet? Sed non habes, quòd vanitas
Eccles.1.a & 2.c. vanitatum, omnia vanitas? Eamus ad sepulchrũ, ostende mihi patrem, ostende vxorem. Vbi aureis indutus vestimentis, in curru sedens habens exercitus, zonam & præcones: qui hos quidem occidebat, hos autem in K carcerem coniiciebat: qui quos vellet, interficiebat, & vicissim quos vellet absoluebat: nihil video præter ossa, vermes, & araneas. Illa omnia sunt terra, omnia fabulæ, omnia somnium & vmbra, vel narratio tenuis, & pictura: imò verò neque pictura. Picturam enim vel in imagine cernimus, hic autẽ nec imaginem, & vtinam hactenus grauia. Nunc autem honores quidem, & deliciæ, & claritas ad vmbram vsque & verba. Ex eis autem procedentia, nec vsque ad vmbram & verba: sed manent, & illuc nobiscum migrabunt, & omnibus erunt manifesta, rapinæ, expilationes, fornicationes, adulteria, & innumera huiusmodi grauia non in imagine, nec in fauilla, sed sursum scripta tam verba quàm opera. Quibus ergo Christum oculis cernemus? Nam si patrem quidam sibi peccati conscius respicere in hunc non audebat: quomodo tunc in ipsum patre multò benigniorem respiciemus? quomodo feremus? Assistemur enim tribunali Christi, & omnium erit acris examinatio. Si quis verò futurum non credit iudicium, quæ sunt hic videat, in vinculis positos, L in metallis, in stercoribus, dæmonibus obsessos, errantes, incurabilibus laborantes morbis, cum continua certantes paupertate, in fame viuentes, irreparabilibus consternatos luctibus, in captiuitate positos. Nõ enim hi nunc passi essent, nisi & omnes alios, qui talia peccarunt, vltio maneret, atq; supplicium. Si verò reliqui nihil hic passi sunt, hoc ipsum ergo te signum oportet facere, quod omnino sit aliquid post nostrum hinc obitum. Non enim cùm sit omnium idem deus, hos quidẽ punisset, hos autem dimisisset impunitos, cùm eadem admiserint, vel grauiora, nisi quam eis vltionem illic esset illaturus. Ex his itaq; rationibus & exemplis nosipsos humiliemus. Et de iudicio non eredẽtes, iam credant, & fiant meliores: vt cum hic digne regno vixeri mus, & futuras effugiamus pœnas, & æterna bona cõsequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria, imperium atq; magnificentia cum patre principij nescio, sanctissimóque ac viuifico spiritu, in vniuersa secula seculorum, Amen.

DE TREMENDA IVDICII DIE, & DE DILECTIONE DEI. M

Homilia. XLVIII.

NVsquisq; vestrum charissimi, suam ingressus conscientiam, & peccata reputans, diligenter à semetipso pœnas exigat, ne quandoq; cum orbe terrarum condemnemur. Tremendum enim illud sessilium, horrendum tribunal, tremore plena iu Psal.48.d. dicia, ignis funditur fluuius, frater non redimit, redimet homo. Recordare siquidem eorum quæ dicuntur in euangelio, circumcurrentium angelorum, sponsalis thalami clausi, extinctarum lampadum, potestatum in fornaces detrahentium. Et illud pensa, quòd si cuius ex nobis factum occultum in medium modie coram sola produceretur ecclesia: quomodo non perire, & sibi terram hiscere precaretur, potius quàm tot malitiæ testes habere? Quid tunc ergo patiemur, cùm in medium coram mundo cuncta promentur, in theatro tã claro & illustri, & nobis notis & incognitis omnia spectantibus? Sed heu mihi, cur vos terrere cogor ex hominum opinione, cum sit opus ex dei timore, & ipsius damnationis hoc agere? Quale enim, queso, tunc erimus, cùm ligati cum stridore dentium in exteriores tenebras proiiciemur? Immo verò quid agemus (quod & omnium

A & omnium est terribilissimum) cùm deum offenderimus? Si quis enim sensum habet, & mentem, iam & gehennam sustinuit, postquàm ex dei conspectu recessit: sed postquàm hoc non dolet, propterea ignis intentatus est. Oportebat enim non quando punimur, dolere: sed quando peccamus. Audias itaq; Paulum gementẽ, & pro peccatis deflentẽ, quorum non erat pœnas da-
1.Cor.15.b. turus. Non enim, inquit, sum dignus vocari apostolus, quoniam persecutus sum ecclesiam dei. Audias & Dauid à pœna quidem absolutum: sed quoniam se deum
3.Reg.24.c offendisse timebat, pœnam aduersum se vocantem, & dicentem: Fiat manus domini in me, & in domum patris mei. Deum enim offendisse quàm puniri grauius est. Nunc verò tam miserè nos habemus, quòd nisi gehennæ timor esset, non eligeremus boni quid facere. Propterea si non ex quoquam alio, ex hoc certè gehenna digni essemus, gehennam plus quàm deum timentes. Sed non ita beatus Paulus, sed in contrarium: sed quoniam nos aliter, propterea gehennæ damnamur. Quippe si Christum diligeremus, sicut oportet diligere, cognosceremus quòd gehẽna grauius est dilectum
B offendere: quoniam autem non diligimus, huius pœnæ nescimus magnitudinem. Et hoc est, quod maximè cõqueror, & defleo. Et quid enim deus non fecit, vt à nobis diligeretur? Quid verò non adinuenit? quid autem omisit? Ipsum iniuriæ nihil operatum contumeliis affecimus, quin & infinitis, & ineffabilibus bonis nos prosecutum. Vocantem auersati sumus, & vndiq; nos attrahentem, nec ita nos puniuit, sed accurrit ipse, & fugientes cohibuit, & excussi sumus, & ad diabolum resiluimus: & nec ita recessit, sed innumeros misit rursum cõsolantes, prophetas, angelos, & patriarchas: nos autem non modò legationem non suscepimus, verùm & venientes affecimus contumelia. Ille verò neq; post hæc nos aspernatus est, sed sicut amatores ardentissimi, qui contemnuntur, circumibat, omnibus occurrẽs, cœlo, terra, Hieremiæ, Micheæ: non vt grauaret, sed vt se spernentes excusaret, & cum prophetis ad ipsos accedebat se auersantes, pœnas pẽdere paratus, & ad reddendam rationem descendere dignatus. Et ad omnia
Mich.6.a. surdos factos ad colloquium secum trahit. Ait enim: Populemeus, quid tibi feci? vel, quid te contristaui? respondemihi. Post hæc omnia, prophetas occidimus,
C lapidauimus infinitis aliis insecuti sumus molestiis. Quid ergo pro his? Non amplius prophetas, non angelos, non patriarchas: sed ipsum misit filium. Ipse veniens, occisus est: neq; sic amorem extinxit, sed magis accendit, & permanet obsecrans. & postquam ipsius interfector est filius, & supplicans, & omnia ages,
2.Cor.5.d. vt ad se conuertat. Et clamat Paulus, dicens: Pro Christo itaq; legatione fungimur, tãquam deo per nos exhortante, vt conciliemini deo. Sed horum nos nihil conciliauit. Ille verò nec ita nos deseruit, sed persequebatur, & gehennam minitans, & regnum pollicẽs, vt vel ita nos attrahat. Nos autem immotos adhuc nos exhibemus. Quid hac feritate sæuius esse possit? Si enim homo hæc faceret, nónne facti sæpius ei serui essemus? Deum autem auersamur creatorem. O ignauiam, ô ingratitudinem: qui semper quidem in peccatis & nequitiis viuimus, si quid nonnunquam exiguum gerimus bonum, secundum ingratos seruos, multum quẽstum exigimus, & de retributione subtiliter computamus, si quam modò mercedẽ res habet. Et maior quidem merces, si non mercedis gratia facias. Hæc enim dicere, & diligenter rationem supputare, mercenarii ma
D gis verba sunt, quàm grati serui. Opus est enim propter Christum omnia facere, non propter mercedem, sed propter ipsum. Nam & propterea gehennam minatus est, & regnum pollicitus, vt à nobis diligatur. Diligamus igitur eum, sicut oportet diligere. Hæc enim magna merces, hoc regnum & voluptas, hæ deliciæ, gloria & honor, hæc lux, & magna beatitudo, quã sermo declarare non potest, non mens comprehẽdere. Sed nescio qualiter in hos descẽdi sermones, hominibus neque principatũ, neq; præsentem contemnentibus gloriam, propter Christum iubens regnum contemnere: licèt illi generosi, magniq; viri ad hanc charitatis mẽsuram peruenerint. Audias itaq;, quomodo Petrus ipsius flagrat desiderio, & animæ, & vitæ, ac omnibus ipsum præponens: quando verò negauit eum, non propter pœnam flebat, sed quoniam quẽ desiderabat, negauit, quòd ipsi cunctis erat pœnis amarius. Et hæc omnia ante Christi gratiam exhibebat, & iugiter instabat, dicens: Quò vadis? Et ante hoc, Ad quem ibimus? Ioan.13.d. Et iterũ: Sequar te, quocunq; ieueris. Ipse enim eis erat Ioan.6.d. omnia, neq; cœlum, neq; cœleste regnum ante desideratum ducebant. Ait enim, Tu mihi cũcta illa. Et quid Ibidem.13.d
E miraris, si Petrus erat talis? Nam audi quid & prophe-
Psal.72.d. ta dixerit: Quid enim mihi est in cœlo, & à te quid volui super terram? Quod autem dicit, est huiusmodi: Non cœlestia, non terrena, non aliud cupio, nisi te solum. Hoc est amor, hoc charitas. Si sic amemus, non præsentia tantùm, verùm & futura nihil ad amorem illum censebimus. Et hinc regnum lucrabimur, ipsius charitate fruentes. Et qualiter, inquies, hoc erit? Cogitemus, quoties eum affecimus contumelia post infinita bona, ipse verò perstitit rogans: quoties ipsum negleximus, ipse verò non despicit: sed occurrit, & allicit, & ad seipsum trahit. Nam si hæc & huiusmodi cogitemus, hoc poterimus accendere desiderium. Si enim homo vilis esset, qui sic diligeret: rex autem qui ita diligeretur, non esset reuerentia habita dilectionis magnitudo? Multum profectò. Cùm verò contrarium sit, & ineffabilis quidem pulchritudo sit, & gloria nos
F diligentis, ac diuitiæ: nostra verò vilitas maxima: quomodo nõ sumus infinita digni pœna, tam viles & abiecti à tam magno & mirabili cum omni excessu dilecti, & in ipsius dilectionem procaciter agentes? Ille nostrorum non indiget, nec ita desistit nos diligere: nos autem eo plurimum egemus, & nec ita ipsius vendicamus charitatem: sed ipsi pecunias præferimus, & hominum amicitias, corporisq; remissionem, potentiam, & gloriam illi, qui nobis præfert nihil. Vnum enim habebat filium vnigenitum atq; legitimũ, nec huic propter nos pepercit. Nos autem ei multa præponimus. Non igitur meritò foret gehenna & pœna, etiam si dupla foret ac tripla, milliesq; tanta? Quid enim dicere possemus, cùm satanæ præcepta Christi legibus præferamus, & nostram negligamus salutem, vt nequitiæ præponamus opera ei, qui pro nobis omnia passus est? Quali venia sunt hæc digna? Quali excusatione nulla. Stemus itaq; tandem per præcipitia delati, & reuigilemus, hæc omnia recogitantes, & ipsi per opera gloriã reddemus: non enim per verba satis est. Quoniam ipse rursum ad nos secunda venit præsentia. Nam nos trahens, & ita postquàm accepit, abit, & hoc honoris maximi. Nam si ad inimicos venit, multò magis ad amicos redditos. Non angelis hoc mandat, neque seruis, sed ipse nos ad suas venit regias vocaturus. Rapiemur & nos in nubibus cum honorantes. Quis igitur

tunc

Universidad de Deusto
Biblioteca

G tunc inuenietur fidelis seruus & prudens? Qui digni tantis censendi sunt bonis? quàm miserabiles exciden tes? Nam si toto tempore fleuissemus, aliquidne dignũ tanto fecissemus honore? Nam si mille dixeris gehennas, nihil illius par dices doloris, quem sustinet anima, dum totus terrarum orbis conuoluitur, canentibus tubis, angelis præcurrentibus primis, tum secundis, mox tertiis, demum innumeris ordinibus in terram se fundentibus, insuper autem & Cherubin. Multa verò sunt hæc & infinita, & Seraphin, in illa ineffabili gloria ipso veniente, occurrentibus his qui venerint, vt in medium electos agant. Paulo cum sociis omnibus, & quicunq; probabiles apud eum fuerũt, coronas, præconia, & honores à rege suscipientibus coram toto cœlesti exercitu. Nam si neq; gehẽna censeatur, hos quidem honorari, illos verò contemni, quantum est? Intolerabilis gehenna, confiteor, & multùm intolerabilis: tamen intolerabilior hæc regni amissio: hoc cogitate. Si quis rex, vel regis filius profectus, & bellis innumerabilibus expeditis admirationi habitus, & vniuersum habens exercitum, aliquam ascenderet ciuita-
H tem curru, cum trophæis, cum innumeris ordinibus, cum aureis clypeis circa se ministris occurrentibus, & coronata tota ciuitas esset, & omnes orbis principes cum eo: ipsum autem omnis alienigenarum gentium captiuarum ætas, retro sequeretur, mox duces, satrapas, & ciues præsentibus cunctis magistratibus, cum omni illo splendore occurrentes susciperet, & oscularetur, manum porrigeret, & omnem exhiberet fiduciam: & omnibus adstantibus tanquam ad amicos loqueretur, & diceret omnẽ illam viam se propter eos feciisse, & in regias deduceret, & cum eis communicaret: licèt alij non punirentur, quantæ pœnæ est horum priuatio comparanda? Si verò coram hominibus tam amarum est ab hac excidere gloria, multò magis coram deo, cùm supernæ virtutes omnes aderunt cum rege, cùm vincti dæmones, & deorsum inclinati, & ipse diabolus agetur captiuus, & omnis contraria multitudo, cùm virtutes cœlorum, cùm ipse veniet in nubibus. Credite mihi, ex dolore, qui detinet animam meã, ab hac narratione neque sermonem expedire possum.

I Cogitemus quanta priuamur gloria, cùm liceat non priuari. Hoc enim graue est, quod cùm domini simus, ne hoc patiamur, patimur, cùm hos quidem suscipiat, & ad patrem in cœlos perducat: hos autem relinquat, & captos angeli quidem inuitos trahãt, & lachrymis perfusos, & deorsum tuentes in gehennæ flammam, prius coram toto terrarum orbe ad dedecus productos: quantum dolorem esse putas? Festinemus itaque dum tempus est, & multam salutis nostræ curam geramus. Quot talia dicemus, qualia diues? puta si quis nunc permitteret, vtilium consultaremus aliquid, sed indulget nemo. Et quod dicemus, non tantùm ex illius verbis, verùm & ex pluribus aliis est manifestum. Et vt discas, quot in febre fuerunt, & dixerũt: Si nosmetipsos reparauerimus, nõ amplius iisdem incurremus. Multa tunc dicemus huiusmodi, sed audiemus, quæ di
Lucæ.16.g. ues, quòd chaos intercedit, quòd hìc accepimus bona. Gemamus itaq; precor amarè, quin verò non tantùm gemamus, verùm & virtutem obeamus, lugeamus nũc ad salutem, ne tunc frustra lugeamus. Ploremus, & nõ plorabimus tũc super malo. Hic est virtutis ploratus, ille cogitationis inutilis. Nosipsos nunc tribulemus, ne tunc tribulemur. Non est idem hìc & illic conteri. Hic ad breue tempus est contritio, quin verò neq; contionis sensum capis, sciens quòd ad bonum tribularis: K illic autem molestior tribulatio, quoniam non est in spe, neq; in aliquo transitu, sed in infinitum, & semper. Fiat autem, vt omnes liberati, remissionẽ assequamur: sed oremus, & studeamus, vt remissionem consequamur, studeamus oro. Nam si studeamus, orantes expedimus. Si prolixè oremus, dat deus optata: si verò nec eum petamus, nec aliquid operemur huiusmodi, neq; laooremus, quomodo potest vnquam quicquàm à dormientibus expediri? Nullo modo credibile est currentes, & se extendentes, & ipsius morti conformãtes (sicut ait Paulus) assequi non posse, si quo modo perue- Philip.3.c.
niam inquit. Si verò Paulus ait, si quo modo peruenia, quid nos dicemus? nedum dormientes. Dormiens enim ne temporalia quidẽ, nec spiritualia negotia posset vnquam obire. Dormientes, nec ab amicis accipere possunt, nedum à deo. Dormientes neque parentes honorant, nedum deum: paulùm laboremus, vt semper requiescamus. Tribulari prorsus oportet: & nisi tribulemur hìc, illic nos sæuior manet tribulatio. Quare non eligimus hìc tribulari, vt illic requiescamus, & bo
L na consequamur ineffabilia? In Christo Iesu domino nostro, cum quo patri, simul & sancto spiritui gloria, imperium & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

DE IVDICIO ET AVARITIA,

quæ non ex magnitudine, sed ex uoluntate iudicatur. Et de his qui gehennalem pœnam non credunt.

Homilia. XLIX.

Sicut corpus nostrum non semel cibatum totius vitæ substantiam habet, sed quotidiano habet opus nutrimento: ita profectò & in pietate per singulos dies ex operibus indigemus adiumẽti. Multa nanque nobis opus est misericordia: propter peccata nanq; nostra clemens deus illa facit omnia, nihil eorum quidem indigẽs, sed omnia propter nos faciens. Propterea nanq; nobis omnia dixit, & enarrauit: nec solùm narrauit, sed & per opera cõfirmat. Dignus quidem erat fide, vel ex solis verbis: attamen ne quis excessus, aut comminationis soliùs esse putet verba, c per opera certitudinem addit, & communitet & priua M
tò pœnas inferens. Et vt per ipsa discas opera, nunc quidem Pharaonem vltus est, & nunc aquarum induxit diluuium, & illam generalem cladem, nunc autem igni. Et nunc quidem multos puniri videmus malorum & pœnas pendentes, quæ sunt gehennæ probation. Nam ne dormiamus, néve torpeamus, neu verborum obliuiscamur, per opera nos commonet, & excitat, hìc ostendens iudicia, tribunalia, pœnas. Et apud homines quidem tanta iusti cura: apud deum autem qui hæc quoq; sanxit, horum nulla ratio? Et quomodo fidem hæc haberent? Nam & domi, & in foro possumus, & vbique iudicia videre. Domi itaque dominus seruos per singulos iudicat dies, & peccatorum ab eis pœnas exigit: & hæc quidem punit, hęc autem ignoscit. In agris rursum agricola, & terram quotidie iudicat. In nauigiis nónne iudicat gubernator? In castris milites imperator. Et multa quis inueniet iudicia, in artibus magister iudicat discipulum. Et priuatim igitur & communiter omnes alterutrum iudicãt. Et nusquam iustum negligit quispiã cerneret, sed omnes vbique luentes. Tum hìc quidem ita per ciuitates & domos, & apud unumquemque iusti quæstio dispersa fuerit: illic autem vbi iustitiæ plena est dextera dei, & iu-
stitia ip-

A stitia ipsius vt montes dei, illic putas nulla iusti ratio?
Psal.7.c. Et quomodo deus iudex & iustus, & fortis, & patiens sustinet, & pœnas hic non exigit? Habes causam. Longanimis, inquit, est. Longanimiter autem agit, ad pœ-
Roma.2.a. nitentiam te trahens: si verò permaneas, secundum duritiam tuam, & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram. Igitur si iustus est, quod dignum est reddit, nec inultos despicit malè patientes. Si fortis, & post mortem reddit (hoc enim est fortitudinis) & in resurrectione. Et patiens, inquit: si patiens est ne tumultuemur, neq; dicamus: quare non hìc inuehitur? Nam si factum hoc fuisset, genus humanum iam esset præreptũ, si per singula à nobis peccata pœnas exigeret. Non est enim nõ est dies à peccato pura, sed vel magnum, vel paruum quid offendimus. Itaque nec ad vigesimum annum vllus ex nobis perueniret, nisi multa foret ipsius longanimitas & bonitas: multum nobis pœnitentiæ præstiturus, vt peccata iam exuamus. Igitur vnusquisque cùm conscientia recta, ingrediens facta sua, & omnem suam in medium agens vitam: si non infinitis
B dignus est suppliciis & pœnis, consideret. Et cùm indignetur, cur ille multa cõmittens mala pœnas non exoluat, sua cogitet, & ab indignatione desistet. Illa nanque videntur magna, quoniam in magnis fiunt & manifestis: si verò sua exquireret, fortè plura reperiret. Rapere enim & vsurpare simile est, siue in argento siue fiat in auro. Ex eadem enim mente nascuntur vtraque. Et qui parum subripuit, nec magnum subripere recusabit. Si verò non adest, non propter illum hoc factum est, sed propter rei euentum. Qui pauperiorem afficit iniuria, pauper, neque si posset, diuitem omittet: sed infirmitatis, non illius volũtatis iam est opus. Ille dominatur, inquies, & subditorum bona diripit: tu verò, quæso, non rapis? Ne nanque mihi dicas, quòd ille auri talenta, tu verò decem obolos. Quoniam & in
Marc.12.d. & Luc.21.a eleemosyna, hi quidem aurum coniiciebant, illa verò duo minuta, & nihil illis minus contulit: quare? Voluntas enim iudicatur, & nõ datum. Postmodum in eleemosyna quidem ita deum censes iudicare, & nihil minus propter paupertatem referri, si duo minuta conferas, quàm qui mille auri talenta erogant: in vsurpatione verò non ita. Et quomodo rationem habet? Sicut il
C la duobus erogatis minutis ex voluntate nihil illis minus intulit: itidem & tu duobus raptis minutis, nihilo melius affectus es. Sed si mirabile quid dicere licet, pl illis vsurpas. Sicut enim siue quis regis vxorem polluat, siue pauperis, siue serui, similiter est adulter, cùm peccatum non ex personarum differẽtia iudicetur, sed ex auersa voluntatis improbitate: ita licilicet & h Etenim ego magis adulterum dixerim in quamlibet adulterium patrantem, quàm in ipsam reginam. Hic enim & diuitiæ sunt, & species, & multa quæ alliciant, illic verò nihil. Itaque magis hic adulter fuerit. Rursus ebrium magis dixerim malo vino abutentem: sic & auarum neque minima respuẽtem. Nam qui multa rapit, parua fortasse contemneret: qui verò parua subripit, magna nunquam contemneret: igitur hic magis fur est. Qui enim argentum non spernit, aurum quomodo aspernabitur? Itaq; cùm magistratus criminatur, nostra ipsorum cogitemus, & nos inueniemus illis amplius furantes & rapientes: non ex facto, sed voluntate hæc iudicamus, sicut & iudica iustum est. Dic enim mihi, si quis produceretur, qui pauperis bona vsurpasset: alter autem, qui diuitis: nónne similem ambo pœnam exoluunt? Quid autem homicida? nonne similiter
D est homicida, siue cæcum & pauperem, siue pulchrum & diuitem occidat? Cùm itaq; dicimus, quòd ille illius agrum rapuit, nostra cogitemus, & ita nec alios condẽnabimus, & dei patientiã admirabimur. Nec indignabimur, quòd non veniat iudicium super eos, & nos ad malorum operationem tardiores erimus. Quam igitur excusationem habebunt digni putati, & tãtam nacti donationem, & terrenorum facti cupidi, & ad terram recidentes? Multos enim audio dicentes hæc ridiculosa verba: Hodiernam mihi da, tu verò sume crastinam. Nam si talia sunt illic, inquit, qualia dicitis, vnũ pro vno factum est: si verò nihil omnino sit, duo pro nullo. Quid his iniquius verbis? quid verò vanius? Nos de cœlo disserimus, & illis ineffabilibus bonis, & tu ludos curules nobis agis in medium? nec erubescis, nec absconderis talia loquens, quæ vacillantium sunt? non pudet terræ tantùm affigi, non desines desipere, menteq; excedere, & in iuuentute nugari? Et Græcos quidẽ hæc dicere nil est mirandum. Fideles autem homines talia garrire, qualem habet veniam? Non enim in dubio ponis spes illas immortales? omnino putas hæc esse dubia, & hæc quomodo venia sũt digna? At inquies: E
Quis venit, & quæ sunt illic annunciauit? Hominum quidem nemo, sed deus omnium fide dignissimus hęc manifestauit. Sed illa verò vides. Nec enim deum vides: igitur deum non esse putabis, quoniam eum non vides? Imò esse penitus credo, inquit. Si quis igitur insidelium te interrogauerit, quis venit de cœlo, & hæc renunciauit? quid dices? Vnde nosti, quòd deus est? Ex his quæ videntur, inquies, ex ordine, qui est in tota creatura, ex eo quòd omnibus hoc est manifestum. Non igitur & de iudicio sermonẽ ita suscipis? Quomodo, inquis? Interrogabo te, tu verò responde: Iustus est hic deus, & pro merito cuiq; retribuit: an in contrarium, iniustos quidem vult esse tranquillos, & gaudere, bonos autem in oppositis esse? Nequaquam inquis, nec enim hoc homo pateretur. Vbi igitur qui hìc bona fecerunt bonis fruentur, vbi verò mali cõtrariis, nisi quippiam esse vitæ deberet post hęc & retributionis? Vides quòd vnum pro vno interim, & nõ duo pro vno. Ego verò progressus tibi demõstrabo, quòd nec vnum pro vno, sed duo pro vno erunt iustis: peccatoribus autem & hìc gaudentibus omne contrarium. Hìc enim gauisi, nec vnum pro vno acceperũt: in virtute verò degentes, duo pro nullo. Qui nanq; sunt in quiete, præ- F
senti vita abutẽtes, an sapienter instituti? Tu quidem illos fortè dices, ego autem hos: & testes illos ipsos in præsentibus delectatos produco. Nec erubescent ad ea quæ dicturus sum: etenim sponsas frequenter concupierunt, & die qua iuncti sunt thalami, non matrimonio iunctos vocauere beatos. Multi vero iuuenum & paratas sibi nuptias non ob aliud recusauerũt, quàm propter rei pondus. Et hæc dico non nuptias accusans (venerabiles enim sunt) sed eos qui abutuntur. Si verò in nuptiis conuersati vitam non vitalem frequenter existimauerunt, quid de proiectis in meretricias voragines dixerimus, & omni captiuo seruilius, & miserius affectis: de his qui in deliciis contabuerunt, & innumeros inuexerunt corpori morbos? Sed gloria esse iucundum, imò nihil hac amarius seruitute: omnibus enim seruis magis ea seruus gloriæ cupidus, & quibuslibet placere volens. Hanc verò pessundans omnibus est superior, ab aliis gloriam dari non curans. Sed habere pecunias, amabile. At sæpius ostendimus, quòd in maiori sunt abundãtia & quiete, ab his absoluti, & ni-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G luti,& nihil habentes.Sed inebriari, voluptuosum: & quis hoc dixerit?Igitur carere diuitiis iucundius,quàm habere diuitias:vxore carere, quàm cõiugio vinctum esse: & inani gloria liberum esse, quàm ventosam captare gloriolam:& delicias fugere, quàm deliciis immergi.Et hæc plus habent præsentibus nõ affixi.Et nõdum dico,quòd ille quidem, licèt innumeris distenda tur tormentis , bonam habet spem se portantem : hic autem licèt plurima fruatur delectatione , futurorum timiorem habet voluptatem suam turbantem & confundentem. Nam & hic non paruus pœnæ modus, sicut oppositus, deliciarũ & quietis. Et tertius verò post hunc est modus. Qualis autẽ iste ? quòd seculares quidem deliciæ,neq; cùm apparent, sunt, cùm natura redarguantur & tempore.Illa verò non modò sunt, verùm & immota manent.Vides quòd non duo pro nul lo tantùm,verùm & tria,& quinq;,& decem,& viginti,& decem milia pro nullo ponere poterimus? Vt autem & per similitudinem hoc discas:diues,& Lazarus, ille quidem præsentibus , hic verò futuris fruebatur.
H Nunquid igitur esse tibi videtur vnum & vnum in omni tempore puniri,& breui hora esurire? In corrupti bili corpore,& in mortali grauiter torreri,deinde coronari , & post breuem illum languorem immortalibus frui deliciis: an è contra post breuem præsentium delectationem in infinitum torqueri?Et quis ista dixe rit?Quid enim volumus?quantitatem?qualitatem?ordinem dei?circa vtrunq; sententiam ? Quousq; scarabeorum verba loquimini,se continuò simo inuoluentium?Nec enim ista sunt hominum ratione pollentiũ, animam tam preciosam ita pro nihilo prodere , cùm liceat paruo labore cœlos capere.Vis & aliunde te doceam,quòd illic tremendum iudicium?aperi conscien tiæ tuæ fores,& vide sedentem in mente tua iudicem. Si verò tu temetipsum cõdemnas, licèt amicus tui sis, & non iustum proferre iudicium non toleras : nónne multò magis deus multam iusti geret curam,& ineuitabilem de omnibus feret sententiam, sed simpliciter, & temerè cuncta ferri permittet? Et quis hæc dixerit? Nemo qui dicat.Verùm & Græci,& Barbari,& Poëtę, & philosophi,& omne genus hominum nobis consentiunt,etsi non similiter.Et aiunt esse quædam apud in-
I feros iudicia : tam manifestum,& certum est factum. Et cur,inquies,hic non punit?vt suam ostendat patientiam , & ex pœnitentia nobis salutem præbeat, & neq; genus nostrum inreptum permittat,& ex optima mutatione potentes saluari saluti non præripiat. Si nanq; statim post peccata punisset,& interemisset,quomodo saluatus fuisset Paulus?quomodo Petrus?qui sunt summi terrarum orbis doctores.Quomodo Dauid ex pœnitentia salutẽ comparasset?Quomodo Galatæ? Quomodo plures alij ? Propterea quidem nec hic omnes exigit pœnas,sed ex omnibus quosdam, nec illic omnes:sed hunc quidem hic,hunc autem illic:vt & multum insensatos per eos quos punit,excitet:& faciat, vt expectent futura , per eos quos non castigat. An non vides hic quosdam puniri,sicut turri oppressos,sicut illos quorum cruorem Pilatus commiscuit, vt qui præmaturæ morte apud Corinthios rapti sũt, eò quòd indigne mysteriorum se fecerent participes : sicut Pharaonem , sicut Iudæos à barbaris iugulatos , sicut alios multos , & tunc & nunc, & semper ? Et alij verò postquàm multùm peccauerunt, abire , nullam hic dantes pœnam:sicut diues Lazari,sicut alij multi.Hæc autem facit tum futura non credentes excitans,tum credentes & segnes faciens alacriores. Deus enim iudex iustus, fortis & patiens, nec iram inducens per singulos dies.Si verò patientia nos abutamur,erit tempus,cùm nec breue quid iam sustinebit,sed statim inferet vltionem. Itaq; ne vt solum deliciarũ habeamus momentũ (hoc enim est præsens vita) infinitorũ attrahamus seculorũ tormenta: sed momento laboremus,vt perenniter coronemur. Nónne videtis,quòd & in secularibus hominũ plures ita faciunt,& pro longa quiete breuem capiunt laborẽ : quanquam illis contrariũ euenit? Hic enim laborũ quidẽ,& lucri par est portio:frequenter autẽ & in contrarium labor quidẽ est infinitus,fructus autẽ exiguus,vel plerunq; nec exiguus quidẽ:in regno autẽ è cõtra,modicus quidẽ labor,multa verò voluptas & immensa.Considera nanq;, agricola per totũ laborat annũ , & in ipso fine frequenter à spe decidit, & multorũ fructu laborum.Nauis gubernator,rursum & miles,ad ætatẽ vsq; nouissimam in præliis,& laboribus:& frequenter vterq; remanet, ille quidẽ diuitiarũ oneribus amissis,hic autẽ victoria cum ipsa vita. Quã igitur habebimus,quæso,excusationem, in secularibus L
quidẽ laboriosa præponẽtes, vt paululũ requiescamus, vel neq; paululũ:(est enim spes incerta)in spiritualibus autẽ è contra facientes,& ineffabilẽ attrahentes vindictam per exiguum torporẽ? Propterea vos omnes exhortor,ex tali tandẽ dementia refugere. In illo nanq; tempore nemo nos eruet,non pater,non frater, non filius,non amicus, non vicinus, non alius quisquã. Sed si fuerimus ab operibus proditi , omnia transibunt,& nos omnino peribimus. Quantum ille diues plorauit, & patriarcham obsecrauit, & petiit Lazarũ mitti? sed audi quid ad eum Abraham dicebat: Chaos magnum Luc.16.g.
firmatum est inter nos & vos: itaq; nec volentibus illuc licet transire. Quantũ rogauere virgines illæ coętaneas pro modico oleo? Sed audi quid & illæ dicant: Ne fortè non sufficiat nobis & vobis. Et in nuptialem Matth.25.a
eas thalamũ potuit introducere nemo.Hæc nos quoq; cogitantes,nostræ curam vitæ geramus. Quotquot enim duxeris labores, & quotquot supplicia pertuleris, hæc omnia nihil erunt ad futura bona. Pone igitur , si libet,ignem,ferrum,& bestias,& si quid his difficilius: attamen nec vmbra quidẽ sunt hæc ad illa tormenta. Nã hæc quidem cùm vehementius incubuerint , tunc M
maximè leuia fiunt,celerem afferentia liberationẽ,corpore non sufficiente,& ad vehementiã, & ad pœnæ lõgitudinem.Illic verò non ita,sed ambo conueniunt,& prolixitas,& excessus tam in iucundis, quàm in tristibus.Iam itaq; tempus est,præoccupemus faciem eius in confessione,vt mitem eum tunc videamus,atq; trãquillum,vt minaces illas virtutes effugiamus. Nónne videmus terrenos milites principibus seruientes,quomodo criminosos trahunt,quomodo ligant, quomodo flagellant, quomodo perfodiunt costas, quomodo faces tormentis adhibent ? Sed hæc omnia ludicra, & risus ad illa supplicia. Nam & tẽporaneæ sunt hæ pœnæ,illic verò neque vermis moritur , nec ignis extinguitur. Etenim corpus est incorruptibile,omnium tũc Marc.9.b.
resurgentium. Sed absit , vt hæc vnquam per experientiam discamus : sed vltra verba terror nobis non ingruat , neque tortoribus illis tradamur , sed hic emendemur. Quanta tunc dicemus , nosmetipsos accusantes ? quantum ingemiscemus ? quantum eiulabimus? sed nulla iam erit vtilitas. Quoniam neq; nautæ resoluto iam & submerso nauigio quippiam possunt prodesse,neq; medici defuncto ægrotante. Sed dicent quidem

A quidem frequẽter,hoc & illud oportebat agere: sed omnia nequicquam & frustra . Donec enim ex correctione spes supereſt, & omnia dicere oportet ac facere : cùm verò nullius adhuc domini sumus, omnibus corruptis incassum omnia dicuntur & fiunt . Nam & Matt.21.a
Iudæi tunc dicent:Benedictus qui venit in nomine domini:sed nihil eis hęc vox prodesse poterit,vt pœnam effugiant : cùm enim opus erat dicere , non dixerunt. Ne nos igitur quoque hoc in cõuersatione patiamur, iam hic immutemur,vt ante Christi tribunal cum omni fiſtamur fiducia: quam nos omnes assequi detur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria,simul & sancto spiritui,nunc & semper,& in secula seculorum,Amen.

DE HIS QVI GEHENNALES POE-

nas credere nolunt.Et de iudicio,

Homilia.L.

NIdus est præsens vita, charissimi , ex festucis & luto coagmentatus : licèt mihi magnas ædes ostendas,siue regias ipsas auro multo ful
B gentes & gemmis, nihil ab hirundinum nido differre censebo.hyeme siquidem instante,omnia spontè corruent . hyemem verò diem illum voco, non omnibus hyemem:quoniam & deus noctem simul & diem vocat:illud quidem quantùm ad peccatores , hoc autem quantùm ad iustos.Itidem & ego nũc hyemem ipsum voco,si non in æstate bene alamur,vt volare possimus instante hyeme.Non nos matres suscipient, sed esurie sinent perire,vel nido ruẽte perdi.Tanquam enim nidum , quinimo & facilius quàm nidum , omnia deus tunc destruet,delens & trãsmutans omnia. Volatu verò carentes,& ipsi non valentes occurrere in aëra:sed ita vulgariter nutriti,ne leues habeant pennas, ea quæ pati tales est verisimile,patientur.Hirundinum itaque pulli,cùm ceciderint,statim pereunt: nos verò nõ morimur, sed continuè punimur. Hyems erit illud tempus,quinimo hyeme difficilius.Non enim aquæ torrẽtes profluunt,sed ignis flumina: non ex nubibus tenebræ conflantur,sed insolubiles , & omni luce carentes tenebræ , vt neque cœlum videatur, nec aër: sed plusquàm terra obruti,comprimantur.Frequenter hæc dicimus,sed quibusdam nõ persuademus,& nil mirum:
C si nos homines vtique viles hæc patimur , etiã de his differentes:quippe & prophetæ talia patiebantur, non tantùm de talibus loquentes rebus,verùm & de bello, & captiuitate. Et Sedechias ab Hieremia redarguebatur,& non confundebatur . Propterea propheta dicebat:Væ qui dicitis, appropinquet in celeritate,& videamus quæ faciat deus, & veniat voluntas sancti Israël vt cognoscamus . Ne hoc admiremur: nec enim qui arcam fabrefieri videbãt, crediderũt : sed tunc credidere demum,cùm fidei lucrum erat nullum. Neque Sodomorum habitatores expectauerunt,verùm & ipsi crediderunt,cùm ipsis nihil profuit. Et quid dicemus futura:quis hæc vnquam expectauit,quæ nunc per diuersa fiunt loca,vbique terræmotus, & destructiones? Et hæc quidem sunt illis magis credibilia,arca dico. Vnde patet:Quoniam illi quidem non habebant in quod aliud exemplum respicerent , neque scripturas audierant:hic autem infinita sunt gesta , tum annis nostris, tum priscis.Sed vndè alia infidelitas?ex animæ mollicie.Bibebant & comedebant,& non credebant propterea.Quæ enim quispiam vult,hæc & existimat,hæc & expectat,contradicentes verò nugæ sunt:sed ne nos idem patiamur. Non enim diuuium iam erit, nec ad

mortem vsque supplicium:sed pœnarum initiũ mors, D
non credentibus fore iudiciũ.At inquiet aliquis,Quis illinc aduenit,& hæc annunciauit? Si iocãs quidem dicis,nec ita bene: nec enim in huiusmodi ludẽdum est. Non enim in ludicris, sed periculosè ludimus : si verò sic seriò sentis , & post hæc nihil esse putas, quomodo te dicis esse Christianum?Nulla nanque mihi est alienorum cura.Quare baptismum susc ipis ? Cur ecclesiã ingrederis ? nunquid enim principatus pollicetur ? omnis nobis spes in futuris.Quid igitur accedis,si scripturis fidem non habes , si Christo non credis ? Nunquam talem Christianum dixerim,absit , sed potius & gentilibus peiorem. In quo? In hoc quòd Christum putans esse deum , ei non credit tanquam deo : impietas enim illa quãdam habet consequentiam. Qui nanque Christum deum esse non credit, hunc nec illi credere necessarium est.Hæc autem impietas neque consequẽ tiam habet,deum confiteri , & in his quæ dicit eũ fide dignum non censere.Ebrietatis hæc verba,lasciuiæ,luxuriæ , Comedamus & bibamus,cras enim morimur. 1.Cor.15.c
non postridie . Sed cùm hæc dicitis, mortui iam estis. E
Nihil igitur à porcis differemus,nihil ab asinis,quæso? Nam si neque iudicium est, neque retributio,neq; tribunal:qua de causa tali sumus munere decorati,ratione,& habemus omnia subiecta? quare nos quidem dominamur,illa verò subdita sunt ? Vide qualiter vndique diabolus,vt dei donum ignoremus, persuadere festinat . Seruos dominis commiscet,tanquam mancipium quoddam,& ingratus seruus . Liberum in eandem cum eo qui offendit , vilitatem inducere nititur: & iudiciũ quidem duntaxat tollere videtur, tollit autem esse deum:talis enim semper est diabolus.Omnia cum arte,non ex directo prætendit , ne caueamus . Si non est iudicium,deus non est iustus,secundum hominem dico:si iustus non est,neque deus: si deus non est, omnia temerè feruntur.Nihil virtus,nihil vitium,sed horum nihil apertè dicit.Vidisti satanicę cauillationis cogitatum?qualiter ex hominibus bruta nos facere studet,imò verò feras,quin potius dæmonas?Itaq; ne credamus:est enim iudicium ô miser & infœlix . Noui & vnde venias ad istos sermones.Multa tibi peccata fiũt, lapsus es,fiduciam non habes. Rationes tuas & rerum sequi naturam existimas,interim,inquis,gehennæ ex- F
pectatione animam non conficiam . Licèt gehẽna sit, ei persuadebo gehennam non esse,interim hic gaudebo.Quare peccata peccatis accumulas,si pręuaricaris, gehennam tamen esse credideris, peccatorum duntaxat pœnas luens abibis.Si verò & istam addideris impietatem,& impietatis & cogitationis huius extremas dabis pœnas:& frigida breui facta tibi cõsolatio, perennis erit vltionis materia.Esto,peccasti:quid & alios hortaris peccare,non esse dicens gehẽnam? Quid simpliciores decipis ? quid populi resoluis manus ? Tota pars tua subuersa est , neque studiosi studiosiores erũt, sed segnes,neque mali recedent à malitia.Nunquid enim,si aliquos corrumpamus , peccatorum habemus veniam ? Nónne vides diabolum, qualiter Adam adgressus est prosternere:Nunquid hoc ei veniæ fuit causa ? Imò maioris occasio supplicij , vt non tantùm de propriis , verùm & de alienis criminibus torqueatur. Ne putemus , quòd alios in eandem nobiscum perditionem præcipitare,mitius nobis paret iudiciũ , quinimo grauius hoc faciet . Quid nosipsos præcipitamus & perdimus:hoc totum diabolicum est. Homo peccasti,misericordem habes dominum, ora,supplica,fuge,

Universidad de Deusto
Biblioteca

G geme,& alios terre, & posce ne amplius in eadem cadas. Dic mihi quæso,si quis esset domi seruꝰ, qui postquàm peccasset,filio suo diceret:Fili,ego dominum offendi,tu stude placare,ne patiaris hæc eadem:non habet aliquid veniæ,non franget dominum,& flectet:Si verò dimittens hæc verba,dicat illa: Quod putas dominum habere consiliũ,vt vnicuique pro merito reddat? quòd non temerè sunt omnia confusa tam bona quàm mala? Nõ est gratitudo in hac domo:nónne maiores peccatorum pœnas exoluet& meritò. Nam illic quidem affectus aliquam posset excusationem inuenire,licet ægrè:hic verò nihil.Si neminem igitur,alium saltem imitare diuitem , in gehenna dicentem: Pater Lucæ.16.g Abraham mitte ad cognatos meos, ne veniant in locum hunc.Quoniam ipse proficisci non poterat,ne in eadem & illi corruerent. Ab istis recedamus diabolicis verbis.Quid igitur cùm nos gentiles interrogant: nõ vis illos curare,sed in superbiam Christianum impellere:sub gentilis curandi prætextu, vis dogma confirmare satanicum?Nam quoniam ipse solus animam alloquens hæc persuadere non potest, alios vis testes H producere.Si verò gentilem oportet alloqui,non hinc sit loquendi principium.Sed si deus Christus, & dei filius:si dæmones illorum dei,si hæc probata fuerint,omnia reliqua sequuntur. Prius quàm principium ponatur,de fine disputare stultum est:priusquàm prima discantur elemẽta , superfluum est & inutile circa finem versari.Incredulus est gentilis iudicio , & ipse tecum idem patitur:quoniam habet & ipse multos de his philosophatos,qui licèt corpꝰ diuiserint, & hoc animæ dixerint:attamen tribunal constituerunt, & tanta est rei claritas,vt nemo ferè hoc ignoret.Verùm & poëtæ,& omnes sibi consentiunt,& de tribunali , & de iudicio. Itaque nec ille suis credit principibus . Neque Iudæus de his dubitat,& omnis homo. Quid ita nosipsos seducimus?Ecce hæc mihi dicis.Quid deo dices,qui finxit Psal.32.c sigillatim corda nostra , qui nouit omnia quæ sunt in mente viuenti, & efficaci,& penetranti super omnem gladium ancipitem ? Dic enim mihi cũ virtute,tu temetipsum non damnas ? Et quomodo spontè tantum sapientiæ innatum est , vt ipse peccator semetipsum cõdemnet?Hoc enim est magnæ sapientiæ, tu temetipsum I condemnas.Qui verò talem tibi dat cogitationem,omnia temerè fieri permittet?Regula hęc est vniuersalis,& determinatio. In virtute viuentium nemo iudicij sermonem negat,siue gentilis,siue sit hæreticus: in multa viuentium malitia nemo,præter paucos, resurrectionis sermonem admittit.Et hoc ait psalmista: Au Psal.9.e feruntur iudicia tua à facie eius. Quare? quoniam in- 1.Cor.15.d quinatæ sunt viæ illius in omni tempore. Ait enim:Comedamꝰ & bibamus,cras enim morimur. Vides quòd abiectorum est ista dicere , ex comedendo & bibendo ista sunt verba resurrectionis confutatiua. Non sustinet enim anima peccatrix, nó sustinet conscientiæ tribunal. Et idem fit,quale si homicida cùm prius præsupposuit se non captum iri,sic cædem committat. Quoniam conscientia ipsum iudicante non facilè ad facinus venisset.Et nouit igitur,& nosse dissimulat,ne cõscientia torqueatur & timore,alioquin enim ad ausum infirmior fuisset.Itidem & qui peccant,& quotidie in iisdem malis versantur,videre nolunt,licèt eos arguente conscientia.Sed illis ne nos attendamus . Erit enim omnino iudicium & resurrectio,neque tãta deus opera temerè permittet . Propterea suadeo , vt vitiis abstinentes,virtutem retineamus, vt verum suscipiamus sermonẽ in Christo Iesu domino nostro. Et quid K facilius resurrectionis verbum admittere,an de facto? Illud iniustitiæ plenum,dementiæ,crudelitatis & inhumanitatis:hoc autem iustitiæ , pro meritis distributiuum,& ipsum tamen nõ admittunt.Causa verò segnities,quoniam nemo mentem habens illud suscipit.Nã & in Græcis qui voluptatem definientes , finem esse dicunt,ipsum illi susceperunt , qui verò virtutis amorem sectati sunt,nequaquam:sed deiecerunt tanquam irrationale.Si autem hoc in Græcis,multò magis similiter & in ipsa de resurrectione sententia. Intuere verò mihi contrarium,quomodo duo contraria intulit: si virtutem quidem negligamus , necessitatem diabolus intulit,vt & dæmonas propter colamus: & pro duo contraria persuasit.Quam itaque oportebat rationem reddere,qui rei tam admirabili non credit,& illa nugantibus fidem præstat ? Itaque nec ista te consolatio pascat,quòd veniam sis assecuturus:sed nos conuertentes ad virtutem excitemus,& verè deo viuamus:ait enim:Beati misericordes,quoniam ipsi misericordiam Matt.5.d consequentur.Nam si homines taliũ miserentur, multò magis deus.Non miserentium verò nequaquã . Si- Iacob.2.c ne misericordia enim iudicium illi, qui non fecit misericordiam.Bona res est.Cur igitur eam aliis nó præstitisti?vis peccatorum veniam concedi? Cur igitur ipse peccanti non ignouisti.Sed ad deum quidem accedis regnum petens cœlorum,ipse verò petitus argentum non dedisti?Propterea non accipimus misericordiam,quoniam nõ miseremur.Quare,inquies , quare, quæso:non & hoc est misericordiæ,immisericordium misereri ? Nam qui crudeli , & immiti,quiq; plurima proximo mala intulit,humanitatem exhibet,quomodo misericors fuerit ? Quid igitur inquies, lauacrum, nónne nos infinita operatos mala saluabit? Ab illis liberauit,non vt iterũ ea faciamus, sed ne deinceps patremus. Ait enim:Si mortui sumus peccato,quomodo Roma.6.a adhuc viuemus in eo?Quid igitur,peccabimus quoniã non sumus sub lege?Absit. Ab illis te propterea libera uit,vt ad illam ignominiam amplius non recurreres. Quoniam & medici febricitantes ab ardore liberant, non vt sanitate ad afflictionem & dissolutionem abutantur . Nam ægrotare melius foret,si quis propterea conualescere deberet,vt lecto rursum semetipsum affi M geret.Sed vt ex morbo mala scientes,amplius in ea nõ incidant,vt sanitatem cautius retineant,vt omnia faciant ad hanc conferentia.Vbi igitur,inquis,dei misericordia,si quidem malos saluaturus non est? Frequenter enim & hoc dicentes multos audio , quòd misericors sit,& omnes omnino saluabit. Ne nos itaque frustra seducamus(nam & memini me talem vobis promisisse materiam) eia sermonem hunc hodie moueamus.De gehenna vobis antea disserui,& de dei misericordia distuli sermonem.Hunc hodie bonũ est reddere.Quòd igitur erit quidem gehenna,satis,vt arbitror,hoc probauimus,diluuium in medium proferentes,& priora mala:& dicentes,quòd quæ fecit ea,dimittet præsentes inultos est impossibile. Si sic enim ante legem peccantes puniuit,maiora mala post gratiã operatos impunitos non relinquet . Quærebatur itaque, quomodo bonus,quomodo misericors , & sermonem distulimus,ne multitudine vestra obtunderem aures. Eia reddamus id hodie,quomodo bonus deus,& vnde bonꝰ,siquidem punit. Nam & ad hæreticos nobis hic sermo conuenit, vt sedulò aduertamus. Nihili de nobis indigens deus nos fecit: quòd autem nullius indigeret,

A geret,ex eo quod postea fecit,manifestauit.Nam si indiguisset,iampridem fecisset,sed si sine nobis ipse fuit, nos autem in posterioribus seculis facti fuimus,nostri non indigens nos fecit, fecit cœlum , terram , mare, quæque sunt , omnia propter nos . Hæc quæso,nónne Matt.5.g sunt bonitatis?& multa quispiam dicere posset:Sed vt sermonem contrahamus: Oriri facit Solem super malos & bonos,pluit super iustos & iniustos. Hoc nónne bonitatis est?Non,inquit aliquis. Etenim quõdam cuidam Marcionistæ dicebam, an non essent hæc bona te digna?Et dixit , quòd si peccatorum rationem non exigeret,bonitatis esset : si verò repetit,non bonitatis. Ille quidem nunc non adest.Agè verò tunc dicta dicamus,& his plura . Ex superabundanti nanque probo, quòd nisi rationem exigeret,bonus non esset:sed quoniam exigit,propterea bonus est.Dic enim mihi , nisi rationem exigeret,nũquid vita staret humana ? Nónne in feras erupissemus? Nã si timoribus & pœnis imminentibus,& tribunalibus , pisces superauimus alter alterum comedentes:leones & lupos abscondimus, aliena alter alterius rapientes:nisi ratione à nobis exi- B geret,& hoc essemus passi,quanta turbatione plena foret vita ? Quid iam foret qui fabulis celebratur labyrinthus ad muadi confusionem ? Nónne vides infinitos tumultus,& absurditates ? Quis patrem fuisset reueritus?Quis verò matri pepercisset? Quis autem vllam voluptatem,vllum vitium omisisset:Et quòd hæc ita se habeant,ex sola domo tibi persuadere conabor. Si vobis hæc interrogantibus,& seruos habẽtibus, manifestum his faciam:quòd licèt dominatum corrumpant , & in dominorum corpus contumelientur:licèt omnia distrahant , & superiora reddant inferiora , & hostiliter eos afficiant:non minantur , non castigant, non punient,& ne verbo quidem contristabunt: nunquid hæc bonitatis esse videntur ? At ego probo quòd extremæ sunt crudelitatis , non tantùm vxorem & filios per hanc ineptam bonitatem prodere , verùm & hos ipsos prius quàm illos perire.Ebrij siquidem & dissoluti,procaces,& contumelioſi,& omnibus feris erũt brutiores.Hoc ergo,quæso,bonitatis, animi generositatem conculcare,& seipsos perdere?Vides, quòd pœnas exigere,hoc est multæ bonitatis?Et quid dico seruos ad hæc peccata promptius ruentes? Sed aliquis fi- C lios habeat,illos omnia permittat audere,neq; puniat: igitur quo,quæso, non erunt peiores ? Postmodum in hominibus quidem punire bonum est, non autem punire,sæuum:in deo verò non itidem ? Itaque quàm bonus est,ideo gehennam præparauit. Vultis & iam commemorem dei bonitatem:Non hoc dunta- Psal.57.b xat,verùm quòd & bonos fieri malos non permittit . Nam si deberent eadem assequi,omnes essent mali. Nunc autem hoc non parum bonos consolatur,nam audi prophetam dicentem:Lætabitur iustus cùm viderit vindictam impijꝰ manꝰ suas lauabit in sanguine peccatoris. Non insultat,absit:sed timens,ne eadem patiatur,puriorem suam efficiat vitam.Hoc multæ est prouidentiæ.Est,inquit, sed oportebat tantummodo minari,nõ tamen punire.Si punit,& dicis quòd comminatio res est,& propterea negligentior efficeris : si verba duntaxat essent minæ, nónne segnior esses ? Niniuitæ si sciuissent , quòd negotium illis foret , pœnitentiam non egissent , vsque ad verba minas statuissent . Vis id esse minas?Ipse dominus est fatus.Melior efficere,& ad minas tantùm progrediturꝰ:si verò,quod absit, minas contempseris,venio ad experientiam. Qui diluuij tempore fuerunt,si minas timuissent,periculum nõ D sustinuissent . Et nos si minas timuerimus , periculum non subibimus.Nec id accidat,sed præstet clementissimus deus nos omnes hic iam expiatos illis ineffabilibus potiri bonis: quibus omnes vtinam digni censeamur,gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cũ quo patri, simul & spiritui sancto gloria,imperium & honor,nunc & semper,& in secula seculorũ,Amen.

DE CONCORDIA ET CHARITATE,& de bene faciendo calumniantibus.

Homilia.L I.

COncordiæ nihil æquale,chariſſimi, nihil consentientium paci.Vnus enim minimus est.Si verò sint vnanimes duo,vel decem, nõ vnus iam vnus est,sed decuplus eorum quisque fit,& in decem vnum inuenies , & in vno decem: siue inimicum habeat,vnum offendens, tanquam decem offenderit, capitur:non enim ab vno duntaxat ore percutitur,sed à decem.Indiguit vnus,sed non est in egestate.Maiori siquidem,id est nouem abundat, & pars indigens obumbratur,minus autem per maius abundans.Horum E quisque viginti manus habet,& oculos viginti,& totidem pedes.Non enim suis tantùm oculis intuetur,verùm & alienis:non suis tantùm,verùm & illorum manibus operatur . Animas habet decem:non enim ipse tantummodo pro se, verùm & illæ pro eo curam gerunt.Si verò sint & centum,idem erit similiter,& potentia producetur.Vidisti charitatis excellentiã, qualiter vnum inexpugnabilẽ reddit,& multiplicat , qualiter vnus & multis in locis esse potest,idem & in Perside,& Romæ:& quod natura non potest, potest charitas.Nam eius hoc quidem hic erit , hoc autem illic: quin potius integer hic,& integer illic. Itaque si mille habeat amicos,vel duo milia, perpẽde quò rursum potentia perueniet. Vides quomodo charitas sit res augmentatiua .Hoc enim est mirabile,quòd vnum facit millenum.Cur itaque non hanc comparamus potentiam,& nosipsos in tuto constituimus?Hoc est omnibus diuitiis meliꝰ,hoc sanitate maius,& ipsa luce.Hoc lætitiæ materia.Quousque in vnum vel duos charitatem concludimus?Disce negotium & à contrario. Sit aliquis nullum habens amicum,quod est extremæ de- F mentiæ.Fatuus enim dicet,Non est mihi amicus.Huiusmodi qualem viuet vitam? licèt enim milies sit diues , licèt in opibus & deliciis , licèt infinita possideat bona,omnibꝰ est priuatus & nudus. In amicis verò nõ ita,verùm licèt fuerint pauperes,diuitibus sunt opulẽtiores : & quæ ipse pro seipso dicere non aggreditur, hæc amicus dicet:& quæcunque sibi non potest indulgere,per alium poterit , & multò plura , & omnis erit nobis materia delectationis & cautelæ.Non enim male pati potest,qui tot satellitibus custoditur: nec enim huiusmodi sunt regij corporis custodes seduli , quales isti . Illi nanque metu vel necessitate custodiam exhibent,isti verò benęuolentia,nõ autem necessitate: hæc autem multo metu potentior est. Et ille quidem custodes suos timet,hic autem his plus quàm sibimetipsi cõfidit,& propter hos insidiatium timet neminem. Negotiemur itaque negotiationem istam:pauper , vt habeat paupertatis cõsolationem:diues,vt diuitias in tuto possideat:princeps , vt cum securitate dominetur: subditus,vt benęuolos habeat principes. Hoc mãsuetudinis occasio,hoc benignitatis materia . Quoniã & in feris illæ sunt maximè crudeles,& immãsuetæ, quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

G non gregatim iunguntur. Propter hoc & vrbes habitamus,& fora frequentamus,vt simul inter nos cõuersemur.Hoc & Paulus iussit,dicens:Non deserentes cõlectionem nostram.Nihil enim tam malum, quàm solitudo,& status inconciliabilis & inaccessus. Quid igitur,inquiet aliquis,monachi, quicq; montium vertices comprehenderunt:nec illi carent amicis,sed forenses quidem tumultus fugerunt:multos autem concordes habent,& inter sese intimè colligatos,& vt hoc conseHeb.10.c querentur,fecesserunt.Nam quoniam rerum contentio multas inducit lites, propterea de medio sublati, multa cum diligentia charitatem excolunt.Quid igitur si quis solus esset? innumeros & ille amicos habet. Egò quidem volo,si fieri potest,& simul cõuersari scire:sin verò minus, interim amicitiæ manent immota fœdera.Non enim amicos locus efficit. multos quidé habent admiratores,qui non admirarentur, nisi diligerent.Et ipsi rursum pro toto terrarum orbe precantur:quod est maximum amicitiæ signum.Propterea & in mysteriis alter alterum amplectitur, vt vnum multi fiamus,& super non sacratis cõmunes facimus preces,pro ægrotantibus orantes, & mũdi fructibus tam terræ,q̃ maris.Vides omnem charitatis potentiam in orationib⁹,in mysteriis,in admonitionib⁹:hęc omnia cãusa bonorum:si hanc habeamus perfectionem,& bene præsentia disponemus,& regnũ assequemur. Quoniam verò maiori,perfectioriq; doctrina digni sumus habiti,non amplius per prophetas, sed per filium deo nobis loquente in nouissimis diebus istis,multò maiorem & honore dignam conuersationẽ oportet exhibere.Absurdum enim ipsum tantum descendisse,vt non amplius per seruos,sed per seipsum nos alloqui vellet: nos verò prioribus nihil amplius exhibere.Nam Iudæi quidem Mosen,nos autem pro Mose dominum præceptorem habemus. Hoc igitur honore dignã præstemus conuersationem,& cum terra commune nihil habeamus.Propterea supernè nobis de cœlis doctrinam attulit,vt eò mẽtem transferremus, & præceptoris fieremus imitatores pro viribus nostris. Quomodo verò licet Christi imitatores fieri?si ad communem vtilitatem omnia faciamus,quæ nostra sunt non quærentes:ait enim,Christus nõ sibiipsi complacuit,sed (sicut Rom.15.a Psal.68.b scriptum est)opprobria exprobrantium tibi ceciderũt super me.Nemo quod suum est,quærat.Sic tamẽ quispiam quod suum est quærit,si id quod est proximi,consideret.Res enim illorum, nostræ sunt: corpus vnum sumus,& alter alteri⁹ partes & membra.Itaque ne tanquam dissipati disponamur,nemo dicat:ille mihi non est amicus,neq; cognatus,neq; vicinus, nec commune cũ eo quicquam habeo,Quomodo accedam? quomodo alloquar?quanquam enim neq; cognatus est,nec amicus,homo tamen est, eiusdẽ tecũ naturæ particeps, eundem habens dominum,conseruus, & contubernalis:in eodem nanque natus est mundo.Si verò & eiusdẽ est fidei particeps,ecce tibi mẽbrũ quoq; factus est. Quæ nanque posset amicitia tantã vnicuiq; operari, quantam fidei cognatio? Non enim quantã amicis amicos exibere necessitudinem decet, tantam oportet nos in alterutrũ vnionẽ præstare:sed quantam membrum mẽbro. Hoc enim amicitiæ charitatisq; modo maiori nullam necessitudinem quis vnquam inuenit. Sicut itaq; non posses dicere, vnde mihi cum eo necessitudo,& propinquitas?(hoc enim ridiculũ est) ita neq; de fratre poteris hoc dicere. Ait enim: Omnes in vnũ 1.Cor.12.b corpus baptizati sumus.Quid est,in vnum corpus? ne distrahatur, sed mutua inter se coniũctione & amicitia corporis vnius consequentiam cõseruet,ne nos alterutrum cõtemnamus,ne nosipsos despiciamus. Nemo enim vnquam carnem suam odio habuit, sed enutrit,& fouet eam. Propterea domum vnam nobis dedit,mundum,omnibus vnum Solem accendit, vnũ extendit,tectum,vnam apposuit mensam,terram.Dedit & aliam hac multò maiorem mensam, verùm & hanc vnam,mysteriorum consortes norunt quod dici tuũ:Vnum omnibus generationis modum est largitus, spiritualem:vna cunctis patria,quæ est in cœlis.Ex eodem omnes calice bibimus,nõ diuiti quidem amplius & preciosius,pauperi verò vilius & minus indulsit,sed omnes æqualiter vocauit. Carnalia pari sunt honore, spiritualia similiter prębuit.Vnde magna vitæ inæqualitas?Ex diuitum auaritia simul & superbia. Sed ne,fratres,amplius ista fiant:nec vniuersalibus,& necessariis nos in idem congregantibus, à terrenis & vilibus diuidamur,diuitiis inquã,& paupertate,& carnali cognatione,vel inimicitia,& amicitia. Hæc enim omnia sũt vmbra,& vmbra viliora supernę charitatis vinculum habentibus.Hoc ergo seruemus indiruptum,& malorum nullum vitiorum vnitatem diuidentium subrepere poterit. Nihil verò rursum ita deum reddit propitium, sicut inimicos diligere, & calumniantibus benefacere. Cùm igitur aliquis infestat, ipsum ne respicias,sed dæmonem instigantem, & omnem in illũ irã effunde: ipsius autem & miserere, qui mouetur ab eo. Nam si mendacium à diabolo,etiã irasci temerè multò magis ab ipso. Cùm mordentem videris considera quòd est diabolus qui eum instigat. Nõ enim Christianorum sunt scommata.Nam cui præcipitur lugere,& cui dicitur,Vę qui ridetis:& postmodum exprobrat,& Luc.6.d mordet,& accenditur: non qui cõuicium à nobis patiatur,sed qui deploretur est dignus: quoniam & Christus turbatus est,cùm Iudam cogitasset.Hæc igitur omnia cogitemus in operibus.Nã si hæc nõ obierimus, Ioan.13.c. nequicquam & incassum in mũdum venimus, vel potius ad malum.Non enim per se fides in regnũ introducere potest,sed potius habet vnde malam degentes vitam cõdemnet.Qui nouit enim voluntatem domini sui,& nõ fecit,plagis vapulabit multis.Et iterũ:Nisi Luc.12.f Ioan.15.d veniissem,inquit,& locutus eis fuissem,peccatum non haberent.Quam igitur excusationem habebimus, in regiis cõstituti,& in adyta vocati, & liberãtium facti mysteriorum participes,si gentilibus,qui nihil horum habuerũt,peiores inueniamur?Si enim illi propter inanem gloriam, tantam ostẽdere sapiẽtiam: multò magis, vt deo placeamus,omnem obire virtutem oportet. Nunc verò neque pecunias cõtemnimus. Illi verò suã quoque frequẽter animam desperexerũt, & in bellis filios dæmonum tradidere furori, & propter dæmonas naturam cõtempsere:nos verò propter Christum,nec argẽtum,nec iram propter dei beneplacitum contemnimus,sed excãdescimus,& febricitãtibus opem eius dispo nimus.Sicut illi qui malo detinẽtur,ac lentes sunt: sic nos,tãquam ab igne quodam angamur,cõcupiscentiã sistere nusquam possumus,& iram augẽt ac auaritiã. Propterea cõfundor,& cõsternor:apud gentiles quidẽ pecunias videsidẽs cõtemni,apud nos autẽ omnes insanire.Nam & si quos has fauchemus despicientes, aliis capiuntur,ira,vel inuidia.Et est res difficilis, purã inuenire cõuersationem. Causa verò quòd ex scripturis remedia sumere nõ curamus,nec eis cum compũctione,dolore & gemitu vacamus:sed negligẽter, si nonnunquam

A nunquam otium agamus. Propterea cùm multus rerũ secularium tumultus ingruerit,omnia submergit:& si quod lucrum fuerat comparatum, perit. Nec enim si quis vulnus habens,& superimponens medicamẽtum, non diligenter alligauerit:sed & aquam, & puluerem, & squalorem,& alia mille vulnus suum atterere valẽtia permiserit incidere,quicquam amplius ab eo poterit effici: sed non propter medicaminum infirmitatẽ sed propter proprium torporẽ.Hoc & nobis accidere solet, cùm diuinis sermonibus parum intẽdamus, nos verò penitus & sempor secularibus addicamus: sic enim totum semen suffocatur, & omnia fiũt infructuosa.Hoc itaque ne fiat, parumper vigilemus, & in cœlum respiciamus,& oculos declinemus in monumenta,& defunctorũ tumulos. Nam & nos hic idem manet finis, & eadem transitus necessitas ante vesperam plerunque nobis instabit. Ad hunc igitur exitum præparemur:multis enim nobis opus est viaticis, quoniã & multus illic est æstus,multa siccitas,multa solitudo. Non iam licet in diuersorio requiescere, non est quod ematur ab eo,qui non hic omnia sumpserit.Audi certè quid dicant virgines: Ite potius ad vendentes: sed profectæ non inuenerunt.Audi quid dicat Abraham: Quoniam chasma est inter nos & vos.Audi quid Ezechiel dicat de die illo: Quia Noë, Iob,& Daniel filios suos non liberabũt.Sed absit,vt nos hæc verba audiamus. Sed viatica sumentes hìc æternę vitæ sufficiẽtia, videamus cum fiducia dominum nostrũ Iesum Christum,cum quo patri,simul & spiritui sancto gloria,potestas, & honor, nunc & semper, & in secula seculorum,Amen.

Matt.25.a B Luc.16.f Ezech.14.c

QVOD IN MANSVETVDINE CHRISTVM OPORTET IMITARI. *De malorũ obliuione. Et quòd in uirtute positum lædere potest nihil.*

Homilia.LII.Ex Matthæo.

ANtea quidem vobis dicebã,charissimi, quòd manus est lingua nostra dei pedes apprehendens. Nunc autem magis dico, quòd lingua est lingua nostra,Christi linguam imitans, si congruã exhibeat diligentiã:si loquamur ea,quæ vult ipse.Quę verò sunt,quæ nos loqui vult ille? Quę sũt humanitatis plena,& mansuetudinis verba.Sicut scilicet & ipse loquebatur,dicens se contumelias prosequentibus:Ego dæmonium non habeo.Et iterum: Si malè quidem locutus sum,testimonium perhibe de malo. Si tu quoq; sic dixeris,si loquaris ad proximorum emẽdationem, linguam illi similem habebis.Et hęc ipse deus fecit: Qui enim educit dignum ab indigno, sicut os meum erit. Cùm itaque lingua tua tanquam Christi lingua sit,& os tuum,quasi patris os fiat, & sancti sis spiritus templum:quis iam huic fucit æqualis honor? Nec enim si tuum ex auro foret os compositum, aut ex preciosis lapidibus,ita fulgere deberet, vt nunc mũdo,mã suetudinis illustratum.Quid ore, quod contumeliam proferre nesciat, sed semper benedicere meditetur, desiderabilius? Si verò maledicenti benedicere nõ potes,tace:hoc interim elabora, & paulatim proceders, &(vt decet)studens, ad illud quoque peruenies, & os habebis tale,quale diximus.Nec audax esse dictum existimes.Benignus enim est dominus,& bonitas eius donum efficitur.Audacis est, os diabolo simile possidere,& linguam maligni dæmonis habere similem, quã habere non oportet Christi mãsuetudinis sectatorem: præsertim talium participem mysteriorum,& ipsi dominicæ carni communicantem.Hæc itaque reputans, illi fias pro tuis viribus similis.Te iam talem effectum diabolus ne contra quidem respicere poterit.Regiam enim impressionẽ agnoscit,Christi nouit arma, quib⁹ fuit superatus.Quæ verò sunt hæc?Benignitas, & mansuetudo. Etenim cùm in monte eum irruentem con- Matt.4.b fregit, atque prostrauit, non innotescens quòd esset Christus:sed his eum verbis illaqueauit, mansuetudine cepit,benignitate fugauit. Hoc tu quoque facias: si videris hominem diabolum factum, & ad te venientem,ita & tu vince.Dedit tibi Christus potestatem, vt ipsi similis pro tuis viribus efficiare. Hoc audiens ne trepides,timor est non ipsi similem esse.Secũdum igitur illum loquere,& in hoc factus es talis, qualis ille, quantùm homo fieri potest.Propterea maior est ita loquens quàm prophetans: illud quidem donum est totum,hic autem & labor tuus,& sudor,animam docere,os tibi formare Christi ori simile.Potest enim talia facere,si velit:artem nouit,nisi negligẽs sit. Et quomodo tale formabitur os,inquit aliquis, quibus colorib⁹? qua materia? Coloribus quidem & materia nulla, sed virtute sola,mansuetudine q; ac humilitate.Videamus & quomodo formetur os diaboli, ne vnquam illud cõ paremus.Qualiter itaque fingitur?per imprecationes, per cõtumelias,per inuidiam & periurium: cùm enim illius verba quis loquitur,illius linguam sumit.Quam igitur habebimus veniam?vel potius quam non subibimus pœnam,cùm linguam,qua carnem gustare dominicam digni sumus habiti, negligamus, diabolica loquentem?Ne negligamus,quæso,sed vtamur omni studio,vt eam doceamus suum imitari dominum. Si enim eam docuerimus,hoc nos cum multa fiducia ante Christi tribunal constituet.Nisi quis ita loqui sciuerit,neq; iudex eum audiet.Sicut enim cùm euenit Romanum esse iudicem, non audiet se defendentem ita loqui nescientem, itidem & Christus,nisi secundũ ipsius morem loquaris,te non audiet,nec intendet. Discamus igitur ita loqui,sicut audire rex noster consuet,illam imitari linguam studeamus.Quòd si in luctũ incideris,considera,ne tristitiæ tyrannis os tuum subuertat: sed loquaris tanquam Christus,plorauit enim Ioan.11.e & ipse Lazarum & Iudam. Si cecideris in metum, ita Matt.26.e rursum vt Christus loqui quære. Nam & ipse propter te in timorem cecidit iuxta dispensationis rationem.Dic & tu,Veruntamen non sicut ego volo,sed vt tu:Et si lugeas,quietè lugeto, sicut & ipse.Et si in insidias,& tristitiam incideris,& hic vt Christus afficiaris.Etenim & insidias passus est,& tristitiam,& ait:Tristis est anima mea vsque ad mortẽ.Et omnia tibi exẽpla præbuit,vt easdem custodias mensuras, & datas tibi regulas ne corrumpas.Ita potius os habebis illius ori consimile.Ita super terram ambulans sursum sedentis linguam nobis ostendens similem, in tristitia mensuras,in ira,in luctu,in anxietate cõseruans.Quot ex vobis sunt,qui cupiant illius formam intueri? Ecce non tantùm videre, verùm & secundum eum fieri possumus,si studeamus:itaque ne differamus. Non ita prophetarum os amplectitur, sicut mitium & mansuetorum hominum.Multi nanq; dicent mihi,inquit:Nonne in nomine tuo prophetauim⁹?& dicam eis:Nescio vos.Mosen verò,quoniam humanus erat & pațis (ait Num.12.a enim:Moses homo mitissimus super omnes homines qui sũt super terram)ita complectebatur, & diligebat, vt præsenti præsens suam diceret voluntatem,& facie ad faciem loqueretur, tanquam amicus ad amicũ suũ. Exod.33.c Non imperabis dæmonibus nunc, sed gehennæ: tunc igni

Ephe.5.f

Ioan.8.f Ibid.18.d

Hier.15.d

C D E F

Ibidem.d

Ibidem & Mar.14.d

Matt.7.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

G igni imperabis,si Christi simile ori os habeas,ignis precipies abyssо,& dices: Tace,obmutesce:multaq; cũ fiducia cœlos ascẽdes,&regno potieris.Cùm hęc igitur habeamus exempla,non dico vobis, pro inimicis moriamur,nã & hoc quidem opus fuerat:sed quoniã nos infirmiores,illud interim dico, saltem amicis non inuideamus,ne benefacientes liuore prosequamur . Nõ adhuc dico,malefacientibus benefaciamus. Cupio quidẽ & hoc,sed quoniam nos pigriores,ne saltẽ vlciscamini:nõ enim fabulæ sunt nostra & simulatio.Quare tãdem per diametrum aduersus negotia sistitis?Non temerè scripta sunt & alia , quæq; circa crucẽ ipsam gesta sunt,quæ possent ipsos reuocare : sed vt bonitatem
Matt.26.e & Ioã.18.b Luc.23.f imiteris,vt benignitatem æmuleris.Eos enim supinos prostrauit,& serui restituit auriculam, & cũ mansuetudine locutus est:& cùm suspensus esset , magna monstrauit miracula,radios auertens,frangẽs lapides, defunctos excitans,iudicis vxorẽ terrens per somnia,omnem in ipso præ se ferens iudicio mansuetudinem, quæ non minus eos,q̃ miracula possent attrahere: infinita prædicens coram tribunali, in ipsa clamans cruce:Pater dimitte illis peccatũ. Sepultus verò quãta ad
Ibidem.e H illorum ostendit salutem? Resuscitatus autem non statim Iudæos vocauit?non dedit peccatorum remissionem?non innumera cõtulit bona ? Quid hoc mirabilius?qui crucifixerũt,& occiderunt, postq̃ crucifixerũt facti sunt dei filij.Quid huic par prouidentiæ?His auditis absc̃ondamur,q̃ ab hoc tantùm distamus , quem imitari iubemur.Videamus quantum sit discriminis, vt vel ita nos condemnemus , his bellum inferentes, pro quibus animã Christus impendit:nec volentes cõciliari,quos vt cõciliaret,neque iugulari recusauit,nisi fortassis & hoc dispendiũ aliquod est , & pecuniarũ erogatio,quod in eleemosyna prætenditis.Cogita quãtorum sis reus,& non tantùm ad eorũ qui te affecerũt iniuria,dimissionẽ nõ retrocedes : verùm & curres ad eos qui te cõtristarunt , vt tibi sit dimissionis occasio, vt propriorũ inuenias malorum lenimen. Gentiliũ filij nihil expectãtes in hoc plerũque philosophati sunt: & tu cum tali spe migraturus retraheris, & torpes?Et quod tempus facit , hoc propter dei legem ante tẽpus facere non sustines,& sine mercede potius, q̃ cũ mercede vis tibi vitium extingui?Nec enim si per tempus
I hoc tibi fiat,erit tibi quicquam amplius:verùm & multa potius pœna,quoniã quod tempus effecit,hoc facere dei lex non persuasit. Si verò dicis , q̃ excandescis tuæ recordatus contumeliæ:reminiscere , si quid boni collatum tibi fuit ab eo qui cõtristauit, & quod tu malis alios affecisti.Malè tibi dixit,& te confudit: cogita quid aliis tu quoque dixisti. Quomodo veniam igitur assequeris,quam aliis non concessisti? Sed nulli maledixisti?At audisti dicentes,& suscepisti, nec hoc reatu caret.Vis discere,quantum mali sit,malorũ meminisse,& qualiter hoc maximè deum irritat ? Insultãtes his qui ab ipso iustè puniuntur,punit : licèt iustè castigentur,tamẽ te non oportebat gaudere.Et prophẽa postquam multa improperauit,& hoc subiecit:Nihil patie
Amos.6.b Mich.1.c bantur super contritione Ioseph.Et iterum:Non est egressa q̃æ habitat Euam , plangere domũ contiguam suæ.Licèt & Ioseph,id est tribus ab eo procedentes, & vicini secundum dei sententiam puniebantur, attamẽ vult cum his nos dolere. Nam si nos cùm mali simus, quando seruum castigamus,si quem seruorum videri mus ridentem,& irritamur,& in ipsum iram transferimus : multò magis deus punitis insultantes vlciscetur.Si verò his qui à deo puniũtur, non insultare , sed K potius oportet misereri: multò magis eorũ qui contra nos peccarunt.Hoc enim charitatis est indicium, hãc deus pręponit.Sicut in regali prętexta,illi flores & colores precioſi sunt qui hanc conficiunt chlamydẽ:itidem & hìc illæ sunt precioſę virtutes,quę charitatem contineant.Nihil autem ita conseruat charitatem, sicut in nos patrata nõ meminisse.Nunquid enim & alterius partis curam deus non gessit? Nunquid iniuriã operatum ad iniuriam passum non deduxit?Nunquid eum ab altari ad illum non mittet, & post reconciliationes ad mensam reuocat? Ne tamen illum propterea,vt ad te veniat,expectes , alioquin omnia perdideris.Nam tibi propter hoc maximè mercedẽ ineffabilem definit,vt illum prævenias:quippe si rogatus reco
M cilieris,non iam dei præcepto facta fuit amicitia , sed illi⁹ studio.Et propterea sine corona recedis, illo præmia capiente.Quid ais?Inimicum habes, & non erubescis? Nónne satis est nobis diabolus , q̃ & consanguineos superducimus?Vtinam nec ille nobiscum bellum gerere vellet,vtinã nec ille diabolus esset.Nónne scis, quanta sit post reconciliationes voluptas? Quid enim L & si in inimicitia nõ multùm apparet?Quòd enim inferentẽ iniuriam diligere sit iucundius q̃ odisse,postq̃ inimicitia fuerit soluta,bene tũc dicere poteris . Quid itaque furentes imitamur,alter alterum corrodentes, propriam impugnantes carnem?Audi certè , quantus & in veteri testamento fuerit de huiusmodi sermo.Vę Leui.19.d mala reminiscentium in mortem. Homo homini irã seruat,& à deo quærit sanitatem.At concessit oculum Leuit.24.& Deut.19.d pro oculo,& dentem pro dente:quomodo igitur accusat:Quoniam & illa concessit,non vt in alterutrum il la faciamus,sed vt patiendi timore peccare caueam⁹: alioquin autem illa cuiusdam sunt temporalis iræ,iniuriam verò reminisci est animæ nequitiam meditantis.At malè passus es? Sed nunquã eum tanto , quanto temetipsum afficies malo, seruãs iniuriæ recordationem.Alioquin autẽ fieri nõ potest,vt bonus vir quicquam malitiatur.Esto enim aliquis filios habens & vxorem , & philosophetur : habeat autem nocumenti multas occasiones,& pecuniarum copiam,& principatus potentiam,atque complures amicos,& honore potiatur,tamen philosophetur(hoc enim oportet accedere)& illi sermone flagella inferamus, & aliquis malus vir aggressus,iacturam inducat: quid igitur ad hominem,q̃ cunias nihil esse cẽsentem?Filios occidat,quid ad eum qui de resurrectione confidit ? Vxorem iugulet,& quid hoc ad instítutum dormientes non lugere? Inuoleat ignominia:& quid hoc ad eum, qui præsentia fœni florem existimat?Si vis,& corpus torqueat,& intrudat in carcerem : quid tandem ad doctum dicere,Etsi exterior noster homo corrũpitur , sed interior 2.Cor.4.d Roma.5.a renouatur:&,Tribulatio patientiam , patientia autem probationem operatur ? Equidem ipse nihil iri læsum promisi,progressus autem sermo probauit, q̃ & adiuuatur,dum renouatur,& efficitur probabilis . Ne alios igitur dolore nos afficere putemus,dum nobisipsis iniuriam inferimus,& infirmam reddimus animã.Non enim tantum est proximorum vltio,quantum miseria nostra dolor . Propteresi quis contumeliam inferat, lugemus,& contrahimur : si quid diripiat,idem patimur,illorum more puerorum infantiũ,quos astutiores coætanei pro nihilo irritant,sed ex minimis cõtristantes occasionibus.Veruntamen & illos si ægrè ferre viderint,mordere pergunt:si verò ridentes,absistũt.

At

A At nos & his stolidiores sumus: pro quibus oportebat ridere,pro his lamentamur.Propterea supplico puerilem hanc omittentes sententiam,cœlos petamus.Nos etenim esse viros vult Christus perfectos.Itidẽ & Pau
1.Cor.14.d lus præcepit,dicens:Fratres , nolite esse paruuli sensibus,sed malitia paruuli estote. Quòd ad malitiam itaque spectat,pueruli simus,& nequitiam fugientes, virtutem apprehendamus:vt & æternis potiamur bonis gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi , cui gloria,& imperium in secula seculorum,Amen.

DE CHARITATE SECVNDVM *deum,& quòd inuidus deo repugnat, & inimicus est.*

Homilia.L III.

Quoniam præter dei gratiam,charissimi , per quam iustificati sumus,opus est & conuersatione studiũ dono dignum exhibeamus: exhibebimus autem,si bonorum matrem multo studio cõserues charitatem. Charitas est nõ in solis verbis, nec penitus in salutationibus,sed cura,& in ipsis rebus officium:puta,paupertatem soluere,ægrotantibus subueni
B re,eruere periculis,in necessitatib⁹ assistere , flere cum flentibus,& gaudere cum gaudentibus, nã & hoc charitatis est.Et quãuis paruum esse videatur gaudẽtibus gratulari,tamen valde magnum est,& exercitatę mentis opus habens.Et multos quidem inueniemus, quod acerbius quidem est, præstantes , ad hoc autem infirmos.Nam multi flent quidem cum flentibus,cum gaudentibus autem non etiam gaudent : sed gaudentibus aliis,ipsi lugent:quod est liuor, & inuidia . Non itaque paruum est meritum gaudente fratre gaudere, verùm & altero maius:fortasse verò non tantùm, quàm cum flẽtibus flere,verùm & quàm in periculis assistere magis . Nam multi quidem cum periclitantibus periclitantur , claritatem verò consequentibus compuncti sunt,tanta vis est inuidiæ:licèt illud quidem laborum sit & sudorum,hoc autem voluntatis duntaxat sententiæ.Et tamen multi,quod grauius est,perpessi, facilius non expedierunt:sed tabescunt & pereunt , cùm alios se præclarè gerentes , cùm omnem ecclesiam vel verbo,vel quopiã alio modo adiuuari viderint, quo quid peius esse possit ? Nec enim iam fratri, sed & dei talis
C repugnat voluntati. Hoc itaque considerans ab ægritudine desistas , & si proximum non vis , te saltem ab innumeris malis erue. Quid mẽti tuæ bellum indicis? Quid animam imples tumultu?Quid hyemem paras? Cur superiora deorsum statuis? Quomodo potes ita dispositus peccatorũ poscere veniam?Nam si in te patrata nõ dimittentibus,nec ipse peccata dimittit, qualem dabit remissionem?Hoc enim est extremæ proba tio malitiæ.Cùm diabolo tales ecclesiam impugnant, fortassis autem & diabolo gratius.Nam ab hoc quidem caueri potest,illi verò dilectionis indutẽtes personam, elanculum ignem accendunt,sæpius in fornacem immittentes,& morbo laborantes:qui non solùm haberi misericordiæ possit,verùm multũ habeat risum.Quid enim , quæso , palles , & tremis, & trepidus factus es? Quid mali factum est,quòd splendidus frater & illustris est, & probabilis?Non itaque coronari fuit opus, & gaudere , atque deum glorificare, quòd membrum tuum est splendidum & illustre ? sed doles, quòd deus glorificatur?Vides quò tendat impugnatio ? Sed non quòd deus, inquit,sed quòd frater clarificatur. At per hunc ad deum gloria redundat , igitur & impugnatio tua.Verùm hoc,inquit,me non contristat , sed per me deum vellem glorificari.Gaudeas igitur te gloriosum exhibente fratre, & per te rursum deus clarificabitur, D & omnes dicent:Benedictus deus,qui tales habet seruos ab omni liberatos inuidia , mutuis congaudentes bonis.Et quid dico fratrem?Nam licèt hostis esset , & inimicus:si tamen per hunc deus glorificaretur , amicum fieri propter hoc oporterẽt: tu verò amicum facis inimicum , quoniam propter illius prosperitatem deus inglorificatur . Si quis corpus tuum malè se habens curauerit,licèt sit inimicus, ipsum iam de primis amicorum esse censebis : Christi verò corpus ornantem,id est ecclesiam , & amicum ducis inimicum: & quomodo contra Christum pugnam aliter præ te tulisses?Propterea siue quis signa faciat,siue virginitatẽ, siue ieiunium,siue humi stratum excolat,siue ipsos angelos virtute præueniat , omnium erit scelestissimus, hunc habens defectum,& adultero,lenone,& latrone, ac fure iniquior.Et ne quis sermonis excessum redarguat,illud à vobis libẽter interrogauerim:Si quis ignẽ sumens, & fossorium,hãc destruxisset domum, & incendisset,& hoc suffodisset altare:nónne quilibet eum lapidibus obrueret, tanquam prophanum & impium. Quid igitur si quis voraciorem hoc igne flammam E inferat,inuidiam dico,non lapidum ædificia destruentem,nec aureum suffodientem altare:sed quod parietibus,& altari multò preciosius est, doctorum ædificationem subuertentem,& corrumpentem , quali venia dignus esset?Nemo nanque mihi dicat,quòd frequentet aggressus non valuit:ex voluntate enim negotia iudicantur.quoniam & Saül Dauidem occidit , licèt votum non impleuerit.Non animaduertis,quæso , quòd Christi ouibus insidiaris,impugnans pastorem:ouibus inquam,pro quibus & sanguinem Christus effudit , & omnia facere,ac pati præcepit? Nũ reminiscaris,quòd dominus quidem tuam quæsiuit gloriam , non autem suam:tu verò nõ dominicam,sed tuam exquiris? alioquin autem tunc & tuam assecutus fuisses , nũc autem tuam quærens ante domini gloriam,nec hac vnquam potieris.Quod igitur erit huius remedium?Communiter omnes oremus , & vnam pro talibus vocem emittamus,tanquam pro energumenis: nam & ipsis hi miseriores sunt,quantùm & voluntarius est furor.Orationis enim indiget huiusmodi morbus, & plurimæ supplicationis.Nam si fratrem non diligens, siue pecu F nias eroget, siue martyrio fulgeat , nihil amplius efficit:qui nullam quoque persequitur operatum iniuriã, quanta sit dignus vltione,considera.Hic & gentilibus est peior . Nam si diligentes diligere nihil amplius illis nos habere permittit, amãtibus inuidens vbi(quęso)statuetur?Nam & inuidere peius est , quàm bellum inferre.Qui enim bellum gerit, soluta causa , propter quam bellum gerebatur , inimicitiam quoq; dissoluit: inuidus autem nunquam efficitur amicus . Et ille quidem apertam ostendit pugnam, hic autem obumbratam : & ille quidem legitimam habet , quam dicat impugnandi causam plerunque , hic autem nihil aliud prætexit inuidiam , & diabolicam mentem . Itaque cui talem aliquis animam comparauerit ? Cui viperæ? cui aspidi?cui vermi?cui scarabeo?nihil enim huiusmodi sceleſtius anima,peius nihil:hoc enim hoc ecclesias subuertit,hoc hæreses peperit,hoc fraternam manum armauit,& fecit vt dextra pio tingeretur cruore,& naturæ leges abstulit,& morti fores aperuit, & in opus illam deduxit maledictionem:& neque partuum,neque parentum, nec vllius alterius illum permisit miserum reminiscí,sed eum ita furiauit,& in tantum egit furo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Grem,vt & deo se commonente, atque dicente: Sub te erit appetitus ei⁹,& tu dominaberis illi: nec ita acquiescet,licèt & à crimine eum absoluerit, & subdiderit fratrem: attamen tam insanabilis est iste morbus, vt & innumeris medicaminibus superpositis propriã sanaturiat tabem. Qua nanque de causa doles ô tu omniũ infœlicissime,quoniam honoratus est deus: sed hoc est diabolicæ mẽtis. At quoniam frater te factus est probabilior? sed & te vicissim præcurrere licet. Itaq; si vincere cupis,ne iugulaueris,nec occideris,sed manere sinas,vt certaminum conseruetur occasio, & vince viuentem: sic enim tibi splendida paratur corona. Nunc verò cùm occideris,maiorem iacturæ sententiam adversus temetipsum profers,sed nihil horum nouit inuidia. Qua verò de causa gloriam, & in tãta diligis solitudine? Hi nanque soli tunc terram habitabant, sed neque hoc eum cohibuit: sed omnibus ex animo proiectis,cum diabolo stetit,& opposuit aciem. Etenim erat ille tunc cum Caïn malitię dux. Quoniam enim ei nõ erat satis hominem factum esse mortalem, & mortis genere maiorẽ facere luctum aggrediebatur,& vt fieret fratricida persuadebat. Festinabat enim, & cupiebat videre sententiam in opus prodire, qui nostris nunquam malis exatiatur: quemadmodum si quis captiuũ habens inimicum,& prolata videns damnatum sentẽtia,priusquàm vrbem exeat,properet & intus iugulatũ videre,neque cõgruum tempus expectet: ita tum quoque diabolus licèt audisset, quòd in terrã homo reuersurus esset,optabat & aliquid maius cernere, corã patre filium morientem, & germanum interimentẽ germanum, & præmaturam violentamq; necem. Vides quantis fuit ministra malis inuidia? qualiter insatiabilem diaboli mentem impleuit, & ei tantam apposuit mensam,quantã is cernere concupiuit? Fugiamus itaque pestem. Non enim licet illum ignem euadere diabolo paratum,ab hoc malo nõ liberatos. Liberabimur autem,si cogitemus quomodo Christus & nos dilexit, & alterutrum amare præcepit. At quomodo nos itaq; dilexit? Precioſum sanguinem dedit pro nobis,qui eramus inimici,& multùm peccaueramus, hoc fac etiam pro fratre. Nam propterea dicit: Mandatum nouum do vobis,vt diligatis inuicem, sicut ego dilexi vos: imo verò nec ita mensuram statuit. Nam ipse pro inimicis hoc fecit: at non vis tuum pro fratre sanguinẽ effundere. Quid igitur illius sanguinem fundis,ex oppositio mandatum impugnans? Et ipse quidem quod fecit,non ex debito fecit: tu verò si facis,debitum soluis. Quoniam ille qui decem milia talentorum accepit,& centum exegit denarios: non propter hoc tantùm puniebatur,q̃ exigeret,verùm & quoniã ex beneficio nõ est melior factus,nec incipientẽ dominũ secut⁹ est,nec debitũ reddidit: iã enim erat & debitũ quod à seruo factũ fuit,si modo factum fuisset. Etenim omnia quæ facimus,agimus,debitum implentes: propter hoc & ipse dicebat: Cũ omnia feceritis,dicite,quia inutiles serui sumus: quæ enim debebamus facere,fecimus. Igitur siue charitatem exhibuerimus, siue dederimus pecunias egenis,debitum implemus: non tantùm quoniam à beneficiis ipse cepit, verùm & quoniam ipsius bona distribuimus,si cuncta erogemus. Quid igitur illis te spolias,quorum ipse te vult esse dominum? Propterea te iussit alteri ea dare,vt ea ipse retineas. Nam donec ipse solus ea detines,nec ipse quidem habes: cùm alteri verò dederis,tunc & ipse cepisti. Quid huic par sit amicitiæ pignori? Ipse pro inimicis sanguinem effudit, nos autem neque pro benefactore pecunias: ipse precioſum sanguinem suum,nos verò neque pecunias nõ nostras: ipse ante nos, nos neque post ipsum: ipse pro salute nostra, nos neque pro nostra quidem vtilitate. Nec enim ipsi quicquam amplius ex nostra fit humanitate,sed totum in nostrum cedit emolumentum. Propter hoc enim & ipsa dare iubemur,ne nos ex ipsis excidamus: quemadmodum enim si quis argentum paruo dederit puerulo,& retinere propensius imperet,vel & seruo dare custodiendum, ne volenti rapere liceat. Itidem & deus agit: ait enim, Da indigenti, ne quis tibi rapiat: puta vel sycophãta,vel accusator,vel fur, vel nouissimè mors. Nam donec ipse retines,non habes in tuto: si verò per pauperes mihi dederis, omnia tibi diligenter ipse præsto,& in tempore congruo cum multa accessione restituam. Non enim vt auferam sumo, sed vt plura efficiam, vt custodiam diligentius, vt ea tibi conferuem in illud tempus,in quo qui mutuet nemo,nemo qui misereatur. Quid igitur nobis crudelius fuerit,qui post tot promissiones ei mutuare non sustinemus? Inopes enim,& nudi transimus ad eum, credita non habẽtes: quoniam ea diligẽtissimè super omnes custodienti non commendamus: ideoque & extremã luemus pœnam. Quid enim dum accusabimur dicere poterimus? Quam perditionis nostræ prætendere excusationem? Quam defensionem? Cur enim non dedistię? Non credis,quòd iterum recipies? Et quomodo rationem hoc habeat? Qui nãque non danti dat, quomodo nõ multò magis,postquàm acceperit,dabit? sed eorum te delectat aspectus, igitur propterea magis eroga,vt illic te magis delectet,cùm ea surripiet nemo: sicut è contra nunc retinens innumera patieris incommoda. Tanquam enim canis,ita diabolus diuitibus insilit,tanquam buccellam,vel placentam tenẽti puerulo volens auellere. Demus igitur ea patri. Et si diabolus factum hoc viderit,omnino recedet: cùm verò receſſerit,tunc ea pater omnia dabit in tuto, cùm ille nõ poterit infestare in futuro seculo. Nunc enim à paruis infantibus qui à canibus vexantur, nihil diuites differunt,omnibus circa eos latrantibus, laniantibus, trahẽtibus, non hominibus tantùm, verùm & illiberalibus passionibus, ingluuie ventris, ebrietate, assentatione, & omni intemperantię. Et si fœnerare quidem suppetat, multùm dantẽs cõquirimus, & gratos considerabimus: hic autem contrarium facimus. Gratẽ suscipientem deum, & non centesimam partem, sed centuplum præbentẽ, dimittimus: at ne sortem quidem nobis reddituros, mœrimus. Quid enim nobis venter reddet, qui pluries in consumitur? ibercus & corruptionem. Quid autem inanis gloria? liuorem, & inuidiam. Quid verò auaritia? curam & solicitudinem. Quid intemperantia? gehennam, & veneniferum vermem. Hi nanque sunt diuitum debitores, has sorti iungentes vsuras, præsentia mala, pœnasq; futuras. His igitur quæso, ad tantam mutuabimus vltionem, & nostra Christo non credemus, cœlum prætendẽti, æternam vitam, & arcana bona? Et quam inueniemus excusationem? Cur enim non das illi, qui proculdubio daturus est, & plura daturus: fortasse ne, quoniam post multum dat temporis? At qui & hic lucrabet. Non mentitur enim qui dicit: Quærite regnum dei, & hæc omnia apponentur vobis. Vidisti liberalitatis magnitudinem? Illa tibi seruata sunt, inquit, & non diminuũtur: præsentia verò in adiectionis, & superabundãtiæ loco tibi largior. Præterea verò post longum reciperẽ tempus, tibi talentum multiplicat:

A plicat: fœnus enim efficitur maius. Nam & in mutuãtibus hoc facientes videmus fœneratores, post multũ temporis redimentibus libentius fœnerantes. Qui nãque statim totum reddit, vsuræ cursum interrumpit: qui verò diu retinet, maiorem facit & operationem. Itaque in hominibus quidem dilationem non ægrè ferimus, verùm & studemus, vt maior efficiatur: apud deum verò tam pusillanimiter nos gerimus, vt propter hoc torpeamus,& retrocedamus. Et quidem, sicut dixi, hìc quoque præbet dictam causam, & aliud quiddam maius dispensans, illic totum seruatur. Eorum enim quæ dantur magnitudo,& illius donationis decor præsentis vitæ transgreditur vtilitatem. Nec enim in corruptibili, & caduco corpore illas immarcessibiles fas est accipere coronas, nec in præsenti tumultuosa, plenaq; turbationis conuersatione multas habente mutationes, immotam illam & imperturbatam sortem acquirere. Et si quis aurum quidem tibi debens, in aliena moranti regione, nec habenti seruos, neq; domũ reportare prævalenti mutuũ se dare promitteret, etiã ac etiã rogares, ne tibi peregrè, sed domi potius id erogaret. Il
B la verò spiritualia, & ineffabiliavis hìc accipere? & quã tæ sunt ista dementiæ: Nã si hìc quidẽ ceperis, omnino corruptibilia recipies: si verò tẽpus illud expectes, incorrupta tibi reddet,& immortalia. Si recipis hìc, plũbũ recepisti: si verò illic, probatũ aurũ, veruntamẽ neq; præsentibus te priuauit. Cũ illa nanq; promissione, & Matt.19.d alterã posuit, ita dicẽs, q̃ omnis qui cœlestia diligit, cẽtuplũ accipiet in hoc seculo,& vitã æternã possidebit. Si verò centuplũ non capiamus: nos authores, qui tãtũ reddere valenti non mutuamus. Quoniam omnes qui dederũt, tanta receperunt, licèt pauca dederint. Quid enim magnum, quæso, Petri⁹ erogauit? Nonne rete fractum,& calamum,& hamum duntaxat? veruntamen ei deus orbis terrarum domos reseruauit,& terram explicuit,& mare. Et omnes eum ad sua vocabant, quin potius & sua vendentes ad ipsorum pedes precia deferebant, nec in manus quidem immittentes, non enim audebant. tantum eis & cum largitate tribuebant honorem. Sed ille Petrus erat, inquies: & quid hoc? homo. Non enim hæc soli Petro promisit, neque dixit, Tu vero Petre centuplum accipies solus: sed, quicunque reli
C querit domos, vel fratres: centuplum accipiet. Non enim personarum dixit differẽtiam, sed rerum merita. At, inquies, infantum me cœtus circunstat, & illos diuites relinquere cupio. Quam igitur ob rem eos facimus pauperes? Nam si ipsis quidẽ omnia dimittãt, periculosæ rursum custodię tuæ cuncta commentis. Si verò deum eis relinquas hæredem & tutorem innumeros reliquisti thesauros. Sicut cùm nosipsos vleiscimur, deus nos nõ defendit: cùm autẽ ipsi concedimus, plus quàm expectamus, efficitur: Sic & in pecuniis, si nos earum curam gerimus, ab earum ille prouidentia recedet: si verò totum in eum proiiciamus,& eas,& filios in omni securitate constituet. Et quid mirũ, si hoc apud deum contingit, cùm & in hominib⁹ hoc ipsum euenire videre possumus? Nam si necessariorum nemini ad liberorum tutelam aduocaueris, confunditur & erubescit frequenter,& qui sponte volebat, vis acriter ingruere. Si curam igitur in eum proiicias, tanquã magno decoratus honore, maximã & ipse reddet retributionem. Si vis itaque mittas filiis diuitias relinquere, deo relinque tutelam. Qui enim te nihil operato, & animam dedit, & corpus plasmauit, & gratiam donauit, cùm tantam liberalitatem viderit exhibentẽ, & res illorum sibi cum illis distribuentem: quomodò non omnes eis aperiet diuitias? Si enim Helias modica pastus farina, postquàm vidit mulierem illam se filiis prætulisse, indeficientes areas, & torcularia in viduæ domo præstitit: considera quantam Heliæ dominus ostẽdit charitatem. Hoc itaque ne consideremus, quomodo filios diuites relinquam⁹, sed quomodo virtute præditos. Nam si diuitiis confidant, nil aliud curabunt habentes, vnde morum malitiam obumbrent pecuniarum abundantia. Si verò se viderint illarum esse consolatione destitutos, omnia facient, vt aliquã paupertatis releuationem per virtutem inueniant. Ne diuitias itaque relinquas, vt relinquas virtutem: extremæ nanque stoliditatis est, viuentes quidem eos non facere omnium dominos: mortuos autem multam iuuentutis facilitate præbere licentiam. Atqui viuentes quidem,& pœnas exigere poterimus,& malè rebus vtentes cohibere,& refrenarè. Si verò morientes præter ordinationem, & iuuentam diuitiarum quoque potentiam præbeamus, in mille præcipitia miseros impellemus & infœlices illos, ignem igni adiicientes,& atroci oleũ instillantes fornaci. Itaque si vis diuites in tuto relinquere, deum ipsis relinque debitorem,& hoc eis chirographum trade. Nam si pecunias quidẽ ipsi ceperint, neque cui dent, norunt: sed in multos incident calumniatores,& ingratos. Si verò præueniens ea deo fœneraueris, indireptus iam manebit thesaurus,& erit cum multa copia retributio. Etenim gratiam habet & debens,& erogans nobis deus, & fœneratores suos non fœneratis iucundius intuetur. Et quibus maximè debet, hos maximè diligit. Itaque si vis eum semper ami cum habere, multorum cõstitue debitorem. Nec enim ita fœnerator debitores habens gaudet, sicut deus creditores habens delectatur. Et quibus quidem nihil debet, hos refugit: quibus verò debet, ad hos accurrit. Igitur omnia faciamus, vt ipsum habeamus debitorem. Hoc enim fœnorum tempus est, & nunc in necessitate constitutus est: nisi igitur nunc ei dederis, postquàm hinc migraueris, tui non indigebit: hìc enim sitit, hìc esurit: sitit autem, postquàm tuam sitit salutẽ. Et propterea quoque mendicat, & nudus circumit tibi negotians vitam immortalem. Eum itaque ne despexeris. Non enim vult cibari, sed cibare: nõ indui, sed induere,& aureum illud tibi parare indumentum, & regalem stolam. Nonne vides & medicorum studiosiores, cùm ægrotos lauant,& se, licèt nihil indigentes, lauare? sic & ipse, propter te laborãtẽ omnia facit. Propter hoc neque tecũ violentia repetit, vt tibi magnam det retributionẽ: vt discas, q̃ non opus habens exigit, sed tuã implens vtilitatem: propter hoc & in vili te petit habitu,& dexteram extendẽs: neq; si dederis obolum, auersatur: neque si etiam spreueris, abscedit, sed ad te rursum accedit: vehementer enim amat inquam salutem nostram. Pecunias itaque cõtemnamus: ne à Christo condemnemur, contemnamus pecunias. Si enim eas hìc iuste limus, eas omnino perdemus & hìc,& illic. Si verò multa cum largitate dispensamus, multam in vtraque vita fœlicitatem assequemur. Qui vult itaque diues fieri, fiat pauper, vt diues euadat: expendat vt colligat: dispergat, vt congreget. Si autem hæc noua videntur,& mirabilia, semĩantem animã uerte, & considera q̃ nec ille posset aliter plura colligere, nisi quæ habet dispergeret,& parata præmitteret. Seminemus igitur & nos cœlũ, vt cũ multa metamus opulentia, & æternis potiamur bonis, gratia & benignitate domini

Universidad de Deusto
Biblioteca

G domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri gloria, simul & sancto spiritui, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

QVOD NON DATVR PARITER SECVNDVM DEVM, & secundum mundū gaudere. Et contra eos, qui ebrietati vacant, & deliciis.

Homilia. liiij. Ex actibus apostolorum.

Gene.3.d

NAla res est vbiq; remissio charissime, & propterea ab initio Adæ dictū est: In sudore vultus tui vescēris pane tuo. & vt ex afflictione multa ad requiē peruenientes, deo gratias agant. Magnum enim bonum est tribulatio, audi nanq; prophetam dicentem: Bonum mihi domine, quia humiliasti me. Si verò magnis, & mirabilib⁹ viris magnum quid est tribulatio, multò magis nobis. Si verò vultis & ipsam per se tribulationem inquiramus. Sit aliquis valde gaudens, & lætus, & effusus, quid turpius? quid hoc stolidius? Sit aliquis dolens, & mœstus, quid hoc est sapientius? Melius est enim, inquit, in domum luctus ire, quàm in domum risus. Fortasse quidem & quæ dicuntur, repellitis: tamen videamus qualis Adam fuerit in paradiso, & qualis postmodū: qualis antea Caïn, & postea qualis. Non enim firma stat anima sede, sed tanquam à quodā flumine tollitur, & eleuatur à voluptate, nihil habēs stabile: & ad repromissiones facilis, prōpta ad pollicitationes, & multa cogitationum fluctuatio, intempestiuus risus, hilaritas ratione carens, multa verborum & superflua nugacitas. Et quid alios commemorem sanctos? Vnum proferamus, & intueamur, quis in voluptate quidem, quis autem esset in tristitia. Vultis ipsum Dauid videam⁹, cùm in voluptate foret, & lætitia, propter multa trophæa, propter victoriā & coronas, propter delicias, & fiduciā: vide qualia & dixit, & fecit: Ego autem dixi, in abundantia mea, inquit, non mouebor in æternum. Postquàm autem in tribulatione constitutus est, audi quid dicat: Si autem dixerit, mihi non places, præsto sum, faciat quod bonū est coram se. Quid hisce verbis modesti⁹? ait enim? Quomodocunque deo gratum est, ita sit. Et iterum ad Saūlem ait: Si domin⁹ incitat te aduersum me, odoretur sacrificiam tuum. Et tunc quidem cùm in tribulatione foret, & inimicis parcebat: post hæc verò nec amicis, nec his qui nullam intulerant iniuriam. Rursum Iacob cū in tribulatione fuit, dicebat: Si dederit mihi dominus panem ad vescendum, & vestimentum ad induendū. Quoniam & Noë filius ante hunc quidē nihil tale fecit, postquàm verò de salute confidit, qualis factus est cōtumeliæ patrator. Et Ezechias quidem cùm esset in tribulatione, vide qualia pro salute faciebat, & sacco induebatur, & quæcunque talia: postquàm verò voluptatem incurrit, de cordis sui cecidit altitudine: ait enim, Cùm comederis, & biberis, & fueris impletus, attende tibimetipsi: præceps enim est locus deliciarum. Attende, inquit, tibimetipsi. Cùm tribulabantur Israëlitæ, tantò plures fiebant: postquàm autem eos dimiserunt, tunc omnes perierunt. Et quid antiquorum exēpla commemoro? Nūc videamus si placet, nónne cùm in secundis rebus sunt plures, efficiuntur inflati, omnibus inimici, iracūdi, cùm adest potentia: cùm verò fuerit ablata, māsueti sunt homines, & humiles, & in propriæ naturæ cogitationem veniūt: ideo inquit: Tenuit eos superbia, prodiit quasi ex adipe iniquitas eorū. Hęc mihi dicta sunt, vt non omnibus modis lætitiā exquiramus. Quid ergo Paulus ait: Gaudete semper? Nō simpliciter dixit, gaudete: sed addidit, in domino. Hęc maxima lætitia, quali gaudebāt apostoli, ex carceribus sci K licet, flagellis, persecutionibus, maledictis, ex omnibus tristibus principium habens, & radicem, atq; materiā, vnde & ad bonū peruenit exitum: quæ verò mūdi est, in contrarium: incipit quidem suauib⁹, at in mala desinit. Nec ego secundum dominum gaudere prohibeo, immo vehementer exhortor. Flagellabantur apostoli, & gaudebant: vinciebantur, & gratias agebant: lapidabantur, & prædicabant. Hanc & ego quæro lætitiam, ex nulla re corporali principium habentē, sed ex spiritualibus. Non licet secundum mundum gaudentē pariter & secūdum deum gaudere. Quomodo enim, qui secundum mundum gaudet, gaudet in diuitiis, in deliciis, in gloria, atque potentia, & elatione: qui verò secundum deum in ignominia, propter eum in paupertate, in ieiunio, in modestia. Vides, quòd cōtrariæ sunt occasiones: quotquot hic citra lætitiam sunt, & citra tristitiam: quotquot citra tristitiam hic sunt, & citra voluptatem. Et hæc reuera sunt, quæ veram faciūt lætitiam: quoniam illa lætitiæ tantùm nomen habent, cùm omnia sint in tristitia. Quantam habet tristitiam superbus? quomodo cruciatur, dum extollitur, innume L ras sibi contumelias inferens, multum odij, multum inimicitiæ, liuoris multum, multum inuidiæ. Quòd si à maioribus contemnatur, dolet: si non super omnes insurgat, roditur. Humilis autem est in multa voluptate, honorem epectans à nemine, si fortasse quidem honoretur, gaudet: si verò non honoretur, nec dolet: gratum enim habet, quòd honoratus non fuerit, ipsum autem præsertim afficit contumelia nemo. Igitur ex eo quòd honorem, & honorari non requiramus, magna voluptas: illic autem contrarium, & quærit honorem, & non honoratur: non autem æqualiter honore lætatur, & qui quærit eum, & qui non quærit. Ille quantuncunque ceperit, se nihil accepisse putat: hic vel si parū exhibueris, quasi totum acceperit, susc̄ipit. Rursum, qui deliciis vacat, innumeras habet molestias: licèt de facili, & tanquā ex fontibus ipsi prouentus affluant, ex deliciis nasc̄entia patitur mala, & futurorum incertitudinem. Hic autem in securitate semper est, & in voluptate, qui victus tenuitati semetipsum assuefecit. Nop enim ita semetipsum miserum vocat, quoniam opiparæ mensæ particeps non est: sicut gaudet, fu⁹arorum M non metuens incertitudinem. Ex deliciis verò quanta sint mala, nemo nescit. Necessarium autem & nunc dicere, quòd duplex bellū: & animæ, & corporis: duplex temperies, duplex & morbus. Nec hoc tantùm, verùm & insanabilis, & magnas afferens calamitates. Sed nō tale quid est tenuitas, sed duplex est sanitas, duplex bo Eccli.31.c num. Somnus sanitatis, inquit, in homine parco. Nam mensura quidem semper est desiderabilis, immodestia verò nequaquam. Modicæ scintillę multam lignorum pyram superpone, iam non ardentem videbis ignem, sed multum insuauem fumum. Viro valde forti, & magno onus impone vires excedens, & cum onere videbis humi iacentem & proiectum. Multum onus ingere nauigio, & graue feceris naufragium: quale quidem & hoc est. Sicut insuper plenis nauigiis multus est tumultus nautārum, gubernatoris, prorętæ, & remigum, qui superiora quidem in mare ei̯ciunt, inferiora verò & seipsos perdentes pereunt: & quod omnium est turpissimum, os posteriorum partiū assumit vsum, & illud ignobilius. Si verò in ore tāta corripitudo, cogita quāta sit in anima. Nam & illic omnia tenebræ, omnia tępestas, omnia caligo, multus cogitationum clamor, dum premuntur,

A premuntur, & tribulātur, ipsa calumniam anima proclamante, omnibus sese accusantibus, aduocātibus, supplicantibus interiorem simum alicubi reponi: & postq̄ eiectus fuerit, nec ita sedatur tempestas, verùm & febris, & ægritudines. At, inquies, quomodo licèt hos cernere deliciis vacantes, bene valentes, qui super equos vehūtur? Quid, inquis, temerè nugaris ægritudines nobis dicens: Ego quidem ægroto, & distrahor, & deturpor: ego qui non habeo, quid comedam? Hei mihi, lachrymis enim digna sunt ista verba. Pedibus verò dolentes, qui vehiculis gestantur, compeditos vnde, quęso, videbimus? Et nisi rem contumeliam putarent, & verba improperatoria censerent, iam & nominatim eos protulissem. Sed sunt quidam, qui bene valēt: quoniam non solis vacāt deliciis, verùm & laboribus. Nā da mihi hominem semper se pinguefacientem, sine dolore iacentem, curantem nihil: licèt infinitorum concurrat medicorum multitudo, ab ægritudinibus eum eruere non poterit: nec enim ita se habet rei natura. Medicinalem enim vobis sermonem commemorabo. Ex his, quæ mittuntur in ventrem, non solum alimen B tum efficitur: quoniam nec in ipsa nutrimenti natura totum est nutritiuum, sed eius quidem aliquid in fecessum dissoluitur, hoc autem in nutrimentum. Igitur si perfectè quidem cōficiatur, hoc efficitur, & proprium acceperit locum: & sanum quidem & bonum in proprium currit locum, superfluum autem & inutile descendit, & excernitur. Si verò nimium ingeratur, & quod ex eo nutritiuum est, noxium efficitur. Et vt exēpli gratia loquar, quò res vobis reddatur manifestior. Tritici quidē hoc est siligo, hoc farina, hoc furfur: igitur si mola quidem sit idonea molere, hæc omnia separauerit: si, verò plus ingesseris, confuderis omnia: itidē & vinum, si congruam cocturam, & temporum assequatur temperiem, quoniam citra quidem hoc omnia cōfusa sunt: post hæc verò hoc quidem in fecem subsidet, hoc autem in spumam exilit, hoc verò in gustantium vsum: & hoc est bonum, quod nunquam facilè subuertetur. Quod verò dicunt tropiam, neque vinū est, neque fex, omnibus commixtis. Hoc & in flumine quispiam viderit, cùm aquarum vortex efficitur. Sicut tunc mortuos videmus pisces adnantes, & simi crassi Tropia. C tudine oculis captos: itidem & in nobis efficitur, cum multus ingluuiei supernè fluxerit imber, postquàm omnia commouerit, mortuas adnare facit cogitationes pridem sanas, & in puro viuentes. Postquàm igitur ex multis est exemplis damni magnitudo nobis probata, hos beatos vocare desinamus in his, quib⁹ miseros vocare decebat: deflere verò, in quibus beatos oportebat appellare, & mediocritatem diligamus. An non auditis & medicos dicētes, egestas sanitatis est mater? Ego verò non tantùm corporalis matrem sanitatis egestatem dico, verum & animæ, hæcq; Paulus verè medi- 1.Tim.5.b cus clamat, inquiens: Habentes autem victum, & vestitum, his contenti simus. Pareamus igitur ei, vt in bona valetudine quæ facere decet, agamus. Dic enim mihi, si quis tibi cibum dedisset bibendam, nónne prætereaturā foret? si quis lapides & ligna, nónne auersatus fuisses? Verisimiliter, & merito: præter naturā enim est. Tale quid sunt & delicię. Sicut enim hostib⁹ vrbem subeuntibus, & obsidione facta & perturbatione, multus efficitur tumultus: ita fit & in anima, subrepente vino cum deliciis. Cui væ! cui tumultus? cui molestiæ, contentiones, & rumores? Cuius oculi liuidi? nónne vino indulgentibus? Sed enim quæcunque dixerimus in deliciis occupatos non separabimus, nisi passionem aliam D opposuerimus. Et primùm quidem nobis ad mulieres sit sermo, nihil muliere deliciis dedita turpi⁹, ebria fœdius nihil, ipsius aspectu flos deletur, oculorum tranquillitas, & mansuetudo turbatur: quasi nebula quadā radios subeunte solares. Opus illiberale, ac seruile, omnio; plenum ignauia. Quàm est iniucunda fœtens vinum, olens putrefactum, mulier carnium corruptarū succū eructans, grauata, nec surgere valens, plus æquo rubēs, oscitatione plena, multaq; caligine? At non eiusmodi quæ deliciis abstinet, sed speciosior, & modestior: etenim corpori multū affert decorem animæ cōpositio: ne tantùm enim ex corporalibus formis hunc effici censeas. Da speciosam puellā, turbatam, loquacē, iurgiosam, ebriā, ornatā, nónne turpissima quaque fœdior est? si verò verecunda, si taceat, si erubescere discat, si moderatè loqui, ieiuniis vacare, duplex pulchritudo, species maior, desiderabilior aspectus, modestia plenus & ornatu. Vis iā & de viris dicam⁹? Quid ebrio turpius? familiaribus derisibilis, derisibilis inimicis, apud amicos miserabilis, infinita dignus dānatione, fera magis est q̄ homo. Multa nanque voracitas pardaleos, & leonis est, & vrsæ: & merito: non enim habēt rationalem animam. Et tamen & illa si plus necessitate, & mēsura ipsis à natura definita comederint, totū corpus corrūpunt: quantò nos autem magis? Propterea nobis in breue ventrem deus coarctauit, propterea breuem statuit cibi mensuram, vt animæ curā gerere doceret. Ipsam nostri compositionem discamus, & vnā in nobis partem hāc operationem habere videbimus. Os nobis & lingua ad laudes est assignata diuinas, gutturq; ad vocem. Et propterea nos naturæ necessitas constrinxit, vt nec inuiti cadamus in nimiam occupationē. Itaque nisi deliciæ labores haberent, & ægritudines, & infirmitates, esset fortè tolerandum: nunc verò tibi naturæ terminos posuit, vt neque volens transgrediaris. Non voluptatem quæris dilecte? hāc ab eo quod satis est, inuenies. Nónne sanitatem? & hanc. nónne securitatem? & hanc. nónne libertatem? nónne corporis robur? nónne bonam habitudinem, & animi solertiā? nónne vegetationem? ista sunt hic omnia bona: in illa verò contraria, iniucunditas, mala habitudo, ægritudo, illiberalitas, impensa. Vnde igitur, inquit, omnes F ad hanc concurrimus? ex morbo. Dic enim mihi, quare quod lædit ægrotus inquirit? nónne & hoc ipsum ęgrotare signum est? Quare claudus rectè non ambulat, cùm hoc ipsum nō ex torpore fit, nec eò quòd ad medicum ire nolit? Rerum enim hæ quidem temporariam habent voluptatem, pœnam autem perpetuam: hæ verò contrarium, patientiam quidem temporaneam, delectationem verò cōtinuam. Itaque tam mollis & ignauus, vt pro futuris præsentia non despiciat, statim capitur. Dic enim mihi, vnde captus est Esaiū? vnde præsentem voluptatem futuro præposuit honori? ex segnitie, & mollitie. Hoc autem ipsum, inquit, vnde? Ex nobisipsis. Et inde patet, cum volumus, nosipsos excitamus, & tolerantes efficimur: si quando itaque necessitas venerit, frequenter autem, & contendentes duntaxat vtile cognoscimus. Cùm igitur deliciis vacaturus es, considera voluptatis momentaneum, & damnum (vere siquidem damnum est cum propria pernicie tot absumere pecunias) ægritudines, infirmitates, & cōtēne delicias. Quot tibi vis enumerē ex deliciis mala perpessos? Noë factus est ebrius, & denudatus: & vi- Gene.9.c dē quot ex hoc orta sunt mala. Esaū per ingluuiē pri- Ibidē.25.d mogenita

Universidad de Deusto
Biblioteca

mogenita perdidit,& ad fratricidium animum dedit.
Exod.32.d Deut.6.c Populus Israël sedit manducare, & bibere, & surrexerunt ludere,& propterea dicitur:Cùm manducaueris, & biberis,memento domini dei tui.In præcipitium enim ceciderunt,in delicias delapsi. Vidua illa deliciis vacans,viua mortua est.Et iterum:Impinguatus est,& incrassatus,& recalcitrauit dilectus.Et iterum Apostolus ait:Curam carnis ne feceritis ad concupiscentias. Non promulgo ieiunium,nec enim est qui audiat: sed tollo luxum, præcido delicias propter vtilitatem vestram:tanquam enim torrens, omnia deliciæ subuertunt,nihil est quod eas coërceat:eiiciũt ex regno.Quid amplius? vis frui deliciis? da pauperi, voca Christum, vt & postquàm mensa remota fuerit, habeas quibus fruare deliciis.Nam nunc quidem non habes, & meritò:tunc autem habebis. Vis deliciari?animam pasce, trade ipsi cibos, quorum consuetudinem habet, eam ne fame perimas.Tempus belli,tempus certaminis, tu verò sedes in deliciis. Nónne vides & regiis præpositos in exterioribus castris tenuiter viuentes? Non est nobis lucta aduersus sanguinem & carnem,tu verò lu
Ephe.6.b
H ctaturus temetipsum impinguas: Stat stridens dentibus aduersarius,tu verò diffunderis, & mensis vacas. Noui me nequicquam hæc dicere, sed non omnibus.
Lucæ.8.a Qui habet aures audiendi audiat.Christus fame tabescit,tu verò voracitate temetipsum distendis: duæ immodestiæ.Quid enim mali non faciunt deliciæ? sibiipsis contrariæ sunt.Vnde nescio,quomodo nomen hoc habeant: sed sicut gloria,cùm ignominia sit:& diuitię, cùm sit paupertas,vocatæ sunt:sic & deliciæ,cùm iniunditas sit.Nũquid enim mactandi sumus, quoniam nosipsos saginamus? Quid lautam vermibus mensam apponis?quid maiorem agis saniem? quid fœtentes sudorũ fontes reponis?quid ad omnia temetipsum reddis inutilem? Vis oculum fortem fieri?fac corpus robustum.Nam & in chordis crassa quidem,& immunda ad cantus suauitatem inutilis est:vndique verò rasa,intensa est,& consonantissima. Quid animam obruis?quid parietem facis crassiorem?quid multum fumum & nebulam,cùm vapores,tanquam caligo quædam,vndique reddantur?Si non alius quisquam,te saltem athletæ doceant:quoniam gracilius corpus est, &
I fortius,& anima fortior aurigę similis est & equo.Sed illic vides,sicut in his qui deliciis vacant, & carnosis: sic & equos carne fluentes motus esse difficilis, & multos aurigis labores præbentes. Optabile est,facilem & expeditum agentem equum brabium accipere:cùm autem eum auriga trahere cogitur, & frequentissimè cadentem stimulans,nec ita quidem excitare potest, licèt ipse sit valde peritus, victoria priuabitur. Ne nostram contemnamus animam, propter corpus calumniam patientem:verùm & illam faciamus perspicaciorem,alas ei leues nectamus,molliora vincula,rationibus eam pascamus. Satis est, quantum vt valeat corpus duntaxat,tantum vt sit robustum, gaudeat & non doleat: vt cùm ita bene nostra disposuerimus, summam possimus virtutem apprehendere,& æternis potiri bonis, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi,cum quo patri, simul & sancto spiritui gloria, honor, imperium,nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

CONTRA LVXVRIANTES, ET *deditos deliciis: & de præsenti seculi consummatione.*

Homilia.L V.

NOn tam vehementer fluuialium aquarum cursus ripas corrodere,& submittere solet, sicut deliciæ & luxus omnia valetudinis nostræ firmamenta facilè subruere. Siue nanque medicinalem ingrediaris officinam,& accedens interrogaueris, omnes ferè morborum causas illinc inuenies esse. Vilis enim,tenuisq; mensa sanitatis mater est, & eam propterea medicorum pueri ita nominauerunt:non saturari quidem vocantes sanitatem(cibi nanque penuria sanitas est)minus vesci,sanitatis matrem appellantes. Si verò mater est sanitatis egestas, patet quòd saturitas ægritudinis mater est,& infirmitatis, morbosq; parit,ipsorũ quoque medicorum artem transgredientes:pedum enim dolores,& capitis grauedines,& vertigines,& manuum cruciat⁹,& tremores,& remissiones,& arquatus,& longæ febres & æstuosæ, & alia his multò plura (non enim omnia percurrere vacat) non ex indigętia,parcoq; victu,sed ex crapula & saturitate nasci solent.Si verò vis animi morbos inde nascentes videre,auaritiæ,mollitiæ,melãcholiæ,ignauiæ, in-
L temperantiæ, omnis ignorantia, hinc habent principium. Nihilo nanque fiunt asinis meliores animi talium mensarum delicias sectantes, tot feris distracti. Dicam & quot tristitias & molestias habeant deliciis inhærentes.Omnes quidem recensere non possumus, at vno capite totum reddam manifestum.Hanc enim ipsam lautam mensam cum voluptate nunquam attingunt.Egestas enim sicut sanitatis, sic & voluptatis est mater.Saturitas autem sicut morborum, itidem & fastidij fons atque radix est. Vbi nanque satietas fuerit, non potest esse cupiditas: absente verò cupiditate quomodo possit adesse voluptas? Propterea non tantùm pauperes diuitibus prudentiores inuenimus, verùm & maiorem assequentes delectationem. Quibus omnibus animaduersis, ebrietatem fugiamus atque delicias:nõ tantùm in mensis, verùm & in omnibus secularibus negotiis,& pro illis recipiamus ex spiritualib⁹ voluptatem, & iuxta prophetam delectemur Psal.36.a
in domino:ait enim,Delectare in domino,& dabit tibi petitiones cordis tui.Sicut autem domum pulchrã cùm aër appropinquauerit,splendidam ostendit: itidẽ & aspectum speciosum hilaritas animæ meliorem exM hibet.Si verò sit in tristitia, & doloribus, deformior redditur.Mœstitiam verò morbi faciũt, & cruciatus: porrò morbos corporis mollities ex multis conflata delicia.Igitur & propter hoc, si mihi parebitis, fugietis deliciias.Sed voluptatẽ,inquies, habet deliciis frui: at non tantam, quantas infestationes. Nam voluptas quidem ad guttur vsque peruenit,& linguam, remota nanque mensa,vel vorato cibo, similis est illi qui non gustauit,immo longè peior,otiera inde ferens, & capitis grauedinem,& somnum morti similem: frequenter autẽ & insomniã ex crapula & spiritus præclusione,& eructatione.Et innumera ventri imprecatus es,
Roma.13.c quæ magis erant imprecanda immoderatiæ.Ne corpus ita saginemus,sed Paulũ audiamus dicentẽ:Curã carnis ne feceritis in cõcupiscentiã. Sicut enim si quis in cloacam cibos deiiciat, ita quoque qui mittit in ventrem:imò verò non ita, sed multò peius. Hic nanque cloacã nullis afficit malis, illic autẽ & innumeros parit morbos.Quod enim nutrit tantũ, est mediocritas, quod & cõfici potest:quod verò supra necessitatem effluit,nõ modò nõ nutrit, verùm & illud corrũpit. sed hæc nemo videt ex quadam intempestiua voluptate & temeritate.

A temeritate.Vis corpus alere?tolle superfluum,da quod satis est,& quantum cõcoquere potest,ne aggraues ipsum,vt non submergas.Quod satis est,est cibus & voluptas:nihil enim ita voluptatem parit,sicut cibus bene digestus:nihil ita sanitatem,nihil ita sensuum velocitatem,ita nihil est quod morbos expellat. Sufficiens enim modus & voluptas est,& alimentum, & sanitas: plus autem pernicies,& fastidium, & ægritudo. Quæ nãque facit fames, hæc & saturitas facit: immo verò grauiora. Nam illa quidem paucis absoluit diebus, & hominem liberat:hæc autem corpus absumens, & tabefaciens,diuturnæ tradit ægritudini, & morti demũ atrocissimæ.Nos verò famem certè rem abominandã cẽsemus,sed ad saturitatem hac peiorem currim⁹.Vn de igitur hęc ægritudo?vnde hic furor?nõ dico,vt nos absumamus:sed tãtum comedamus quod & voluptatem habeat,quæ verè voluptas sit,& corpus alere possit,& ordinatum,& nobis ad animæ congruum actiones,& bene firmatum,& compositum reddere. Cùm verò deliciis superabundauerit,clauos ipsos, vt ita dicam, & iuncturas ex vndatione cõtinere nõ potest cõ
B pactas: subrepẽs enim æstuatio totum dissoluit, atque diffundit.Carnis itaque prouidentiã ne feceritis ad cõcupiscẽtias,bene dixit:deliciæ nãque sunt absurdarum occasio cupiditatũ.Licèt omnium sit sapiẽtissimus,qui deliciis vacat,aliquid ipsum pati necessariũ est:à vino, cibis, necesse distendi,necesse maiorẽ flãmã sustinere: hinc fornicatiões, hinc adulteria.Nõ enĩ vẽter esuriẽs amorem pârere potest,vel potius parsimoniæ deditus. Qui verò malas parit cupiditates,est ille qui deliciis lãguet,& velut multum humida terra vermes gignit,& humefactus fimus,& multum habẽs humorem.Ab illa verò liberat⁹ humiditate multos affert fructus,cùm nimium non habeat humorem:licèt nõ excolatur,her bam producit:si verò colatur,fructus.Ne carnem itaq; reddam⁹ inutilem,neque segnem,& noxiam: sed vtiles fructus in ea plantemus,& ligna fructifera, nec ea deliciis soluamus.Etenim & illa vermes pro fructibus emittunt,cum marcuerint:sic & ingenita cupiditas, si eam irrigaueris,malas parit voluptates,& quàm absurdissimas.Et propterea de gehẽna iugiter audiamus,vt
C huius minis & timore multum emolumenti capiamus. Nam si deus peccantes in eam deiecturus huius minas nõ præmisisset,in eam multi ceciderunt.Si nũc enim timore animas nostras cõcutiente,sunt aliqui tã facilè peccantes,tãquam nec ipsa sit:si nihil horum dictum fuisset,neque intẽtatum, quid mali non fecissemus?Itaque quod semper dico, gehenna non frustrus, quàm regnum,dei circa nos curam ostẽdit. Gehenna nanque cum regno cooperatur ad ipsum hominis timore compellens:ne sæuiti⁹, neque crudelitatis rem esse censeamus,sed misericordiæ, multæq; benignitatis,& curæ,& dulcis erga nos amoris. Nisi per Ionam subuersio denũciata fuisset, nõ fuisset prohibita subuersio.Nisi dixisset,quòd subuertetur Niniue,Niniue non stetisset:nisi fuisset intẽtata gehenna, in gehennam omnes cecidissemus:nisi prænũciatus ignis fuisset,ignẽ
Ezech.18.g fugisset nemo. Eorum quæ facere vult cõtraria dicit, vt quæ vult faciat.Nõ vult mortem peccatoris: & dicit mortem peccatoris,ne mittat in mortem.Nec verbo tãtum testatur,verùm & factis ostẽdit,vt fugiam⁹. Ne quis verò minas hoc esse solum existimet, verùm & esse re vera,ex his quæ hic facta sunt,patet. An non
Lucæ.17.c tibi videtur gehennæ ignum esse diluuium vniuersalis,& omnibus pernicios plusquàm sicut enim ait, In tẽpore non erunt nubentes & nuptui tradentes: ita tum D quoque prædixit ante multum temporis,& nunc prædicit ante annos quadringentos, & plures: sed nemo, qui attendat. Omnes fabulam rem esse putant,omnes risum,timor habet neminem, nemo luget, nemo pectus tundit. Ignis exæstuat fluuius,flamma succenditur,& nos ridemus,& delicias amplectimur, & licentiosè peccamus. Nullus vnquam in mentem illum diẽ admittit, nullus cogitat, quòd præsentia prætereunt, quòd hæc sunt temporanea, licèt ipsis rebus quotidie clamantibus,& vocem emittentibus.Præmaturæ mortes,rerum nostrarum mutationes nobis etiam viuentibus factæ nos non corrigunt,non languores,& reliqui morbi.Nec solùm autem in corporib⁹ nostris mutationes,verùm & in ipsis elemẽtis quispiam videbit: & in ætatibus per singulos dies mortem meditemur, & in omnibus semper instabilitas per opera designatur. Nunquam hyems remansit,nunquam æstas, nunquam ver,nec autumnus: sed omnia currunt, & auolant,& fluunt.Sed quid dixerim flores?sed quid vis?dignitates,reges,qui sunt hodie, cras autem non erunt? Sed diuites,sed ædificia splẽdida,sed noctem & diem, E sed Solem,sed lunam:an nõ & ipsa decrescit,ipse verò Sol nõ frequẽter deficit,nõ obtenebratur, nõ eum nubes abscondit? Nũquid visibilium quippiam semper manet? Nihil,sed anima sola omnium quæ sunt in nobis,& hãc negligimus: eorum quidem, quæ variãtur, tãquam permanẽtium multam gerẽtes curam: manẽtis autem semper, tãquam transeuntis nullam habentes rationem.Ille magna potest,sed in crastinum vsq; post hæc verò peribit: Et hoc manifestũ est ex his qui maiora valuerũt,& nũc nusquam apparẽt.Fabula quędam est,& somniũ vita:sicut enim in scena aulęo sublato varietates dissoluuntur, & omnia coruscante lũce somnia auolant:ita nunc quoque, consummatione veniente tam communi,quàm vniuscuiusque, omnia dissoluuntur & euanescunt. Et lignum quidem quod plantasti,manet:& domus quam ædificas, & ipsa manet:faber autem & agricola abducuntur & pereunt.Et cùm hæc fiant,nec ita veremur:sed tanquam immortales hæc omnia comparamus,deliciis, & luxui vacantes.Igitur audi, quid Salomon dicat, qui præsentium experientiã rebus ipsis cepit. Aedificaui mihi domos, F inquit, plantaui ortos & viridaria, vineas;natatorias Eccles.2.a aquarum,argentum,& aurum factum est mihi,feci mihi cantores & cantatrices, greges & armenta. Nemo nanque fuit ita delicios⁹,nemo tam gloriosus, nemo tam sapiens,tantum dominans nemo, nemo tantum ad vota sibi vidit omnia succesisse.quid igitur?nullam ex his cepit vtilitatem. Sed quid ait post hæc omnia? Vanitas vanitatum, omnia vanitas. Non simpliciter Ibidem.1.a vanitas, sed per excellentiam. Ei,quæso, credamus, &.12.c & res apprehendamus, in quibus non est vanitas, vbi veritas, vbi cuncta firma sunt,atque stabilia, vbi sunt omnia supra petram ædificata: vbi senectus non est, neque transitus: vbi florent omnia,omnia vigent, vbi nihil veterascens, senescens nihil, nihil perditioni proximum.Generosè, quæso,deum desideremus, non gehennæ metu, sed regni desiderio. Quid enim rogo Christi par visioni? nihil est. Quid illorum æquale bonorum gaudio? nihil. Quæ nec oculus vidit, nec 1.Cor.2.c auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit deus diligentibus eũ.Illa consequi studeamus, ista contemnamus: nónne frequenter ea damnamus, quoniam nihil est humana vita? Quid circa nihil laboras?

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Iboras: Splendida respicis ædificia,& horum te fallit aspectus, statim in cœlum respice . A lapidibus & columnis ad illum decorem oculos reflecte,& videbis q hæc formicarum sint & culicum opera. Contemplare spectaculum,ascende ad cœlestia, illinc ædificiorũ disce splendorem,esse nihil inuenies: sed paruulorum lubria puerorum. Vides quantò subtilior,quãtò leuior, quantò purior sit aër,atque lucidior, quantò magis alta conscendis? Illic qui præstant eleemosynam,domos habẽt & tabernacula. Hæc in resurrectione resoluuntur, quin potius & ante resurrectionem superueniens tempus corrupit,perdidit,atque dissoluit:& ante tempus autem in ipso plerunque vigore & flore,vel terræmotus prostrauit,vel etiam incendium omnia frequẽter vastauit. Non enim in solis hominum ætatibus, verùm & in ædificiis præmaturæ sunt clades:& frequenter marcida quidem tẽpore facta,concussa terra, manserunt immota: coruscantia verò,fixaq;,& recẽter constructa solo tonitru concussa perierunt. Et hoc disponente deo fieri cẽseo, ne in ædificiis altùm sapiamus.

H Vis & aliter non dolere? ad communia veni ædificia, quorum æquè particeps es & tu. Nõ enim est domus, licèt sit valde splendida,cœlestibus splendidior ædificiis. Ibi quantumuis temporis immorare,tua sunt illa, tua sunt cum aliis,communia sunt,& nõ propria. Sed non delectant: primum quidem consuetudinis est, secundum autem auaritiæ: igitur quod delectat est auaritia, non pulchritudo. Igitur auaritia delectatio est , & quæ sunt omnium,velle sibi vendicare. Quousque his erimus affixi? Adhæsimus terræ,tãquam vermes,in cœno volutamur. Corpus de terra nobis deus cõtulit, vt ipsum & in cœlum reuehamus,non vt animam per ipsum ad terrã detraham. Terrenum est,sed si velimus, efficitur cœleste. Vide, quanto nos honore prosecutus est,tale nobis opus præcipiens. Feci,inquit,ego cœlum & terram,do tibi quoque creationem. Fac terram cœlum,nam potes. Qui facit omnia & mutat, de deo dictum est: hanc & hominibus potestatem dedit. Sicut aliquis pater charitate plenus pingens, non ipse solos, sed & filium ad patrum disciplinam perducere studet. Feci , inquit, ego speciosum corpus , do tibi melioris creationem,tu bonam fac animam. Dixi ego,Germinet terra herbam virentem,& omne lignum pomiferum: dic & tu,producat ipsa terra fructum proprium, & exibit quicquid facere velis. Facio æstatem & nebulam, firmo tonitru,& creo spiritum, formaui draconẽ ad illudendum ei,hoc est diabolum , nec hanc inuidi tibi potestatem: illude tu quoque , si vis: potes enim eũ vt passerem vincire. Facio oriri Solem super bonos & malos . Imitare tu quoque , communica quæ tua sunt & bonis,& malis. Contumelias patiens tolero, contumeliasq; parantes beneficiis prosequor. Imitare etiam tu. Nec ita benefacias propter retributionem,neq; propter gratiarum actionem . Accẽdi luminaria in cœlo, his splẽdidiora tu quoque fac accẽdas: potes enim. Eos qui sunt in errore,illumina : maius est illo beneficiũ, quàm Solem intueri, me agnoscere. Hominem facere nõ potes,sed iustum facere potes,& deo gratum. Ego substantiam creaui,tu voluntatem exorna. Vide,quomodo te diligam,& in maioribus tibi virtutem dederim. Vis etis dilectissimi, qualiter honorati sumus , & ex irrationalibus & ingratis quidem dicũt: Quare voluntatis domini sumus? hæc omnia quæcunque percurrimus,in quibus deum possumus imitari, nisi liberum esset arbitrium,sectari minimè possemus. Domi

Gene.1.a

Ibidem.b

I

Matt.5.g

nor,inquit,angelis ego,& tu per principium. In throno regali sedeo, & tu consides per primitias . Conresuscitauit,inquit, & consedere nos fecit in cœlestibus. Adorãt te Cherubin,Seraphin,omnis angelica virtus, principatus,potestates,throni, dominationes per primitias. Noli corpus accusare, quod tãto fruitur honore,quod & incorporeæ tremunt virtutes. Sed quid dixerim: Non his tantùm amorem ostẽdo,verùm & his, quæ passus sum: propter te cõsputus sum,colaphis cæsus,gloriam exinaniui , patrem reliqui , & ad te veni, qui me oderas,& auersabaris , neque nomẽ meum audire volebas. Secutus sum,& accurri,vt te comprehẽderem: te mihimet vniui,& copulaui. Manduca me dixi,bibe me,& te sursum habeo , & deorsum tibi cõnector. Nõ satis est tibi,quòd tui primitias sursum habeo? Hoc non tuum satiat desiderium . Et deorsum rursus descẽdi,nec simpliciter tibi cõmisceor : sed cõnector, mãducor , paulatim attenuor,vt magna fiat tẽperies, cõmixtio,& vnio. Nã quę vniuntur,in propriis permanẽt terminis,egoverò tecũ cõtexor. Nolo deinceps esse quicquam interualli : vnum vtraque esse volo. Hæc itaque scientes,& multam eius sentientes curam,agamus omnia,quæ nos magnis ipsius donis nõ indignos ostendere possint : quæ vtinam omnes assequamur in Christo Iesu domino nostro,cũ quo patri,simul & spiritui sancto,gloria,imperium,honor in secula seculorum,Amen.

K Ephe.2.a

L

M

DE MONACHORVM VITA, ET *quòd quæ uidetur eorum grauis esse uita,dulcior est ea,quæ facilis esse uidetur.*

Homilia.LVI.

CVm maiore libertate dilectissimi, hodie vos alloqui volo , sed sustinete, vt discatis , quòd hæc monachorum vita & crucifixorum,quæ grauis esse putatur,& onerosa,hac quæ facilis & mollior esse videtur,multò dulcior est, atque concupiscibilior. Et huius vosipsi testes, qui frequenter in ærumnis & mœroribus vos circũuenientibus mortem postulatis:& illos vocatis beatos,qui in montibus & speluncis habitantes coniugium nõ attigerunt,& vitam degunt tranquillam : cùm vos in arcibus , vel in castris, vel temerè vitatis & frustra, & in scena diẽ & orchestris agatis. Nam licèt inde multæ voluptates scaturire videantur,& lætitiæ fontes,innumeræ tamen acerbiores oriuntur sagittæ. Si quis enim puellæ cuiusquã illic saltantium amore captus fuerit,super omnem militiam super innumeras peregrinationes grauius sustinet tormentum,omni ciuitate circunsessa se miserius habens . Veruntamen ne hæc interim exquiramus, ipsa captorum relinquentes conscientiæ,de multorum agitẽ vita loquamur:& tantum vtriusque vitæ reperiemus interuallum,quantum est portus & pelagi, quod continuis frangitur ventis,discrimẽ. Ex ipsis autem diuersoriis statim tranquillitatis proœmia contemplare. Fora nanque fugiẽtes & ciuitates & medios tumultus,in montibus vitam elegerunt cum præsenti commune nihil habentem , nihil sustinentem humanum,non secularem tristitiam,non dolorem, non curam tantam,non pericula , non insidias, non inuidiã,non zelotypiã,nõ absurdos amores, nõ aliud quicquam huiusmodi . Hic iã quæ sunt regni meditantur in saltibus cõuersantes,& mõtibus, & spelũcis, & quiete,ac solitudine multa,& super hæc omnia cũ deo . Et ab omni quidẽ eis munda tumultu domuncula , omni verò vitio ac morbo libera animula,subtilis & leuis, & aëre

A aëre subtilissimo longè purior. Opus autem eis , quod erat & Adæ ab initio,& ante peccatum cùm erat gloriam indutus,& deo cum fiducia colloquebatur: & locum illum multa fœlicitate plenum habitabat,& cùm ante præuaricationem ad colendum paradisum positus fuit. Quid enim deterius hi sunt illo dispositi? nec vna quidem ei cura secularis erat,at nec his. Deo cum pura loquebatur cõscientia,hoc & hi faciunt: quinimo multò maiorem illo fiduciam habent,quantò maiorẽ quoque consecuti sunt gratiam per spiritus ministerium. Igitur oportebat quidem oculis nos hęc haurire. At postquàm renuitis,& in tumultibus, & foris commoramini,vel sermone vos doceamus, vnam eorum conuersationis partem assumentes : non enim omnis eorum vita potest recenseri. Hæc orbis terrarum lumināria,quando Sol oritur , quin potius multò ante auroram ex lectulo surgentes incolumes, & solertes, & sobrij : (nec enim vlla tristitia vel solicitudo, non capitis grauedo,negotiorúmve labores,nõ turba, vel huiusmodi quicquam aliud eos disturbat,sed tanquã angeli degunt in cœlo) surgentes itaque statim ex cubili

B hilares & læti, chorumq; constituentes in alacri conscientia,consonanter omnes tanquã ex vno ore hymnos omniũ deo concinunt,eum venerantes, & ei gratias de omnibus agentes,tam propriis quàm communibus beneficiis . Itaque si videtur Adam omittentes, interrogemus quid ab angelis differat hic chorus super terram canentium,& dicentium: Gloria in altissimis deo,& in terra pax,in hominibus bona voluntas. Vestis autem eis fortitudine digna , nõ enim caudatis vtentes vestibus, iuxta eneruatos & molles induũtur, sed iuxta beatos illos angelos,Heliam,Helisæum,Ioannem,secundum apostolos: cùm vestimenta sint ipsis parata,his quidem ex caprarum pilis , his autem ex pilis camelorum. Sunt autem & quibus solæ sufficiunt pelles,& hæ iamdudum confectæ. Mox vt illa dixerint cãtica,flexis genibus laudatum deum pro negotiis inuocant,in quorum congregationem quidam nec statim veniunt. Petunt enim præsentium quidem nihil (eis enim horum nulla ratio) sed vt cum fiducia stent corã illo tremẽdo tribunali,cùm veniet viuos iudicaturus, & mortuos vnigenitus dei filius,& nullus illam audiat

C horrendam vocem dicentem , Nescio vos. Et vt cum pura cõscientia,multisq; meritis hanc laboriosam trãsigant vitam,& secundo vento difficile nauigent pelagus . Præcedit ante eos in oratione pater prælatus, deinde surgentes perfectis illis sanctis & continuis precibus, orto iam Sole vadũt ad opus quisque suum, multum hinc prouentum egentibus cumulante. Vbi nunc sunt scelŏris dedentes diabolicis,& meretriciis cantibus,& in theatris sedentes? Pudet enim illorum meminisse,tamen propter infirmitatem vestram opus est & hoc facere. Paulus enim ait: Sicut igitur exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, sic nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationẽ. Igitur & nos exornicantibus fœminis , & iuuenibus scortantibus in scena constitutum chorum inquiramus,& horum beatorum ad voluptatis rationem,qua præsertim multi socordes iuuenum capiuntur illarum laqueis : tantum enim discrimen inueniemus , quantum si quis angelorum in cœlo canentium illam consonantissimam audisset melodiam,& canes in fimo defossos & latrantes. Per hæc enim ora Christus , per illam verò linguam diabolus resonat . Et illis quidẽ fistulæ non articulata consonantis voce , bestiis interim

Luc.2.b

4.Reg.1.b Matt.3.a

Matt.25.a

Rom.6.a

eis tumescentibus , & se distrahentibus neruis in sui D spectaculo: sed hic spiritus insonat gratia, pro tibia,cithara,& fistula,sanctorum vsa labiis. Quia verò quæcunque dixerimus voluptas explicari non potest, propter istos luto affixos , & operi lateritio: & propterea vellem horum aliquem circa talia furentium suscipere,& eò perducere,horumq; sanctorum ostendere chorum,neque mihi iam verbis opus fuisset. Veruntamen licèt ad terrenos loquamur , sermone vel modicũ eos ex cœno & paludibus extrahere conemur. Nam illinc quidem auditor absurdi statim amoris ignem concipit: tanquam enim non satis sit meretricis aspectus ad mentem succendendam , & vocis pestem adiunxerũt: hic verò si quid habet anima tale,statim deponit. Neq; porrò vox & aspectus, verùm & harum vestes magis spectantes conturbant. Et si quis sit pauper crassorum & neglectorum,ex aspectu plurimum indignabitur,& frequenter ad semetipsum dicet: meretrix quidem & leno,& coquorum & coriariorum filij, & plerunq; seruorum in tantis viuunt deliciis: ego verò liber & ex liberis,iustos sequens labores,ne per somnium quidem hæc concipere possum, & ita succensus mœrore discedit . Apud monachos autem nihil huiusmodi , sed omnia contraria. Cùm enim diuitum filios & generosis progenitoribus ortos talia viderit indutos vestimenta,qualia neque pauperum extremos, & ad hæc gaudẽtes: considerate , quantam paupertatis consolationem capiens abit: siue sit dies, correctus recedit, melior effectus . Rursum cùm in theatro quidem aurea meretricem indutam viderint , pauper quidem ingemiscet & flebit,suam videns vxorem huiusmodi nihil habere: diuites autem videbunt , & ex hoc spectaculo suas aspernabuntur consortes. Cùm enim habitum, & aspectum,& vocem,& gressum,& omnia videntibus , illa præferat mollia: accensi recedunt , & iam captiui suas petunt domos. Hinc iniuriæ,& contumeliæ, hinc inimicitiæ , bella & quotidianæ mortes , hinc captis vita minimè vitalis,& iam ingrata coniux , & filij non æquè desiderabiles,& omnia domi confusa,& ab ipsa iã luce vexari se putãt: sed ex his cœtibus nulla talis molestia,sed mansuetum & mitem virum vxor suscipiet, ab omni liberatũ mala voluptate , & eo facilius quàm antea vtetur. Talia quidem ille chorus parit mala,hic F autem bona : ille quidem ex ouibus lupos faciens , hic autem ex lupis agnos constituens. Sed nihil adhuc ferè nobis de voluptate dictum est. Et quid possit esse iucundius,quàm non tumultuari , neque mente tristari, neque dolere , & gemere? Verùm & altius sermonem prouehamus , & vtriusque cantus,atque spectaculi fructum indagemus: & illum quidem ad vesperam vsque manentem videbimus,donec in theatro sedeat spectator,post hæc autem omni stimulo grauius eum contristantem: hunc autem spectatorum animis continuè vigentem. Nam & virorum formam, & loci iucunditatem , & conuersationis dulcedinem, ac vitæ puritatẽ, & pulchritudinem , spiritualisq; cantus gratiam sibi semper habent insidentem . His itaque portubus potientes,quasi quandam deinceps procellam fugiunt multorum tumultus. Neque verò canentes tantùm , & orantes,verùm & libris affixi,iucundum sunt videntibus spectaculum. Cùm enim chorum dissoluerint , hic quidem Esaiam sumens,cuĩ illo loquitur: hic autem cum apostolis cõuersatur,alius ab aliis elaborata percurrit: & de hoc vniuerso philosophatur,de deo,de visibilib⁹,de intelligibilib⁹, de vitæ præsentis vilitate,de futurorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gustu rorum beatitudine:& optimo cibo pascuntur,non brutorum carnes elixatas habentes appositas,sed eloquia dei super mel & fauum,mel admirabile,& multò melius,quàm quod Ioannes per desertum olim degustabat.Hoc enim mel non syluestres quępiam apes floribus insidentes colligunt, neque rorem maturantes aluearibus immittunt: sed spiritus gratia construens, pro fauis, & aluearibus, & fistulis,in sanctorũ animis reponit, vt volenti liceat cum libertate iugiter vesci. Has igitur apes & ipsi imitantes, sanctorum voluminum fauos circũuolant, magnam hinc decerpentes voluptatem.Et si vis illorum discere mensam, accede propius,& eos experieris talia eructantes. Omnia mitia & iucunda,& spirituali odoris suauitate plena.Nullum turpe verbum illa possunt ora emittere,nihil scurrile,nihil asperum, sed omnia cœlis digna. Nullus aberrauerit,ora multorum,qui per fora trahũtur,& circa secularia rabiem exercent,cœni cuiuspiam riuis cõparans: horum autem ora fontibus melle manãtibus, & pura fundentibus fluenta.Si quis verò,quòd multorum ora cœni riuis assimilauerim, indignetur,sciat q̃ multum ignoscens locutus sum.Scriptura namque nec hac vtitur mensura, sed altero longè grauiori exẽplo, ait enim:Venenum aspidum sub labiis eorum:&, sepulchrum patens guttur eorum. At illorum non sunt talia,sed multæ sunt plena fragrãtię,& præsentia quidem huiusmodi,futura verò qualis sermo nobis explicuerit?Quæ mens concipiet angelicam sortem,beatitudinem,ineffabilia,arcanaq; bona? Fortè multi nunc incaluistis, & in huius pulchræ cecidistis desiderium conuersationis.Sed quid emolumẽti, si dum hic estis, hunc ignem habetis: egressi verò flammam extinguitis,& hic ardor contabescit? Qualiter igitur agẽdum, vt hoc non accidat?Dum est tibi feruens hic amor,ad ipsos abeas angelos illos,eum magis accende. Non enim ita te poterit sermo noster accędere, sicut rerum aspectus.Ne dicas:alloquar prius vxorem,& res dissoluam:torporis initium est huiusmodi dilatio. Audi, q̃ quidam cum domesticis suis paciscí voluit,neque propheta permisit.& quid dico paciscí? Patrem sepelire discipulus voluit, & nec istud Christus concessit:licèt quid tam necessarium videatur esse,quàm patris sepultura,attamen nec hoc concessit. Cur tãdem?quoniam acer instat diabolus ingressum aliquem capere volęs, si vel breuem arripuerit vacationem, & dilationem, magnum inducit torporem.Propterea quidem admonet,ne differas de die in diem: sic enim plura perficere poteris, sic & domestica tibi bene disponentur: ait enim,Quærite regnum dei,& hæc omnia apponentur vobis.Si namque sua despiciẽtes, & nostrorum curam præferentes,in multa nos constituimus tranquillitate: multò magis deus etiam sine his curam gerẽs,& prouidens.Ne cures itaque tua,sed ea deo dimitte.Nam si satagas,tanquam homo satagis:si verò dimittas, deus prouidebit.Ea tu ne curaueris,maiora dimittens,quoniam ipse multàm eis non prouidebit. Vt igitur eorũ magnam gerat prouidentiam,ipsi soli omnia committe.Si verò & ipse spiritualibus omissis ea tractaueris, non multam eorum ipse curam geret.Vt igitur & hęc tibi bene disponantur,& omni cura libereris,spiritualia tende,contemne secularia:sic enim & cum cœlis terram habebis,& futura consequeris bona,gratia,& clementia domini nostri Iesu Christi, cui gloria,& imperium,cum patre,sanctoq; spiritu, in secula seculorum, Amen.

Matt.13.& Marc.11.a

H

Psal.13.e
Ibidem.5.c

3.Reg.19.d

Matt.8.c

I

Eccli.5.b

Matt.6.d

DE MONACHORVM VITA, ET DE *solita ab eis fieri post mensam gratiarum actione, & de iudicio.* K

Homilia.lvij.

RVrsum ad deserta proficiscar,& iterum eosdem attingam sermones:quoniam cum maiori voluptate vos audientes video. Videamus igitur & hodie spiritualia castra, videamus à timore puram voluptatem. Non enim cum hastis sunt in tentoriis,sicut milites(hic enim antea sermonẽ dissoluí)neque cum clypeis & thoracibus: sed his omnibus nudos videbis,& talia facientes, qualia neque cũ armis illi.Et conscius esse potes,veni,& mihi manum porrige,& eamus ambo in hanc expeditionem, & instructas acies videamus. Hi nanque per singulos dies bellum gerunt,& iugulant aduersarios, & omnes concupiscẽtias nobis insidiãtes superant, & has solo prostratas videbimus, & apostolicum illud rebus exhibitum,dicens:Qui verò sunt Christi,carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis.Vidisti mortuorum multitudinem iacentium,spiritus gladio iugulatorum?Propterea non est illic ebrietas,neque crapula,& ostendit id̃ mensa, & trophæum in ea statutum. Nam ebrietas quidem & crapula iacet̃ mortua per aquæ potũ in fugam conuersa,multiformis hæc & multiceps bestia.Sicut enim in Scylla fabulis decantata, & Hydra, itidem & in ebrietate multa possunt capita reperiri,hinc fornicatio, illinc ira,aliunde mollicies, aliunde amores nefarij nascentes:sed hæc omnia sublata sunt.Et omnes illi exercitus,licèt innumera profligauerint bella,ab his capiuntur. Et nec arma,nec hastæ,nec quicquã aliud aduersus has acies stare potest: sed ipsos gigantes,strenuos, multa præclara gerentes, absque vinculis inuenias vinctos,somno, & ebrietate, sine cæde,atque vulneribus tanquam vulneratos iacẽtes,quinimò & multò crudelius. Nam illi quidem vel palpitant,hi verò nec hoc quidem,sed statim decidũt. Vides,quòd maior hic exercitus & mirabilior? hostes enim interficit,qui superant illos, volendo duntaxat. Sic enim iam omnium malorum matrem infirmam faciunt,vt iam non infestet.Iacente verò duce,& sublato capite, reliquum quoque corpus quiescit, & illi manentium quenque videas hanc obeuntem victoriã. Non enim quemadmodũ in his hostibus, si quis ab aliquo vulnus accipiat,iam alteri nõ est infestus,cùm semel ceciderit,sed omnes est opus hastæ feram percutere,& qui non percusserit eam,atque prostrauerit,omnino vexatur.Vidisti splendidam victoriam? quale siquidem exercitus vndique simul cõgregati trophæũ erigere non possent, hoc eorum quilibet erigit. Et ibi destructa sunt omnia furiosa, rationem non sequentia,insaniæ verba,morbiq; furentes, & iniucundi fastus,& omnia quot quot ab ebrietate armantur, & suũ instantur dominum: quem admirans scriptura,dicebat:De torrẽte in via bibit, propterea exaltabit caput. Vultis & aliunde mortuorum videre multitudinem? Videamus ex deliciis concupiscentias, ex lixis, ex coquis,pincernis, placentariis: confundor enim omnia quidem dicere,veruntamen dicam,phasianas aues,fercula affluenter mixta,humidos,& aridos cibos, leges super his positas.Velut enim quędam habitantes ciuitatem,& exercitus inuruentes: sic & hi quid primi, & quid secundum faciunt,& statuunt. Et hi quidem primùm aues ad prunas tostas,intus piscibus refertas introducunt.Alij verò faciunt aliunde illegitimorum horum

M

Galat.5.d

L

Psal.109.b

A horum conuiuiorum principia. Et multum de his certamen,& de qualitate,& de ordine,& de multitudine, & in quibus confundi decebat,gloriantur: hi quidem quòd diei dimidium absumpserunt, hi verò quòd totum diem: alij porrò quòd & noctem addiderunt,dicentes:Vide miser ventris mensuram, & de immodico studio confundere. Sed nihil huiusmodi penes angelos illos, verùm & omnes hæ concupiscentiæ sunt mortuæ. Non enim ad saturitatem, & delicias, sed ad necessitatem eis nutrimentum. Non auium ibi venatores,neque piscium,sed panis & aqua. Hæc autem cõfusio, atque tumultus omnino sunt illinc procul: & ex cellula,& ex corpore tranquillus portus,apud hos verò multa tempestas. Scindas igitur mente ventrem talibus vescentium,& multam videbis ingluuiem,& in mundam cloacam,& dealbatum sepulchrum.Quæ verò sequuntur, & dicere pudet, molestas eructationes, ex superiori parte vomitus, ex inferiori excrementa. Vade verò, & has illic quoque concupiscentias vide, & ardentiores in his amores,venereos dico: nam hos
B omnes videbis prostratos cum equis, & impedimentis,impedimentũ enim & arma,& equus,turpis actionis est turpe verbum.equum pariter videbis & ascensorem talem,& arma iacentia: hìc autem omne contrarium,& corpora vulnerata,& animas iacẽtes mortuas. Nec in mensa verò tantùm splendida sanctis est illis victoria,verùm & in aliis, in pecuniis, in gloria,in inuidia,in omnibus morbis.Nunquid tibi videtur hæc illis esse castris fortiora,& meliora mensa? Et quis contradicet?nemo,nec vllus quidem illorum ipsorum,licèt multùm insaniat.Hæc enim in cœlũ transmittit,illa verò trahit in gehennam:hanc diabolus instruit,illam verò Christus:hanc luxus sancit, & immodestia,illam verò philosophia & modestia. Huc Christus venit, illuc verò diabolus: vbi siquidem ebrietas, ibi diabolus:vbi turpia verba,vbi saturitas,illic dæmones choreas agunt. Talem habebat mensam dines ille, propterea ne guttæ quidem aquæ dominus fuit: at hi non talem,sed iam angelica meditantur.Non nubunt, neque ducunt vxores, neque multùm dormiunt, neq; deliciis vacant,sed præter pauca quædam, vt incorporei facti sunt. Quis est igitur inimicos tam facilè vincens,vt prędens trophæũ erigat?propter hoc & propheta dicit:Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me.Non enim quisquam errauerit, & de hac mensa dictum illud pronuncians. Nihil enim sic animam angit,sicut concupiscentia ma, & luxus,& ex his orientia mala.Et hoc bene norunt qui experiẽtiam ceperunt.Si verò discas,& vnde hæc colligitur mensa,& vnde illa, tunc vtriusque differentiã bene videbis.Igitur hæc vnde colligitur?ex innumeris lachrymis,ex viduarum oppressione,orphanorum rapina:illa verò ex iustis laboribus.Et hęc quidem mensa similis est pulchræ ac speciosæ mulieri, nihil exteriorum indigenti,sed naturalem habenti pulchritudinem:illa verò meretrici cuipiam turpi,atque deformi, multos quidem habenti fucos,neque tamen turpitudinem obumbrare valenti: sed quantò quis propius accesserit, magis redargutioni obnoxiæ. Nã & hęc cùm accedenti propior fuerit,tunc magis turpitudinem ostendit.Illa nanque simul accumbentes nihil turpe,tãquam libera, dicere permittit: hæc autem tanquã meretrix & contempta nihil honestum. Illa quærit vtile secum conuersantis,hæc damnum: & illa quidem deũ offendere non sinit, hæc autem non sinit non offen-

Lucæ.16.c.

C

Psal.22.b.

D

dere. Migremus igitur ad illos, inde sciemus, quot vinculis simus inuoluti, inde sciemus mensam apponi bonis plenam innumerabilibus, suauissimam,nunquam deficientem, à solicitudine liberam, inuidiæ, liuoris, & omnis pestis immunem, & bona spe refertam,& multa statuentem trophæa.Non est illic tumultus,non morbus, non ira, omnia tranquillitas, omnia pax. Nec enim mihi dicas ministrantium in diuitum ædibus silentium,sed prandentium clamorem, non alterius ad alterum dico (nam & hic quidem deridendus est)sed interiorem in anima magnam inferentem captiuitatem, cogitationum tumultus, tempestatem, caliginem, procellam, per quæ, omnia miscentur & confunduntur, & nocturnæ cuidã pugnæ similia sunt. At non in monachorum tabernaculis talia,sed multa tranquillitas, quies multa. Et illam quidem mensam somnus morti simillimus excipit,hanc verò sobrietas & vigilia. Et propterea hos præsertim laudo & admiror,tum propter alia,tum propter hanc dictionem.Illi nanque postquàm pransi fuerint, imò verò post cœnam:nunquam enim prandium norunt,scientes,quòd præsens tempus est luctus & ieiunij. Itaq; post cœnam deo quosdam gratiarum hymnos dicentes, & huius vocis reminiscuntur: Et si vultis & ipsos hymnos audire,vt & vos continuè dicatis,illum omnem sacrum vobis cantum recensebo. Ipsius itaque verba se sic habent: Benedictus deus, qui pascis me à iuuentute mea. Qui das escam omni carni, imple gaudio & lætitia corda nostra,vt omnem sufficientiam habentes,abundemus in omne opus bonum, in Christo Iesu domino nostro,cum quo tibi gloria honor, & imperium, cum sancto spiritu,in secula,Amen.Gloria tibi domine,gloria tibi sancte,gloria tibi rex:quoniam dedisti nobis cibos in lætitiam,imple nos spiritu sancto, vt inueniamur in conspectu tuo beneplacentes, non erubescentes,quando reddes vnicuiq; secundum opera sua.Omnem hunc quidem hymnum admirari dignũ est,præsertim autem hunc finem. Quoniam enim mensa & cibus diffundere consueuit,atque grauare,animę quasi frenum quoddam hanc dictionem apponunt, circa remissionis tempus, iudicij temporis eam commonefacientes. Didicerunt enim quid passus fuerit Israël ex lauta mensa:ait enim,Comedit, & impinguatus est,& recalcitrauit dilectus. Et propterea Moses dicebat: Cùm comederis,& biberis,& fueris repletus,recordare domini dei tui.Post illam enim mẽsam patrata sunt ipsis illa nefaria scelera.Cõsidera igitur & tu, ne quid huiusmodi patiaris: quanuis enim lapidi non sacrifices,nec immoles auro pecudes & vitulos,aliter tamen immolas. Caue furori sacrifices animam tuam, ne fornicationi tuam mactes salutem,nec aliis huiusmodi vitiis. Propter hoc enim & illi talia timentes præcipitia, potiti mensa, vel potius ieiunio (nam eorum & mensa ieiunium est) tremendi tribunalis & illius diei memoriam sibimetipsis faciunt. Si verò illi ieiuniis & cum stratis cubilibus, vigiliis, & sacco, & innumeris semetipsos modis domantes, etiam huius indigent commonitionis: quando nos vnquam mansuetè poterimus viuere, qui mensas apponimus infinita ferentes naufragia, nec vnquam penitus oramus, nec in principio, nec in fine? Propterea vt hęc naufragia soluamus, hymnum illum, quem in medium protulimus, totum replicemus, vt ex ipso videntes vtilitatem, ipsum continuè post mẽsam canamus,& ventris comprimamus petulantias, & illorum

E

Monachorũ gratiarum actiones.

F

Deut.32.b.

Ibidem.6.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

G mores angelorum, & leges in domos nostras introducamus. Nam oportebat quidem nos illuc euntes hæc lucrari. At postquàm non vultis, vel per sermones nostros spiritualem hanc melodiam audite, & vnusquisque vestrum post mensam hæc verba dicat, hoc incipiens modo: Benedictus deus. Apostolicam enim legem statim implent dicentem: Quicquid facimus in sermone vel opere, in nomine domini nostri Iesu Christi faciamus, gratias agētes deo & patri per eum. Mox gratiarum actio non pro vno tantùm illo die, sed pro tota vita exhibetur. Ait enim: Qui pascis me à iuuentute mea. Et hinc sapiētiæ doctrina, deo siquidem pascente, non est opus nos esse solicitos. Nam si rege pollicito quotidianum victum ex propriis cellariis se tibi præbiturum, iam in futurum confidis: multò magis cùm deus præbeat, & omnia tibi tanquam ex fonte fluant, ab omni solicitudine congruum est absolui. Propter hoc enim & talia dicunt, vt & sibimetipsis, & à se discentibus persuadeant omnem exuere seculārē solicitudinem. Postmodum ne putes, quòd pro se solis

H hanc reddant gratiarum actionem, subdunt dicentes:

Psal.135.c. Qui das escam omni carni, pro toto gratias agentes mundo: & tanquam totius terrarum orbis patres, ita deo pro omnibus laudes referunt, & semetipsos ad veram hortantur fraternitatem. Nec enim illos odisse possunt, pro quibus, quòd pascantur, deo gratias agunt. Vidisti charitatem quoq; per gratiarum actionem introduci, & eiici secularem vitam, & per anteriora, & per hæc? Si enim omnem pascit carnem, multò magis sibi dicatos. Si nanque secularibus deditos curis, mul-

Matth.10.d tò magis ab his absolutos. hoc & Christus confirmans dicebat: Quot passeribus meliores estis vos? Hæc autem dicebat, instruens non esse confidendum diuitiis, & terræ, vel seminibus. Non enim ista sunt quæ nutriunt, sed verbum dei. Ex his & Manichæos & Valentini sectatores, & omnes cum illis sentientes obmutescere faciunt. Non enim malus est hic, qui sua omnibus proponit & blasphemantibus eum. Postmodum & petitio: Imple gaudio & lætitia corda nostra. Quali dicit gaudio? Nunquid seculari? absit. Hoc enim si vellent, montium cacumina non petiissent, & solitudines, neque saccum induerentur. Sed illud dicunt gaudiū, cum presenti vita nihil habens commune, angelicum, cœleste. Neque simpliciter illud petunt, sed multa cum

I superabundantia. Non enim dicunt, Da: sed, imple. neque dicunt, nos: sed, corda nostra. Hoc enim præsertim est cordis gaudium. Fructus enim spiritus, charitas,

Galat.5.d. gaudium, pax. Postquàm enim peccatum tristitiam intulit, petunt sibi per gaudium iustitiam inseri. Non enim aliter gaudium inueniretur. Vt semper omnem sufficientiam habentes abundemus in omne opus bonum. Vide dictionem euangelicam impleri, dicentem:

Matth.6.b. & Luc.11.a. Panem nostrum substantialem da nobis hodie. Et hūc ipsum verò quærentes propter spiritualia: aiunt enim, Vt abundemus in omne opus bonum: non dicunt, vt solum quod debemus faciamus, verum & plus mandatis. Hoc enim est superabundemus, & à deo quidem sufficientiam exposcunt in necessariis: ipsi verò non tantùm cum sufficientia obedire volunt, verùm cum superabundantia multa, & in omnibus. Hoc seruorum & gratorum, hoc virorum sapientium, semper & in omnibus abundare. Postea rursum se propriæ cōmonentes imbecillitatis, & quòd nihil absque superno fauore generosum fieri potest, postquàm dixerint, Vt abundemus in omne opus bonum: subdunt, in Christo Iesu domino nostro, cum quo tibi gloria, honor & K imperium in secula, Amen. Aequalis principio finis per gratiarum texitur actionem. Mox rursum à principio quidem incipere videntur, eundem autem continuant sermonem. Sicut & Paulus in epistolæ primordio, cùm in glorificationem terminasset, atque Galat.1.a. dixisset: Secundum voluntatem dei & patris, cui gloria in secula, Amen. Rursum incipit materiam, de Roma.1.c. qua scribebat. Et iterum alibi, cùm dixisset: Coluerunt & seruierunt creaturæ omisso creatore, qui est benedictus in secula, Amen. non consummauit sermonem, sed rursus incipit. Nec hos itaque redarguamus angelos, tanquam inordinatè facientes, quòd sermonem in glorificationem terminantes, denuò sacros incipiunt hymnos. Apostolicas enim sequuntur consuetudines, incipientes à glorificatione, & in eādem desinentes, & post finem iteratò hæc exordiuntur, dicentes: Gloria tibi domine, gloria tibi sancte, gloria tibi rex, quoniam dedisti nobis cibos in lætitiā. Nec enim pro magnis tantùm, sed etiam pro paruis agere gratias oportet: gratias autem & pro his agunt, L Manichæorum confundentes hæresim, & quotquot præsentem. vitam esse malam asserunt. Nam ne quid propter summam virtutem, & ventris contemptum de ipsis tanquam cibos abominantibus, quale de illis semetipsos suffocantibus suspicareris, per orationem te docent, quòd non dei creaturas detestantes pluribus abstinent, sed virtutem exercentes. Et vide quomodo post gratiarum actionem de datis, & de maioribus supplicant, neque circa secularia morantur, sed super cœlos ascēdunt, & dicunt: Imple nos spiritu sancto. Nec enim bene nos gerere possumus, vt oportet, nisi gratia simus illa repleti: sicut nemo potest quicquam generosum, vel magnum facere nisi Christi potiatur auxilio. Sicut itaque postquàm dixerunt, Vt abū demus in omne opus bonum: subdiderunt, in Christo Iesu. Itidem & hic dicunt: Imple nos spiritu sancto, vt inueniamur in conspectu tuo beneplacentes, & non erubescentes. Non enim, inquiunt, nobis est cura de hominum confusione, sed quicquid homines de nobis improperantes dixerint, ridentes, minimè curamus: omne verò nobis certamen est, ne tūc confundamur. Cùm autem hæc dixerint, & ignis fluuium introducunt, & præmia certaminis, & brabia. Non dixerūt, M Ne puniamur: sed, ne confundamur. Hoc enim nobis gehenna multò terribilius est, ab illa decidere gloria, deum offendere. Sed quoniam multos & crassiores hæc non terret, subdunt: quando reddes vnicuique secundum opera sua. Vides, quantum hi nobis externi & peregrini profuerunt, eremi ciues, imò verò ciues cœlorum: nos quidem cœlorum hospites, terræ verò ciues, hi verò è contra. Post hunc autem hymnū multi repleti compunctione, & feruentibus lachrymis, sic ad somnum se conferunt, tantùm dormientes, vt parum requiescant. Et rursum noctes dies faciunt, in gratiarum actionibus & hymnodiis degentes. Nec verò viri tantùm, sed & mulieres hanc exercent philosophiam, naturæ infirmitatem promptitudinis abūdantia superantes. Illarum itaque studium nos viri reuereamur, & præsentibus nihiare tabescentes desinamus, vmbræ scilicet, somniis & fumo. Etenim maior vitæ nostræ pars in insensibilitate. Nam & ætas prāsens multæ plena est dementiæ: quæ verò rursus ad senectutem tendit, omnem in nobis sensum contabescit: & parum est medium, quod cum sensu deliciis vti valeat.

Quinimo

A Quinimo nec illud has purè potest gustare, cùm multæ solicitudines, & labores illi noceant. Propterea supplico, immota quæramus, & immortalia bona, & vitā nulli senio deinceps obnoxiam. Potest enim & vrbem habitans monachorum sapientiam imitari, potest & vxorem habens, & domi conuersans orare, ieiunare & compungi. Quoniam & in principio ab apostolis instructi ciuitates quidem habitabant, & solitudines pentium pietatem exhibebant. Alij verò rursum offici

Acto.18.a.g nis præpositi, vt Priscilla, & Aquila. Et omnes prophetæ, & vxores habebant, & domos: vt Esaias, Ezechiel, & magnus Moses, & inde nil ad virtutem lædebātur. Hos igitur & nos imitati, semper deo gratias agamus, semper eum laudemus, & modestiæ, cæterarumq; virtutum curam geramus, & vigentem in desertis conuersationem in vrbes introducamus, vt & deo grati, & hominibus probabiles videamur, & futura consequamur bona, gratia & humanitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo deo & patri gloria, honor, & magnificentia, simul cum sancto & viuifico

B spiritu, nunc & semper, & in infinita secula seculorum, Amen.

DE VITA MONACHORVM, ET *quòd scripturarum lectio est medicinalis officina,* Homilia. L V III.

VOltis dilectissimi, rursum ad virtutis ciuitatē eamus, sanctorum tabernacula dico montes & saltus: illic enim hanc humilitatis videbimus altitudinem. Homines enim, hi quidem exterioribus dignitatibus, hi verò pecuniis olim splēdidi, vndique semetipsos corripiunt. Veste, domo, ministeriis, & tanquam in literis per omnia scribūt humilitatem: & quæ sunt superbiæ fomenta, bene vestiri, & splendidè ædificare, & multos habere ministros, quæ frequenter & inuitos in superbiā agunt, hæc illic omnia subla ta sunt. Et ignem ipsimet accendunt, ipsi ligna comminuunt, ipsi coquunt, venientibus ministrant ipsi. Nō potest illic quisquam audiri contumeliam inferens, vel patiens: nec imperans, nec cui imperetur: sed omnes ex ministrantium sunt numero, & hospitum quisque pedes abluit, & multa de hoc contentio: & hoc facit non examinans, quis ille sit: nec vtrum liber sit an C seruus, sed vnicuiq; ministerium hoc exhibet. Nullus ibi magnus, nullus paruus. Quid igitur? Confusio? absit, sed perfectissimus ordo: licèt enim quis paruus sit, magnus hoc nō respicit, sed & illo se rursum inferiorem existimat esse, & ita maior efficitur. Vna mensa & ministrum suscipientibus & exhibentibus, eadem fercula, eadem indumenta, habitacula eadem, eadem vita. Magnus illic vilius opus arripiens. Non est ibi, Meū & Tuum, sed hoc verbum eliminatum est infinitorū causa bellorū. Et quid miraris, quòd vna sit omnibus diæta, vestis & mesa: quippe cùm omnibus sit vna anima, non tantùm quoad substantiam (hoc enim & in omnibus) verùm & quoad charitatem? Qualiter igitur hæc vnquam contra seipsam insurgeret? Non est ibi paupertas & diuitiæ, gloria, & ignobilitas: quāliter igitur aditum inueniret arrogantia, vel superbia? Nam sunt quidem & parui, & magni secundum virtutis rationem, sed quod dixi, nullus hoc intuetur. Paruus nō dolet quasi contemnatur, nec vllus est qui cōtemnat: quòd si quis tamen aspernetur, hoc maximè docentur contemni, respui, & vilipendi per verba, per opera, &

cum mendicis, & debilitatis conuersantur. Et ipsis mē D sæ talibus sunt plenę conuiuiis: & propterea cœlis quoque sunt digni. Et hic quidem vulnera virus habentia curat, hic autem cæcum manu ducit, hic verò crure portat debilem. Non est illic assentatorum multitudo, neque parasitorum, imò verò neque quid tandem assentatio sit, norunt. Vnde igitur vnquam extollerentur? Apud eos enim est æqualitas multa, & propterea multa virtutis facilitas. Etenim his inferiores magis docentur, quàm si per principatus eis cedere cogerentur. Sicut enim audacem percussus, & cedens corrigit: itidem & ambitiosum gloriam non vendicans, sed cō temnens: hoc autem illic cum largitate faciunt. Et quā ta penes nos est pugna primas partes assequendi, tantum apud illos certamen, ne consequantur, sed repellant. Et multum est studium, quis magis præcellat, con temptum patiens, non honorem admittens. Alioquin autem & ipsa opera modestè se gerere docent, & excandescere non permittunt. Quis enim, quæso, terrā fodiens, & irrigans, plantans: ac sportellas, aut saccū texens, vel alia quædam huiusmodi tractans, vnquam E altùm sapiet? Quis autem in paupertate viuens, & pugnans cum fame, tali morbo laboret? Nemo, propterea facilis est illis humilitas. Et sicut hic est difficile modestè se gerere, propter plaudentium multitudinem & admirantium: similiter illic perquàm facile. Etenim il le tantùm solitudini vacat, & aues videt volantes, & arbores concuti, & flantem Zephyrum, & riuos per valles deferri. Igitur vnde tali viues in solitudine extollatur? Non tamen propterea nos excusationem habebimus, quoniam in medio conuersantes altùm sapimus. Nam & Abraham cùm esset inter Chananæos, di cebat: Ego verò sum terra & cinis. Et Dauid in mediis Gene.18.d. castris. Ego autem sum vermis, & non homo. Et Apo- Psal.21.b. stolus in medio terrarum orbe: Non sum dignus voca- 1.Cor.15.b. ri apostolus. Quæ nobis igitur erit consolatio? quæ verò purgatio, cùm neque tot habentes exempla modestè nos geramus? Sicut enim illi sunt innumeris digni coronis, primi virtutis viam perambulantes, ita nos infinitis vltionibus obnoxij, qui neque post illos prægressos, & in literis positos, neque post hos viuentes, & admiratione per facta dignos, ad parem trahimur æmulationem. Quid enim dicere possis, si non corrigaris? Nescis literas, nec ad scripturas declinasti, vt F virtutes antiquorū disceres: hoc quoq; præcipue quidem crimen est, cùm ecclesia continuè sit aperta, non ingredi, & illos latices optimos haurire. Veruntamen si defunctos per scripturas non agnouisti, hos viuentes cernere licebit. Sed nullus est qui deducat. Veni ad me, & ego tibi sanctorum istorum ostendam tabernacula: veni, & ab eis disce quippiam vtile. Lucernæ sunt hi lucentes vbiq; terrarum, muri sunt vrbibus circunsedentes. Propterea solitudines petierunt, vt & te doceant populares contemnere tumultus. Nam ipsi quidem, vtpote qui fortes sint, etiā in medio turbine frui possunt tranquillitate: tibi verò penitus exhausto quies est necessaria, & ab assiduis fluctibus aliquantulum respirare. Illuc itaque frequenter vade, vt cōtinuam diluas maculam, precibus eorum & monitionib. Dicenim mihi, quomodo seruos nostris febricitātibus medicos accersimus, & domum separamus, & illic cogimus artis legibus obedire: & ignauiter se gerentibus difficiles sumus, & custodes adhibemus qui ne volentes quidem eos suas implere concupiscentias permittant. Et si dixerint eorum curam gerentes, opus esse

Universidad de Deusto
Biblioteca

G medicamenta comparari preciosa, cedimus, quicquid præceperint paremus, & eis horum præceptorum præmia soluimus. Cùm verò nos laboramus (at verò non est tempus, quo non laboremus) neq; medicum accersimus, neq; impendimus pecunias: sed tanquam aliquo carnifice, vel inimico & hoste iacente, ita nullam animæ curam gerimus. Et hæc dico, non circa ieiunos obsequium damnans, sed suadens vel tantam animæ nostræ curam gerere. Et qualiter, inquit, faciemus? Eam ostende Paulo languentem, introduc Matthæum, adhibe Ioannem, ab ipsis audi, quid oporteat agere laborantem, dicent omnino, neq; cælabunt. Nec enim mortui sunt, sed viuunt, atq; loquuntur. Sed febre detenta non attendit. Coge tu eam, & ipsius rationem excita, accersi prophetas. Non est opus his medicis erogare pecunias, nec enim ipsi pro eis pecunias exigunt, neq; pro medicamentis, quæ componunt, in impendij te mittunt necessitatem, præter eleemosynam. In aliis autem & erogant, vt quando modestè viuere præcipiût, intempestiuis & absurdis te liberant impensis, quum

H ab ebrietate abstinere, opulentiorem te faciunt. Vidisti medicorum artem cum sanitate pecunias quoque tribuentium: eis igitur assíde, & ægritudinis tuę naturam ab eis disce. Puta, pecunias & auaritiam amas frequenter, sicut febricitantes frigida: igitur audi quid admoneant: tanquam medicus enim tibi dicit, Si indulgeas concupiscentiæ, peristi, & hoc & illud sustinebis. Itidē
1.Tim.6.b. & Paulus, Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & desideria inutilia & damnosa, quæ demergunt homines in perditionem & mortem. Sed impa-
Heb.10.g. tiens es, ipsum audi dicentem: Adhuc modicum, veniens veniet, & non morabitur. Dominus propè est, ni
1.Cor.7.f. hil soliciti sitis. Et iterum: Præterit figura mũdi huius. Nec enim solùm imperat, verùm & consolatur, tanquam medicus. Et sicut illi pro frigidis alia quædam excogitant, ita & hic concupiscentiam transfert: ait enim, Vis diues fieri? fias in operibus bonis: cupis thesaurizare? non prohibeo, sed in cœlis tantùm. Et sicut medicus dicit, quòd frigida nocent dentibus, neruis, ossibus: itidem & ipse, breuius quidem tãquam breuitatem affectans, multò tamẽ manifestius, & efficacius.
1.Tim.6.b. Radix enim omnium malorum est auaritia. Quid igi-
I tur tenendum est? & hoc dicit: Sufficientia pro auari-
Ibidem.c. tia: ait enim, Quæstus magnus sufficientia cum pietate. Si verò ægrè fers, & plura concupiscis, necdum omnia superflua proiicere sustines, & huiusmodi dicit infirmo, & qualiter his vtendum sit, vt qui gaudent in
1.Cor.7.c. possessionibus, tanquam non gaudentes: & habentes, tanquam non habentes: & qui vtuntur hoc mundo, tãquam non vtantur. Vidisti qualia præcepit? Vis & aliũ post hunc medicum adducam? Mihi certè placet, nec enim sunt medici, sicut corporum, qui frequenter sibi æmulantes infirmum demerserunt. At non hi. nam ad laborantium sanitatem, non ad propriam respiciunt ambitionem: igitur eorum ne timueris multitudinem, vnus in omnibus loquitur magister Christus. Alium igitur vide rursum ingredientem, & grauia de hac ægritudine dicentem, imò verò magistrum per eum:
Matth.6.d. Non potestis deo seruire, & mammonæ. Ita est, inquit aliquis, & qualiter hæc erunt? Quomodo concupiscentiam resinquamus: hinc & hoc dicere licet. Et quomo
Ibidem.c. do sciemus? audi eum & hoc dicentem: Nolite thesaurizare vobis thesauros super terram, vbi ærugo & tinea demolitur, & vbi fures perfodiunt & furantur. Vides qualiter à loco, & à nocentibus, nos ab eorum quæ sunt hìc, concupiscentia deterret, & affigit cœlo, vbi K sunt omnia inconsumpta? Si diuitias enim illuc transtuleritis, vbi nec ærugo, neq; tinea, neq; fures effodiũt & furantur, & hunc morbum repelletis, & animam in magna constituetis opulentia. Præter dicta verò exemplum quoque in medium agit, quod te modestum faciat. Et sicut medicus ægrotum terrens ait, Ille frigida vsus mortuus est: sic & ipse diuitem introducit laborantem quidem, & vitam, sanitatemq; concupiscentẽ, sed voti minimè compotem, eò quòd auaritiam secta tus fuisset, sed inanem repulsum. Et post hunc alium tibi rursum alius ostendit euãgelista, qui torretur, neq; guttam aquæ potest habere: mox ostendens, quòd faci
Ibidem. lia sunt mandata, ait: Respicite volatilia cœli. cùm benignus sit, neque diuites desperare permittit. Quæ nã-
Marc.10.d. que sunt apud homines impossibilia, possibilia sunt apud deum, inquit. Quanuis enim diues sis, te medicus curare potest. Nec enim occidunt diuitiæ, sed esse diuitiarum seruum, & auaritiæ amatorem. Et quomodo diues saluari potest, qui indigentibus communia possidet? qualis erat Iob, & ex anima plurium eliminat cupiditatem, nec vllo pacto necessarium vsum excedit: ad hæc tibi demonstrat & hũc ipsum publicanum, qui
Lucæ.19.b. auaritiæ vehementi febre detinebatur, citò liberatum. Quid enim publicano dolosius? attamen homo factus est pauper, quòd medici legibus paruit. Tales etenim habuit discipulos his morbis laborãtes, quibus & nos, & statim sanatum eorum quenq; nobis ostẽdit, ne desperaremus. Vide igitur hunc publicanum, qui quadruplum quidem pro his quæ rapuit, reddere promisit, & omnium quæ possidebat, dimidium, vt Iesum susciperet: at tu succenderis, & ardenter pecunias cõcupiscis. Habe quæ sunt omniũ pro tuis, & his quæ quæris plus tibi do, inquit, tibi per orbem diuitum referãs domos.
Matth.19.d. Qui nanque reliquerit patrem, vel matrem, vel agros, vel domum, centuplum accipiet. Ita non modò plurium delectationem, verùm & infestam hanc sitim penitus auferes, & omnia facilè sustinebis: non tantùm plura non cupiens, verùm neq; necessaria plerunque: ita Paulus esuriit, & magis gloriabatur, quàm cùm mã ducaret. Quoniam & athleta cùm certat & coronatur, discedere & in voluptate esse non eligeret. Vel mercator maris vias aggressus in otio iam esse non mallet. M Et nos itaq; si spirituales fructus, vt par est, gustauerimus, nil iam præsentem vitam existimabimus, veluti quadam optima ebrietate, futurorum capti desiderio. Gustemus igitur, vt & presentiũ liberemur tumultu, & futurorũ bonis potiamur, in Christo Iesu domino nostro, cui gloria in secula seculorum, Amen.

DE BENEFICIO, QVOD A NOBIS indigentibus exhibetur. Et de vita monachorum, Homilia LIX.

MAgna merces est dilectissimi, quòd aliquis & aliena dispẽsare possit. Non autẽ tantùm dandi merces est, verùm & bene dispensandi quę dantur. Quare tu mercedẽ non arripis? Quòd enim &
Acto.6.a. hoc merces sit, audi. Statuerunt apostoli Stephanũ cũ aliis in viduarũ ministerio. V. tu, tuorũ dispensator, ipse te dei timor eligit & humanitas. Hoc & ab inani gloria liberatum est, & animis requiem præstat, hoc manus sanctificat, sensum humiliat, & philosophiam docet, promptiorémque reddit. hoc te benedictiones accipere facit. Abit caput tuum omnes à viduis susci-

piens bene-

A piens benedictiones, in orationibus promptior efficieris. Exquire sanctos quoque viros, & verè sanctos in desertis sedentes, qui mendicare non possunt, deo vacantes. Vade longã viam, eroga per temetipsum: multùm nanque per teipsum proficere poteris, si des. Vides tabernaculum & tugurium, vides desertum, vides solitudinem? Frequenter pecunias daturus accedens totam animam dedisti, & detentus es, & illius captiui
Eccles.7.a. tatis particeps factus, cum mundo simul peregrinatus es. Magnum opus est & pauperes videre: ait enim, Bõnum est in domum luctus intrare, quàm in domum risus. Hinc excandescis, nam si pariter ridere suppetat, ad lasciuiam stimulum accepisti: si verò non suppetat, hausisti tristitiam. In luctus autem domo nihil huiusmodi, verùm siue delicias non habeas, non dolueris: siue habeas, corripieris. Verè lugendi domus est monasterium, vbi saccus & cinis, & solitudo, vbi risus nõ est, neq; secularium turbela negotiorum. Vbi ieiuniũ, & stratum humi cubile, omnia pura à nidore, cruoribus, tumultu, perturbatione & vexatione, portus est
B tranquillus, sunt tanquam faces ab excelso loco procul aduenientibus trahentes, in portu sedentes, & omnes ad suam habentes tranquillitatem, neque sinentes fieri naufragia ad se respicientibus, eò contuentes in tenebris non permittentes versari. Ad eos abi, hospitare, accede, sanctos tange pedes. Multo nanq; honestius est illorum pedes tangere, quàm aliorum caput. Dic enim mihi, si quidem statuarum pedes apprehendunt, quoniam tantùm regiam habent figuram: tu ipsum habentem in seipso Christum non pedibus tenebis, & saluus eris? Sancti sunt pedes, licèt viles sint, in-
1.Tim.5.b. quinatorum verò neque caput venerandum est. Sanctorum nanque pedes magna potuerunt, quamobrem & vlciscuntur, cùm pedibus puluerẽ excusserint. Cùm sanctus sit apud nos, nihil eius nos confundat. Sancti verò sunt omnes, quotquot cum vita rectam fidem habent: licèt signa non faciant, licèt dæmonas nõ eiciant, sancti sunt. Si sanctorum, inquit, pedes lauit. Sicut enim à terra in cœlum, sic est ad viri sancti confugere monasterium. Non illic ea vides, quæ domi. Ab omnibus est mundus ille locus, silentium, & quies multa: Meum & tuum ibi non est. Si verò vnum vel alterum ibi diem manseris, tunc plus senties voluptatis.
C Dies lucescit, imò verò ante diem galli cantauit, & nõ sicut domi. stertunt serui, ianuæ clausæ, omnes mortuis similes sunt dormientes, mulio tintinnabula concutit. Illic huiusmodi nihil, sed omnes statim cum reuerentia somnum deponentes exurgunt, excitãte eos prælato, & consistunt sanctum constituentes eorum, & statim manus extendentes, sacros hymnos decantant. Non enim, sicut nos, multis egent horis, vt somnum excutiãt, & grauedinem capitis. Nos enim simul ac excitati sumus, & multùm sedemus nos distendentes, ad necessitatem abimus, mox faciem abluimus & manus, post hæc indumenta sumimus & calceamenta, & multum absumitur temporis. Illic verò tale nihil, nemo seruum vocat, sibi quisq; sufficit, non multis eget indumentis, non opus est somnum excuti, sed simul ac oculos aperuit, illi qui iamdudũ excitatus fuit, similis est propter sobrietatem. Cùm enim cor cibis minimè grauatum non deorsum mergatur, non indiget multi temporis, vt se reficiat: sed statim est in solertia, mundæ manus, sermonus enim est ordinatus. Nullus ibi stertentes audit, aut anhelantes. Nullus se pe-
somnum versantem videt, nullus se denudantem, sed

D dormiunt, vigilantibus iacẽtes honestius. Hoc autem totum ex animæ compositione procedit. Hi verè sancti, & inter homines angeli. Multus enim dei timor in profundum mergi somnum non sinit, & animam obruere, sed in superficie accedit ipsos tantùm requiescere faciens. Talia ipsorum & somnia, non phantasiis & monstris plena: sed, vt dixi, postquàm gallus cantauit, statim veniens prælatus, & pede solum simpliciter cædens, omnes excitauit: nec enim nudos illic fas est dormire. Mox statim surgentes stant hymnos cantantes propheticos multa cum vocis consonantia, cum aptè compositis concentibus. Neq; cithara, neq; fistulæ, nec vllum aliud musicum instrumentum talẽ emittit vocem, qualẽ audire licet in profunda quiete & solitudine, sanctis cantantibus illis. At & ipsa cantica cõ
Psal.133.a. moda, & in deum charitate plena. In noctibus, inquit, extollite manus vestras ad deum. Et de nocte vigilabit spiritus meus ad te deus, quoniã lux præcepta tua super terram. Et Dauidica cantica multos mouentia
Ibidem.6.b fontes lachrymarum. Quippe cùm cantet, dicens: Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo.
E Et iterum: Quia cinerem tanquam panem manducabam. Et iterum: Quid est homo, quia innotuisti ei: aut
Ibidẽ.101.b. Ibidẽ.143.a filius hominis, qui reputas eum? Homo vanitati similis factus est, & dies eius sicut vmbra prætereũt: &, Ne
Ibidẽ.48.d. timueris cùm diues factus fuerit homo, vel cùm multiplicata fuerit gloria domus eius. Et rursum: Qui ha-
Ibidẽ.67.a. bitare facit vnius moris in domo. &, Septies in die laudaui te super iudicia iustitiæ tuæ. Et iterum: Media no
Ibidem.h. Ibidẽ.84.d. cte surgebam ad confitendum tibi super iudicia iustiIbidẽ.22.a. tiæ tuæ. &, Deus redimet animam meam de manu inferi. &, Si ambulauero in medio vmbræ mortis nõ ti-
Ibidẽ.90.a. mebo mala: quoniam tu mecum es, Et iterũ: Nõ timebis à timore nocturno, à sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris, à ruina & dæmonio meridiano: &, Aestimati sumus tanquã oues occisionis.
Ibidẽ.43.d. Quoniã & cum angelis cantant: nam & angeli tunc canunt, Laudate dominum de cœlis: nobis hiantibus,
Ibid.148.a. & nos scalpentibus, stertentibusq;, vel supinis negligẽter iacentibus, & innumeras cogitantibus fallacias. Quanti est eos in hoc totã noctem insumere? Cùm ve-
F rò dies iam lucescere debet, tum requiescunt: & cùm nos incipimus opera, illi tempus habent quietis. Facto autem die quisq; nostrum alterum vocat, egressorum rationem agit, in forũ educit, assistit magistratui, tremiscit, & pœnas metuit. Alius in tabernaculo, ad suum alius opus. Illi verò cùm rursum matutinas orationes celebrauerint & hymnos, ad scripturarum lectionem conuertuntur. Sunt autẽ & qui libros transcribere docti, assignatũ quisq; sumens habitaculum, semper agit quietẽ, nugante nemine, nemine quicquã dicente. Tertiam, sextã, nonam & vespertinas orationes celebrãt. Et in quatuor partes diẽ dispartiti, dum singulæ partes implentur, psalmodiis & hymnis deũ venerãtur. Omnibus autẽ prandentibus, ridentibus, lugentibus, & inglu-
uie se disrumpentibus, hymnis hi vacant. Nusquam mensæ tempus, nusquam sensibilium horum. Rursum post prandium eadem continuãtur, postquàm se prius somno dederint. Itaq; mirabiliter quidem & die dormiũt, illi verò & nocte vigilare, verè lucis filij sunt. Tum illi multo circa somnum tempore consumpto, grauati procedunt: hi verò sunt adhuc sobrij, sine cibo manentes, & hymnis vacantes. Vespere rursum facto, illi quidem balnea petunt, & remissiones: hi verò se labo-

 ribus ab-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gribus absoluentes tunc mensam petunt,non seruorum excitantes multitudinem, neque domum circuncursantes, neque tumultuantes, neque lautos apponentes cibos,& nidorem exhalantes : sed hi quidem cum sale panem,hi verò & oleum adiungentes. At alij quicunque sunt infirmiores, olera quoque habent atque legumina.Deinde parum sedentes, vel potius hymnis omnia concludentes , in suo quisque lectulo requiescunt, ad solum somnum , non delicias comparato. Non est principum illic metus , non est dominorum insolētia, non est seruorum timor,non mulierum tumultus,non est puerorum perturbatio, non arcularum multitudo, neque superflua vestium repositio,non aurum, non argentum,non sunt custodiæ, non cellarium, non aliud quicquam huiusmodi:sed omnia sunt oratione plena, hymnis omnia , omnia spirituali fragrantia , nihil ibi carnale. Latronum non timent insidias,nec enim habent quo spolientur,pecuniæ non adsunt:corpus est & anima,si hac priuentur,iacturam nō faciunt, sed proficiunt.Mihi nanq; viuere Christus,inquit,& mori lucrum.Sic enim verè vinculis absoluuntur, Vox exultationis in tabernaculis iustorum.Nunquam illic vlulatus audiri potest, nunquam deploratio,mundum est ab huiusmodi molestiis tectum,ab hoc purum clamore. Moriuntur quidem & ex eis aliqui, non enim sunt immortales corpore , sed morientes nesciunt mortē: hymnis defunctos prosequuntur, honorem hoc appellant,non funus.Et si nunciatum fuerit,quòd ille mortuus est , multum vbique lætitiæ , voluptatis multum: quin verò nec vllus audet dicere,ille mortuus est: sed, ille consummatus est. Tum gratiarumactio , lætitia, gloria multa, vnoquoque talem habere finem orante, ita certamen hoc exire , à laboribus & certaminibus quiescere, videre Christum.Et si quis ægrotat, non lachrymæ,non luctus,sed rursum orationes,non medicorum manus, sed sola frequenter fides ægrotum liberauit: si verò medicis opus sit , multa & hic modestia, tolerantia multa. Non adstat mulier crines soluens, neque pueruli nondum factam orbitatem deplorantes,neq; serui expirantem deprecantes, vt in tuto cuipiam se commendet : sed ab omnibus his anima liberata,duntaxat extremam considerat expirationem,vt deo migret amica. Si verò morbus accidat, ex ingluuie non accidit, nec ex capitis grauedine. Quin & hæ morborum causæ sunt laudibus plenæ,non accusatione,sicut illæ. Nam vel vigiliæ,vel ieiunij nimietas,vel aliquid huiusmodi morbos inducit, ex quibus & facilè liberantur. Satis enim est non amplius similiter laborantem omnibus esse molestiis liberatum. Quid dicis igitur,inquit, mihi:Si sanctorum pedes lauit, licet & in ecclesiis tales inuenire. Non enim quoniam illorum vitam enarrauimus,ecclesiasticos contemnimus. Multi plerunque tales & in mediis sunt ecclesiis , sed in secreto. Non enim quoniam domos circumeunt, neque quoniam in forum se conferunt , neque quoniā præsident , ipsos contemnimus, & hoc deus præcepit: ait enim,Iudicate pupillo, & defendite viduam. Multæ virtutis semitæ,sicut & multa margaritarum differentia,cùm omnes margaritæ vocentur: sed hæc quidem est lucida , & vndique rotunda , alia verò hanc quidem non habet pulchritudinem,sed alteram. Quā autem hanc? Sicut ex quadam arte corallium productam habet lineam,& angulos tornatos,& alium alibi coloris amœniorem : hæc autem rursum viridē omni viriditate gratiorem , alia sanguinis floridum ruborē exhibet,alia mari magis cærulea,alia purpura coruscā tior, alios multos flores & Solis colores quispiam inueniret:tales & sancti,hi quidem semetipsos exercent, hi verò & ecclesias curant.Si sanctorum,inquit,pedes lauit , si tribulatis subministrauit. Curramus ad opus, vt illic gloriari possimus,quòd sanctorum lauimus pedes.Si pedes ipsorum oportet lauare , multò magis & de manu pecunias eis erogare.Nesciat, inquit, sinistra tua,quid agat dextera tua. Quid innumeros testes assumis?neque seruus sciat,si fieri potest,nec vxor.Multa fraudulenti scandala,frequenter quę nihil vnquam impediuit,tunc impedit,vel ex inani gloria,vel alia re quapiam. Quoniam & Abraham licèt admirabilem haberet vxorem,filium oblaturus latuit,quanuis futurum ignoraret , sed omnino se credens occisurum. Quid igitur dixisset,si fuisset vnus de multis? Quis est hic talia faciens? Nonne crudelitatis & rusticitatis eū accusasset?Neque suum videre filium vxor habita digna est,neque supremam vocem audire, neque palpitantem conspicari, sed tanquam captiuum sumens sic abducebat. Sed horum nihil ille iustus excogitauit, ebrius desiderio : nihil enim aliud intuebatur,nisi quomodo mandatum impleret.Neque filiūs illic erat,nec vxor , imò verò nec ipse futurum sciebat. Ita per omnia purum offerre sacrificium studebat , non lachrymis,non contradictione polluere.Et ait ad eum Isaac: Ecce ligna & ignis, vbi est victima holocausti? Quid itaque pater? Deus prouidebit sibi victimam in holocaustum fili.Dicitur quidem hoc & prophetia,quòd filium prouidebit sibi in haulocaustum,& simul & tunc euasit.Quid & ipsum cælas?Dic immolandum.Profecto, inquit, timeo, ne languçat , timeo ne non dignus inueniatur. Vides qualiter omnia cum diligentia gerebat? vt dicit scriptura, Nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua:hoc est, licèt tanquam proprium mēbrum aliquem habeamus,ipsi mōstrare ne studeamus, nisi necesse sit : nam hinc multa nascuntur mala. Ad inanem gloriam quis tollitur , plerunque fit impedimentum. Et nosipsos si fieri potest, lateamus, vt promissa bona consequamur,in Christo Iesu domino nostro,cum quo patri,simul & spiritui sancto gloria,honor,& imperium,nunc & semper, & in secula seculorum,Amen.

DE SVMENTIBVS INDIGNĒ diuina & sancta mysteria, Homilia. L X. Ex Matthæo.

Sicut ad perfectionem nostram , dilectissimi, promptitudo nostra non sufficit,nisi superno potiamur fauore: ita nihil à supērno lucrabitur auxilio,si promptitudo defuerit : & hæc vtraq; Iudas ostendit & Petrus. Ille nanq; multo potitus adiutorio, nihil profecit, quoniam nōluit, neque quod suum erat exhibuit:hic autem & valde promptus,postquàm nullum nactus est auxilium , cecidit.Ex his duobus enim virtus texitur. Quamobrem exhortor, vt neque totum deo dimittentes dormiamus,neque studentes nos propriis laboribus totū efficere putemus. Nec enim nos esse supinos vult deus , propterea non ipse totum operatur : nec vult esse superbos , & ideo totum nobis non concessit : sed vtriusque tollens nocumentum, nobis vtile reliquit.Propterea & apostolorum principem cadere permisit,eū ita demissum reddens, & deinceps ad maiorem præparans charitatem. Cui nanque plus,inquit,dimissum fuerit, magis amabit. In omnibus itaq; deo parcamus , neque contradicamus:

Acamus : licèt cogitationibus nostris aduersari videatur & oculis,quod dicitur : sed sit & cogitationibus & visu dignior ipsius sermo , sic & in mysteriis agamus. Nec solùm præ oculis posita respiciamus, sed ipsi ver ba contineamus.Ipsius enim sermo infallibilis , sensus autem noster seduci facilis: ille nunquam decidit , hic autem vt plurimum errat. Quoniam igitur verbum Matth.26.c Marc.14.& Luc.22.b. dicit,Hoc est corpus meum: & pareamus & credamꝰ, & intellectualibꝰ ipsum oculis intueamur. Nihil enim sensibile nobis Christus tradidit,sed res quidem sensibiles, omnes autem intelligibiles. Itidem & in baptismate,per rem nempe sensibilem aquam, donum confertur:intelligibile verò,quod perficitur, generatio & renouatio.Si enim incorporeus esses, nuda & incorporea tibi dedisset ipsa dona:sed quoniam anima corpori conserta est,in sensibilibus intelligibilia tibi præbet. Quod nunc dicunt,vellem ipsius formam aspicere,figuram,vestimenta,calceamenta. Ecce eum vides, ipsum tangis,ipsum manducas.Et tu quidem vestimenta videre cupis. Ipse verò tibi concedit , non tantùm Bvidere,verùm & manducare,& tangere, & intra te suscipere. Igitur accedat nemo cum nausea, nemo resolutus,omnes accensi, omnes feruentes & excitati. Nā Exod.12.b. si Iudæi stantes , & calceamenta manibus gestantes & baculos,agnum cum festinatione comedebant:te multò magis oportet esse solertem.Nam illi quidem in Palæstinam erant prodituri , & propterea viatorum figuram habebant: tu verò debes in cœlum migrare, quapropter in omnibꝰ oportet te vigilare. Nec enim parua pœna proponitur indignè sumentibus. Considera quantum aduersus proditorem indignaris, cōtra eos, qui crucifixerunt : itaque considera , ne tu quoque sis reus corporis & sanguinis Christi. Illi sanctissimum corpus iugularunt,tu verò polluta suscipis anima post tot beneficia.Nec enim satis fuit, homo fieri,colaphis cædi,& iugulari:verùm & semetipsum nobis commiscet,& non fide tantùm, verùm & ipsa re nos suum efficit corpus.Quo non oportet igitur esse puriorem,tali fruentem sacrificio? quo solari radio non splendidiorem manum , carnem hanc diuidentem? os quod igne spirituali repletur,linguam quæ tremendo nimis Csanguine rubescit.Cogita, quali iis insignitus honore, quali mensa fruaris:quod angeli videntes horrescunt, neque liberè audent intueri propter emicantem inde splendorem,hoc nos pascimur,huic nos vnimur,& facti sumus vnus Christi corpus,& vna caro. Quis loPsal.105.a. quetur potentias domini,auditas faciet omnes laudes eius? Quis pastor oues proprio pascit cruore? Et quid dico pastor?matres multæ sunt, quæ post partu dolores,filios alii⁹ eradunt nutricibus: hoc autem ipse non est passus , sed ipse nos proprio sanguine pascit , & per omnia nos sibi coaugmentat. Et quod bene considerā dum est , natis inde nostra substantia. At nihil hoc ad singulos,inquiunt,licet ad omnes. Nā si ad nostrā deuenisset naturam, clarum est, quòd ad omnes: si verò ad omnes,& ad vnumquenque. Et quomodo non omnes lucrati sunt hoc lucrum? inquiet aliquis.Hoc nō propter eum,qui hoc pro omnibus cepit, sed propter nolentes. Vnicuique fidelium semetipsum per mysteriū cōmiscet, & quos genuit,per semetipsum enutrit, nec alteri tradit,& hoc tota ratione persuadens, quòd carnem tuam assumpsit.Ne torpeamus igitur tanta digni charitate & honore putati.Nonne videtis, quanta prō ptitudine paruuli papillas capiunt , & quanto impetu labia vberibus infigunt : accedamus cum tanta nos quoque ad hanc mensam , & vber spiritualis poculi: Dquámimo cum longè maiori trahamus tanquam infantes lactanei, spiritus gratiam , & vnus sit nobis dolor hac esca priuari.Nō sunt humanæ virtutis opera proposita : qui tunc ipsa fecit in illa cœna , idem ea nunc quoque facit. Nos ministrorum tenemus locum : qui verò sanctificat ea,& immutat, ipse est. Nullus itaque Iudas assistat, nullus auarus. Si quis est discipulus, adsit.Nam tales mensa non suscipit:ait enim,Cùm discipulis meis facio pascha. Hæc est illa mensa , & minus Matth.26.b nihil habet. Non enim illam quidem Christus , hanc autem homo perficit,verùm & hanc ipse quoque.Hoc illud cœnaculum, vbi tunc erant. Hinc in oliuarum montem illi prodierunt, prodeamus & nos ad manus pauperum.Hic enim mons oliuarum locus:oliuæ sunt etenim plantatæ in domo dei , pauperum multitudo, destillantes oleum illic nobis vtile,quod quinque virIbidē.25.a. gines habuerunt : aliæ verò hic non capientes , perierunt.Hoc sumentes introëamus, vt luminosis lampadibus sponso occurramus , hoc sumentes hinc exeamus.Inhumanus accedat nemo,nemo crudelis & immisericors , nemo prorsus immundus , hæc ad com- Emunicantes dico , & ad vos ministrantes. Nam & ad vos sermonem conuertere necessarium est , vt multo cum studio hæc dona distribuatis. Non parua vobis imminet vltio,si quem cuiuspiam conscium nequitiæ, huius mensæ participem esse concedatis , sanguis eius de manibus vestris exquiretur. Siue quis dux militiæ sit,siue præfectus, siue princeps diademate coronatus: indignè autem accedat,prohibe, maiorem illo potestatem habes. Tu verò si tibi quidem aquæ fons traditus fuisset purus gregi custodiendus,& pecudem multum ore fimum habentem vidisses, deorsum inclinari non permisisses,& fluentum turbare:nunc verò non aquæ,sed sanguinis , & spiritus fontem habens creditum,& cœno fœdius habentes peccatum videns accedentes , non indignaris , nec arces , & quam conseFqueris veniam?Propterea vos deus hoc insignuit honore , vt talia discernatis. Hoc vestra dignitas est, hoc securitas , hoc omnis corona , non vt albam & splendentem tunicam circumeatis induti. Et vnde, inquit,noui illum & illum?Non de ignotis,sed de no- F tis loquor. Dicam aliquid terribilius. Non tam grae, energumos intus esse , quàm istos , vt ait Paulus, Heb.10.e. vt Christum conculcent, & sanguinem testamenti cō munem existiment , & gratiam spiritus afficiant contumelia.Dæmonium enim patiente peior est,qui postquàm peccauit , accedit. Verùm & tu laice , cùm sacerdotem videris offerentem , ne vt sacerdotem esse putes hoc facientem , sed Christi manum inuisibiliter extensam. Sicut enim cùm baptizaris , ipse te non baptizat , sed deus est , qui tuum caput inuisibili potentia continet , & nec angelus , nec archangelus , nec vllus alius accedere & tangere audet : ita nunc quoque cùm deus regenerat,ipsius est solius donum.Nónne vides eos qui fiunt hic filij , quomodo non seruis opus demandant, sed ipsi adstant baptisterio? Itidem & deus non angelis munus mandauit, sed ipse iubens adest & dicens : Nolite vocare patrem super terram: Matth.23.b. non vt parentes honore priuet , sed omnibus illum præponens,qui te fecit, & inter suos conscripsit filios. Qui nanque plus dedit,hoc est,seipsum apposuit:multò magis & corpus tibi tradere non dedignabitur. Audiamus igitur & sacerdotes & subditi, quali esca facti sumus digni:audiamus & horreamus,sanctis carnibus suis nos

Universidad de Deusto
Biblioteca

G suis nos dedit impleri, semetipsum apposuit immolatum. Quæ nam igitur erit nobis excusatio, cùm talibus pasti talia peccemus, cùm lupi fiamus agnum comedentes, cùm tanquam oues pasti, more leonum diripiamus? Hoc enim mysterium non à rapina tantùm, verùm & ab omni vel tenui inimicitia purum esse penitus iubet: est enim pacis. Mysterium hoc pecunias acquirere non permittit, si enim ipse sibi propter nos non pepercit, quid meremur pecuniis parcentes, & animam negligentes, pro qua ille sibi non pepercit? Itaq; Iudæis quidem annuatim propriorum monumenta beneficiorum solennitates deus alligauit: tibi verò (vt ita dicam) per singulos dies, per hæc mysteria. Itaque ne crucem erubescas: hæc enim sunt insignia nostra, hæc nostra mysteria, hoc ornamur dono, hoc decoramur. Et si dixero, quòd cœlum extendit, & terram explicuit & mare, prophetas & angelos misit, nihil æquale dicam: hoc est enim bonorum caput, quoniam filio suo non pepercit, vt seruos alienatos saluaret. Nullus itaq; Iudas hanc mensam petat, nullus Simon. Hi nãque duo propter auaritiam perierunt: hoc igitur bara
H thrum fugiamus. Neque satis nobis esse existimemus ad salutem, si viduis & pupillis expilatis aureum calicem & gemmatum mensæ offeramus. Si vis enim honorare sacrificium, offer animam, propter quã & immolatus est, hanc fac auream: si verò plumbo maneat & testa deterior, vas autem aureum, quid vtilitatis? Itaq; ne hoc consideremus, vt aurea vasa duntaxat offeramus, sed etiã vt ex iustis laboribus: hæc enim sunt & aureis preciosiora, quæ auaritia carent. Nec enim aurificina est, aut argentaria officina ecclesia, sed angelorum concio, propterea nobis opus est animis. Nam & hæc deus propter animas acceptat. Non erat illa mensa tunc ex argento, nec aureus calix, ex quo sanguinem proprium Christus suis dedit discipulis: preciosa tamen erant illa omnia & tremenda, quoniã erant spiritu plena. Vis Christi corpus honorare, ne nudum eum despicias: nec eum hic quidem sericis ho nores vestibus, extra verò gelu & nuditate pereuntem
Matth.26.c contemnas: Qui nanque dixit, Hoc est corpus meum,
Ibidé.25.c. & verbo factum confirmauit: hic & dixit, Esurientem me vidistis, & non pauistis me. Et inquantum non fecistis huic ex his minimis, neq; mihi fecistis. Hic quiI dem non eget vestimentis, sed anima munda, illud autem magna diligentia. Discamus itaque philosophari, & Christum, prout ipse vult, venerari. Honorato nanque iucundissimus honor, quem ipse vult, non quem nos putamus. Nam & se Petrus eum honorare putabat, cùm sibi pedes eum lauare prohiberet. Sed non erat honor, quod agebat, sed contrarium: itidem & tu hoc eum honore, quẽ statuit prosequere, diuitias expẽdens in pauperes. Nec enim aureis vasis deus eget, sed aureis animabus. Et hæc dico, non prohibens huiusmo
Hi oblationes fieri, suadens autem, cum his & ante has eleemosynam exhiberi. Siquidem & hæc suscipit, sed illam multò gratius. Nam hic quidem ostenderet solus vtilitatem capit, illic autem & accipiens. Hic opus esse videtur & ambitionis occasio, illic autem eleemosyna totum, & humanitas est. Quæ nam vtilitas est cùm ipsi mensa sit aureis calicibus plena, ipse verò fame dispereat? Ipsum satura prius esurientem, & tunc ex abũdantia ipsius quoque mensam orna. Aureum facis calicem, nec frigidæ aquæ calicem porrigis: & quid vtilitatis aurea pallia mensæ parare, ipsi verò ne necessarium quidem indumentum præbere? Quod ex hoc lucrum est? Dic enim mihi, si quem necessario consPica- K tus egere nutrimento, famem ipsi soluere prætermittens, argento mensam operire tantùm studuisses, nunquid tibi gratias habuisset, non magis verò fuisset indignatus? Quid verò si pannis indutum conspiciens, & gelu fixum, omittens ei dare vestimentum, aureas comparasses columnas, in eius dicens honorem fieri: nónne te dixisset ironicè loqui, & hanc extremam putasset contumeliam? Hoc & in Christo cogita, cùm vagus & peregrinus indigens tecti circumeat, tu verò prætermittens eum suscipere pauimentum & parietes ornas, & columnarum capita. Et argenteas quidem catonas ad lucernas suspendis, ipsum autem in carcere vinctum ne vis quidem visere. Et hæc dico, non prohibens in his gloriari: sed hæc cum illis, quin potius ante illa commonens fieri: de his nanque non factis accusatus vnquam est nemo, pro illis autem & gehenna intentata est, & ignis inextinctus, & cum dæmonibus vltio. Noli itaque domum exornans fratris angustiam despicere, hic enim est illius templum verius: & has quidem possessiones & infideles reges & tyranni & la trones auferre poterunt, quotquot autem in fratrem L
contuleris esurientem, vel peregrinantem, & nudum, Matth.a.6.a
neque diabolus tollere poterit, sed in thesauro reponẽ tur intemerato. Quid igitur ipse dicit: Pauperes semper habetis vobiscum, me autem non semper habetis? Propterea nanque præsertim oportet misereri, quoniam eum non semper habemus esurientem, sed in præsenti duntaxat vita. Si verò vis & omnẽ dicti sententiam intelligere, audi quòd non hoc ad discipulos dictum est, licèt ita videatur, sed ad mulieris infirmitatem. Quoniam enim adhuc imperfectius erat affecta, ipsam autem illi fatigabant, eam consolans hæc dicebat. Et quòd eam consolans hæc dixit, clarum est ex eo, quod statim intulit: Quid molesti estis huic mulieri? Quoniam quòd & ipsum semper nobiscum habeamus, vide quid dicat: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Ex quibus omnibus patet, quòd non ob aliud hæc dicebãtur, nisi vt mulieris fidem tunc germinantem discipulorũ increpatio non tabefaceret. Ne nũc igitur hæc in medium proferamus, quæ propter quandam dicta sunt dispensationem. Sed omnes leges tam noui, quàm veteris testamenti de eleemosyna ab ipso promulgatas M
legentes, multum huius rei studium geramus. Hoc e- Luc.æ.11.f.
nim & peccata purgat: ait enim, Date eleemosynam, Osee.6.b.
& omnia vobis erunt mũda. Hoc sacrificio maius est. Actor.10.a.
Misericordiam enim volo, & non sacrificium: hoc cœlos aperit. Orationes enim tuæ & eleemosynę tuę ascẽderunt in memoriam in conspectu dei. Hoc virgini- Matth.25.a.
tate magis necessarium. Nec enim ex nuptiali thalamo iectæ fuerunt illæ, sic ingressæ sunt aliæ: quæ considerantes omnia, largè eleminemus, vt cum maiori metamus abundantia, & futuris fruamur bonis, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui est gloria in secula seculorum, Amen.

DE SACRORVM PARTICIPATIONE MYSTERIORVM.

Quòd mysteriorum & quòd communicare nobis, nec orationi dignum, & est interesse. Homilia. LXI. ex Ioannis Euangelio.

Necessarium est dilectissimi, mysteriorũ discere miraculum, quid tandẽ sit, & quare sit datum, & quæ rei vtilitas. Vnum corpus sumus Epheſ.5.f.
& mem-

A & membra, ex carne eius, & ex ossibus eius. Sequamur autem initiati, quæ dicuntur. Vt itaq; non tantùm per charitatem hoc fiamus, verùm & ipsa re in illam misceamur carnem, hoc per escam efficitur, quam largitus est nobis, volens ostendere desiderium, quod erga nos habet. Propterea semetipsum nobis immiscuit, & corpus suum in nos contemperauit, vt vnum quid efficiamur, tanquam corpus capiti coaptatum: ardenter enim amantium hoc est. Hoc itaque Iob insinuans di-
Iob.31.d cebat de seruis, quibus erat supra modum desiderabilis, quod desiderium ostendẽtes dicebant: Quis dederit nobis ex carnibus eius impleri? Propterea quidem & Christus id fecit, in maiorem nos inducens charitatem, & suum erga nos ostendens desiderium, non tantùm se præbens cupientibus videndum: sed & palpandum & comedendum, & carni dentes infigere, & coimplicari, & omne desiderium implere. Tanquam leones igitur ignem spirantes ab illa mensa recedamus, facti diabolo terribiles, & caput nostrum mẽte reuoluentes, & charitatem, quam nobis exhibuit. Nam parentes quidem aliis sæpe filios tradunt alendos: ego autem, inquit, non ita, sed carnibus meis alo, meipsum
B vobis appono, vos omnes generosos esse volens, & bonas vobis prætendens de futuris expectationes: quippe qui vobis hic meipsum trado, multò magis in futuro. Volui frater esse vester, carnem propter vos & sanguinem assumpsi. Vobis vicissim ipsam carnem & sanguinem, per quæ cognatus vester factus sum, trado. Hic sanguis floridam nobis reddit regiam imaginem, hic decus indelebile, hic animæ generositatẽ tabescere non permittit, eam irrigans iugiter, & nutriens. Nam ex cibis quidem sanguis in nobis nascens, non statim hoc efficitur, sed aliud quiddam: hic autem non ita, sed statim animum irrigat & magnam inducit quandam virtutem. Hic mysticus sanguis dæmonas quidem expellit, & procul esse facit: ad nos autem angelos vocat, & angelorum dominum. Vbi nanque dominicum viderint sanguinem, dæmones quidem fugiunt, concurrunt autem angeli. Hic sanguis effusus omnem terrarum orbem abluit. Multa de hoc sanguine beatus Pau
Hebr.9.& seq. lus in epistola ad Hebræos sapienter disseruit. Hic sanC guis adyta mundauit & sancta sanctorum. Si verò fiExod.12.d gura ipsius tantam habuit virtutem & in Hebræorum templo, & in Aegypti medio superlimi naribus inunctis: multò magis veritas. Hic sanguis aureum altare
Leui.16.c sanctificauit, sine hoc pontifex adyta non audebat intrare. Hic sanguis sacerdotes creabat, hic in figuris peccata purgabat. Si verò tantam habebat vim in figuris, si mors vmbram ita perhorrebat: quomodo veritatem ipsam, quæso, non timuerit? Hic est salus animarum nostrarum, hoc abluitur anima, hoc adornatur, hoc inflammatur. Hic mentem nostram igne reddit splendidiorem, hic auro clariorem animam facit. Hic sanguis effusus est, & cœlum fecit accessibile, horrenda sci licet ecclesiæ mysteria, horrendum altare, Ascendebat ex paradiso fons fluuios emittẽs sensibiles. Ex hac mẽsa fons ascendit, spirituales emittẽs fluuios. Apud hunc fontem plantatæ non infructuosæ salices, sed arbores ad ipsum cœlum peruenientes, fructum habentes semper maturum, & immarcescibilem. Si quis æstuat, ad hunc veniat fontem, & æstum refrigeret: nam & sitates resoluit, & cuncta refouet inflammata, non à Sole, sed iaculis ignitis: superne enim principium habet, & inde radicem vnde & deriuatur. Multi fonti huius riui, quos emittit paracletus, & mediator filius
efficitur, non ligonem habens, & viam præparatã, sed D
nostrum aperiens affectum. Hic fons est, veritatis radios effundens, fons luminis. Huic & superne potestates assistunt, in fluentorum respicientes decorem: quoniam & illæ nobis manifestius propositorum virtutẽ speculantur, & inaccessibiles admirantur splendores. Sicut enim auro liquescẽte, siue manum, siue linguam aliquis immittat, eam statim auream reddit: ita & hic proposita preciosam reddunt animam. Efferuet quidem fluuius & igne vehementius, sed non comburit, sed tantùm baptizat, quicquid acceperit. Hic sanguis antea semper præsignabatur in sacrificiis, in iustorum cædibus. Hic terrarum orbis est precium, hoc Christus emit ecclesiam, hoc eam omnẽ adornauit. Sicut enim homo seruos emens aurum erogat, & rursum eos ornare volens, id auro facit: sic & Christus, & sanguine nos emit, & ornauit sanguine. Huius sanguinis participes cum angelis & archangelis, & supernis manent virtutibus, ipsam Christi regiam induti stolam, & arma gerentes spiritualia. Sed nondum quicquam dixi, ipsum enim induti sunt regem. Sed sicut est magnum & admirabile, ita si cum puritate quidem accesseris, ad
E salutem accessisti: si verò cum mala cõscientia, ad pœnam & vltionem. Qui enim manducat, & bibit indi- 1.Cor.11.g
gnè, iudicium sibi manducat & bibit. Nam si regiam contaminantes purpuram similiter puniuntur, sicut & discindentes: non est vero dissimile, domini corpus impura mente susCipientes, eandẽ subire vindictam cum his, qui clauis ipsum discinderunt. Vide certè, quàm terribilem Paulus vltionem ostendit, dicẽs: Irritam quis Hebr.10.e
faciens legem Mosi, absq; miserationibus coram duobus vel tribus testibus moritur: quantò peiori putatis dignus censebitur vltione, qui filium dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est? Attendamus itaq; nobisipsis dilectissimi, talibus fruentes bonis: & cùm aliquid turpe dicẽ voluerimus, vel nos ab ira corripi viderimus, vel alio quopiam huiusmodi vitio, cogitemus quibus facti sumus digni, & sit irrationalium nobis motuum correctio, talis cogitatio. Quotquot igitur huius participes corporis efficimur, quotquot sanguinem degustamus, cogitemus, quòd illum sursum sedentem, qui ab angelis adoratur, incorruptibili vicinus virtuti, hunc F
degustamus. Hei mihi, quot ad salutem nobis viæ? Nos corpus suum effecit, nobis suum communicauit corpus, & horum nos nihil à malis auertit. O tenebras, & profunditatem magnam. O indolentiam. Quę sursum Coloſſ.3.a
sunt, inquit, sapite, vbi Christus est in dextera dei sedens. Et post hæc omnia quidam pecuniarum curam gerunt, quidam gloriam ambiunt, ab aliis alij capiuntur cupiditatibus. Nónne videtis, quòd & in corpore nostro quæcunque quidem inutilia sunt & superflua, resecantur & præciduntur? Et nihil prodest, quòd ex corpore sint, cum debilitata, cùm mortua, cùm tabefacta sint, & reliquo noceant. Nę confidamus itaq;, quòd semel ex cõpore facti simus: si verò corpus cùm naturale sit, tamen præciditur, nisi voluntatis opera manserint: quid graue non patietur, cùm huius nutrimenti partẽ non capiat corpus? cùm viæ fuerint obstructæ, tunc mortificatur: cùm fistulæ, tunc debilitatur: itidem & nos, cùm aures obturauerimus, caro nostra debilitatur: cùm spirituale nutrimentũ non hauriamus, cùm nequitiæ quędam pro corruptis succis nos vastent, hęc omnia morbum pariunt, morbum grauem, morbum tabem gignentem. Et iam illius ignis indigebit, per
medium

Universidad de Deusto
Biblioteca

G medium opus habebit diuidi. Non enim cum tali corpore Christus in nuptiale thalamum ingredi patitur: si sordidas vestes indutum abduxit & eiecit, corpori sordes aggregantem quo non afficiet? quid non inferet? Multos video domini corporis participatione temerè sumẽtes, vt à casu, & cõsuetudine potius & lege, quàm cogitatu & mente. Si superueniet, inquit, sanctæ tempus quadragesimæ, qualiscunque sit aliquis, mysteria sumit. Si superuenerit Epiphaniorum dies, licèt tempus aduentus, vel epiphania, vel quadragesima, dignos accedere non facit: sed animæ synceritas, & puritas.
Cum hac igitur semper accede, sine hac nunquam. Ait
1.Cor.11.f enim: Quotiescunque hoc feceritis, mortem domini annunciabitis: hoc est, facietis commemorationem salutis vestræ, beneficij mei. Cogita qui sacrificij participes veteris erant, quanta vtebantur continentia, quid non faciebant, quid non agebant? semper expiabantur. Tu verò petens sacrificium, quod horrent & angeli, temporum circulis rem definis. Et quomodo Christi
H assistes tribunali, scelestis manibus & labiis ipsum corpus impetens? Et fœtente quidem ore tuo regem osculari non eligeres: regem verò cœli fœtente anima deoscularis? Factum hoc est cõtumelia. Dic mihi, immundisne manibus ad sacrificium eligeres accedere? Non (vt ipse puto) sed nec omnino malles accedere, quàm manibus illotis. Ita in paruo quidem es tam reuerens. sordidam autẽ habens animam, accedis, & audes tangere? Atqui sub manibus quidem ad tempus detinetur, in illam autem totum resoluitur. Quid verò non cernis vasa tantum vndique tersa, sic refulgentia? his nobis animas oportet esse puriores, his sanctiores & splẽdidiores. Quare verò tandem? quoniam illa propter nos talia fiunt, illa non eius qui inest, partem capiunt, nec sentiunt: nos autem certè: sed nunc sordido quidem vti vase non eligeres, anima verò sordida accedis. Multam video rerum inæqualitatem. In aliis quidem temporibus cùm puri frequenter sitis, non accedi-
tis in Pascha verò, licèt sit aliquid à vobis patratum, acceditis. O consuetudinem, ô præsumptionem, sacrificium frustra quotidianum. Incassum assistimus altari, nullus qui communicetur. Hæc non vt temerè com
I municemini, dico, sed vt vos dignos reddatis. Non es hostia dignus, vel communione, igitur nec oratione. Adstantem audis præconem, atque dicentem: Quotquot estis in pœnitẽtia, omnes orate. Quicunque non participes fiunt, in pœnitentia sunt. Quid stas, si es in pœnitentia? sumere non debes: qui nanque non communicat, est ex pœnitentibus. Cur itaque dicit: Abite qui non potestis orare? Tu verò stas impudens. At ex his non es, sed ex his, qui possunt esse participes, & nihil curas, aut magnum opus censes. Considera, quæso, mensa regalis est appositа, angeli mensæ ministrantes, ipse rex adest, & tu adstas oscitans. Sordescunt tibi vestimenta, & nihil est tibi curæ. At pura sunt, igitur adora, & communica. Per singulos dies venit discumbentes visurus, omnes alloquitur. Et nunc in conscientia
Matth.22.b dicet: Socij, quomodo adestis hic, non habẽtes vestem nuptialem? Non dixit: quare discubuistis? Sed ante reclinationem & ingressum semetipsum indignum esse fatetur. Non enim dixit: Quare recubuistis? sed, quid intrastis? Hæc etiam nunc nobis omnibus loquitur, impudenter & procaciter adstantibus. Omnis enim qui mysteriorum participio non fruitur, impudẽs & procax est, si adstat. Propterea qui sunt in peccatis, priores eiiciuntur. Sicut enim ad mensam veniente domino, seruos qui dominum offenderunt, adesse non oportet, K
sed procul arcentur: ita scilicet & hic dum profertur sacrificium, & Christus immolatur, & ouis dominica: cùm audieris, oremus omnes communiter: cùm vela videris retrahi, tunc superne cœlum aperiri cogita, & angelos descendere. Sicut itaque prophanorum fas est adesse neminem, ita nec vllum sacratorum quidem, ac sordidorum. Dic mihi, si quis in conuiuium vocatus, manus ablueret, & recumberet, & mensæ paratus adesset, postmodum nihil gustaret, non afficit contumelia vocantem? Nonne meliusquam huiusmodi nec venisse? Ita scilicet & tu, venisti, ceciniisti deo laudem, cum omnibus es confessus de dignis esse, cum indignis non secedendo: quomodo manifesti, neq; participas de mensa? Indignus sum, inquit, igitur & illa quę per preces fit communione. Non enim per proposita tantùm, verùm per illa cantica spiritus semper descendit. Nonne vides ministrum spongia mensam circunlinientem, & expurgantem domum, & tabellas ponentem? Hoc per preces efficitur, per præconis vocem. Sicut spongia cir L
cunlinimus ecclesiam, vt in ecclesia mũda proponantur omnia, ne qua sit macula, ne qua ruga. Indigni sunt & oculi peccatorum hisce spectaculis, indignæ sunt & Exod.19.b
aures. Si enim bestia, inquit, tangat montem, lapidabitur. Ita nec ascensu digni fuerunt, licèt post hæc & accesserint, & viderint vbi deus constiterat: post hæc accedere licet, & videre. Cùm adest quidem, abi: non tibi magis adstare licet, quàm catechumeno. Alioqui par non est, nondum attigisse mysteria: & postquàm attigeris, offendisse, contẽpsisse, & se gratia indignum constituisse. Poterant & plura, terribiliora que commemorari, sed ne mentem vestram grauemus, hæc quoque sufficiant. Qui enim his non emendantur, neque pluribus. Ne maius itaque vobis iudicium faciamus, vos exhortamur, non vt accedatis, sed vt præsentia vos, & accessu dignos constituatis. Dic mihi, si quis rex statuisset, atque dixisset: Si quis hoc facit, mensæ meæ sit particeps: Nonne propter hoc omnia feciisse tis? In cœlum vos vocauit, ad magni regis mensam & admirabilis, & retrocedimus, & cessamus, & non festinamus, nec ad rem accurrimus, & quæ nobis est salutis spes? M
Non vacat imbecillitatem accusare, non naturam, sola nos negligentia facit indignos. Hæc quidem à nobis dicta sunt. Qui verò corda compungit, qui compunctionis dat spiritum, corda nostra compungat, & in profundo semina ponat, vt ab ipso timore cõcipiat, & pariat spiritum salutis, & cum fiducia accedat: ait enim, Filij tui, sicut nouellæ oliuarum in circuitu men Psal.127.d
sæ tuæ. Nihil vetus, immite nihil, nihil crudele: tales enim nouellæ sunt ad fructum idoneæ, fructum mirabilem oliuæ dico. Et fortè, ita vt omnes fiant in circuitu mensæ. Et nec temerè, nec à casu huc cõueniant, sed cum metu & timore. Sicut autem cibus cùm sit nutriuus, si à crudo sumatur, omnia perdit & corrumpit, & fit morbi causa: ita scilicet & horrenda mysteria. Mensa spirituali frueris, mensa regia, & rursum luto corpus cõtaminas, vngis vnguento, & fœtore rursum imples. Dic mihi, quæso, post annum communionem sumens, quadragintane dies ad totius temporis peccatorum purificationem tibi satis esse putas? & hebdomade lapsa rursum ad priora reuolueteris. Dic enim mihi, si post longam ægritudinem quadraginta dies volens, rursus temetipsum illis cibis morbum inducentibus traderes, nonne pristinum amisisses laborem? Nam
Naturalia transferuntur, multò magis quę in voluntate

A tate consistunt. Quale quid dico: Naturaliter videmus, & sanos habemus, oculos per naturam, sed frequenter ex habitudine mala, visiua virtus nostra lęditurque si naturalia transeunt, multò magis voluntaria. Quadraginta diebus animæ sanitatem assignas, fortè verò neque quadraginta diebus, & deum habere propitium expectas. Ludisne, quæso? Hæc dico non vno, & annuo vos prohibens accessu, sed vos semper ad sancta volens accedere: propter hoc & diaconus acclamat tunc sanctos vocans, & per hanc vocem omnium taxans maculas. Sicut enim in grege, vbi multæ quidem sunt oues sanæ, multæ verò lepra squalidæ, opus est has à valentibus arcere: itidem & in ecclesia, quoniam & hæ quidem oues sanę sunt, hæ verò morbidæ, per hanc excitat vocem, & has ab illis diuidit, passim circumiens
1.Cor.2.c sacerdos per illum clamorem nimis horrendum, & omnes vocans sanctos, & trahens. Quoniam enim homo proximi res scire non potest (quis enim, inquit, hominum scit, quæ sunt in homine, nisi spiritus hominis qui est in eo?) hanc vocem emittit, postquàm consummatum est omne sacrificium, vt nemo temerè, & à casu ad spiritualem veniat fontem. Etenim in grege (nihil eadem rursum vti similitudine prohibet) morbidas
B quidem intus claudimus, & in tenebris detinemus, & alia pascimus esca, nec aëris puri, nec herbæ synceræ, nec exterioris sinentes fontis participes esse: & hic igitur hæc vox pro quodam est vinculo. Non potes dicere, Nesciebam, ignorabam, quòd esset in re periculum. Igitur manifestè quidem Paulus hoc testatus est. Sed dices, Nesciui: hoc non est purgatio, sed potius accusatio. Per singulos dies ecclesiã ingrederis, & adhuc hoc ignoras? Tamen ne vel hoc prætendas, propterea subli mis constitutus, magna voce, terribili clamore, quasi quidam pręco, manum in altitudinem tollens, stans erectus, omnibus apparens, & magnùm in illa tremenda quiete exclamans, hos quidem vocat, hos autem arcet, non hoc manu faciens, sed per linguam quàm per manum efficacius. Illa nanque vox in aures incidens nostras, tanquam manus, hos quidem pellit & eiicit, hos autem introducit & assistit. Dic mihi, quæso, in
C Olympiacis certaminibus, nonne adstat præco magnùm clamans, & altùm? Num aliquis hunc accusat dicens: nonne fur est, & seruus? nonne prauorum est morum? cùm tamẽ illa certamina non animę sint, neq; bonorum morum, sed roboris, & corporis. Si igitur, vbi corporum est exercitatio, multa fit voluntatis inquisitio: multò magis, vbi totum anima decertat? Stat igitur apud nos & nunc præco, non capite quenquam tenens & producens, sed omnes pariter interiori detinens capite. Non apponit illis alios accusatores, sed ipsis semetipsos. Non enim dixit, Nunquid aliquis hunc accusat? sed quid? si quis seipsum accusat. Cùm enim dixerit: Sancta sanctorum, hoc dicit, si quis nõ est subiectus non accedat: non simpliciter dicit, à peccatis purus, sed sanctus. Non peccatorum tantùm liberatio, verùm & spiritus præsentia sanctum facit, & bonorum operum diuitiæ. Non volo tantùm, inquit, à cœno nos
Daniel.1.d esse liberatos, verùm & candidos, ac speciosos. Nam si rex Babylonius ex captiuitate deligens adolescentes pulchros specie, & decoro aspectu sumpsit: multò magis & nos sanctæ mensæ assistentes regiæ, specie pulchros esse decet, aureum animæ mundum habentes, vestem puram, calceamenta regia, decorũ animæ multum, aureum ipsius ornatũ, esse indutos cingulum veritatis: talis accedat, & regios tagat calices. Si quis verò pannis indutus, sordidus, squalens regalẽ velit men D
sam petere, videat quanta patietur, nõ valentibus quadraginta diebus in omni tepore patrata abluere. Nam si gehenna non sufficit, cùm sit sempiterna: multò minus hoc breue tempus. Nec enim validam exhibemus pœnitentiam, sed infirmam. Eunuchos præsertim regi decet assistere, eunuchos dico mẽte, candidos, nullam habentes maculam, mente sublimes, hilarem habentes animæ oculum, & acutè videntem, volubilem, & velocem: non autem somnolentum, non supinum, multa plenum libertate, ab impudentia remotum & procacia, vigilantem, sanum, nec austerum nimis & tristem, neque diffusum, & lubricum. Hunc nos possumus oculum efficere & acutum, & honestum reddere. Cùm enim eum ad fimum non agamus, nec ad puluerem (tales enim sunt omnes humanæ res) sed ad tenuem auram, ad leuem aërem, ad sublimia, & alta, & multæ plena quietis, & munditiæ, & multæ iucunditatis, statim eum reparabimus, & corroborabimus, tali nos oblectantes spectaculo. Vidisti prę stantiam, & diuitias multas, ne deducas illuc oculum. Lutum id est, est fumus, E
vapor vitiosus, caligo & anxietas multa, & curæ suffocatio. Vidisti hominem iustitiam exercentẽ, suis contentum, & multam habẽtem remissionis latitudinem, nihil curantem, nihil de præsentibus satagentem, temetipsum illic statue, & modifica, & longè melior fies; & clarior: non terræ, sed virtutũ epulans floribus, modestia, humanitate, & omnibus aliis. Nil enim oculum Psal.6.b
ita perturbat, sicut mala conscientia. Turbatus est, inquit, à furore oculus meus. nihil tãtum obtenebrat: ab hoc te libera supplicio, lætum & fortem semper bonis epulantem expectationibus. Detur autẽ, vt nos omnes & hanc, & alias animæ constituamus actiones, quales vult Christus, vt facti superposito nobis capite digni, quò vult, migremus. Ait enim: Volo vbi sum ego, vt & Ioan.17.d
illi sint mecũ, vt gloriam meam videant: quam vtinã omnes assequamur in Christo Iesu domino nostro, cũ quo patri, simul & sancto spiritui gloria, imperium & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

QVOD VTILES SINT MODERATAE

tentationes ad omnes: & deo seruiens tribulationem expectare debet. F

Homilia. L XII.

Sicut corpus tritũ laboribus, & ærumnis confectum, amori non vult vacare, non indulgere ventri, sed requiescere, & quietè iacere: sic & anima plurimis obsita malis, ad requiẽ & quietum statũ festinat. Quæ verò in remissione stupuit, & tumultuata est, & elata: hæc autem nihil habẽs, quod hiet, quod diffluat: & hæc quidem virilior, illa verò puerilior est: hęc quidem grauior, illa leuior: sicut in aqua multa leue quidpiam superueniens concutitur, sic in multam lapsa lætitiam anima. Et ex multa voluptate maxima nobis oriri peccata quispiam viderit. Et si vultis, duas domos describamus: hanc quidem nubentium, hanc verò lugẽtium: mente vtranque ingrediamur, videamus vtra melior. Inuenietur enim lugubris, sapientiæ plena, nuptialis autem plena confusionis. Nam vide turpia verba, incompositos risus, incompositiores locutiones, & vestis, & incessus deformitate plenus. Verba multæ fatuitatis, & stultitiæ plena, & aliud omnino nihil, risus omnia, & derisio, quæ sunt illic: nõ nuptias dico, absit, sed quę sunt in nuptiis:
tunc natura

Universidad de Deusto
Biblioteca

G tunc natura debacchatur, bruta pro hominibus fiunt
præsentes: hi quidem, vt equi hinniunt, hi autem, vt asini calcitrant. Multa effusio, nihil studiosum, generosum nihil. Diaboli pompa, cymbala & tibiæ, & cantica fornicationis & adulterij plena. At non ita illic, vbi luctus, omnia composita, multa requies, silentium multum, correctio multa, inordinatum nihil, nihil incompositum: si quis aliquid locutus fuerit, omnia sunt verba philosophiæ plena. Et id quidem mirabile, quòd per illud tempus non modò viri, verùm & familiares & mulieres sapienter agunt: talis enim est luctus natura, & videntur quidem lugentem consolari, plurima verò totius philosophiæ plena loquuntur. Orationes statim, vt hactenus sistant, & viri graues laborantem consolantes, & enumerationes talia lugentium innumeræ. Quid enim est homo? Nostræ examinatio naturæ. Quid igitur est homo? Vitæ & vilitatis ipsius accusatio, futurarum rerum expectatio, commemoratio iudicij. Quisque domum redit, à nuptiis quidem mœstus, quoniam ipse non est in prosperis: à luctu verò remissus, quoniam nõ ipse talia passus est, & omnẽ extinxit æstũ. Sed quid vis? Vis carceres, & theatra perquiH ramus? Ille quidem tribulationis, hic autem voluptatis locus est. Indagemus iterum. Illic philosophię multum: vbi nanq; tristitia, prorsus & ibi philosophia. Qui antea dives erat, & multum tumidus, post luctum quenlibet se sustinebit alloquentem: postquàm timor & tristitia, quasi quidam acrior ignis in ipsius inciderit animam, & duritiam emollierit, tunc humilis fit, tunc exorabilior, tunc mundanam sentit mutationem, tunc ad omnia patiens erit. In theatro autem omnia contraria, risus, ineptitudo, diabolicus fastus, effusio, temporis impendium, & superflua dierũ consumptio, malę cupiditatis inductio, adulterij meditatio, fornicationis gymnasium, intemperantiæ schola, turpitudinis exhortatio, risus materia, inhonestatis exempla. At in carcere non ita, sed illic humilitas, supplicatio, philosophiæ profectus, secularium contemptus, omnia conculcata sunt, & contempta: & tanquam infanti pędagogus adest timor, ad omnia congrua dirigens eum. Vis autem & alia rursum loca scrutemur? Te vellem occurrere homini de theatro redeunti, & alteri de carcere egreI sso: videres vtique illius animam pauidam, tumultuantem, & verè ligatam: huius autem liberam, solutam, & pennatam. Nam ille quidem ex theatro recedit mulierum, quæ sunt illic, aspectibus ligatus, vincula ferens omni chalybe grauiora, loca scilicet illa, verba & formas: hic autem è custodia penitus remissus, non vltra se quid graue passurum putabit, alienis sua comparãs, quòd non est adhuc competitus, gratias habebit: iam res humanas despiciet, cùm multos ibi diuites in ærũnis viderit, qui multa, magnáque poterant, & tamẽ ibi vinctos: etiam si quid iniustè patiatur, & in hoc patiẽs erit. Nam & huius multa sunt illic exempla: in futuri veniet iudicij recordationem, & eius typos hic cernẽs perhorrescet: quasi nanque sit hic in carcere conclusus, sic erit & illic, & ante futuri diem iudicij in vxorem, in filios, in seruos humanior. At ex theatro non ita, sed iniucundius vxorem videbit, & in familiares erit difficilis, in filios exasperabitur, efferabitur in omnes. Magna ciuitatibus mala ferunt theatra, magna, nec hoc videmus quòd magna. Vultus & alia risus loca perlustrem, conuiuia dico, vbi parasiti & assentatores, & multæ deliciæ: & loca rursum, vbi claudi & debiles? Igitur illic quidem ebrietas & deliciæ & effusio, hic autem cõtrarium. Vide & in corpore, cùm æstuat, K cùm bene se habet, celerrimam habet in ægritudinem ruinam: cùm autem pressum fuerit, non ita. Manifestiorem itaque vobis reddam sermonem. Sit corpus multum habens sanguinis, & carnes multas, & vigens: hoc ex quacunque mutatione febrem părere poterit, si simpliciter otietur: sit autem aliud cum fame potius pugnans & afflictione, hoc est captu difficile, & ad infirmitatem inexpugnabile. Sanguis enim licèt in nobis sit sanus, multitudine frequenter morbum inducit: si verò sit modicus, licèt non sanus, facilius curari potest. Ita quidem & in anima, veloces habet ad peccata motus. Talis enim est iuxta superbiam, & voluptatem, & inanem gloriam, & inuidiam, & insidias, & sycophantias. Ecce quanta ciuitas est hæc magna nobis. Vnde nascuntur mala? nónne à diuitibus? nónne à gaudentibus? Qui in iudicia trahunt, qui facultates distrahunt: ærumnosi & abiecti, aut multum inflati, & gaudentes? Non est animæ contritæ quicquam mali facere: ipsius Roma.5.a lucrum Paulus nouit, propterea dicit: Tribulatio patientiam operatur, patientia verò probationem, probatio spem, spes autem non confundit. Ne cadamus igitur in tribulationibus, sed in omnibus agamus gratias, L vt aliquid magni lucremur, vt apud deũ inueniamur probabiles, qui tribulationes permittit. Magnum est bonũ tribulatio, & hoc ex nostris discimus filiis. Nam absque tribulatione nihil vtile discerent, nos autem plus illis afflictionis indigemus. Si enim illic passionibus quiescentibus illos muniunt, multò magis nos, & præsertim tantis detentos: sed nos potius pædagogos oportebit habere. A puerulis enim nunquam magna committuntur peccata, à nobis verò magna nimis: pędagogus autem noster tribulatio. Nec hanc itaque aliciamus, & præsentem semper generosè feramus, cùm sit infinitorum causa bonorum, vt & dei fauorem assequamur. Etenim certamen est vita præsens: est igitur opus pugnare, bellum est & pugna. In bello remissionẽ quærit nemo, nemo delicias, nemo pecuniarum curam gerit, nemo de vxore solicitus est: sed vnum duntaxat intuetur, quomodo superet inimicos. hoc & nos curemus. Si vicerimus, & cum victoria redierimus, nobis deus omnia conferet. Hoc nobis quæratur, quomodo diabolum superemus: quinimo non nostri studij opus est, sed dei gratiæ totum. Vnum nobis curetur, vt eius M gratiam assequamur, vt monumentũ illud ad nos trahamus: Si deus pro nobis, quis contra nos? Vnum id Roma.8.f elaboremus, ne nobis fiat inimicus, ne nobis aduersetur. Non tribulari malum est, sed malum est peccare: graues deliciæ sunt ex hoc, etiam si viuamus in deliciis: nõ in futura dico vita, verùm & in præsenti. Nam quomodo putatis vestras morderi conscientiam? quo non esse peiorem tormento? Vellem in malis viuentes diligenter interrogare, nunquámne veniãt in suorum memoriam peccatorum? nunquid tremant, nunquid formident, nunquid doleant, nunquid beatos vocent in ieiunio positos, in montibus, in virtute multa? Vis illic emissionem inuenire, hic propter Christum tribulare, huic remissioni par nihil. Gaudebant Apostoli, Acto.5.g cùm flagellarentur. Paulus hoc admonet, dicens: Gau- Philip.3.& dete in domino. Et quomodo gaudere licet, vbi sunt 4.a vincula, vbi tormenta, vbi iudicia? Hic maximè gaudere licet. Quomodo verò licet, vbi nõ hæc? Qui nõque sibi nullius magnæ rei conscius est, quomodo delectabitur? Itaque quantò maiorem dixeris tribulationem, tantò maiorem dicis voluptatem. Qui mille vulnera miles

A nera miles excepit, nónne cum magna reuertetur lętitia, libertatis habens claritatem, & gloriæ materiam
Galat.6.g vulnera? Et tu si poteris, erumpe vocem illam, quam Paulus: Stigmata Iesu porto. magnus & illustris, atque probabilis fieri poteris. At non est persecutio? Sta aduersus gloriam, & si quid aliquis contrarium dixerit, ne timeas malè propter Christum audire. Sta contra superbiæ tyrannidem, sta contra pugnam iræ, contra concupiscentiæ tormentum, & hæc stigmata sunt, & hæc tormenta. Die enim mihi, quid tormẽtis grauius? nónne cùm anima dolet, & vritur? Nam illic quidem corpus secatur, hic autem totum est ipsius animæ. Circa ipsam est dolor, cùm irascitur, cùm inuidet, cum aliquid huiusmodi facit, vel potius patitur. Non enim hoc est facere, sed pati, irasci, inuidere: propterea & animæ passiones appellantur, & vulnera, & cicatrices. Verè enim passio est, & passione grauior. Cogitate qui irascimini, quoniam has facitis passiones. Ergo non irascentes, neque patiuntur. Vides quòd cui fit contuB melia, non patitur: sed qui cõtumeliam facit, sicut iam dixi. Quòd enim patiatur, patet quidẽ & ex hoc, quòd passio vocatur: manifestatur autem & ex corpore. Hæ nanque ægritudines ex ira nascuntur, visus hebetudo, consternatio, & huiusmodi mille. Sed filium, inquis, affecit cõtumelia, sed agricolam. Ne imbecillitatem esse putes, quòd & ipse nõ hoc facias. Die enim mihi, hóc-ne bene factum est? Non, inquies. Ergo ne facias quod non bene fit. Scio quales in talibus iræ pariũtur. Quid igitur inquis, si contemnat? Argue, increpa, hortare. Mansuetudine soluitur ira, accedens accusa. Nam pro his quidem quæ in nos geruntur, non opus est hoc facere, pro aliis autẽ hoc facere necessarium est. Ne propriam putes contumeliam, si filius sit affectus contumelia: licet pro eo doleas, non tanquam ipse passus cõtumeliam. Non enim quoniam filius malè passus est, tu contumelia es affectus, sed qui malè fecit. Extingue gladium acutum, in theca reponatur: si nudum eum habeamus, frequenter & cùm non sit tempus, vtemur. ab ipso perimus. Si verò cælatus sit, si etiam opus fuerit, dum quærimus tegere, extinguetur ira. Pro se Chri C stus nos non vult irasci: audi nanque quid dicat ad Pe
Matth.26.e & Luc.22.b trum, Mitte gladium tuum in vaginam: & tu pro filio irasceris? Doce filium quoq; philosophari. Dic tu quoque tuas ipsi molestias, tuum imitare præceptorẽ. Cùm & discipuli contumelias essent passuri, non dixit, desciscar: verùm & hæc mihi fecerunt, inquit, ferte generosè: non enim vos meliores. Hæc & tu dic ad filium & puerum. Non es domino tuo melior? sed nugæ videntur esse verba philosophiæ. Heu mihi, quòd non ita verbis asserere licet, sicut ipse potest experientia doceri. Et vt discas, considera, si in medio duorum statutus pugnantium, sis partis iniuriam patientium, non autem inferentium, nisi victoriam apud te videris, nisi præclaras reportes coronas. Vide quomodo Christus afficitur contumelia, & quomodo respondet, quàm manGene.4.b suetè. Vbi est, inquit, Abel frater tuus? Et quid ait ille? Nunquid custos ego sum fratris mei? Quid hoc insolentius, si etiam à fratre quis hæc audiat? nam si à fratre, nónne contumeliam id existimasset? Quid igitur? Vide quomodo rursum mansuete deus respondet: Vox sanguinis fratris tui, inquit, clamat ad me. At deus, inquit, est ira superior. Sed propterea dei filius descendit, vt te deum faciat, quantum humana capit virtus. At non possum, inquit, cùm homo sim. Eia ergo tibi homines producamus, neque me Paulum credas di- D rum, neque Petrum, sed quosdam de minoribus, & longè inferioribus. Heli Annam derisit dicens: Digere vinum tuum. Quid hoc contumeliosius? Quid hæc igi- 1.Reg.1.c tur dixit mulier? In aspera die ego sum. Nihil verè tribulationi par, philosophię mater est. Eadem autem hęc & suam habens æmulam, non est eam cõtumelia persecuta. Sed, quid? ad deum confugit. Et orans nec eius meminit, neque dicit: quoniam illa mihi improperat, defende me: tam sapiens erat mulier, erubescamus viri. Et quidem scitis, quòd zelo nihil comparatur. Publicanus à pharisæo contumeliam passus, cõtumeliam non reddidit: licèt si voluisset, vtiq; potuisset, sed æquè tulit dicens: Propitius esto mihi peccatori. Miphibo- Lucæ.18.c seth à seruo accusatus, & passus calumniam, nihil dixit, aut fecit in eum mali, neque coram rege suo. Vis & 2.Reg.19. meretricis audire sapientiam? Audi Christum dicen- d.e tem, cùm pedes ipsius capillis extersit: Publicani & me- Matth.21.b retrices præcedent vos in regno. Vidisti eam stantem & confidentem, & propria abluentem peccata? Vide quomodo pharisæo non est irata, cùm improperare- Lucæ.7.f tur: ait enim, Si sciret, quia peccatrix est hæc mulier, E non eam dimisisset. Nec ad eum dixit: Quid enim quęso, tu mundus es à peccatis, sed plus patiebatur, plus gemebat, feruidiores effundebat lachrymas. Si verò mulieres & meretrices & publicani philosophãtur, & hoc ante gratiam: qua fumus digni venia, post tantam gratiam efficimur bestiis feriores, mordentes & calcitrantes? Nihil ira turpius, nihil ignobilius, grauius nihil, nihil iniucundius, damnosius nihil. Hæc dico, vt nõ tantùm erga viros mites simus, verùm & vt licèt vxor sit loquax, sufferas, sit tibi coniunx palæstra & gymnasium. Quomodo nanque non absurdum gymnasia quidem admitti nullum habentia lucrum vbi corpus atterimus, domi verò gymnasia non facere, coronam & ante certamina nobis præbentia? Contumeliam facit vxor? ne sit vxor tibi. Est enim muliebre contumeliam facere, morbus est animę, defectus est. Ne rem indignã esse credas, cùm vxor contumeliam infert. Indignum cùm tu quidem contumeliam facias, ipsa verò sapienter ferat, tunc dehonestaris, tunc verè contumelia es affectus: si verò passus æquè feras, fortitudinis tuæ magnum est argumentum. Non ad contumelias mulieres F inducens, hæc dico, absit, sed si quando contigerit per satanicam circunuentionem, virorum est fortium ferre imbecilles: etiam si seruus contradixerit, tu philosophare. Ne quod ille dignus est audire, dixeris, aut feceris: sed quod te decet tam facere, quàm dicere. Nunquam contumelia puellam afficiens, turpe verbum emittas, nunquam seruum appelles scelleratum: non enim ille, sed tu contumelia fueris affectus. Non potest iratus in seipso manere, sicut in fluctus surgens mare: ita commiscentur omnia, & tanquam fons purus immisso turbatur cœno, & superiora fiunt inferiora. Siue percusseris, siue tunicam diffregeris, tu maius damnũ sustinuisti. Vi nanque circa corpus & vestem hæret vulnus, tibi verò circa animam. Illam dissecuisti, illam vulnerasti. Deiecisti deorsum ab equis aurigam, trahi supinum fecisti, & est idem, ac si alteri succenseris auriga trahi mallet. Siue increpes, siue commoneas, siue quicquid facias, absque ira, iræ & furore. Si enim increpans medicus patiens est, quomodo poterit alium curare, qui se prius afflixit, semetipsum non sanans? Si quis medicus alterum curaturus accederet, prius habens suam manum vulneratam, ita quęso, curationem obibit? absit. Similiter & tu, siue increpes, siue commoneas, pura

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gneas,pura videant oculi tui,ne mentem conturbes: alioqui quomodo fit curatio? Non potest in eadem esse tranquillitate carens ira & iracundus. Cur præceptorem de sede deturbans,ita humi iacentem alloqueris? Nónne vides iudicantes, qui cùm iudicare debent,super throno sedent in habitu congruo:Itidem & tu animam tuam veste iudiciali exorna: hæc autem est humanitas. At non timebit,inquis:immò magis timebit. Tunc autem, etiam si iusta dicas, furori seruus imputabit: si verò cum mansuetudine,seipsum condemnabit. Quod autem est principale,te deus suscipit, & ita poteris æterna consequi bona,gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri, simul & spiritui sancto gloria, imperium & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

QVOD OB AMOREM CHRISTI OMNEM OPORTET AFFLICTIONEM SUFFERRE, NEQUE RERUM MUTATIONES TIMERI DEBENT.

Homilia LXIII.

Sicut est,dilectissimi,nunc quidem nox, nunc autem dies:& interdum quidem æstas,interdum autem hyems:sic & in nobis,nunc quidem ægritudo,nunc verò sanitas. Itaque ne admiremur,cùm ægrotamus,alioquin & cùm valemus,admirandum esset. Neque tumultuemur, cùm dolemus: alioquin & cùm gaudemus,opus esset tumultuari. Omnia nanque secundum naturam fiunt, & secundum consequentiam:& quid admiraris,si hæc in te? Nam & sanctis illis hoc accidisse quispiam viderit. Et vt hoc discas, eia quam maximæ voluptatis plenam esse vitã existimas, & à molestiis absolutam, hanc in medium agamus. Vis Abrahæ vitam ab exordiis inquiramus? quid igitur hic statim audiuit? Exi de terra tua, & de cognatione tua. Vides rem molestã imperari, verùm & lætam vide subsequentem:Et veni in terram,quam monstrauero tibi, & faciam te in gentem magnam. Quid ergo,postquàm venit in terram,& portum attigit, infesta desierunt? Nequaquam, sed & rursum alia prioribus grauiora sunt subsecuta,fames & peregrinatio,vxorisque rapina,& post hæc alia bona successerũt ei:Pharaonis plaga & dimissio,honor,& illa multa dona,& ad propria reditus,& omnia sequentia talem habent seriem ex lætis & tristibus textam. Et apostolis similia contigerũt,propter quod & Paulus dicebat:Qui consolatur nos in omni tribulatione, vt & nos possimus consolari positos in omni tribulatione. Quid igitur,inquit,ad me semper in tristitiis constitutum? Nesis ingratus,& gratiæ immemor. Nec enim quis potest esse semper in molestiis,nec enim natura sufficit. Sed quoniam in lætitia semper esse volumus, propterea nos in tristitiis semper esse putamus, neq; propter hoc tantùm, verùm quoniam lætorum quidem & bonorũ statim obliuiscimur, tristium autem semper recordamur. Idcirco nos semper in tristitiis dicimus. Nec enim fieri potest, vt homo sit semper in ærumnis: & si vultis, & vitam in deliciis positam indagemus, mollem & diffluentem,& grauem & onerosam & flebilem. Et hanc enim ostendemus vobis tristitias habentem, illam verò remissiones,sed ne tumultuemini. Proponatur autem in medium homo captiuus,& alius iuuenis orphanus magnæ succedens hæreditati. Proponatur autem & quidam mercenarius per totam laborũs diem, & alter deliciis continuè vacans. Vis illius, qui deliciis affluit,molestias prius commemoremus? Cogita quomodo par est ipsius mentem vexari,cùm gloriam se supergredientẽ appetat, cùm à seruis contemnatur,cùm à minoribus contumeliæ habeatur,cùm innumeros patiatur opulentiam suam accusantes, pariter & calumniantes, & alia quæcunque in diuitiis accidere credendum est. Neque dicere licet,inimicitias, offensiones, accusationes, iacturas, inuidentium insidias:qui postquàm ipsius diuitias ad se transferre non potuerint,detrahunt, vndique laniant adolescentem, innumeras ei tempestates concitant. Vis & huius mercenarij voluptatem recenseam? Ab his omnibus est absolutus,quòd si quis eum affecerit contumelia,non dolet,se nanque maiorem putat nemine: non pro pecuniis timet,cum voluptate manducat,cum multa dormit lætitia. Non ita delectantur vinum bibentes Thasium,sicut ille petens fontes,& illis potiens fluentis: at illius nequaquam talia. Si verò dicta tibi non sufficiũt, vt maiorem faciam victoriam,eia regem & captiuum comparemus, & videbis hunc quidẽ in voluptate frequenter versantem,ridentem & ludentem, atque saltantem:illum autẽ in diademate & purpura,mœstum, timentem, & innumeris pressum solicitudinibus, & præ timore mortuum. Nullius enim vita sine tristitia prorsus inueniri potest, sed neque voluptatis expers, neque enim nostra sufficisset natura,sicut prædixi. Si verò hic quidem magis gaudet,hic autem amplius dolet:hoc euenit ex ipso dolente,cùm pusilli sit animi,nó ex ipsa negotiorum qualitate. Nam si iugiter gaudere velimus, multas habemus occasiones. Nam si virtutem arripuerimus, nil iam erit, quod nos contristet: hæc enim se possidentibus bonas prætẽdit expectationes:& deo gratos & apud homines reddit probabiles, & ineffabilem affert voluptatem. Licèt enim in obeundo virtus laboris aliquid habeat,multa tamẽ conscientiam implet delectatione: & tantam intrinsecus affert voluptatem,quantam sermo nullus exprimere possit. Quid enim tibi de præsentibus iucundum esse videtur? nónne lauta mensa, & corporis sanitas, & gloria ac diuitiæ:Sed hæc suauia,si illi cõpares voluptati sunt omnibus amariora ad eam collata. Nihil enim bona suauius conscientia,& bona spe. Et si vultis hoc discere, hinc migraturum interrogemus, vel senio confectum,& cõmonefacientes eum lautæ mensæ,qua quõdam oblectabatur,& honoris & gloriæ & bonorum operum, quæ vnquam fecit: rogemus,in quibus magis exultat. Et in illis quidem videbimus erubescentem,& se cælantem:in his verò gestientem,& exultantem. Sic & Ezechias,cùm ægrotaret,non gloriæ,non regni,non opiparæ meminit mensæ,sed iustitiæ:ait enim,Memento domine, quomodo ambulauerim in conspectu tuo, in via recta. Vide & Paulum ex his exultantem,& dicentem:Bonum certamen certaui,cursum consummaui,fidem seruaui. At inquis,Quid hic lebebat,quod diceret? Multa & plura quàm diuites:& honores, quibus honoratus fuit: & ministerium,quo potiores est,& multum obsequium. An non audis ipsum dicentem:Tanquam angelum dei suscepistis me, tanquam Christum Iesum:&,si posset fieri,oculos vestros eruentes,dedissetis mihi.&, quòd pro anima ipsius ceruicem supposuerunt? Sed nihil eorum in medium agit,sed ipsos labores & pericula,& pro his coronas, & valde quidem & iustè. Hic enim ista relinquunt, illa verò nobiscum migrant. Et istorum quidem rationem dabimus, horum autem

Gene.12.a
Ibidem.
2.Cor.1.a
Esaiæ.38.a
2.Tim.4.b
Galat.4.b
Roma.16.a

rum autem præmia repetemus. Non nostis in nouissima die,quomodo peccata animam conuoluunt? qualiter ab imo cor mouent? Tunc itaque cùm ista fiunt,bonorum assistens operum memoria, tanquam in tempestate serenitas animam consolatur tumultuantem. Si nanque vigilemus, & viuentibus nobis hic semper motus aderit:sed quoniam sensu carere videmur,cùm hinc eiiciemur,adstabit omnino: siquidẽ & reus tunc maximè dolet,cùm ipsum ad tribunal eduxerint:tunc maximè contremiscit,cùm tribunali,vicinus est, cùm sit opus pœnas dare. Propterea nanque multorum timores tunc audire licet narrantium,& aspectus terribiles: quorum spectaculum non amplius ferentes qui moriuntur,lectum ipsum multa cũ perturbatione concutiunt iacentes, & præsentes toruum aspiciunt, anima se intro compellente,& corpus erumpere differente, nec angelorum venientium præsentiam ferente. Nam si tremendos homines nos videntes expauescimus: angelos minaces, & potestates sæuas accedentes cùm videbimus, quid nõ patiemur,cùm anima de corpore nobis extrahetur,& vi rapietur, & multum incassum & frustra lamentabitur? Nam & diues ille postquàm hinc migrauit,multum defleuit, sed nihil profecit. Propterea suadeo,omnia faciamus,ne à tanta deciamus gloria,futura scilicet. Nihil enim difficile,si velimus: nihil graue,si attendamus. Nam si patimur,& conregnabimus. Quid est,patimur? si tribulationes ferimus & persecutiones,si viam ambulemus angustam. Nam angusta quidem à natura est laboriosa,voluntate verò nostra leuior efficitur, propter spem futurorũ. Momentaneum enim & leue tribulationis per excellentiam in excellentiam æternum pondus gloriæ operatur:non considerantibus nobis quæ videtur,sed quę non videntur. Transferamus igitur oculos in cœlum, & illud cogitemus semper,& spectemus. Si enim in illis semper immoremur,nihil circa quæ sunt hic iucunda,patiemur,non tristia ægrè feremus. Verùm & hæc & similia deridebimus, & nos aut extollere, aut mancipare nihil poterit,si modò desiderium illuc intendamus,si respiciamus ad illam charitatem. Et quid dico? non dolebimus malis præsentibus? nec enim iam ea cernere videbimur,tale quid enim est amor. Certè nos non præsentes,sed absentes,at desideratos per dies singulos cogitamus. Magna nanque vis est charitatis, ab omnibus separat,& amato animam alligat. Si Christum ita dilexerimus, omnia præsentia vmbra,omnia imago videbuntur & somnium. dicemus & nos, Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio an angustia? Non dixit,pecuniæ,an diuitiæ,an ornatus: hæc enim valde vilia, & deridenda: sed quæ videntur esse grauia posuit, Fames,persecutiones,mortes:& ille quidem & hæc,tanquam nihil essent,contempsit: nos autem propter pecunias à vita nostra separamur,& à lumine abscindimur. Et Paulus quidẽ non mortem,non vitam, non præsentia, non futura,non aliam creaturam, eius charitati præponit: nos autem si modicum auri viderimus,accendimur,& ipsius pessundamus leges. Si verò non hæc cùm dicuntur,tolerabilia,multò magis cùm fiunt. Hoc enim est graue quod audientes quidem horrescimus,facientes autem non horremus: quin & iuramus leuiter, & peieramus, & rapimus, & exigimus vsuras,& nullam molestiæ gerimus curam, & à diligentissima recedimus oratione, & mandatorum plura præuaricamur:& propter pecunias nullam nostrorum agimus membrorum rationem. Qui nanque pecunias diligit, & innumera proximo malâ patrabit,& sibi pariter cum illo. Nam & facilè irascetur, & conuiciabitur,vocabit stultum,& iurabit,ac peierabit,& nec antiquæ legis seruabit mensuras: non enim diliget proximum, qui diligit aurum, cùm nos & inimicos diligere propter regnum iubeamur. Nam si prisca obeuntes præcepta ad cœlorũ regna peruenire non poterimus,nisi superabũdet iustitia nostra magis quàm illorum:& illa præuaricantes,quam assequemur excusationem? Qui pecunias amat, non tantùm inimicos non diliget, verùm & amicis tanquam inimicis vtetur. Et quid amicos dico? Nam & frequenter ipsam ignorauere naturam, qui pecuniarum amore sunt capti. Talis consanguinitatem non nouit,familiaritatis non reminiscitur,non reueretur ætatem,amicum habet neminem: sed in omnes se geret inimicè, ante omnes alios in semetipsum, non eò tantùm quòd animam suam perimat, verùm & innumeris semetipsum affligat solicitudinibus,laboribus,& tristitiis. Nam & peregrinationes & inimicitias & pericula & insidias, & quodlibet sustinebit, tantùm vt omnium malorum penes se radicem habeat,& multum auri connumeret. Quid igitur hac peste grauius esse possit:Nam & deliciis & omni voluptate, propter quam multa peccant homines,& gloria & honore caret. Qui nanque pecunias diligit, innumeros habet suspectos,& multos accusatores,inuidos,& calumniatores,& insidiãtes. Qui nanque patiuntur iniuriam, oderunt tanquàm malè habiti:nondum verò passi,timẽtes ne patiantur,& passis condolentes idem indicunt bellum. Maiores autem & potentiores dolentes,& ægreferentes pro humilioribus, insuper & inuidentes, similiter inimici sunt, & oderunt. Et quid homines dico, cùm & deum aliquis habeat hostem:Quæ iam huic spes superierit:quæ consolatio, quæ refrigeratio? Qui pecunias diligit, nunquam eis vti poterit,sed seruus erit & custos,non dominus semper:plures enim efficere studẽs,nequaquam impendere volet: semetipsum autem cruciabit, & omnium pauperum parcissimè viuet,nullum faciens cupiditatis terminum: cùm pecuniæ sint, non vt custodiamus,sed vt vtamur. Si verò defodere debeamus aliis,quid nobis possit esse miserius,qui circuncursamus aliena comprehendere quærentes, vt intus includamus, & communem præcidamus vsum? Est autem & alia pestis hac nõ inferior. Nam hi quidem in terram infodiunt, hi autem in ventrem & voluptatem & ebrietatem cum iniuria,& ex intemperantia pœnam sibi ferentes:& hi quidem parasitis & assentatoribus, hi verò aleis & meretricibus,& aliis huiusmodi suppeditant impensas:innumeras sibi secantes vias,ad gehennam ferentes,rectam & sanctam deserentes in cœlum ducentem:cùm non modò lucrum, sed etiam voluptatem dictis maiorem habeat. Nam qui meretricibus erogat, ridendus erit & turpis, & multa feret bella, & modicam voluptatem, immo verò neque modicam: quotquot enim fornicantibus dederit mulieribus, ei nullam habebunt gratiam. Dolium enim perforatum est aliena domus:alioquin autem impudens est huiusmodi genus,& inferno similem esse ipsius amorem Salomon comparans dixit. Et tunc tantùm desistit,cùm omnibus nudatum amatorem esse viderit: quamdiu neque tunc cohibetur,sed magis furatur,& insultat iacenti, & multum in eum commouet risum: & tantis eum malis afficit, quanta neque sermone possunt recenseri. Sed saluatorũ non est talis voluptas:nec enim hic riualem

Luce.16.f
1.Tim.2.b
1.Cor.4.d
Roma.8.g
Prou.30.c
Leuit.19.c
Matth.5.g
Ibidem.c

Ghic riualem quiſpiam habet,ſed omnes gaudent & exultant,& proſperè agentes,& intuẽtes.Non furor,non mœſtitia,non dedecus, & opprobrium huius animam obſidet: ſed multa quidem conſcientiæ lætitia, multa verò ſpes futurorum:porrò præclara gloria,& claritas multa, & quod eſt omnium maximum,dei beneuolentia & protectio,& nullum præcipitiũ,aut ſuſpicio: ſed quietus portus,atq; trãquillitas.Hæc igitur omnia cogitantes,& voluptati voluptatem comparantes,eligamus meliora:vt & futuris fruamur bonis,gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti,cũ quo patri gloria,ſimul & ſancto ſpiritui,in ſecula ſeculorum,Amen.

QVOD MAXIMVM EST LVCRVM *in tribulationibus gratiarum actio.*

Homilia.L XIIII.

Nihil tam præclarum,dilectiſſimi,ad glorię rationem & fiduciæ,quàm à deo diligi,& ipſum diligentem tanquam deum diligere.Hoc angelos ſplendidos facit, hoc principatus & poteſtates, hoc reges maiores: propterea & Paulus hoc ante regnum poſuit:propterea & incorporeas virtutes beatas exiſtimo, quòd eum diligunt, & in omnibus parent. Pſal.102.d Hinc & propheta eas admirabatur,dicẽs:Potentes virtute facientes verbum eius. Hinc & Seraphin Eſaias predicabat,magnam eorum virtutem oſtendens,& ex eo quòd ſtent apud gloriam illam:quod maximę charitatis eſt ſignum.Imitemur & nos itaq; ſupernas virtutes: neque tantùm iuxta thronum ſtare ſtudeamus, verùm & inhabitantem eum habere in throno ſedentem.Nam ille quidem & exoſos dilexit,& diligẽs perſeuerat. Nam & Solem oriri facit ſuper bonos & malos,& pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Tu verò diligentem ama,diligit enim.Et quomodo diligẽs,inquit,gehennam & pœnam & vltionem minatus eſt? Propterea diligit:etenim tuam mutilans vltionẽ,& tanquaſi freno quodam timore in peiora cohibens impetum, omnia facit & tractat,tam per ſuauia,quàm per triſtia ab vlteriori ad inferiora decurſu te reprimens, & ad ſe reducens, & ab omni ſoluens malitia,quæ gehenna peior eſt.Si verò rides dicta,& multò potius in nequitia viuere vis,quàm ſolo die puniri, nihil mirandum. Nam & hoc eſt ſententiæ tuæ vilis indicium,ebrietatis & inſanabilis morbi. Quoniam & infantes parui cùm medicum viderint,ignem vel ſectionem inferentem,fugiunt,& vlulantes reſiliunt,& plangẽtes:& malunt continua corporis tabe conſumi,quàm temporalem ſuſtinentes dolorem futura ſanitate potiri. Mentem autem habentes,norunt quòd ægrotare quàm ſecari grauius eſt:ſicut & malum eſſe peius eſt quàm puniri.Nam curari quidem,eſt & conualeſcere:perire verò,& in continua eſſe ægritudine.Quòd autem ſanitas infirmitate melior eſt,cuique manifeſtum:quoniam & latrones non quando latera fodiuntur,lugere dignum eſt,ſed cùm parietes perfodiunt,& cædẽtes atrectant.Nam ſi corpore melior eſt anima,ſicut certè melior eſt, hac pereunte magis dolendum eſt,& conquerendum:ſi verò non ſentiat,& ita magis oportet eum deflere. Nam & laſciuo captos amore magis,quàm grauiter febricitantẽ dignum eſt miſerari: & ebrios amplius, quàm eos qui torquentur. Sed ſi hæc,inquit,grauiora,quare potius hæc eligimus:quoniam multis hominum,iuxta prouerbium,peiora placent,& hæc eligunt,omittentes meliora:quod & in ferculis videri poteſt, & in cõuerſationibus,& in vitę imitationibus,& voluptatis delectatione,in vxoribus,& in ſeruis,& agris, & in omnibus aliis fieri. Et licèt naturalia præternaturalibus iucundiora ſint:attamẽ multi ſunt,qui deridenda,& iniucunda,& pœnam habentia,tanquam iucunda ſectantur. At illis,inquit,hæc eſſe videntur iucunda:ſed propter hocipſum quidẽ ſunt miſeri,quòd non voluptuoſa,voluptuoſa eſſe putant:ſic & peccati pœnam peccato peiorem cenſent,non eſt tamen,ſed contrarium omnino.Si enim eſſet malum peccantibus caſtigari,malis mala deus non adiunxiſſet,nec eos peiores facere voluiſſet.Qui enim omnia facit,vt extinguatur malitia,non eam auxiſſet.Non itaque peccati malum eſt caſtigari,ſed ita perſeuerantem non corrigi: ſicut ægrotum non curari. Nihil enim tam malum, quàm mala cupiditas:malam autem cùm dico,& deliciarum dico, & intempeſtiuæ gloriæ,& potentiæ, & omnium generaliter vltra neceſſitatem rerum cupidinem. Talis enim lubricam, & diſſolutam viuens vitam, omnibus quidem beatior eſſe videtur:omnium tamẽ eſt miſerrimus, ſuæ ſuperinducens animæ graues dominos & tyrannos. Propterea deus præſentem vitam nobis fecit laboriоſam, vt ab illa nos abſoluat ſeruitute, & ad puram libertatem perducat.Propterea pœnam quoque minatus eſt, & vitæ noſtræ labores cõſtituit,laſciuiam reprimens.Ita quidem & Iudæi dum luto fuerũt & lateritio operi alligati,mites erant, & continuè deũ vocabant:poſtquàm verò libertate potiti ſunt,murmurabant, & deum exacerbauerunt, & ſe malis infixerunt innumeris.Quid igitur,inquit,de his dices,qui frequẽter à tribulatione ſubuerſi ſunt:Quòd non tribulationis opus ſubuerſio,ſed illorũ imbecillitatis. Nec enim ſi quis infirmum habẽs ſtomachum, amaram non admittat medicinam ipſum curare valentem, ſed potius atteratur: medicinam nos accuſabimus,ſed mẽbri infirmitatem,ſicut & hic mentis facilitatem. Etenim à tribulatione ſubuerſus, multò magis hoc à remiſſione pateretur:nam ſi ligatus cadit,hoc enim eſt tribulatio, multò magis laſciuè viuens.Et qualiter,inquit,potero non à tribulatione ſubuerti? Si cogitaueris, quòd ſiue velis,ſiue nolis,illatum patieris:ſed ſi gratè quidẽ,maxima lucraberis:ſi verò ægreferens,ſuperbiens,& blaſphemans, neque calamitatem ita minorem facies, & maiorem reddes procellam. Hæc itaque cogitantes, quod neceſſitatis eſt,hoc noſtræ voluntatis eſſe faciamus.Quale quod dico:Filiũ aliquis amiſit legitimum, alter totam rem: ſi cogitaueris, quòd factum quidem ſolui non poteſt,poteſt autem ex inſanabili calamitate aliquid decerpi, caſum generoſè ferendo, & pro blaſphemis verbis domino benedictionem referendo: ita mala non voluntariè illata, tibi fient liberæ merita voluntatis. Vidiſti filium ante tempus raptum,dic: Dominus dedit,dominus abſtulit. Vidiſti diuitias exhauſtas,dic: Nudus exiui de ventre matris meæ, nudus & illuc reuertar. Vidiſti malos proſperis fruentes, & iuſtos aduerſis laborantes, & innumera patientes mala, neſcis autem rerum, quæ fuerit, cauſam inuenire,dic: Vt iumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum. Si verò & cauſam quæris, cogita, quòd conſtituit dies,quo iudicaturus,eſt terrarum orbem, & omnem expelles dubitationem: ſic meritis enim tunc quiſque recipiet, ſicut Lazarus & diues. Reminiſcere Apoſtolorum. Nam & cùm flagellarentur, pellerentur,& innumera ſuſtinerent tormẽta,gaudebant,quòd digni fuiſſent habiti pro noſtine Christi contumeliam pati.

Matth.5.g

Exod.1.e

Iob.1.d

Ibidem.

Pſal.72.d

Lucæ.16.a

Acto.5.g

Aliam pati.Igitur & tu ſi fueris ægritudine correpus,fer generoſè,& deo gratias age,& eandem cum illis mercedem accipies.Quomodo verò in ægritudine poſitus & doloribus,deo gratias habere poteris?Si eum legitimè diligas. Nam ſi pueri tres in caminum proiecti,& alij in carceribus, & in aliis innumeris conſtituti malis,agere gratias non deſinebant:multò magis in egritudinibus poſiti, grauibus oppreſſi morbis hoc facere poterunt.Nihil enim eſt quod non ſuperet amor cum deſiderio. Cùm autem & dei ſit deſiderium, omnium eſt altiſſimum,& neque ignis,neque ferrum,neque paupertas,non infirmitas,non mors,nec aliud quid huiuſmodi graue videbitur talem amorem poſſidenti: ſed omnia deridens,ad cœlum volabit,& illic morantibus nihilo ſe geret indignius, aliud intuens nihil,non cœlum,non terram,non mare:ſed ad vnam tantùm pulchritudinem intentus illius gloriæ:& nec eum præſentis vitæ triſtia humiliabãt,nec extollere & inflare ſuauia poterunt,& voluptatem habentia. Capiamur igitur hoc amore:huic enim par nihil & propter preſentia, & propter futura. Quin inſuper propter ipſam amoris naturam liberabimur & à præſentis vitæ,& à futuri ſeculi ſuppliciis, & regno fruemur. Veruntamen B neque gehennæ abſolutio,neque regni delectatio magnum aliquid eſt ad id,quod eſt dicendum.Hoc enim omnium eſt maximum, Chriſtum amatum, ſimul & amatorem habere. Si enim hoc in hominibus contingens omni voluptate ſuperius eſt, cùm hæc vtraq; circa deum euenerint, quis ſermo, quæ mens exprimere poterit huius animæ beatitudinem?Nulla profectò,ſed experientia ſola.Vt itaque per experientiam diſcamus hanc ſpiritualem lætitiam, & beatam vitam, & mille bonorum theſaurum, omnia dimittentes, illam charitatem retineamus. Hæc igitur audientes, nunquam in tribulationibus abominationem patiamur,neque cogitationes proprias ſequẽtes indignemur:ſed multam exhibentes tolerantiam, ſpe paſcamur noſtri ſcientes facilitatem,& quòd nos non deſpiciens,triſtium experientiam capere permittit, ſed nos volens certantes præclaram reportare coronam: ſic omnes ſanctі probabiles apparuerunt.propter hoc & apoſtoli dicebant: Acto.14.d per multas tribulationes oportet nos in regnum dei C introire.Et ipſe Chriſtus diſcipulis dicebat: In mundo Ioan.16.g tribulationem habebitis. Ne triſtemur itaque propter 2.Timo.3.c tribulationes, ſed Paulum audiamus dicentem, Quòd volentes piè viuere in Chriſto Ieſu,perſecutionem patientur.Et neque conſternemur,aut ægrè feramus:ſed cum omni virtute ingruentia feramus, non ad tribulationes:ſed ad lucrum reſpicientes.Hinc nobis proueniens:hæc enim eſt ſpiritualis mercatura.Et ſicut pecunias colligere volentes:& hoc ſecularem exercentes mercaturam,non aliter propriam rem augere poſſent, niſi multa terræ,marisque pericula ſuſtinerent:neceſſarium enim eſt & latronum inſidias,& piratarum incurſus ſufferre,& prorſus omnia cum magna ſubeunt promptitudine propter lucri expectationem, nullum capientes triſtium ſenſum: eodem & nos modo diuitias hic nobis confluentes & ſpiritualẽ cogitantes mercaturam,gaudere decet & exultare:nec quæ videntur, ſed quæ videri non poſſunt,conſiderare. ſic & Paulus monet,dicens:Non conſiderantibus nobis quæ vi- 2.Cor.4.d dentur.Hoc enim fides eſt,cùm corporeis duntaxat oculis non ſumus contenti,ſed mentis obtutibus inuiſibilia cogitamus.Illa nanque præſertim his quæ corporeis cernũtur oculis,credibiliora cenſere nos oportet.

Ita patriarcha fuit illuſtris & gratus,quoniam deo credidit promiſſioni: & natura factus altior & humanis rationibus,quamobrem & reputatũ eſt ei in iuſtitiam. Cogita quòd eſt iuſtitia his,quæ dicuntur à deo,credere.Cùm ille quid promiſerit,ne mihi res ſecundum humanam exigas conſequentiã:ſed talibus ſublimior cogitationibus,pollicentis virtute confidas.Ita iuſtorum quiſq; probabilis fuit:ſic & admirabilis Ioſeph tot mediis poſt ſomnia factis obſtaculis, non eſt cogitatione turbatus,non tumultuatus: ſed corroborato ſenſu generoſè cuncta ferebat, ſciens quòd dei decreta cadere nõ poſſunt.Quapropter & poſt ſeruitutẽ,& carcerẽ,& tãtam calũniã,totius Aegypti principatũ accepit.Hæc igitur omnia cogitantes,ingruẽtibus fortiter occurramus,clemẽtiæ diuinæ pro omnibus agentes gratias,& ab eo protectionẽ expectãtes:qua nos omnes frui cõcedatur,gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cũ quo patri,ſimul & ſpiritui ſancto gloria,imperiũ & honor nunc & ſemper,& in ſecula ſeculorum, Amen.

Gene.15.b & Roma.4.a & Galat.4.a & Iacob.2.g

Gene.41.e

QVOD DEO GRATIAS AGERE DEBEMVS, *qui commenſurata nobis certamina largitus eſt, nihil autem graue præcepit.*

Homilia.L XV.

Nihil diabolo ſceleſtius aut peius, dilectiſſimi: ſemper enim inutilibus ſuos inuoluit laboribus,& diſtrahit:neque modò brabia conſequi non permittit, ſed & ſupplicij reos facere conſuevit. Non tantùm prædicationẽ,verùm & ieiunium,& virginitatem eis ſancit,non modò præmiis priuaturus,verùm & magnum malum ea exercentibus illaturus, de quibus dicitur.Cauteriatam habentium conſcientiam 1.Tim.4.a ſuam.Quapropter exhortor,pro omnibus deo gratias agamus,quòd nobis & labores releuauit, & auxit præmia.Quibus enim apud nos modeſtè nubẽtes potiuntur mercedibus,apud hæreticos virginitatem ſeruantes non potiuntur, ſed fornicantium pœnæ facti ſunt rei.Totum autem eſt,eò quòd recta nihil faciant intentione,ſed in accuſatione dei creaturarum, & ineffabilis dei ſapientiæ.Ne torpeamus itaque,nobis deus menſurata dedit certamina nullum habentia laborem, ne F propter hoc tamen contemnamus.Si enim hæretici ſe laboribus intẽdunt inutilibus:quę nobis erit excuſatio, neque minores, & maiorem afferentes mercedem ſuſtinere noſtibus? Quid enim graue,quidve moleſtum in Chriſti præceptis:Non potes virginitatem ſeruare, licet tibi nubere:non potes te tuis omnibus priuare,licet tibi de tuis miniſtrare. Veſtra ſuperabundantia illorum inopiam ſuppleat.Hæc enim videntur eſſe grauia: qualia verò? Pecunias dico contemnere, corporalem vincere concupiſcentiam: reliqua verò nullius indigent impenſæ,nullius violentiæ. Quæ enim quæſo, violentia non detrahere, neque temerè calumniari? Quæ verò violentia non alienis inuidere bonis,vel gloria non capi? Torqueri & ferre, tolerantiæ ſunt: philoſophiam exercere, tolerantiæ: ferre paupertatem, tolerantiæ: fame impugnari & ſiti, tolerantiæ. Cùm verò nihil adſit huiuſmodi, ſed ſuis licea[illegible] tentem, vt Chriſtianum decet, alienis non inuidere: quæ violentia?Inuidia non aliud ſe,quàm ex nimia præſentium cura,quinimò omnia mala.Nam ſi pecunias nihil eſſe putares, & huius mundi gloriam habentibus non inuideres:ſed quoniã eis inhias & admiraris,& attonitus cõcupiſcis,propter hoc & inuidia te pulſat,propter

Universidad de Deusto
Biblioteca

G hoc & inanis gloria,& omnia naſcuntur ex rerum vi-
tæ præſentis admiratione . Inuides quòd ille dives eſt?
At potius miſericordia dignus eſt,& lachrymis huiuſ-
modi.Sed ſtatim ridens dices:Ego lachrymis dignus,
non ille.Lachrymis dignus & tu,non quoniam pauper
es,ſed quoniam te miſerabilem exiſtimas . Nullum e-
nim malum habentes,& ægrè ferentes deflemus : non
quoniam malum aliquod habeant , ſed quoniam non
habentes habere ſe putant : ſicut ſi quis febre liberatus
mœreat,& valens verſetur in lecto poſitus, nónne fe-
bricitante magis eſt deplorandus? non quoniam febre
laboret, ſed quoniam nihil habens graue, ſe putat ha-
bere.Et tu propterea lachrymis dignus es,quoniam te
putas miſerabilem,non propter paupertatem.Paupertatis enim ratione beatus es exiſtimandus. Quid inuides diuiti? quoniam ſe maiorum curarum reum conſtituit,quoniam grauiori ſeruitio,& infinitis mœroribus,quaſi quidam canis ſuis alligatus eſt pecuniis.Prę-
occupauit veſpera,pręoccupauit nox,& hic quietis tę-
pus habet tumultus occaſionem , & amaritudinis , &
triſtitiæ,ac ſolicitudinis . Sonus factus eſt, ſtatim exi-
H liit.Ille ſpoliatus eſt,maiorem habet illo ſolicitudinem,
qui perdidit : ille enim ſemel perdidit, & contriſtatus
curam depoſuit , hic autem eam habet continuè . Su-
peruenit nox noſtrorum portus malorum, noſtrarum
lenimen ærumnarum , vulnerum medicina . Nam &
aliquo dolore detenti , amicis quidem & conſangui-
neis,& familiaribus,frequenter autem & patribus non
ceſſere conſolantibus,nec paruerunt: verùm & ad ip-
ſa verba ſunt indignati:ſomno verò quieſcere iubenti,
neque contrà aſpicere valuerunt. Doloris enim ama-
ritudo magis omni æſtu noſtras affligit animas. Sicut
igitur corpus exæſtuans , & ardentioribus radiis fati-
gatum demulcet diuerſorium,multos fontes & ab au-
ra tenui conſolationem habens , ita nox ſomno no-
ſtram tradit animam . Sed potius tamen neque nox,
neque ſomnus hoc operatur,ſed deus hoc ęrumnoſum
intuens genus,hæc omnia fecit . At noſtri noſipſi non
miſeremur, ſed tanquam nobis inimici ſimus , maio-
rem excogitauimus naturali neceſſitate , & requie ty-
rannidem,ex diuitiis vigilãdi ſolicitudinem:ait enim,
Eccles.8.d I Cura diuitiarum amouet ſomnum . Et vide quanta ſit
dei cura.Non propoſito requiem permiſit,ſed natura-
libus eam vinxit neceſſitatibus , vt & inuiti beneficio
fruamur . Nam dormire naturæ eſt , nos autem quaſi
nos multum exoſi, tanquam alios impugnantes & af-
fligentes, hac naturali neceſſitate maiorem excogita-
uimus tyrannidem ex pecuniis . Dies illuxit,& huiuſ-
modi ſycophantas timet . Nox comprehendit,tremit
latrones . Mors adeſt , magis quàm morte mordetur
quòd illa ſiunt aliena . Filium habuit,maior cupiditas,
& tunc pauper eſſe ſibi videtur.Non habuit,magis do-
luit.Hunc ergo beatum vocas,qui nulla ex parte lætari
J poteſt? Huic inuides naufraganti , in tranquillo pau-
pertatis portu conſtitutus.Et hic verè eſt humanæ de-
fectus naturæ,bona generoſè non accipere,& in bene-
ficia contumelioſum ſe gerere.Et hæc quidem hìc,cùm
autem illuc migrauerimus, audi quid diues loquatur,
qui fuerat innumerorum, vt ipſe dicis, bonorum do-
minus . Nam ego non hæc bona dixerim , ſed indiffe-
rentia . Hic igitur infinitę cum dominus bonorũ quid
dicat,audi,& in cuius rei ſit inopia conſtitutus : Pater,
Lucæ.16.f inquit,Abraham mitte Lazarum,vt ſummo digito in-
ſtillet aquam linguę meę,quoniam torreor.Nam ſi ni-
hil eorum quæ dixi, pateretur ille diues, ſi in libertate
ſine cura totam egiſſet vitam:& quid dico totam egiſ- K
ſet vitam? vnum illud momentum,momentum enim
eſt:ait enim,Quaſi vnum momentum tota ętas noſtra
ad infiniti ſeculi comparationem. Si igitur ei pro vo-
tis omnia ſucceſſiſſent , nónne miſerabilis eſt ex hiſce
verbis,imò verò factis?Nónne vino exundabat menſa
tua?nunc verò nec guttæ laticis es dominus,& hæc in
multa neceſſitate conſtitutus. Nónne pauperem vlce-
ratum deſpiciebas? nunc autem rogas eum videre, &
nẽmo præbet.Pro foribus tuis adſtabat,nunc autem in
Abrahæ ſinibus. Sub magnis tu recubabas tectis,nunc
in igne gehennæ . Hæc audiant diuites,imò verò non
diuites,ſed miſericordia carentes.Non enim quoniam
dives fuerat,puniebatur: ſed quoniam miſericordiam
non exhibuit.Poteſt enim fieri,vt locuples & miſerens
omne bonum aſſequatur . Et propterea nullum alium
videt,niſi illum ſui indigentem:vt diſcat,quòd hæc in
ſtè patiatur,in memoriam eorum veniẽs,quę gerebat.
Num non erant innumeri diuites iuſti?Sed ad eius ia-
nuam iacẽs hic ipſi occurrit:ipſum & nos docẽs,quan-
tum ſit bonum in pecuniis non confidere. Nihil illum
læſit paupertas ad regnum acquirendũ nihil huic pro-
fuerunt diuitiæ ad fugiendam gehennam . Quouſque L
pauperes,quouſque mendici?Non eſt pauper,qui nihil
habet,ſed qui multa cõcupiſcit.Non eſt dives,qui mul
ta poſſidet,ſed qui nullius indiget.Quid enim vtilita-
tis omnem terrarum orbem poſſidere quidẽ,& in ma-
iori viuere miſeria, quàm qui nihil habet? Voluntates
& diuites faciunt & pauperes,non pecuniarum copia,
nec egeſtas.Vis fieri dives tu pauper? licèt tibi,ſi velis,
& eſt qui prohibeat nemo.Contemne mundi pecunias,
nihil eſſe cogita,ſicut & ſunt:elimina pecuniarũ amo-
rem,& dives factus es.Hic eſt dives,qui dives eſſe non
vult:qui pauper eſſe renuit,hic eſt qui pauper eſt.Sicut
enim ægrotus eſt ille,qui & in ſanitate mœſtus eſt:non
ille qui morbum omni ſanitate fert leuius : Itidem &
pauper eſt,qui paupertatem ferre non poteſt,ſed in di-
uitiis ſe pauperibus pauperiorem eſſe putat:non ille qui
pauperiem quàm diuites opulentiam fert lętius,hic e-
nim eſt ditior.Cur enim,quæſo,pertimeſcis paupertatem?quare contremiſcis:Nónne propter famem?nón-
ne propter ſitim?nónne propter frigus?an non propter M
hæc?Sed eſt nemo qui de his vnquã dubitauerit. Nam
reſpicite in antiquas generationes,& videte quis cre- Eccli.2.b
didit domino,& derelictus eſt:vel quis ſperauit in eũ, Matth.6.d
& confuſus eſt.& iterum,Reſpicite volatilia cœli,quòd
non ſeminant,neque metunt,neq; congregant in hor-
rea,& pater veſter cœleſtis paſcit ea. Neminem facilè
quis haberet,quem fame vel frigore mortuum oſten-
deret:cur ergo paupertatem formides,non potes dice-
re.Si neceſſariis enim abundas,quid tandem enim tre
mis? quod non eſt tibi ſeruorum multitudo, hoc eſt à
dominis eſſe liberum,hoc perennis beatitudo,hoc à ſo
licitudine libertas . At quòd vaſa,lecti,& ſupellectilia
tibi non ſunt ex argento elaborata:ſed quid te plus ha-
bet delectationis,qui talia poſſidet? Nihil. Vſu namque
ſunt paria,ſiue ex hac,ſiue ſint ex illa materia.At quo-
niam terribilis non es multis:nec vnquam fiat . Quæ
nanq; voluptas,quòd te multi tremant,atque formi- Roma.11.a
dent?ſed quòd alios ipſe timeres,at timendũ non eſt.Vis
enim non timere poteſtatem , bonum fac , & habebis
laudem ex ea.At quoniam contemptui ſumus obnoxij,
& malè pati periclitamur:principue quidem paupertas
hoc non facit,ſed malitia . Quoniam cùm multi pau-
peres quietè præſentem vitam degant,principes,diui-
tes, &

A tes,& potentes omnibus malefactoribus,latronibus &
furibus migrauere miſerius:quod enim in te paupertas
habet,in illo diuitiæ. Sicut enim tibi per contemptum
hi malefaciunt,affligere volentes,ſic illi per inuidiam
& liuorẽ:& magis hic,quàm illic ſæuitur:hæc vis ma-
lefaciendi , quàm illa fortior . Nam inuidens quidem
totis viribus & potentiis omnia facit, contemnens au
tem & quandoque miſeretur eius,quem contemnit:&
hoc illi factum eſt liberationis cauſa, quòd pauper eſt,
& nihil habet fortitudinis:& dicentes,magna geres,ſi
illum interfeceris : ſi vnum occideris inopem, quibus
potieris prędiis?ita illius iram reprimimus:at in diui-
tibus inſtat inuidia,non prius deſinẽs,quàm quod vult
fecerit, & ſuum effuderit venenum . Vides,quòd non
paupertas, neque diuitiæ bonum,ſed voluntas noſtra?
Hanc bene componamus, & ſapiẽter ſe gerere doceamus . Si hæc bene diſpoſita fuerit, neque diuitiæ nos à
regno pellere poterunt,neque paupertas vt minus ha-
beamus faciet.Sed paupertatem æquè feremus,nec hic
vllam de futurorum delectatione bonorum iacturam
facientes : verùm & his fruemur, & cœleſtibus potie-
B mur bonis:quæ nos omnes aſſequi detur,gratia & be-
nignitate domini noſtri Ieſu Chriſti , cum quo patri,
ſimul & ſpiritui ſancto gloria, imperium & honor
nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

QVOD COELESTE REGNVM ABS-

que tribulatione & laboribus acquiri non poteſt.

Homilia.LXVI.

Pſal.118.i

Threm.3.d
Pſal.93.b
Prou.3.b
Eccli.2.a

Ioan.16.g
Ibidem.d

Matth.7.b
C

MInculum eſt indiruptum tribulatio , chariſſi-
mi , dilectionis argumentum , compunctio-
nis & reuerentiæ materia. audi nanque Da-
uid dicentem : Bonum mihi domine , quia humiliaſti
me,vt diſcam iuſtificationes tuas.& rurſus alium pro-
phetam dicentem:Bonum eſt viro,cùm portauerit iu-
gum à iuuentute ſua.& iterum: Beatus homo,quem tu
erudieris domine. Et alium quendam dicentem:Noli
conténere diſciplinam domini.Et ſi vadis fruire deo,
præpara animam tuam ad tentationem. at rurſum &
Chriſtus dicebat : In mundo tribulationem habebitis,
ſed cõfidite.& iterum,Plorabitis & lugebitis vos,mun
dus autem gaudebit.& iterũ: Angуſta eſt & arcta via.
Vides vbiq; tribulationem laudari,paſſim aſſumi tan-
quam nobis neceſſariam:Si enim in externis certami-
nibus abſque hac nemo coronam capere poteſt, niſi la-
boribus, & ciborum obſeruatione, viuendi norma, &
vigiliis , & innumeris aliis ſemetipſum corroborauе-
rit:multò magis hic . Quem enim vis dicere?regẽ?ſed
nec ille procul à curis vitam agit , ſed multis plenam
tribulationibus & curis. Ne quanque diadema reſpicias,
ſed curarum tempeſtatem,per quam ipſi corona pari-
tur.Neque purpuram intuere,ſed animam & ipſa pur-
pura magis nigreſcentem . Non ita corona caput cir-
cundat,ſicut animam ſolicitudo:nec in ſatellitum ca-
teruam,ſed in moleſtiarum multitudinem ſpectes:nec
enim priuata domus tot curis plena reperiri poteſt,
quot regiæ ſunt,mortes per ſingulos dies expectatæ,&
ante menſam cruor ſpectatur,& ante potum. In noc-
tibus autem ne dici quidem poteſt, quoties anima pro-
ſilit, & exilire ſe putat, & hæc quidem in pace : ſi verò
bellum ingruat , quid hac vita miſerabilius eſſe poſſit?
quot autem à familiaribus irruunt & ſubditis? quippe
conſanguineis cruoribus regium pauimentum ſemper
eſt plenum.Et ſi vultis,aliqua narrem, forſitan agno-

ſcetis , maximè quidem & antiqua : at & noſtris facta D
temporibus,quę tamen adhuc memoria ſeruantur.Ille
coniugem adulterij ſuſpectam habens,nudam in mon
tibus alligauit,& feris tradidit,iam factam multorum
ſibi regum matrem:qualem illum vitam degere credi
tis?Non enim,niſi magno fuiſſet morbo conſumptus,
in tantam erupiſſet vltionem . Hic ipſe quidem ſuum
iugulauit filium,quin potius ipſius frater.Eius filiorum
hic quidem ſemetipſum interemit à tyranno compre-
henſus: ille verò nepotem ſuum regni ſecum conſor-
tem,quod ipſe arripuerat,& vxorem vidit à Perſis cor
ruptam: quaſi enim ea quæ non pariebat,mulier miſe-
ra quædam & ærumnoſa:miſera quidẽ & infœlix,quæ
dei donũ per ſuam ſe ſperauit præſtituram eſſe ſapien-
tiam : cùm aleam iecisſet,reginam corrupit,& ipſa ſi-
mul eſt corrupta : hic autem dicitur & fratrem ſuum
peremiſſe : alter rurſum poſt hunc venenatis ſublatus
eſt medicaminibus , & calix fuit ei non iam poculum,
ſed mors,& eius filio,futurorum timore,cùm nihil in-
iuriæ patraſſet,oculus erutus fuit . Alius,neque dicere
decet,quàm miſerabiliter vitam finiuit . Sequentium E
autem hic quidem incenſus fuit , tanquam miſer qui-
dam & infœlix, cũ equis & curribus, & aliis omnibus,
& vxor in viduitate.Vitę enim ęrumnas nemo ſermo-
ne poſſet exprimere : quas cùm hic inſurrexit , habere
coactus eſt . Hic verò, qui nunc imperat, nónne poſt-
quàm diademate coronatus fuit,eſt in laboribus,in pe
riculis,triſtitiis,mœrore, calamitatibus & inſidiis? At
non talis cœlorum regia:ſed poſtquàm eam acceperis,
pax,vita,gaudium,lætitia. Verùm,vt dicebam,non eſt
vita ſine miſeria.Si verò in ſecularibus,& in regia fa-
cilè primus, tantis eſt plenus ærumnis , quid cenſes in
priuatis,& quot alia mala? Neque dici quidem poteſt,
quot fabulæ frequenter ex his cõtextæ ſunt.Omnes fe-
rè quę ſunt in ſcena tragœdię & fabulæ,de regibus ex-
hibentur:eorum enim quæ fabuloſè dicuntur,plurima
pars de factis fingitur: ſic enim habent & voluptatem
Thyeſteæ ſcenæ , & tota domus illa calamitatibus eſt
obuerſata. Sed hæc quidem ex his quæ ab externis cõ-
poſita fuere,didicimus . Si verò vultis,& ex ſcripturis
dicemus. Saül primus regnauit,verùm ſcitis,quomo-
do poſt illum Dauid , & hic tranſiit innumeris tenta-
tus malis . Salomon ,Abia, Ezechias, Ioſias ſimiliter.
Non enim poteſt citra tribulationem,non poteſt citra F
triſtitiam præſens vita tranſmitti.Sed nos mœreamus
non huiuſmodi rebus , de quibus reges , ſed ex quibus
& magnum habemus emolumentum.Nam quæ ſecun 2.Cor.7.c
dum deum eſt triſtitia,pœnitentiam in ſalutem immu
tabilem operatur.Ex his oportet triſtari,de his dolere,
his morderi . Ita Paulus pro peccantibus triſtabatur, Ibidem.2.a
ita lugebat:ait enim,Ex multa tribulatione,& compreſ
ſione cordis ſcripſi vobis per multas lachrymas:Quo-
niam enim de propriis non habebat quid lugeret, hoc
pro alienis agebat:quin & illa ſecundum luctus ratio-
nem propria putabat . Alij ſcandalizabantur , & ipſe
vrebatur: an infirmabantur,infirmabatur & ipſe.Bo-
na eſt talis triſtitia,omni mundana melior lætitia, ita
lugentem omnibus hominibus præpono : imò verò &
ipſe dominus ita lugentes beatos vocat miſer cordes.
Non ſic eum in periculis admiror, quin verò neq; mi-
nus q̃ in periculis: in his quotidie moriebatur,ſed hoc
me magis mouet.Ex anima nanq; religioſa fit & pia,ex
charitate,quam ipſe Chriſtus querebat,ex fraterna pa-
ternáque pietate:imò quod his duob⁹ maius eſt,ita affi
ci,ita lugere oportet.Huiuſmodi lachrymę multa ſunt

 plenæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

plenæ lætitia, huiusmodi luctus lætitiæ materia: licèt nihil deploratis profimus, nobis saltem ipsis proderimus. Qui nanque sic de alienis dolet, multò magis ex propriis hoc patietur. In alienis ita deflens, non sine lachrymis sua pertrãsibit errata, quinimò nec facilè peccabit: id autem grauissimum est, quòd ita super peccantibus lugere iussi, neque de propriis vllam exhibemus pœnitentiam, sed sine dolore cadimus: omnium maiorem gerimus curam, & omnia plus quàm propria recogitamus peccata: propterea gaudio lætamur inutili, quod est mundi, quod statim extinguitur, & infinitos parit mœrores. Tristemur tristitia gaudij genitrice, nó autem lętitia tristitiæ parente gaudeamus. Lachrymas fundamus multam seminantes voluptatem. Neque risu rideamus dentium nobis stridorem pariente. Affligamur tribulatione, ex qua remissio nascitur. Neque delicias quæramus, ex quibus multa tribulatio paritur & angustia. In terra paulisper laboremus, vt in cœlis lętemur. In corruptibili vita nosipsos affligamus, vt in immortali requiem assequamur: ne in hoc breui effundamur momento, ne in infinitum angamur. Nónne videtis, quòd & hic tribulantur propter secularia? Cogita quòd tu quoque de illis vnus es. Sustine tribulationem & dolorem, spe futurorum te pascens. Tu neque Paulo melior es, neque Petro, qui nunquam remissionem assecuti sunt, sed fame, & siti, & nuditate laborarunt. Si vis eadem cum illis assequi, quid contrariam ambulas viam? Si vis ad illam peruenire ciuitatem, qua digni sunt illi putati, illam perambula viam illuc ferentem. Non illuc perducit remissionis via, sed tribulationis: illa lata, hæc angusta: hanc perambulemus, vt vitam assequamur æternam. Vbi nanque tribulatio, ibi & consolatio: & vbi consolatio, ibi & gratia. Cùm itaque & Paulus in carcerem cecidit, tunc illa fecit mirabilia: cum naufragatus est, & in Barbaram eiectus regionem, tunc maximè glorificatus est: cùm vinctus forum intrauit, tunc vicit & iudicem. Sic & in veteri fiebat testamento, in tentationibus iusti florebant, ita tres pueri, ita Daniel, & Moses, & Ioseph: hinc omnes magnis & splendidis sunt habiti coronis digni. Tunc enim & anima purgatur, cùm propter deum tribulatur: tunc maiori potitur adiutorio, quãdo & maioris tunc indiget auxilij, maioríque gratiæ. Quin & ante mercedem à deo propositam magna bona decerpuntur, ab anima sapiente iam reddita. Nam & fastum cõtrahit, & omnem excidit torporem tribulatio, & ad patientiam vngit, & humanarum rerum vilitatem reuelat, & multam introducit sapientiam: omnes enim motus ipsi cedunt, inuidia, æmulatio, concupiscentia, potentiæ, pecuniarum & corporum amor, arrogantia, fastus, ira, & omne reliquum vitiorum examen. & si vis rebus ipsis videre, & virum seorsum, & totum populum ostendere tibi poterimus, & in tribulatione positos, & in remissione: & quantum hinc lucrum, docere, & quantus illinc torpor. Nam & Hebræorum populus, dum affligebantur quidem & pellebantur, gemebant, & deum inuocabant, & multum supernè momentum attrahebant: cùm autem impinguati sunt, resilierunt. Niniuitæ rursus cùm libertate potirentur, ita deum irritauerunt, vt totam à fundamentis vrbem subuertere deus minatus sit: postquàm verò ab illo sunt humiliati prædicatione, omnem præstitere sapientiam. Si verò & singularem virum vis cernere, cogita Salomonem. Nam & hic dum in curis quidē, & perturbatione fuit, de principatu gentis illius consultans, illa visione dignus est habitus: vt verò nactus est delicias, in ipsum malitiæ barathrum delapsus est. Quid verò ipsius pater, quando mirabilis fuit & gloriosus: nónne dum in tentationibus fuit? Absalon verò quoad fugiebat, nónne modestus erat: postquàm autem rediit, & tyrannus, & paricida factus est? Quid autē Iob? Hic enim clarus quidem erat & in quiete, clarior autē post tribulationem apparuit. Et quid opus est antiqua, & prisca recensere? Si quis enim nostra nunc discutiat, quantum sit tribulationis lucrum videbit: nunc enim pace potientes recidimus & defluximus, & innumeris impleuimus malis ecclesiam: cùm verò pellebamur, & modestiores, & humaniores eramus, & studiosi magis, & ad has conciones promptiores, & feruentes ad audiẽdum. Quod enim ignis est auro, hoc & animis tribulatio, sordem abstergens, faciens mundos, claros reddens & splendidos. Hæc in regnum introducit, illa verò in gehennam: quapropter hæc quidem est lata, illa verò angusta: propter hoc & ipse dicebat, In mundo tribulationē habebitis: tanquam magnum nobis bonum relinquēs. Itaq; si discipulus es, angustam & asperā incede viam, nec ægrè feras, nec indigneris. Nam etsi non ita tribuleris, tribulari omnino necessarium est. ex alia materia sine lucro. Nam & inuidus, & pecuniarum amator, & meretrices deperiens, & gloriæ cupidus, & aliorum quisque malas exercentium actiones, multas sustinet tristitias & tribulationes, & lugentibus nihilo minus tribulatur. Si verò neque lachrymas fundit, neque luget, propter inuerecundiam & insensibilitatem id facit. Itaque si ipsius animam discutias, innumeris fluctibus plenam videbis. Cùm igitur & illam, & hanc degentes vitam tribulari necesse sit, cur hanc non eligimus, quę cum tribulatione nobis infinitas coronas accumulat? Nam & omnes sanctos deus ita per tribulationem & angustiam agebat, simul & illis vtilitatē afferens, & reliquos insensatos cautos faciens, ne maiorem meritis de ipsis sententiam habeant. Sic enim & idololatria principium cepit, cùm homines nimiæ supra meritum haberentur admirationi. Ita tertiumdecimum deum esse putauit Alexandrum Romanorum senatus. Hic cùm hanc habebat potestatē deos creandi & decernendi. Cùm igitur ei omnia Christi opera renunciata fuissent, misit gentis princeps interrogatū, an eis videretur & ipse deus decernēdus. Illi verò non annuerūt, indignantes & ægrè ferentes, quòd ante decretum & sententiam suam, effulgens crucifixi virtus omnem terrarum orbem in sui traxisset venerationē. Hoc autē & ipsis nolentibus dispensatum est, ne mortali decreto Christi prædicaretur diuinitas, nec vnus de multis esse putaretur, qui ab eis fuerāt instituti. Nam & pugiles deos esse putauerūt, & exoletum Adriani: vnde & ciuitas Antinoēnsis dicitur. Quoniam enim mors nouam cõuicit mortalem, aliam adinuenit diabolus viam, animæ immortalitatem superantem, post mortem assentationem, per quam in impietatem multos induxit, quod quidem & in illo Macedone fecit, ait enim, Multa magnáque viuens gessit, nam & ciuitates subegit, & gentes, & multa bella profligauit & pugnas, & erexit trophæa: & quid hoc? Non enim hæc diuinæ sunt argumenta naturæ, sed quę Christus fecit, magna sunt illa & admirabilia, & inenarrabilia: nec vlli quidem hominum, nec vlli verò angelorum, at soli deo possibilia. Et quæ sunt hæc, inquit? Quæ totus terrarum orbis per opera clamat, & per singulos prædicat dies. Et id quidem est admirabile, quòd post crucem hæc Christus

Acto.16.c 20.& seq.

3.Reg.1.a &.2.Paralip.1.c

Ioan.16.g

hæc Christus operatus est, per vndecim mendicos & piscatores. Nam quòd viuens bella quidem expediat, & victorias, cùm sit rex, & exercitus habeat, & pecuniarum copiam, nihil est mirādum, inopinatum nihil, & nouum: quòd verò post crucem & sepulturam tanta facta sint vbique terrarum, & maris, hoc est præcipue multa plenum admiratione, diuinam & ineffabilem prædicans virtutem. Et Alexander quidem post mortem suam dissipatum imperium suum, & penitus exterminatum non reparauit, non aliud gessit neque magnum, neque paruum: quomodo nanque facturus erat mortuus? Christus autem tunc omnem terrarum orbem ad se traxit adorandum, cùm mortuus fuisset. Et quid de Christo loquor, cum & discipulos postquàm obierunt, tunc effulgere fecerit? Quid dico discipulos? Nam & eorũ loca & sepulchra, simul & tempora perenni memoria celebrari curauit. Tu verò mihi sepulchrum ostendas Alexandri, & profer diem quo vitam finiuit. Sed nihil horum insigne, sed omnia destructa sunt & exterminata. Christi verò seruorum & sepulchra clara sunt, regiam assecuta ciuitatem, & dies notissimi mundo festam afferentes lætitiam. Et illius quidem loculum & proprij nesciunt, horum autem sciunt & barbari. Et seruorum crucifixi sepulchra regiis aulis sunt clariora, non magnitudine & ædificiorum pulchritudine (nam & in hoc quidem superant) sed quod multò maius est conuenientium studio. Nam & ipse qui purpuram indutus est, accedit illa complexurus sepulchra, & fastu depositó stat sanctis supplicaturus, vt pro se apud deum intercedant: & scenarum fabrum, & piscatorem etiam mortuos vt protectores orat, qui diademate redimitus incedit. Audebis igitur, quæso, horum dominum nũcupare mortuum, cuius serui vel mortui terrarum orbis regum sunt protectores? Nec hoc tantùm quis Romæ fieri viderit, verùm & Constantinopoli. Nam & hìc Constantinum Magnum ipsius filius honore magno censuit haberi, si pro foribus piscatoris paternum corpus collocaret. Et quod in regiis sunt ianitores regibus, hoc sunt in monumẽto piscatoribus reges: & illi quidem vt domini loca tenent interiora, hi verò tanquam inquilini & vicini aulæ iacuam sibi gratum habuēre deputari, & infidelibus ex his ostendentes, quòd in resurrectione maior erit piscatoribus dignitas. Si hìc enim ità in sepulchris, multò magis & in resurrectione ordo commutatus est. Reges quidem ministrorum, subditi verò regum vicem induerunt, quinimo & splendidiorem. Et quòd hoc nõ assensio sit, ipsa veritas ostendit: ex illis enim & hi illustres facti sunt. Multò nanque cæteris regalibus sepulchris hæc monumẽta sunt clariora. Nam illic quidem magna solitudo, hìc autem magnus concursus. Quòd si velis & regalibus aulis monumenta comparare, rursum & hìc victoria: nam illic quidem multi deterrentes, hìc verò multi vocantes & attrahentes, diuites, pauperes, viros, mulieres, seruos, liberos. Illic magnus timor, hìc inexplicabilis voluptas. Sed dulce spectaculum est, regem aureis indutum & coronatum spectare, & adstantes duces, & principes, ductores, tribunos, & militum magistros: verùm hæc tanto sunt illis honestiora, & magis reuerenda, vt illa fabulæ sint, & ludicra. Simul ac etiam paumenta calcaueris, ad cœlum mentē locus transmiserit, & ad supernum regem, & illum angelorum exercitum, & sublimem thronũ, & inaccessibilem gloriam. Et hìc quidem regnans alicui subiecto præcipit, vt hunc quidem soluat, illum vero liget: sanctorum autem ossa non hanc habent miserabilem & abiectam potestatem, sed illa multò maiorem. Dæmonas enim sistunt & torquent, & vinctos ab illis soluunt sæuissimis vinculis. Quid hoc foro magis reuerendum, cùm videatur nemo, nemo dæmonis instet lateribus, voces sentiuntur, & lacerationes, flagella, tormentáque, ac linguæ ardentes, terribilem illam vim dęmone nó ferente? Et corpus induti, incorporeas opprimunt potestates. Et cinis & ossa, & fauilla inuisibiles illas potestates dilaniant. Itaque quò regias quidem aulas videat, nullus vnquam peregrinatus fuerit: multi verò reges plerunq; huius spectaculi gratia peregrinati sunt. Futuri nanq; iudicij vestigia & signa, sanctorum ædes exhibent, vbi dæmones flagellantur, corriguntur homines & liberantur. Vidisti vel mortuorum hominum virtutem? vidisti peccatorũ, & viuentium imbecillitatem? fuge malitiam itaq;, vt talia consequaris, & omni studio virtutem sectare. Nam si præsentia sunt huiusmodi, cogites qualia sint futura, & horum amore iugiter detentus, æternam vitam apprehendeas: ad quam omnes vtinam attingamus, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula seculorum, Amen.

QVOD HIC AFFLIGI, PECCATORVM exhibet remissionem: & quemadmodum hominem inuenire non licet immortalem, ita neq; sine tristitia, dum uiuit.

Homilia. LXVII.

NEmo, dilectissimi, malos prosperè videns agentes tumultuetur. Non est hìc retributio neque malitiæ, neque virtutis. Ibi verò nequitiæ fit & virtutis, non tamen pro dignitate, sed simpliciter, quasi iudicij præl ibatio: vt resurrectionem nõ credētes, vel in præsentibus corrigantur. Cùm malum locupletari videmus, ne tituberemus: cùm bonum malaviderimus patientem, ne tumultuemur. Illic enim coronę, vbi pœnę. Alioquin verò nec potest malus omnino malus esse, sed euenit, vt & aliquid habeat boni: neque bonus, esse bonus omnino, sed & nonnulla solet habere peccata. Cùm itaq; malus prosperis vtitur rebus, ad capitis sui perniciem: vt enim illorũ paucorum retributionem bonorum hìc capiens, illic deinde puniatur, hac de causa recipit. Et ille præsertim beatus est, qui hìc pœnas luit, vt peccatis omnibus depositis, probatus migret, & mundus ac insons: hócque nos docens Paulus, ait: Ideo in vobis infirmi multi & imbecilles, & dormiunt multi: & iterum, Tradidi huiusmodi satanę. Et propheta quoq; dicit, quòd suscepit de manu domini duplicia pro omnibus peccatis suis: & iterū Dauid: Respice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt, & odio iniquo oderunt me, & dimitte vniuersa delicta mea: & rursum alter, Domine pacem da nobis, omnia enim retribuisti nobis. Sed hæc quidem probātis sunt bonos, pro peccatis pœnas hìc luentes: vbi verò bona mali recipiens hìc, illic omnino cruciantur. Abraham audi dicentē diuiti: Recepisti bona tua, & Lazarus mala. Quæ bona? cùm enim dixerit hìc, recepisti, non autem cepisti, ostendit ambos ex debito passos: & hunc quidem in fœlicitate, illum autem in ærumnis versatum: & ait, Propterea nunc hìc consolatur. Vides enim eum à peccatis purum, & tu doles. Itaque ne mœreamus, cùm peccatores hìc prosperis rebus vtentes videmus, sed cùm ipsi rebus aduersis premimur, gaudeamus, hoc enim est peccatorum expiatio. Ne remissionem

1.Cor.11.g

Ibidē.5.b

Esaiæ.40.a

Psal.24.d

Esaiæ.26.c

Lucæ.16.f

Ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G sioneꝰ quæramus,suis enim discipulis Christus tribu-
Matth.10.b lationem prænunciauit: & Paulus ait: Omnes qui vo-
1.Tim.3.c lunt piè viuere in Christo, persecutionem patientur.
Nullus athleta generosus in stadio balnea quærit, aut
mensam cibis & vino redundantẽ.Hoc non est athle-
tæ,sed delicati. Athleta nanque pugnat puluere,oleo,
Solis ardore, sudore largo, tribulatione & angustia.
Hoc est certaminis tempus,& pugnæ:igitur & vulne-
rum,& cruoris,& doloris.Audi quid dicat beatus Pau
1.Cor.9.d lus: Ita pugno,non tanquam aërem cædens. Omnem
vitam certamen esse putemus, nec vnquam remissio-
nem quæramus,nunquam in tribulationibus inusitata
pati nos arbitrabimur:quoniam nec athleta,cùm est in
certamine,noui quid patitur.Aliud est remissionis tẽ-
pus.Per tribulationem consummari nos oportet,licèt
tribulatio non adsit, neque persecutio, sed adsunt aliæ
tribulationes per singulos dies nobis irruentes. Si ve-
1.Cor.10.a rò has nõ ferimus,illas profectò segnius pertulissemus.
Tentatio vos non apprehendat, nisi humana, inquit.
Precemur itaque deum, ne intremus in tentationem:
inducti verò generosè feramus.Nam illud quidem est
H modestorum virorum, se periculis non ingerere, hoc
autem generosorum atque sapientum. Nec itaque nos
ingeramus temerariè,audacis enim est:neq; rebus tra-
cti vocãtibus cedamus,timidi siquidem est:sed si præ-
dicatio quidem vocet,ne recusemus: cùm verò nulla
causa prorsus,aut vtilitas, necessitásve secundum pie-
tatem vocet,ne curramus:ostẽtatio enim est & super-
flua iactatio.Si quid verò fiat,quod noceat pietati,licèt
innumeras sustinere mortes oporteat,nihil recusemus.
Noli tentationes accersere, cùm secundum pietatem
vota tibi successerint,quid superflua attrahis pericula,
Lucæ.22.d quæ nullam habent vtilitatem? Hæc dico, cupiens vt
Matth.16.d Christi leges custodiatis,qui iubet orare,ne inducamur
in tentationem, & vt tollẽtes crucem sequamur eum.
Hæc enim non sunt contraria, sed & valde consona.
Tu nanque ita quidem te præpara,tanquam miles ge-
nerosus. In armis continuè verseris, solers, vigilans,
semper hostem expecta,ne tamẽ hostes tibi parias:hoc
enim non est militis,sed seditiosi.Si verò religionis tu
ba vocet,statim progredere,& animam paruipende,&
multa cum alacritate descendas ad certamina, hosti-
I um aciem dissipa, confringe caput diaboli,trophæum
erige.Si verò pietas nihil lædatur,nec vllius nostra po-
puletur dogmata,secundum animam dico:nec aliquid
quod deo displiceat,agere cogit,ne sis superfluus.San-
guine plenam esse decet Christiani vitam, non alie-
num effundendo,sed se paratum suum effundere præ-
stando. Tanta ergo promptitudine proprium effunda-
mus cruorem,cùm pro Christo sit hoc agendum,quan
ta quis aquam effunderet.Nam & aqua sanguis est cor
pus irrigans.Et tanta facilitate carnem exuamus,quan
ta vestimentum. Hoc autem fiet,nisi pecuniis alligati
(1) fuerimus,nisi domibus & nisi affectionibus, nisi simus
ab omnibus suspensi. Nam si militarẽ hanc vitam de-
gentes omnibus abrenunciant, & quò Mars vocaue-
rit,eò proficiscuntur,& iter agunt,& omnia cum sedu
litate ferunt: multò magis nos Christi milites oportet
ita præparari,& opponere nos vitiorũ certamini.Non
est nunc persecutio,nec vnquam vt sit,accidat: pugna
tamen incumbit alia,pecuniarum,cupiditatis,inuidię,
Ephes.6.b vitiorum. Hoc bellum recensens Paulus,ait: Non est
Ibidem.c nobis colluctatio aduersus sanguinem & carnem.Sem
per hoc bellum instat. Propterea nos semper armatos
vult stare. State ergo inquit,accincti. Quod ipsum &
præsentis est temporis,& ostendit quòd semper opor- K
tet armatũ esse.Multum enim certamen per linguam,
multum per oculos:hos itaque reprimamus. Multum
per concupiscentias,quapropter illinc Christi militem
incipit armare:ait enim,State accincti lumbos vestros: Ephes.6.c
& subiunxit,In veritate. Cur in veritate? Illusio enim
est & vanitas cõcupiscentia:vnde dicit propheta,Lum
bi mei impleti sunt illusionibus. Res ea non est volu- Psal.37.b
ptas,sed vmbra voluptatis.Accincti ergo lumbos ve-
strꝰ in veritate,hoc est,vera voluptate,modestia,ho-
nestate.Propterea hæc admoneꝭ,peccati sciens absur-
ditatem,& omnia volens membra nostra esse circum-
munita:ait enim,Ira iniusta & nocens non seruabitur.
Et nos lorica vult esse circũdatos,& scuto. Fera siqui-
dem est libẽter insiliens ira,innumeris obicibus,& se-
ptis ad eam nobis est opus superandam & arcendam.
Et propterea nobis deus hanc maximè partẽ,tanquam
ex quibusdam lapidibus ex ossibus condidit,ei circum-
ponens firmamentum, ne facilè prorumpens & dissi-
pans,totũ animal perdat.Ignis enim est,inquit,& tem-
pestas magna.Nec aliud mẽbrum hanc vim reprimere
posset.Aiunt autem & medicorum pueri,hac de causa L
cordi pulmonem esse substratũ:vt super eum qui mol-
lis est, quasi super quandam spongiam cor saliens re-
quiescat, ne in repugnantem & asperam soliditatem
pectoris,saltuum offendatur impulsu.Opus est itaq; no
bis forti lorica,vt hanc feram in quiete semper seruẽ-
mus:opus autẽ est & galea. Quoniam enim illic ratio
versatur,& ex hoc vel saluari possumus,cùm congrua
fiant,vel perire accidit: propterea dicit,Et galeam sa- Ephes.6.c
lutis. Cerebrum enim natura quidẽ est tenerum,qua-
propter & ipsum quasi quadam testa sincipitio supernè
contegitur.Omnium autem nobis bonorum causa fit,
atque malorum,siue congrua cogitauerit,siue contra-
ria: quin & pedes & manus armorum nobis indigent.
Non autem hæ manus,& hi corporis pedes,sed potius
animæ:hæ quidẽ vtilia meditantes,illi verò quò decet
euntes.Ne aduersis itaq; casibus frangamur:sunt enim
correctio.Ne festines,inquit,in tẽpore illationis.Mul- Eccli.2.a
ti tristia domi frequenter habent,& tristitiam quidem
alter alteri communicamus, materia verò nõ itidem:
sed hic quidem ab vxore,hic autẽ ex filio, alter ex ser-
uo,alter ab amico,alter ab inimico,ex vicino quidam, M
quidam ex iactura.Et multæ sunt & differentes tristi-
tiæ causæ, & omnino nullus inueniri potest à tristitia
purus & mœrore: sed hic quidẽ maiora,hic verò mi-
nora habet cõtristantia. Itaq; ne indignemur,neq; nos
in ærumnis solos esse putemus.Nec enim licet hominẽ
hanc mortalem vitam degẽtem tristitia carere, sed si
non hodie,cras:nisi cras,post hęc aliquid accidit triste.
Sicut enim nauigans nõ agonia versari non potest,
nauigans inquam mare magnum: ita hanc viuens vi-
tam,non in tristitia esse non potest.Siue diuitem dixe-
ris,quoniam diues est,multas habet tristitiæ causas:si-
ue regẽ ipsum,nam & à multis ipse tenetur,nec omnia
pro votis facit,sed multa præterquàm sibi gratum est,
indulget: & super omnes ea facit omnia quæ nullate-
nus vellet.Quid verò tandẽ,quòd multos sustinet,qui
de suis accipere volunt?Cogita verò quanta sit in tri-
stitia, cùm vellet quidpiam agere, nec possit, vel pro-
pter timorem,vel propter suspicionem,vel propter ho
stes,aut propter amicos?Frequenter autem & cùm ali-
quid sibi gratum facere contenderit, omnem exter-
minant ei voluptatem, multi propter illam actionem
illi se gerentes inimicè.At otiosam degẽtes vitam esse
censes ni

A censes in seculo tristitiæ immunes?Nequaquam.Sicut
enim immortalis homo nõ potest inueniri,ita nec ab-
sque tristitia. Quot eos pati molestias est verisimile,
quæ verbis quidem recensseri nõ possunt, rebus autem
ipsis ab illis tantùm sciri? Quot sæpissimè in illis opi-
bus,& deliciis mori optauerunt?Deliciis enim vacare,
non penitus citra tristitiam constituit, quinimo ipse
deliciarum vsus innumeras gignit tristitias, morbos
& fastidia,nulla præter has causa subsistẽte.Cùm enim
in tali fuerit habitu anima cõstituta,& simpliciter do-
lere consueuit. Nam & medicorum aiunt pueri,quòd
& ex stomachi præparatione intempestiuæ nascuntur
tristitiæ. Nonne & apud nos hoc accidere verisimile
videtur,cùm doleamus,& tristitię causam ignoremus?
Et nemo prorsus sine tristitia inueniri potest. Si verò
tantam non habent tristitiæ,quantam nos occasionẽ,
ita quisque putat:proprium enim eum plus quàm alie-
num afficit.Sicut enim in corporis dolentes partibus,
se proximos doloribus superare putant:& oculum ha-
bens vitiatum,nullam ægritudinem aliam, talem esse
censet,qualẽ suam: rursum qui stomacho laborat,hoc
omnium esse difficillimum asserit. Et quo quisque te-
B netur, hoc omnium molestissimum esse dicit: itidem
& in tristitia,qua quis detinetur,hanc asserit esse diffi-
cillimam. cum propria enim hoc experientia iudicat.
Sicut qui filios non habet,nil ita graue putat,sicut filiis
carere:qui multos habet cum paupertate,nil tam accu
sat,quàm filiorũ multitudinẽ. Vnum habens,nil peius
quàm vnum habere putat.Hinc enim,inquit,& segnis
efficitur,& in tristitia patrem semper constituit: cùm
sit illi semper desiderabilis,& nullam correctionẽ ad-
mittat.Qui pulchram habet vxorem,nihil se peius ha
bere dicit,quàm quòd pulchrã habet:suspicionis enim
plena res est,& inlidiarum. Qui deformem,nihil esse
peius asserit,quàm deformem habere coniugem:res e-
nim est fastidio plena. Priuatus nihil huiusmodi vita
dicit inutilius esse,nihil abiectius. Miles nihil esse mi-
litia laboriosius, nihil periculosius asserit: satius enim
pane solo cum aqua vesci,quàm tot ferre molestias.In
magistratu positus,nihil magis laboriosum,quàm alie-
nas curare necessitates affirmat:subditus nihil ait ser-
uilius,quàm alienæ potestati subiacere. Vxori iunctus,
C vxore nihil, & solicitudine peius asseuerat: vxore ca-
rens,nihil illiberalius, quàm vxorem non habere testa
tur,& domo carere & quiete.Mercator agricolam ex
securitate beatum vocat, agricola mercatorem ex di-
uitiis: & morosum omnino genus humanum,sortem
suam accusans,& animum gerens grauatum. Cùm o-
mnes condemnat homines,tunc ait,nihil homo omnẽ
dicens naturam, laboriosum animal & ærumnosum.
Quot senectam admirantur? quot beatam vocant iu-
uentam? Sic & in ætatibus multum tristitiæ, cùm nos
propter ætatem videmus accusari,dicimus: Quare nõ
fuimus senes? cùm verò vertex albescit, rursum dici-
mus:vbi iuuenta?Et omnino multas tristitiæ causas ha
bemus. Vna tantùm est ab hac inæqualitate libera via,
quæ secũdum virtutem est:quin verò & hæc tristitiam
habet,sed tristitiam non inutilem, sed lucrum hab-
tem,& vtilitatem.Vel enim aliquis peccauit,& per tri
stitiam compunctus abluit peccata, vel cũ fratre lapso
doluit,& hic quoq; non exiguam habet mercedem. In
calamitatibus enim cum proximo dolere, multam no
bis apud deum fiduciam præbet. Audi quanta de Iob
diuina philosophatur scriptura, audi quid dicat & Pau
Roma.12.d lus:Flete cum flentibus humilibus consentientes.Mœ-
rentium enim societas, grauem tristitiæ vehemẽtiam D
auferre consueuit.Sicut enim in onere, si quis ponde-
ris partem susceperit,soli ferenti sarcinam leuauit: sic
& in omnibus aliis. Nunc autem ex necessariis aliquo
nobis defuncto,multi assidentes,consolantes multi,&
asinum quando lapsum suscitamus: amicorum autem
nostrorum animas cadentes, magis quàm asinum de-
spicimus,& negligimus. Et si turpiter in cauponã eum
viderimus intrantem,nõ inhibemus:siue ebrium,non
arcemus: siue quicquid aliud gerentem absurdi,sed o-
mnia cooperamur:propterea Paulus dicebat,Non tan Ibidem.1.d
tùm qui ea faciunt,verùm & consentiunt facientibus.
Et potus & ebrietatis consortia multi faciunt.Fac ho-
mo conspirationes,vt ebrietatis furorem deponas.Bo
na vinctis hæc amicalia,& in tribulatione positis: tale
quid & Paulus Corinthiis præcepit, Ne cùm venero, 1.Cor.16.a
inquit,tunc rationes fiant.Nunc autem propter ebrie-
tatem delicias quidẽ,& luxum omnia facimus:& com
munem lectum,& mensam communem,commune &
vinum,communẽ facimus & impẽsam,eleemosynam
autem facit communem nemo. Hæc erant apud apo-
stolos amicalia:omnes in medium sua ponebant. Ego
verò non omnia, sed aliquam partem, quam quisque E
probauerit:inquit,Definiat vnusquisque per vnam sab Exod.16.f
batorum,vt aliquem censum pro septem ferat diebus;
& deponat, & ita det eleemosynam, siue paruum siue
magnum:ait enim, Non apparebis vacuus coram do- Ibid.23.b.&
mino.Iudæis hæc dicebãtur,quantò magis nobis?pro- 34.c
pterea pauperes ante fores positi sunt, ne quis vacuus
ingrediatur,vt introëat cum eleemosyna:si vt miseri-
cordiam consequaris,intras,prius miserere: qui verò
posterius venit, plus debet. Cùm enim nos inceperi-
mus,secũdus plus erogat. Fac tibi deum debitorem,&
tunc eum pete:mutua,& tandem deum repete,vt cum
fœnore recipias.Vult hoc deus,non refugit. Si cum e-
leemosyna petas,gratias habet:si cum eleemosyna re-
poscas,mutuas,& capis fœnora:ita vos exhortor.Non
in manuum extensione satis est audiri. Extẽde manus
tuas,non in cœlum,sed ad pauperum manus.Si ad pau
perum manus extẽderis manum,ipsum cœli verticem
tetigeris:qui enim illic sedet,eleemosynam suscipit. Si
verò porrexeris vacuas, nihil profeceris. Dic enim
quæso,si rex ad te veniens cum purpura,rogasset,non F
ne omnia promptè tua dedisses?Nõ enim in manuum
eleuatione,nec in verborum copia,sed in operibus ex-
auditur. Audi nanque prophetam Esaiam dicentem:Si Esaiæ.1.d
manus vestras extenderitis,auertam oculos meos à vo
bis. Et si multiplicaueritis orationem, non exaudiam
vos.Opus enim est tacere,nec in cœlum respicere mi-
sericordiæ indigentẽ,vtpote qui fiduciam non habeat
multa loquendi.Sed quid ait:Iudicate pupillo & humi Ibidem.e
li,& iustificate viduam,& discite bonũ facere.Ita licèt
deorsum manus habeamus,audiri poterimus:licèt ni-
hil loquamur, aut petamus. Hæc itaque imitemur, vt
bona nobis promissa assequamur, in Christo Iesu do-
mino nostro, cum quo patri, simul & spiritui sancto
gloria, imperium & honor, nunc & semper, & in se-
cula seculorum, Amen.

QVOD INFESTANTEM MAGNANIMITER ferre propter deum maius est quàm benefacere.

Thes. I. *Homilia.* LXVIII.

SEmper gaudete,beatus inquit Paulus,dilectis- Philip.4.a
simi,sine intermissione orate,in omnibus gra
tias agentes.Hæc est enim voluntas dei,sem-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G per gratias agere: hoc est animæ sapienter institutæ. Passus es aliquid mali, sed si velis, non est malum: gratias age deo, & malum in bonum fuerit transmutatũ.
Iob.1.d Dic tu quoque quemadmodum & Iob: Sit nomen domini benedictum in secula. Quid enim tale, quæso, passus es? Incubuit morbus? At nihil nouum est: corpus enim mortale nobis est, & pati natum. Sed pecuniarum inopia? verùm & hæ acquiri possunt, & amitti, & hic tantùm manent. Sed ab inimicis insidiæ & calumniæ? Sed nos in his iniuriã non patimur, sed illi qui faciunt:
Ezech.18.a ait enim, Anima quæ peccat, ipsa & morietur. Peccauit autem non qui malè passus est, sed qui malè fecit. Non ergo mortuum oportet vlcisci, sed orare pro eo, vt eruatur à morte. Nónne videtis apem, quemadmodum immoritur aculeo? Per illud nos animal docet deus, ne proximos afficiamus tristitia: ipsi nanq; prius mortem excipimus. Et illos quidem fortè paululũ lædimus, nos autem nõ amplius viuemus, quemadmodum
Eccli.11.a nec illud animal. Et si laudat illud scriptura, quòd operarium sit asserens, cuius opus reges & priuati ad sanitatem offerunt: nihil tamen ipsi prodest, ne moriatur,
H sed omnino moriatur est opus. Si verò non illam liberat malefacientem in reliquis præstantia, multò minus nos. Ferarum est verè sæuissimarum, nemine quempiam lædente iniuriam incipere, imò verò neque ferarum. Illæ nanque si permittas in deserto se pascere, neque coangustans in necessitatem redegeris, nunquam lædent, nunquam impetent, nunquam mordebunt, sed propriam transibunt viam: tu verò cùm sis homo rationalis tanto decoratus principatu, tanto honore & gloria, circa consanguineos feras imitaris, & iniuria fratrem afficis, & deuoras: & vnde poteris excusari?
1.Cor.6.b Non Paulum audis dicentem: Quare potius iniuriam non patimini? quare potius non priuamini? At vos iniuriam facitis, & aufertis, & hæc fratribus. Vides quòd malè pati, in malè faciendo est: bene verò pati, in malè patiendo. Dic enim, quæso, si quis principes conuicii insectaretur, si quis rerum dominos afficeret iniuria: quem læderet, semetipsum an illos? Planũ est quòd semetipsum: ergo principem quidem lædens, non illi, sed sibi nocet: Christum autem contumelia afficiens, per il
I lud eum contumeliam pati cogit? Nequaquam. Imagines lapidibus impetens, quem lapidat, nónne semetipsum? Postmodum regis quidem terreni lapidans imaginem, se lapidibus obruit: Christi verò temerans imaginem (homo nanq; dei imago) nónne semetipsum lædit? Quousque pecuniarum amore feremur? Non desisto aduersus eas clamare: hæ nanq; sunt omnium causæ. Quousque satietatẽ non capimus inexplebilis huius cupiditatis? Quid habet aurum boni? in hoc cõsternatus sum. Fascinatio quædam est huiusmodi res, quòd aurum & argentum à nobis tanti pendatur. Ergo nostrarum quidem animarum nulla nobis cura, irrationalium autem imaginum multa solicitudo. Vnde surgens ipsit hæc orbi terrarum ægritudo? Quis eam extermi
nare poterit? Quæ hanc difficilem eliminare feram ratio? quæ perdere armatura? Hominum metibus est inspersa cupiditas, & eorum qui in pietate constituti videntur. Euangelica reuereamur præcepta, in scriptura tantùm verba sunt sita, in operibus verò nusquam inueniuntur. Sed quæ honesta multorum ratio? Pueros, inquit, habeo, & timeo, ne quando in famis & indigentiæ cõstituar necessitate, ne quãdo alienis egeam: mendicare erubesco. Igitur propterea facis alios mendicare: Non possum, inquit, esurire: ergo propter hoc alios
fame conuoluis? Nosti quantum sit malum mendicare, K
quantum fame perire? parce & fratribus tuis. Erubescis quæso, esurire, rapere verò non erubescis? Times fame necari, alios autẽ necare non times? Atqui esurire quidem nec dedecus, nec crimen habet: alios autem his inuoluere, non tantùm est dedecus, verùm & extremũ infert supplicium. Prætextus hęc omnia sunt, & verba, & nugæ. Quòd enim propter filios non facitis, testantur quotquot filios quidem non habent, nec habebunt: ita, tamen cruciantur & laborant, & diuitias congregant, ac si filios haberent innumeros, quibus relinquerent. Non est filiorum cura, quę pecuniarum faciat, sed animæ morbus. Propter hunc & multi non habentes circa pecunias insaniunt: alij verò liberis affluentes, & diuitias cõtemnunt, illi te redarguent in illa die. Nam si te filiorum necessitas ad illam pecuniarum accumulationem cogebat, oportebat & illos eandẽ habere cupiditatem. Si verò non habẽt, non ex numerosa sobole, sed ex auaritia bacchamur. Et qui sunt, inquit, qui cum filiis pecunias contemnunt? Multi, & multis in locis. Si
Gene.35.d verò vis & ex antiquorum temporibus commemorabo. Nónne duodecim filios habuit Iacob? Nónne mer-
L cenariorum vitam degebat? Nónne à socero patiebatur iniuriam? Nónne frequẽter eum spreuit? Nunquid
Ibidẽ.31.a eum copiosa soboles aliquid indignum deliberare coëgit? Quid autem Abraham? nónne cum Isaac, & alios
Ibid.18.a plures habebat filios? Quid ergo: nónne sua hospitibus parabat? Vides quòd non tantùm non iniuriam inferebat, verùm & propria largiebatur: non enim tantùm bene merens, verùm & eligens à nepote iniuriam pati. Multò nanque maius est, cùm cui quid aufertur, propter deum æquè ferre quàm bene mereri. Quare? quoniam hic quidem est animæ fructus & voluntatis, vnde facilè fit: hoc autem est infestatio, & violentia. Et facilius aliquis mille talenta voluntarius amitteret, nihilque graue se passum esse putaret, quàm tribus obolis inuitè priuatus æquè ferret. Hoc itaque magis est animæ philosophia. Et hoc in Abraham factum esse vidimus. Videbat enim Loth regionem finitimam, &
Ibidem.13.c erat irrigua, & paradisus dei, & eam elegit, & nihil ille contradixit. Vides quòd non modò non afferebat iniuriam, vel quàm & iniuriam sustinebat? Quid filios
M tuos accusas homo? non propterea nobis deus filios dedit, vt aliena rapiamus. Vide ne deum irrites, hoc dicens. Nam si hoc dicis, quòd ipsi rapinæ tuæ sunt authores, & auaritiæ, vereor ne eis tã quam tibi nocentes, & insidiantibus prioueris. Deus tibi filios dedit, vt in senectute te pascant, vt abs te discant virtutem. Propter hoc enim ita voluit hominum genus consistere: duo magna comparans, vnum quidem patres præficiendo magistratus, alterum verò magnam infundendo charitatem. Si enim homines erant incassum futuri, nulla cuique ratio cum vllo fuisset. Non si nunc, cùm nunc patres & filij sint, & progeniti, multi multorum curam non gerunt, multò magis tunc: propterea tibi deus liberos dedit, ne filios igitur accuses. Si verò filios habentes nullam habent excusationem: non habentes, & circa deuitiarum accumulationem laborantes, quam proferent rationem? Sed est quædam & illis ratio omni carens excusatione. Quæ verò tandem est ista? Vt pro filiis, inquiunt, diuitias monumentum habeamus. Multus verò risus. Pro filiis, inquiunt, domus memoria sit immortalis gloriæ meæ. Non gloriæ tuæ, ô homo, sed auaritiæ monumentum erit. An nõ vides nunc quàm multi splendidas

A splendidas domos pertranseuntes, inter sese talia differunt: Quantum ille vsurpauit, quantum rapuit, vt hanc domum ædificaret? Et ille nunc quidem factus est cinis & puluis, hæc autem in aliorum hæreditatem transiuit. Non ergo gloriæ tuæ relinquis monumentũ, sed auaritiæ. Et corpus quidem tuum terra conditum est: auaritiæ verò memoriã temporis longitudine cùm latere possit, non permittis, sed per domum resultare facis, & refodi. Donec enim hæc steterit tuum habens
N cognomẽtum, vt domus talis dicatur, omnino necessarium est, & omnium ora contra reserari. Vides quòd melius est nihil habere, quàm hanc accusationem sustinere? Et hic quidẽ ista, illic verò quid faciemus quæso? Tantorum quidem facti possessores, nihil autem de
Lucæ.19.b. nostris vel paucissima dilargiti, quomodo rapinas exuemus? Qui nanque rapinam vult exuere, non è multis pauca erogat, sed raptis multò plura, & rapere desistit: audi quid Zacchæus dicat: Et omnium quæ rapui, quadruplum reddo. Tu verò decies mille rapiens talenta, si paucas dederis drachmas, te totum reddi-
B disse putas: & tanquam plura dederis, ita te geris, & ita verò vix. Quare? Oportet enim & ipsa reddere illa, & alia de propriis adiungere. Sicut enim fur, cùm illa sola reddiderit, non est excusatus, sed & frequenter animam adiecit: frequenter autem cùm multò plura tribuerit, absolutus est. Sic & rapax: nam & auarus, rapax, fur est & latro, illo longè deterior, quantò & violentior. Ille nanq; tum latendo, tum nocte grassando multùm de facinore succidit, vtpote qui vereatur & timeat peccare: hic autem perfricata fronte, nudo capite, per medium forum res omnium rapit, se furem simul exhibens, & tyrannum, non perfodit parietes, neque lucernam extinguit, nec arcam reserat, aut corrũpit signacula. Sed quid: his audaciora facit, carentibus his qui patiuntur iniuriam, per portam expellit, omnia cum fiducia aperit, ipsos sua per se cogit exponere: tãtus est excessus violentiæ. Hic illis multò sceleſtior, quantò & impudentior & violentior. Nam ille quidẽ per insidias aliquid passus, dolet quidem: non paruam tamen habet consolationem, quòd & ipse qui facit iniuriam, formidat: hic autem vltra quod passus est atq; contemptus, neque vim ferre poterit. Maior enim risus. Dic mihi, si quis latens vxorem polluisset, alius au
C tem hoc cernente viro fecisset: vter maiorem tristitiam attulisset, quíve maiori dolore affecisset? Hic enim præter quòd malè fecit, insuper & contemsit: ille verò si non aliud, se ostendit læsum timere. Eadem & in pecuniis, hic quidem clanculum accipiẽs, ita reueritus est, furtim scilicet surripiendo: qui verò palàm & publicè, præter damnum & ignominiã inuexit. Desinamus igitur aliena rapere, & qui sumus pauperes & diuites. Non enim hic mihi sermo, verùm & ad pauperes. Nam & ipsi rapiunt se paupertioribus, & artifices qui sunt ditiores & potentiores, eos qui magis indiget & pauperiores expilãt, caupones alios caupones, & omnes qui in foro versantur. Itaque volo vndique iniuriam auferre. Non enim in eorum quæ rapiuntur & subleguntur quantitate, & in furantis arbitrio iniuria constituitur. Quòd autem hi potius fures sunt & raptores, qui neque parua aspernantur, scio. Meminiq; me vobis dixisse: siquidem & vos meminisus. Verumtamen nihil subtiliter supputemus, sint & ipsi pariter cum diuitibus. Iam mentem instituamus maiora non aggredi, plus non concupiscere. In cœlis verò nunquã habeat terminum malorum concupiscentia, sed quisq;
D semper amplius appetat. In terra verò necessitas, & modicus vsus cuique sufficiat, & nihil amplius quærat, vt ita possit vera consequi bona: quibus vtinam omnes digni simus, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri, vnà cum sancto spiritu gloria, decus & imperium, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

QVOD PECCATORES LVGENDI

sunt viuentes & mortui, & quòd multum defunctis prosunt eleemosynæ, & officia pro eis exhibita. Phil.

Homilia. LXIX.

MOrs fratres indifferens est, & media. Non enim malum est mors, sed malum si mortuus tormentis tradatur. Neque rursus est bonum mors, sed bonum si defunctus seculo cum domino viuat. Quę sunt post mortem, ea vel bona vel mala sunt. Circa defunctos itaque ne temerè lugeamus, neque de viuentibus stultè lætemur. Sed quid: lugeamus peccatores non tantùm defunctos, verùm & viuentes: de iu
E stis autem gaudeamus, nõ modò superstitibus, verùm & mortuis. Nam illi quidem & viuẽtes mortui sunt, hi verò mortui quoque viuunt. Illi cum hic quoque supersunt, sunt omnibus miserabiliores, quoniam deum offendunt: at hi cùm hinc quoque migrauerint, fœlices omnino: ad Christum enim transierunt. Peccatores vbicunque fuerint, procul à rege morantur: propterea lachrymis sunt digni. Iusti siue hic, siue illic, cũ rege sunt: & illic amplius & propinquius, non per introitum, non per fidem, sed facie ad faciem. Ne mortuos itaq; temerè defleamus, sed in peccatis mortuos: hi nanque luctu sunt digni, hi planctibus & lachrymis. Quæ nanque spes, quæso, cum peccatis migrasse, vbi peccata non datur exuere? Nam donec quidem hic erant, multa fortassis erat expectatio, quòd essent pœnitentiam acturi, futuriq; meliores: si verò tartarum vbi
Psal.6.a. per pœnitentiam nihil lucrari conceditur, petierint: dicitur enim, In inferno autem quis confitebitur tibi? quomodo non sunt lachrymis digni? Ita migrantes lugeamus, non prohibeo. Lugeamus, sed non indecẽter, non comas vellentes, non detegentes brachia, oculos non dissipantes, non pullis vtentes vestibus: sed tantùm in animo silenter amaras fundentes lachrymas. F
Licet enim & absque hoc exteriori cultu amariter lugere, nec illudere duntaxat. A ludibriis enim minimè differunt, quæ geruntur à nonnullis. Quòd etenim nõ ex doloris communicatione sint illi forenses plãctus, sed ex ostentatione potius, & ambitione sint, & inani gloria: inde clarum est, quòd multæ per artem hoc faciũt. Amarè plora, domi luge, vbi nemo te spectet, hoc est misericordiæ, hoc & tibi prodesse potest. Alium enim ita deflens, multò magis studebit, ne & ipse in eadem incidat mala. Terribile nanque peccatum deinceps esse videbitur. Infideles itaque deplora, deplora: nihil ab illis differentes, absque illuminatione migrantes, & sigillis: hi verò lachrymis digni & luctibus. Sũt enim cum damnatis extra regales aulas, & pœnæ addicti. Amen quippe dico vobis, nisi quis renatus fuerit
Ioan.3.a. ex aqua & spiritu, non introibit in regnum cœlorum. In diuitiis defle defunctos, qui nullam ex diuitiis sibi comparauere consolationem, qui sua diluendi peccata potestatem acceperunt, & neglexere. Hos inquam seorsum & communiter lugeamus, sed cum modestia sed honestatis ratione seruata. Sed ne nos ostentemus,

hos de-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gḥos defleamus,non vno vel altero die, sed totum vitæ nostræ tempus. Hæ siquidem haud sunt irrationalis motus lachrymæ,sed potius charitatis. Illud igitur est irrationalis motus,& propterea citius extinguitur: cùm autem ex dei timore fuerit factum, semper manet. Hos lugeamus, post hos pro viribus clamemus, excogitemus eis aliquid solatij,minimum quidem,clamemus tamen.Qualiter & quo nam modo? Orantes & alios precantes,vt pro eis deprecentur,pro eis pauperibus largientes continuè. Habet hæc res aliquam
4.Reg.19.g consolationem,audi nanque deum dicentem: Protegam ciuitatem istam propter me, & propter Dauid seruum meum. Si iusti duntaxat memoria tantum potuit,cùm & opera pro ipso fuerint, quantum non valebit:Non temerè ab apostolis hæc sancita fuerunt,vt in tremendis mysteriis defunctorum agatur commemoratio. Sciunt enim illis inde multum contingere lucrum, vtilitatem multam. Cùm enim totus constiterit populus, extensis manibus, sacerdotalis plenitudo, & tremendum proponatur sacrificium,quomodo deũ
H non exorabimus pro his deprecantes? Sed hoc quidẽ de his qui cum fide migrarũt. Catechumeni verò nec hac digni consolatione censentur, sed omni sunt tali suffragio priuati,præter vnum solum.Quod autem illud? Dare licet pro eis pauperibus, & ex hoc aliquid eis præstare refrigerationis.Vult nanque deus nos alterum alteri prodesse. Nam quare pro pace, mundiq; tranquillitate nos iussit orare? quare pro omnibus hominibus? cùm hìc vbique sint latrones & fures, ac sacrilegi, & infinitis pleni facinoribus, & tamen pro omnibus precamur, forsitã aliqua fiet eorum mutatio.
Iob.1.b. Sicut itaque pro viuẽtibus precamur,qui nihil à mortuis differunt:ita pro illis quoque licet orare. Iob pro filiis hostias offerebat, & eos à peccatis absoluebat, ne fortè cogitassent aliquid in corde suo, ita de filiis curam gerit.Non dixit,vt hominum plurimi, Relinquã eis patrimonia:non dixit,gloriam eis conferam: non ait,principatum emam:non ait, agros acquiram: sed quid?Ne fortè cogitauerint aliquid in corde suo.Quæ nam illorum vtilitas,nihil hìc manentium:Omnium,
Psal.22.a. inquit, regem eis reddam propitium, & nihil eis amplius deerit. Dominus enim pascit me, & nihil mihi deerit.Hæ magnæ sunt opes,thesaurus magnus.Si dei timorem habeamus, nihil nobis est opus: si verò non
I hunc habeamus, etsi regnum ipsum possideamus, summus omnium pauperrimi.Nihil æquale deum timenti:timor enim domini omnia superat.Hunc possideamus itaque,omnia propter hunc faciamus, vt hunc assequamur timorem.Nemo iam itaque plangat aut ploret, nec Christi meritum afficiat calumnia: mortem etenim vicit: Quid igitur superfluas fundis lachrymas?somnus ea res est.Quid gemis & luges?hoc nanque si vel gentiles facerent, oporteret deridere: cùm verò fidelis in his se turpiter gerat, quæ fuerit excusa-
2.Cor.6.c. tio?quæ venia talia fatuè sectanti, & hæc post tantum temporis,& tam manifestã resurrectionis probationẽ? Tu verò quasi crimen augere festinans,& præficas nobis gentiles obiicis mulieres, dolorem suspendens, & accendens fornacem.Neque dicentem audis Paulum: Quæ conuentio Christi ad Belial, aut quæ pars fideli cum infideli? Et Græcorum quidem pueri,qui de resurrectione nihil nouerant, consolationis tamẽ inueniũt verba,dicentes: Fer generosè,nam facta non licet resoluere, aut luctibus emendare. An tu his altiora discens & vtiliora,non confunderis,maiorem illis præferens deturpationem?Nec enim nos dicimus, Fer ge K
nerosè,nam factum non licet resoluere:sed, fer generosè,omnino nanque resurget: dormit infans, & non est mortuus: quieſcit, non autem periit: nam eum resurrectio suscipiet,& vita perennis & immortalis,angelicusq; consessus. Non psalmistam audis dicentem:
Psal.114.b. Conuertere anima mea in requiem tuam, quoniã dominus benefecit tibi?Rem istam deus beneficium nuncupat,& tu luges?Quid feciſſes amplius,si defuncti hostis & inimicus fuiſſes? Nam si lugendum est, diabolũ oportet lugere.Ipse plangat,ingemat ipse:quoniam ad maiora tendimus bona. Ipsius est digna nequitia huiusmodi deploratio,non tibi conueniens,qui coronam & requiẽ expectas.Tranquillus enim est portus,mors. Itaque considera quot plena malis est vita præsens: cogita quoties & ipse presentem execratus est vitam,res
Gene.1.c. etenim in deteriora prolabuntur: quin & ab initio nõ paruam sortitus es damnationem.In doloribus enim,
Ibidem.d. ait,paries filios: &, In sudore vultus tui vescẽris pane
Ioan.16.g. tuo:&,In mundo tribulationem habebitis.De illic verò positis nihil huiusmodi dictum est, sed omne contrariũ:quia fugit dolor,& gemitus & tristitia.Et quòd
L ab Oriente venient,& Occidente, & recumbent in sinibus Abraham,Isaac, & Iacob. Et quòd illic spiritualis sponsi thalamus,ardentesq; lampades,& in cœlum
Matth.8.b. transitus.Quid itaque defunctum confundis? quid facis, vt alij timeant mortem, & perhorrescant? Quid agis,vt multi deum accusent,vtpote qui magna parauerit incommoda? Imò verò quid post hæc pauperes vocas,& orare sacerdotes exhortaris?Nónne vt in requiem transeat defunctus & propitium iudicem habeat? Pro his ergo luges, & vlulas? Nónne tibimetipsi repugnas, & aduersaris ex his, quibus in portum ille deuenit, tibi parans procellam? Et quid faciam? talis est natura.Non est naturæ crimen,neque rei consequẽtia:sed nos sumus,qui confundimus omnia, qui molescimus,& propriam prodimus generositatem,& infideles reddimus peiores. Quo nanque modo proximum de immortalitate alloquemur?quomodo gentiM
li persuadebimus,cùm plus quàm ille formidem? mortem,& exhorrescamus?Multi quidem apud gentiles,licèt de resurrectione scientes nihil, sibi defunctis filiis coronati sunt,& apparuere candidati,vt præsentẽ tantùm gloriam consequerentur: tu verò neque propter futuram agere muliebriter, & plãgere desistis. At hæredes bonorumq; successorem non habes? Et quid malebas,cum tuorum,an cœlestium hæredem fieri?Quid verò cupis eum pereuntia suscipere,quæ paulò pòst esset dimissurus,an permanentia & immobilia?Non hęredem eũ habuisti, sed ipsum pro te deum habuit. Propriorum non fuit fratrum cohæres, sed Christi constitutus est:at inquies,Cui vestimenta,cui domicilia, cui seruos & agros relinquam?ipsi rursum,& tuti⁹, quàm si exisset: prohibet enim nihil. Nam si cum defunctis res barbari comburunt,multò magis te cum defuncto propria mittere conueniens est,non vt illis similia,sed vt hunc maiori gloria circundes.Et si peccator quidem obiit,vt soluat peccata:si verò iustus, vt mercedis fiat,& retributionis accessio. Sed ipsum cernere desideras?Eandem cum eo vitam viue, & sacrã ocyus illam accipies præsentiam. Præterea hæc autem & illud cogita,quòd licèt nos non audias,omnino tempore ti bi persuadebitur, sed nulla tibi tunc merces. Ex die enim multitudine consolatio conflatur. Si verò nunc philosopharis relis,duo maxima lucraberis.Nam & te malis in

A malis in medio positus absolues,& à deo præclarã accipies coronam.Eleemosyna nanque & aliis huiusmodi multò maius est ærumnam æquanimiter tolerare. Cogita quòd dei filius mortuus est,& ille quidem propter te,tu verò propter teipsum: & postquàm dixit: Si
Matth.26.d possibile est, transeat calix iste: tristitiamq; pertulit,& agoniam,mortem tamen non effugit: verùm & ipsam multa cum amaritudine sustinuit.Nec enim simpliciter mortem passus est,sed turpissimam: & ante mortem flagella,& ante flagella oppropria, derisiones atq; conuicia,te docens,vt omnia generosè feras. Verunta men postquàm mortuus est,& corpus deposuit, rursus ipsum maiori cum gloria resumpsit, & hinc tibi bonã spem prætendens.Si fabulæ non hæc sunt,noli lugere: si fide digna hæc esse putas, noli lachrymas fundere. Quòd si fleueris, quomodo gentili poteris quòd credas persuadere?Verùm & ita tibi casus intolerabilis esse videtur: ergo propter hoc ipsum non est lugendus. A multis enim huiusmodi calamitatibus ille liberatus
B est,noli ergo ipsi inuidere,aut æmulari.Sibi nanq; mortem propter immaturum illius obitum expetere, illũ autem,quòd non viuat,lugere, vt scilicet multa patiatur,huiusmodi, æmulantis & inuidentis magis esse videtur.Ne considéres illud,quòd non amplius domum reuertetur, sed quòd paulò pòst & ipse ad eum reuertetis. Noli hoc cogitare, quòd ille non vlterius huc regreditur,sed quòd nec ista quæ cernuntur permanent talia: verùm & ipsa transformantur. Etenim & cœlũ, & terra,& mare,& omnia simul transmutantur, tunc cum maiori gloria filium tuum recipies. Et si peccator quidem abiit,mala repressa sunt:nec si deus pœnitentiam acturum nouisset, ante pœnitentiam eum rapuisset.Si verò iustus vitam finiuit,in tuto bona consecutus est:itaque planum est,quòd non ex charitate tuę sunt lachrymæ, sed ex irrationali motu. Quoniam si defunctum diligeres,gaudere oporteret, atque lætari, quòd ex præsentibus procellis esset absolutus.Quid enim amplius supereſt,queso?quid verò peregrinum & nouum?Nónne per singulos dies eadem cernimus retorqueri?Dies & nox,nox & dies,hyems & æstas,æstas & hyems,& amplius nihil: & hæc quidem semper ea-
C dem,mala verò peregrina & recentiora?Hæc igitur ipsum sustinere per singulos dies,& hìc manere volebas & ægrotare,flere,formidare & contremiscere: & has quidem pati molestias, has verò ne patiatur, timere. Nec enim illud dicere possis, quòd hoc vastum nauigans mare possit mœrore, & curis, & aliis huiusmodi liber extare.Adhæc & illud cogita,quòd non immortalem genuisti,& nisi nunc mortuus fuisset, hoc paulò pòst sustinuisset.Sed ex eo non es saturatus?Verùm illic omnino frueris.Sed etiam hìc cernere concupiscis, & quid est impedimenti? Licèt enim & hìc, si vigiles: futurorum nanque spes est visu manifestior. Tu verò, si fuisset in regalibus aulis, nũquam eum cernere quęsisses,audienter eum se præclarè gerẽtem:ad multò meliora verò peregrinatum videns,modico tempore frãgeris,& hęc cùm pro illo cohabitantem habeas.Sed virum non habes, habes tamen consolatorem patrẽ orphanorum, & iudicem viduarum. Audias & Paulum
1.Tim.5.b. huiusmodi beatam vocantem viduam atque dicentẽ: Quæ verè vidua est,& desolata,speret in deũ. Etenim probabilior huiusmodi videbitur, cùm maiorem exhibeat tolerantiam. Noli ergo lugere, vnde coronaris, vnde recipies mercedem:depositum enim reddideris, si quod tibi creditum est, exhibueris. Ne iam solicita-
D sis cùm in tuto possessionem thesauro reposueris.Si verò & consideres,qualis sit ista præsens vita, qualis verò futura: & quòd præsens aranea quidem est & vmbra, omnia verò futura sunt immota, & immortalia, nec aliis iam opus habueris sermonibus:nunc quidem infans ab omni liberatus est mutatione,si verò moratus hic fuisset,fortasse bonus,fortassis autem non fuisset huiusmodi. An non vides, quot proprios abdicant filios, quot his qui abdicantur peiores domi coërcere coguntur?Hæc omnia meditantes, sapienter agamus. Sic enim & defuncto rem gratam agemus, & ab hominibus multas laudes assequemur, & à deo magna recipiemus præmia patientię,& æternis potiemur bonis:quæ nobis omnibus detur adipisci, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri, simul & spiritui sancto gloria, regnum & honor nunc & semper,& in secula seculorum,Amen.

QVOD PRO DEFVNCTIS LVgendum non est,sed orandum.

Homilia.LXX. E

MOrtis tyrannidem eiiciens deus, charissimi, simul & diaboli soluit potentiam. Qui nanq; de resurrectione multa sapiẽter nouerit meditari, quomodo mortẽ formidauerit? quomodo iam exhorrescat? Itaque ne turbemini dicentes, Quam ob rem hæc & hæc passi sumus? sic enim corona splendidior efficitur, nec esset splendida, nisi mortem morte soluisset. Hoc autem est admirabile, quòd eam per ea quibus prævalebat,euicit, ipsius facilem & leuissimam semper ostendens expugnationem: ne prodamus itaq; collatum nobis munus. Non enim accepimus spiritũ Roma.8.c.
seruitutis, sed spiritum virtutis & charitatis & modestiæ. Stemus itaque fortiter mortem deridentes. Sed occurrit mihi amarissimus gemitus,vt deplorem,quõnam Christus quidẽ nos perduxit, quò verò nosipsos deiecimus.Cùm enim circa forum planctus, eiulatus circa vitam relinquentes exhibitos, vlulatusq;,& alias turpitudines video:credite, pudet Iudæorum cernentium & hęreticorum,& omnium nos propter hoc deridentium. Nam quæcunque iam dixero, de resurrectione differens inuanum loquar. Quare verò? Quoniam his quæ dicuntur à nobis non intendunt gentiles,sed his quæ geruntur à vobis: statim enim dicent, F
Quando fiet, vt horum aliquis mortem contemnat, qui nec alterum videre mortuum potest? Bona quæ dicta sunt à Paulo,bona cœlisq; & dei benignitate condigna.Quid enim ait?Et liberabit hos, qui metu mortis Heb.2.d.
per omnem vitã erant rei seruitutis. Sed vos ista credi non finitis aduersus ea operibus pugnãtes,licèt multa fieri deus anteà struxerit, vt hanc improbam tolleret consuetudinem.Quid enim ardentes,quæso, lampades sibi volunt? nónne tanquam athletas eos comitamur? Quid autem hymni? nónne glorificamus deũ, & illi gratias agimus, quia iam defunctum coronauit absoluitq; à laboribus, & ab incertitudine sublatum penes se retinet? Nónne hymni propterea? nónne propterea psalmodiæ? Hæc omnia sunt gaudentium. Lætus enim est aliquis,psallat.sed non hæc intuentur gẽtiles:ait enim,Ne mihi proponas illum qui carens affectu philosophatur. Hoc enim in se nil magnum, nil habet mirabile.Ostende mihi hominem in ipso seruãtem disciplinam affectu, tunc de resurrectione credã. Et seculares quidem mulieres hoc facere nihil est mirandum,licèt & ipsum graue sit:nam & ipsæ parẽ exigunt di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G gnant disciplinam: & propterea Paulus ait, De dormiē-
1.Thes.4.d tibus autem nolumus vos ignorare, vt non contristemini, sicut & cæteri qui spem non habent. Non hæc solùm solitariis scribebat, neque perpetuam vouentibus virginitatem, sed secularibus: nec tamen hoc tam grave. Quando verò mulier aliqua, vel vir se cum Christo crucifixum esse dicens: hic quidem capillos laniat, illa verò nimium plorat, quid hoc deformius esse possit? Mihi credite dicenti: si fieret, vt oportet, multum tēporis ab ecclesiæ liminibus tales essent arcēdi. Hi nāque luctu verè sunt digni, qui mortem timent & perhorrescunt, neque resurrectionem credunt. At inquis, resurrectionem non nego, sed familiaritatem desidero. Quare ergo, cùm peregrinatur, & peregrinatione quidem longinqua, non eadem facis? Sed tunc quoque ploro desiderans, & lugeo. Illud quidem verè consuetam est quærentium præsentiam, hoc autem reuersionem desperantis. Quid psallas cogita, cùm ad illum
Psal.114.b. perueneris locum: Conuertere anima mea in requiem
Ibidē.22.a. tuam, quia dominus benefecit tibi. & iterum: Non ti-
Ibidē.31.b. H mebo mala, quoniam tu mecum es. & rursum: Tu es refugium meum à tribulatione, quæ circundedit me. Quid isti velint psalmi recogita: sed non animaduerteris, & es luctu ebria: saltem in alienis funeribus diligenter considera, vt in tuis remedium habeas. Dicis, Conuertere anima mea in requiem tuam, quia dominus benefecit tibi, & luges? Nónne fabulosa est repræsentatio? nónne simulatio? Nā si verè quæ profers credis, otiosè luges: si verò ludis, & simulas, & fabulas hęc esse putas, cur & tu psallis, & aduenientes toleras? Quare psallentes non abigis? Sed hoc est furentium, verùm & multò magis illud: igitur interim quidem admoneo. Processu verò temporis hoc acrius faciam. Magnopere nanque timeo, ne per hunc modum aliquod graue vitium ecclesiæ subrepat, luctuum ergo postea corrigemus errorem. Nunc autem annuncio, & plurimum protestor diuitibus & pauperibus, mulieribus & viris, fiat quidem vt omnes absque luctu vita migretis: & iuxta congruam legem profecti, senes à filiis & à filiabus, & natis, & progenitis matres in pingui senio deducantur, nec vnquam mors sit immatura. Hoc inquam fiat, hoc precibus exposco. Et præsidentes verò, & vos omnes exhortor, deum alter pro altero rogetis, & hanc communem faciatis orationem. Si verò (quod absit, nec accidat) acerba quæpiam mors ingruat (acerba verò dico nō naturaliter, nec enim mors iam est acerba: nihil enim à somno differt, sed ex affectu nostro videtur acerba) si ingruat, & aliqui præficas lugentes istas conduxerint, mihi credite dicenti, non aliter atque sentio loquar. Quicunque voluerit irascatur, eius ab ecclesia multum temporis arcebo, tā-
Ephes.5.b. quam idolorum cultores. Nam si Paulus auarum vocat idolorum cultorem, multò magis eum qui circa fidelem, ea quę sunt idololatrarum, exhibet. Qua nanque de causa, quæso, presbyteros vocas, & psallentes? nónne quò te consolentur? nónne quò defunctum honorent? Cur igitur ipsum afficis contumelia? Quare publica prosequeris ignominia? Cur nanque in scena deludis? Nos venimus de resurrectione philosophantes, docentes cunctos & nondum percussos, per honorem illis redditum, si quando aliquid accidat, generosè perferre: tu verò fœminas nostra destruentes, quantū in ipsis est, producis? Quid hoc risu peius & subsannatione? quid hac inæqualitate grauius? Erubescite & reuertemini. Quod si vos non vultis, non tales ecclesiæ pernicioſas cōsuetudines introducere non toleramus. K
1.Tim.5.c. Peccantes enim, ait Paulus, coram omnibus argue. Et illas verò miseras, & infœlices per vos prohibemus, ne vnquam efferendis intersint fidelibus, ne propria cogamus eas mala verè deflere, & doceamus, non in alienis hæc agere, sed propriis potius ærumnas lamētari. Nam & pius pater cùm filium habet prodigum, non illum admonet solū, ne vitiosis iungatur, verùm & illos perterrefacit. Ea igitur & illas per vos commoneo, vt neq; vos huiusmodi vocetis, nec illę veniāt. Et fiat quidem, vt sermo quid amplius operetur, & minæ præualeant. Si verò, quod absit, cōtempti fuerimus, minas ad rem deducere demum cogemur, vos quidē ecclesiasticis castigantes legibus, illas verò sicut eis cō-
Matth.18.b ueniet. Si quis autem arrogans contēnit, audiat Christum nunc quoq; dicentem: Si quis in te peccauerit, va de, corripe eum inter te & ipsum solum: si verò non audierit, assume tecum vnum vel duos: si autem & ita contradicat, dic ecclesiæ: si verò nec ecclesiam audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Sed si contra me peccantem, postquàm me non audierit, ita præci- L
pit auersari: in seipsum & in deum peccātem, qualiter habere debeo, vos iudicate. Vos enim nos non contēnatis tam molliter in vos insurgentes. Si quis autē nostra contemnit vincula, rursum eum Christus corri-
Ibidem.16. & 18.c. gat dicens: Quæcunq; ligaueritis super terram, erūt ligata & in cœlis: & quæcunq; solueritis super terram erunt soluta & in cœlis. Nam si nos quoq; miseri, & nihilipendendi, & contemptu digni (sicut verè digni sumus) non tamen nosipsos vlciscimur, nec iram vindicamus: sed nostræ curam gerimus salutis: reuereminī precor, & cōfundimini. Si quis enim amicum tolerat acrius æquo insurgentem, intentionem considerans, quòd benuolè, non insolenter hoc agit: multò magis doctorem increpantem, non authoritate tyrānica ista dicentem, neq; quasi principis loco constitutū, sed curatoris: nec enim potestatem ostentare volentes hæc dicimus. Quomodo nanq;, qui nec in eorum experientiam venire volemus? sed dolentes pro vobis atq; gemētes. Ignoscite mihi, nec vllus ecclesiastica despiciat vincula. Non enim qui ligat est homo, sed Christus, qui nobis hanc contulit potestatem, & tanti dominor honoris homines constituit. Nam nos quidem ad soluendū duntaxat vtq; potestate vellemus, quāmo nec M
huius necessitatem vellemus habere: nullum enim vo lumus apud nos esse captiuum. Non ita miseri sumus & æruminosi, licèt valde simus viles. Si verò coacti fuerimus, ignoscite. Nec enim sponte, vel volentes, sed plus vobis dolentes ligatis iniicimus vincula. Si quis autem hæc contemnat, iudicij tempus aderit, quod eū doceat. Reliquum autem, nolo dicere, ne mentem vestram consternem. Nam nos quidem primùm, ne trahamur in necessitatem, optamus. Quòd si venerimus, nostrum implemus officiū, vincula iniicimus. Si quis autem hæc diripuerit, ego iam quod mecum est erogo, & iam innocens sum. Ratio verò tibi reddetur apud eū qui me ligare præcepit. tu verò dic: Si rege coram sedente lictorum aliquis adstantium iussit aliquem in ordine positorum vincire, & imponere compedes:
Matth.5.g. ille verò non tantùm hunc repulerit, verùm & cōtriuerit vincula: lictor est nequam passus est iniuriam: nónne verò multò magis rex qui præcepit? Nā si quæ fiunt contra fideles ipse sibi vēdicat, eo qui docere statuēs est, contumeliam passo: multò magis tanquam ipse sit passus contumeliam, afficietur. Sed absit quòd aliquis eorum

A eorum qui sunt in hac ecclesia, in horum veniat vinculorum necessitatem. Sicut enim speciosum est non peccare, ita est vtile increpationem sustinere. Obiurgationem itaque feramus, & laboremus nunquam peccare: quòd si peccauerimus, sustineamus redargutionem. Sicut bonum quidem non percuti, quod si tamen accidat, vulneri medicinam imponere: itidem & hic, sed nunquam accidat nos talium medicaminum indigere. Audiuimus enim meliora de vobis, & quæ salutem apprehendant, etsi sic loquamur. Vehementius autem locuti sumus ad cautelam maiorem. Me nanque melius est audacem à vobis, immitem & insolentem putari, quàm quæ deo placent, vos non facere. Credimus autem deo, quòd non erit inutilis hæc admonitio nostra, sed ita mutabimini, quòd hi sermones in cō mendationes, & laudes vestras conuertentur: vt omnes digni bonis censeamur, quæ deus promisit diligentibus se, in Christo Iesu domino nostro, cum quo patri, simul & spiritui sancto, gloria & imperium, in secula seculorum, Amen.

B QVOD NIHIL PRODEST NOBIS IEIVNIVM, SI RELIQVA DESINT MERITA: & de oratione.

Homilia. LXXI.

Sicut hoc corpus quotidie corporalis indiget nutrimenti, ne multam cadens in imbecillitatem inefficax iaceat: itidem & anima spiritualis indiget pabuli, & optimæ conuersationis, vt in aliqua bonorum consuetudine posita, maligni demum insidiis constituatur inexpugnabilis. Per singulos itaq; dies huius fortitudinem satagamus, & nosipsos scrutantes, nunquam desistamus: & nobisipsis ratione proponamus supputandam, & de his quæ introducuntur, & de his itidem quæ promuntur, quidnam vtiliter locuti sumus, quod autem otiosum protulimus verbum: & rursum quid vtile per aures in animam transmisimus, quid è contra nociturū intulimus. Et linguæ quidem regulas quasdam, & leges ponamus, vt prius verba ruminet, & ita proferat. Mentem quoq; doceamus nihil admittere noxium. Verùm & si quid huiusmodi extrinsecus inferatur, hoc quasi superfluum & nocituum repellere: & si nascatur intrinsecus mala cogitatione statim fugare. Nec solam nobis inediam ad vesperam vsq; ad salutem satis esse putemus. Nam cum ingratis Iudæis misericors per prophetam dixerit dominus: Ecce anni septuaginta, nunquid ieiunium ieiunastis mihi? Et cùm comedistis, & bibistis, nunquid non vobis comedistis, & vobismetipsis bibistis? Hæc ait do minus exercituum. Iudicium iustum iudicate, & misericordiam, & miserationem facite vnusquisq; cū proximo suo. Et viduam, & pupillum, & aduenam, & pauperem, nolite calumniari. Et malum vir fratri suo nō cogitet in corde suo. Cùm igitur illis adhuc in vmbra sedentibus, & errorum affixis caligini, nulla de solis iunio fieret utilitas, nisi reliqua corrigerent, & ex corde malignam in proximum voluntatem eiiceret: quā nos habebimus excusationem, à quibus exiguntur maiora, quiq; non tantùm hæc facere iubemur, verùm & inimicos diligere docemur, & beneficiis prosequi? Et quid dico prosequi beneficiis? orare nempe pro ipsis, dominumq; deprecari, & de habenda eorum prouidētia supplicare. Hoc enim nobis omnium maximè in illa tremenda proderit die, nostrorumq; peccatorū maxima erit consumptio, si nos in inimicos nostros ita disponamus. Nam & præceptum est vade magnum, tamen si præmium hoc enauantibus propositum, cogi taueris, nihil omnino videbitur. Quod autem illud est? D
Si hoc feceritis, similes eritis patri vestro qui est in cœlis. Et vt manifestiorem nobis sermonem faceret, in- Ibidem.
tulit, quòd Solem suum oriri facit super malos & bonos, & pluit super iustos & iniustos, ait enim, Imitare iuxta vires humanas deum. Nam sicut ille non iustis tantùm Solem facit oriri, verùm & mala patrantibus: & pluuiam, & anniuersarios imbres non tantum bonis, verùm & malis subministrat: ita tu quoque si non solos te diligentes diligas, sed etiam inimicum in te animum habentibus indulgeas, & beneficia conferas, pro viribus tuis dominum imitaris. Vides qualiter in summum verticem hanc volentem obire virtutem eduxit? Ne solam itaque facti difficultatem charissime cogites, sed prius intra te reputa, quanto sis decorandus honore: & honoris occasio, licèt sit graue quid & onerosum, leue tibi reddetur. Nónne enim debes habere gratias, quòd per beneficium inimico collatum occasionem nanciscēris, vt apud deum tibi fiducię fores E
reserentur, & peccatorum tibi fiet absumptio? Sed forte cupis inimicum vlcisci, & eum qui te malis affecit, iisdem inuoluere, vel maioribus? Et quid ex hoc amplius erit, cùm vltra quòd nihil inde tibi nascetur vtilitatis, in illo terribili iudicio sis ex hoc pœnas daturus, tanquam positas ab ipso leges præuaricatus? Dic enim mihi, si quis rex super terram talem tulisset legem, vt inimici placarentur, vel mors esset supplicii: nónne propter huius corporeæ mortis metum omnes ad explendam legem concurrerent? Quanta ergo non esset dignus accusatione, propter mortem corpoream quidem, quam & alioqui naturæ nobis omnino debitum infert, omnia facere sustinens: at propter mortē, cui consolatio non potest inueniri, legis ab omnium domino latæ curam gerens minorem? Sed non animaduertebam hæc dicens, cum his qui neque parem se diligentibus exhibent charitatem, mihi sermonem esse. Quis itaq; nos iam ab illo liberabit supplicio, cùm non tantùm ab illo simus mandato procul constituti, sed nec eadem cum publicanis efficimus? ait enim: Si Matth.5.g.
diligatis diligentes vos, quid magnum facitis? nónne & publicani idem faciunt? Cùm itaque nec hoc à nobis impleatur, quæ iam nobis salutis spes? Propterea cohortor, ne simus absque visceribus misericordiæ, F
sed sensum nostrum domemus, primumq; doceamus, Philip.2.a.
vt proximum in charitate superet, & iuxta beatū Paulum dicentem: In humilitate superiores sibi inuicem arbitrantes, ne toleret superari, sed vincat atque transcendat, & maiorem exhibeat, & feruentiorem in se diligentes affectum. Hoc enim est, quod maximè nostrā continet vitam, atque connectit, & per hoc à beluis & brutis differimus: quòd si velimus, congruū nobis possumus ordinem conseruare, & magnam in proximū vnanimitatē exhibere: tum reprimere sensum, & hanc indomitam feram, animum dico, māsuefacere, & ipsum tremendi certamen iudicij proponere: & docere quòd si cum inimicis conciliari polliceatur, magnis bonis potietur: si verò contēdat adhuc, multum damnationis incurret. Non enim incassum & temerè nos tempus oportet absumere, sed per singulos dies & horas domini iudiciū ante oculos ponere: & quæ nobis multam possint præbere fiduciam, quæ verò supplicii inferant, vt ita nostris hæc præcordiis versantes, vitia vincamus, & carnis nostræ reprimamus lasciuias. Mortificemusq;, iuxta beatum Paulum, membra nostra, quæ Coloss.3.a.
sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

G dinem, concupiscentiam malam, furorem, auaritiam, inanem gloriam, & inuidiam. Si nos his mortuos vitiis constituerimus, ne possint in nobis operari, spiritus fructum capere poterim⁹: qui est charitas, gaudiũ, Galat.5.d. pax, longanimitas, suauitas, bonitas, fides, mãsuetudo, continentia. Hæc Christiani sit ab infideli differentia, hęc nostra sint insignia, nẽ nomine solo gloriemur, nec ex habitu altùm sapiamus: imò verò neque si quæ recensuimus, verè possideamus, vnquam exaltemur: sed multò magis nos & tunc contrahamus: ait enim, Lucæ.17.c. Cũ omnia feceritis, dicite, inutiles serui sumus. Si fuerimus ita meditati, & ita nostram curemus salutem, & aliis, & nobismetipsis plurimum prodesse poterimus. At si fide quidem opus est, quid est opus ieiunio? quoniam & illud cum fide non modicam inducit fortitudinem: multam enim affert disciplinam, & angelum ex homine reddit, & cum incorporeis pugnat virtutibus, sed non per se: opus enim est & oratione, & oratione primò. Nam aspice, quot ex ambobus bona nascuntur. Orans enim, & vt oportet ieiunans non multis eget: qui verò multis non eget, nunquam fiet auarus, & ad eleemosynam magis est aptus. Ieiunans leuis est, & alatus, & cum solertia orat, & improbas extinguit concupiscentias, deum placat, & insurgentem animum humiliat. Propterea & apostoli ferè semper ieiunabant. Orans cum ieiunio geminas habet alas, & ipsis quidem ventis leuiores: nec enim ofcitat, & distenditur, & orans languescit, quot multi patiuntur: sed est igne vehementior, & terra superior: & propterea talis maximè dæmonibus est infestus, & hostis. Nihil enim fortius homine legitimè orante. Nam si sæuum prin- Lucæ.18.a. cipem quendam, qui neque deum timebat, nec hominem reuerebatur, placare potuit mulier: multò magis deum alliciet, qui ei iugiter assistit, vincit ventrem, & delicias eliminat. Si verò tibi corpus infirmum ad cõtinuè ieiunandum, non tamen est infirmum ad orandum, nec ad vẽtris despectum imbecille. Nam si ieiunare non etiam potes, potes tamen abstinere deliciis. Hoc autem non minimum est, nec à ieiunio multum distans: sed ipsum quoque diaboli furorem prosternere idoneũ. Nihil enim illi tam gratũ dæmonio, quàm deliciæ sunt, & ebrietas: quoniam omniũ est fons malorum, & genitrix. Per hanc demum Israëlitas in ido- I lorum cultum præcipitauit. Per hanc Sodomitas in ne- Ezech.16.f. pharios accendit amores. Hæc est enim, inquit, impietas Sodomorum. In superbia, satietate panum, & conuiuiis luxuriabantur. Per hanc alios perdit innumeros, & gehennæ tradidit. Quid enim mali non operantur deliciæ? ex hominibus porcos efficiunt, & porcis deteriores, Porcus enim inuoluitur cœno, & stercore pascitur: hic autem abominabili magis vescitur mensa, illicitos excogitans coitus, & nefarios amores. Huiusmodi nihil à dæmoniaco differt, simili nanq; fertur impu- (v) lentia, similiq; bacchatur furore: & dæmone quidem pressum saltè miseramur, hũc autẽ auersamur, & odimus. Quid ita tandem? quoniam spontaneũ ad se trahit furorem, & os, & oculos, & nares, & omnia genera liter diuersoria, ductus & riuos facit furoris. Quòd si videa & interiora, animam quoque conspicies quasi quadam in hyeme, & gelu & bagulatam, atque languentem, & propter nimiam procellæ magnitudinem scaphæ nihil prodesse valentem. Quot ex hac tempestate mala viri mulieresq; patiantur, dicere pudet: ipsorum autem conscientiæ derelinquo, quę hęc plenius nouit. Quid enim ebria turpius muliere, quę temerè circunferatur? Quantò nanque vas est imbecillius, tantò ma- K ius est naufragium, siue libera, siue sit serua. Nam libera quidem in medio seruorum theatro turpiter agit. Serua verò rursum similiter inter seruos, & agunt vt dei dona blasphemiam ab insipientibus patiãtur. Multos nempe dicentes audio, cùm tales accidunt turpitudines: Non sit vinum. O ignorantiam, ô stoliditatem. Aliis peccantibus dei donum accusas? quantus hic est furor: nunquid vinum hoc malum effecit? non vinum, sed malè dispensantium immodestia. Dic itaque, ne sit ebrietas, ne sint deliciæ. Si verò dicas ne sit vinum, dices & sensim procedens: Ne sit ferrum propter homicidas, ne sit nox propter fures, ne sit lux propter calumniatores, ne sit mulier propter adulteria, & omnia penitus tolles: sed noli ita facere, hoc enim est satanicæ mentis. Nec vinum, sed ebrietatem accusa. Et hunc vigilantem arripiens ipsius subscribe turpitudinem, & dic ad eum: Vinum est datum, vt delectemur, non vt dehonestemur: vt rideamus, non vt rideamur: vt valeamus, nõ vt ægrotemus: vt corrigamus corporis valetudinem, non vt animæ prosternamus virtutem. Te dono deus honorauit, cur teipsum per immodestiam afficis contumelia? Audi quid Paulus dicat: Vino mo- L 1.Tim.5.d. dico vtere propter stomachum, & frequentes infirmitates tuas. Si verò sanctus ille morbo laborans, & frequentes patiens ægritudines, vinum non gustabat, donec præceptor mandauit: quam nos habuerimus veniam, qui in bona valetudine sectamur ebrietatem? igitur illi quidẽ dicebat: Vino modico vtere propter stomachum. Cuique verò nostrum ebriorum dicet, Vino modico vtere propter fornicationes, propter crebra turpiloquia, propter cæteras turpes concupiscentias quas solet ebrietas pârere. Si verò propter hæc abstine re recusatis, propter concupiscentias saltem, & molestias ex eo venientes abstinete. Vinum enim ad lætitiã datum est. Vinum enim, inquit, lætificat cor hominis. Psal.103.b. Vos autem & hanc eius virtutem destruitis. Quę nãque lætitia non esse in semetipso, innumerosq; pati dolores, & omnia se circunferentia spectare, vertigineq; detineri, & iuxta febricitantes opus habere caput oleo rigantibus? Hæc à me non ad omnes dicta sunt, immo verò ad omnes: non quoniam omnes inebrientur, absit: sed quoniam ebriorum non ebrij curam non gerunt, propter hoc & in vos sanos magis inuehor. Nam M & medicus ægrotantes omittens, ipsis sidentes alloquitur. Ad vos itaque sermonem dirigo, supplicans, & ne tali vnquam vitio capiamini: & captos, ne brutis peiores videantur, admoneatis. Hæc nanque nihil amplius necessitate quærunt, illi verò & illis brutiores facti sunt, mediocritatis terminos excedentes. Quantò nanque melior his est asinus? quantò melior canis? Nã & horum quodlibet animalium, & omnium brutorũ, sæ comedere, seu sit opus bibere, necessitatem terminum nouit, nec vltra quod est opus præcreditur: licèt sint infiniti qui cogant, in immodestiam procedere non patitur. Non ergo sic & brutis vos deteriores: non apud sanos tantùm, sed etiã apud vosipsos. Quòd enim canibus & asinis vos viliores iudicastis, inde manifestum est: hæc nanque brutis supra mensuram cibũ sumere non cogis. Et si quis dixerit, quare dices, ne lædantur: tibi verò nec hanc curã impendis. Ita teipsum & illis viliorem esse putas, & continuè fluctuante cuspicis. Nec enim tantum in ebrietatis die tempestatem sustines, sed etiam post illum diem. Et sicut febre præterita, febris manet detrimentum: ita & ebrietate sublata, ebrie-

A lata, ebrietatis tam in anima, quàm in corpore versatur tempestas: & miserum quidem corpus solutum iacet, sicut ex naufragio scapha. Hoc autem infœlicior anima, etiam hoc soluto procellam suscitat, & accendit libidinem: & cùm continens esse videatur, tũc præsertim insanit, vinum & dolia, phialas & crateres mẽte concipiens. Et sicut in tempestate sedata procella, tempestatis tamen remanet nocumentum, itidem & in ista: sicut enim illic mercium fit iactura, similiter & istic omnium ferè bonorum efficitur: siue modestiam inueniat, siue pudorem, siue prudentiam, siue mansuetudinem, aut humilitatem, in iniquitatis omnia proiicit pelagus ebrietas. Sed quæ sequuntur, non adhuc similia. Illic enim post iacturam scapha leuis efficitur, hic autem magis grauatur. Nam pro diuitiis illis arenam admittit, & falsum laticem, & omnem ebrietatis sordem: quæ cum nautis pariter & gubernatore, scapham illico submergit. Itaque ne talia patiamur, nos ab huiusmodi liberemus procella. Non licet cũ ebrie- 1.Cor.6.b. B tate cœlorum regna videre: ait enim Apostolus, Nolite errare, non ebriosi, neque maledici regnum dei possidebunt. Et quid dico regna cœlorum? Cum ebrietate neque præsentia conspici possunt. Nam dies nobis nostres ebrietas esse facit, & lucẽ tenebras. Et apertis oculis nec ea, quæ præ pedibus sunt, ebrij cernũt. Nec hoc solum est graue, verùm & præter hæc aliam vltionem molestissimam patiuntur, stultos mœrores, insaniam, malam valetudinem, derisionem, & opprobrium continuè sustinentes. Ergo quæ venia maneat se tantis infigentes incommodis? Nulla profectò. Hunc itaq; morbum fugiamus, vt & præsentibus bonis, atq; futuris potiamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium cum patre, sanctoq; spiritu, in secula seculorum, Amen.

DE IEIVNIO, ET QVOD MAximum est sacrificium, dei beneficia recogitare. Homilia. LXXII.

C NOn tantùm sibi Christianum satisfacere deus vult fratres, verùm & alios ædificare: non tãtùm per doctrinã, verùm & per vitam & conuersationem. Nihil enim sic in veritatis viam inducit, vt conuersationis integritas. Nec enim ita dictis nostris intendunt, sicut his quæ à nobis geruntur. Et vt discas quòd hoc ita se habet, licèt in infinitum verbis philosophemur, & de tolerantia disseramus, nisi cadẽte tempore hanc exhibeamus per opera, non tantùm sermo profuerit, quãtùm nocuerit actio. Si verò & ante verba, & post, virtutem per opera præstemus, digni Matth.5.c. fide censebimur illa commonentes, quæ per actiones etiam implemus. Nam & Christus hos beatos vocauit, dicens: Beatus qui fecerit, & docuerit. Considera, quomodo prius actionem posuerit, & mox doctrinã. Præcedente enim actione, licèt doctrina non consequatur, possum opera bona voce clarius docere in nos respicientes. Hoc ita semper considerabimus, vt prius factis, deinde verbis doceamus. Ne nos quoque Paulum Roma.2.c. audiamus nobis dicentem: Qui doces alium, teipsum non doces. Et cùm aliquem admonere volumus, vt necessarium aliquid corrigat, prius illud ipsi præstare studeamus, vt cum maiori ducia doctrinam faciamus, & omnis nostra sit cura circa animæ salutem: & vt refrenatis carnalibus lasciuiis verum possimus exhibere ieiunium, à magis abstinentiam dico: hoc enim D est ieiunium. Propterea nanque ciborum ieiuniũ susceptum est, vt carnis impetum coërceat, & equum nobis facilem reddat. Ieiunantem omnium maximè decet iram reprimere, mansuetudinemq; docere & humanitatem, corq; contritum habere, absurdarum quoque cupiditatum eliminare cogitationes, ante oculos insopitum illum habentem oculum, & ineuitabile tribunal, pecuniis esse superiorem, multam in eleemosynis largitatem ostendere, omnem ex corde nequitiam in proximum expellere: hoc verum est ieiunium, sicut & Esaias ait, ex dei loquens persona: Nunquid tale est Esaiæ.58.b. ieiunium quod elegi, per diem affligere animam suã? Nunquid contorquere quasi circulum caput suum, & saccum, & cinerem sternere? Nunquid istud vocabis ieiunium, & diem acceptabilem domino? Nonne hoc est magis ieiunium, quod elegi? Dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes: dimitte eos qui confracti sunt liberos, & omne onus dirumpe. Frãge esurienti panem tuum, & egenos vagosq; induc in domum tuam. Cùm videris nudum, operi eum, & car- E nem tuam ne despexeris: tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citius orietur. Vidisti charissime quale sit verum ieiunium? hoc exerceamus. Neq; secundum multos temerè censeamus in hoc contineri ieiunium, si sine cibis ad vesperam vsque permaneamus: non hoc est quod quæritur, sed vt ciborum abstinentia, à noxiis quoque continentiam exhibeamus, & circa spiritualium exercitationem multum impendamus studium. Ieiunantem decet esse correptum mitẽ, humilem, præsentis vitæ despicientem gloriam. Sicut cibos aspernatus est, sic & inanem gloriam floccipendat oportet, & ad illum respiciat solũ, qui corda scrutatur & renes, & multa cum sedulitate preces ad dominum, & confessiones emittat, sibiq; pro viribus per eleemosynam omnia peccata delere potest, & gehennæ incendiis eripere, si modò cum largitate præstetur, nec ad ostentationem faciamus. Et quid dico, nec ad ostẽtationem? si enim grati essemus, & solùm propter honestum, & in consanguineos misericordiam, hanc oportebat exhibere, non propter præmia tantùm à do- F mino nobis promissa, sed quoniam sublime nihil possumus cogitare, licèt illud propterea transigamus, nequaquam ab hominibus gloriã aucupemur, ne & impensam patiamur, & mercede priuemur. Ne hoc tantùm circa eleemosynam, verùm & in quolibet spirituali merito consideremus, & ad hominum laudẽ respicientes faciamus nihil. Quoniam nulla erit nobis vtilitas, siue ieiunemus, siue oremus, siue præstemus misericordiam, siue quodlibet aliud faciamus, nisi propter illum fiat solum, qui nouit abscondita, & in mentis nostræ profundo reposita. Nam si ab illo retributiones expectas, qua de causa vis à cognato laudari, & in admirationem haberi? Et quid dico laudari? Frequẽter huiusmodi nec laudat, sed potius inuidet. Sunt nonnulli qui tam nequiter gerentes, quòd & bene à nobis gesta in contrarium conuertunt: cur itaque rogo, corruptum illorum magnipendis iudicium? Illum enim insopitum oculum, nihil quod à nobis geratur est, quod lateat. Et hoc cogitantes, oportet tanta vitã nostram dispensare diligentia, quasi paulò pòst verborũ & actionum, & ipsarum quoque cogitationum rationem reddituros. Ne nostram ergo salutem contemnamus: nihil virtuti par amantissime. Hæc enim & in futuro seculo à gehẽna nos eripit, & regni largitur nobis possessionem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

possessionem, & in præsenti vita nos omnibus superiores constituit, qui temerè & incassum nobis insidiari conantur: nec hominibus tantùm, verùm & ipsis dæmonibus, & nostræ salutis inimico, diabolum dico, fortiores efficit. Quid igitur huic sit æquale, cùm nõ tantùm hominibus insidias parantibus verùm & dæmonibus superiores reddat ipsum sectantes? Virtus autè est omnia humana despicere, & per omnes horas futura cogitare, nulli inhiare præsentium, sed scire quòd omnia humana vmbra sunt, & somniũ, & si quid, his vilius. Virtus quasi mortuum ad huius vitæ res efficit, & ad nocentia quidem animæ salùti, tanquam mortuum operatione carere: ad spiritualia verò sola viuere & operari. Sicut & Paulus dicebat: Viuo autem non iam ego, viuit autem in me Christus. Et nos itaq; charissimi, tãquam Christum induti, sic omnia faciamus, neque contristemus spiritum sanctum. Cùm igitur à vitio vexati fuerimus, vel absurdâ cupiditate, vel ira, vel furore, vel inuidia, in nobis inhabitantem consideremus, & omnem huiusmodi cogitatum procul à nobis pellamus. Deus enim qui peccanti pœnam imposuit, hanc omnino leuiorem esse decernit, continuo quidem nos damnans sudori, continuoq; labori: laboris autem partem simul nobiscum multas brutorum attingere faciens species: Ita quòd & honorem contulisse, & rursum abstulisse, & ferarum induxisse timorẽ: & cætera, si quis diligenter, & gratè requirat, multæ sunt prouidentiæ plena, misericordiæ multæ. Pro his igitur omnibus deo gratias agamus, & in eum qui nos tantis prosecutus est beneficiis gratitudinem exhibeamus. Nec enim graue quippiam aut molestum à nobis expoſcit, nisi tantùm vt tot, tantaq; confiteamur beneficia: & sibi pro his gratiarum actiones referamus, nõ quòd huius indigeat ipse (nullius enim indiget) sed vt bonorum largitorem nos conciliare doceamur: & ne simus ingrati, sed beneficiis & tanta dignam cura virtutem præstemus. Sic enim illum in maiorem circa nos alliciemus prouidentiam. Itaque rogo ne torpeamus, sed quisque nostrum, si fieri potest, per singulos dies intra se computet, non tantum communia beneficia: verùm & propriè sibi collata, non promulgata, & omnibus manifesta, sed etiã peculiaria, multosq; latentia. Sic enim continuam gratiarum actionem domino poterit exhibere. Hoc maximum est sacrificium, hæc oblatio perfecta. Hoc fiduciæ nobis fiet occasio. Et qualiter dicam: qui iugiter enim hæc in mente sua reuoluit, & propriam quidem discit vtilitatem, ineffabilem verò nimiamque dei misericordiam diligenter cogitat: & quomodo nõ peccatorum nostrorum merita, sed propriam respiciens bonitatem, nostra dispo nit: cogitati: ne contrahitur, cõteritur corde, omnem fastum & arrogantiam corripit, modestè se gerere docet, præsentis vitæ gloriam despicere, omnia deridere visibilia, futura bona sperare, vitamq; fine carentem, nec vllum habentem terminum. Qui verò sic mente fuerit affectus, verum offert ac delectabile deo sacrificium, sicut & propheta testatur: Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum deus non despicies. Gratos enim seruos non ita pœnæ, supplicia q; sicut beneficia conuertunt: & scire, quòd non pro peccatorum merito pœnas exoluunt. Sensum itaque nostrum rogo conteramus, humiliemus cogitationem, & præcipue nunc, cùm multum nobis adiumẽtum ieiunij tempus ad hoc præbet. Si nos enim ita gesserimus, poterimus & orationes cum multa facere sollertia, & delicta confessi, multam supernè gratiam attrahere. Et vt sciatis quòd talibus sacrificiis deus placetur, ipsum audi dicentem: Ad quem respiciam, nisi ad humilem & mansuetum, & trementem verba mea? Propterea Christus disserẽs dicebat: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Qui nanque veraciter semetipsum humiliat, in iram nunquam inuehi potest, nec proximo succensere, cùm anima se corripiat, & sua consideret. Anima verò sic disposita, quidnam possit esse beatius? talis in portu continuè sedet, ab omni liberatus procella, seq; cogitationũ delectans tranquillitate: & propterea Christus aiebat, Et inuenietis requiem animabus vestris. Sicut itaque qui tales sedauit æstus multa fruitur requie: torpens itidem, & remissus, qui nascentes in se morbos, vt opus est, refrenare non potest, in continua versatur fluctuatione, domi bellum habens, cùm & præsente turbetur nemine, & multã sustineat tempestatem. Propter quod & vndis insurgentibus, & incumbente malorum spirituum turbine, sub fundo frequenter immergitur, & scapha propter gubernatoris imperitiam submersa. Propterea solerter agendum est & vigilandum, & continua iugisq; cura gerenda animæ salutis. Christianum enim contra carnis vitia semper expeditum esse oportet, & leges nobis à communi omnium domino positas inhabitantes habere, hisq; muniri, & longam ipsius circa nos expectationẽ, vt decet, accipere: non autem ex operibus experientiam expectare, tũcque demum corripi, ne de nobis quoque dicatur: Cùm occideret eos, tunc quærebant eum. Habentes itaque charissimi commilitantem ieiunij præsentiam, omnes ad peccatorum confessionẽ concurramus, & omni quidem abstineamus malitia, omnem verò virtutem obeamus. Sic enim & beatus propheta docet, inquiens: Declina à malo, & fac bonũ. Si sic nostra disponamus, & cum ciborum abstinẽtia, continentiam quoq; præstemus nequitię, poterimus & nos maiori potiri fiducia, & largiorem à deo consequi misericordiam, & in præsenti vita, & in futura die illa tremenda, orationibus, & eorum qui ipsi placuerunt intercessionibus, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, & in quo patri, simul & sancto spiritui gloria, imperium & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

DE SANCTAE QVADRAGESIMAE IEIVNIO, QVÒD TORPENTIBVS NOBIS NVLLA ERIT EXCVSATIO.

Homilia LXXIII.

NOn hoc solùm requiritur charissimi, vt per singulos dies huc conueniamus, & de iisdem audiamus: cõtinuè, & totam ieiunemus quadragesimam. Si nihil enim ex eo quòd huc assiduè cõuenimus, & admonemur, & ex ieiunij tempore lucrari deberemus: hæc non modò nihil nobis prodessent, verùm & maioris occasio dãnationis fierent nobis: cùm tantum inuenietes solicitudinis iidem pernaneamus, nec iracundus mitis efficiatur, nec animosus mutetur in mansuetum, nec in benignitatem inuidus se reducat, neq; pecuniarum cupidus institia, à vitio desistens, ad misericordiam & pauperum se transferat sustentationem: nec impudicas continẽs euadat, nec huius mundanis gloriæ stupidus amore, & vacat eam contemnere, veramque perquirere gloriam, neque circa proximi charitatem

charitatem segnis, exurgens seipsum doceat, vt nõ solùm publicanis non sit inferior, ait enim: Si diligatis diligentes vos, quid amplius facitis? nónne & publicani hoc faciunt? sed etiam inimicos benignè conspicari, & multam eis charitatem exhibere. Nisi hos superemus morbos, & alios in nobis nascentes, per singulos dies huc conuenientes, & continuæ vacantes auditioni, tantamq; cõsequentes doctrinam, & à ieiunio subsidium habentes: quæ nobis erit venia, quæ autem excusatio? Dic enim quæso si tuum videas filium quotidie scholam petẽtem, & tempore progresso nihil amplius inde lucrantem, nunquid patienter feres? Nónne & flagella puero infliges, & præceptorem accusabis? Postea si didiceris, quòd à præceptore quidẽ omnia facta sũt, & prætermissum est nihil, sed omnium causa fuit pueri negligentia: nónne causa liberans præceptorem, omnem in puerum transferes indignationem? Idem & hic fieri iustum est. Nos enim quodammodo à diuina sumus gratia constituti, quasi spirituales filios ad hanc scholam quotidie vocantes, salutarem vobis doctrinã apponimus, non quæ veniunt ex propria mẽte loquẽtes: sed documẽta nobis à domino per diuinas donata scripturas in medium proponẽtes, & hæc prædicãtes assiduè. Itaque si nobis omne studium & sedulitatẽ exhibentibus, & quotidie vos ad virtutis ducentibus semitam, vos in iisdem permanetis: & quantus nobis erit dolor, & vobis (ne quid amplius dicã) quanta dãnatio, cogitate. Licèt enim nos insontes faciat, quòd nihil ad vestram cõgruum ædificationem omiserimus: veruntamen quoniam vestræ curam salutis gerimus, non possumus æquè tolerare: quoniam & præceptor, cùm discipulum viderit ex studio suo proficientem nihil, non mediocriter tristatur & dolet, cum se frustra laborare conspiciat. Hæc nunc dico, non vt vestram contristem charitatem, sed vt excitem, & persuadeã, ne temerè corpus intẽdat ieiunio, nec inutiliter & incassum sanctæ dies quadragesimę transcurrat. Et quid dico sanctæ dies quadragesimæ, cùm ne vnum quidẽ diem toto vitæ nostræ tempore nos transigere liceat, si fieri potest, quo nõ aliquid spiritualis lucri nobis reponamus, vel per orationem, vel per cõfessionẽ, vel per beneficentiam, vel per aliã spiritualem quãpiam actionem? Nam si Paulus talis ac tantus, qui arcana ilã audiit verba, quæ nulli licuit hactenus nosse, clamabat, dicens: Per singulos dies morior propter vestram gloriam. Docens vos quòd ita se pro pietate periculis exponebat, vt ipsi quotidie morti propinquaret: & quod natura non suscipiebat (vni nanque morti subiacemus omnes) hoc voluntatis eius contentio supplebat, quanquam misericors deus propter cæterorum salutem ipsum amplius conseruabat. Itaque si ille tantis præditus meritis, & tanquam angelus in terra comparens, per singulos dies aliquid lucrari studebat, & ad veritatis pericula se opponere, & spirituale sibi congerere mercimonium, nec vnquam desistere: quã nos habuerimus excusationem, qui non tantùm omnibus privati sumus meritis, verùm & tot subiacemus delictis, quorum vel vnum cum nobis adsit, potest nos ad ipsũ perditionis barathrum deducere: & nullum habemus studium, vt hæc saltem corrigamus? Cùm autem idẽ frequenter non vnum modò defectũ, sed & plures inuoluatur habere, & iracundus sit & lasciuus, auarus simul & inuidus, atque fastuosus, nec ista corrigere velit, neq; virtutis opera tangere: quę porrò spes fuerit salutis? Hæc dico, nec dicere desisto, vt audientiũ quisque congruũ sibi sumens remedium, ex his quæ à nobis dicuntur, studeat ocyus, & à vexantibus vitiis liberatus ad sanitatem reuerti, & ad virtutis operationem semetipsum reddere industrium. Nam & ægrotantibus corpore, cũ infinita medicus adhibeat remedia, si medelam ægrotus nõ acquiescat admittere: sed postq; imposuerit medicus, frequenter indignans, nec ferens dolorem, medicamen abiiciat, nec ex eo capiat vtilitatẽ: nemo sapiens medicum omnia quãtum in ipso est, cõferentem culpauerit. Itidem & hic nos quidem medicamentũ ex disciplina spirituali cõponentes imponimus, vestrum verò fuerit reliquũ & ferre dolores, & ex medela iuuari, & morbo liberatos ad veram sanitatem redire. Sic enim & vos multũ vtilitatis sensum capietis, & nos non parũ consolationis habebimus, cùm viderimus prius laborantes, ad sanitatẽ tam citò reuersos. Quenque vestrum itaque rogo, etsi non antea, deinceps saltem, quem se plus aliis vexare defectum nouerit, hunc ex anima præcidere studeat, & pia quadã cogitatione, quasi spirituali vtens gladio, semetipsum à vitio liberet: idoneũ enim deus nobis contulit sensum, & si parũ eius respicere, valentẽ & quodq; nascens in nobis vitiũ superare. Propterea sanctorum quoq; nobis omnium vitam, & conuersationẽ per diuinas contextam scripturas spiritus gratia reliquit, vt discẽtes qualiter eandẽ nobiscũ sortiti naturã omnia virtutis obierũt officia, circa ei⁹ executionem minimè torpeamus? Nónne eiusdẽ naturæ nobiscũ beatus erat Paulus? Accendor enim in viri desideriũ, & propterea continuè eũ versare non desino, & velut ad quandam archetypam imaginẽ, in huius respiciẽs animã, vitiorum admiror despectũ, fortitudinis magnitudinẽ, amoris in deum ardorẽ: & arbitror, q̃ omnem virtutũ congregationem vnus homo qui voluit, acquisiuit, & quisque nostrum nec partem obire quærit. Quis igitur ab ineuitabili supplicio nos eruet, cùm eiusdem nobiscum naturæ particeps, & iisdem obnoxius morbis, & in tanta temporum difficultate constitutus, per singulos dies, vt ita loquar, tractus, discerptus, & ab his publicè raptatus, qui prædicationẽ impugnabant, qui frequenter eum esse mortuum arbitrati, tunc tandẽ, quasi ad exitum homicidalem mentẽ suam perduxissent, ita dereliquerunt, tantam virtutis magnitudinem inueniatur exhibuisse: nos autem ita cadamus, & tanto nosipsos tradamus torpori? Sed ne per linguã nostrã huius merita beati, & virtutẽ, quam quotidie pro fidei prædicatione præstabat, audiatis, ipsum necessariũ est audiri dicentẽ. Cùm enim propter pseudapostolorum fraudem sua narrare cogeretur, adeò fuit ipsi molestũ, & graue, vt refugeret, & nunquã hæc in medium agere vellet: verùm & id appellaret audaciam. Sed postq; multam vidit necessitatem, vt deceptorum ora clauderẽtur, & parũ daretur auxilij discẽtibus, ita ferè cœpit, postq; multa dixit alia: In quo autem quis audet, in insipientia dico, audeo & ego. Considera religiosi animam, nõ tantùm audaciam, verùm & insipientiam rẽ vocat: nos quoq; docẽs non incassum absque necessitate, & cogente nemine gesta nostra iactare, si quo modò de nobis inuenirentur, joni quidpiam operati. In quo autem quis audet, inquit, in insipiẽtia dico, audeo & ego. Hoc est, postquàm multam video necessitatem, audere volo, & insipientiæ opus ostẽdere. Hebræi sunt & ego: semen Abrahæ sunt, & ego: Israëlitæ sunt, & ego. In his, inquit, altùm sapiunt, ne nos se vincere putent: nam & nos sumus eorũ participes. deinde subiunxit:

Universidad de Deusto
Biblioteca

G iunxit: Ministri Christi sunt, desipiẽs loquor plus ego.
Hic mihi charissime considera beatæ hui⁹ animæ virtutem, quoniã factum suum audaciam vocauit, & insipientiam, licèt in tanta constitutus necessitate, nec ita dictis fuit contentus: sed cùm fuit ostensurus illos se multò transgressum, ne quis ex proprio eum amore talia dicere putaret, rursum vocat insipientiam à se dictum, tantúmnon dicens: Non enim ignoro, quòd rem facio multis damnabilem, nec mihi congruã, sed multa necessitas ad hoc me cogẽs impellit: propterea parcite mihi, insipientiæ verba loquenti. Huius vel vmbrã nos imitemur, tot habentes impositas peccatorum sarcinas: & si quid paruulum præstiterimus, nec illud frequenter in mentis cellario reponere sustinẽtes: sed vt ab hominibus gloriam aucupemur, iactantes, & agentes in medium, & per hanc importunam loquacitatẽ nosipsos, diuina priuantes retributione. Sed nõ hic beatus tale quidpiam passus est, sed quid? Ministri Christi sunt, desipiens loquor, plus ego. Iam verò deinceps ea profert in medium, quorũ pseudoapostoli nihil iactauerant: vtpote qui veritatem impugnabant, & ad impediendam pietatis prædicationem faciebant omnia,
H mentesq; concutiebant simpliciorum. Postquàm ergo dixit, pl⁹ ego, virtutis opera iam enumerat, & ait: In laboribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter. Quid ais? inusitatum & admirabile quiddam est, quod abs te dicitur. Nunquid frequenter potest mors sustineri? Etiam, inquit, & si non experientia, sed sententia, nos docens, quòd propter prædicationem se talibus periculis mortem sibi parãtibus exponebat, sed dei gratia in ipsorum medio periculorũ athletam custodiebat, vt discipulis multum per ipsum præstaretur vtilitatis. In mortibus, inquit, frequenter, à Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepi, ter virgis cæsus sum, ter naufragium feci, nocte & die in profundo maris fui, in itineribus sæpe, periculis flumi-
num, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in falsis fratribus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari. Ne temerè dicta prætercurramus charissimi: horũ enim vnumquodque per se solum nobis tentationum pelagus ostendit, nec enim simpliciter vnum dixit iter: sed in itineribus sæpe, ueq; periculum fluminum, sed multa diuersaq; pericula, & omnia cum magna sustinebat superabundantia. Et post hæc omnia rursum ait: In labore & ærumna, in vigiliis multis, in fame & siti, in ieiuniis frequenter, in frigore & nuditate, præter exteriora. Vide rursum aliud nobis tentationum pelagus adapertum: dicẽs enim, præter exteriora, innuit, quòd omissa dictis esse plura verisimile sit. Nec hactenus stetit, sed iterum nos docet infestationes & subuersiones, quas sustinebat, ita loquens: Instantia mea quotidiana, solicitudo omnium ecclesiarum. Ecce rursum & hoc laboriosum meritum, si etiam solum esse contingeret, ad summum virtutum verticem ipsum perducere. Solicitudo, inquit, omnium ecclesiarum. non vnius & duarum, & trium: sed omnium, quæ erant per orbem terrarum. Quantum enim terræ Sol percurrit proprios emittens radios, tantam & hic beatus solicitudinem & curam habebat. Vidisti latitudinem animæ: vidisti mentis magnitudinem? & quod mox rursum infertur, omnia, vt ita loquar, dicta obumbrat: Quis enim, ait, infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego nõ vror? Papæ quanta viri huius charitas, quanta vigilantia, quãta solicitudo? Quę ma-

a. Cor.11.e

I

2. Cor.11.f

Ibidẽ.g

Ibidem.

ter febricitante filio, & in lecto iacente viscẽribus ita K
discerpitur, vt hic beatus pro omnibus in quocunq; loco infirmatis magis infirmabatur, & pro scandalizatis vrebatur. Considera mihi dictionis significantiam: non dixit, quis scãdalizatur, & ego non contristor: sed, vror ait, doloris nobis ostendens intentionẽ: & se tantùm non monstrans interius igneſcentem & ardentẽ propter eos qui scandala patiebantur. Video quòd ad multum prolixitatis doctrinam extendi, & hæc cùm hodie decreuissem contrahere, vt ex iciunij labore parũ respirare possetis. Sed nescio qualiter in huius sancti meritorum diuitias incidens, tanquam à vehementissimo aquarum impetu sum ita lingua protractus. Quam ob rem hic sermonem sistentes, vestram exhortamur charitatem, hunc in mẽte semper circunferre, & hoc continuè ratiocinari, quòd eiusdem nobiscum naturæ particeps, & iisdem motibus subiectus, & vile sectans exercitium & abiectum, pelles consuens, & in officina constitutus: quoniam se virtutis laboribus addicere voluit, & sancti spiritus susceptione dignum efficere, largiori supernè potitus est honore. Et nos itaque, si velimus, quæ nobis pertinent exhibere, nihil est L
quod iisdem potiri prohibeat. Liberalis enim est dominus, & vult omnes homines saluos fieri, & ad veri- 1. Tim.2.b
tatis agnitionem peruenire. Dignos itaq; nosipsos reddamus, & tandem feruenti studio virtutem vel tardè arripiamus, & nostra corrigentes vitia, nos ad spiritũ idoneos suscipiendum efficiamus: quo vtinam omnes digni censeamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri, simul & sancto spiritui gloria, potestas & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilias. LXXIIII. LXXV. LXXVI. quæ hoc loco sequebantur, semouimus. Siquidem in his scripturæ sacræ loci aliquot explicantur: quarum hic subiunximus inscriptiones, quò facilius eas reperire possis.

Porrò. LXXIIII. habetur tomo primo, quæ complectitur ea quæ faciunt ad veteris intelligentiam instrumẽti, folio. 123. G. cuius hæc est superscriptio: Super orationẽ Annæ, & quòd vtilis est paupertas, & malorem habet, quàm diuitiæ, voluptatem & securitatem.

LXXV. tom. secundo, fol. 246. D. Ex euangelio secundum Matthæum. Cùm vidisset Iesus turbas, ascendit in montem: & cùm sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius, & aperiens os suum docebat eos.

LXXVI. eodem tomo secundo, fol. 255. H. In euangelicam dictionem: Domine, quoties in me peccabit frater meus, & dimittam ei? vsq; septies? Dominus autem ad eum: Non dico tibi, vsque septies, sed vsque septuagies septies. M

QVOD AD FINEM VSQVE STANTEM CONFIDERE NON OPORTET, NEQUE LAPSVM DE SE DESPERARE.

Homilia. lxxvij.

IVdas, charissimi, prius regni filius erat, & cũ duodecim audiit discipulis: Sedebitis super Matt.19.d
sedes duodecim, sed postea factus est gehennæ filius. Aethiops autem cùm barbarus esset homo, & Acto.8.d
eorum qui veniunt ab Oriẽte & Occidente, iunctis cũ Abraham, Isaac, & Iacob, coronis potietur. Hoc & intẽ- Marc.10.e
nos agitur quotidie: ait enim, Multi erunt primi nouissimi, & nouissimi primi. Hoc autẽ dicebat, vt nec illi torperent, tanquam redire non possent; nec hi confiderent, tanquam stent immoti. Hoc & supernè Ioannes exclamans aiebat: Potest deus ex lapidibus his sus- Matt.3.b
citare filios Abrahæ. Quoniam enim hoc agendum erat, multò antè prædicat, ne quis rei nouitate turbetur. At illic quidem illud tale quiddam possibile dicit, nam erat homo: Christus autem omnino futuram, ex operibus afferens confirmationem. Ne confidamus itaq; 1. Cor.10.
stantes, sed nobisipsis dicamus: Qui videtur stare, videat ne cadat. Neque iacentes desperemus, & nobis di- Hiere.8.b
catur: Nũquid qui cadit, non resurget? Nam & multi postquàm

A postq̃ in ipsum ascenderunt cœli verticem, & omnem exhibuere tolerãtiã, & in desertis morati sunt, nec in somniis quidẽ viderunt mulierem q̃ paulùm torpuerint, supplantati sunt, & ad ipsum malitiæ barathrum deuenerunt: alij rursum illinc ascenderunt in cœlum, ex scenaq;, & orchestra ad angelicam migrauére conuersationẽ, & tantam virtutem exhibuerunt, vt expulerint dæmonas, & alia multa fecerint huiusmodi signa. Et his plenæ quidẽ sunt scripturæ, plena verò nobis exemplorum vita. Et meretrices & molles ora Manichæorum obstruunt, qui malitiam immutabilẽ esse dicunt, diaboli sectantes disciplinam, & laborare volentium manus soluentes, omnemq; vitam subuertentes. Qui talia nanq; persuadent, nõ tãtùm in futuris læ dunt, verùm & hic omnia, quantum in eis est, confundunt. Quando nanque vitiosè viuentium vllus virtutis curam habebit, cùm ad illam reditum patere non putet, & in meli⁹ mutationem nõ dari sibi persuadeat? Si nunc enim cùm & leges sunt, & pœnas minantur, & gloria multos excitat, expectaturq; gehenna, & promissum est regnum, & incusantur mala, bonaq; laudã-
B tur, vix pauci pro virtute sudores eligũt: si ista sustuleris, omnia perire quid, atque corrũpi, prohibebit? Malitiam itaque cognoscentes diabolicam, & q̃ externis legislatoribus, oraculisq; diuinis, & naturæ rationibus, atque cõmuni omnium hominum sententiæ, Barbaris & Scythis, ac Thracibus, & omnibus vniuersaliter huiusmodi aduersantur, & qui facti dogmata sancire conãtur: vigilemus charissimi, & omnes illos valere sinentes, per angustã ambulemus viam, & confidentes simul atq; timentes: timentes quidẽ propter vtrinque posita præcipitia, confidẽtes propter nos præcedẽtem Iesum. Ambulemus vigilantes, & expergefacti: vel si
1. Reg.11.a & seq. paulùm quis dormitauerit, illico prostratus est. Nõ enim sumus Dauide solertiores, qui cùm parũper neglexisset, in ipsum præcipitatus est peccati barathrum, sed citò surrexit. Ne tantùm itaq; q̃ peccauit, aspicias, verum etiam q̃ peccatum abstersit. Propter hoc enim historiam illam descripsit, non vt lapsum cõsideres, sed vt surgentem admireris, vt discas cùm ceciderit, quomodo surgere conueniat. Sicut enim medici difficillimas eligẽtes egritudines describunt, talisq; curationis
C viam voluminibus docent, vt in maioribus exercitati, minora facilè transigant: ita scilicet & deus in mediũ peccatorum maxima produxit, vt & in paruis offendentes, pèr illa facilem horum correctionẽ inueniant. Si enim illa sanitatem acceperunt, multò magis & minora. Videamus igitur qualiter & infirmatus est, qualiter & illicò surrexit beatus ille. Quis itaq; morbi modus fuit? Adulterium & homicidium commisit: nec enim ista contego, clara recensens voce. Si spiritus etenim sanctus dedecus nõ existimauit hanc omnẽ historiam exponere, multò magis neq; nos oportet cũbrare. Propterea non tantùm ea prædico, verùm & aliud adiicio: quotquot enim hæc abscondunt, hi præsertim eius virtutem obumbrant. Et sicut Goliath bellum tacens, non minimis eum priuant coronis, Idẽ & hanc prætercurrentes historiam. Nõnne videtur ergo mirabile quod dicitur? Itaq; parũ expectate: tunc q̃ scietis, quòd iustè vobis hæc dicta sunt. Propterea nanque peccatum exaggero, mirabilioremq; paro sermonem, vt abundantius medicamina componam. Quid est itaque, quod addo? viri virtutem, quod maius effi-
Sapien.6. cit crimen. Non enim omnia similiter à omnibus iudicantur: ait enim, Potentes potenter tormenta patien-

tur: & , Qui scit voluntatem domini sui, & non facit, Lucæ.18.f
plagis vapulabit multis. Itaq; maior scientia, maioris fit D
pœnæ materia. Propterea sacerdos eadẽ cum subditis peccata committens, non eadem, sed multò grauiora patietur. Forsitan amplificatam videtes accusationẽ, contremiscitis & timetis, meq; quasi per præcipitia venientem admiramini. Sed ego ita de iusto confido, vt & vlterius progredi libeat. Quantò magis enim crimen auxero, tantò magis Dauidicam potero laudẽ ostendere. Et quid his amplius dici potest? Sicut enim in Caĩn non sola cædes erat commissum, sed multis cædibus peior. Non enim alienum, sed fratrem: non iniuriam inferentem, sed passum interemit: non post multos homicidas, sed primus nefas inuenies: ita quidem & hìc non tantùm cædes erat delictum, nõ enim quilibet erat vir qui fecit, sed propheta: nec iniuriam ausum, sed passum interemit, invitalibus eum offenderat vxore direpta, veruntamen post illud & hoc addidit. Vidistis quomodo iusto non peperci, neque sub breuitate quadam ipsius retuli peccata? Veruntamen ita depurgatione confido, q̃ post tantam peccati magnitudinẽ vellem & adesse Manichæos hæc maximè con- E
temnentes, vt ex superabundãtia ipsorum ora concluderem. Nam illi quidem aiunt, q̃ adulterium patrauit & homicidium: ego verò nõ hoc tantùm dico, verùm & duplam cædem ostendi, & ex eo qui passus est iniuriam, & ab illius persona, qui peccatũ perpetrauit. Non enim par est, si spiritu prædituς, & tãtis decoratus meritis, talemq; consecutus libertatem in tali ætate talia committat, & quòd his carens hoc ipsum audeat. Attamen ita quoque valde mirabilis est vir ille generosus, quòd in ipsum nequitiæ profundum delapsus, non prostratus iacuit, neque desperauit, neque semetipsum proiecit supinum, tam lethali à diabolo vulnere susceptо: sed celeriter, imò statim, & cum multa ferocitate grauius intulit vulnus, quam acceperat. Et idem factũ est, quale si in prælio & acie, postq̃ barbarus aliquis in viri fortis cor hastam fixisset, & in iecur iecisset sagit tam, & secundum priori vulnus illo lethalius addidisset, collapsus, & multo passim sparsus cruore talia susciens atrocia vulnera, statim surgat, & hastam in iacu latum contorquens, ilico mortuum humi demõstret: Ita quidem & hìc, quantò maiorem dixeris percussio- F
nem, tantò mirabiliorem animum ostendis percussi: quoniam post hoc graue vulnus potuit & surgere, & in acie prima cõsistere, & sui prosternere vulneris authorem. Hoc autem quantũ sit, sciunt præsertim quotquot in grauia crimina decidunt. Non enim tam generosi, strenuiq; est animi rectè ambulare, sæpe currere (habet enim huiusmodi bonorum spem comitem, vngentem, excitantem, cõfirmantem, promptioremq; se reddentem) quàm si post innumeras coronas, multaq; trophæa & victorias, extremũ passus nocumentũ, eosdẽ denuo cursus resumere possit. Et vt quod dico manifestius efficiatur, & aliud priori non inferius exemplo in mediũ vobis adducere conabor. Cogita nãque mihi aliquem nauis magistrum innumeris prætereuectum sinibus, postquàm totum mare nauigauerit, post multas hyemes, scopulos, & vndas, cùm magno onere naufragium ipsо portus ore facientem, & nudo vix corpore periculosum hoc naufragium elapsum: quomodo par est circa mare, nauigationisq; labores esse dispositum? Nunquid eliget vnquam huiusmodi, nisi generoso sit animo, littus aspicere vel nauigium, aut portum? Nõ arbitror ego qui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G dem,sed latitans iacebit,vt noctem diem aspiciens,& ad omnia refugiens, & mallet mendicando viuere, q̃ eosdem attingere labores. At non ita beatus hic tale passus naufragium,post innumeros labores illos atque sudores non mansit absconditus, sed & nauem deduxit,& extendens vela,clauumq; manibus sumens,eosdem aggreditur labores, & maiores rursum diuitias comparauit.Sed si stare, nec semper iacere collapsum tam admirabile, resurgere & talia operari quantis dignum coronis non fuerit? Et multa quidem erant ad desperationem eum trahentia, & primùm quidẽ peccati magnitudo:Secundùm, quòd non in vitæ principiis,cùm maior erat spes,sed circa finẽ hæc passus est. Nec enim mercator portum statim egressus, & passus naufragium similiter dolet,vt ille qui post innumeras mercaturas scopulo fuerit illisus. Tertiùm, quòd cùm iam multas conquisisset diuitias,hoc sustinuit. Nec enim modica tunc ei reposita erant põdera, qualia per
4.Reg.17.f primam ætatem,cùm pastor erat, & qualia circa Goliath congessit,cùm præclarum illud erexit trophęum, & sapienter acta circa Saül: euangelicam enim exhi-
H buit longanimitatem,cùm millies inimicum in manibus habuerit,& semper dederit veniã: & maluerit patriam & libertatem,& ipsam amittere vitã,quàm insidias tendentem insidias occidere. Et postquàm regnũ adeptus fuerat,non pauca præclarè gesserat: præter dicta verò concepta quoque apud multos opinio,& tam clara excidere gloria non mediocrẽ inferebat tumultum.Non enim tantum eum ornabat purpura, quantũ huius peccati macula fœdabat. Scitis autem omnino quãtum sit peccata iactare,& quàm magno talis egeat animo, vt post multorum accusationem, & tot testes criminum suorum non succũbat.Et tamen has omnes ex animo sagittas euellens, generosus ille post hæc ita refulsit,vt maculam absterserit, & ita mundus est factus,vt & posterorum suorum etiam defunctus peccata corrigeret.Et quod de Abraham dicebatur,& de Dauid hoc dicere deus videtur: quinimmo de hoc lõge plura. Nã de patriarcha quidem ait,ꝙ memor fuit
Exo.6.a testamenti sui ad Abraham:hic verò non ait,testamẽ-
4.Reg.19.g ti,sed quomodo?Propter Dauid seruum meum protegam ciuitatem istam.At & Salomonem tanto crimine commisso propter suam in illum beneuolentiam ex regno non permisit excidere:tantaq; erat viri gloria,
Acto.2.c vt Petrº post tot annos ad Iudæos habens sermonem, diceret:Cùm liceret cũ fiducia dicere vobis de patriarcha Dauid,ꝙ mortuus est,& sepultus.At & Christus Iudæos alloquens,eũ ostendit post peccatum tanto præditũ spiritu,vt & de diuinitate sua prophetare dignus sit redditus.Pursum eos & hinc obmutescens dicebat: Quomodo ergo Dauid in spiritu dominum eum
Matt.22.d vocat,dicens:Dixit dominus domino meo,sede à dex-
Psal.109.a tris meis?Quod circa Mosen, hoc & circa Dauid factum est:Sicut enim Mariã & inuito Mose puniuit deº
Nũe.12.a propter ipsius in Mosen contumeliã, quoniam sanctũ summopere diligebat:itidẽ & hunc à filio contumeliã passum statim vltus est, & hæc nolentẽ.Igitur idonea quidẽ nobis & hæc, quinimo super cætera hæc idonea sunt,vitæ virtutem ostendere.Cùm enim sanciat deus, nil opus est amplius inquirere. Si verò vultis per partes ipsius sapientiam addiscere, vobis licet historiam post peccatum percurrẽtibus, ipsius apud deum videre fiduciã,charitatem,virtutis incrementũ,& ad vltimos spiritus feruorem.Hæc igitur habentes exempla, vigilemus,& nunquam cadere studeamus: si quandoq; verò ceciderimus,nequaquam iacere.Non enim vt in K
ignauiam vos inducerem,Dauid peccata recensui,sed vt maiorem metum afferrem.Nam si iustus ille paulum torpefactº talia cepit vulnera:quid patiemur nos, si negligentes fuerimus?Ne consideres itaque quòd cecidit,aut torpeas,sed quanta post hæc fecit,considera, quot lachrymas exhibuit, quantũ pœnitentiæ, noctes iungẽs diebus,fontes emittens lachrymarum, lectum lachrymis abluens,& ad hæc saccum indutus. Si verò ille tanta egisset conuersione:quando nos: saluari poterimus,qui post tot peccata nullõ dolore afficimur?Nã multa possidens merita,facilè his peccata obumbraue-
rit.At nudus vbicunq; sagittam exceperit,lethale susci pit vulnus. Ne hoc itaque fiat,nos bonis armemus operibus:& si quid erratum aduenerit, abluamus,vt ad dei gloriam præsenti transacta vita,futuro digni censeamur æuo potiri: quod vtinam omnes assequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi,cum quo patri,simul & sancto spiritui gloria,potestas & honor,nunc & semper,& in secula seculorum,Amen.

QVOD MELIVS EST INIVriam pati,quàm inferre. L

Homilia.LXXVIII.

NOlite errare, beatus inquit Paulus,neque for 1.Cor.6.b
nicatores,nec adulteri,neque molles, neq; ebrioſi,neque contumelioſi regnum dei possidebunt.Hunc multi carpserunt locum quasi nimis asperum: siquidem ebrium,& cõtumelioſum cum adultero,& fornicatore,& masculorũ sectatore ponit,cùm non æqualia sint crimina.Quomodo itaque paria sunt supplicia?quid ergo dicemus? Primùm quidem quòd nequaquam paruum est ebrietatis & contumeliæ peccatum,quoniam & Christus eum qui fratrem fatuum appellat,gehennæ tradidit:frequẽter enim inde mors
Matt.5.c est exorta. At & Iudæorum populus ex ebrietate grauissima perpetrauit peccata. Deinde quòd nunc non est ipsi de pœna sermo, sed de regni amissione: igitur ex regno quidem hic,& ille similiter excidunt.Si quid autem in gehenna differentiæ sortientur,non præsentis est temporis inquirere:non enim nũc nobis de hoc propositum est?Et hæc,inquit,quidem fuistis,sed ablu- 1.Cor.6.c
ti estis,sed sanctificati.Admodum instanter intulit,di M
cens:Cogitate quanti vos malis eruit deus,quantam 2.Cor.1.b
misericordiæ vobis exhibuit experientiam. Nec ad liberationem vsque gratiam contulit, sed ad multũ vsque beneficium prouexit,purum enim constituit.Hoc ergo solum?Minimè, verùm & sanctificauit. Sed nec hoc solùm,verùm & iustificauit,cùm & à peccatis liberari sit magna donatio. Nunc autem & bonis impleuit innumerabilibus. Et hoc factum est in nomine domini nostri Iesu Christi, non in hoc, & in hoc, sed in spiritu dei nostri.Hæc itaque sciẽtes charissimi,& collatæ beneficij cogitantes magnitudinem,modestè viue re perseueremus,& ab enumeratis omnibus puros nos præstantes, & in externis tribunalibus iudicia fugiamus,& generositatem, quam nobis deº donauit,custodiamus illæsam. Cogita nanque quanti sit dedecoris, sedere gentilem tibi iusta dispensantem. Quid ergo, dicit aliquis,si ecclesiasticus iniquè iudicet?Cur enim, quæso?Nam secũdum quas leges iudicat gẽtilis, & secundum quas Christianus? Nonne constat secundum humanas gentilem,secundum diuinas verò Christianum iudicare?Igitur magis hic custum,quoniam & leges sunt è cœlis demissæ. Nam in exterioribus quidem dictis,licet & alia multa suspicari, & oratorum grauitatem,

A grauitatem,& corruptelam principum,& reliqua non pauca iustitiam temerantia:hìc autem nihil huiusmodi.Quid igitur,inquit,si potẽs fuerit aduersarius?Propter hoc ergo præcipue quidem hìc oportet iudicari. In externis enim tribunalibus te vincet omnino.Si verò non tolerat, verùm & ecclesiasticos contemnit, & externos ad vim trahit, melius est quod de necessitate passurus es,spontaneum subire, neque iudicio con-
Matt.5.f tendere,vt & mercedem accipias.Si quis enim tecum iudicio contendere velit,& tunicam tuam accipere,dimittas ei & pallium. Et sis beneuolus aduersario tuo statim,donec es in via cum eo.Et quid est opus nostra proferre? etenim ipsi exteriorum oratores tribunaliũ millies talia referunt,quòd melius est extrinsecus dissolui.Sed ô pecunias, vel potius ô absurdum pecuniarum amorem,quoniam omnia subuertit atque prostrauit.Et omnia nugæ multis & fabulæ propter pecunias censentur. Et seculares quidem tribunalia terrere nõ est mirandum.Multos autem eorum qui seculo abrenunciarunt, hæc eadem facere scelus est, quod omni venia caret.Nam si videre velis,quantum ab huiusmo
B di tribunalium scilicet vsu te fugere scriptura manduit,& quibus leges factæ sint discendæ, audi quid
1.Tim.1.b dicat Paulus:Iusto lex posita non est,impiis autem & insubditis.Quòd si de Mosaica talia refert,multò magis de gentilibus.Itaque si iniuriã quidẽ facias, argumentum fuerit ꝙ minimè iustus sis:si verò feras iniuriam patiens(hoc enim præfertim est iusti)nec externarum indiges legũ.At quomodo læsus, inquit,ferre potero? Atqui Christus aliquid & hoc amplius præcepit. Non enim tantũmodo læsum æquè ferre mandauit, verùm & aliquid lædẽti supererõgare, per promptitudinemq; patiendi,malefacientis superare libidinẽ.Non enim di-
Matt.5.f xit:Volenti tecũ contendere iudicio,& tunicam tollere,dimitte tunicã:sed insuper & palliũ trade.vincis enim,ait,malè patiẽdo,non malè faciendo.Hęc est nãque præclara,nobilsq; victoria. Et propterea pro-
1.Cor.6.b grediens dicebat Paulus: Iam igitur omnino detrimentũ vobis est, quoniam iudicia habetis inter vos, & quare non potius iniuriam patimini? Quòd enim iniuriam ferens plus saperet,quàm lædi non tolerans, hoc vobis reddã manifestũ.Iniuria se non patiens affici, cùm
C in iudiciũ traxerit, & cùm vicerit, tunc maximè victus est:quod enim nolebat,passus est.Coẽgit enim ipsum aduersarium dolere,& ad iudiciũ cõfugere.Quid enim ꝙ vicisti?quid verò ꝙ omnes recepisti pecunias? Quod nolebas interim sustinuisti,litigare coactº. Sed si pertuleris iniuriam, victor es,pecuniis quidem carens:non auẽm victoria,quam per tantam comparasti sapientiam.Non enim ita te potuit cogere,vt quod nolebas,committeres.Et ꝙ hoc sit verum, respõde mihi,quis vicit,inuidus,an sedens in stercore? Quis fuit victus, omnibus amissis Iob, an omnia tollens diabolus?quẽ admiramur victorem, diabolum percussorẽ,
Iob.1.c an Iob percussum?Constat ꝙ Iob, quãuis non potuerit retinere pereuntes pecunias,non filios suos saluare.Et quid dico pecunias,& filios? Corporis non potuit conseruare salutem,& tamen hic est qui vicit,qui quæ possidebat,omnia perdidit. Nam pecunias quidem conseruare non potuit, pietatem verò retinuit cum omni diligentia.Sed pereuntes filios non defendit. & quid hoc?Etenim illos mors reddidit clariores, & ita se dũ tentaretur,vindicauit.Si verò malè passus non fuisset, & iniuriam à diabolo pertulisset, non illam præclara reportasset victoriã. Si malum esset iniuriam pati,nõ

id nobis deus præcepisset: nã deus mala non præcipit. D
An non scitis quòd ipse deus est gloriæ, nec confusione nos,& derisione, damnoq; voluerit inuoluere, sed contraria præbere?Propterea nos iubet iniuriam pati, & agit omnia,vt nos à secularibus separet,& intellige re faciat,quid gloria,quid dedecus,quid iactura, quid lucrum. Sed est graue iniuriam pati, & calumniam. Non est graue,non est homo. Quousque circa præsentia stupidus hæres?Nec enim id deus instituisset,si grave foret.Animaduerte verò, qui fecit iniuriã, abiit habens quidẽ pecunias,sed & cõscientiã percussam:læsus autẽ,pecuniis quidẽ priuatus,habens autẽ apud deũ fiduciã,possessionẽ innumeris digniorẽ thesauris. Hæc itaq; sciẽtes,ex voluntate philosophemur: neque patiamur,quę solẽt insipiẽtes,quise tunc nõ lędi putãt,cùm hoc ex iudicio fuerint passi.In contrariũ autẽ penitus maximũ est damnum,& omnino cùm in his non sponte philosophemur,sed inde superati: nullum enim lucrum est,si iudicio victus tolerat, iam etenim necessitatis opus efficitur.Ergo quæ clara victoria,cùm tu cõtempseris,cùm non contenderis iudicio?Quid ais?Pri E
uatus sum omnibus meis,& iubes tacere? Calumniam sum passus, & ferre iubes æquanimiter? Et quomodo potero?Facillimè profectò, si tantùm in cœlum respicias,si spectes hanc pulchritudinem, & quò te deus suscipere promisit,iniuriam generosè ferentem. Hoc ergo fac,& in cœlum respiciens, cogita quòd illic super Cherubin sedenti factus es similis.Nam & ille contumeliis affectus fuit,& tolerauit, & opprobria pertulit, nec vltus est:percussus,& non insurrexit,sed è contra beneficia reddidit his innumera,qui talia perpetrauerant,nosq; suos esse iussit imitatores.Cogita quòd nudus existi de ventre matris tuæ,nudus reuerteris& tu, & ille qui fecit iniuriam,& magis autem ille cum innumeris vulneribus vermem parientibus. Memento quòd temporanea sunt præsentia, progenitorum tumulos animaduerte. Discę quæ sunt manifestè gesta, & videbis ꝙ fortiorem te fecit eo qui iniuriam intulit.Suum enim morbũ grauiorem reddidit, auaritiam dico:tum autem leuiorem, ferè tollens nutrimẽtum. Et ad hæc te curis absoluit,sollicitudine,inuidia,calũniatoribus,tumultu,turbatione,metuq; cõtinuo,& malorum turbam in caput suum congessit.Quid ergo si- F
mili cum fame certandum sit?Cum Paulo hoc pateris dicente:Vsque ad hanc horam & esurimus & sitimus, 1.Co.4.c
& nudi sumus. At ille propter deum, tu quoque propter deum.Cùm enim nó insurgas, propter deum hoc agis:sed qui fecit iniuriam,cum diuitibus gaudet, imò potius cum diabolo,sed tu cum Paulo coronaris. Itaq; noli famem timere:non enim fame interficiet dominus animas iustorũ:& rursum alius inquit: Iacta cogi- Prou.10.a
tatũ tuum in domino,& ipse te enutriet.Nam si passeres agri nutrit,quomodo te non nutriet?Ne simus itaque pusillanimes,nec modica fide,charissimi.Qui nã- Psal.54.d
que regnum promisit cœlorum,& tanta bona,quomodo præsentia non dabit?Ne superflua concupiscamus, sed retineamus modestiam,& semper erimus diuites. Operimẽta quæramus,& escas, & omnia capiamus & hęc,& multò maiora.Si verò doles adhuc,& deorsum inclinaris,vellem tibi facientis iniuriam post victoriã animam ostẽdere,quomodo cinis efficitur. Etenim tale peccatũ est,donec enim fuerit patratum, nõnullam afferre voluptatem videtur:postquàm verò fuerit consummatum,tunc breuis voluptas elabitur, succedit autem tristitia.Hæc & cũ aliquos afficimus contumelia,

Universidad de Deusto
Biblioteca

G patimur:nam postmodum nosipsos cõdemnamus. Ita quoque dum vsurpamus,lætamur: post hæc verò compungimur à conscientia. Vides penes quendam pauperis domum. Desle non priuatum,sed vsurpantem:non enim dedit,sed accepit malũ. Illum enim præsentibus priuauit,se verò bonis expulit ineffabilibus. Nam si qui non egenis erogauit,in gehennã abit:indigentium res capiens quid patietur? & quid lucri cùm ego malè patiar? Magnum nempe lucrum . Non enim in malè facientis vltione retributionem tibi deus concludit , alioqui nil magnum fuisset. Nam quid vtilitatis,si cùm ego malè passus fuero,& ille malè patiatur? Licèt multos nouerim maximam existimantes hanc cõsolationem,seq; totum existimãtes recepisse,cùm calumniatos puniri prospexerint. Non tamen in his deus vicissitudinem sistit. Sed discere vis,quot te bona sequẽtur? Totum tibi refert cœlum,sanctorum ciuem efficit,vt in eodem degas parat consortio , à peccatis absoluit, coronat iustitia . Nam si peccantibus dimittentes dimissionem consequuntur,non tantùm dimittentes,verùm & supererogantes,quid non excusationis obtinebunt? Ne feras igitur pusillanimiter, verùm & pro lædente preceris,hoc enim pro temetipso facis. Tuas tulit pecunias, verùm & peccata:quod & in Naaman & H
4.Reg.5. Giezi factum. Quantum non voluisses impendere diuitiarum,vt tua dimitterentur peccata? Hoc ergo nũc efficitur. Nam si generosè tuleris,nec maledicas, præclaram reportaueris coronam . Non meus est sermo,
Matt.5.g sed Christum audi dicentem:Orate pro calumniantibus vos:& quantum sit præmium,cogita:Vt sitis similes patri vestro qui est in cœlis. Itaq; nihil amisisti , sed accepistis potius . Non es affectus iniuria,sed coronatus,anima redditus sapientior,deo similis constitutus, cura liberatus pecuniarum,cœlorum regnum adept⁹. Hæc igitur omnia cogitantes , in iniuriis philosophemur charissimi,vt & à præsentis vitæ tumultu liberemur,& inutilem eiiciamus tristitiam,& futura potiamur lætitia,per Christi gratiã, cui gloria in secula seculorum,Amen.

DE ORATIONE.

Homilia.lxxix.

I MAgnum verè bonum,charissimi,oratio:si virtute præditum hominem alloquens, non parum ex eo capit vtilitatis : cui deum alloqui donatum est,quot bonis fruetur? Qualiter ergo nó absurdum fuerit, iubere seruos toto tempore nobis seruire,nos autem nec minimum otij deo dicare? non nosti tu vtilis homo , frequenter damnosa petis & periculosa:sed ille magis tuę curam gerens salutis,non tuã intuetur petitionem,sed antequam petas, quid tibi cõferat,prouidet. Nã si patres,licèt carnales, non omnino quæ petunt filij,præbent,non quòd petentes aspernentur, sed quoniam eorum curam gerunt maiorem: multò magis deus,qui plus & diligit , & plus omnibus nouit,quod nobis expedit,affert . Cùm ergo deficeris orans,& nõ acceperis,cogita,quoties pauperem audisti te petentẽ,& nõ exaudisti, & indignatus ille nõ est, nec te contumeliis affecit. Et tu quidẽ hoc ex crudelitate facis,deus autem ex benignitate . Si ergo tu cõseruum propter crudelitatem non audiẽs, te dignum accusari non censes , dominum propter misericordiam seruum non audientem accusas? Si ergo beatus Dauid
Psal.118.x cùm esset rex,& innumeris immersus curis, & vndiq; distractus,septies in die dominum rogabat:quam nos veniam habuerimus & excusationem,tantum habẽte otij,nec ipsi continuè supplicãtes, & hæc cùm tantum K
lucri capere debeamus ? Impossibile enim,impossibile hominẽ congruo precantẽ studio,deoq; continuè supplicantem,vnquã peccare. Qui nanq; mentẽ suam accendit,& erexit animam,& in cœlum seipsum transtulit,& ita suum inuocauit dominum, & suorum memoriam peccatorum accepit:ad eum de ipsorum locutus est dimissione,& propitium & mitem deum orauit fieri:ab ipsa in his verbis mora,omnẽ deponit secularem curam,& eleuatur,& humanis æstibus superior efficitur. Non enim ita fontes aquarum ortos reddunt fertiliores,vt orationis plantam lachrymarum fontes irrigantes ad maximam excrescere faciunt altitudinẽ, & orantem coram domino constituũt: hinc enim maximè fit,vt exaudiatur. Quoniã si corpore humi prostrato,& ore incassum nugante , mens totam domum & forum circũeat:quomodo talis dicere poterit,quòd in conspectu dei precatus sit? nam orat in dei conspectu,totam colligens animam suam,& nil habens cum terra commune,sed in ipsum se transferens cœlum,& omnem ex animo pellens humanam cogitationẽ. Sic enim deprecantem oportet orare,vt totam cogitatio- L
nem suam colligens , cum animi dolorẽ contendens deum vocet,neque longos extendat sermones , nec in longũ orationem producat , sed pauca simpliciaq; dicat verba. Non enim in verborum multitudine,sed in mentis solertia positum est , vt exaudiatur. Et hoc ex Samuëlis matris Annæ precibus intelligere licèt . Illa
1.Reg.1.b nãque dixit:Adonai domine deus sabaoth,si respiciẽs respexeris ad humilitatẽ ancillæ tuæ,& mei fueris recordatus,& dederis ancillæ tuæ semen viri, dabo ipsũ in conspectu tuo dicatum vsque ad diem mortis ipsius,& vinum & siceram non bibet , & ferrum non ascendet super caput eius. Qualis hæc verborũ multitudo? Veruntamen quoniam cum attentione & solertia fecit hanc orationem , quæcunque volebat expediuit, & deficientem correxit naturam,& matricem conclusam aperuit,seq; multam induxit in fiduciam,ex sterili semine fœcundam metens segetem . Oportet igitur orantem neque longos extendere sermones,& iugiter orare. Breues enim & frequentes orationes fieri Christus & Paulus præceperunt paruis ex interuallis. Nam si sermonem in longum extenderis , in negligentiam M
frequenter lapsus,multam diabolo subrependi facultatem dederis,& supplantandi , & abducendi cogitationem ab his quæ dicuntur. Si verò continuas & crebras orationes facias,totumq; tempus interpollãs frequentia,facilè potes modestiam exhibere, & ipsas orationes cum multa facies solertia. Vis orationis vigilantiam discere, solertiam & assiduitatem ? Abeas ad
1.Reg.1.a Annam,disce,quid illa fecerit. Surrexerunt, inquit,omnes à mensa , & illa statim non ad somnum se conuertit,non ad requiem. Vnde mihi videtur,& ad mensam sedens sobria fuisse,nec vllis se fercusis onerasse. Non enim tot emisisset lachrymas . Si nanq; nos cùm sobrij sumus & ieiuni,ita vix oramus: ita multò magis illa post mensam ita non orare potuisset,nisi circa mẽsam ieiunantibus fuisset assimilis. Reuereamur viri mulierem,confundamur de regno supplicantes, & oscitabundi,considerantes de filio precantem, & fundentẽ lachrymas. Hinc⁹ mihi Mulieris pietatem considera. Ibidem.b
Vox,inquit,eius non audiebatur,labia verò tãtùm mouebantur. Obtinere volens ista a deo , accedit non fatiscens,nec oscitans,neque se habens,aut negligens. Nónne poterat & sine oratione deus præbere? Nonne sciebat

A sciebat & ante orationem mulieris desiderium? Sed si ante petitionem dedisset, non apparuisset mulieris studium,non virtus fuisset manifesta , non inde præmiũ possedisset. Sed ipsius & sapientiã videamus,postquàm enim eã Heli sacerdos ebriam existimauit , vide quid ad eum responderit : Ne des ancillam tuam in filiam pestis, quoniam ex multitudine sermones meos extendi vsque nunc. Hoc verè contriti cordis est,cùm in cõtumeliam facientes non indignamur, sed etiã nos excusamus. Nihil enim ita cor continens efficit,vt tribulatio,& secundum deum luctus. Opus est itaque nos & mensam petentes,& desistentes deo gratias agere. Ad hoc enim paratus nunquam in ebrietatem decidet,aut insolentiam,nunquam crapula disrumpetur: sed orationis expectationem pro freno sensibus habens impositam,cũ debita modestia ex omnibus appositis sumet, & multa quidẽ animã , multa verò benedictione corpus implebit. Mensa nanque ab oratione sumens initium,& in orationem desinens,nunquam deficiet: sed fonte largius omnia nobis afferet bona. Ne tantũ itaque prætermittamus emolumentum. Absurdum est enim seruos quidem nostros,si quam appositorum partem à nobis accipiant,nobisq; gratias agere,& cum benedictione recedere:nos autem tot bonis potiẽtes,nec tantum honoris deo rependere. Propterea nãque multa tam in communibus,quàm in priuatis rebus prẽter sententiam nobis eueniunt, quoniam non circa spiritualia primùm,tum verò circa secularia studium exhibemus. Nónne scis,quòd si veniẽs deum adoraueris,& præsentis hic occupationis sis particeps,quæ in manibus habentur negotia,tibi magis cedunt secunda? Sed seculares curas habes ? propter has saltem huc occurre,vt per hanc moram allecta dei beneuolentia , tutus ita prodeas,vt ipsum habeas commilitonem,vt dæmonibus inexpugnabilis fias superna succurrente manu. Nam si preces paternas cõsequaris, si communis particeps orationis fias , si dei compares auxilium, & ipsius armis munitus ita progrediaris, iam neque diabolus ipse contra te respicere poterit, nedũ homines mali te contumeliis afficere studentes,& calũniari. Quòd si prodiens in forum è domo nudus armis huiusmodi reperiaris omnibus calumniantibus expugnabilis eris.
C Neque mihi quispiam dicat , q̃ nequit homo secularis affixus foro continuè per diem orare , & ad ecclesiam concurrere: potest enim & quàm facillimè. Nam licèt in ecclesiam non sit facile concurrere, illic ante fores cõstitutus,& affixus tribunali potest orare. Et hoc multi fecẽre frequenter,& intus clamante magistratu, minante,contendente,furente , pro foribus stantes signo muniti,& pauca verba per cogitationem orantes, ingressi,mutauerunt eum,atq; mitigauerũt, & mitem exfero reddidere,nec à loco,nec à tempore,nec à clamore quicquam ad hanc orationem impediti sunt . Nec enim tam voce opus est,quàm cogitatione: neque manuum extensione,quàm animi intentione: neq; figura, sed intellectu. Quoniam Samuëlis mater Anna , non quia claram & magnã ædidit vocem,propter hoc audita fuit,sed quoniam intus in corde multum clamabat: ait enim,Vox eius non audiebatur, & exaudiuit eã deus. Ne nos excusemus dicentes, quòd non esset facile quempiam orare secularibus negotiis implicitum, prope se domum non inuenientem oratorium . Nam vbicunque sis,potes altare tuum constituere . Nihil enim locus prohibet,nec impedit tempus. Verùm licèt genua non flectas,nec percutias pectus,nec in cœlum manus extendas,si mentem tantum feruentem exhi- D
beas,orationis perfectionem consummaueris. Licèt enim & forum petentem, & ambulantem per se prolixas facere orationes. Licet & in officina sedentem, & suentem pelles,animã domino dedicare. Licet & seruo & ementi,& ascendenti,& descendenti, & adstanti coquo,cùm ad ecclesiam ire non poterit,orationem facere prolixam & solertem. Non enim locũ deus veretur,sed vnum exquirit,feruidam mentem,& continentem animam. Nam & Paulus non in oratorio, sed Acto.16.c
in carcere iacens supinus,neque stans erectus,neq; flectens genua:non enim sinebat lignũ,quo pedibus vinctis tenebatur:quoniam cum studio iacens orauit,carcerem concussit,& labefactauit fundamẽta, carcerisq; custodem ligauit, & post hæc ad sacram initiationem deduxit. Et Ezechias stans haud rectus , neque genua 4.Reg.20.a
flectens,sed supinus propter ægritudinem lectulo re- &.2.Par.32.
cubans,cùm ad parietem seipsum conuertisset:quoniã f.&.Esa.
deũ feruenter inuocauit,& anima continente, & pro- 38.a
latam reuocauit sententiam,& multam adeptus est beneuolentiam, & ad pristinam rediit valetudinem . Et Luc.23.f
latro in cruce distentus,paucis verbis cœleste regnum E
assecutus est:& Hieremias in cœno & lacu , & in lacu
ferisq; Daniel,& Ionas in ipso ceti ventre deũ depre- Hier.32.a
cati,circunstantia quæque mala dissoluerunt,& gratiã &.37.c
inuenere diuinã. Quid ergo debes orans dicere? Quod Dani.vlt.f
Chananæa. Sicut enim illa dicebat:Miserere mei, filia Ionæ.2.a
mea malè à dæmonio vexatur : ita dic & tu, Miserere Matt.15.c
mei,anima mea malè à dæmonio vexatur. Magnus enim dæmon peccatum,dæmonium habens misericordiam inuenit,odio peccans habetur. Miserere mei,breue verbum,& clementiæ pelagus continet: nã vbi misericordia,ibi sunt omnia bona. Siue sis extra ecclesiã, clama dicens. Miserere mei: & si non moues labia sed mente clamans,nam & tacentes deus exaudit . Nõ est Hier.38.b
quærendus locus,sed loci principium. Hieremias erat Iob.2.c
in cœno , & deum exorauit:& Iob erat in stercore , & Ionæ.2.a
deum reddidit propitium: Ionas in ventre ceti,& facilem habuit. Licèt in balneo sis,ora: vbicunque sis,ora. Templum es,ne locũ quæras . Mare erat ante ludeos, Exod.14.f
& post terga Aegyptij, & medius Moses nihil loquẽs. Multa enim in oratione angustia:& ait deo,Quid clamas ad me? Et tu igitur cùm ingruerit tentatio,ad deũ Ibidem.d
confuge,dominum inuoca . Nunquid enim est homo, F
vt locum petas? Deus semper propè est ? Adhuc enim
loquente te,dicam,Ecce adsum. Nondum orationem Esa.58.c
feceris,& ipse medicinam affert. Si mentem nanq; mũdam habeas ab immundis motibus,licèt in foro sis,siue in via,siue in foro constitutus,siue in mari,siue in diuersorio,siue in officina positus,siue sis vbicũque , deo poteris inuocato petitionem obtinere. Quid enim manuum in oratione vult extensio? Hæ multis sceleribus ministerium exhibent. Et propterea iubemur eas extollere,vt orationis ministerium sit eis vinculum nequitiæ,& à malitia separatio: vt cùm rapturus,vel opprefurus,vel alterum sis percussur⁹, recorderis,quòd has ad deũ pro patronis emissurus es, & per has illud spirituale sacrificiũ offerre debeas,nec illas cõfundere,nec actionis prauæ ministerio fiducia priuare . Ex his igitur emũda per eleemosynam per misericordiam, per indigẽtium tutelam. Et ita eas offer ad orationem. Si nõ enim immundis vsus illis ad orationem fueris, multò minus in peccatis eas extendẽs fueris iustus. Si minus times , illotis manibus orare,quod est multò grauius, magis expauesce . Illotis quidem manibus orare nõ tã

Universidad de Deusto
Biblioteca

G absurdum est. Eas autem innumeris contaminare criminib⁹, hoc multam affert indignationem & exitium.
Vis discere, quanta sit orationis in ecclesia factæ potẽtia? Vinctus erat olim Petrus, multisq; circũdatus erat catenis, oratio autem fiebat sine intermissione ab ecclesia pro eo, & statim eum à carcere liberauit. Quid hac igitur sit oratione potentius, quæ colũnam, & ecclesiæ turrim adiuuit? Et catechumenis quidem permissum hoc nondum est, quoniam nondum ad hanc peruenere fiduciam: vobis autem & pro terrarum orbe, & pro ecclesia, quæ vsque ad terræ terminos extenditur, & pro gubernantibus ipsam, & præsidentibus iubetur orationes emittere. Cum diligentia igitur obedite, opere testantes, q̃ magna vis est orationis in ecclesia cõcorditer à populo oblatæ. Nam cùm inter homines populo sontes viros, cùm ad mortem trahuntur, petente, rex multitudine motus, sententiam deponat: multò magis rex cœlestis à vobis placatus petitionem præbebit. Non audistis, quòd ita Petrus de carcere erept⁹ est, quoniam erat oratio prolixa, quæ pro eo fiebat? Quantò maius esse nostra creditis exiguitate,
H ad deum pro tanto accedere populo & supplicare? Nã si pro meipso precari fiduciam non habeo, multò minus pro aliis, beneplacentium enim hoc est. Cùm igitur offenderim & ipse, qualiter pro alio deprecabor? Nam quòd vnus quidem pro multis oret, est magnæ res fiduciæ, multæq; libertatis indigens. Multos autem vnà congregatos pro vno supplicationem facere, nil graue videbitur. Et domi quidem orari potest, sic autem, vt in ecclesia, non potest, vbi tãta patrum multitudo, vbi clamor ad deum vnanimiter emittitur. Nõ ita dominum per te solum orans, audieris vt cum fratribus tuis. Hic enim maius aliquid est, puta, vnanimitas & consonantia, charitatisq; vinculum, & sacerdotum orationes. Propterea nanque sacerdotes præpositi sunt, vt multitudinis orationes cùm sint infirmiores, hisce potentiores adiungentes, pariter cum illis in cœlum ascendant. Si nanque Petrum ecclesiæ adiuuit oratio, & illam ex carcere columnam eduxit, quomodo tu ipsius potentiam contemnis? Sicut enim charitatis virtus interuallo non arcetur, ita nec orationis efficacia: sed sicut illa inter se distantes coniungit, itidem
I & hæc, & procul positos plurimum adiuuare potest.
Nam & Moses, quanquam corpore pugnantibus non intererat, non tamẽ minus quàm pugnantes, sed multò plus in illam contulit pugnam, manuum extensione suarum extollens vires, & tremendas faciens aduersariis. Nullum enim meritum esse magnum posset, nisi lucrum & aliis cõmunicaret, siue ieiunus maneas, siue dormias humi, siue fauillam comedas, siue lugeas continuè, & nulli prosis alteri, nil magnum efficis. Nã & à Mose multa, magnaq; miracula & signa sunt edita: sed illum nihil tam magnum effecit, quàm illa beata vox, quam ad deum emisit, dicens: Si dimittis quidem eis peccatum, dimitte: sin autem minus, & me dele. at & Dauid hoc ipsum ostendens, aiebat: Ego pastor peccaui, & ego malum feci: & hi, grex, quid fecerunt? Fiat manus tua super me, & domum patris mei. Magna quidem & hæc, & angelica conuersatione digna. Pauli verò dicta multùm hæc superexcedunt. Gloria nanque futura optauit excidere pro aliorum salute. Ionas verò, quoniam propriam vtilitatem quæsiuit, etiã periclitatus est: & ciuitas quidem stabat, ipse verò submergebatur. Magna quidem & reliqua Mosi virtutis merita, summum tamen & sanctæ illius animæ culmen: quoniam ex libro deleri elegit pro Iudæorum salute. Pauli verò votum ex multa superauit abundãtia.
K Nam ille quidem cum aliis perire malebat, hic autem nõ simul perire, sed sospitibus aliis ab æterna solus gloria excidere optabat. Bonum est igitur sanctorũ oratione frui. Sed cùm & nos simus cooperatores, quòd si non affuerit, nihil aliorum prodest auxilium, verùm & cum illo perimus. Quid enim Iudæis profuit Hieremias? Nónne ter ad deum accessit, & ter audiuit: Ne ores, neque petas pro populo isto, quoniam te non exaudiam? Quid Saüli profuit Samuël ad vltimum vsque diem orans, & pro eo lugens? Quid autem & Israëlitis profuit? nónne dicebat, Mihi autem absit peccare, pro vobis orare cessanti? Nónne cuncti perierũt? nã deum audi dicentem per prophetam: Si steterint Noë, Iob, & Daniel, non liberabunt filios suos & filias: quoniã inualuit eorum malitia. Quid ergo, nihil prosũt orationes? Prosunt, & quamplurimum: sed cùm nos quoque cooperamur. Et si vis discere, quantum cõtulerint, cogita mihi Cornelium, & Thabitam. audi quoque deũ dicentem: Protegam ciuitatem istam propter me, & propter Dauid puerum meum. Sed quando? Tempore iusti Ezechiæ. Alioqui si malorum quoque valebant preces, quare Nabuchodonosor regi quoque deus hoc non dixit, sed ciuitatem tradidit? quoniam inualuerat peccatum. Et hic ipse rursum Samuël pro Israëlitis orauit, & obtinuit: sed quo tẽpore? Cùm & ipsi deo grati fuerunt, tunc hostes in fugam verterũt. Et quid est, ait ille, mihi opus alienis orationib⁹, cùm ego gratus sim? Quid ais homo? Paulus non dixit, mihi non est opus oratione, licèt orantes eo digni non essent: immo nec ipsi pares, & tu dicis, quid mihi opus est oratione? Petrus non dixit, quid mihi opus est oratione? ait enim: Oratio fiebat sine intermissione ab ecclesia ad deũ pro eo, & statim liberauit eum ex vinculis: & tu dicis, quid mihi est opus oratione? Propter hoc & indiges, quoniã indigere non te credis. Nam si deus nostrum in orationibus torporem & negligentiam exquirat, & quòd in eius conspectu positi, & orantes, neque tantũ ei præbemus honorem, quantum dominis serui, quantũ ducibus milites, quantum amicis amici: amicum enim alloquens hoc cum attentione facis, deo autẽ pro peccatis occurrẽs, pro tota; criminibus veniam petẽs, & rogans tibi remissionẽ fieri torpes: & genibus tuis humi prostratis, circa forum & domum mẽtem tuam vagari freq̃ẽter dimittis, ore tuo frustra nugante & incalsum: nec hoc semel & bis, verùm & frequẽter patimur. Si hoc tantùm exquirere deus voluerit, nunquid veniam habebimus? Nunquid excusationẽ assequi poterimus? Non arbitror ego: si verò curiosius aspectus nostros deus exquirat, & neq̃am concupiscentias, quas mẽte concipimus, turpes & immundas admittẽtes cogitationes ex incauto ỏculorum nocumẽto. Si detractiones quas per singulos dies inurimus, alter alteri in medium producat: & intẽpestiua iudicia, quibus proximum condẽnam⁹ nullum habẽtes negotium: dolosq;, quos alter in alterum suimus, nunc quidẽ præsentem laudantes fratrem, & tanquam amicum anoquentes, absentem verò criminantes: nunquid pro his rationes reddege poterimus? Quid verò loquar inuidiam, per quam se bene gerẽtibus freq̃ẽter inuidemus, non tantùm inimicis, verùm & amicis: & aliis malè patientibus lætamur, & propriæ putamus ærumnæ consolationem alienas calamitates? Nam si secularib⁹, & prẽ-
L lentibus abstinere iubemur: quomodo miseri non sumus,

Act.12.a
1.Tim.2.a
Hier.7.d
1.Reg.15.b.g
1.Reg.12.d
Eze.14.f
Act.10.e
Ibidem.9.g
4.Reg.19.g
& Esa.37.g
1.Reg.7.g
Act.12.a
Exod.17.c
Exod.32.g
2.Reg.24.
& 1.Paralip.21.c
Rom.9.a
Ionę.2.a
Lucæ.14.f

A mus, & infœlices hæc à deo poscentes, quæ præcepit & habẽtes abiicere? Si verò nõ pro fidelibus tantùm, sed etiam pro infidelibus orare iubemur: cogita quantum mali sit, cõtra fratres imprecari. Quid agis homo? Ad deum accedis, vt propitium reddas, & imprecaris alteri. Nisi dimittas, nec tibi dimittetur: nec tantùm ipse non dimittis, verùm & deum, ne dimittat, exposcis. Si tibi non dimittẽti non dimittetur, non modò tu non dimittis, verùm & deum non dimittere rogas. Si non dimittẽti non dimittitur, etiam dominum, ne dimittat, oranti, quomodo dimittetur? Si enim inimicos habere dedecus est, & illis imprecare, cogita quãtum sit malum. Cùm enim te purgare debeas, quòd inimicos habeas, tu & illos accusas: quam verò veniam consequeris, detrahẽs, & in tali tempore, quo non mediocris indigeas misericordiæ? Nam & pro tuis oraturus peccatis accessisti, ne recorderis igitur aliena, ne propria seruẽtur. Si nanque dixeris: inimicum percute, os tuum obstruxisti, & linguæ iam abstulisti libertatẽ. Primùm quidẽ, quoniam iudicem iritasti, & statim ab ipsis exordiis exacerbasti. Deinde, quoniam contraria
B petis, & orationis formæ repugnantia. Nam si pro remissione peccatorum accedis, quomodo de punitione verba facis? Contrarium enim oportebat facere, & pro aduersantibus supplicare, vt cum fiducia pro nobis quoq; possimus orare. Si nanq; pro illis orabis, licẽt pro te nihil dicas, omnia consequeris. Si igitur anima scelestius nihil imprecante, nec lingua quicquã talia loquẽte sordidius, quamobrem omnia non expedis, vt orans nihil dicas, quod tuum iritet dominum? Es homo, ne venenum euomas aspidum. Homo es, fera ne fias. Propterea tibi factum est os, non vt mordeas, sed vt medearis. Recordare, quid te palàm deus admonuerit, vt parcas & remittas: tu verò me quoque rogas, meorum fieri mandatorum subuersionis participem, & cruẽtas linguam, sicut furẽtes ex propriis artubus dẽtes. Quomodo diabolum lætari credis atque ridere, cùm talẽ audierit orationem? quomodo iritari deum, & auerti simul & odisse, cùm talia rogaueris? Considera, quem petas homo cõtra inimicos tuos. Ad illũ accedis, qui dixit, Orate pro inimicis vestris. Qualiter igitur aduersus eos clamas? Quomodo deum rogas, vt propriam destruat legem? Non est hæc supplicis forma. Nemo rogat, vt alius pereat, sed vt ipse saluetur. Quid igitur supplicis quidem habitum indueris, accusatoris autẽ verba pronuncias? Et cùm ita no
C bis quidem oramus, oscitamus & in multas recidimus cogitationes: cùm autem aduersus inimicos, vigilantes hoc agimus. Quoniam enim diabolus nouit, quòd in nosipsos essem agimus, tunc nos circunfert, neque distrahit, vt magis nobis nocẽat. Sed iniuriam passus sum, & tribulor. Itaque contra diabolum ora, qui nos super omnes afficit iniuria: hic enim & inimicos parit. sin autem aduersus inimicos orauerit: orationem quam ille quærit, orabis: sicut è contra, si pro inimicis, aduersus eum. Hic enim est impacatus hostis, at homo quæcunque faciat, amicus est & frater. Quid ergo verè inimicum omittens, propria mordes membra? Hæc itaque scientes, dilectissimi, studeamus iuxta domini voluntatem, & mandata conuersari, vt cœlorum quoque regnum assequamur, in Christo Iesu domino nostro, cui gloria & imperium cum sanctissimo patre, viuificoq; spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

DE POENITENTIA.

Homilia. LXXX.

D ROpterea de pœnitẽtia continuè sermonem moueo, charissimi, vt neq; peccans desperet, neq; rectè viuẽs altùm sapiat. Iustus es, ne excidas: es peccator, ne desperes. Etsi peçces quotidie, quotidie pœnitentiam agas: quod in antiquis domibus facere solemus, cùm fuerint putrefactę, putrida subtramus, & supponimus noua, & à continua cura nunquam desinimus. Si fueris antiquat⁹ à peccato, per pœnitentiã te renoua. Num pœnitentẽ licet saluari? & maximè. Totam vitam in peccatis absumpsi, & si pœnitẽtiam egero, saluabor? & maximè. Vnde constat? Ex domini clementia. Ne tuæ confidas pœnitentiæ, tua nanque pœnitentia tanta nequit peccata delere. Si sola foret pœnitentia, iure timeres: sed postquàm cum pœnitentia commiscetur dei misericordia, confide, quoniam tuam vincit nequitiam: multùm enim est misericors deus, & tantum clemens, vt neque filio pepercerit, vt ingratos seruos redimeret. Nec mihi dicas, Nimium peccaui, & quomodo possum saluari? Tu nõ potes, tuus potest dominus, & ita delet peccata, vt
E nec eorũ remaneat vestigium. In corporibus quidem hoc non licet, quin etiãsi millies medicus elaboret, & imponat vulneri remedia, vulnus quidẽ tollit, cicatrix verò permanet, vulneris circũferens argumentum, aspectus deformitatem. Et licèt in infinitum medicus contendat, non tamẽ cicatricẽ delere potest. Ipsa nanque naturæ repugnat imbecillitas, & artis impotẽtia, vilitasq; medicamentorũ. Deus autẽ cùm delet peccata, neq; cicatricem relinquit: neq; permittit remanere vestigiũ, sed cum sanitate pulchritudinẽ quoque restituit, cũ liberatione à pœna dat & iustitiam, & præuaricatum non præuaricato similem reddit. Si nanq; vel infinita quis habens vulnera, pœnitentiã egerit, & aliquid fecerit boni. sic ea deus delet, vt neq; cicatricem, neq; vestigium, neq; peccatorum ostendat indiciũ. Sicut igitur in corpore vulnera sunt, & medicamina: ita dẽ in anima peccata sũt, & pœnitẽtia. Et quid loquar. animaduerte: Vulnus & medicamentum, peccatum & pœnitentia. Vulnus saniem habet, medicamentum saniei purgationem exhibet. Nunquid est sanies in medicamine? Nũquid in vulnere curatio? Nónne propriũ hæc, & illa propriũ habent ordinẽ? Nũquid potest hoc
F in illud, vel illud in hoc transmutari? Nequaquã. Veniamus & ad animæ morbos. Peccatum confusionem habet, fiduciam possidet pœnitentia. Sciens itaq; satanas, quòd peccatum quidem habet confusionem, quæ peccantem satis repellere possit: pœnitentia verò fiduciam, pœnitentem ad se attrahere satis idoneam, ordinem commutauit, & pœnitentiæ confusionem adiecit, fiduciam autem peccato. Et peccato confundi non finit hominem. Scit enim quòd si confunderetur, peccatum fugeret. In pœnitentia verò facit vt erubescat: nouit enim quòd erubescens non agit pœnitentiam. Pœnitens enim malorum quæ gessit, licèt peccatis condignam non exhibeat pœnitentiam, & huius tamen habebit retributionem. Nondum itaque vitio captos admoneo, ne capiantur. Facilius enim est casum cauere, quàm lapsos resurgere. Detentis autem atque confractis, si se statim pœnitentiæ tradere voluerint, multã salutis spem polliceor. Etenim tam bona, quàm mala, cùm fuerint plurimum immorata, potentiora fiunt. Et planta quidem nuper humi cõsita facilè reuellitur, per multũ verò tẽporis radicibus firmata nõ itidẽ. Et ædificiũ recenter fundatũ à vexantibus facilè subuertitur, bene

Universidad de Deusto
Biblioteca

G bene verò firmatum multa diruere conantibus præbet negotia. Et fera, quibus locis multum temporis est cõuersata, difficulter expellitur. Et sicut febris ab initio aggressa, non magna siti laborantes exurit: postquàm autem inualuerit, & flammam extulerit, iam sitim inducit immedicabilem. Etiam si quis eis concesserit, vt potibus impleantur, non extinguit, sed accendit fornacem: Sic & vitioso accidit affectu. Si se circa primordia in animam nostram inferentem non prohibuerimus, neque fores occluserimus, ingressus iam insanabilem morbum susceptoribus infert. Sicut igitur animo degener & segnis, licèt multum ad pœnitentiam tempus accipiat, magni nihil efficiet, nec per torporẽ sibi deum reconciliabit: ita solers & prõptitudine feruens, & multo cum studio gerens pœnitentiam, & breui temporis momento multi temporis peccata delere
Mat.26.d & Luc.22.f & Ioã.18.e poterit. Et qualiter? audi. Nónne ter Petrus negauit? nónne cum iuramento ter? Nónne vilis ancillæ verba veritus? Quid ergo? multúmne temporis fuit illi necessarium ad pœnitentiam? Nequaquam. Sed eadem nocte lapsus est, & resurrexit. Post illum enim grauem ca
H sum (negationi nanque nullum est malum æquale) rursum eum ad priorem reduxit honorem pœnitentia, & ei per totum orbem terrarum ecclesiæ præsidentiam tradidit: & quod omnibus maius est, illum nobis maiorem omnibus apostolis in dominum habere charitatem ostẽdit. Quid verò Niniuitæ? Venit ad eos propheta, sententiam aperuit, quasi quandam regalem epistolam supplicium continentem, & clamabat dicẽs:
Ionæ.3.b Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur. Audierunt illi talia, neq; fuerunt increduli, neque neglexerunt, sed omnium statim sit ad ieiunium concursus, virorum, mulierum, puerorum, neque brutorum natura fuit à tali immunis ministerio. Vbique saccus, vbiq; cinis, vbiq; luctus & lamentationes. Nã & ipse rex diademate coronatus, regali delapsus solio saccũ sibi substrauit, & cinere consperſus est. Et erat rẽ cernere tremendã atque mirabilẽ, neglectam sub sacco purpurã. Quod enim prætexta non valebat, hoc poterat saccus. Quod diadema non est assecutum, hoc cinis obtinuit. Cogitemus ergo, quot quisq; nostrũ habeat onera peccatorum, & æquiualentes exhibeamus misericordias: imò verò vel longè plures, vt non modò peccata deleantur, verùm & in iustitiam nobis eleemosynæ computentur. Nisi nanq; tot fuerint bona, vt & exuant crimina, & ex relictis aliquid in iustitiã nobis reputetur, de nobis à suppliciis liberabitur nemo. Nam cùm hominẽ quidem iritasti, amicos rogas & vicinos, & ianitores, impendis pecunias, & multos dies absumis accedẽs, & supplicans: si vel semel, vel bis, vel millies iritatus te reiiciat: omnino non recedis, sed maiori labore contẽdens, maiorẽ adhibes supplicationẽ. Cùm verò deus prouocetur, nos oscitamus, & relabimur, & gaudemus. Et quando vnquã eum habere poterimus propitiũ? Quomodo non eũ ex hoc ipso magis iritamus? Peccare enim, & peccantes non dolere, magis quàm indignari facit & succensere. Neq; dicas, Nimium peccaui, neq; deũ rogare possum indignantẽ. Nam si iudicẽ
Lucæ.18.a illum neque deum timentẽ, nec homines verentẽ vidua flectere potuit: multò magis bonũ assidua cõciliabit deprecatio. Itaq; licèt amicus non sis, licèt indebita poscas, licèt paterna deuoraueris, & absumpseris, & lõgo tẽpore procul ab aspectu fueris, siue succensentẽ, siue indignantẽ petieris, fac tantùm velis redire, & omnia recipies, & iram & dãnationẽ statim extinges. Deo nanq; propositum est charissimi peccãtes longanimiter sustinere. Dupliciter est ad salutem propitius, & eis ex pœnitentia salutem exquirens, & ipsorum posteris in virtutis studio proficere debentibus reseruãs beneficiũ. Et vt denuo sermonẽ resumam, Deus sõganimiter agit, vt & peccans ad pœnitentiam veniat, & ne ex eo nascituris salutem excludat. Nam etsi peccator incorrigibiliter peccet, parcit frequenter radici, vt fructus conseruet, frequenter tamen & ipsius expectans salutem. Et qualiter, audi: Tharam pater Abrahę fuit idolorum cultor, sed in hoc mundo impietatis pœnas non dedit: & meritò. Nam si deus præueniens radicem præcidisset, vnde tantus fidei fructus exortus fuisset? Quid Esaü malignius? Quid illa impudentius nequitia? Nónne fornicator erat & immundus? vt ait Paulus. Non matricida & patricida? Non fratricida, quantum in ipsius fuit proposito? Nõnne deo fuit odio habitus, vt scriptura testatur: Iacob dilexi, & Esaü odio habui? Si fuit ergo fratricida, fornicator, & immũdus, & odio habitus, quare nõ perditur? quare non excidi-
Gen.11.d
Hebr.11.d
Malac.1.a & Ro.9.c
tur? quare non illico congruã patitur vltionem? Quare? Bonum est verè dilectissimi causam dicere. Si succisus fuisset, maximum eleemosynæ fructum & iustitiæ mundus amisisset, & qualem, audi: Esaü genuit Raguel, Raguel Zara, Zara Iob. Vides quantus tolerantię fructus fuisset perditus, si præueniẽs deus à radice pœnas exegisset? Nullus igitur in vitio positus desperet: in virtute dormitet nemo, nec hic cõfidat. Frequẽter enim & meretrix præcedet, nec ille desperet: potest enim & primos anteire. Cùm enim in vehementẽ dei charitatẽ redierimus, priorum non meminit, nõ vt homo, deus: nõ enim exprobrat præterita, neq; dicit: quare tanto tẽpore defecisti? sed gratos habet, quãdocunq; accesserimus, dũmodo, sicut decet, accedamus. Quid enim Manasse peius? Quid verò beati Salomone? Attamen ille quidem deũ potuit habere propitiũ: hic autem quia dormitauit, lapsus est. Propterea nec Esaü veniam assecutus est, quia pœnitentiam nõ egit, vt oportebat. Nã lachrymæ non erãt ex pœnitentia, sed tentationis & iræ. Pœnituit & Iudam, sed malè: nam suffocatus est. Si verò perfectã quæris pœnitentiam, audi Petri pœnitentiã post negationem. Quoniã enim erat verisimile, ipsum altùm sapere sibi conscium, quòd plus aliis deum diligeret, propterea egressus foras fleuit amarè. Nec hoc solum, verùm & innumeris se post hæc periculis commisit. Pœnitentiam egit & beatus Dauid, ita dicens: Lauabo per singulas noctes lectũ meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Et longo iam tẽpore cõmissum peccatũ post tot generationes, quasi nuper accidisset, lugebat. Pœnitentem enim non oportet irasci, nec efferari: sed contere, quasi damnatũ, quasi non habentem fiduciã, quasi addictum, vt ex misericordia sola saluari debentem, vt visum in benefactorem ingratum, & reprobum, & innumeris dignum suppliciis. Nec itaq; scenicus desperet, neq; confidat ecclesiasticus. Nam ad hunc quidem ait deus: Qui videtur stare, videat, ne cadat: ad illum autem, Nunquid qui cadit, non resurget? Ille nanque debet, quod habet custodire: hic verò fieri, quod non est. Ille sanitatem conseruare, hic ab ægritudine liberari: laborat enim: ad illum itaq; dicitur, Ecce sanus factus es, amplius noli peccare, ne quid tibi deterius fiat: de hunc verò, Vis sanus fieri? surgens tolle grabattum tuum, & ambula in domum tuam. Licèt enim octo & triginta geras annos, sicut paralyticus ille, si modò sanus fieri studeas, qui prohibeat,
Psal.6.b
Gen.36.& 1.Paral.1.c
1.Cor.10.c
Hiere.8.b
Ioan.5.c
Ibidem.b
Ibidem.a

A hibeat, est nemo: tantùm resurgere velis. Attinge modò viam eò tendentem, & velociter progredieris, ne fores occludas, ne obstruas ingressum. Breue præsens tempus, quod si multum quoque foret, nec ita refugiẽ dum esset. Quanuis enim hunc pulcherrimum pœnitentiæ laborem non desudes, in illo penitus mundo laborabis, & aliusmodi patieris ærumnas: si verò & hic, & illic labor, quare non hunc eligim⁹ qui multum affert fructum, magnamq; retributionem? Nam si nos quq; sumus indigni, beneficiis deus afficit, & his qui peccauerunt, benignus est: si à malitia digressi, virtutem sectemur, quæ non assequemur? quibus non fruemur bonis? Mentem enim habentes magis beneficia, quàm pœnæ ad mandatorum attrahunt obedientiam. Si igitur & priusquàm aliquod bonum exhibeamus, quinimo cùm iam vltione digna fecerimus, tanta deus nos beneficẽtia dignatus est: si grati simus, & de iam acceptis gratiarum actionẽ exhibeamus, & in melius faciamus mutationem, quanta non à seipso nos exornaret largitate? Nam si nos offendẽtes seruos, si meliores fieri promiserint, & acceptamus, & in pristino tenemus honore, frequenter autem ipsis & maiorem tradimus liber
B tatem: multò magis deus hoc in nobis faciet, si parem peccatis pœnitentiam exhibeamus. Et hoc ex his, quæ circa beatum Dauid euenerunt, manifestum est. Quo-
2.Reg.11.a niam enim supplantatus cecidit, adulterij reus & homicidij crimine, non mansit deinceps in ruina iacens: sed & denuo surrexit, sed aduersus hostem cum deo se opposuit, & ipsum tam generosè deuicit, vt & defunctus suos tueretur progenitos. Salomoni nanque magnam illam iniquitatem auso, milleq; digno mortibus facto, Propter Dauid deus ait se regnum permittere
3.Reg.11.c integrum, ita dicens: Dirumpens dirumpam regnũ de manu tua, & dabo ipsum seruo tuo: veruntamen in diebus tuis hæc non faciam propter Dauid patrẽ tuũ. De manu filij tui tollam illud. At & Ezechiæ de supremis periclitanti quanquã iusto, rursus propter beatum illum, se succurrere dixit: Protegam, inquit, ciuitatem hanc propter me, & propter Dauid puerum meũ.
4.Reg.19. & Esa.37.g Sicut scilicet in propriam exhibẽtibus gratitudinem, per congruam sibi bonitatem suas deus sententias reuocat, & admittit pœnitentes, & ab imminente liberat
C pœna: ita rursum cùm aliqua dare bona pollicetur, vel præfinitum pœnitẽtiæ tempus, indignos autem videat effectos, & tunc sua reuocat promissa. Non enim peccare tam malũ est, quàm in peccatis permanere. Propterea quq; præueniens deus in nos beneficia confert, & rursum præuaricatos venia dignos efficit, & pœnas statim non infert, vt per omnia nos trahat ad pœnitentiam, & per quæ benefacit, in eo quòd longanimiter sustinet, frequenter autem & per quæ quosdam castigat, vt illorum timore correcti, pœnæ fugiãt periculũ. Multùm peccasti, iam desiste, in contrarium reuertere, deo confitere gratias, quòd te non in mediis rapuit peccatis. Noli & alium quærere terminum, vt malè operaris: ne dicas, Erit tempus, cùm sit opus conuerti. Multi dum aliena vsurpãt, interea rapti sunt, & migrauere impræparati. Alarum vtilitas nulla laqueo detentis, inuanũ & incassum alas excutiunt: ita tibi quoq; cogitationum vtilitas nulla, si penitus ab vlla mala cupiditate fueris captus. Nam nec in vno quidem hic volumus dedecus pati, in tot milib⁹ illic quid agemus? Non enim à pristinis tantùm malis desistere, sed etiã
Psal.36.c meliora sequi officia, dicitur pœnitẽtia, dicitur enim: Declina à malo, & fac bonum. Nec enim ad sanitatem nobis satis est, sagittã tantùm extraxisse, verùm & me- D dicamẽta vulneri sunt imponenda. Accidit autem aliquem pœnitentem, multa magnaq; facere bona, rursum autem in illorum medio bonorum equitalẽs perpetrare peccatum. Et hoc validissimum est ad inducẽdum in desperationem, tanquam ædificatis, & curatis omnibus illis incassum, & à se inaniter elaboratis. Opus est autem illud sentire, & hãc expellere cogitationem: quod nisi præuenientes, meritorum mensurã peccatis post hæc perpetratis equitalẽtem reposuissemus, nihil nos vehementer & funditus submergi prohibuisset. Nunc verò quasi fortis quidam thorax, acutã & amaram sagittam effectum suum habere non permisit: sed ipse diuisus, magnum amouit à corpore periculum. Non est ergo tam graue pugnantem vulnerari, sed post vulnus desperare, vulnusq; negligere. Nullus mercator postquàm naufragium fecit, licèt merci monium amiserit, destitit nauigare: sed denuò mare pertransit, & longos pernauigat sinus, & pristinas recuperat diuitias. Frequenter athletas cernimus post multos lapsus coronatos. Iam verò miles quoque qui fugit, postea se strenuũ exhibet, & hostes superat. Eo- E rum quoque multi, qui propter tormentorum pauorẽ Christum negauerant, denuo certamen inierunt, & cũ martyrij recessere corona. Quòd si prædictorum quisque post primum vulnus desperasset, secundis potitus præmiis nunquam fuisset: quæ nos vtinam omnes asse quamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui honor & imperium, gloria & adoratio, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homiliarum. LXXX. diui Ioannis Chrysostomi, quas habuit ad populum Antiochenum, Lucæ Bernardo Brixiano interprete, finis.

PETRVS BARROCHIVS, Episcopus Patauinus, Lucæ Bernardo Brixiano. S. D.

QVid causæ sit, vt opusculis Ioannis Chrysostomi, istis & aliis, quæ cùm apud Latinos partim non haberentur, partim minus tradu
Ioan.3.c Eta fideliter haberentur, tua opera, & Latina & fideliter traducta habemus, nomen tuum inscribere nolis, non satis intelligo. Nam neque in ea interpretatione mali aliquid uideo: ut euãgelicum illud, Omnis qui malè agit, odit lucem, & non uenit ad lucem, ut non arguantur opera eius, adducere in medium possis. & si malè aliquid (quod absit ut opinari uelim) uiderem, authoris id esse putarem, non tuum, qui sicut in secundo
2.Macc.2.f Macchabæorum habetur, dicere semper posses uerisimilitatem te de singulis authori concedere, secundum datam autem formam interpretationi studere. Neque ita etantiæ uitandæ causa id te facere arbitror, cùm nihil habeas, quod non acceperis: & si accepisti, intelligas non tibi quasi non acceperis gloriandum. Neque rursus, quia ea te ratione ab inuidorum linguis eruere cupias, qui cùm de alienis iudicare ipsi nihil facilè sciant, in hoc se tantùm doctos existimant, si optimum quenque reprehendant. Nã ueritatẽ, ut olei aquæ immissi

G *missi pusillum quò plus agitatur, hoc plures oculos facere non ignoras. Neque quòd congregationi beatæ Iustinæ, ac monasterio tota Italia famosissimo subtrahere honorẽ uelis, quẽ ex plurium tui similium præsentia mirum in modum augeri uides, quia eos te semper plurimi facere ostendisti. Neque quòd non multos, ac penè innumerabiles habeas doctrina & sanctitate præstantes, qui suis opusculis nomen proprium inscripserunt. Neque postremò quòd non plurimos in sacris uoluminibus legeris, quorũ nomina ita sint per suos maiores accuratè descripta, ut ad primos usque generis humani parentes perueniant. Cùm igitur neque causam cur opusculis Ioannis Chrysostomi istis & aliis, quæ tua opera, & Latina, & fideliter tradu*
cta habentur, tuum inscribere nomen nolis, intelligere, neque tibi, ut inscribere illud uelis, persuadere potuerim: des ueniam uelim, si illud ipse inscripsi, & cul
H *pam (si qua in hoc est) quam tamen nullam esse certissimè scio, imputes mihi. Sicut enim ambulanti per ciuitatem, si post tergum cithara personare audiat, cupido incessit uidendi, quis est ille qui personat: ita legenti hoc opus, & è Græco Latinum factum scienti, quo interprete factum sit. Vale.*

GERMANVS BRIXIVS ALtissiodorensis Francisco Turnonio Archiepiscopo Biturigi Aquitaniæ primati.

I TAle certè studium tuum nominis nostri & tuendi, & honestandi non apud plebeios, sed apud principes, ac sũmates, hoc est tui similes uiros esse audio (neq; enim illud est aut mediocre, aut obscurũ, aut eiusmodi quod silentio præteritum ad me non deferatur) vt nisi ego istam tantam, tam prolixam, tam liberalem erga me uoluntatem, iis saltem quibus possum officiis uicissim prosequar, uitã mihi prorsus acerbam putem. Et hercle sine dubio quum tu tantus inter nostros uir, hoc est clarissima atq; adeò regiæ proxima sanguinis nobilitate illustris, ætate florẽs, amplissimi sacerdotii infulis honestatus, rara in primis tũ modestia, tum prudentia præditus, singulari ingenio ornatus, doctrina non uulgari pollens, morum, vt si quis alius, elegantia quadam, & candore commendatus, fide, probitate, integritate, liberalitate, deniq; uirtutibus quibusuis nemini concedẽs: quæ tanta, tamq; eximia ornamenta in te spectata, ipsum Galliarũ regẽ Frãcisco adduxerunt, vt tibi hisce tẽporibus diffi K
cillimis, ac turbulẽtissimis, sanctioris, interioris q; sui consilii molem unà cum paucis collegis moderandam crediderit: id enim illũ de te existimare arbitramur, quod cæteri nos uno penè cõsensu iudicamus, quasi lumen aliquod extinctis cæteris integritatem, consilium, prudentiam, dignitatem tuam elucere: Tu, inquã, talis, tantus q; uir, quum eum, quem dixi, erga me animum geras. Idquè nullis meis officiis prouocatus, nemo certè fuerit, quin me & rusticum, & improbum, & ingratum dicat, nisi etiam palàm, hoc est scriptorum meorũ monumẽtis, quasi obsignatis, quod aiunt, tabulis tester: summam meam esse erga te beneuolentiã, summam charitatẽ, summam obseruantiam. Itaq; sic tibi persuadeas uelim (posteaquã ingenii nostri labores qualescunq; gratiam aliquã L
apud te, quæ tua est ingens, facilitas, inuenisse uideo) me ipsum in primis omnia quæ ad uirtutis, ac dignitatis tuæ præconium, quod per se amplissimum est, celebrandum pertinebũt, summo semper studio, minerua quidem non inuita, suscepturum: quod quanquam intelligo me cum multis aliis facturum, tamen huius rei principatum sic appetam, vt te tuẽdi, ornãdiq; nominis mei primas partes iam suscepisse uideo. qui quoniam & te per temet paratissimum iam habeo ad nominis mei defensionẽ, & qui id muneris te uno in ea gratia, qua apud principẽ, in ea authoritate, qua apud nostros omnes uales, fœlicius suscipere, ac melius præstare possit, non inuenio: nemini profectò mirũ uideri debebit, si ingenii nostri fœtus posthac in tuo nomine bona ex parte æditi apparebunt, vt omnino eosdem, præsertim si in eo
genere studium meum non aspernabere, apparere uolumus. Idq; partim vt & tibi, & cæteris item qui à nostris legendis nõ abhorrebũt, probẽ summum meum erga te studium, summum cultum, summam obseruantiam: partim vt fœtus iidem authoritate tua, tanquam Aiacis clypeo subnixi confidentius caput attollere, tutius in hominum ora, oculos q; uentitare, gratiosius in eorundem manibus uersari valeãt. Atque vt ne te longè abire patiar: tibi hic promissi huius exordium à Chrysostomi scriptis auspicamur: neq; enim digniore authore possumus. Memin isse quidem debes me tibi dicere ex omnibus Græcis authoribus, qui sacra tractarunt, vnum Chrysostomum multis de causis sic me ad sui amorem, ac studium rapuisse,

A puisse, sic ad scriptorum suorum lectionem allexisse, vt statutum mihi sit, non antè cõquiescere, quàm id omne percurrero, quod ab illo scriptum comperero: hoc quidem proposito, vt ego arbitror minimè reprehendendo, tum vt quæ authoris eiusdem opera nondum versa sunt, iis vertẽdis stylum, ingeniumq; nostrũ exerceamus: tum vt quæ nõ satis fœliciter vertsa, vt omnino multa sunt, ea quantùm facere, enitiq; poterimus, restituamus, atq; in hac potissimum arena ingenii nostri specimina huiusmodi exhibeamus, cuiusmodi anno superiore exhibuimus, dialogorum libris sex vertendis, quibus ille περὶ τῆς ἱερωσύνης nomẽ dedit: quorum tanta est elegãtia, tanta venustas, tãtus nitor, tanta dignitas, vt sine controuersia inter cætera omnia Chrysostomi scripta faci
B lè principatum obtineant: qui tamen libri nescio quo malo genio, incerti, atque innominati cuiusdam interpretis opera sic ad Latinos peruenerãt, vt nihil prorsus in illis esset, quod Chrysostomici uel ingenii, uel styli elegantiã repræsentare nobis posset, vsqueadeo magni interest qua quid gratia, ac per cuius manus à Græcis ad nos perueniat. Apud quos equidem video plerosque authores, dum sua ipsorũ lingua loquuntur, quasi in puppi sedẽtes clauum tenere quibus iisdem apud nos peregrina lingua loquẽtibus vix in sentina locum dederis, tam miserè illi à deplorati ingenii interpretibus nescio quibus habiti sunt. Vtinam ponti fex optime (quàm optarem, dicere olim verè vt possem, maximè) id vnusquisq; e tãtùm doceret, quod rectè didicisset, & sese in ea tãtùm
C palæstra ostentaret, in qua industriam probasset suã: sic enim suus studiis honos, sua dignitas, sua omnis ratio abundè constaret, eminus certè multi existerent à Græcis studiis abhorrẽtes, à quibus ipsis studiis abalienatos eorum animos video hoc ipso, quòd authorum multorum scripta, terssissima illa quidem, atq; elegantissima, in ea, qua primùm conscripta sunt, lingua, non pluris æstimant, quàm quantum per insulsissimam, vt leuissimè dicam, deploratorum quorundã ingeniorum interpretationẽ conspurcata, ac deformata valere possunt: iis nõ absimiles, qui aduentitias merces, vel preciosissimas, quibus maximè indigent, empturi, non aliunde æstimant, quàm vel à viliimis thecis, quibus illas fortè recõdi, vel ab eorum institorum uilitate, per quorũ manus easdem uænire contigerit. Sed de his plura a- D
liàs. Redeò ad Chrysostomũ authorem re verè talem, hoc est, tam cultum, tam iucũdum, tam copiosum, tam ingeniosum, tam vehemẽtem, tam sibi semper instantem, tam, vt summatim dicam, omnibus in eloquentia numeris absolutum, vt mihi quidem minimè errare videar, si illi medium inter Isocratem, & Demosthenem locum tribuero. sic enim, vt opinio mea fert, alterius facilitatem, cultum, gratiam, iucũditatem exprimit, vt ab alterius ingenio, vi, artificio, magniloquentia nõ ita magno interuallo relinquatur. neque enim (audacter quod sentio dicam) ex Latinis omnibus, qui diuina tractarunt, quenquàm extare puto, quẽ Chrysostomo, si dicendi partes spectes, rectè conferre possis. In quo quidem eloquentiam summã fuisse cùm alia permulta ab ipsius ingenio profecta monumenta apertè testantur, tum in pri- E
mis post dialogos eos, quos antè nominaui, hoc ipsum testatur liber vnus, quo Babylæ episcopi, ac martyris vitam comprehendit, interim gentilium idololatriam magnis argumentis confutans: cuius æditionem in tuo nomine apparere voluimus. Dices, Istũ verò Brixi sudorem frustra tibi, arbitror, expressisti, in quo videlicet tibi Oecolampadius vir in linguarum studiis apud Germanos clarus anteuertit. anteuertit mihi ille fateor, sed tu pro eo quanti veritatem ipsam facis, id oneris, obsecro, Dionysio Coronæo tuo impone (tibi enim idem onus imponere nec audeo: nec debeo: neq; si auderem, id ipsum per publica, ista negotia subire te posse intelligo) id, inquam, oneris Dyonisio tuo impone, vt quod Oecolampadius vertit, id ille cum Græco exempla- F
ri diligenter conferat, & ad te rem totam, vt se habet, bona fide referat. Futurum est enim vt audias ipsum Oecolampadium vertendo Chrysostomi Babyla prorsus neque cœlum, neque terram (quod aiunt) attigisse, quin potius tã paruo in opere non paucioribus, quàm ducentis in locis fœdissimè hallucinatum fuisse: vt possit hinc vnusquisque secum statuere, tum quãtum fidei Oecolampadio habere debeat in aliis (quæ permulta quidem sunt) eiusdem Chrysostomi operibus ab eo versis, tum quantum spei collocare possit in iis quæ posthac ab eodem versa edere poterunt, nisi fortè nobis doctrinam ille suam, Græcã præsertim, auctiorem interea probauerit. Veruntamen quicquid id fuerit Chrysostomi piis manibus conatui nostro fauentibus, tuo ductu, atque au
spiciis

Spicius per nos sic restituetur, vt Babylam nũc a nobis restitutum facile iis constabit, qui non grauabuntur per otium scripta nostra cũ Oecolampadii scriptis conferre. ad quem equidẽ laborem Græcarum literarum mystas omneis etiam atque etiam hortor, vt qui inter eos rudes adhuc sunt, periculum inde faciãt, quãtus sibi fucus ab iis fiat, qui vbi mensis vnius, & alterius laborẽ studiis Græcis impenderunt, vbi pauculas voces Græcas, idq; de commentario, quod aiunt, intellexere: statim, si diis placet, docti sibi videntur, statim omnia scire se putant, statim neminem amplius, qui doctus quidem sit, in consilium aduocantes, neminem qui sapiat, imitantes, sibi ipsi exempla esse volunt, omnibusq; pudoris claustris effractis, authorũ illorum, vel illorum interpretes agunt: id aggredi ausi, quod vix animo quidem versare audent, qui totius ætatis annos in vtriusque linguæ cognitione percipienda multo cum labore consumpsere, quiq; ab eiusmodi labore fœliciſſimè ac magna cum nominis sui gloria euasere, sed quid facias? valuit, valebitq; semper Periclis illud apud Thucydidem, ἀμαθία μὲν θράσος, λογισμὸς δὲ ὄκνον φέρει. Sed nescio quo pacto rei indignitate, quam æquo ego animo ferre non possum, imprudens in id relapsus sum, quod paulò antè in aliud tempus reieceram. lõgius autem me prouexit dulcedo quædam tecum loquendi. Itaque epistolæ finem faciam, si te modò prius rogauero, vt qua cœpisti, gratia literarum bonarum, tum Græcarum, tum Latinarum studia communiter apud principem nostrum, cuius rei facultatem habes maximã, tuearis, quod munus quãdo complexus es, tene, ac perfice, vt ne minus studia eadem tibi, q̃ tu iisdẽ debeas, in quibus certè ita te educatũ, ita versatũ, ita edoctũ scimus, vt tibi vni ex aulicis proceribus omnibus studiorum eorundẽ causa apud principem eundem posthac agenda, tuendaq; sit, quam quidem, si bene mihi cognitus es, à nemine alio tibi præripi sines, neq; falles incredibilem quandam nostram omniũ de te protegendis, ornandisq; semper studiis iisdem, opinionem. glorioſum me hercule, & præcipua laude dignũ, principis fauore in hoc vti, vt studiosorũ vniuersitas adiuuetur, quantumq; gratia, atq; authoritate apud eundẽ valeas, bonorum commodis experiri. quam ego in sententiam scriberem plura, nisi te tua spõte satis incitatum esse viderem, & hoc quicquid attigi, non feci inflammãdi tui causa, sed testificandi potius amoris summi erga te mei: qui cupiam ad eius te gloriæ fastigium omni studio eniti: omnibus neruis contendere, ad quod sanè ex hominibus nostris ad reip. gũbernacula ante hac accitis pauciſſimi aspirarunt, dum illorum animis parua admodum, seu nulla potius elegantiũ studiorum, ingeniorũmve cũra obreperet. Inquam ego curam, ac cogitationem sic te incumbere velim, vt tibi planè persuasum sit, non posse te ex quoquam alio facinore melius, quam ex eo quòd tu iuuandis bonarum literarum studiis præstiteris, nomẽ istud ab iniuria obliuionis assertum immortalitati commendare. Cuius quidem immortalitatis, qua dixi potiſſimum ratione, parandæ, tametsi, quod modò sum testatus, haudquaq; negligentem te esse scio, tamen nihilominus id ego hic apud te rursus & facio, & sæpius posthac facere institui: quod gymnicorum certaminum spectatores facere cõsueuere. Illi enim cursores eos clamore, hortatu, fauore, etiam atque etiam prosequuntur, non qui postremi in stadio currũt, magno ab æmulis interuallo relicti, sed qui metæ iam proximi de reportando victoriæ præmio pro se quisque, puluerulenti nauiter concertant. Postremum illud erit, vt tibi separatim commendem, non tantum studia, sed & fortunas quoque Dionysii tui, cuius suprà mẽtionem feci, hominis linguarum triũ cognitione ornati, eiusdemq; fide erga te, studio, amore (nihil possum præstantius dicere) tuorum nemini concedentis: quæ partes teipsum ad illum, quid facis, & diligendum, & ornandum maximopere animare debẽt. Illustrabit, mihi crede, istius dignitatis amplitudinem beneficiorum abs te in illum collatorum magnitudo. quem nos & quia tuus, & quia te dignus, hoc est & probus, & doctus, & quia nos diligit, semperq; dilexit, in primis amamus, charũq; habemus. Bene vale, & Brixium tuum vt amas, amare nũquam desine, Lutetiæ ex ædibus nostris.

XIIII. Cal. Apr. M.D.XXVIII.

Diui

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI LIber contra gentiles, Babylæ Antiocheni episcopi ac martyris uitam continens, per Germanũ Brixium Altissiodorensem, canonicũ Parisiẽsem, latinus factus.

DOminus noster Iesus ad crucis suppliciũ iamiã accessurus, ac mortem illam viuificã moriturus, nocte ea postrema, qua discipulos ad se suos semotis arbitris vocauit, apud eos cùm permulta verba alia fecit, eosdem plurimarũ rerum cõmonefaciẽs, tum inter alia, & tale quiddã ipsis dixit: Amẽ amẽ dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ille faciet, & his maiora faciet. Atqui multi olim alij magistri extitere, qui & discipulos habuerunt, & miracula itẽ ostentarunt, quẽ admodũ iactitantes gloriãtur gẽtiles: verũtamẽ illorũ nemo vnq̃ eiusmodi orationẽ vsurpare, ac ne animo quidẽ versare sustinuit. neq; sanè possint è gẽtilib⁹ vlli, etiamsi nihil nõ se præstaturos, quæ illorũ est impudẽtia, profiteãtur, cõmonstrare huiusmodi elogiũ, sermonémve apud se extare. spectra quidẽ certè demortuorũ, neq; non cadauerum quorundã simulacra qui repræsentarẽt, multi multos apud illos nouarũ, mirandarumq; rerũ authores extitisse affirmãt, quin & voces nescio quas quibusdam è monumẽtis eductas ad nonnullos peruenisse referũt. quòd verò quisq̃ ex eis omnibus, qui magna in admiratione habiti apud illos vixerunt, vel quos post obitũ in deorũ numerũ relatos opinati sunt, tali ad discipulos suos oratione vsus sit, illorũ sanè nemo vnq̃ affirmauerit. Causam autem, si placet, aperiã, quãobrem illi in reliquis alioqui omnibus impudẽtes, nudo quasi capite, ac perfricta fronte mẽdacia sua proferẽtes, tamẽ eius generis cõmentũ effingere ausi nunq̃ fuerint. Nõ enim temerè, neq; certè ab re ab eo sermone cõminiscẽdo abstinuerunt, sed hoc ipsum astutè sciuerũt pestilentissimi generis nostri hostes illi, eũ qui aliis fucũ facturus sit, oportere probabilia quædã, & versutiæ, atq; artificij plena, & quæ deprehẽdi nõ facilè queãt, cõmentari. Nã & callidos tũ piscatores, tum aucupes nequaq̃ nuda proponẽre retia, sed illis diligẽter esca prius circũlitis, ita demũ venationis vtriusq; vtrosq; cõpotes euadere, qui si retibus detectis, ea beluis, quas captant, cõtuenda præbuerint: fiet certè, vt neq; pisces, neque aues vnq̃ in ea introëãt, imò verò vt ne illis quidẽ prior sus appropiãquet, ita vt vterq; domũ vacuis manibus sit reuersur⁹, ta qui mari piscatur, q̃ qui terra venatur. Ergo quando & illis quoq; propositũ erat homines in nassam obtrudere, suam impostură in huius vitæ quasi mare quoddã nudam minimè coniecerunt: sed confectis prius, ac cõpositis iis, quibus imprudẽtiores capere possent, vlterius mẽdacio procedere supersederunt, qui tũ vererẽtur, ne plus quo mẽdaces apparerẽt, tũ formidarẽt ne priores suas fraudes posteriorũ immodico vsu subuerterẽt. Si enim hoc dixissent extitisse apud illos, qui tale quiddã professus esset, quale seruator noster ad discipulos suos dixit: certè vel illis ipsis, quib⁹ fucus fieret, ridiculos se præbuissent, quasi qui ne probabilia quidẽ mentiri possent. Nã tale quiddam profiteri, idq; reipsa præstare, ad diuinã illam virtutẽ solã spectat. Quòd si potuere olim dæmones homines in errorẽ adductos per phantasmata nõnihil ludificari, idipsum tũ vsu venit, quũ luminis fons vulgò nondũ cognitus esset. quo certè tẽpore partim fraude alia, atq; alia partim sacrificiis ipsis declarabatur; quæ fierẽt omnia dæmonum opera esse. Illos enim suas aras imperare, humano sanguine rubefieri, neq; non ab illis ipsis qui genuissent iubere eiusmodi sibi victimas immolari: id verò quã vel summã insaniã non obscureret qui enim calamitatibus nostris nunq̃ satiãtur, neq; vllũ terminũ, aut finẽ propositę semel aduersus nos pugnæ norunt, sed immortalẽ vbiq; præ se rabiẽ ferũt, perinde quasi neutiq̃ illis abundè satis foret ad propriũ furorẽ explendũ, ipsorum aris horũ, vel horũ tum vxores, tũ liberos pro ouibus, ac bobus admotos immolari: ij nimirũ nouam quandã homicidij immanitatem excogitarũt, atq; adeò insolentiorẽ calamitatis modũ introduxerũt. quos enim par erat peremptorũ cædes lugere, iis dæmones iidẽ persuasere, authoresq; fuere, vt eos qui occidẽdi essent in miserabilis illius homicidij theatrũ producerent: qui itẽ, vt ne humanæ tãtùm leges ignominiã paterentur, & ipsas quoq; naturæ leges funditus diuulsas subuerterũt: tum præstãtes, vt ipsa hæc, quã dico, natura aduersum semet debacchartur, tũ autẽ cẽdẽ omniũ sceleſtiſſimã in hominũ vitam introducentes. Nullos enim iã inimicos sic, vt genitores ipsos cuncti formidabãt, atq; adeò quibus maximè omniũ fidere oportebat: hos maximè omniũ suspectos habebãt, atq; auersabantur. Siquidẽ cacodæmones illi summopere cõtendebãt, vt per quos dei beneficio ad mũdi huius spectaculũ prodieras, per eos tute huiusmodi dono priuatus exigereris. Hoc agẽtes, vt qui tibi ad vitæ munera capessenda administri fuissent, ij & mortis quoque authores fierẽt, perinde quasi platũ facere volẽtes, mortalibus nihil prorsus lucri, nihil auctarij ex dei optimi bonitate accessisse, vt qui nõ aliis egerẽt iugulatoribus, q̃ illis ipsis à quibus geniti fuissent. Hæc etiamsi magnũ aliquod miraculũ subsecutum fuisset, ne dicã sicubi exiguum quoddã, ac nihili æstimãdum, idemq; multa impostura scatens proditum fuerit, hæc inquã opera etiam si magna essent: tamen quæ ego dixi eiusmodi fuisse constat, vt abundè probare possint, iis quidem certè, qui mente prorsus alienata nequaquã sunt, quínam planè essent operũ illorũ artifices, vt flagitiosi, vt omnibus modis sceleſti, vt nihil non ad vitæ, status q; nostri subuersionem molientes. At verò dominus noster Iesus nobis quod tale foret nihil quicq̃ imperauit, quin potius admirabilis quum sit ob ea, quæ ædidit, miracula, nimirum ob ea quę reliquit præcepta nihilominus, q̃ ob miracula iure ab omnibus adorari, ac deꝰ esse credi possit. Impietatem quippe eam, quam diximus, adeò ipse suo soluit: & quod mirabilius etiam est, hac dura, & immani tyrannide non nos modò, qui ipsum adoramus, sed eos item à quibus blasphemiis, ac conuiciis laceratur, expediuit. neque enim gentilium quisquàm huiusmodi victimas dæmonibus suis posthac offerre coactus est. tãta est ille erga nostrũ genus benignitate semper vsus, cuius etiã ampliora extãt erga inimicos suos beneficia, q̃ dæmonũ in amicos suos maleficia. Siquidem dæmones, eos à quibus colerẽtur, atq; honorarentur propriorum liberorum mactatores

agere

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Cgerẽ coẽgerunt, quum contrà Christus eos qui se auersarẽtur, huiusmodi imperiis liberatos esse voluerit, immanisq; illius sacrificij immunitatem, necnon pacẽ hanc admirabilẽ nõ intra suos modò coarctauerit, sed & ad alienos vsq; eduxerit. Hac ratione ostẽdens illos quidẽ tyrannos quosdam, ac generis nostri pestilentissimos hostes esse: quo nomine sic, iis etiam quos sibi asciuerant, conciliauerantq;, quasi alienis abutebantur: siquidem erant & ipsi alieni. Ipse autem & rex, & opifex, & assertor totius generis hominum extitit, itaque vel alienis, vt propriis pepercit. Etenim proprium ipsius opus erat vniuersa hominum natura: quẽadmodũ & discipulus eius ait, In propria venit, & proprij eum non receperunt. Eius verò omnẽ in nos clementiam enumerare temporis huius non est. de qua quidẽ, vt nullo vnquàm tẽpore loqui desinas, tanta etiam virtute præditus, quanta incorporeas illas virtutes præditas esse par est, tamen ne sic quidẽ rem pro dignitate attingas: q̃ enim bonus est, solus ipse nouit, quandoquidẽ & solus ipse sic bonus est. Vide igitur cuiusmodi verbis discipulos suos conueniat: Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ille faciet, & his itẽ maiora faciet. neq; enim tantæ eos gratiæ participes esse voluisset, nõ summa ipse, atq; adeò immẽsa bonitate præditus. quòd si quis fortè mecum contendat, vbinam Christi oraculum hoc, finem suum sortitum sit, accepto in manus libro eo, cui Acta apostolorum nomen est (continet autem is non acta ipsa omnia neque omnium, sed vnius tantùm, & alterius, & ea quidẽ numeratu facilia) videbit hinc ægrotos in lectulis decubãtes, vmbras autem beatorum illorum solo statim corporum attactu ipsis sanitatẽ restituere: hinc furiosos permultos nullo prorsus alio, quàm tactarũ Pauli vestiũ remedio, eguisse vt à dæmone, quo exagitabantur, liberarẽtur. Quæ omnia si quis fastum esse dicat, & figmẽtorum præstigias minimè persuasu faciles: certè quæ nunc conspiciuntur, ad blasphemum os obturandum, idq; pudefaciẽdum, ad effrenẽ linguam cohibẽdam, satis superq; fuerint. Nulla est enim nostri huius orbis seu regio, seu gẽs, seu vrbs, vbi noua atq; inopinata miracula hæc non decantẽtur: quæ quidẽ si figmenta fuissent, prorsus in tantam hominum admirationẽ non venissent. Atq; huius rei testimoniũ ipsi vos nobis exhibere possitis: eorum enim quæ à me dicuntur, necessarium nobis non erit aliunde fidẽ mutuari, quum vos, qui hostes nostri estis, nobis per vos eam faciatis. Quãnam enim ob causam Zoroastrem illum, itemq; Zamolxim ne de nomine quidem multi, imò verò nulli nisi admodum pauci norunt? quoniam figmenta erant, quæ de illis circunferuntur omnia, quãquam tum illi, tum ij etiam, qui illorum facta memoriæ prodiderunt, summi artifices fuisse feruntur: illi quidem impostura comminiscẽdæ, atq; exercendæ, hi autẽ mendacij orationis illecebris adumbrandi. sed quemadmodum omnia frustra ac temerè fiunt, quum vitiatum, infirmũ, ac minimè verum fuerit, quod quæ dicere proposueris argumẽtum, sic quum id solidum, ac verũ, omnia rursus frustra ac temerè tẽtantur, quæ ad illius subuersionẽ ab inimicis excogitata fuerint. veritatis enim robur planè nullo indiget auxilio, sed vt infinitos habeat, qui ipsam extinguere conentur, ea nõ solùm non deleri potest, sed & per eos quoq;, à quibus oppugnatur, splendidior multò, ac sublimior exurgit, eosdẽ illos irridẽs, nihil aliud, quàm tum sese discruciantes, tum verè insanientes. Etenim apud nos quæ vos figmẽta esse affirmatis, & tyranni, & reges, & inuicti dicẽdo sophistæ, præterea & philosophi, & incantatores, & magi, & dæmones subuertere summo studio tẽtauerunt, & debilitata est aduersus eos lingua ipsorum, vt prophetæ verbum vsurpem, & sagitta infantium plagæ eorum factæ sunt. Ipsi enim reges non aliũ sanè fructum reportarunt, non alium quæstum fecerũt ex iis, quas nobis struxere insidiis, nisi quòd feritatis opinionẽ apud omnes assecuti sunt. nam propter eum demum furorem, quem in martyres prætulerũt, in communem naturam ferocientes, seipsi impruden tes sexcentis obnoxios opprobriis reddiderunt. philosophi autem, & ingenioſi item rhetores, opinionem multam cùm apud plerosque haberent, illi seueritatis, hi eloquentiæ, gesta aduersus nos pugna, ita ridiculi euasere, vt visi fuerint nihil prorsus à nugantibus pueris discrepare. ex tot enim gentibus, ex tot populis, nõ sapientem aliquem, non insipientem, non virum, non mulierem, sed ne puerulum quidem à sententia suadẽdo deducere potuerunt. quin potius tantus risus ex iis, quæ illi contra nos conscripsere exortus est, vt veleorum libri iam olim exoleuerint, ex quibus etiam complures, simulatq; æditi fuere, funditus deperierunt. sicubi autem saluus aliquis comperiatur, hunc penes Christianos saluum inuenias. tãtùm abest, vt ab illorum in nos insidiis detrimentum aliquod suspicemur: sic irridemus multiplices, eosdemq; superuacaneos illorũ aduersum nos conatus. neque enim si adamantina, atque immortalia nobis corpora ineſſent, scorpios, serpẽtes, ignem manibus constringentes timeremus, quinimo & huius rei periculum vulgò ostentantes faceremus: eadem ratione, ne ipsi quidem posteaquàm animas nostras fidemq; in nobis tantam stabiliuit Christus, hostium nostrorum venenis petiti timemus. nam si nobis imperatum est super serpentes, ac scorpios, super omnem item diaboli tyrannidẽ ambulare: multò magis super lumbricos, & scarabæos. horum enim librorum ab aduersariis religionis nostræ conscriptorum nocumentum tali interuallo dissidet, si eos compares cum mali illius in nos dæmonis insidiis. Et nostrarum quidem rerũ ea est ratio: vestrarum verò talis. Aduersum vos nullus vnquàm bellum gessit, neque enim Christianis fas est tranquillitate, ac violentia illa à errorem subuertere, sed tum suadela, tum ratione, tum mã suetudine hominum salus conciliandi est. quo nomine nullus omnino rex, ex eis qui à Christo steterũt, talia contra vos dogmata sanxit, qualia aduersum nos excogitarunt, qui dæmonum cultum sunt secuti. Verũtamen gentilis superstitionis error tanta quiete quum frueretur, & à nemine illi negotium faceſſeretur, per sese tamẽ extinctus est, & in se ipse corruit, eorum corporũ more quæ longa, ac diutina tabes exedit: quæ quidem sponte sua, vel à nemine offensa, corrumpuntur, ac sensim dissoluta prorsus depereũt. Quo fit, vt quãquam non in totum satanicus iste risus orbe exoleuit, tamen vel ea quæ iam facta sunt, satis sint ad firmandam in nobis rerum futurarum fidem. Plura enim tam breui tempore subuersa quum sint, de reliquis nemo postea cõtrouersiam mouebit. Etenim vrbe capta, muris diruptis, exustis prætoriis, theatris, deambulacris, denique deletis iis omnibus, qui arma ferre possent, si quis fortè intueatur porticus aliquot semiustas, & paucarum ædium stantes adhuc parietes, saluis aniculis ac puerulis: is non continuò victoriã, & qui plurima iam ex parte rerum potitus fuerit, victoriam cõtrouersam

facturus

A facturus est, tanquam non valenti quod reliquum est, conficere. Piscatorum verò institutа non perinde sese habent, quæ ipsa in singulos dies magis florent, & quidem non per apertam quandam, vt sic dixerim, planiciem, non per quietem, sed per afflictionem, per bella, per pugnas ad nostram vsq; ætatem perducta sunt. Gẽtilitas enim per vniuersum terrarum orbem latissimè quum patuisset, mortaliumq; omnium animos occupasset: postea ita, vt videmus, post tantum robur, atque incrementum, ipsius Christi virtute dissipata est. Euãgelica verò prædicatio, non quum iam vbiq; tradita, ac solidè stabilita esset, aduersas bellatorum manus sustinuit, sed vixdum in auditorum animis infixa, atq; insita iam inde ab initio coacta est, tanquam acie instructa depugnare contra vniuersum terrarum orbem, cõtra principatus, contra potestates, contra mundi dominos, ac rectores tenebrarũ seculi huius, contra spirituales versutias. fidei enim scintilla nondum bene accensa fluuij, atq; abyssi vndequaq; influebant. Vos autem, opinor, nequaquam latet, non perinde esse plan-
B tam eam reuellere, quæ multis iam annis radices altè egerit, vt eam quam nuper seueris. sed tamen quum is esset rerum status, in Christianæ quidem pietatis scintillam, quod modò dixi, aduersariorum mare inundabat. ea verò scintilla eiusmodi inundatione non solùm non restinguebatur, sed & maior, & illustrior inde quũ exurgeret, quoquouersum statim omnia suo flatu comprehendebat, aduersariorum partes facilè perdens, ac consumens, nostras autem Christianorũ excitans, atq; ad immensam tollens altitudinem. etiamsi viri quidam simplices, tenues, atq; obscuri operam ad eam rẽ suam præstarent. Neque verò piscatorum illorum vel verba, vel miracula sucæsſum huiusmodi efficiebant: sed Christi virtus in illos efficaciam suam infundens.
Act.18.a. Matth.4.c. Nam ex iis, qui quæ dixi miracula ædebãt, alter, is Paulus fuit, tabernaculorum texendorum artifex: alter, Petrus is fuit, piscator erat. & quidem in mentem nunquam venisset hominibus tam tenuibus, tamq; abiectis tale quiddam effingere, nisi si quis eos insaniſſe, ac deliraſſe dicat: hi porrò quòd non insanirent, liquet tum ex egregiis virtutis eximiæ operibus, quæ illi solo verbo ediderunt, tum ex compluribus, qui etiam nunc illis fidem habent. Nunquam igitur talia temerè illi vel mentiti fuissent, vel gloriabundi iactassent. Siquidem quod initiò dixi, qui aliis verba daturus est, mentitur quidem: mentitur autem non sic, vt omnibus planum id fiat. Si enim posteaquam & res ipsæ contigerunt, & tam multi rerum earundem euentum verum fuisse sunt testati, tum ij qui per eo tempora crediderunt, tum qui ex eo tempore vbique eadem hæc ita esse decantant, non apud nos modò, sed & apud Barbaros, & si qui Barbaris ipsis sunt efferatiores: nonnullos tamen adhuc inuenias, qui post tot ac tanta signa, post vniuersi, vt sic dicam, orbis testimonium, prorsus iis omnibus, quæ antea facta sunt, nullam fidem habeant: (vt taceam hic permultos esse, qui de re tota nihil quicquam inuestigare, nihil indagare, nihil examinare labẽtant) quis, obsecro, initiò neque rebus ipsis coràm perspectis, neque recepto rerum earundem digno testimonio, fidem suam Christo obstringeret? quid autem omnino illos commoueret tale quiddam fingere atque componere? neque enim orationis vi, quo pacto enim? quum eorum alter literas prorsus ignoraverit? neque opum, ac diuitiarum copia nitebantur, vt quibus necessarius victus vix

Tomus quintus.

opificio victitantibus: sed neque ob natalium splẽdorem cristas tollere illis licebat. alterius enim patrem ignoramus, tam fuit ille obscurus, atque ignotus: Petri autem notus quidem pater fuit, sed ea ex parte Pauli patrem claritudine superat, quatenus eius nomen sacræ tantùm scripturæ nobis notum, idq; propter filium, esse voluerunt. Quòd si & regionem, & gẽtem exquirere velis, alterum Cilicem fuisse comperies alterum ignobilis ciuitatis ciuem, seu verius dicam, non ciuitatis, sed vici cuiusdã infimi incolam, quippe qui Bethsaidæ (locum in Galilæa hoc nomine appellant) natus sit. Iam artes eorum quisquis audiet, quales fuerunt, videbit nihil illas magnum, nihil graue spirare: nam tabernaculorum artifex piscatore quidem honestior, sed idem tamen cæteris artificibus vilior. Vnde ergo, obsecro, vnde rem tantam simulare auderent? quãnam spe sublati? quo præsidio freti? calamóne, atque hamo? an cultro ac terebra? homines insani in malam crucem iam hinc non vos auferetis, aut vobis præcipitium aliquod parabitis? Agedum verò fingamus hoc quod alioqui opinione quidem vestra fieri nequit, fieri tamen posse: hoc est, vt tum is, qui è palude recens egressus sit, hæc verba vsurpet: Corporis huius vmbra mortuos suscitauit, tum is, qui nuper ex coriaceorum tabernaculorum officina exilierit, de vestibus suis eadem, quæ ille, gloriabundus profiteatur: quis ita insaniret, ex iis qui hæc exaudirent, vt nudis modò verbis tam magnis de rebus fidem haberet? quamobrem autem nullus planè ab illo tempore artifex tale quiddam vel ipse de se, vel alius de illo prædicauit? quamquam si quæ à nostris facta sunt, ea figmenta fuissent: verisimile quidem est minori negotio talia mendacia fuisse confictуros, qui illos sunt subsecuti. Illi enim quum quod facerent, id ad alios, qui tale quiddam olim fecissent, referre non haberent: certè non poterant sperare futurum, vt figmẽtum sibi suum succederet. Qui verò illis posteriores fuere, ad illos spectantes figmentum idem promptius sanè, ac facilius aggredi ausi fuissent, præsertim quum haberent priorum exemplum audaciam, ac fiduciam posterioribus addens. perinde quasi nullus vsquam sit qui mentem habeat, quin potius omnes obstupescant, atque insaniant, atque adeò vnicuique volenti liceat, quæcunq; ipse velit de se prædicare, aliisq; persuadere. Nugæ sunt hæc, risus, ac non nisi gentilis stultitiæ verba. Quemadmodũ enim si quis adductus sit in cœlum arcum intendere, velut sagittis suis illud perrupturus, aut Oceanum exhaurire, tanquam suis illum manibus vacuaturus: hunc profectò ex facetioribus risu, ex grauioribus lachrymis, iisq; permultis nullus non prosequeretur: Sic quoties nobis gentiles contradixerint, bene habebit res, si illos & rideamus & deploremus. res enim multò magis arduas, multò magis imperuias aggrediuntur, quàm qui vel cœlum vulnerare, vel abyssum vacuare se posse sperat. Neque enim vnquam donec lux existet, tenebræ erunt lux, neque rerum nostrarum veritas refelletur. Veritas enim est. hac autem nihil validius. Atque quòd vetera ea, quæ nos auditu accepimus, non minori fide digna sint, quàm quæ præsentia sunt, & quæ ipsi videmus, id certè omnes fatentur, nisi si qui fortè stupidi, ac delirantes fuerint. verùm vt victoriam etiam vel ex superioribus facultatibus reportem, volo & memoriæ nostræ nouũ quoddam, atque inopinatum facinus proferre. Enimuero ne tumultuemini, si miraculum ætate nostra factum

dicturum

Universidad de Deusto
Biblioteca

G dicturum me pollicitus,tamen à veteri historia narrationis exordium contexere aggredior.neq; enim intra vetera illa tantùm subsistam: neq; quæ ego vetera sum huc allaturus, ea à rerum nouarum argumento discrepant: sic enim vtraq; inter sese cohærent, vt non possis illorum consequentiam alteram ab altera separare. Id quod auditis rebus, probè iudicabitis. Fuit imperator quidam maiorum nostrorum temporibus, qui qualis alioqui fuerit,dicere non habeo, verùm vbi sceIus ab eodem magna audacia, atq; improbitate factũ audieritis, & reliquam morum illius crudelitatẽ perspectam habebitis.quódnam ergo piaculum id fuit?Visum fuerat genti cuidam cum hoc imperatore bello decertanti, bellum tandem componere, sic, vt neque alteros affligerent, neque ipsi vicissim ab alteris posthac affligerentur,quin potius molestiis,periculis,omni deniq; timore defungerentur,ac partis contenti, nihil quicquam præterea requirerent. præstare enim timore procul depulso mediocribus frui,quàm plura appetentes vbiq; timere,trepidare,atq; adeò malis vltro, citroq; datis,& acceptis vitam trãsigere. Itaque quum
H constitutum illis esset,bello prorsus deposito, quietam ac minimè solicitam vitam viuere, visum est commodum hoc firma aliqua pactione,ac stabilibus terminis vinctum confirmare.Tum fœdere facto,dato,atq; accepto iureiurando,& regi præterea suo suadere conãtur,vti suo ille filio(puer autem is admodum erat) pro certo pacis pignore deposito præstaret,tũ vt qui prius hostes erant bono in relinquum tempus animo essent, tum animi, ac consilij sui testimonio prodito indicaret,se,quam pacem cum illis faceret,eam citra dolum omnem facere. qua oratione rex adductus filium dedidit, vt ipse quidem opinabatur, amicis, ac sociis: vt verò rei exitus probauit beluæ omnium beluarũ crudelissimæ. Amicitiæ enim ac fœderis lege regium illum puerulum quum accepissent,statim omnia simul cõculcauit,ac subuertit,iusiurandum,pacta, pudorem eũ qui homini ab homine, religionem quæ deo debetur, misericordiam quam à nobis ætas illa impetrare solet, ac neq; iuuentus feram illam flexit, neq; sanè, quæ huiusmodi sceleribus comes esse solet, vltio agreste illud pectus terruit, neq; patris filium deponentis ver-
I ba,eiusdem animum subiere,ea inquam quę ille filium in manum tradens fortasse mandarat, dum postulat vti illius curam quàm diligentissimè imperator susciperet,patrem etiam illum filio suo appellans,dum obsecrat, vt quasi ipse genitor foret, sic illum enutriret, atq; erudiret,perficeretq;,vt maiorum suorum nobilitate dignus ille olim euaderet:deniq; dum idem pater inter hæc verba media filij dextram homicidę dextrę insertat, ac multis etiam cum lachrymis congressum soluit. horum omnium inquinatissimo ille nihil quicquam secum reputans, quin potius omnibus illis vnà ex animo excussis cædem illam cędium omnium sceleIissimam patrat. Hoc enim flagitium filij etiã propriį cædę grauius est.cuius rei testimoniũ à vobis mutuabor,qui vtiq; non sic,opinor, indoluissetis, (si modò ex animi mei affectibus & vestrorum item affectuũ coniecturam facere oportet)si illum audissetis propriũ filium occidisse:tum enim vnà cum communibus legibus & naturæ etiam leges subuerti visæ fuissent. Hic autem plurima simul concurrerunt, quæ numero ipso, naturæ necessitudine validiora esse possunt. Quoties enim mihi ante oculos obuersatur adulescens ille prorsus innocens,idem à patre deditus, idem à maiorum suorum regia auulsus, idem domesticas delicias, K gloriam,honorem cum extorri vita, hoc nomine cõmutans, vt posset impurus imperator pactis cum hoste fœderibus fidere,idem postea ab illo miserè confectus, & splendore domus paternæ per eadem fœdera priuatus: deniq; ab eodem iugulatus, nimirum secum pugnans me subit affectus, liquefacto simul, atq; exæstuante intus animo. quorum affectuum alterum mihi ira, alterum mœstitia parit. Nam dum mecum reputo sceIestum illum armantem sese, gladium intentantem,pueri collum apprehendẽtem, qua dextra depositum receperat,hac eadem gladium in illud impellentem,disrumpor,atq; adeò ira suffocor.Rursus dum intueor iuuenem illum timentem,trementem, ploratus extremos plorantem, patrem inclamantem, hunc ipsum istarum rerum authorem fuisse testantem,cædem non ei, qui gladium in guttur mergeret, sed ei, qui se genuisset,acceptam referentem, neq; fugã adornare,neque sibi auxilio esse valentem:sed quod vnum supereret,frustra de proprio parente expostulãtem, denique plagam receptantem,palpitantem, calcibus pauimentum ferientem, terram sanguineis riuis inqui- L
nantem,ipsa mihi intus viscera discerpuntur,ipsa mihi cogitatio obtenebratur, ac mihi ob oculos mœstitiæ caligo quędã offunditur.At verò non perinde beluinum illud imperatoris pectus affectum videas.quin potius quasi vel agnum,vel vitulum immolaturus, sic ad sceIestam illam cædẽ animatus fertur.Et puer quidẽ plaga accepta exanimis iacebat. At percussor admisso sceleri patrocinabatur,posteriori facinore prius illud obscurare laborans.Existimaturus es fortasse me de sepultura loqui velle, deq; imperatoris impietate, qui à se occiso ne tantillum quidem terræ impertiuerit. Ego verò aliud quoddã facinus eo,quod à me iam dictum est,longè atrocius indicaturus sum.Nam manus illas impias tam innocenti sanguine vbi conspurcauit,atq; conscelerauit,nouamq; illam tragœdiam peregit, quasi nullo prorsus à se scelere facto, effrons, & ipsis etiam saxis durior,ad dei opti.maxi.templum festinabundus accurrit. Miraturi fortasse sunt nonnulli cur factum est, vt qui tam æquum patrasset facinus, diuina statim plaga percussus non fuerit. aut quo pacto priusquam introiisset, in illum deus non continuò M
fulmen cœlitus contulerit, ita vt eiusdem os impudens cœlesti igni mox conflagraret. At ego, si quibus huiusmodi cogitatio in animum descenderit, laudo quidẽ illos & admiror excandescentiæ istius causa:tamen huic meę de illis tum laudationi,tum admirationi nonnihil certè adhuc deesse dico.Etenim iusta quidem illos indignatio subit,tum ob peremptum iniuria puerum, tum ob diuinas legis tãta cum petulãtia, atq; contumelia violatas: sed iidem tamen iræ impotentia exæstuantes,rem ipsam totam non perpendũt. Iustitiæ enim lege hac,alia quædã ex longè sublimior in cœlis lata est.Lex verò ea quæ tandem esse potest, is qui peccatum aliquod commisere,pœnã nõ euestigiò deum irrogare,sed tempus delinquenti cõcedere,ac veluti præscriptum diem statuere:intra quẽ,peccatum quum deposuerit, pœnitentiæ beneficio par tandem iis euadat, qui nulluni prorsus peccatum admiserunt. Id quod & tũc deus in miseri ac perditi illius causa declarauit,sed nullus tamẽ propterea subsequebatur profectus:inemẽdatus enim persistebat.At deus quo est in humanũ genus amore,hoc etiã quum prouidisset,ne sic quidẽ illũ deseruit, neq; partes ipsæ suas intermisit,sed & laborantem

A rantem inuisit,adhibitis etiam iis remediis, quæ salutem afferre possent.cæterum tantùm abfuit,vt porrectum ille medicamentum admitteret, vt vel medicum ad se hoc nomine missum trucidauerit. Medicamentum porrò,ac medicinæ item ratio huiusmodi erat: Fortè fortuna per quod tempus crudelis, ac miseranda, quam dixi, fabula licentiosè ageretur, magnus quidam atque admirabilis vir (si modò viri nomine designare illum fas est) nostri huius gregis curam gerebat, Babylas huic nomen erat. is igitur, per eos dies Christi ecclesiam hanc à spiritus gratia sibi concreditam quum haberet, Heliam, atque huius æmulum Ioannem non dico præteriit,ne inuidioso admodum verbo vtar, sed vsqueadeo est assecutus, vt ne tantillum quidem illorum generosorum pectorum libertati concesserit. Neque enim paucarum ciuitatum tetrarcham, neque gentis vnius regem, sed eum, qui imperio suo plurimam totius orbis partem contineret,ipsum,ipsum hunc inquam homicidam, de quo nobis est sermo, eundem multarum gentium, multarum ciuitatum, immensi item exercitus dominum,
B eundem quoquò te vertas, tum ab imperij amplitudine,tum à morum ferocitate terribilẽ, quasi vile quoddam, ac nullius precij mancipium sic à dei templo exegit:tanta adeò cum constantia, atque animi præsentia, cum quanta pastor scabiosam, ac morbidam ouem ab ouili excludit,dum prohibet,ne laborantis ouis morbus ad reliquum quoque gregem contagione serpat. Et hæc quidem fecit Babylas, reipsa seruatoris nostri verbum confirmans: Solùm illum videlicet seruum esse, qui peccatum facit, vt sexcentas etiam coronas capite gestet, vt omnibus, qui super terram sunt, hominibus imperare videatur: qui autem culpæ nullius sibi conscius est, vt in subditorum classe censeatur, hunc vel regibus omnibus regaliorem, præstantiorẽmque esse. Ergo ipsum imperatorem statim is, qui illius imperio parebat, rexit: & ei, qui omnium dominator erat, subditus iura dedit, atque adeò aduersus eum, damnationis calculum tulit. Tu verò quisquis es qui hæc audis, noli quod dictũ est leuiter trãsmittere. Nam auditus facti huius nuncius, extitisse ex subditis, qui imperatorem à templi vestibulo exege-
C rit, per se abundè satis est ad commouendos, ac perterrefaciendos auditorum animos. qui si vis miraculum totum exactè pernoscere, ne verbum ipsum nudum spectes, sed ponito tibi ante oculos hinc satellites hastatos,hinc milites scutatos,hinc tribunos, hinc exercitus duces, hinc permultos in aula regia educatos, hinc eos quibus ciuitatum administratio credita esset, hinc præeuntium,hinc sequentium fastum,hinc asseclarum seipsos vrgentium turbam: denique vniuersum imperatoris famulitium. secundum hæc ipsum imperatorem in medio illo comitatu multo cum fastu ingredientem, eundẽque vestium, purpuræ, lapillorum, hac illac consperforum, in dextra,in militaris vestis commissura, in capitis diademate refulgentium sumptu sibi placentẽ. ac ne hoc quidem loci cœptæ semel à te imaginis istius faciem finias, quin eandem proferas ad dei vsque seruum illum beatum inquam Babylam,eiusdẽque humilem habitum, vulgarem vestem,animum contritam,sensum ab omni te meritate alienum,atque his omnium coloribus vtrunque quum depinxeris, & alterum alteri opposueris, tum certè facti huius miraculum bellè perspicies. Imò verò ne sic quidem id exactè comprehendes. Babylæ enim fiduciam nullius planè sermo,nullius oculorum D
acies repræsentare queat,sed solùm illius experimentum, atque vsus.cuius generosi animi præsentiam solus is possit rectè animo concipere,qui potuerit ad idẽ fiduciæ fastigium pertingere. Quomodo enim senex ille accessit? quomodo prætoriam cohortem dissipauit?quomodo labia diduxit?quomodo verba fecit?quomodo increpuit? quomodo dextram in pectus impactam firmauit?pectus,inquam ira turgens,ac cædeferuens;quomodo homicidam exegit?nihil illum eorum, quæ agerentur deterruit, nihil de sententia deduxit. Exclamare hìc libet,ô animum imperterritum, mentẽque excelsam:ô cœleste pectus,& constantiam angelicam.Quasi enim depictam in pariete videretvniuersam illam speciem, sic omnia intrepidè generosus ille vir peregit. Etenim illum sacræ erudierant literæ, mundi huius res omnes non nisi vmbram esse, ac somnium, & si quid his vanius est. propterea Babylam nihil ea omnia terruêre, imò verò magis animauêre. illorum enim quæ coràm contuebatur aspectus, eius cogitationem traducebat ad supremum illum regem sedentem super Cherubin, abyssos contuentem, E
ad thronum illum glorioſum, & excelsum, ad exercitum illum cœlestem, ad angelorum myriadas, ad chiliadas archangelorum, ad suggestum terribile, ad tribunal incorruptum, ad flumen ignis, ad iudicem ipsum. Propterea certè se ipse totum à terra in cœlum transferens, quasi iudici ipsi adsisteret, ipsumque audiret iubentem, vti sceIestum, atque inquinatum illum à sacrosancto grege expelleret, sic eiecit, & à reliquo armento separauit, nihil prorsus respiciens eorum omnium quæ videbat, quæque terrifica aliis videntur: quin potius illo viriliter, atque admodum generosè expellendo, diuinis legibus vim, ac tyrannidem patientibus opem tulit. Atqui quanta Babylas erga cæteros fiducia vsus sit, hinc constare potest. quémnam enim ex aliis metueret, qui aduersus ipsummet imperatorem tantam sibi potestatem sumeret? Equidem vir ille qualis fuerit, coniectura quodammodo assequor: seu, vt verius dicam, de eo sic mihi ipse persuasi, vt nihil quicquam vel in gratiam, vel in odium vnquam, vel faceret, vel diceret: sed F
generosò semper,ac forti animo contra timorem,cõtra item adulationem, quæ timore impotentior est, contra id genus alia (cuiusmodi multa inter homines accidunt) sese opponeret, nec vnquam, ne tantillum quidem rectum adulteraret iudicium. Si enim amictus, dentium risus, pedis ingressus, hominis naturam arguunt: multò quidem magis tot, ac tanta illius egregia facta omnibus nobis fidem facere possint, quantam ille reliqua vita virtutem amplexatus fuerit. Neque enim nobis ille ob fiduciam modò, qua præditus erat, admirabilis esse debet: verùm ob id quoque, quòd eam fiduciam ad hoc vsque loci perduxerit, simul ob id, quòd eam vlterius non promouerit. Tal est enim Christi sapientia, quæ permittit ne quid minus, ne quid item plus iusto decertes: sed vt omnia intra modum efficias. atqui Babylæ licebat, si voluisset, vlterius progredi.ei enim qui vitæ curam semel abiecerat (prorsus enim non accessisset, nisi se ipse huiusmodi cogitatione armauisset) omnia liberè agere licebat, & imperatorem conuiciis aspergere, & diadema capite detrahere, & pugnis os contundere: nam & dextram in pectus iam impegerat: sed tamen ab his omnibus abstinuit. animam enim habebat sale spi-

Ioan.8.d. & 8.Rom.6.a & 1.Pet.2.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

G salé spirituali conditam, quæ res præstabat, vt nihil temerè, nihil stultè, sed omnia recto rationis iudicio, ac ſtato ordine exequeretur. non quemadmodum gentilium ſapientes, qui nunquam intra modum, ſed vbique, vt ita dicam, aut maiorem, aut minorem, quàm decet, orationis libertatem vſurpant: idque vt nuſquam fortitudinis, vbique affectuum ratione carentium opinionem ſibi concilient, in iis quæ aſſequi non poſſent, metus, atque ignauiæ: in quibus exceſſiſſent, inſolentiæ, ac vanitatis apud omnes conuicti. At non ſic Babylas noſter, qui quod ipſi in mentem venerat, id non inconſultò aggreſſus eſt, ſed nihil non accuratè perpendens, & animi ſui cogitationes diuinis legibus conformans, ita demum ad opus eas eduxit. Eapropter ſectionem ipſam neque per ſumma tantùm inflixit, vt ne maior membri affecti pars incurata relinqueretur, neque altiorem quàm deceret, vt ne ſuperuacanea plaga quod ſanum eſſet, offenderet: ſed plaga prius ad morbum attemperata, medicinam quàm optimam adhibuit. Equidem hinc illum pronunciare auſim ira, puſillanimitate, arrogantia, ambitione, odio, timore, adulatione prorſus vacauiſſe. quòd ſi & maius quiddam, atque admirabilius fatendum eſt, non tam certè mirum mihi videtur eundem aduerſus imperatoriam inſaniam tãta fiducia conſtitiſſe, quàm vidiſſe, atque intellexiſſe, quatenus hoc ipſum facere oporteret, nec quicquàm præterea vel feciſſe, vel dixiſſe. Et quidem quòd poſtremum hoc longè illo mirabilius ſit, multos vtique inuenias illius compotes euaſiſſe, ab hoc tamen ſuperatos. vocis enim libertatem vtcunque vſurpare poſſunt & ex plebeis permulti: at illa eadem decenter vti, tempore conſentaneo, congrua tum menſura, tum prudentia adhibita magni admodum animi, & admirabilis fuerit. Quando & in beatum illum Dauid
2.Reg.16.b magna cum licentia, ac contumelia inuectus eſt Semei, quem & ſanguinarium virum appellauit. verùm hanc ego nunquam dixerim fiduciam ac libertatem, ſed linguæ potius intẽperantiã, mentis temeritatem, contumaciam, dementiam, atque id genus quodlibet vitium. Conuenit enim, arbitror, vt qui alios reprehenſurus eſt, is animum ſuum quàm longiſſimè ab omni temeritate, ac contumacia aſſerat, quámque vſurpat agendi vehementiam, eam ex verborum, atque rerum natura tantum demonſtret. Etenim medici dũ vel putrida membra ſecare, vel intumeſcentia comprimere opus eſt, non ira prius animum ſuum complentes, ita demum ad curandum accedunt, ſed tum maximè decenti in ſtatu animi cogitationem continere adlaborant, vt ne arti ipſi turbati animi motus officiat. Quòd ſi corpus curaturo tanta animi ſedatione opus eſt, quo, obſecro, animarum medicum loco habebimus? quantam ab eo ſapientiam exigemus? certè longè maiorem, atque adeò tantam, quantam bonius ille martyr præſtitit. Nobis enim quoſdam quaſi terminos, & regulas præſcribit, per quas videlicet & in reliquis facta proportione nobis ipſi modum deſumamus, ſic miſerum illũ à ſacro ſanctis clauſtris ſummouit. Ac factum quidem hoc videri poteſt vnũ modò eſſe egregiæ virtutis opus. veruntamen ſi quis id perpendat, ac tanquam explicans vndique diligenter ſpeculetur, inueniet & alterum, & tertium item emolumentum inde ſimul enaſci, magnúmque inibi vtilitatis theſaurum recondi. Siquidem vnus tantùm is fuit, quem à templo expulit Babylas, at multi extite-
re, qui lucrum inde reportarunt. Quotquot enim e- K
rant, qui fidem ſuam Chriſto nondum obſtrinxiſſent (de iis loquor, qui tyranni huius imperio parebant, id autem imperium bonam totius orbis partem occupa-
rat) ij certè omnes obſtupuere, admirati ſunt: inde edo
cti quantam ſeruis ſuis libertatem Chriſtus impertie-
rit, deriſerunt ſuam ipſorum illiberalem, & abiectam ſeruitutem, perſpexerunt quantum inter ſe diſcrepẽt Chriſtianorum nobilitas, & gentilium probrum. Qui etiam apud illos templorum adminiſtrationem ſuſcepere, ij reges ſuos colunt pluſquam dominos, pluſquam idola etiam ipſa quæ adorant, regúmque metu ſtatuis ipſis aſſident, ita vt maligni illi dæmones honorem omnem ſibi impenſum imperatoribus ſolis acceptum referant. Itaque vbi contingit imperatorem aliquem creari, qui cum illorum religione non conſentiat: mox ibidem ſi quis in idolorum templa fuerit ingreſſus, paſſim aranearũ telas parietibus circunfuſas videbit, & tanto ſitu idoli ſtatuam obductam, vt neque naſus, neque oculus, neque alia quæ- L
uis totius oris pars appareat. Ex altaribus autem, aliorum reliquias ſolùm ſupereſſe, maiore parte iam collapſa, alia interim tam alta vndique herba circundari, vt qui altaria ea eſſe neſcit, ſterquilinij acerũm aliquem eſſe putet. Cuius rei cauſa hæc eſt: Illis olim licebat quæcunque vellent ſuffurari, & per ſtatuarum cultum ventri indulgere: nunc verò quamobrem ſeſe miſeri diſcruciauerint? accubantes enim ac ſe ipſi conficientes, ab illis tamen nullam prorſus expectant retributionem. ſunt enim ligna tantùm, ac lapides. verum honore eo quem imperatores ſtatuis iiſdem exhibent, adducuntur illi ad huiuſmodi cultum ſimulandum, qui certè tollitur, dum imperatores ſapiunt, dei opt. max. filium adorantes. At non ea eſt rerum noſtrarum conditio, ſed planè contraria. Quum enim in imperatorium thronum conſcendit qui nobiſcum in fide, ac diuinitatis opinione conſentit, hic ſegniores efficiuntur Chriſtianorum res: tantùm abeſt, vt illæ per humanos honores erectæ, conſiſtant. Rurſus quum impius aliquis imperator regnat, qui nos vndique vrget, qui nos infinitis malis exercet, tum eædem precium accipiunt, atque inclareſcunt, tum præmiorum, ac triumphorum tempus, tum coronarum, præconiorum, ac virtutis omnis oſtentandæ facultas. Quòd ſi quis dixerit ſupereſſe etiam nunc ci
uitate, eandem quam olim ſuperſtitionem circa ido-
lorum inſaniam præ ſe ferentes, is primùm admodum paucas numerabit. Veruntamen ne hac quidem ratione officiet inſtituto à me ſermoni. Eadem enim ſuppoſito adhuc manet. nam pro imperatore, ciuitatis adminiſtratores habent parem ſecum idolis honorem deferentes. Atque huius cultus cauſæ hæ exiſtunt: crapulæ, comeſationes tum diurnæ, tum noctur
næ, tibiæ, tympana, &, quod liberum eſt, turpia quidem cum omni oris impudentia profere, turpiora autem factitare, liberum item præ ingluuie diſrumpi, præ ebrietate debacchari, & in probroſiſſimam inſaniam dilabi. Id genus indecentes ſumptus continent adhuc & fouent intercidentem illum errorem. Nam qui opulentiores inter illos ſunt, in ordinem paraſitorum cogunt eos, qui ob ignauiam fame pereunt, quos ipſos tanquam caſes ad menſas ſuas enutriunt, eorúmque impudentes ventres iniquarum cœnarum reliquiis differtiunt, iiſdem pro animi arbitrio abuten
tes. At nos, qui in vniuerſum mores veſtros iniquos, M
ac pror-

A ac prorſus ratione carentes abominamur, qui ob propriam ſegniciem, atque ignauiam eſurire coguntur, eos non paſcimus, quin potius ſuadendo hortamur, vt & ſibi, & cæteris opera ſua victum ſufficiant: qui verò mutilo ſunt corpore, iis permittimus modò, victum neceſſarium ab iis, quibus facultates ſuppetunt, mendicare. At commeſſationes, ebrietates, & reliqua omnis inſania, ac turpitudo à cœtu noſtro exacta, explo- D
ſaque eſt. pro quibus introducta ſunt quæcunque grauia, quæcunque caſta, quęcunque iuſta, quęcunque ſunt probata, ſiqua virtus, ſi qua laus. Nam cætera illa quæ Græci iactabundè efferunt, philoſophis ſuis attribuentes, facilè commonſtrarunt vanam gloriam, temeritatem, & puerilis cogitationis opera eſſe. Neque enim temerè apud nos dolio quis accepto ſe ipſe incluſit, neque vili, ac lacero panno obtectus, ſic per forum ingreſſus eſt. Ea enim admirabilia quidem eſſe videntur, laboréque multo, ac ſumma ærumna plena, ſed indigna tamen ſunt, quæ laudem mereantur. Eſt autem diaboli aſtutiæ, ſibi ſeruientes laboribus eiuſmodi addicere, vnde qui decepti ab illo fuerint, tum di-
B uellantur, tum ridiculi omnibus appareant. Labor enim is, ex quo nullum lucrum manat, nullam prorſus laudem meretur. Etenim exiſtunt etiam hodie perditi quidam homines, nullis non flagitiis pleni, qui multò maiora iactitant, quàm philoſophus ille. Alij enim acutos clauos comedunt, alij calceos mandunt, & deglutiunt: alij ad alia his longè flagitioſiora malè conſulti ſe conferunt. opera porrò huiuſmodi multò ſunt admirabiliora, quàm vel dolium illud, vel panni illi viles, ac laceri: ſed ea tamen minimè probamus, ſicuti neque illa: quinimo & iſtos & omnes item, qui ſimilibus præſtigiis mirabiles ſunt æquè, ac philoſophum eundem damnantes deploramus. Dices, magnam verò philoſophus orationis libertatem apud regem præ ſe tulit. Videamus ergo quæ ſit egregia illa libertas, num etiam ea dolij præſtigiis vanior ſit. quænam igitur illa? proficiſcenti cum exercitu aduerſus Perſas Macedoni, eidémque philoſophum magna inſtantia hortanti, diceret, ſi qua re indigeret: nulla, ille inquit, niſi quòd regem rogauit, ſibi à Sole ne obſtaret. acciderat enim tum iam vt philoſo-
C phus à ſolis radiis calefieret. hic non vos ipſos pudore ſuffundetis? non oculos, frontémque contegetis? non hinc facetentes terra vos obruetis, ob ea ipſa vobis placentes, ob quæ pudore ſuffundi oportebat? quãtò enim præſtiterat veſte aliqua ſumpta, eáque craſſiuſcula ad opus aliquod ſe traducere, neque non à rege quidpiam, quod vſui foret, petere: quàm lacero indutum pallio ſedẽtem ad Solis radios calefieri, paruorum, lactentiúmque puerorum more, quos nutrices lotos, atque inunctos ibi collocant, vbi tum philoſophus idem ſedebat, infœlicis aniculæ gratiam agitans? Ad admiranda fortaſſis ea eſt orationis libertas? imò verò, & hac quoque nihil certè prodigioſius. Bonum enim virum oportet publica vtilitate, facta ſua omnia metiri, & aliorum vitam emendationem reddere. Poſtulare verò, vt ne ſibi à Sole obſtetur: quámnam id ciuitatem, quámnam domum, quémnam virum, quámnam familiam conſeruauit? Agè verò num quodnam lucrum vocis huius libertas peperit? nam lucrum à libera martyris noſtri voce natum iam ipſi demonſtrauimus, idque vlterius progreſſi apertius detegemus. Tum enim Babylas iniu-
rium imperatorem, quatenus ſacerdoti fas eſt, puni- E
uit: principum altos ſpiritus compreſſit: diuinis legibus, dum violarentur, opem tulit: ſupplicium pro iniuſtè occiſo exegit, ſuppliciorum omnium grauiſſimum, iis quidem certè qui mente ſana ſunt. Meminiſtis quidem omnino, quum de cæde ipſa verba facerem, quemadmodum veſtrum qui audiebatis vnuſquiſque intra ſe afficeretur, atque inflammaretur, percuſſoremque ipſum in manum capere deſideraret, neque non precaretur alicunde apparere, qui cædem vlciſceretur, hoc ipſum igitur beatus ille præſtitit. pœnam enim ſumpſit tum ſe dignam, tum idoneam, quæ illum conuerteret, ſi modò ſtupidus admodum non fuiſſet: nequaquam poſtulando, vt ſibi ad Solis radios caleſcenti abſcederet rex, neu à Sole obſtaret, quin potius impudenter in templi ſepta ingrediẽtem, atque omnia confundentem, quaſi canem quendam aut ſeruum improbum, à domini ſui aula excludendo. Vides nunc me non iactabundè, non temerè paulò antè dixiſſe, philoſophorum veſtrorum miracula à Babyla puerilis ſenſus opera reddita fuiſſe? At temperans, inquis, fuit, continentèmque vitam egit Si-
nopenſis ille, vt qui etiam legitimas nuptias non ſuſtinuerit? Sed adde, obſecro, temperantiæ, ac conti- E
nẽtiæ illius modum. Tu verò nequaquam addes, quin libentius temperantiæ laudes illi detraxeris, quàm tẽperantiæ eius modum prodideris. adeò certè ille infamis, ac magno dedecore plenus. Percurrerem hoc loco & cæterorum nugas, ſtultum, ac vanum ſtudium, denique turpitudinem. vbi enim, quæſo, vtile à ſeminis humani guſtu non temperare? Id quod faciebat Stagirites. quale commodum cum matribus, ac ſororibus miſceri? quod quidem philoſophus Stoæ præfectus lege ſanxit. percurrerem etiam academiæ principem, illiúſque diſcipulum: item & eos, de quibus maior eſt admiratio, his quos nominaui obſcœniores fuiſſe demonſtrarem: obſcœnum quoque puerorum amorem ab illis in honeſtatis, ac philoſophiæ parte annumeratum, omni retecta allegoria denudarem, niſi tum nobis ad alia properantibus oratio longior hac ratione fieret, tum omnium illorum riſus, vno à nobis detecto, ſatis ſupérque redargueretur. vbi enim qui auſteriorem philoſophiæ
partem ſequi viſus eſt, quique cæteros & linguæ li- F
bertate, & vitæ continentia excelluit, adeò turpis, adeò ineptus, adeò immoderatus fuiſſe demonſtratus eſt (nam & humanis veſci carnibus indifferens eſſe dixit) quorſum attinet & de reliquis deinceps verba facere, præſertim vbi qui ſtudij, ac vitæ inſtituti excellentia cæteris illuſtrior fuit, omnibus tam ridiculus, tam puerilis, tam delirus apparuit? Itaque eò noſtra redeat, vnde aberrauit oratio. Ergo Babylas ſic, vt dictum eſt, tum eos qui nondum Chriſti fidem receperant, compeſcuit: tum eos, qui iam receperant, religioſiores etiamnum reddidit, non priuatos homines modò, ſed & milites, & militum duces, & præfectos: planè faciens, ipſum etiam regem, eúmque, qui ſummus fuerit apud Chriſtianos, nuda tantummodo eſſe nomina, ac dum vel pœna irrogãda, vel honos deferendus fuerit, quiſquis etiam diadema geſtet hunc vel infimis quibuſque adæquari. Ad hæc eorum certè ora obturauit, qui impudentia quadam abutentes affirmare vellent, quam Chriſtiani libertatem apoſtolis tribuimus, eam non niſi fictam quandam à nobis iactantiam eſſe: re quidẽ commonſtrans olim etiã eiuſmodi viros probabiliter extitiſſe, dum eorum po-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G testatem signorum præstatio maiorem efficeret. exi-
stit & hinc tertium quoddam raræ virtutis facinus,
atque exemplum. Futurorum enim posthac & sacer-
dotum, & regum animos, horum quidem demisit, il-
lorum autem extulit. Planum faciens terræ, & eorum
quæ in terra fiunt, curam, ac præfecturam verius resi
dere penes sacerdotē, quàm penes eū qui paludamen-
to ornatus, ac purpura indutus est: necnon oportere
de potestatis huius amplitudine sacerdotem nihil de-
trahere, sed hominem potius exuere, quàm authori-
tatem huic principatui supernè à deo attributam de-
ponere. proinde qui sic è vita decesserit, vel mortuus
nemini non prodesse poterit: at qui ordinis huiusmo-
di desertor fuerit, non solùm nemini mortuus vsui
est, sed viuentium quoque, quibus præest, quàm plu-
rimos segniores, molliorésque reddit, exteris ipse
interim & vituperabilis & ridiculus. Idem etiam cum
è viuis decesserit, multo cum dedecore, ac mœrore
ad Christi tribunal sistetur: vnde ipsum postea trahen
tes in fornacem ardentem abducent potestates eæ,
H quibus id negotij demandatum est: quamobrem sa-
Eccli.42.a. pientis verbum nos monet, Ne personam adsumpse-
ris contra tuam ipsius animam. Quòd si dissimulare
tutum non est, dum homini ab homine iniuria infer-
tur: quo tandem supplicio dignus non erit, qui silue-
rit, ac neglexerit, intuitus diuinas leges iniuriam ac-
cipere? Quinetiam & aliud item non minus iis, quæ
dixi, bonum nos Babylas docuit. quòd videlicet vnū-
quenque oportet suo officio fungi, etiamsi inde nul-
lum lucrum ad alios dimanet (neque enim ipsi, ad
imperatoris quidem emolumentum, libertas profuit)
nihilo tamen secius suas omnes partes, atque officium
omnibus numeris impleuit. quum interim qui mor-
bo laborabat propria contumacia, atque vecordia ar-
tificis peritiam offenderit, medicamento à vulnere
magna cum animi indignatione amoto. quasi enim
abundè satis ad impietatem non esset, homicidium
patrasse, & fronte perfricta in dei templum insiliisse,
sic homicidio priori & alterum adiecit homicidium:
& quasi simul studeret posterioribus sceleribus prio-
ra vincere, nec tamen præcedentium indignitatem
subsequentium excellentia obscurare (ea est enim dia-
I boli insania, vt quæ contraria, ac sibi inuicem pugnan
tia sunt adstruat, moliatúrque) sic vtrique homici-
dio eximium id largitus est, vt mutuam quandam in-
ter se congruentiam haberent. Et erat profectò pue-
ri cædes prior posteriori miserabilior, Babylæ autem
cædes posterior priori scelestior. Anima enim, quæ
peccati gustum semel fecerit, tum quæ nullis doloris,
aut pœnitentiæ stimulis tangitur, magnum certè au-
ctarium morbo adiicere solet. Ac quemadmodum vsu
venit, vt scintilla ignis, si forte immensam materiam
corripuerit, statim obuiam quanq; exurat, nec antè ta-
men subsistat, quàm quod reliquum est, id omne de-
pascatur: quantóque plura comprehenderit flamma,
tantò maius robur ad alia consumenda concipiat: fit-
que tum vt comprehensorum à flamma lignorum cō
geries lignis iis, quæ mox flamma comprehensura est,
quasi incudias struat, flamma eadem sese semper li-
gnorum comprehensorum auxilio contra ea, quæ in-
tacta adhuc manent, armarite: Sic & peccati natu-
ra, vbi animi cogitationem aliquam adorta est, nec
quisquam est qui malum restingat, procedens vlte-
rius grauior certè, ac magis indomita efficitur: pro-
terea sæpe fit, vt quæ posteriora sunt peccata, prio-
ribus grauiora sint, anima semper posteriorum pec- K
catorum accessione ad maiorem cōtumaciam ac de-
spicientiam sese promouente, & per hæc ipsa suam
quidem vim eneruante, peccati autem robur alente.
qua vtique ratione complures videas in omne pecca-
torum genus imprudentes prolapsos, quòd flammam
initiò exorientem non restinxerint: Sic & infœlix il-
le imperator peccatis suis prioribus, posteriora gra-
uiora adiecit. vbi enim iuuenem illum extinxit, eue-
stigiò ab illius cæde ad inferendam templo iniuriam
irruit, rursus ab hac iniuria, tanquam iter semel cœ-
ptum persequens, ad contumaciam temeritatémque
suam, sacerdotio contumelia afficiendo se accinxit,
vinctúmque ferro Babylam, atque in carcerem con-
iectum, ita tum excruciabat ab eodem beneficij pœnas
exigens: eúmque ob quæ officia admirari potius, co-
rona insignire, ac plusquam etiam parentes proprios
vereri conueniebat, ob ea ipsa cogebat maleficorum
hominum vincula, vinculorum calamitates, mise-
rias, ærumnas sustinere. Ita, quod modò dixi, pec- L
catū vbi initium cœpit, nec est qui id vlterius progre-
di impediat, cohiberi postea, ac frenari haud facilè
potest: equorum insanientium ritu, q6i quum freno
ab ore disiecto, necnon sessore ab armis excusso, at-
que resupinato, neutiquam tolerabiles occurrentibus
euaserint, nemine illos inhibente, immoderato quo-
dam impetu hac illac se ipsi præcipites ferunt. quo fit,
vt salutis nostræ hostis huiusmodi animas ad insa-
niam impellat, quò eas medicorum præsentia, atque
auxilio destitutas deprehendens concidat, & infiniti
malis exerceat. Etenim qui corpore laborant, do-
nec medicos ad se adire patiuntur, in magnam cer-
tè salutis spem ingrediuntur: vbi verò mente capti
calcitrant, ac se morbo liberare volentes mordent,
tum denique morbo incurabili laborant, idque non
ob morbi ingenium, sed quòd ab iis destituti sunt,
qui insaniam illam sanare possint. In quam insaniam
& tyrannus iste sese coniecit. Nam medicum nactus,
hunc vulnus adhuc dum secaret, statim expulit, & à
domo quàm potuit longissimè exegit. Hic poteras He Marc.6.c.d
rodis fabulam non iam auribus tantùm haurire, sed
& coràm maiori sanè cum petulantia, atque immo- M
destia spectare: quoniamquidem & maiori cum
ostentatione, atque apparatu diabolus rursus ipsam
fabulam in vitæ huius theatrum agendam introdu-
xit, pro tetrarcha regem substituens, pro vna causa
duplex argumētum, idque longè illo inquinatius præ-
bens, vt non numero tantùm, sed & ipsa rerum natu-
ra: hæcce tragœdia clarior multò, atque illustrior eua-
serit. Non enim hic, sicuti illic nuptiis iniuria affere-
batur, neque ex illegitimo coitu, sed ex scelestiori pue-
rilis cædis inquinamento, ex tyrannide crudelissima,
ex legis transgressione non in vxorem, sed in ipsam
sanctimoniam præstita, historiæ huius telam diabolus
contexuit. Coniectus ergo in carcerem Babylas, gau-
debat quidem de vinculis, dolebat autem de eius exi-
tio, quo vinctus fuerat. neque enim patet neque pæ-
dotriba, quum ille ex filij, hic ex discipuli flagitio, aut
calamitate celebriores fiunt, celebritatis huius volu-
ptatem mœrore vacantes capiūt. Propterea & bea- 2.Cor.11.b.
tus Paulus Corinthios eloquens dicebat: Precamur
autem vt mali nihil committatis, non quò nos pro-
bati videamur, sed vt vos bonum faciatis, nos au-
tem tanquam reprobi simus. Eadem igitur ratione &
admirabili viro Babylæ discipuli salus desideratior
erat, quàm

A erat, quàm expectata ex carcere merces. cui quidem
gratius certè accidere nihil potuisset, quàm si per di-
scipulum resipiscentem huiusmodi laudibus priuari
ipsum contigisset: seu, vt verius dicam, si discipulus
prorsus in istam morum peruersitatem dilapsus non
fuisset. Nolunt enim sancti corollas sibi alienis ex ma
lis contexi: quòd si ab alienis malis nolunt, multò mi-
nus ab iis malis, quæ ipsorum domesticis, ac familia-
ribus obueniunt. Quo nomine & beatus Dauid victo-
ria parta, ac triumpho iam acto, lugebat, & lachry-
mabatur, quòd ad calamitatem, quam ex filio rece-
perat, & hæc item accessisset, qui exeuntibus ad con-
flictum militibus multa tyranni nomine mandabat,
eósque qui ad illius cædem properabant, hac oratio-
1.Reg.18.b ne cohibebat: Parcite puero Absalon. quem ipsum &
in prælio prostratum lugebat, non sine fletibus, la-
chrymisque amaris inimicum reuocans. Quòd si na-
turalis pater tam propenso est erga liberos suos affec-
tu, certè multò magis id de spiritali patre fatendum
est. Parentibus enim spiritalibus liberorum suorum
B maior cura inest, quàm naturalibus, Paulo ita attestan-
2.Cor.11.g. te: Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis offen-
diculum patitur, & ego non vror? Sed hoc quidem
æqualitatem nobis repræsentat, quanquam certè vix
patres in hanc ipsam vocem erumpant. Veruntamen
demus & illos hucusque affectu accedere posse: nos e-
nim spiritales patres maiora etiam præstare ostende-
mus. Ad hoc ipsum vnde? Ab iisdem iterum viscerī-
Exod.32.g. bus, & à legislatoris Mosis verbis. Ille verò quid dicit?
Si remittis eis peccatum, remitte: sin minus & meip-
sum ex libro quem scripsisti, dele. nullus sanè est pa-
ter, cui alioqui bonis infinitis perfrui liberum sit, qui
tamen malit vnà cum liberis suis pœnis affligi. At apo
stolus, vt qui in gratiæ statu versatus fuerat, paterni
huius affectus intentionem addidit, propter Chri-
stum. Non enim Mosis exemplo cum illis pœnas da-
Rom.9.a. re malebat, sed vt aliis bene esset, sibi ipse excidium
imprecabatur, quum diceret: Optarim anathema esse
à Christo pro cognatis meis fratribus secundum car-
nem. tanta certè misericordia, atque affectu olim san-
ctorum animi abundabant. Vnde & Babylæ nostri vi
scera magis excruciabantur, quòd in oratoris exi-
C tium magis ac magis inualescere intueretur. Neque
enim solum templi causa stomachatus, sed benuo-
lentia quadam erga imperatorem adductus id fecit,
quod illum fecisse diximus. Etenim hic dum diuina
sacra contumelia afficeret, illis quidem detrimenti
nihil afferebat. quin potius semetipsum infinitis ma-
lis implicabat. quapropter pater filij amore tactus, il-
lum intuitus illata sacris contumelia furore percitum
præcipitem ferri, immodicatum illum impetum co-
hibere conatus est, eundem à se obiurgatum quasi
effrenem equum retrò inhibere properans. At non su
stinuit infœlix ille, quin potius morso freno prorsus
obsistens, seque & furori, & insaniæ, rationis gyro
relicto, dedens, in extremi exitij voraginem conie-
cit, Babylam è carcere eductum, iubens vinctum ad
mortis supplicium abduci. Atque hic quæ fierent iis,
quæ cernerentur, minimè respondebant. Qui enim
vinctus videbatur, omnibus simul vinculis solutus
erat, tam ferreis, quam illis item grauioribus (curas
hic intelligo, ac labores cæteráque mala omnia quæ
nos hac in mortali vita circumsistunt.) contrà, qui so-
lutus ferro, & adamante videbatur: aliis quibusdam
compedibus longè grauioribus vinctus erat, pecca-

torum scilicet catenis irretitus. Sanctus igitur Ba- D
bylas morti se propinquum dum videret, corpus suum
vnà cum ferreis illis catenis sepeliendum mandauit,
planum faciens, quæ ignominiosa videntur, ea quo-
ties propter Christum fiunt, honorifica esse, ac splen-
dida: eúmque qui ea patitur non solùm non dissimula
re, sed inde sibi placere oportere. hac quidem in parte
beatum Paulum imitatus, qui sursum, ac deorsum stig
mata, vincula, catenam versabat, ob ea ipsa gloriabun-
dus, ac sibi placens, quorum alios puderet. Quòd au-
tem alios puderet, id ille nobis ea defensione declara-
uit, quia ad Agrippam vsus est. Nam Agrippæ dicenti, Acto.26.g.
Parum abest Paule, quin me Christianum efficias: re-
spondit Paulus, Vtinam vel paruo, vel multo tem-
pore, non solùm tu, sed & qui hic circunstant omnes
Christiani fierent: exceptis hisce vinculis, quæ vin-
cula non vtique adiecisset, nisi res ea ignominiosa vul
gò visa fuisset. Sāti enim dominum verè quum ama
rent, afflictiones pro illo magna cum alacritate susci- E
piebant, per quas etiam clariores euadebant: vnde & Coloss.1.d.
hic idem ait, Gaudeo in afflictionibus meis. Lucas au- Acto.5.g.
tem & de reliquo apostolorum cœtu eadem hæc te-
statur: post multa, inquit, flagella recedebant gauden-
tes, quòd digni habiti essent pro Christi nomine ig-
nominia notari. Igitur vt ne quis gentilium existima-
ret certamina, ac dedecora vi, ac necessitate à no-
stris sustineri: ipsa certaminum symbola iubet Baby-
las vnà cum cadauere suo inhumari, ostendens sibi
illa pergrata, & peramica esse, pro ea quidem charī-
tate, qua totus in Christum appensus erat. Et extant
etiam nunc cum Babylæ cineribus compedes, eccle-
siarum præfectos omnes commonefacientes, vt vin-
ciri, vt iugulari, vt quiduis pati oporteat: certè omnia
prompto atque alacri animo, ac magna item cum vo-
luptate sustinenda, vt concreditæ nobis libertatis ne
leuissimam quidem partem prodamus, aut contami-
nemus. Et quidem beatus ille in eo splendore, atque
honore mortem cum vita commutauit. Enimuero exi
stimaturus est fortasse quispiam hoc loci orationi nos
nostræ finem imposituros, neque enim vita hac finita
laudatorum operum, aut virtutis ostentandæ occasio-
nes suppetere, quemadmodum neque athletis post ip- F
sum certaminum tempus exactum, corollas contexi
conuenire. Verùm ea quidem est gentilium non ab re
opinio, quorum spes vltra hanc mortalem vitā haud-
quaquam prorogatur. At nos quibus vitæ huius exitus
illustrioris vitæ alterius initium est, ab hac suspicio-
ne, atque opinione longè absumus: quam sanè opinio-
nem rectam esse, apertius à nobis alibi commonstra-
bitur. Interim & quæ virtutis eximiæ opera post Ba-
bylæ generosi martyris obitum obuenere, talia sunt,
quæ magnam orationi nostræ fidem facere possint.
Posteaquam enim pro veritate tuenda ad mortem vs-
que decertauit, & ad proprij sanguinis effusionem vs-
que contra peccatum depugnans restitit, atq; vt ne eo
dinem eum, quem à magno rege acceperat, desereret,
ipsam etiam animam deseruit, nullo nō generoso, at-
que egregio bellatore illustrius occumbens, animam
quidem ipsius cœlum habuit, corpus autem (quo tan-
quam ministro ad virtutis opera præstanda vsus fue-
rat) terra, sic vt creatura ipsa athletam diuiserit. At-
qui poterat Babylas, vel exemplo Enoch trāsferri, vel Gene.5.d.
Heliæ modo rapi, vt qui vtriusque æmulator fuerat. 4.Reg.2.b.
At deus qua est in humanum genus benignitate inter
alias, quas infinitas nobis salutis nostræ occasiones

 dedit, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

G dedit, & hanc quoque viam nobis à se munitam esse voluit,idoneum ad virtutem capessendam stimulum, relictis scilicet interim apud nos sanctorum reliquiis. Nam post sermonis facultatem, ipsa certè sanctorum sepulchra proximum locum obtinent ad animas hominum in ipsos sanctos intuentium ad virtutum earundem æmulationem excitandas. Ac sicubi quis huiusmodi cõditoriis adstat,suum statim sensum ab hac, quam dico,vi correptum animaduertit. capsulæ enim aspectus in animam inuadans ipsam percellit, & excuscitat, ac perinde afficit, quasi qui illic mortuus iacet, preces simul fundat,præsensq; adesse cernatur.deinde fit,vt qui se sic affectum sentit,mira alacritate gestiẽs, aliusq; prorsus quodammodo effectus, ita ex eo loco decedat. quisquis porrò animum aduertere volet ad eos,qui mortuos luctu prosequuntur,probè inde edocebitur, imaginationem de mortuis conceptam solere ex ipsis locis in animos insinuare. qui vbi mortuorum sepulchris astiterunt,protinus quasi ibidem sepultos coram stantes contueantur,sic eosdem in ipso statim vestibulo inclamant:plerique autem intolerabili do
H lore vexati, reliquum vitæ tempus ad demortuorum monumenta habitare sibi in animum induxerunt. Id quod nequaquam fecissent,nisi à locorum aspectu cõsolationem aliquam cepissent. Et quid hic de locis, ac sepulchris verba facio? quum & sæpe vestis sola mortuorum visa,& verbum vnum in mentẽ influens animum nostrum excitet, & memoriam interlabentem refricet. quibus de causis ipsas nobis sanctorum reliquias deus reliquit.Porrò autem quòd hæc dicam, nõ temerariæ cuiusdam iactantiæ causa, sed quòd id ipsum emolumenti nostri gratia factum fuerit, abundè orationi nostræ fidem faciunt, tum quæ quotidiana à martyribus miracula æduntur, magna affatim ad illa hominum multitudine affluente, tum illis nihilo inferiora Babylæ præclara post ipsius obitum virtutis egregiæ specimina.vbi enim ita, vt mandauit, sepultus fuit, & tam longum temporis interuallum ab eius sepultura intercessit, vt non nisi ossa, ac cinis in feretro superarent,placuit imperatori vni ex iis,qui postea imperarunt, deo ipsius animum ad id impellente, capsulam in suburbium istud Daphnẽ abduci. Quum enim
I deus vidisset locum illum adulescentum intemperantia, quadam quasi tyrannide obsessum, in periculum venire,ne prorsus ab iis desereretur,qui grauiores essent, quique in honestate, ac modestia vitam degere in animo haberent,loci incommodum,ac noxam miseratus, misit qui contumeliam vindicaret. Etenim ipse Daphnes locus pulcher atque amœnus vt esset, deus fecit, simul aquarum copia, ac pulchritudine, simul terræ ingenio, simul cœli atque aëris temperie, non quidem vti solùm inde oblectamentum, ac leuamentum captaremus,sed vti his de rebus se optimum opificem laudaremus. Salutis autem nostræ hostis huius ea est natura, vt dei muneribus in opus contrarium semper abutatur) locum eundem quum occupasset, qua corruptorum iuuenum turba, quia malorum spirituum habitaculis, affinxit præterea & infamem quandam fabulam, per quam suburbij decor omnis, ac gratia dæmoni accepta ferebatur. Fabula porrò sic habet: Daphnen aiunt adhuc puellam Ladonis fluuij filiam(antiquis enim mos is receptus fuerat, vt & fluuij gignerent, & quæ à fluuiis genita essent, in res postea sensu carentes mutarentur, & pleraque id genus prodigiosa effingerentur) Daphnen, inquam, puellam forma admodum præstantem fuis- K se volunt, quam quum vidisset Apollo, illius statim amore deflagrauit: hæc verò deum cursu se capere cupientem fugiens, in suburbium istud quum peruenisset, ibidem substitit, mater porrò vim patienti filiæ opem ferre volens, aperto gremio virginem statim excepit, ac pro puella eiusdem nominis plantulam reddidit. hic perditus amator amoribus suis fraudatus arborem circumplexus, tum plantam, tum locum sibi vendicauit, propriumque fecit. In quo postea quum assiduus commoraretur, eum præ aliis omnibus diligere, atque amare cœpit. postremò qui tum rex erat Apollini templum, & aram extrui iussit, quò posset dæmon suam insaniam per eum locum consolari. Et hæc quidem vetus fabula. at incommodum à fabula exortum nõ iam fabula fuit. Posteaquam enim iuuenes permulti impudici illuc accedentes, suburbij pulchritudinem contaminarunt, ibidem in comessationibus, atque ebrietatibus victitantes, volens diabolus malum hoc magis, ac magis gliscere, fabulam eam,quam recitaui,confinxit, dæmonem loci eius incolam esse diuulgans, vt eiusmodi historia maius illis L impudicitiæ, atque impietatis incendium fieret. Ad tanta porrò isthæc mala tollenda, inuenit imperator sapientissimum id remedium. Sanctum Babylæ martyris corpus eum in locum si transferretur, existimauit perinde fore, ac si medicus ad laborantes mitteretur. Sin iter id, quod ab vrbe ad suburbium ferret, authoritatis regiæ mandato impediret, atque interdiceret, iudicauit mandatum id omnibus vulgò visum iri tyrannicum quoddam, agreste, ac crudele factum.Quòd si mandato adderet,vt qui honesti ac moderati essent, iis suburbij adeundi potestas fieret: qui verò incontinentes, atque intemperantes, ab eo arcerentur, mandatum perplexum, ac difficile fore cẽsuit, vtpote per quod præuidebat quotidianas censuras in diiudicanda vniuscuiusque vita necessarias.Itaque martyris præsentiam malorum horum omnium finem, ac remedium fore existimauit, quem quidem idoneum iudicabat,qui tum dæmonis potẽtiam antiquaret, tum iuuenum luxum emendaret: qua vtique spe nequaquam falsus est. Nam vbi quis Daphnæ appropinquat, viso statim martyris monumento vel ab M ipso suburbij vestibulo, compescitur, atque emendatur,more adulescentis alicuius in conuiuio accumbẽtis, ac pædagogum astantem contuentis, eundemque vultus significatione iubentem,vt decenti ordine seruato bibat, edat, loquatur, rideat, cauens necubi modum supergressus suam ipse existimationem dehonestet. porrò ab eiusdem monumenti aspectu tum ab ea, quam de beato martyre concepit, imaginatione factus ille religiosior,ad capsulam ipsam cõtinuò accurrit, ad quam cumprimum peruenit, maiorem animo tũpidationem recipit, mox abiecto omni contemptu tanquam volatilis effectus,ita ab eo se loco domum recipit.Idem etiam eos qui ab vrbe in suburbium ascendunt de via excipiens,huiusmodi cum temperantia regest ad Daphnes laxamentum, tantùm non vocem illã inclamans, Exultate domino in tremore. & apo- Psal.2.c. stolicum illud adiiciens, Siue comeditis, siue bibitis, 1.Cor.10.g. siue aliud quoduis facitis, ad dei gloriã omnia facite: qui idem si incidat in nonnullos deliciis delibutos ex suburbio ad vrbem se recipientes (si quibus fortè eũ venerit, vt quadam quasi animi socordia frenum abiiciant, atque in crapulam, in absurdas aliquas delicias præ-

A cias præcipites ferantur) hos ebrios in suum diuersorium excipiẽs,non permittit ebrietatis noxam gestantes,domum abire, quinimo timore incusso refrenans, ad eandem reducit sobrietatem,qua prædicti erant,antequam ebrietate madefierẽt.Etenim quasi tenuis quędam aura eos,qui in martyris æde fuerint,vndique circunspirans afflat,non ea quidem sensibilis,nec quę ad augendam corporis vim faciat,sed quæ in ipsum tantùm animum obrepat, eundémque vndique decenter compescens, ac terrestrem omnem sarcinam circumcidens reficiat, atque ingraue scentem iam & fractum agiliorem reddat. & quidem Daphnes forma,ac pulchritudo segniores,ad se ipsa euocat:at martyr quodã quasi in piscatu considens,& ad se introgressis insidias parans,eos retinet,ac veluti ad normam quandã prius compositos dimittit,& ita dimittit,vt amata in posterum pudicè,ac citra omnem incontinentiam sint vsuri. dum enim ex hominibus alij socordia adducti, alij mundanis solicitudinibus impediti sanctorum martyrum monumenta inuisere negligunt, perfecit deus, vt hocce irretirentur modo,& talem ipsi fructum cu-
B rationis animæ caperẽt.ac perinde fit,vt si quis ægroto medicamẽta salutifera admittere nolenti, medicamentum dulci quodam condimento oblitum præparet.qui igitur inibi tandem curantur,eò perueniunt,vt iam non deliciæ solùm, sed & visendi sancti desideriũ suburbij adeundi occasionem multis afferat:siue,vt verius dicam,qui honestioris vitæ sunt,hoc vno nomine illuc ventitant, qui infirmiores illis sunt,vtroque nomine: qui verò infirmissimi,nõ alio,quàm deliciarum captandarum nomine.posteaquam autem illuc peruenerunt, eos aduocans ad sese martyr, suis ipsius epulis splendidè exceptos,fortique armatura præmunitos,nõ patitur in malum aliquod prolabi.Et est perinde mirũ eo in loco mollem aliquem, ac socordem resipiscere, & tanquam è media insania sanum caput attollere,vt si quis in medios ignes coniectus ab igni detrimẽti nihil accipiat.circunuallata enim rationis arce ab iuuentute,ab effrenata audacia,à vino,à saturitate molestius etiam,quàm à flamma ipsa,beati Babylę ros in spectantium animam ex obtutu ipso influens flammam ipsam sopit,incẽdium sistit,ac magnam certè animi religionem instillat.Atque in eum,quem dixi,modum,Baby-
C las intemperantiæ tyrãnidem subuertit. At quo idem modo & dæmonis potestatem extinxit? Primùm quidem tum dæmonis inibi habitantis obsidionem, tum fabulæ noxam iis ipsis,quas dixi, rebus inefficace reddidit:deinde & dæmonem ipsum exegit.Verùm antequam ad exactionis modum veniam,illud vos annotare postulo,Babylam non statim vbi aduenit,dæmonem eiecisse, sed manentem eum otiosum,inertem,agendíque rebus ineptum reddidisse. Illi enim os ita obstruxit,vt vel lapidibus ipsis magis mutus redderetur.Et quidem manentem in sibi dæmonem superasse,non minus fuit, quàm si eundem de loco exegisset, quum qui loci illius accolis omnibus fucum prius faceret, ne extincti quidem Babylæ cineres contueri sustineret.Est enim sanctorum potestas,vt illorum superstitum dæmones ne vmbras quidem,aut vestes ferre possint,vita autem functorum & oculos quoque reformident. Itaque quis quæ ab apostolis facta fuisse prædicantur, fidem non habet: is tandem memoriæ huius miracula intuitus ab impudẽtia sua desistat.Nam qui de omnibus olim gentilibus victoriam reportabat à martyre tanquam à hero increpitus suppressa voce latrare desiit.Ac primùm quidè videbatur mutas esse, D quòd sacrificiorum,& aliorum id genus cultuum particeps minimè fieret. Dæmonum enim mores ij sunt, vt dum mortales nidore,fumo,sanguine eos inuitant, & allectant,tãquam canes cruoris auidi, & helluones, ebibendi,absorbendique eius causa præsto adsint: rursus dum nemo est, qui ea offerat, quasi fame quadam pereant.Quibus certè sacrificia dũ fiunt,ac fœda dum celebrantur mysteria(quæ ipsa nihil certè aliud sunt, quàm amores quidam obscœni,quàm puerorum contumeliæ, quàm adulteria quàm domorum subuersiones, vt nihil hìc agam de inhumanis cædium generibus,dẽque nefariis illorum cœnis)quibus,inquam,fœda dum celebrantur mysteria, statim aduolant,& delectantur,etiamsi malefici,etiamsi prestigiatores,etiãsi pestes hominum sint, qui mysteria eadem peragant. Imò verò, vt verius dicam, non alios planè habent, quàm quos depinxi, sacrorum suorũ administros. qui enim temperans, modestus castus est, is nec comessationem admittet,nec temulentiam, nec dictu fœdum aliquod verbum ipse proferet, nec alteri cuiquam id genus fœditatibus inseruienti aures suas accommoda E bit.quamquam oportebat,si quam illi humanæ virtutis curam gererent,si quam fœlicitatis assectorum suorum rationem haberent, nihil potius requirere, quàm vitam optimam, quàm mores rectè emendatos, prætermissis illis indecoris dapibus, quibus tamen(quando nihil habent antiquius hominum exitio)magnopere delectantur, iisdem coli se profitentes, quibus tum nostra mortalium vita subuertitur, tum honestas omnis radicitus diuellitur.Primùm igitur videbatur hic dæmon hac,quam dixi,ratione obmutescere. Post autem conuictus fuit, violenta necessitate præpeditus id facere.metus enim,quo quasi indito in os freno cogebatur, impedimento illi fuit, quò minus solita contra homines impostura abuteretur. vnde hoc liquet? Sed ne tumultuemini. Id enim commonstrabo, atque ita commonstrabo,vt ne illis quidem,quibus maximæ curæ semper fuit impudenter omnia asseuerare in posterum ea impudentia abuti liceat,quoties sermo inciderit,vel de veterum illorũ dæmonum, vel de istius dæmonis infirmitate.Neque enim mihi coniecturis opus F est, neque id attinet planum facere probabilibus quibusdam rationibus, sed ipsum dæmonis hac de re testimoniũ adhibebimus. Ipse enim lethalem vobis plagam inflixit,vestrámque omnem fiduciam ac libertatem concidit.At vos ne illi succesceatis:neq; enim prudens,sed à maiore quadam potestate coactus,tyrannidem ipse suam deleuit.Id verò qua tandem ratione factum est?Mortuo eo imperatore qui Babylæ corpus in suburbium transtulerat,huius fratrem a superij administrationem perduxit is idem,qui illum imperatorem fecerat.atque hic sine diademate imperium accipit: hactenus enim demortui quoque fratris potestas præscripta erat. Idem hic imperator quum impostor ac sceleste esset, primùm propter eum, à quo principatum acceperat,Christianum se esse simulauit: deinde eo vita functo, abiecta statim persona, fronte perfricta,quam antea superstitione intus cælauerat, hanc in medium productam nemini non manifestam fecit, diuulgato per vniuersum terrarum orbem mandato, vt idolorum templa instaurarentur,aræ excitarentur, pristini dæmonibus honores redderentur,magni item illis prouentus variis ex locis suppeterẽt.Quo ex mandato magi continuò,incantatores,augures,haruspices, menargitæ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

G menargitæ, hoc est menstrui viatores, seu præcones, denique omnifariæ imposturæ artifices vndiq; ab vniuerso orbe confluxerunt. hic cernere quidem licebat regiam ipsam infamibus, abiectis, ac profugis hominibus refertam. Nam quotquot vsquam fame tabescentes, quotquot ob veneficia, ac maleficia conuicti, quotquot publicæ custodiæ addicti, atque ad metalli opus detrusi, denique quotquot sordidarum artium artifices vix inde victitare possent, quum se ipsi derepentè sacerdotes esse profiterentur, mirum est quanto in honore, quanto in precio habiti omnes fuerint. Hic imperator duces ipsos, ac militum præfectos contemnere, assis vnius non æstimare, contrà mares meritorios, & meretrices è fornicibus suis excitatas vnà secũ per totam vrbem, per angiportus omnes circunducere. quum interim regius quidem equus, omnésque prætoriani ponè multo interuallo sequerentur, lenones autẽ, & meretriculæ antambulonum loco, & vniuersus meritoriorum adulescentum chorus regem medium stipantes per forum inambularent, sermones eos proferentes, atque eos cachinnos attollentes, quos par erat
H eiusce modi farinę homines attollere. quę ipsa certè nõ nescimus talia, támque absurda fuisse, vt posteris fide maiora futura sint. neque enim priuatorum quisquam eorúmve qui humile, pudendúmque viuẽdi genus instituerint, velit tam turpis, támque indecẽs publicè videri. Sed ad eos sanè, qui adhuc vita sunt superstite, oratione nulla opus est. qui enim ad fuére, & ea dum fierent spectauére, hi & quæ hìc à me dicuntur, nunc exaudiunt. propterea enim superstitibus etiam nunc testibus hæc scribo, vt ne quis vetera recensentem me, inter eos, qui rei ignari sint, magna licentia mentiri existimet. Ex iis enim qui ea viderunt, superant adhuc & senes, & iuuenes, quos omnes obsecro, & obtestor, si quid à me historiæ adiectum fuerit, in medium prodeant, mèque redarguant. sed scilicet tantùm abest, vt me de meo adiecisse quicquam sint redarguturi, vt deprehensuri etiam sint, multa certè à me prætermissa. neque enim fieri potuit, vt oratione turpitudinis illius immensam magnitudinem repræsentarẽ. posteris verò, qui crediturí isthæc non sunt, vnum id dictum esse
I velim, dæmonem vestrum, quem Venerem appellatis, nequaquam pudere id genus administris vti. Itaq; mirum nemini esse debet, si miser ille, qui prorsus dęmonum ludibrio sese addixerat, ea minimè dissimularet, propter quæ dij ij, quos coleret, magnopere sibi placẽt. Iam verò quis enumerauerit necromantias? quis puerorum cædes? nam victimæ ille à quibus homines ante Christi aduentum non abstinebant, post eius apparitionem repressæ, deintegrò renouabantur, nõ iam quidem in propẽculo: nam tametsi imperator esset, ac licentiosè omnia ageret, tamen tanta erat rerum earum impietas, vt ea imperatoriæ etiam licentiæ magnitudinem superaret: victimæ, inquam, illæ deintegrò tamen renouabantur. Daphnem itaque idem hic imperator grauitatem ore præferẽs conscendit, multis quidem cum donariis, ac sacrificiis, manante etiam sanguinis torrente, quem mactatarum pecudum cædes effecerat. Tum à dæmone magna instãtia oraculum poscit, pocũlans sibi ille iis de rebus responsum vt daret, quas animo agitabat. Ibi strẽnuus ille scilicet, qui pelagique modum, & numerum qui nouit arenæ, qui mutum capit, & surdum qui intelligit idem, vt de se ipse profitetur, bellè admodum cauit, ne in eum sermonem deueniret, vt apertè testaretur per sanctum Babylam, ac vicinorum virtutem obstructum sibi esse os, ac pro- K
pterea loqui nequaquam posse, nimirũ veritus, ne cultoribus suis ridiculus fieret. Cæterùm quum idem adumbrare vellet virium suarum à Babyla deuictarum conditionem, eum taciturnitatis titulum aperuit, per quem ridiculus magis reddebatur, quàm si prorsus tacuisset. tacens enim imbecillitatẽ tantummodo suam
G detexisset. nunc verò & imbecillitatem, & turpitudinem, & impudentiam declarauit, studens ea adumbrare, quę adumbrari minimè queunt. quis enim color hic esse potest? Daphnes, inquit, locus cadaueribus scatet: id quod oracului arcet. Et quantò præstabat pessime dæmon, martyris virtutem non dissimulare, quàm titulum tam impudentem prætexere? Et hæc quidẽ dæmon. Imperator autem mẽte alienata quum esset, perinde vt in scena ludens, fabulamq; agens, euestigiò ad beatũ Babylam fertur. quanquam ô nequã, ac nequissime, nisi vobis ipsi vltrò mutuò verba daretis, ínque aliorũ exitium colludere tis: quam tãdem ob causam, tu quidem suppressis nominibus, atque in genere de cadaueribus loqueris, tu verò quasi certi alicuius cadaueris nomen exaudisses, aliis intactis Babylę vnius ca- L
dauer mouẽdum tibi sumis? oportebat enim iuxta dæmonis sententiam conditoria ea omnia, quæ in Daphne essent, effodere, & terriculum à deorum aspectu quàm longissimè abducere. At nõ de omnibus, inquis, mortuis dæmon verba fecit? Cur igitur, id non apertè professus est: nẽpe tibi impostur ę fabulam agenti ænigma istud reliquit. Equidẽ cadauera, inquit, tibi dico, vt ne palàm fiat, me victũ esse, nam & alioqui reformido Babylam nominatim designare: at tu intelligito quod à me dictum est, atque vnum pro omnibus martyrem amoueto. Ille enim est, per quem muti efficimur. Tantæ certè dæmentiæ dæmon cultores suos à se damnatos esse voluit, vt tam apertam impostur am capere nequirent. nam vt mente alienata, atque insana omnes essent: tamen ne sic quidem ignorare debebant quòd victum sese dæmon fateretur, tam ea res manifesta, tam aperta futura erat. Nam si hominum cadauera inquinatum quiddam (quod tu esse vis) & execrabile sunt: multò magis brutorum cadauera, ac tantò certè magis quantò bruto ã m genus humano genere contemptibiliùs est. Multorum verò canum, simiarum, asinorum ossa proximè t plur defossa sunt, quæ potius fouenda fuerant, nisi fortè censes homines simiis esse viliores. Vbi nunc sunt qui Solem bellum dei opificium, & ad nostrum ministerium creatũ contumelia afficiunt, & dæmoni astrum attribuunt, & hunc illum esse affirmant? Sol enim, in tanta etiam cadauerum in terra iacentium copia, per vniuersum orbem diffunditur, nec vllo loco, neque radios, ne e radiorum suorum efficaciam propter ipsas locorum inquinationes contrahit. At deus vester im uram hominum vitam, impostur as, cædes non modo n on auersatur, aut odit: sed diligit, amplexatur, amat, corpora autem nostra deuitat, quamquam peccati genus tale esse solet, vel apud ipsos authores in summam etiam reprehensionem veniat. corpus autem mortuum, & quod minimè mouetur, omni reprehẽsione, ac criminatione vacat. Sed scilicet istud est vestrorum deorum institutum, vt abominentur quę abominanda quidaquã sunt: colant iidẽ, & approbẽt quæ omni o o, & auersatione digna sunt. Et bonus quidem vir quisquis est, neque à sano aliquo consilio vel dando, vel capiendo, neque ab opere necessario faciundo per mortuum corpus prohibebitur, imò si

A imò si animo sano est, vel ad ipsa sepulchra inhabitãs, & temperantiam, & iustitiam, & omnem denique virtutem præstabit: prætereáque artifex suæ quisque artis opera absque vllo impedimento facturus est, iísque qui ipsum rogauerint præbiturus: non solùm cadaueribus propinquus adsidens, sed etiamsi ipsa mortuorum monumenta extruere opus sit, & pictor, & latomus, & faber tam lignarius, quàm ferrarius, denique omnes suę ipsorum opera conferunt. vnus autem omnium Apollo per cadauera impediri se ait, quò minus futura prospiciat. Atqui & apud nos magni, & admirabiles viri extitere, qui res futuras quadringentis ac mille etiam antè annis quàm euenirent prædixerunt: quod dum facerent, nullam prorsus harum excusationum, vel quęsierunt, vel causati sunt: neque mortuorum sepulchra perfringi, neque eos qui intra ea iacẽrent abiici, neque nouum & impudentem effodiendorum cadauerũ modum excogitari iusserunt. Attamen ex eis nonnulli, impiis ac scelestis gentibus vicini quum habitarent, vel in mediis ipsis Barbaris, quorum omnia conspurcata, ac polluta erant, verè futura vaticinati sunt, neque illis ad vaticinationem, aliorum obfuit cõspurcatio. Quid
B ita quòd quę illi dicebant, ea re vera per diuinę virtutis opus dicebant. Dæmon autem quum prorsus in eo diuina vis nulla esset, de futuris nihil habuit, quod imperatori prædiceret. Cæterùm ne hæreat, perplexúsque esse videatur, cogitur verisimilia quædam, & ridicula simulare. Quamobrem enim, quęro ex te, superiori tẽpore nunquam tale quiddam elocutus est? quandoquidem tum velamẽ hoc prætendere poterat, sui cultum ab hominibus intermissum esse: hac autem idem excusatione sibi adempta ad cadauera confugit, anxius animi quorsum euaderet. Nam à decoro ipse suo recedere nolebat. Verùm ipsi vos illũ coẽgistis, qui cultus excusationem ei ademistis, neque locum illi feci stis ad sacrificiorum penuriam confugiendi. Hæc igitur vbi audiuit fabulæ istius actor imperator, iubet statim capsulam deturbari: quò omnibus dæmonem victũ esse innotesceret. Etenim si dixisset ille: per sanctum Babylã loqui impedior, sed hunc tamẽ ne loco suo moueatis, néve illius capsam vlterius conturbetis: nimirum ea res dæmonis modò cultoribus innotuisset, illos enim
C puduisset factum id ad alios deferre. Nunc verò quasi ipsius infirmitatem traducere adlaborans et imperator, sic nihil non fieri coẽgit, quo ne volenti quidẽ factum adumbrare licebat. Neque enim iam simulatio salua, & integra esse potest, propterea quòd non alius mortuus, sed solus Babylas illinc translatus est. nec solum qui vrbem, & suburbium, & agros itẽm incolebant, sed qui remotissimè etiam habitabant in rem præsentem quum venirent, capsulámque non amplius illic esse viderent, quæsita causa statim edocebantur, dæmonem ab imperatore rogatum vatic nari, respondisse, ipse præstare non posse, nisi beato Babyla prius à se procul amoto. quam ô perridicule dæmon licebat tibi ad alias cõfugere excusationes, cuius modi multis idemtidem vter s, infinita semper rebus in dubiis artifi io sè excogitans, aliàs Lydorum regi promittens magni imperij perditionem, Alym fluuium transgre o: hunc ipsum tamen regem post a super accensan pyram positum commonstrans. aliàs in Salamine hac eadem arte vsus, quum tu perridiculã illam addidisses coniunctionem. Nam quòd dixisti, muliebria pignora perdes. simile fuit illi, quod Lydorũ regi dixer s. quòd autem adiecisti, vsquam vel cerere sparsa, coëunte vel vsquã

maiore id certè risu dignum fuit, ac prorsus simile iis, D
quæ à circulatoribus in triuiis vulgò iactantur. At tibi ne istud quidem facere placuit. Licebat & tibi sermonem tuum obscuritate velare (nam & hoc tibi artificiũ solenne esse solet) at enim institissent omnes iterum non intellectæ vocis solutionem quærẽtes? Tibi etiam licebat ad astra confugere: id enim tute persæpe nullo rubore, nullo pudore facis. neque enim tibi res est cum viris mente præditis, sed cum pecudibus, atque adeò cum longè crassioribus, quàm sint pecudes ipsæ. non erant vtique qui tum te consulebant Græcis sapientiores ancipitia responsa tua audire solitis, ab errore tamen sese non eximentibus. At mendacium intellexissent? Te igitur oportuit vni tuo sacerdoti veritatem aperire, qui quòd victus esses melius, quàm tute multò adumbrare nosset. Nunc verò quis te miser adduxit, vt te in tam manifestam impudentiam obtruderes? Sed tu fortasse peccasti nihil. Imperator verò perperam fabulæ subseruiuit. In genere enim quum de cadaueribus audisset, ad Babylam solùm adiẽs, te ille coarguit, & impostur am tuam denudauit. Sed ne ille quidẽ volens id fecit. neque enim vnius, eiusdẽmque erat tot, E
ac tanta tibi donaria honoris gratia offerre, & temet rursus infamare. Verum omnium simul oculis martyris virtus tenebras offudit, neque passa est illos ea intelligere quæ fierent: quæ omnia fiebant quidem, quasi contra Christianos, risus autem non in eos qui ea paterentur, sed in eos qui ea facerent totus vertebatur: quod ipsum vsu venire videmus, quum qui furore correpti sunt, in ipsos etiam parietes calcitrantes, & fanda, ac nefanda in præsentes conuicia iactitantes, sibi ipsi videntur proximos bellè vlcisci, quum factis talibus non illos, sed se ipsi dedecorent. Id quod & tum certè euenerat. Trahebatur enim capsula per totam viam: reuertebatur autem martyr athletæ alicuius exemplo coronam alteram in suam vrbẽ ferens, in qua & priorem coronam reportarat. Quamobrem si quis est forte, qui mortuorum resurrectionem neget, quum videat martyris nostri facta illustriora post obitum esse, in posterum erubescat, qui martyr strenui alicuius bellatoris more trophæis tropheą coniunxit, magnis maiora, & mirabilibus mirabiliora. Tum enim certamen illi F
cum imperatore solo fuerat, nunc cum imperatore pariter, ac dæmone. Tum imperatorem à sacro templi ambitu exegerat, nunc ex omnibus Daphnes locis pestilentissimum humani generis hostem expulit, nõ manum admouens, quemadmodum & prius fecerat, sed virtute inuisibili inuisibilem virtutẽ debellans. Ac viuentis quidem liberam orationem non tulit homicida mortui autem cineres, neque imperator, neque dæmon sustinuit, quo dæmone authore imperator hæc agebat. Nam quòd Babylas ambobus istis posterioribus maiorem incusserit timorem, quàm antea incussisset priori illi imperatori, inde certè apertè liquet. Prior enim ille Babylam captum, eundémque in vincula conie tum, intẽ fecit: posteriores autem isti Babylam solum transtulere. Cur enim capsulam in mare demergi, neque dæmon iussit, neque posterior hic imperator voluit? cur non attriuit, & exussit? cur non in aastam aliquam solitudinem deferri eam mandauit? Nam si ea piaculum, & scelus fuisset, si eam abominans, ac non potius reformidans illinc dimouisset, nõ intra vrbem piaculum deducere, quin potius in montes quospiam, in saltus transferre oportuit. Sed scilicet perdito huic imperatori æquè atq; Apollini Babylæ virtus, & quam

cum deo

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cum deo haberet, fiducia cognita erat. ob id formidabat, si hoc fecisset, ne fulmen diuinum, neve aliquem alium morbum in se ipse prouocaret: multa enim habebat Christi virtutis, tum in iis qui ante se regnauerant, tum in iis, qui vna secum imperium administrabant, spectatæ argumenta. Nam ex superioribus imperatoribus ij, qui similia attentauerant, multis, iisque intolerabilibus calamitatibus acceptis fœda, ac miserabili morte interierant, ita vt cuiusdam, dum adhuc viueret, spôtè ex oculis pupillæ exilierint, Maximinº hic fuit: alius autem furore, alius alia id genus calamitate vexatus mortem cum vita commutarit. Cæterùm ex iis qui tum cum ipso erant, patruus, quum licentiosius insaniam suam contra nos prodidisset, ausus impuris manibus sacra vasa contingere, hoc etiam scelere non contentus, sed contumelia vlterius progressus (vasis enim iis inuersis, & super pauimentum collocatis, atque extensis, ita super ea desedit) euestigiò illegitimę huiusce sessionis pœnas luit. Illius enim verenda corrupta vermiculos generarunt: ita, vt morbum diuinitus illatum constaret, ad quem curandum medici aues pingues, eásque peregrinas interficiebãt, quibus ad putrefacta membra admotis vermiculos euocabant. illi verò loco quum non moueretur, mordicus putridis partibus inhærebant, atque illum ita demum multis diebus absumptum perdiderunt. Alius porrò regij ærarij præfectus, antequam aulæ regiæ limen transcenderet, derepentè medius crepuit, & ipse id genus impietatis cuiusdam pœnas luens. hæc sanè, & his item plura, neque enim omnia enumerare tẽporis huius est, animo lustrans impius imperator verebatur temeritatẽ suam vlterius promouere. Me porrò hæc non ex me enunciare ex eis constabit, quæ ab illo postea ædita sunt. Interim historiæ nostræ tenorem persequamur, quid exinde euenerit recensentes. hoc enim demum mirum admodum est, non modò dei optimi maximi virtutẽ, sed & inenarrabilem benignitatem patefaciens. Babylas intra sacrũ templi septum erat, intra quod & prius fuerat, antequam Daphnen trallatus fuisset. At malignus dæmon statim edoctus est frustra sibi fraudis suę artificia conficta, seq; non iam certamen habere cum mortuo, sed cum eo qui viueret, qui efficax esset, quiq; non se modò, sed omnes quoque dæmones fortitudine superaret. Is enim deum precatus ignem in tẽplum vt cœlitus dimitteret, totum illius tectum exussit, ipsoq; idolo ad extremos vsque pedes deleto, eodémque in cinerem, ac puluerem redacto, ab omnibus parietibus, qui ipsi integri adhuc stant, abstinuit. Ac si quis nunc illò accesserit, nunquam vtique dixerit factum id, ignis opus esse. Neque enim incendium id non ex composito factum, neque ex materia inanimi natum: sed tanquam manu quadam ignem circumagente, atque indicante, à quibus abstinere, quæ porrò absumere oporteret. tanta certè concinnitate, tanto artificio ipsum templum detectum est, nec adsimile quidem iis, quæ casu, ac temerè incẽdio conflagrasse videmus: verùm iis quę parietum ambitũ integrum quum habent, tecto tamen carent. Cætera enim omnia, & columnæ itẽm omnes, tam eæ quæ templi culmen, quàm quę vestibulum sustinebant, adhuc extant, præter vnam, quæ ad posteriorem templi partem stabat: & hæc tamen non temerè perfracta est, sed ea de causa, quam postea dicturi sumus. Hoc incendium vbi accidit, statim dæmonis sacerdos in carcerem rapitur, incendij authorem indicare coactus: qui vbi non habuit quem accũsaret, intortis cubitis multis flagris vapulauit, in sublime raptus, ac latera vndique cæsus. quamquam ne sic quidẽ ex eo quicquam didicêre: reíque huius euentus similis erat illi, qui in Christi resurrectione accidit. tum enim dispositi fuere milites qui corpus Iesu custodirẽt, ne qua possent eius discipuli furto illud auferre: cæterùm is fuit rei ipsius euentus, vt nulla vel impudens species iis relicta fuerit, qui resurrectionis eius fidem eleuare, ac calumniari vellent. Atque hic distrahebatur miser sacerdos, quò testificaretur factum id non diuina ira, sed humano maleficio accidisse. Is tamen contortus, ac fœdè laceratus, quum neminem haberet, quem proderet, ignem è cœlo delapsum testatus est, vt maleuolis, atque impudentibus nullus iam calumniæ locus relictus fuerit. Sed quod nos paulò antè dicere volentes in alium locum reiecimus, id ipsi hic tempestiuè dicemus. quídnam verò id esse potest? Certè martyr noster Babylas imperatorem eousque terruit, vt furore ille suo supersederet. Neque enim ipsum quidem sacerdotem, eúmque, quem tanto antea honore prosequebatur, tot malis tecti exusti causa affecit, & immanius, quàm fera crudelis dilaniauit (à cuius etiam vorandis carnibus fortasse non temperasset, nisi res ea detestanda, omnibúsque abominabilis visa fuisset) Babylam autem, per quem dæmon os suum obstruxerat, rursus in vrbem ea de causa transtulit, vt maior illi honos ab omnibus haberetur. Etenim idem imperator si minus prius, hoc est, quo tempore victum se esse dæmon fassus est, at certè post ipsum incendium omnia subuertisset, ac perdidisset, capsulam exussisset, vtrumque item monumentũ, tum quod in Daphne, tum quod in vrbe erat, nisi metus in eo, quàm ira maior fuisset, ac nisi eius mœstitiæ timor imperasset. Solenne enim permultis esse videmus, quum eos ira, ac dolor corripuerit, etiamsi affectuum eorum authores non nanciscantur, in obuios quosque, ac suspectos iram effundere. Non procul autem ab hac suspicione Babylas erat. Nam simul vt in vrbem peruenit, statim ignis in templum inuasit. Sed quod dixi affectus cum affectu pugnabat, & iræ metus imperabat: mihi enim hic cogita, qualis esse potuerat bonus ille imperator in suburbium ascendens, hinc martyris monumentum stans intuitus, hinc templum exustum, idolum deletum, donaria absumpta, & liberalitatis suæ, ac pompæ satanicæ memoriam omnem de medio sublatam. Nam vt concedam futurum fuisse, vt illum hæc cernentem neque ira, neque mœstitia subire posset: ipsum certè dedecus ac risum permultum ferre minimè potuisset, quin potius sacras, impuraſque manus in sancti Babylæ sacellum intendisset, nisi illũ ea, quam antè dixi, causa prohibuisset. Neque enim partu momenti ea res esse videbatur, per quam videlicet præcisa, adempta que erat, omnis gentilium fiducia, & libertas, lætitia omnis extincta, ac tanta mœroris nebula illorum animis offusa, quanta certè offundi potuisset, si deorũ simul omnium templa diruta, disturbatáque fuissent. Ac quòd rem ipsam verbis non attollo, ipsa hic ego lamenti, & neniæ eius, quam ciuitatis sophista in dæmonem conscripsit, verba apponam. Sic autem habet neniæ initium: *viri, quorum odiis æquè ac meis, ad ego offusa est, in posterum neque pulchram, neque amplam ciuitatem hanc uocemus.* Deinde quũ nonnulla attigisset, disseruisseté; de Daphnes fabula (neque enim omnem illius orationem huic nostræ inserere tempus patitur, nec longiores, quàm par est, simus) *Persarum,* inquit, *rex olim ciuitate hac capta, templo*

templo pepercit. Verba porrò ipsa sunt hæc: *Ille quidem ducto contra nos exercitu præstare putauit, si templum integrum esse sineret. ac certè statuæ decor, Barbaricæ iræ præualuit. nunc autem ô Sol, ô Terra, quisnam, uel unde hostis hic? qui citra omne auxilium equitum, citra omne præsidium, & grauis, & leuis armaturæ militum, tenui scintilla omnia absumpsit?*

Postea vbi declarauit Babylam dæmone superiore fuisse tum, quum gentilium res victimis, ac sacrificiis maximè florerent: *Et nostrum,* inquit, *templum ingens illud diluuium non disturbauit: in sudo autem, atque adeò cum nubes ipsa præteriisset, directum est.* nimirum nubem, ac diluuium appellans imperatoris eius, qui præcesserat, tempus. Rursus oratione paulum prouectus id ipsum amarulentius deplorat, his verbis: *Ad hæc quum aræ tuæ sanguinem sitirent sedulus Daphnes custos, uel contemptus quum esses, permansisti ô Apollo, aliquoties etiam iniuria lacessitus, atque externo spoliatus ornatu, patienter tamen tulisti. nunc uerò multis ouibus, multis item bobus ad aram tuam mactatis, postea quàm sacrosanctum imperatoris os pede excepisti, intuitus quæ prædicebas, uisus liberatus esse à mortuo quodam, quem tute indicaueras malum tibi uicinum esse, ac tibi obstrepere, de medio statim cultu solum uertisti. undenam hoc tempore gloriabimur apud eos, qui memores sunt sacrorum, statuarúmque tibi erectarum?* Quid ais lugubris decantator? Ità ne Apollo, quum nullus ei honos tribueretur, atque adeò quum in vituperium veniſſet, tutus Daphnes permansit custos: honore autem, ac cultu illi præstito, ne suum quidem templum tueri valuit: præsertim qui sciret per illius casum, ac ruinam futurum, vt in maiorẽ priore ignominiam ipse deueniret? Quis porrò mortuus ille, ô sophista, qui deo tuo negotium facessit? qualis mala ista vicinia? hoc loci enim in beati Babylæ virtutes quum incidisset, nèque posset dæmonis ignominiam trãsmittere, re simpliciter dissimulata præteriit, testatus quidem dæmonẽ à martyre obturbari, ac premi: sed neutiquam adiiciens, quòd quum dæmon infirmitatem suam adumbrare adlaboraret, eandem magis detexerit: verùm simpliciter mala, inquit, vicinia liberatus est. quamobrem enim nõ apertè indicas mortuus ille quisnam fuerit? quamobrem solus ipse deo tuo negotium facessit? quamobrem solus translatus est? quamobrem & tute ipsum eundem viciniam malam appellitas? An ne quoniam dæmonis impostura convicit? Atqui idipsum non praui alicuius hominis opus fuerit, sicuti neque mortui, sed viuentis potius, & opus agentis, & probi, & præsidis, & patroni, & omnia pro vestra ipsorum salute procurantis, siquidem voluissetis. Nam vt ne amplius vobis liceret vosmetipsos decipere, ac dictitare dæmonem ipsum excandescentem, eundémque propter intermissa sacrificia expostulantem, tum verò & de religione sui cultu conquerentem vltrò abscessisse: nimirum hac de causa illum Babylas ex eo omni loco summouit, qui locus ei maximè omnium gratus esset, quẽnque præ aliis tam charum haberet, vt etiam etiam inhabitare non grauaretur, tum, quum nullus ei honos, nullus cultus redderetur. Tu enim primo statim loco id testatus es: *Atque hoc ipso in tempore quum multas oues, multos boues imperator illi immolaret.* Quo fit, vt vndequaque palàm fiat dæmonem ipsum coactum, atque à maiore potentia pulsum de Daphne decessisse. Potuisset quidem Babylas vel statua ipsa stante dæmonem exigere: sed vos nec credidissetis, quemadmodum neque olim, cùm ab eo victus fuisset: & assiduè item cultu instantis. Quamobrem Babylas statuam primùm stare quum permisisset, hanc ipsam tum deiecit, quum maximè impietatis flamma altior ferretur: planum faciens quisquis vincit, hunc sic vincere oportere: non quidem iam depressis aduersariis, sed tum maximè, quum efferuntur, ac clarescunt. Quamobrem enim Babylas quum Daphnen transportaretur, imperatori transportationis eius authori non mandauit: vt & templum subuerteret, & dæmonis statuam aliò transferret, quemadmodum arculam transferebat? quia nullum planè detrimentum ab ea statua Babylas sentiebat, neque ei certè aduersus dæmonem carneo auxilio opus erat: quem & tunc, & nunc quoque citra humanæ manus præsidium deiecit. & priorem quidem victoriam nobis manifestam esse noluit, sed illi os tantummodo quum obstruxisset, contiuit. Tales enim esse sanctos constat, vt perfici modò velint, quæ ad hominum salutem spectant, non etiam vulgo ostentare opera huiusmodi per seipsos fieri, nisi sicubi vsus aliquis cogat. Vsum autem rursus esse dico seruandorum hominum curam. id quod tum vsu venit. Quum enim impostura dæmonis mala inualescerent, tum demum detecta nobis est victoria, & quidem non à victore, sed ab eo ipso, qui victus est. quatione & testimonium ipsum apud hostes nostros minimè suspectum fuit, & Babylas, vt de se ipse prædicaret, vel quum necessarium erat, euitauit. At verò quum ne sic quidem dæmonis impostura finem haberet, sed rursus qui vel saxis ipsis stupidiores erant, atque adeò ad tam apertam veritatem cæcutiebant, deuicti dæmonis opem implorarent: hic necesse fuit statuam igni deflagrare, quò per incendium & alterum item idololatriæ incendium extingueretur. Cur tute ergo dæmonem increpas, qui affirmas illum è medio ipso cultu se subtraxisse? Non ille quidem vltrò se subtraxit, quin potius exactus, eiectúsque est nolẽs: coactúsque tum, cùm ob nidorem, ac sacrificia manere in animo maximè haberet. Nam qui tum imperabat imperator, quasi ob hoc vnum imperaret, vt vniuersi terrarum orbis pecudes insumeret, sic largiter, & affatim ad aras oues, boues; mactabat. qui & eousque insaniæ prolapsus est, vt multi etiam ex iis, qui philosophi apud illos viderentur, coquum ipsum, & carnium cauponem, nécnon id genus artificem vocitarent. A tam opipara igitur mensa, ab huiusmodi nidore, ac fumo, ab his sanguinis torrentibus dæmon vtique non se ipse vltrò subtraheret, quum idem antea absque his omnibus, quod tute nuper affirmasti, propter eam insaniam, qua amicam deperibat, libens ibidem moraretur. Sed enim suspensa hic à nobis oratione nostra interim rursus exaudiamus sophistæ huius lamenta. Missо enim Apolline ad Iouem his verbis questus suos conuertit; *Quale ô Iupiter laborantis animi laxamentum perdidimus? quàm Daphnes regio tumultibus uacua erat? quantò etiam templum ipsum magis uacuum? utpote in quo natura ex sese quasi portum in portu fecerat, ambobus quidem admodum tranquillis, altero tamen maiorem tranquillitatem præstante. quis non ibi morbum? quis non ibi dimouendum? quis non ibi luctum posuisset? quis præterea fortunatas insulas inibi desideraſſet?* Quale, obsecro, laxamentum ô sceleste perdidimus? quî verò templum tumultibus magis vacuum? quî item portus trar quillus? in quo tibiæ, in quo tympana, in quo crapulæ, in quo comessationes, in quo orietates? Quis, inquit, inibi morbum non posuisset? quis potius ex assectis tuis morbum ibidem non contraxisset, etiamsi prius sanus esset, morbum inquam omnium longè pestilentissimum. Nam qui dæmonem ipsum adorat, & ad Daphnes fabulæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

G bulæ argumentum exaudiendum aures applicat, tum autem tantam Apollinis insaniam videt, vt absorpta amica, loco, atque arbori etiã nunc incubet: hic quantum secum morbum, quantam perturbationẽ circunferẽ? hoc igitur animi laxamentum, hoc portum quietum, hoc morborum defunctionem appellitas? Et quid mirum fuerit, si contrariis contraria appendis? nam qui mente capti sunt, nullius rei naturam, vt se habet, sentiunt: quin potius contrariam, quàm rei veritas habeat, sententiam ferunt. *Olympia*, inquit, *non admodum procul*. Rursus enim ad huius lamentationem reuertar, ostendens quantam Græci illi omnes, qui tum vrbem incolerent, plagam accepissent, & simul vt nequaquàm id æquanimiter tulisset imperator, quin potius omnem suum furorem in martyris arculam effudisset, nisi eum maior metus cohibuisset. Quid igitur ait?

Olympia iam appetunt. Conuocatura est autem panegyris ciuitates: hæ verò aderunt Apollini sacrificandos boues agentes. Quid faciemus? quis præco, quæ buccina lachrymas non exprimet, quis Olympia festum diem esse attestabitur? cùm proximus casus luctum inuexerit. Da mihi arcum, & fidiculas tragœdia, inquit. *Ego autem dico & vaticinij nonnihil, vt tum capiam, tum excussis arcu sagittis petam sceleris huius authorem, ô impiam audaciam! ô animam impuram! ô temerariam manum! Tityus alter aliquis hic, vel Idas Lyncei frater non magnus quidem, ut ille, neque iaculator ut hic: ueruntamen unum hoc edoctus, ut contra deos insaniat. Aloïdi filios, etiamnum diis insidias struere cogitantes morte consopiuisti ô Apollo, huic verò ignem procul afferenti non obuiam iit sagitta ipsius cor petens. ô dextram malignam, ô iniquum ignem. quónam primùm delapsus est? quódnam mali huius exordium? Num à tecto exorsus, ad reliqua deinceps serpsit? At illius caput, ad faciẽ, ad phialam, ad cidarim, & talarem uestem? Vulcanus ignis arbiter non comminatus est igni huic detrimentum afferenti, quum beneficio deuinctus Apollini deberet, ob indicium olim sibi ab illo factum. sed neque Iupiter qui imbrium habenas tenet, aquam in ignem dimisit, præsertim qui olim Lydorum regi periclitanti pyram extinxerit. quidnam primùm ad illum fari ausus, qui bellum hoc aggressus est? Vndènam audaciam tantam sumpsit? quónam modo impetum asseruauit suum, qui animi sententiam non mutauit, dei pulchritudinem reueritus?* Quousque tandem miser, & infortunate rem ipsam intellecturus non es, qui dictitas ignem hunc humana manu immissum, quique delirantium ritu pugnantia inter se loquutus tecum ipse digladiaris? Nam si dæmon Persarum regis tam magno exercitu stipati capta iam vrbe, cæterisque templis exustis, facem manu quatientis, eandémque templo istiiamiam admoturi mentem immutauit (nam & hæc initiò statim næniæ tuæ dixisti, sic lamentatus,

Persarum regem, eius qui nunc nobiscum bellũ gerit ex maioribus unum, urbem proditione captam quum exussisset, & ad Daphnen concederet idem facturus, dæmon sic immutauit ut face, quam manu teneret, abiecta Apollinem adoraret, adeò eius animum deliuit, & coërcuit conspectus. iste, inquam, dæmon si furorem illum barbaricũ, & tam magnum exercitum victor, vt tute fateris exuperare, ac perire illum illud euitare potuit: (addis autem & eundem Aloidas diis insidias struere cogitantes morte compescuisse) quo, quæso, modo, qui tanta præstare potuit, nunc nihil quicquam, quod tale foret, præstitit? quanquàm si aliud nihil, certè sacerdotis tam iniustè dilacerati, producto facinoris authore, misereri oportuit. Et si authorem ipsum prodere per ipsum incendij tempus recusauit dæmon, saltem repræsentare tum ac dedere oportuit, aut etiam indicare tantum, si dedere nõ potuit, quum miser ille sacerdos suspenso corpore latera perfoderetur, K quúmque rogatus incendij authorem indicare, non haberet quem nominaret. nunc verò ingratus, & inconsultus ministrum suum iniuria flagris affligi, ac lacerari velut conniuentibus oculis permittit: finit itein & imperatorem post tot ac tanta sacrificia ludibrio haberi. Eum enim vt insanum, ac delirum omnes risere, quum iram suam in miserum illum effunderet. Quomodo autem qui regis procul adhuc distantis aduentum prædixit (nam & ipsum hoc superius lamentatus es) eum qui sibi propinquus esset, ac qui se exureret nõ vidit? Atqui vatem illum esse vultis, & vestris quidem diis alias aliis artes, perinde vt hominibus destribuentes, illi vaticinandi peritiam acceptam tulistis, nec tamen illum tecum artem suam communicare postulas. Quo pacto igitur proprias calamitates non cognouit, quum id factum ne eum quidem qui homo sit, latuisset? At verò fieri ne potuit, vt obdormiret, quo tempore illum ignis contingeret? Sed nemo certè tam stupidus est, quin flamma corpori suo admota statim excitetur, & admouentem compescat. Reuera pueri semper sunt Græci, senex autẽ Græcus nullus. Nam quum L oporteat domesticam imprudentiam cõplorare, quòd videlicet vel res ipsæ dæmonum impostura clamitent, ipsi vos ne sic quidem ab illis deficitis, sed dedentes vos ad internecionem prostituta vestra salute ducimini pecudum ritu, quà illi vos subsequi iusserint, sessitando statuarum excidium lugentes. Tu verò & arcum flagittas, nihil ab illo discrepãs, qui hæc in tragœdia dixit. quomodo enim non aperta, ac manifesta insania fuerit, expectare vt aliquid istis armis efficias, quæ ne domino quidem suo opem attulere? si enim maiorem tibi tum artẽ, tum experientiam vendicas, quàm dæmon habeat, certè haudquaquam oportebat illum abs te coli indoctiorẽ, & imbecilliorem iis in artibus, quibus in artibus illum cæteris antecellere affirmatis. qui si primis illi partibus cedis, siue iaculandi, siue vaticinandi, quî fieri potest, vt tibi persuaseris in artis particula quadam præstare ea posse, quæ ille totam artem callens præstare minimè potuit? hæc certè deridicula prorsus sunt, ac nugatoria. neque enim ille diuinatoriæ artis quicquàm habuit, neque si habuisset, ei illa quicquàm profuisset. Non enim, non inquam huius incendij author fuit nomo, sed diuina vna virtus. causam autem postea aperiam. Sed interim nõ indignum fuerit & discere, quam ob causam Vulcanum, ingratitudinis accusat, per hæc verba: *Vulcanus autem ignis custos non comminatus est igni isti detrimentum afferenti, quum beneficio deuinctus Apollini ob uetus indiciũ deberet.* Quódnam, quæso, beneficium? quódnam vetus illud indiciũ intelligis? quamobrem occultas deorum tuorum præclara, & magnifica facinora? si enim beneficium indicans, nimirum Apollinem magis ingratum fuisse ostenderes. Sed te, video, pudet, atque erubescis. Igitur ipsi liberè res tuas aperiemus. Quódnam ergo illud beneficium? Aiunt Martem Veneris amore olim fuisse correptum, eundémque quum Vulcanum (Veneris is maritus erat) vereretur, obseruata illius absentia ad eã accessisse. Apollinem autem, quum illos vnà commixtos vidisset, ad Vulcanum abiisse, illique adulterium renunciasse: Vulcanum porrò re comperta, vinculis illos, sic vt erant, in lecto comprehendisse, deósque ad turpe illud spectaculum aduocasse, ac tales quidem de istis adulterij pœnas sumpsisse. huiusmodi beneficio deuinctus Vulcanus Apollini quum deberet, postulante tempore

A te tempore ingratum in referẽda gratia fuisse ait. quid igitur admisit & Iupiter ô præclare? nam & tu hunc immanitatis insimulas, quum eum dictitas imbrium habenas tenentem noluisse aquam in flammam dimittere, præsertim qui olim Lydorũ rege infœlicitate presso pyram extinxisset. Sed enim nobis quidem non importunè Lydi regis memoriam suggessisti. Nam & illum flagitiosus hic dæmon vana spe turgidum decepit, in præsentaneum periculum coniiciens, ac nisi humanitatem in eum suam Cyrus ostendisset, certè longè M abfuisset Iouis auxilium. Quapropter frustra Ioui vitio vertis, quòd filio suo Lydum antetulerit. neque enim sibi ipsemet quo in loco in primis coleretur (Romuli vrbem intelligo) fulmine tactus auxilio fuit. Cæterùm audiamus & reliqua lamenti istius verba: ita enim bellè luctum eum, qui illorum animos occupauit, intelligemus. *Viri, trahitur mihi mens ad dei Apollinis speciem, ac mihi ob oculos cogitatio typum ipsum repræsentat, formæ lenitatem, colli molliciem, idque in lapide, cingulum quo aurea tunica circa pectus sic colligebatur, ut partim subsideret, partim subsurgeret: breuiter totus dei habitus cuius iram uel fer*
B *uentem non sedauisset. ut qui similis esset cantilenam occinenti. & Hercule audiuit hunc olim aliquis, ut aiunt, in meridie citharam ludentem, aurẽs beatas. cæterum cantus erat terræ laudatio, cui quidem de aureo cyatho libare mihi uidetur, quòd puellam occuluerit debiscens ac sese deinde contrahens. Post hæc pauca admodum ad incendium pertinentia questus, clamabat*, inquit, *uiator flamma erumpente, turbabatur per lucum Daphnes inquilina sacerdos dei, planctus autem pectorum, & ululatus ingens per locum arboribus densum percurrens ad urbem usque uehemens, atque horrificus peruasit. Imperatoris oculus uix somnum capere incipiens, amaro illo nuncio audito, è lecto exurrexit: ipse furore percitus, Mercurij talaria peruestigans, ad mali istius originem indagandam pergebat, æquè intra se flagrans, ac templum ipsum. trabes ferebantur, deorsum ignẽ deferentes, id omne, quod ignis comprehendisset, absumentes, ipsum scilicet statim Apollinem tanquàm à tecto non admodum distantem, mox & alia musarum ornamenta, signa inibi extantia, lapillorum fulgura, columnarum pulchritudinem. Vulgus autem circunstans lugebat, auxilium tamen ferre minimè ualens, id quod usu uenire solet iis, qui de terra naufragium spectant, horum unum hoc superest auxilium, casum ipsum lachrymis prosequi. Nymphæ certè è fontibus suis egressæ ingentem lu*
C *ctum excitarunt, ingentem item & Iupiter hau procul considens, cuiusmodi illum uerisimile est labefactatis filij honoribus concitasse. Ingentẽm autem sexcentorum dæmonum in lucos gentium turba, neque sanè minorem è media urbe Calliope, præsidæ musarum Apolline ignis iniuriam sentiente.* Postea & sub finem, ait: *Præsta te mihi talem Apollo, qualem te reddidit Chryses Græcis imprecaretur, ira plenum, & noctis adsimilem. quandoquidem tibi ornamenta quum redderemus, & quicquid olim de templo tuo ablatum fuerat restitueremus, præreptum est quod colamus simulacrũ, haud aliter quàm si sponsus aliquis, interim dum corolla contexuntur, emoriatur.*

Et sophistæ quidem nostri lamentatio hæc fuit, seu potius paruæ quædam lamentationis partes hæ. Mihi verò succurrit admirari, quî factũ est, vt ob quæ illum præ pudore sese auertere oportebat, ob ea ipse placere sibi putet, vt qui Apollinem eundem intemperate atque obscœni iuuenis ritu per meridiem cithara personantem inducat, dicátque illi, cantilenæ argumentum amicam esse, aures item eas beatas vocet, quibus obscœnum id carmen exaudire contigerit. Et quidem quòd nonnulli ex iis qui Daphnen, & adiacentia Daphne loca incolunt, collachrymẽtur, quódq; & ciuitatis princeps ipse excandescat, ac nulla certe alia in re, quàm in D luctu ac lamentis versetur: id verò mirum haudquaquàm fuerit. Quòd autem ipsi etiam dij eadem mentis, consiliique inopia laborẽt, & solum inter se lachrymentur, quódque neque Iupiter, neque Calliope, neque frequens dæmonum turba, ac ne ipsæ quidem nymphæ extinguendo incendio pares sint, sed omnes eiulatus, omnes luctus tantummodo excitent, id profectò ridiculum admodum fuerit. Ex iis itaque, quæ à nobis dicta sunt, magnam illos plagam accepisse liquet: etenim sophista vel in media ipsa monodia apertè profes sus est illos ad vium, quod dicitur, sauciatos. Id quod certè neutiquam leuiter tulisset imperator, nisi illum maior metus, ac formido distinuisset. Cæterùm tempus iam appetere puto, vt ostendamus tum cur deus iram suam non in imperatorem, sed in dæmonẽ conuertit: tum cur factum est, vt ignis totum templũ non absumperit, sed templi tecto statim dissipato correptum simulacrum improbarit, atque refutarit. neque enim ea temerè, neque sine causa contigerunt, sed ab ea dei benignitate, qua errantes homines tueri solet, fa
E cta fuere. qui enim res omnes, etiã antequàm enascantur, nouit, is & hoc item vna cum aliis nouerat, futurum, vt si fulmen contra imperatorem cõtorsisset, qui præsentes rem spectassent, temporario quodam timore percellerentur, altero autem, & tertio vertente anno, rei eius memoria deperiret, multíque miraculo fidem minimè haberent. sin autem tẽplum flamma correptum fuisset, fore, vt ea res quouis buccinatore clarius non iis modò, qui tum superstites erant, sed & posteris quoq; omnibus dei iram enunciaret, vt iis quoq; qui impudentes esse, ac factum id occultare vellent, omnis calumniandi ansa esset præcepta. quisquis enim in rem præsentem venit, quasi nuper contigerit incendium, sic animo afficitur: idémque horrore quodam perculsus, cœlum contuitus, statim dei opt. max. incendẽtis eius authoris gloriam, ac virtutem laudibus effert. Vt enim si quis primarij cuiusdam latronis perfracta supernè spelunca, ac latibulo, vinctum illum extraxerit, tum eiusdem suppellectile omni ablata, locum illum feris, ac monedulis receptaculum esse fuerit, postea quisquis latibulum huiusmodi fuerit ingressus, simul vt locorum deuastationes, ac direptiones contemplatus fuerit, statim secum animo concipit, ac reputat, F qualis fuerit, qui locum illum prius inhabitaret: ita & hìc vsu venit. Procul enim columnas quis intuitus, postea vbi accessit, ac templi limen supergressus est, essingit sibi dæmonis abominationem, fraudem, insidias, ac dei iram, atque fortitudinem admiratus, ita demum de loco eo decedit. sic quę prius domus erroris, & blasphemiæ fuerat, nunc diuinæ glorię hymnis decantandæ argumẽtum est, tam ingeniosus, támque industrius est deus noster. Atque hæc quidem nec opinata non nunc primum, sed iam inde à superioribus seculis magno ille miraculo ędere solet. Omnia porrò recensere, temporis huius non est: commemorabimus tamen factum quoddam huius perquàm simile. Prælio olim in Palæstina à Iudæis contra alienigenas quosdam facto, victoria potiti hostes, captam dei arcam, tam 1.Reg.4.c
exuuias, & opimum quoddam spolium suo cuidã idolo, (huic nomen erat Dagon) donarij loco consecrarunt: ea porrò in idoli eius templum perlata, statim idoli statua delapsa in caput iacebat. Vbi autem diuinæ virtutis robur hac ruina illi minimè agnoscentes, idolum deintegrò excitatum in sede sua collocarunt, postridie sub

Universidad de Deusto
Biblioteca

G poſtridie ſub auroræ tempus eò quum acceſſiſſent, viderunt nõ iam collapſum idolum,ſed prorſus diffractum. Huius enim manus ab humeris aulſæ vnà cum pedibus ad templi limen exilierant, reliqua idoli parte,& ea quoque diuulſa,aliò diſperſa. Et Sodomorum item tellus,vt parua magnis conferamus, hac ratione vnà cum ipſis incolis incendio abſumpta,ſterilis facta eſt,vt non ſolùm qui id temporis ſuperſtites eſſent,ſed & poſteri item omnes locorum vaſtitate admoniti,cõtinentiores viuerent. ſi enim ad homines ſolos ſupplicium peruaſiſſet,futurum erat, vt factum id poſtea ab aliis minimè crederetur: propterea locus ipſe plagam accepit,qui tempore prorogari poteſt,quique & ſubſequentia omnia ſecula admonet,lege cautũ eſſe, vt qui ſimilia commiſerint peccata,ij ſimiles pœnas luant,etiamſi in preſentia id non fiat. id quod & in templi huius incendio accidiſſe videmus. Ecce enim iam viceſimus ex eo annus agitur,nec tamen ædificij ab igne relicti pars vlla deleta eſt: ſed quæ partes flammas euaſerunt, eæ ſolidè, ac firmiter ſtant, ſuntq; etiam nunc ſic validæ,vt vel ad centenos,ducentenósque,& multò item plures annos durare poſſint. Id verò quí mirũ videri debet,ſi ex colũnis nulla prorſus ab altera aulſa ad ſolum deciderit? Columnarum enim earum,quæ ad poſteriorem templi partem erant,vna tantùm tum perfracta,ne ea quidem corruit,ſed à ſua ſede mota,ad murum dum caderet inclinata,ſic manſit. Cuius quidem columnæ partes ſunt duæ, quarum altera à baſi ad ſectionem obliquè muro incubuit,altera à ſectione eadem ad capitulum ſupina conſtitit, & ea ab inferiori parte ſuffulta. quanquàm autem & venti vehementes loco illi ſæpe incubuere,& terræmotibus crebris tellus fuit concuſſa: ignis tamen reliquiæ incõcuſſę manſerunt, quæ ipſæ firmiter ſtant, propemodum clamitantes, ſeſe ad poſteriorum emendationem aſſeruatas eſſe. Et quidem quòd templum ipſum totum non conflagrarit, hanc dicere poſſis cauſam eſſe: quòd autem imperator fulmine percuſſus non fuerit,aliam,ſi quęſieris,cauſam reperies,ex eodem bonitatis,& benignitatis dei fonte manantem. Propterea enim deus ignem ab imperatoris capite defendit, eundémque in templi tectum eiaculatus eſt,vt alieno ille malo edoctus, pœnam ſibi reſeruatam effugeret,pœnitẽtia compunctus, & errore liberatus. Illi enim hoc neque ſolum, neque primum virtutis ſuę ſignum Chriſtus dedit,ſed & alia item multa hoc ipſo nõ inferiora. Nam & patruus eius, & quęſtor ærarius,ſic,vt dixi vterque vitam finientes, præterea & fames in vrbem ſtatim vnà cum ipſo inuadens,& aquarum penuria nunquàm antè viſa,quàm ab eo ſacrificia in ipſis fontibus facta fuiſſent, & multa præterea alia,tum ea, quæ in ipſius caſtris, tum ea quæ in vrbibus euenerunt,huiuſmodi certè fuere,vt vel ſaxeam animam flectere poſſent,nõ ob id quidem quòd permulta eſſent,neque ob id,quòd omnia pariter ederentur, ac deinceps, & poſt ipſa ſtatim ſcelera perpetrata, vt quondam Aegyptiorum regis tempore: ſed quòd quæ ædebantur miracula per ſeſe talia erant, vt ad eorum qui ea cernerent emendationem aliud alio non generet, verùm illorum vnumquodque hoc ipſum per ſe præſtare poſſet. Nam vt cætera prætermittam, quęro tandem, qui idem nõ admodum ſtupidus eſſet, non perterrefeciſſet ęditum ad veteris templi Hieroſolymitani fundamẽta miraculum? id porrò cuiuſmodi fuit? Tyrannus quum videret per omnes imperij ſui fines Chriſti fidem eſſe diffuſam, eandémque iam ad Perſas uſque,alióſque remotiores Barbaros, atq; adeò vltra etiam illos peruaſiſſe,breuiter omnẽ eam, quam Sol radiis ſuis luſtrat,regionem occupare,cruciabatur animo, atque angebatur, apparabátque ſeſe ad gerendum contra Chriſtianorum conuentus bellum: infœlix,vt qui ignoraret ſe contra ſtimulum calces. Ac primum quidem Hieroſolymitanum templum Chriſti virtute ſolo æquatum excitare conabatur, & Iudæorũ res quanquàm Græcus homo procurabat, virtutis Chriſti periculum inde facere volens. Hic vocatis ad ſe Iudęis quibuſdam,ũſque ſacrificare iuſſis (nam & illorum maiores dicebat hunc religionis ritum obſeruare ſolitos) vbi Iudæi iidem eò confugerunt,vt dicerent,fas ſibi nequaquàm eſſe, id templo collapſo extra veterem metropolim facere,iubet illos pecunia de regali theſauro ſumpta,ſuppeditatiſque iis omnibus,quæ ad opus neceſſaria forent,abire, templum inſtaurare, & ad priſtinam ſacrorum cõſuetudinem redire. Tum illi dementes planè,à matriſque vtero errantes, atque ad canos vſque eruditione indigẽtes diſceſſerunt,imperatoris mãdato parituri. At ſimul vt ędificaturi foſſitiam humum euacuare cœperunt,ſtatim è fundamentis ignis exiliit,quo omnes pariter abſumpti fuere. Quę res imperatori vt renunciata fuit,neqũe vlterius inſaniam ſuam promouere conatus eſt, metu enim detinebatur: neque tamen dæmonum errore (quorum tyrannide prorſus premebatur) liberari voluit. Ac tũ quidem ſuperſedebat. Cæterum non ita multo pòſt tempore ad id genus leuitatis rediit, templum quidẽ non iam ædificare audens, aliunde autem paruulis prælijs, ac velitationibus nos petens: aperto enim marte nos adoriri tum differebat: primum,atque præcipuè,quòd perſuaſus planè eſſet,fruſtra ſe id tentaturum, deinde quòd nullam nobis anſam relinquere volebat,per quã martyrij corona redimiri poſſemus. Ferre enim haudquaquàm poterat,idq; illi quauis calamitate indignius erat, ſi quis in medium productus pro veritate vel ad mortem vſque tormenta ſuſtineret: vſqueadeo ex animo inimicitias ſe noſtras ſuſcepiſſe declarabat. nouerat enim,nouerat inquam apertè,futurum, vt ſi id ipſe attentaſſet, omnes pro Chriſti nomine ſuas animas proderent. Proinde vafer, & callidus quum eſſet,quod intelligebat ob peccatum aliquod Chriſtianorũ conuentuum principibus pœnas dediſſe, & à præfectura, quam gererent amotos, eos omneis liberos eſſe iuit: hoc modo peſſimis quibuſque licentiam largiens, eccleſiæ leges ſubuertens,denique omnes inter ſe cõmittens. fore enim ſperabat,vt poſtea minore negotio debellarentur, ſi prius bello inter ſe conflictati fuiſſent. quinetiam quendam,huic Stephano nomen erat,tum ob doctrinæ peruerſitatem,tum ob vitę improbitatem ab eccleſiaſtico principatu amotum, iubet de integro magiſterij ſedem occupare: atque adeò Chriſtianum nomen tunc vt extingueretur,quoad eius poterat,elaborabat,Galilęos pro Chriſtianis nos ipſe dictis ſuis tũ ipſe appellans, tum principes vt idem factitarent adhortans. Inter media autem ea ſigna,quæ per famem atque ſiccitatem euenìſſe recenſui, à ſuã ipſe impudentia,ac duritia minimè deſiſtebat. Idé cõtra Perſas bellum ſuſcepturus,tanto cum faſtu quum deſcẽdiſſet, vt ſi omnem Barbarorum gentem deleturus eſſet,idemtidem nobis commin[illegible]batur, quum diceret omneis ſe, poſt ſuum à Perſis reditum,funditus perditurũ. hęc enim bellum ſibi eſſe Perſico grauius,atque adeò oportere minore illo confecto, tum demum ad hoc quod maius foret

A maius foret deſcendere. & hæc quidem nobis nunciabant qui illi à conſiliis erant. Aeſtuans porrò ira aduerſum nos ad maiorem quotidie inſaniam ſublatus, in eadem nunquàm ſententia perſiſtebat, ſed priore illo cõſilio poſito,rurſus nobis perſecutionem minabatur. Cæterùm quum illum deus inhibere,atq; intumeſcentem ſedare vellet, ædidit rurſus ſignum hoc in Daphne, igni in templum immiſſo. hic verò ne ſic quidem furore ſuo ſuperſedit. quin potius ſumma depopulandi noſtri cupiditate quum diſtruperetur,ne ad id qui-
dem tempus, quod minitatus fuerat, ſibi temperauit: ſed Euphratem traiecturus, militum ſuorum animos probabat,ac paucos quoſdam adulatione quum corrupiſſet,quos ſuæ voluntati repugnantes inuenit,nequaquàm exauthorauit, veritus ſi eos à reliquorum cœtu ſegregaſſet,ne copias ſuas cõtra Perſas debiliores redderet. Quis nobis hic quę ſubſecuta ſunt enarrabit? quę quidem iis multò terribiliora ſunt,quæ tum in eremo, tum in mari,tum in Aegypto acciderunt quo tempore Pharao ille ſenſu carens plectebatur, & qui cum eo erant omnes ſubmergebantur. Quemadmodum enim
B tum,poſtea quàm Aegyptius ob nullum calamitatis genus concedere,ac melior fieri voluit,illum tandẽ deus vnà cũ ſuo exercitu perdidit: ſic & nunc poſtea quàm ad omnia dei miracula imperator hic impudenter cõſtitit,nihil fructus inde percipere volens, animúmque inemendatũ ad omnia afferẽs, hunc ipſum deus idem extremis malis inuoluit,vt quoniam aliorũ calamitatibus edoctus ad frugem bonam redire non ſuſtinuit, eius ſuppliciis meliores alij euaderent. Qui enim plures militũ myriadas ſecũ duxerat,quàm vllus vnquàm ante ipſum imperator, quique Perſidẽ omnem per incurſionem,ac ſine pulueꝛe, quod aiunt,capturũ ſe ſperauerat: huic ſic infœliciter,ac miſerabiliter res ſucceſſit,vt fœminarũ potius,ac puerulorũ, quàm virorũ exercitum illum ſecum habuiſſe dicas. Primùm enim imprudentia ſua in tantã illos neceſſitatẽ adegit,vt equinis carnibus veſcerentur, ac partim fame, partim ſiti abſumpti perirent: quaſi enim in Perſarũ gratiam copias ageret,neq; illos capere,quin potius ſuos illis prodere ſtuderet,ſic eos in locorũ difficultates quaſdã cõcluſit,ac tantũ nõ vinctos hoſti tradidit. Enimuero calamitatum earum genus omne nullus poſſit, ne ex iis
C quidẽ,qui illas viderũt,experti quidem ſunt,recẽſere. ita omnem modũ exuperarũt. Sed vt ſummatim dicamus, illo turpiter,ac miſerabiliter mortuo (alij enim illũ volunt à lixa quodã rerũ indignitatẽ non ferente percuſſum interiiſſe: alij autẽ,ne vidiſſe quidẽ ſe,à quo interfectus ille ſit, ſed fuiſſe tantũmodo rercuſſum dicunt, rogaſſeq; vt ea Ciliciã, inibi ſepeliẽdus, portaretur, vbi etiam nũc iacet) illo, inquã, mortuo turpiter mortuo, quum viderent milites in extremo ſeſe vitę periculo cõſtitutos, cũ hoſtibus pepigerũt: quibus quum iureiurãdo recepiſſent, abſceſſuros ſe à loce locorũ omnium tutiſſimo, eodémque regionis noſtræ tanquàm muro quodã inexpugnabili Barbaros humanos erga ſe nacti, ita euaſerunt, atq; è multis pauci reuerterũt, & ipſi affectis admodum corporibus, erubeſcẽtes ob fœdera cum hoſtibus pacta, coacti verò illis per iuſurãdum paternis bonis cedere. Hic videre erat ſpectaculum qualibet captiuitate miſerabilius. nam vrbis illius ciues à quibus gratiam aliquã expectabãt, quod ſuos omnes intus muris inſtar in portu collocarant, pro omnibus ſemper ad omnia pericula obiecti, ab iis hoſtilia omnia paſſi ſunt, propriis domibus, atq; agris ęlicti ſolũ vertere coacti,& à maiorũ ſuorũ poſſeſſionibus auulſi: & quidem D
eam iniuriã à ſuis acceperũt. hunc nos fructũ ab egregij iſtius imperatoris operibus percepimus. Hęc porrò temerè à nobis dicta nõ ſunt,ſed vt ſatisfactũ iis eſſet, qui quęrerẽt, cur nõ antea deus de imperatore pœnas ſumpſit. Illũ enim rabie percitũ ſępenumero reprimere voluit,ne impetu vlterius procederet,& alienorum malorũ exemplo emendare: verũ vbi reſtitit,extremis illum malis obiecit,iuſtam quidẽ peccatorũ eius retributionẽ in magnum illũ iudicij diem reiicies: preſenti autem pœna ſupiniores excitãs,& caſtigans. Talis eſt enim dei lenitas,vt qui eadẽ non rectè vtũtur,eos grauiore pœna afficiat. quæ quemadmodũ reſipiſcentibus vtilis,ita & obſtinatis,ac pertinacibus maioris ſupplicij occaſio eſſe ſolet. Quòd ſi dixeris,quid? nónne præuiderat deus fore vt tyrãnus hic nunquàm emendaretur? huic ita reſpõdebimus: præuiderat quidẽ,ſed tamẽ ob id quòd malitiã noſtrã proſpiciat, officiũ ille ſuum non intermittit: quin potius,etiamſi eius nõ admittamus admonitionẽ,clemẽtiam tamẽ in nos ſuam præſtat,qui ſi poſtea in grauiora etiam nos peccata impingimus,id certè nõ iam eo authore euenit, qui nõ propterea lenis,longanimiſque eſt,vt pereamus,ſed vt ſeruemur potius: verùm nobis authoribus fit,qui in illius immẽſam tolerãtiam iniurij ſumus. Sic autẽ & infinitam ſuã in nos benignitatẽ oſtendit. quoties enim recuſamus ab eius prolixa lenitate adiuuari, tum ille in aliorũ vſum eam vertit,nuſquàm nõ clementiam erga nos ſuam ſimul,& prouidẽtiam, ſolertiámque prodẽs. Id quod tum præſtitũ eſt. Et tyrannus quidem in hunc, quem dixi,modũ è viuis deceſſit. Rabiei autem eius,ac beati Babylæ virtutis argumenta extant, & tẽplum,& martyrij monumẽtum: illud deſolatũ,hoc eandẽ quam prius efficaciam retinens. Cuius capſula non vltrà refertur,deo rem ſic diſpenſante, quò poſteris teſtatiora ſint præclara Babylę eiuſdem facinora. Quiſquis enim
E aliunde accedit martyrem requirens, hunc vbi ab eo loco abeſſe videt, ſtatim cauſam ſciſcitatur, neque prius de loco decedit,quàm omnẽ eam hiſtoriam perdoctus fuerit. ſic & dum ad Daphnes locum accedit, & rurſus ab eodem dum decedit, fructum maximum percipit. Ea eſt martyrum virtus & viuentium,& mortuorum,& ad loca illa,vel illa adeuntium,& rurſus ab eiſdem aliò migrantiũ. Etenim ab initio ad finem vſq; F
Babylæ noſtri præclara facinora continua quaſi ſerie copulata fuere. Rem,queſo,animo luſtra. dei leges ab iniuria vindicauit,pro occiſo pœnas ſumpſit. qua ex re planum fecit,quanto inter ſe interuallo ſacerdotium, & regnum diſſideant. mundi faſtum omnem diſſoluit: vitæ huius opinionem conculcauit. Reges docuit nihil vltra modum ipſis à deo datum poteſtatẽ promouere. ſacerdotibus planũ fecit,vt principatui huic præeſſe oporteat. Atque hæc quidẽ,& his item longè plura etiamnum viuens præſtitit. Vbi autem hinc emigrauit,dæmonis robur eneruauit, gentilium impoſturam coarguit, vaticinij deliramenta detexit,perſonam eius contriuit,ſimulationẽ omnibus denudauit, ac pateſecit: eum,qui in ea dominari videretur,obmuteſcere cogens,ac magna vehemẽtia opprimens. hodie quoq; tẽpli parietes recti ſtant,omnibus quaſi prędicantes quã dæmonis impudẽtiam,riſum,imbecillitatẽ,quã martyris coronas,victoriã,virtutẽ. Ea ſanè eſt ſanctorũ fortitudo, tam inexpugnabilis, & terrifica tum regibus, tum dæmonibus, tum ipſi etiam dæmonum principi.

FINIS. REVEREN-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G. REVERENDO IOANNI BELLAIO EPISCOPO PARISIORVM GERMANVS BRIXIVS.

EGo,antistes optime, quum me intelligerem iampridem in ære tuo esse,cogitaremq;,quo potissimum munusculo, ex iis opibus sumpto, quæ in censu meo in primis essent, possem tibi non dico contracta nomina dissoluere (quî enim id possim?) sed probatum saltem, ac testatum facere, quæ tu mihi olim beneficia largiter contulisses, ea te homini,si minus merito,at neque ingrato,neque immemori contulisse, mihi commodum Chrysostomus meus (meum hîc appello, in cuius scilicet lectione studia nunc nostra omnia sunt)de immenso eloquentiæ ac doctrinæ suæ thesauro suppeditat,quod tibi maximè
H omnium conueniens munus offeram. Liber est vt breuis, ita certè elegans, vt sunt authoris illius scripta omnia,in quo quidem verum monachum,eumq;,qui cum pietatis Christianæ amore sacrarum literarum studia coniunxit,cũ mundi huius principibus confert,ostendens interim illius fœlicitate principum,diuitum, ac nobilium quorunuis fœlicitatem longè esse inferiorem. Quem ego libellum quum è Græco in Latinum vertissem, tibi non episcopo modò, & Parisiorum episcopo, sed & variis monachorum cœnobiis præfecto nuncupare, ac propter te in hominum manus emittere placuit: vt habeant, qui verè monachi sunt(quos multos hodie esse non ambigimus, ex tot ordinis illius sodalitiis) grauissimum, non cuiuslibet, sed Chrysostomi, hoc
I est, authoris & eloquentissimi & sanctissimi testimonium,id se vitæ genus instituisse,quod non tantùm non suppudendum,suppœnitendúmque,sed magnificiendum,& vel summorum quorumq; regum amplitudini, ac splendori anteponendum sit, possintq; iidem quasi ad trutinam quandam,eámque iustissimam dignè fœlicitatem suam appẽdere,metiri,agnoscere. Te itaque,pontifex dignissime,non mo
ẽ hortor,vt libellum ipsum per intermittentium istorum negotiorum interu lla legendum in manus sumas, verùm etiam ad eos omneis, qui in illis tuis cœnobiis degunt, monasticam, quam dixi, vitam professi, multis exem laribus mittendum cures. Sic enim intelligent te, vel in maximis istis occupationibus, quibus tu diebus ac noctibus, pro rep. distringeris, à Francisco Rege, inter eos perpaucos adlectus, quos ille in sanctioris, secretioríque consilii sui album adscriptos esse vo K
luit: sic, inquam, intelligent illi, te pastorem suum, per id etiam tempus,quo præsentia tua, per publicas istas curas, frui non possunt, sui curam,ac studium adeò non abiecisse, vt ipsos etiam summopere cupias,sic ad virtutis, ac religionis Christianæ cultum compositos esse, vt ad eam tandem aspirare fœlicitatem possint, quam illis diuus Ioannes Chrysostomus, non in hac solùm, sed in ea quoque, quæ nos post obitum manet, vita, promissam esse elegantissimo hoc libello pronũciat. Vale,& hoc tibi veluti animi erga te mei pignus,ac monumentum habe, donec maiori tecum munere agens,benignitatis tuæ erga me prolixitatem, si non aliqua, at aliqua tamen parte remunerer. Ex Bertocuriano nostro, Calend. Ianuariis. M. D. XXXIII. L

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, LIBELlus, in quo confert eum, qui in verissima ac Christiana philosophia vitam degit monasticam,cũ summo quoq; mundi huius principe.Germano Brixio Altissiodorẽsi interprete.

EGo quum intuear ex hominibus cõplures quæ bona esse videntur, eà maiori & amore, & admiratione sectari,q; quæ natura ac verissimè bona sunt:necessariũ esse reor,breui oratione de vtrisq; hîc agere,& componere inter se tum quæ vulgò neglectui sunt,tũ quę magno mortales studio sequuntur, vt vtrorunq; differentiam edocti, illa quidem vt seria, ac salutaria magni faciamus, hæc autẽ tanquam nihili æstimanda cõtemnere discamus. Igitur magnopere expetuntur diuitiæ, principatus, imperium, gloria, ac beatos quidem vulgus eos ducit,qui gentium principes sunt,qui splendidis vehiculis feruntur, qui præconum clamore, ac satellitium magnum assequuntur. Contrà,philosophantium vita, & eorum,qui solitariæ vitæ institutum delegerunt,despicabilis est: atque illi quidem dum foras prodeunt, ad se conuentendos populum ipsum conuertunt:hi autem sicubi apparuerint, nullius oculos,aut certè perpaucorum ad sui spectaculum trahunt,& præterea borum nullus similis esse concupiscat:illorum contrà nemo non. quanquam principatum quærere, gẽtis alicuius imperio potiri,arduum sanè ac supra vulgarium hominum vires: ac quorũ animis imperij amor incessit, is magna pecunia opus. solitariam verò vitam eligere, dei cultui vitam suam mancipare,

A mancipare, æquè omnibus procliue ac facile. Adde quòd principatus possessio vnà cum vita hac desinit, seu verius dicam, viuos etiam sui amatores destituit: vt aceam hîc multos olim extitisse, quos magnum in periculum,vel certè magnam in ignominiam cõiecit. At solitudo iustos hac in vita bonis multis quum repleuerit, à vitæ exitu hilares ac ludibundos ad dei & seruatoris tribunal ducit, quo potissimum tẽpore,eorum, qui imperio functi fuerint,bonam partem magnas pœnas catorum in vita admissorum pœnas luere videas. Agè itaque contendentes inter se tum philosophiæ bona, tum ea quæ hac in vita principatus ac gloriæ bona esse videntur,vtrorunque bonorum diserepantiam perdiscamus:sic enim collata apertiora fient,quin potius, si placet,ipsum bonorum fastigium(regnum intelligo) cum philosophia comparantes, vtriusque possessionis fructus contemplemur, diligenter edocti, quibus rex, quibus rursus philosophus imperet. Rex igitur vrbium, regionum, tum multarum gentium præfecturam gerit, prætores,proprætores, exercitus,populos, senatus suo vnius nutu agens.at verò qui se ipse totum deo dedit, solitariámque vitam elegit,iræ,inuidiæ, auaritiæ,
B voluptati, cæteríque animi morbis imperat, assiduè speculans,ac meditans,quémnam in modum non cõmittat,vt suum animum obscœnis affectibus non subiiciat, neu amaræ tyrannidi ratio inseruiat, sed supra res humanas omneis cogitatione semper erectam habeat,dei timorem animi morbis præficiens. Huiusmodi igitur imperium rex, huiusmodi item principatum monachus adeptus est: vt iustius quidem hunc regem voces,quàm eum, qui purpura indutus,ac corona ornatus splendescit, throno in aureo sessitans. Nam is demum verè rex est,qui iram,qui inuidiam,qui voluptatem cohibens,omnia sub dei leges agit,mentem liberam seruans, neq; patiens voluptatum dominationem animo suo imperitare. Talem equidem regem libens viderem & populis,& terræ, & mari, & ciuitatibus,& exercitibus iura dantem. Quisquis enim animi affectibus rationẽ magistram præfecerit, is paruo admodum negotio & hominibus vnà cum diuinis legibus præfici possit, vt eundem patris loco subditi habeant,cum omni mansuetudine ciuitatibus consuetudinis sũę copiam facientem. Qui verò hominibus imperare quum videatur,iræ tamen,auaritiæ, voluptati-
C bus seruit: hic primùm subditis suis ridiculus videri possit, hoc ipso, quòd coronam quidẽ gestat gemmis, auróque intertextam,temperantiæ verò corona minimè insignis est.& purpureo quidem paludamento toto corpore fulget,animum autẽ inornatum habet. Deinde idem hic ne administrandi quidem imperij scientiam habiturus est. Qui enim sibi ipse imperare nescit, hic quo tandem modo alios hominibus regere potuerit? Qui si id belli genus,quod vtique sibi peculiariter gerendum sumpsit,spectare volueris,inuenies hunc cum dæmonibus depugnãtem, eundémque & superantem, & vincentem,& à Christo coronam capientem: vtpote qui ad pugnam accedat diuino sustentatus auxilio, cœlestibus armis communitus, vt necesse quidem sit victoriam ab ipsius partibus stare, quum interim regem illum cum Barbaris debellantem cernas:quantò autem hominibus dæmones terribiliores sunt,tantò splendidior est,qui hos superat,eo,qui illos vincit. Quòd si vtriusque belli causam discere cupis,magnam profectò inæqualitatem reperies. Alter enim pro pietate, ac dei cultu cum dæmonibus bellum gerit, vel vbes, vel vicos ab errore asserere desiderãs: alter verò cum D
Barbaris digladiatur, pro locis, finibus, opibúsve raptis,illum auaritia,atque adeò iniusti principatus ambitione ad pugnam prouocante:vbi certè plerique plerunque reges maiora quum appetiuissent,iam parta amisere. Itaque tum principatus,tum ipsa bellorum genera arguunt, eousque inter se discrepare & regem,& eum qui vitæ suæ studium dei cultui addixit. sed tamẽ eosdem illos exactè vtique pernoscas; si ad vtriusque vitam,quotidianáque gesta examinanda descenderis. Reuera enim hunc inuenias cũ prophetis versantem, Pauli sapientia animum exornantem, assiduè à Mose ad Esaiam, ab Esaia ad Ioannem, à Ioanne ad alium quempiam transeuntem. At regem assidua centurionum,proprætorum,& speculatorum consuetudine abtentem. Porrò autem natura comparatum esse videmus,vt cum quibus assiduè quis versatur, horum mores simules habeat. Itaq; qui solitarius viuit,is animum suum ad Apostolorum,& prophetarum mores conformat. At rex ad mores ducum,scutatorum,satellitum, hominum vino seruientium, voluptatibus indulgentium,bonam diei partem in potu conterentium,denique nullius rei necessariæ,aut honestæ scientiam,vino E
impediète,callentium. Hac ergo ratione monasticam vitam conuenit ea beatiorem dicere, quæ principatu, quæ regno,quæ sceptris constat. Quòd si & noctis tempus examinare voluerimus,monachum quidem videbimus dei optimi cultu,ac precibus insigne multo ante gallinaceos tempore canentem,angelis conuictoribus vtentem,cum deo colloquentem,cœlestibus bonis fruentem. Eum verò qui multis gentibus,multis populis, atque exercitibus præest, quique terra ac mari latè imperat,in lecto distentum,ac stertentem. Ille quidem cibis iis alitur, qui altum ab eo somnum minimè exigant:hunc autem delicię consopiunt & potus,eundem in lectulo in ipsum vsq; diem detinens. Iam monacho & vestis & mensa moderata, & conuictores eiusdem virtutis æmuli. At regem necesse est,& lapillis,& auro, superbũ esse,mensamq; extruere splendidam,tum conuictoribus vti,si quidem imprudens ille fuerit,sua stoliditate dignis:sin autem mentẽ habeat,temperánsque sit,probis fortasse,& iustis, sed tamen virtute iis,quos antè dixi,longè inferioribus:ita rex vt philosophię deditus sit,tamen netantillum quidem ad monachi virtutem propius accedere queat. Etenim in itineribus fa F
ciendis,subditis grauis est,præterea & vrbem habitãs, & pace fruens,& bello operam dans, tum tributa exigens,tum exercitus conficiens,tum captiuos agens,& dum victor,& dum victus est,subditos propriis malis replet. victor quidem intolerabilis est, victoria sese venditans,ac sibi placens,tum militibus prębens licentiam rapiendi,deprędandi,viatores iniuria afficiendi, vrbes obsidione cingendi, pauperum domos depopulandi,ab iis, à quibus excepti fuerint, ea quotidie egendi,quæ nulla lex permittit, idque per causam priscæ alicuius consuetudinis iniquæ & iniustæ. Quum interim illum nescio quem per huiusmodi mala rex minimè lædit, sed de paupertate tantùm male mereretur: perinde quasi verè illi diuites vereatur. At verò non sic monachus, qui simul vt conspectus fuerit, statim tam diuitibus quàm pauperibus donum aliquod afferens,vtrisque ęquè munificum se præstat,vno tantùm amictu ad vitæ suæ institutum conformi vtens, tum aquam libentius bibẽs, quàm vinum,quamuis admirabile:pro se quidem nullam neq; paruam, neq; ma-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gnam à diuitibus gratiam postulans:pro indigentibus autem tum multas,tum cõtinuas, eásque vtrísque conducentes,hoc est, tam iis qui largiuntur, quàm iis,qui accepturi sunt. Sic fit,vt communem ille agat medicum diuitum iuxtà, & inopum, illos peccatis liberans per bonam admonitionem, hos ab indigẽtia eximens. At rex tributa dum minus grauia esse iubet, diuitibus magis,quàm pauperibus vsui est.Idem dum contrà facit, paucarum facultatum dominos lædit. nam diuiti tenuem admodum iacturam attulerit tributorum acerbitas:at eadem pauperum domos tanquam torrens distrahit, fletu complens vicos. quum interim neque senectus iis miserabilis est, qui tributa exigunt, neque mulierum viduitas,neque liberorum orbitas.quinimo proteruiendi finem nullum illi faciunt,cõmunes quidam regionis hostes,quæ tellus nequaquam tulit,ea ab agricolis exigentes. Agè verò & illud insuper examinemus,quánam in parte monachus,qua contrà in parte rex subditis beneficus sit. Igitur hic quidem aurum largitur, ille vero spiritus gratiam. præterea idem hic dum bonus est,paupertatem soluit: ille autem animas
H dæmonum tyrannide oppressas precibus liberat. ac si quis fortè huiusmodi calamitate afflictetur, is regem tanquam statuam præterit,ad monachorum verò habitaculum confugit,quasi qui conspecti lupi timore ad venatorem gladium manu gestantem fuga contendit. etenim quod venatori gladius, id preces sunt monacho. neque sanè sic lupos gladius, vt dæmonas iustorum preces terrent. Itaque non nos modò ad sanctos monachos,dum rei vsus postulat,confugimus,sed vel reges ipsi ad eosdem in temporibus formidãdis, haud aliter quàm famis tempore mendicantes ad diuitum
3.Reg.18.g domos confugiunt.Nónne Achaab Iudæorum rex per famem, & annonæ caritatem, in Eliæ precibus spem
4.Reg.1. a.b posuit suam? Nónne Ochozias illud idem imperium, illum eundem principatum obtinens,æger,ac iamiam moriturus, instantem sibi mortem quum videret, ad eundem prophetam confugit,tanquam morte potentiorem,ac vitæ largitorem? Atqui bello erumpente,Pa
Ibidem.3.b læstináque in tantum adducta periculum, vt funditus excidenda esset,Iudæorum reges misso exercitu,missis peditibus,sagittariis, equitibus,ducibus, cẽturionibus, ad Elisæi preces se receperunt. existimabant enim dei
I seruum sibi multarum myriadum instar fore. Itidem
4.Reg.19. d.e & Ezechias rex bello Persico conflato,iámque ciuibus ipsis pro aris, ac focis in maximum pertractis periculum,iisque qui pro mœnibus starent iam trementibus, metuentibus,ac perinde commotis vt commoueri homines solent,quoties vel tonitruum, vel terræmotum omnia quatientem expectant, Esaiæ preces multis Persarum milibus oppositi, neque sua illum spes fefellit.
4.Reg.19.g Nam simul vt propheta manus in cœlum sustulit,statim deus sagittis è cœlo missis Persicum bellum confecit: reges erudiens, eo se loco ipsius ministros habere debere, vt eos communes esse terræ seruatores existiment, vt hac quidem ratione edoceantur per iustorum exhortationes,ad omne bonum atque humanum opus iuuitati,tum consilia reuereri, tum bonis admonitionibus locum relinquere. Proinde nõ ex iis solùm, quæ dicit, vtriusque discrimen cognoscere licet, sed si vsu venerit & hunc & illum deturbari: hoc est, hunc quidem à virtute destitui, illum autem regno priuari. nimirum hic paruo admodum negotio ad se redit: ac statim per preces, per lachrymas, per mœrorem, per pauperum curam, peccatis absterſis, deintegrò facilè ad pristinum principatum recurrit. At rex solio deiectus quum fuerit,tum demum multis sanè sociis indiget,multis item armatis militibus,equis,pecuniis, periculis:denique salutis suæ spem in aliis sitam habet. Monachus verò salutem celeriter voluntati suæ,studio,ac sententiæ mutationi comitem habiturus est. Regnum Lucæ.17.c enim cœlorum, inquit ille, in nobis est.Iam mors regi terribilis est,eadem philosopho minimè molesta.Eum enim qui diuitias,voluptatem,delicias(quorum gratia vitam agitare multi concupiscunt)despicit,necesse est migrationem ab hoc orbe haud ægrè ferre.Quòd si & hunc & illum iugulari contigerit,hic quidem pro pietate pericula sibi accersetet,immortalem ac cœlestem vitam morte sua comparans.At rex tyrannum aliquem, & eum qui imperium affectat, iugulatorem suum habiturus est. miserabile, idémque horrendum post cædem spectaculum. Adde his quòd monachus bonorum suorum affectatores habiturus est æmulatores ac discipulos,bona ex parte comprecantes,vt ipsius similes euadant.At rex multos frustra in precibus sermones insumpserit,deum rogans,vt nemo existat,qui regnum affectet. præterea illum interficere nullus audeat, nisi si quis existimaturus est impium se in deum futurum,si eum sustulerit.Huic verò multi iugulatores ingruunt, tyrannidis affectatores. Quamobrem alter milites adhibet corporis sui custodes,alter vrbes precibus suis tanquam muro communit,neminem timẽs, quum rex perpetuo in timore,continua in cædis expectatione viuat.secum enim circunfert auaritiam periculosam:pro qua monachus tutam præ se fert salutem. Proinde de rebus, quæ nos in præsenti vita circunsistunt,abundè mihi dixisse videor.Quòd si,& certamen futurum examinare velimus, monachum quidem videbimus splendidum,ac conspicuum rapi inter nubes, ad occursum Christi in aëra exemplo ducis,& institutoris huius vitæ salutaris, omniúmque virtutum. At rex,si quidem iustè & humanè imperium rexisse visus fuerit suum(hoc autem admodum rarũ est)minorem salutem,minorem honorem sortietur.nõ enim idem, non inquam idẽ fuerit,bonus rex', & monachus summam in dei cultu curam ponens. sin autem malum & importunum vixisse eum constiterit, ac multis malis orbem repleuisse:quis tandem enarrare possit calamitates eas,quas sustinere eum videbis,igni exustum,flagellatum,cruciatum,denique ea patientem,quę neque verbo exprimi, neque re ipsa tolerari possunt? Hæc omnia reputantes,atque edisCentes,oportet non diuites admirari:etenim constat horum dominum ne tantillum quidem ad monachi virtutem propius accedere. Ergo vbi conspexeris diuitem veste ornatum,auro superbum,curru vectum, incessus magnificos incedentem,ne hominem beatum dixeris. Temporariæ enim diuitiæ & quicquid bonum esse videtur, vnà cum vita hac corrumpitur. At monachum vbi videris singularem,humilem,mansuetum,quietum,pacificum, hominem æmulare,fac videare imitator philosophię ipsius, fac preceris esse iusti similis. Petite enim, inquit, Matth.7.e
& dabitur vobis. Hæc enim verè sunt bona, salutaria,iusta,propter Christi benignitatem ac prudentiam: cui gloria & imperium per secula seculorum, Amen.

DOMINO

A DOMINO AMANTISSIMO, AC
MERITO VENERABILI PATRI
Matthæo, frater Ambrosius. S.

EXegisti à me iure tuo senex optime,atque suauissime, vt exercitii causa aliquid sacrarũ literarũ ex Græco cõuerterem. Aiebas enim fore optimi auspicii,si auiusce monumẽtis primitias studiorũ meorum consecrarem,facturumq; rem conuenientissimam voto,& instituto meo,si non minus studii, operæ & diligentiæ in transferendis nostratis philosophiæ magistris ostenderem, q̃ fecissent ætate nostra, hodieq; fecerent nonnulli clarissimi, atque doctissimi viri familiares nostri in conuertendis externæ sapientiæ
B authoribus. Ego itaque etsi viris illis ingenio, doctrina,studio longè inferior sim, nullaq; his ratione conferendus:nihil tamen mihi minus integrum existimaui, quàm votis tuis, tuæq; adeò rationabili deesse postulationi: negotiumq; istud transferẽdi, fretus iussione atq; authoritate tua, vtinam tam faustè & fœliciter, quàm promptè & obtemperantur aggressus sum. Sed cum aliquid transferre cuperẽ, quod proposito nostro, & vitæ instituto maximè conduceret,opus egregium offendi beatissimi Ioannis Constantinopolitani episcopi, cui Chrysostomi cognomen oratio aurata dedit, tres in libros distinctum. Quo in opere summus ille vir philosophiam nostram contra vi
C tuperatores & derogatores omnes,ita magnificè, tantaq; vel orationis dignitate, vel argumentorum vi,vel sententiarum vbertate tuetur, vt omnibus posthac maledicis ora perpetuo silentio obstruxisse videatur.Id igitur eò libentius conuertere instituI, quo nostris summæ spei adolescentibus, atq; omnibus vbique monachis summo & solatio,& vsui fore arbitratus sum: cùm illi causam suam animaduerterint à præstantissimo viro ante mille annos, tanta vel cura susceptam,vel elegãtia,& vbertate defensam.Præterea plurimorum qui vanæ præsentis commodis & voluptatibus addicti, monasticæ vitæ instituta carpere non desinũt, hoc studio,& labore nostro,vel reprimendam audaciam, vel instruendam ignorantiam putauimus.Est enim incredibile quantum negotii,quid molestiarum ab eiusmodi hominibus perpeti cogamur:quantumq; illi nobis obstrepant, si quando illorum liberos, aut propinquos,aut alia aliquà ex parte necessarios,Chri
D stiani se milites profiteri,atque in eius sacramenta iurare cupientes, in nostrum cœtum admiserimus. Quod item ferè monasteriis omnibus,& religiosis congregationibus contingit. Quorum, in manus libri isti si inciderint,nõnihil de irrationabili furore, & inconsultissima indignatione remittent,& nisi fuerint penitus excordes,manus etiam fortassis dabunt, cùm viderint se tot, & tam variis doctissimi viri rationibus conclusos & circunscriptos. Tu itaque mi senior optime atque iucundissime,hos libros ita leges,vt ab ingenio parum exercitato traductos memineris. In quibus si quid inconcinnius dictum offenderis, offendes autem plurima, imperitiæ interpretis imputes velim. Neque enim tantùm mihi arrogo, vt putem me eloquentissimum virum pari
E orationis luce transferre potuisse: immo verò non ambigo, quin illum sese longè inferiorem, in lingua nostra videri fecerim, cùm in sua, hoc est in Græca incredibili facilitate & vbertate fluat. Quibus ego in rebus illum, si vt erat optimi officium interpretis imitari nõ potui, tibi in primis pater optime imputare debebis, qui immemor virium nostrarum, eásque amore potius quàm ratione metiens, rem doctissimorum hominum ab imperito re quisisti. Ego enim cùm tuam istam iussionem mihi minimè spernendam, seu detrectandam arbitrarer,malui in me eloquentiam desiderari,quàm fidem.Esset enim profectò parum grati, & minimè officiosi animi, huiusmodi abs te iniunctum munus recusare, cùm Græcas ipsas, Latinasq; literas, tuo potissimum beneficio & auxilio sim consecutus. Cordi verò est, si hoc exercitationis genus gratum tibi esse cognouero, sicq; tua fuero authoritate confirmatus,gratiusq; otio nostro consulueris:nonnulla etiam eiusdem viri monumenta, sunt autem ferè innumerabilia,simili studio, ac labore conuertere, tuóque dicare nomini, vt hoc
vel minimo officio incredibili in me amori tuo satisfaciam.ita tamen,vt
pro isto qualicunque labore
meo, amplissimum semper orationũ tuarum
munus abs te reposci intelligas.

F iij DIVI

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, EPIscopi Constantinopolitani, aduersus vituperatores vitæ monasticæ liber primus. Ambrosio Camaldulense interprete.

CVm tẽplum illud peruetustum & percelebre, quod Hierosolymis fuerat, multis annis euersum, atq; solo adæquatum, longissima captiuitate redeuntes erigere, atque instaurare Hebræi cuperent: tum verò feri quidã, ac Barbari, immanésque homines, quos neq; tantę virorum cladis misericordia vlla subierat, ex qua serò se tandem, víxque receperant, neq; diuinæ animaduersionis metus admonuerat, quæ solet eiusmodi audaces, ac facinorosos euestigiò subsequi: primùm quidẽ per seipsos nitebantur, cœptę eos ædificationis studiis arcere. Cùm verò nihil proficerẽt datis ad regem suum literis, in quibus ciuitatem illam defectionis, nouarúmque rerum studiosam, ac bellicis rebus assuetam appellabant, persuaserunt tandem, vt sibi eiusce impediendi ædificij facultas omnis permitteretur. Hac igitur accepta potestate, cum ingẽti equitum manu viros adorsi interruperunt opus interim. Et elati, inquit, ea victoria gloriabãtur iniqua, si quid sibi cordis fuisset, ingemiscere, ac lugere debuerant, nihilque posthac eiusmodi molituros arbitrabantur: verùm id erat profectò exordium quoddam, atq; principium eorum quæ se protinus apprehensura erant malorum. Opus enim illud proficiebat indies, egregióque successu, & præclaro fine claudebatur. Tum interim illi dicerunt, ac per illos vniuersi, quòd non homines profectò oppugnare perrexerant, neque Mithridates modò tunc, aut alius quispiã, sed quisquis omnino eis hominibus aduersus, infestúsque esse maluerit, qui boni aliquid agere instituunt, ipsum potissimum qui per illos honoratur, deum oppugnare contendunt. Is autem qui aduersus deum bellare instituit, clementiori fine desinere nunquam penitus valebit, aut is qui eiusmodi est, initiò quidem facinoris, nihil fortasse patietur mali, deo illum ad pœnitentiam vocante, atque admonente, veluti ex quadam ebrietate resipiscere. Sin verò in hac amentiæ suę temeritate perstiterit, nihilque ex tanta clementia diuinę patientię fuerit lucratus, certè vel aliis summa conferet emolumẽta, pœna sua erudiens, atque admonẽs, nunquam prorsus vlla ex ratione aduersus deum pugnare instituere, quòd impossibile sit, excelsam illam inuictámque effugere manum: denique eiusmodi statim illos apprehensos inuoluerũt clades, quæ magnitudine sua tragœdias omnes vincerẽt. Post enim ingentem illam stragem, atque innumeras cædes, quas in illos eorum, qui tunc prohibebantur exercuere manus, madescebat altissimè cæsorum sanguine infecta humus, lutique plurimum ex eo cruore gignebatur. Corporibus autem equorum, atque hominum simul mixtis, eorúmque vulneribus inuicem se tangẽtibus, atque comprimentibus, tanta vermium, támque incredibilis multitudo gignebatur, vt cum terra multitudine cadauerum operiretur, hæc eadẽ rursus vermibus absconderentur. Diceret profectò qui tunc locum illum vidisset, non inferius subiecta mortuorum corpora, verùm fontes esse quamplures, plurimis ex locis emanantes genus illud animantium, adeò omni inundatione vehementius ex putredine illa exundãbat ingens vermium vis. Atque id non per dies decem, aut viginti factum est, sed per plurimum temporis. Et ea quidem quæ hic perpessi sunt, eiusmodi fuere: quæ verò illos in futurum manent, longè his acerbiora sunt, & diriora. Neque enim mille annis, aut decem millibus, non bis, tẽrque totidem, sed infinitis seculis, animata tunc corpora tormenta illa, cruciatúsque sempiternos sustinebunt. Quæ quidem vtraque, tum Esaias beatissimus, tum admirabilium visionum speculator Ezechiel nouit. Qui eiusmodi hominũ inter se distribuentes cruciatum, alter quidem præsentis temporis, alter verò futuri supplicia prosecuti sunt. Atq; ego horum non frustra, nec sine certa ratione modò mentionem feci. Nam profectus ad me quidam mihi admodum familiaris, nũcium attulit plenum amaritudinis, anxietatis, mœroris, atque ingentis aduersus deũ contumeliæ. Quosdam enim esse homines, qui hodiéque ferè eadem, ac prorsus simillima Barbaris illis facinora auderent, quin multò quoque immaniora. Eos enim qui ad philosophiam hortari pergunt, vndique exagitare, expellere, exterminare, eísque sub ingentibus minis interdicere, ne quid omnino tale vnquam aut loqui, aut docere aliquem præsumant. Hæc ego cùm audissem, vehementer commotus exclamaui protinus, eúmque qui ista prosecutus fuerat, solicitè, ac iugi interrogatione cõpellabam, ludóne, vt sæpe fit, an serió ista loqueretur? Minimè verò, inquit ille. Nunquam enim ioco ista confingerem, aut loquerer, quę plurimi redemissem, votísque omnibus exoptauissem, ne nunc quidem quando facta sunt vel sola aure percipere. Tum verò summo dolore affectus, atq; acrius ingemiscens: ista, inquam, profectò tanto sceleratiora eis sunt, quæ Mithridates, illíque omnes peccauerũt, quantò tẽplum hoc nostrum illo est purius, honestius, sanctius. Sed qui nam isti, queso te, aut vnde sunt, qui talia præsumunt? Vt quid, quáve ex causa, vel ad quem finem respicientes, lapides in sublime iaciunt, teláque in cœlum iaculantur, atque aduersus deũ pacis pugnare contendunt? Sameas enim, & Pharatei, & Assyriorum principes, omnésque reliqui & Barbari erant, quod ex ipsis nominibus manifestum est, & longè aliis quàm ludæi moribus degebant: nolebántque vicinos, adiunctósque sibi homines multiplicari, quum illorũ vires fore, vt suam potentiam obscurarent atq; deiicerent, arbitrarentur. At verò isti quánam sibi adempta seu imminuta libertate, quánam sublata quiete ac tranquillitate, quibúsve principibus nixi tale facinus admittere ausi sunt? Illi enim Persarum reges hæc fuere, quorum authoritate, atq; consilio ista gerebant: at verò nostri contraria his penitus, vt mihi quidem ipse persuadeo, & optant, & optant. Itaque vehemens me tenet hæsitatio, quòd regibus sub pietate degentibus, hæc tu tam nepharia scelera mediis in ciuitatibus fieri asseris. Quid verò, inquit ille, si hic quoque mirabiliora didiceris? Ipsi enim illi qui ista pertinent, & pios se videri volunt, & Christianos appellari. Plurimi autem ex his iam etiam initiati sunt. Audiui ego ex his quendam diabolico spiritu vehementer institutum, qui lingua sua illa iniquissima & que nepharia se à fide recessurũ, & idolis immolaturum dicere auderet: dirumpi enim se, ac penè suffocari

iracundia intuentem homines, liberos, nobiles, copiis omnibus locupletes, vitámque deliciis plenam degere valentes, ad hanc seueritatem vitæ, duritiámque propositi abduci, atque nolentes pertrahi. Tum ego his auditis, acerbiori atque diriori vulnere percussus sum, & ex hoc vno, mala iam omnia coniiciens, orbem simul flebam vniuersum, atque ad deum ipsum conuersus dicebam: Tolle animam meam à me, & de necessitatibus meis erue me, & ex hac vita morti obnoxia libera me: atque ad illum locũ transfer, vbi nec alius aliquis quicquam eiusmodi loquetur, neque ipse loquentẽ audiam. Noui equidem, quòd hinc excedẽtem exteriores excipient tenebræ, vbi fletus ingens erit, ac stridor dentiũ. Verùm mihi longè iucundius & gratius est, dentes audire stridentes, quàm ista verba resonantes. Videns autem me ille vehementissimè lugentem, ac animi mœrore confectum, non inquit, hæc modò tempus poscit: neque enim his lachrymis eos qui iam perierunt, & quotidie pereunt recuperare vnquam poteris, nec enim reor perniciem istam finem habituram. Magis verò quod nostrę partis munus est prouideamus diligenter, quatenus rogum istum extinguamus, finémque pesti tam immani statuamus. Quòd si mihi morem gerere volueris, his fletibus omissis, literis tuis eos omnes admonebis, qui eiusmodi sunt, quíque cõtra suam, cunctorúmque simul hominum salutem seditionis turbines excitãt. Atque ego hoc assumpto libro medicaminis cuiusdam vice eiusmodi hominibus legẽdum tradam. Sunt enim mihi ex his plerique coniũcti in amicitiis, qui patienter & semel, & bis, & sæpius perlegent: atque celeriter, vt certus sum, hac liberabuntur peste. Tu quidem, inquam, charitate tua vires etiam metiris nostras, mihi verò nulla ferè vis dicendi inest: & ea quę inesse videtur, in hac præsertim materia vti vehementer piget. Vereor enim cum cæteros, tum maximè gentiles omnes, quique modò sunt, & qui posthac futuri sunt, quorũ ego non segnius vitæ, morúmque negligẽtiam, quàm doctrinę peruersitatem semper arguere, & carpere solitus, timeo ne ipsi nostra per me modò doceantur mala. Nam si qui ex illis fortè persenserint, esse apud Christianos quoq; genus hominum adeò virtuti ac philosophiæ inimicum, vt non modò eius gratia laborare negligant, verùm nullum quidem vergobum de his fieri sinant: nec isto saltem insaniæ furore cõtenti, si qui hæc cõsulere vel loqui perrexerit, hunc exagitent, hunc vndique exturbent. Hæc, inquam, illi si compererint: vereor ne tandem homines quidẽ nos esse existiment, sed feras, beluas, ac portenta horrenda, humanæ formæ lineamentis adumbrata, dæmonésque iniquissimos, atque naturæ communis inimicos: nec de his modò qui rei sunt, verùm de vniuersa gente nostra hanc profectò sententiam ferent. At ille ridens, lachrymis ipse planè, inquit, ista dicas. Ego enim tibi tum opportunius longè narrabo, atque cõmodius, tẽque ista cura leuabo, quandoquidẽ tu vereris, ne ex verbis tuis id addiscant, quod dudum ex operibus ipsis vniuersi didicerunt. Nam velut nequissimus aliquis spiritus omnium simul animos occuparit atque repleuerit, per cunctorum ora hæc fabulæ, sermonésque vertantur. Siue enim in forum prosilias, siue in concionem offendes, aspiciésque vel in tabernis medicorum, vel in qualibet vrbis parte, vbi sedem habere solent hi, qui nihil operari volunt, ingentem risum ab omnibus moueri: risus autem huius, & comœdiæ ratio, ac materia omnis ex eorum quæ aduersus sanctos viros gesta sunt, iucunda ac festiua narratio. Vt enim generosi quidam, atque insignes bellatores, qui multas pugnas confecerint, hostésque sæpius fuderint, gesta sua fortia narrare gaudent: ita & isti in suis facinoribus gestiunt, hísque ornari se putant. Denique audies hunc dicẽtem: Primus ego manus in illum monachum inieci, eúmque verberibus affeci. Alius verò refert: at ego ante alios illius cellulam inueni. Econtrà alius: ego verò omnibus magis iudicem aduersus illum cõcitaui. Alius carcerem, carcerísque supplicia prosequitur, quódque per forum sanctos dei traxerit, laudis in parte cõstituit, alius item aliud: deinde simul omnes cachinno sublato super his gaudent, exultant, triumphant. Atque hæc quidem in confessibus Christianorum fiunt. Gentiles verò & hos irridẽt, & qui ab his irridentur: hos quidem quòd iniquè egerint, illos autem quòd malè affecti sunt, cunctáque prorsus quasi intestino quodam bello completa sunt: quin multò quoq; istud atrocius bellum, quàm illud est. Nam qui bellũ illud bellauerint, quoties eius postmodum illis in mentem venerit, eos qui id mouerunt, authorésque fuerunt ciuilis discordiæ, maledictis omnibus infectantur, maláque illis imprecãtur omnia, dæmoni cuidam iniquissimo cuncta, quæ in illo gesta fuerint, accepta referunt. Et ibi quidem tantò ampliore quisq; fustunditur pudore, quantò maius, quàm cæteri facinus aliquod admiserit. Isti autem suo scelere atque audacia se ornatos existimant. neq; idcirco tantum hoc bellum illo sceleratius, atq; funestius est, quod aduersus sanctos & innocentes viros, & qui neminem penitus iniuria lacessierint, fit: verùm quod aduersus eos fit, qui nulli nocere, aut malè facere nouerunt, parati verò tantũmodo parati sunt. Tum ego, cohibe, inquã, te quæso cohibe, satis enim eiusmodi narrationes, atq; nimium etiam hausimus. Efficiam profectò, quæ iussisti, si non omnino expirandum fuerit, síq; vel parum viribus resumptis, hinc abire licuerit: tu tantùm mihi nobis amplius eiusmodi enarres, sed abiens precare, vt dissecta atque dissipata mœroris nebula momenti aliquid, atque adminiculi accipiam ab illo qui oppugnatur deo, in eorum qui se oppugnant medicinam atque sanitatem. Dabit autem id penitus, quippe clementissimus cùm sit, malitque conuerti peccatores, ac viuere, quàm emori. Sic itaque illo à me dimisso, scribẽdi negotium hoc protinus arripui. Nempe enim si hoc tantum malum esset, atque in eo totius rei cardo verteretur, quòd sancti illi, atque admirabiles viri traherentur, affligerentur, excruciarentur, necarentur: denique abducti ad iudicia, atque cæsi, cæteráque id genus perpessi, quæ modò enarraui, nullúmque ex his detrimentum in eorum conuerteretur caput, qui eiusmodi facinorosi sunt, in tantum abesset, vt in his dolore aliquo, aut mœrore commouerer, vt etiam iucundissimè atq; vbertim riderem. Nam & infantes pueri quoties quidem sine suo periculo feriunt matres, risum illis velocissimum mouent: quantóque vehementiore cum iracundia percusserint, tantò maiore illas voluptate afficiunt, ita vt effundantur sæpius, atque incurrentur, & penè dirumpantur risu. Sin verò dum id iugiter infans, ac validius facit, vulnerẽtur aliquando siue acu circa zonam tunicæ matris affixa, siue gladio maternis pectoribus appenso, feriẽtis manum excipiente: tunc verò tunc omisso risu mater, maiore, quàm is qui vulneratus fuerat, atque acriore dolore constringitur, & interim quidẽ curat, fouet, atq; alligat vulnus: ex hinc verò maximis minis, ne quid iam tale agat, interdicit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gne rursùs patiatur eadem. Itaque & nos & idipsum fecissemus, si puerorum hanc esse iracundiam conspiceremus, aut esse hanc infantium plagam, nec summam, illis perniciem inferentem. Quoniam verò post modicum, & si ipsi modò non sentiant furore scilicet atque amentia præcipites, ingemiscent, flebunt, & lamentabuntur: nec eiusmodi fletũ flebũt, cuius infantes pueri, sed eum qui in exterioribus tenebris, ignique inextinguibili agitur: paria item matribus faciamus, hoc tantùm ab eis differentes, quòd nos non cum interminatione aut iniuria, vel cõtumelia, vt illæ faciunt, verùm blandissimè, summáque cũ lenitate, ac mansuetudine pueros istos alloquemur. Nẽpe quòd fãcti illi viri nihil ex huiusmodi lędãtur, nihilq; omnino detrimẽti patiãtur, quinimo & merces illis copiosior, & fiducia maior augeatur. Si quidem futura bona adduxerimus in medium, atque ex his trahere argumenta voluerimus, affatim fortasse ridebitis: quippe qui eiusmodi risum semper ex instituto vestro ridere soleatis: his tamen, quæ ante oculos sunt, quæ tenentur profectò creditis, etiam si millies ridiculosi esse perstiteritis: neque enim his fidem nõ habere poteritis, ne si volueritis quidem, rebus ipsis ita esse clamantibus. Neronem prorsus ex fama nouistis, vir enim impudicitia, sceleribúsque omnibus insignis fuit, primúsque ac solus in tanto imperij culmine, nouos quosdam lasciuiæ, flagitij, atque turpitudinis modos excogitauit, exquisiuit, inuenit. Hic itaque Paulo beatissimo (vno enim, eodẽmque tẽpore vitam istam agebant) eiusmodi ac prorsus similima crimina obiiciens his, quæ vos modò sanctis viris obiicitis. Pellicem enim eius, quam ille deperibat, atque in deliciis habebat, cùm induxisset fidei ac religionis sacramenta suscipere, persuaserat vnà incestum illum, impurúmque congressum declinare: hæc, inquã, ille crimina obiectans, corruptorẽmque nequam, flagitiosum atque nebulonem, & his similia, quę vos modò perstrepitis, Paulum vocitans, primum quidem coniecit in vincula: cùm verò puellæ eiusce monita, atq; consilia dare desineret, illi persuadere non posset, necauit tandem. Quid igitur ex hoc vel detrimenti ei cõtigit, qui passus est mortem, vel emolumenti ei qui intulit mortẽ? Imò verò quid non emolumenti fuit, tunc necato Paulo: quid non detrimenti necãti Neroni: Nónne vt præsentia tãtùm interim loquar, alter ex his vbique per orbem terrarum canitur, atque laudatur: alterius verò tanquam reuera corruptoris, perditissimíque ganeonis, dæmonísque cuiusdam ferocissimi nomen carpitur, probrisque omnibus apud omnes afficitur: ea verò quę in futurum contingent, etsi vos minimè creditis, propterea tamen, qui credunt, necesse est me dicere: quanquam ex his quę coram sunt, quæ videntur, illis etiam credere debueratis. Verùm vos quoquo animo ista acceperitis, dicentur à nobis, nec occultabuntur. Quęnam ergo illa erunt? Infœlix quidẽ ille & miserrimus, squalore, ac sordibus obsitus, confusionísque caligine repletus, mœrens, tristis, demissus, anxius, eò abducetur, vbi vermis immortalis est, ignísque inextinguibilis. Paulus verò beatissimus ingenti cũ gloria, atque confidentia, ad ipsum adstabit imperatoris soliũ, clarissimo fulgore radiens, tantáque amictus, ac tam insigni ciaritate, vt angelis ipsis atq; archangelis in nullo inferior sit, tantámque recipiet mercedem, quãtam recipere par est hominem, qui pro deo, deíque legibus, ac scitis, seipsum atq; animã suam deuouerit, exposuerit, dederit. Ita enim se res habet, parata quidẽ est his, qui se in rectè factis exercent, ingens præmiorum retributio: maior tamen ea fit atque auctior, quoties qui bona ista operantur, etiam pericula subierint, neq; fuerint vlla ignominia, vllóque dedecore, quò minus id quod rectè instituerant, prosequantur impediti. Nam & si rectè quodlibet factũ æquale sit eique qui sine labore perfecerit, honores tamen atq; honore pares profectò non erunt. Nam & in bello coronatur quidẽ qui signa contulerit, hostémque fuderit: longè tamen ille glorioſius, qui & vulnera præ se fert, per quę fusi hostes, victoriáque parta est: Quid autẽ hoc de viuentibus dico, quandoquidẽ & hi qui hoc tantùm dederint virtutis indicium, vt in bello præclarè occumberent, nihílque commodi, vel emolumenti ciuibus suis, aut patriæ morte sua pepererunt, tanquam rectores & conseruatores ciuitatum prædicantur vbique per omnem Græciam? Quanquam vos ista quoq; ignoratis, risui & deliciis dediti semper, & voluptatibus addicti: sin autẽ gentiles homines, nihílque ferè sanum sentientes, istud conspicari potuerunt, summísque honoribus eos prosecuti sunt, qui pro se, pro patria, pro liberis suis mortem obierunt, nihílque præstiterũt amplius, præter indicia beneuolentiæ, egregiæq; in patriam suam voluntatis: quantò magis Christus hoc faciet, eósque vbique, qui propter se periclitantur largissimis, effusissimísque munerum præmiis inaltabit? Nõ enim ille persecutionum tantùm, aut verberum, carcerisve, vel necis, aut cædis mercedem statuit: verùm nudę quoq; contumeliæ, verbísque iniuriosis præmia persoluit ingẽtia. Beati enim, inquit, eritis cùm vos oderint homines, & cũ separauerint vos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen vestrum, tanquam malum propter filiũ hominis, gaudete in illa die & exultate: ecce enim merces vestra copiosa est in cœlis. Si igitur & pati & audire, malè patiẽtibus atque audientibus præmiorũ incrementa cumulósque largitur: nõ istis sanè, sed eis qui malè & faciũt, & dicunt, verbis suis dei filius consultum voluit: his enim ferè etiam nocuit, mercedis illis partẽ maximam abscindens, causámq; ac materiam gaudiorum, clarissimarúmque coronarũ auferens. Quocirca hæc etiam omittere satius fortasse fuerat, ne quid instituti cœlestis æmulis detrimenti auferremus, ex quibus profectò incredibile est quanta, & quàm ingẽtes bonorum copias, quantúmque confidentiæ consequantur. Verùm, quia sumus inuicem membra, & si isti etiam oblatam gratiam suscipere abnuant, minimè conuenit, ita affectis, vt nos sumus, vnius mẽbri curam habere, alterum negligere. Nanque sanctis illis, & si modò minus affligantur, alia probitatis occasio suppetat, quæ & eorum virtus eluceat, & æternis præmiis afficiantur: istis verò nisi hac pugna desiterint, nulla iam salutis spes relinquitur. Itaq; nostris illis omissis, ad vos redeo, oróque & obsecro precibus nostris obtẽperetis, nec vltrà contra vosmetipsos, atq; in vestram pernicie, ferrũ impellatis, neu calcitretis aduersus stimulos, ne dum putatis mœrore homines afficere, spiritum sanctum contristetis. Scio equidem, & planè persuasum habeo, quia sententiam hanc nostram, atq; consilium, & si non modò, certè paulò pòst probabitis atque laudabitis. Cæterùm istud nunc malo vos facere, ac postmodũ id frustra faciatis. Nam diues ille quidem cùm hanc vitam degeret, prophetas & leges, legísque monita fabulas esse, & deliramenta quædam existimat: cùm verò vita excessisset, adeò in admiratione, atque honore eas habuit, quæ antea velut inania & friuola irrîserat, vt cùm planè

Nero.

Matth. 5.a

Lucæ. 16.c

cùm planè intelligeret, nihil se cõmodi ex eius laudibus consequi posse, patrem precibus orauit, vt aliquem ab inferis mitteret, qui ea quę ibi gererentur, in terris annũciaret: id scilicet veritus, ne & ipsi paterentur eadem, atq; scripturas interim sacras irridentes, tũc eas admirari inciperent, cum ex ea admiratione & honore nihil emolumenti consequi valerent. Et certè nihil ille tale egit, quale vos. Ipse enim etsi nihil ex suis communicauit Lazaro: non tamen eos, qui id agere vellet, prohibuit, aut afflixit, aut repulit, vt modò vos facitis, Neq; hinc modò illũ crudelitate atq; immanitate superatis, verùm aliunde quoq;. Sicut enim par ac simile facinus nõ est, nihil quempiã boni facere, & alios facere volẽtes prohibere: ita profectò simile nõ est, cibũ carni morituræ denegare, & eũ qui philosophiæ vehemẽtissimã patiatur esurię, ne ab aliis quidẽ pasci, ac recreari permittere. Itaque duabus ex partibus sæuum illum atque immanẽ diuitem crudelitate vicistis, quòd & alios prohibeatis famẽ restringere: quodq; cũ animam suffocari videatis, tãta ostenditis immanitatis indicia, vt ne aliis quidẽ opẽ ferre volẽtibus, liberè id per vos fieri liceat. Eiusmodi scelus aliquãdo Iudęi quoq; admittere ausi sunt, cùm apostolos ne viam salutis homines docerent, vehemẽter perterrere vellent: quos tamẽ & ipsos iniquitate transcenditis. Illi enim cùm se palàm profiterẽtur inimicos, vniuersa illa gerebãt: vos amicorum personam quandam, atque adumbratam assumentes imaginem, inimicis omnibus deteriora molimini. Verberibus illi, atque contumeliis tunc sanctos illos viros afflixerunt, infamiaq; & probris affecerunt, magos eos, atque seductores appellantes: verùm illos eiusmodi continuò corripuere clades, vt nulla iam penitus calamitas sit, quæ possit eorum casibus vlla ratione comparari. Itaque primi & soli ex omni hominum memoria ea passi sunt, quæ modò memorabim⁹.

Matth. 24.b

Atque horum certissimus prænunciator ipse Christus est, sic dicens: Erit vexatio magna, qualis ab initio seculi non fuit, neque pòst erit. Igitur ea quidem omnia quæ illi passi sunt, prosequi, non huius est tẽporis: pauca tamen ex multis strictim breuiterq; necessariò dicenda sunt. Verbis autem vtar non meis, sed Iosephi historiographi Iudæi hominis, qui eam historiam conscripsit diligenter. Quid ergo? & ille? Cum enarrasset incensum templum, communesq; illos casus enunciasset, ita intulit: Et templum quidem hoc in statu erat, eorum verò qui per ciuitatem fame occumbebant, infirita penè cadebat multitudo, atq; inenarrabiles cõtinebat clades. Nam per vnamquamque domum, sicubi ciborum vestigium vllum fortè appareret, bellum inerat, atque aduersum se inuicem manus conserebãt, qui hactenus erant amicissimi, ac infœlix animæ viaticum eripiebant, ne morientibus quidem, quòd cibo indigerent, fides habebatur: sed eos quoque qui animam efflarent, latrones perscrutabantur, ne quis fortè simulata morte cibum sinibus occuluisset. Alij verò fame inhiantes, canum instar rabie furentium, spe omni destituti ferebantur, amentia præcipites, atq; ostiis impingebãt, vt ebrii. Præ desperatione autem, & quòd aliquid semper inuenire se posse existimarent, in eandem domum vna horis terq; irrumpebant. Cuncta verò subigebat dentibus sæua necessitas, & ea quæ nec sordidissimis quidem, & brutis animantibus vsui fuissent, legentes mandebare sustinebãt. Ne cingulis quidem ipsis, atque calciamentis postremò abstinuerunt, scutisq; detracta coria mandebant. Esca autem, inquit, erat fœni laceri, quod reliquum inueniri poterat. Purgamenta item cuiusque rei nonnulli colligentes, minimum eorum pondus atticis quatuor vendebant. Et quid me necesse est famis improbitatem in rebus inanimis persequi? Opus vnũ eius enarrare pergo, quod neque apud Græcos, neque apud Barbaros contigisse vnquam memoratur, dictu horrendum, atque incredibile auditu. Atque ego ne viderer portenta confingere, calamitosissimum hunc casum libenter missum facerem, nisi plurimos eius haberem testes. Prætereaq; patriæ friuolam, & planè leuem gratiam referrem, si quæ rebus illa passa est, ea verbis supprimere atq; subducere historiæ conarer. Mulier quædam fuit ex his, qui supra Iordanem incolebant, Maria nomine, patre Eleazaro, castello Bethezo, quod significat interpretatum, domum hyssopi, genere & diuitiis insignis. Hæc vnà cum reliqua multitudine Hierosolymam confugerat, ac simul obsidebatur: cuius omnem substantiam tyranni diripuerant, quam secum domo asportauerat, atque in oppidum intulerat. Cæterùm reliquias recondítorum omnes, & si quid esculentum præparasset, ingressi quotidie satellites diripiebant. Dira autem atq; acerba indignatio subibat mulierem, ac frequenter cõuiciis, & maledictis omnibus raptores prosequens, cõtra seipsam magis irritabat: cum verò nullus eam, neque miserans, neque ira concitatus occideret, cibosq; alios inuenire laboraret, essetq; iam penitus difficile quicquã reperire, famesq; præterea per viscera & medullas serperet, ac fame ipsa vehementius ardens incitaret indignatio, iracundia simul & necessitate dictante consilium, naturam ipsam violare proficiscitur filiumq; arripiens (erat autem illi paruulus, & sugens vbera) infœlix, inquit, puer, cui nam te in bello, & fame, & seditione seruabo? Nempe enim à Rhomanis, & si vixerimus, seruitus nos manet: anticipat autem seruitutem fames, instant sæuiores vtrisque grassatores. Perge igitur mihi cibus esto, grassatoribus furiarũ tæda, omniq; mortalium generi fabula, quod solum Iudęorum calamitatibus deest. Atque hæc dicens, necat filium: indeq; illum coquens, ipsa dimidium comedit, partemq; reliquam operiens seruabat. Adsunt continuò grassatores, nephario nidore attracti, comminanturq;, ni quod parauerat, in conspectum daret, eam se statim necaturos. At illa cùm partem illis bonam seruasse se diceret, nati reliquias aperuit: tum illos protinus horror ingens ceperat, ac mentium stupor, atque ad aspectum ipsum diriguerant, & velut ænei defixi stabant. Tum illa: meus, inquit, est natus, isq; charissimus, meumq; istud opus est. Edite, quid cunctamini? nanque & ipsa comedi: nolite fieri neque mulieribus molliores, neque matre misericordiores. Quòd si vos reueremini, hostiamq; meã auersamini, siue opus execramini, ego quidem manducaui, quodq; reliquum est, mihi manebit. Pòst hæc illi quidem trementes exierunt: hac vna tantùm in re timidiores, eámque solam escam matri concedentes. Tanti statim sceleris fama ciuitas tota repleta est, eámque cladem, adeóque miserandum facinus sibi quisque ante oculos ponebat, idq; non secus, ac si ipse admisisset, abhorrescebat. His autem qui fame cruciabantur, mors votis omnibus expetebatur, eámque sibi nonnulli conciscebant: beatíq; cunctorum voce dicebantur, hi qui priusquam eiusmodi facinus audissent, aut vidissent, vita excesserant. Nec mora Romanis quoque ea calamitas annunciata est. Ex his autem partim non credebant, nonnulli rem miserabantur, plu-

De bello Iudaico libro. vij. c. vij. & viij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G tur, plúrimi verò in odium ipsius gentis etiam vehementius animati sunt. Hæc autem atq; his multò quoque atrociora illi passi sunt: non modò quia Christum cruci suffixerunt, sed quia postmodum apostolos ea lo
1.Thes.2.d qui prohibebant, quę ad salutem nostram pertinerent. Quod profectò beatus Paulus illis crimini dans, hæc eis prænunciauit euentura mala, dicēs: Peruenit enim super eos ira in finem. Et quid hæc, inquit, ad nos? neq; enim illos à fide abducim⁹, neq; à prædicatione. Quid enim, quæso, fides conferet emolumenti, si vita syncera non fuerit & pura? Verùm enim vos, & ista fortassis nescitis, quib⁹ nostra ferè omnia & ignota sunt, & inaudita. Itaque vobis necessariò Christi sententias sum matim numerabo: vos autem cautè & diligenter obseruate, vtrúmne semper de fide ac dogmatibus disputet, proq; his tātùm supplicia decernat, nisi integra seruentur: an verò vitam ipsam quoque, ac mores reprobos castiget aliquando. Cùm enim in montem conscē disset, videns innumeram circunfluentem, ac se circunstantem multitudinem, talia monita edebat: Non
Matth.7.c. omnis qui dicit mihi, domine, domine, intrabit in re-
H gnum cœlorum, sed qui facit voluntatem patris mei.
Ibidem. Item: Multi dicent mihi in illa die: domine, nónne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in tuo nomine virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis: recedite à me, qui operamini iniquitatem, non noui vos. Eum verò qui audit
Ibidem.d. sermones meos, & non facit, similem esse dixit homini fatuo, qui domum suam super arenam construit, eā ventis & fluminibus, & pluuiis labefactandam, ac diruendam parat. Item cùm alio in loco cōcionaretur:
Ibidē.13.f. sicut, inquit, piscatores cùm sagenam traxerint, malos pisces abiiciunt: ita erit in illa die angelis eos omnes, qui peccauerint in fornacem iactantibus. De flagitiosis quoque, & impuris hominibus cùm loqueretur, aie-
Marc.9.g. bat: Et illuc abibunt, vbi nec vermis eorum moritur,
Matth.26.e nec ignis extinguitur. Et rursum: Rex, inquit, fecit nuptias filio suo, & cùm vidisset hominem indutum vestibus sordidis, ait ad eum: Amice, quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dicit ministris suis: Ligatis eius manibus & pedibus, eiicite illum in tenebras exteriores. Impudicis
I ista, vt dictum est, & flagitiosis, atque impuris commi-
Ibidē.25.a. natur. Virgines quoque quæ exclusæ à sponsi thalamo fuerunt, propter crudelitatem atque immanitatem id passæ sunt: aliiq; rursus eadem ex causa eunt in ignem æternum, qui præparatus est diabolo, & angelis eius. Et hi quoque qui frustra, & sine causa loquuntur, puniēn-
Ibidē.12.c. tur. Ex verbis enim, inquit, tuis iustificaberis, & ex verbis tuis cōdemnaberis. Ergóne tibi videmur inaniter, ac sine ratione vitæ nostræ cautè, timideq; rationem habere, eiq; philosophiæ parti, quæ mores instruit propensius studere? Minimè equidem id puto, nisi fortè Christum hæc superuacuè dixisse velis asserere, atque his plura etiam: neque enim hic omnia insergere visum est. Quod nisi vererer librum prolixius extendere, & ex prophetis ipsis atque ex beato Paulo, aliisq; apostolis ostenderem profectò, quantum studij in hac parte emendandæ vitæ, morúmq; componendorum nos deus ponere voluit. Sed enim hæc arbitror posse sufficere, nec ista modò omnia, sed eorum vel minimam partem. Cùm enim deus aliquid dicit, & si non id amplius, quàm semel dicat, ea fide ac deuotione suscipiendum est, ac si sæpissime dixerit. Quid igitur, inquit aliquis, hi qui domi resident, reiq; suæ curam gerunt non
K ea poterunt perficere, quæ neglecta tantos cruciatus pariunt? Vellem equidem & ipse, neque segnius quàm vos: imò verò multò etiam studentius, & frequenter optaui: ac deprecatus sum tantum leges ac iura optima in ciuitatibus valere, vt nihil iam opus esset monasteriis, neque ad eremum confugere cuiquam necessitas instaret. Quoniam verò quæ suprà fuerunt infrà iam facta sunt, ipsæq; ciuitates in quibus & iudicia, & leges erant, omni iniquitate & scelere impletę sunt: solitudo verò philosophiæ fructus vberrimos germinat: profectò non illi in culpa sunt, qui hæc procella, & turbine se eximere atque seruare cupientes educunt, eísque ad quietis ac tranquillitatis portum duces fiunt: non, inquam, isti meritò à vobis culpari debent, verùm hi qui ciuitates singulas, adeò virtuti inuias, & inaccessas fecerunt, atque ad philosophiam penitus inutiles, vt qui salui esse cupiunt, non aliter id possint assequi, quàm si solitudines & deserta persequantur. Dic enim, quæso te, si quis noctis medio assumpta face domum incendisset magnā: ac multitudine hominum refertam, eos
L qui intus obdormirent, insidiis appetens: vtrum esse diceremus malum, atque suppliciis omnibus afficiendum, eúmne qui excitaret dormientes, & illis ædibus educeret, an eum qui initiò ignem illum succendisset, adeóque duram necessitatem, & eis ipsis, & illi qui eos educeret imposuisset? Quid autem illud, si quis vel tyranno violenter oppressam ciuitatem, siue aliàs intestino bello, ciuilibúsque discordiis ac seditionibus languentem intuens hortaretur quos posset, atque persuaderet, vt relicta ciuitate, reciperent se ad montiū vertices, nec persuaderet solùm, verùm ad eam fugam ipse etiam, quæ posset, adiumenta conferret: quem ex his insimulares, quem malè de omnibus mereri diceres? eúmne qui ab his turbinibus & tempestatibus ad serenissimum ac tranquillissimum portum eos homines, qui in medio æstu iactarentur, abduceret: an eos qui naufragia ista ac pericula parassent? Non itaque velim arbitreris melior in statu modò res humanas esse, q̄ ciuitatem tyranno incubatam, verùm longè in deteriori. Neque enim homo aliquis, sed dæmon quidam iniquissimus, tanquam tyrannus immanis atque atrox, cum vniuersis suis copiis ac phalange tota, vniuersum simul orbem occupans, in humanas animas grassatur.
M Demum inde veluti ex arce quadam, impia & scelerata quotidie edicta omnibus proponit, nec a modò matrimonia dirimens, siue pecunias aut mittens, aut ferens, aut iniquas tantùm exercens cædes, verùm longè his quoque grauiora atque diriora indicia tyrannidis præ se ferens. Coniunctam enim semel deo humanam animam, eius familiari conuernio subducens, atque flagitiosis immūdisq; satellitibus suis illudendam tradens, impuris illorum cōgressibus substerni cogit: qui postquam eam semel assumpserint, adeò illi turpiter congrediuntur, tamq; contumelioſè, quantùm credere par est nequissimos dæmones, vehementer atque immanissimè perditionem nostram atque turpitudinem desiderantes. Exutam enim omnibus virtutum indumentis, vitiorúmque pannis obsitam, eisq; sordidis, cōscissis ac putridis, quib⁹ profectò fœdior apparet, quàm si nuda esset, familiarique sibi impudicitia, & omni flagitio respergentes, ac penitus inficientes, illi fœdissimè omni contumelia illudere non desinunt: neque enim vllam satietatem nouerunt incesti huius scelerati⁊ concubitus. Cæterùm vt ebrij faciunt, qui cùm se multo mero ingurgitauerint, tūc maximè exardescūt, ac feruntur per vitia præcipites: ita & hi quoque tunc maximè insaniunt, eíque & vehementius instant, & ferocius insultant, cùm illa ad omnem turpitudinē abuti cœperint, compungentes vndique atque mordētes, venenaq; nequitiæ suæ in illam refundentes, nec prius desinentes, quàm in suum illam habitum, formámque transtulerint, vel corpore absolutam viderint. Quę nā ergo violenta dominatio, quæ captiuitas, quæ vastitas quæ seruitus, quænam in seruitute abductio, quod bellum, quod naufragium, quæ fames, aut pestis, quid horum denique his vlla ratione conferri possit, quin videatur esse leuissimum? Quis adeò dirus, quis tam ferus ac ferreus, quis ita brutus atque inhumanus, adeóque sine vllo misericordiæ ac doloris sensu, quin malit eiusmodi animam sic affectam contumeliis, sic vndique probris laceſſitam, pro virili parte flagitiosa iniuria, insanáque contumelia, abducere, liberare, conseruare, quàm sic destitutam negligere, præterire, relinquere? Quòd si id esset, vt est profectò immanis animi, atque lapidei: vbinam, quæso, illos statuemus, qui
B præter id, quod eiusmodi negligunt, aliud etiā, & quidem longè deterius scelus admittunt? Eos enim qui parati sunt mediis se periculis constanter obiicere, nec renuunt in ipsum ferę beluæ guttur manus demittere: quinimo & fœtorem omnem, atque pericula subire, vt absorptas iam ac deuoratas animas ex ipsis dæmonū faucibus educant, atque violenter extrahant, non tantùm non laudant, neque amplectuntur, sed impellunt quoque atque perturbant vndique. Quid ergo, inquit, aliquis, cunctine periere, qui vrbes habitant, ac vitę huius periculis iactantur, ipsisq; iam vrbibus dimissis atque desolatis, ad solitudines confugiendum erit, atque in ipsis montium vertic⁊ibus sedes nouæ collocandæ? tuq; ista iubes, ac te legislatorem profiteris? Minimè id quidem, sed contrà penitus: vt enim superius dixi, & vellem, & vehementer optarem, eo nos in statu rerū, eáque in pace degere, adeóque tyrannidem malorum horum omnium destrui ac dissipari, vt non modò eis, qui in ciuitatibus degunt, nulla necessitas incumberet occupandorum atque inhabitandorum montium: verùm hi quoque qui solitudines incolunt, veluti fugitiui quidam longo postliminio securi ac tuti, pacatis re-
C bus ad ciuitates suas remeare possent. Sed quid ago? Vereor nimiū, ne dum illos patriæ ac parentibus reddere studeo, nequissimorum dæmonum manibus tradam, dúmque solitudine & fuga abducere ac reuocare cupio, per me illi philosophia omni, quietisq; tranquillitate excidant. Quòd si tu mihi ciuitatum multitudines in medium adducas, hisq; quæ putes exoratū iri, atque in eam sententiam traducendum, vt putem deū parciturum multitudini, nec passurum in orbem vniuersum damnationis ferre sententiam, sumptis Christi verbis, aduersus obiectionem tuam stabo. Neque enim tam audax factum, tam nefarium facinus admittes, vt etiam aduersus eius sententiam, qui nos tunc iudicaturus est, assistas. Quid ergo ille inquit?
Matth.7.b. Angusta est ianua, atque ardua via, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam. Sin verò pauci sunt qui inueniunt, profectò longè pauciores erunt, qui ad summum eius peruenire possunt. Neque enim omnes, quíque illam initiò deprehenderunt, ad finem etiam profecti sunt: sed alij quidem in ipsis statim iniIbidem.20. & 22.b. tiis, nonulli itineris medio, plurimi verò in ipsum iam ferè portum inuecti, naufragium fecerunt. Rursus autem multos esse ait, qui vocati essent, paucos qui electi.

Cumq; ita Christus ampliorem quidem per omnium D partem esse asseueret, atq; in paucis salutem præfinitā dicat: quid tu pugnas aduersum me? Prorsus enim ide facis, ac si de Noë, & diluuio verba nobis facientibus Gen.6.& 7 admirareris, & an id fieri potuerit, vt omnes perirent, duóque tantum vel tres homines effugerint, interroga res: his tu rationibus ora nostra obstruere posse te putas, perinde ac istis persuasi, non ausuri simus aduersus multitudinem ferre sententiam? Sed enim id nunquā penitus efficies, nec persuadebis, vt multitudinem veritati in honore præferamus. Neq; enim his quæ tum contigisse memorātur, inferiora ista sunt, verùm multò funestiora etiam atq; sceleratiora: atq; eò magis, quò gehennæ istis intentatur ignis, & ne sic quidem vitia arcentur, neq; exciduntur. Quis enim, oro te, non fa- Matth.5.c. tuum appellat fratrem? leue id videtur, at igni sempiterno facit obnoxium. Quis non intendit impudicis Ibidem. oculis in mulierem? hoc autem consummatum adulterium, plenissimúmque flagitium deputatur. Is verò qui adulter est, quòd in gehennam ignis proiiciendus sit, omnibus profectò constat. Quis non deieraui? At E quin istud penitus ex malo est: quod autem à malo est, Ibidem.f. id à deo ætérnum parit cruciatum. Quis nunquam omnino amicis inuidit: Hoc verò publicanis ipsis, & gētilibus deteriores facit. Quòd autem eiusmodi effugere supplicia æterna non possint, ita omnibus liquet, vt non possit clarius. Quis furorem omnem, atq; iracundiam ex corde depulit atque abiecit, peccatáque omnium in se delinquentium remisit? At is qui non dimiserit, quòd æternis suppliciis adiiciendus sit, nemo qui Christum audierit, refragabitur. Quis non seruiuit mammonæ? Sed qui eiusmodi seruit, Christi seruitutem penitus abiecit: qui verò Christo seruire abnuit, salutem suam prorsus abnegauit. Quis occultè nulla Exod.21.& in aliquem maledicta coniecit? Eos sanè qui sunt eiusLeui.20.b. & Nume. modi, vetus quoq; lex concidi atq; interfici iubet. Sed 12.c. enim in tantis malis, tantísque periculis, quæ nos consolatio, quod solatium sustentat ac recreat? Quòd omnes veluti ex signo quodam, & condicto per vitiorum ac flagitiorum omnium abrupta feruntur. Misera planè consolatio, & eius quæ nunc obtinet pestis singulare documentum, argumentúmque præcipuum, quandoquidem id nobis malisque nostris solatium affert, F quod ipsum maioris mœroris, & complorationis materia esse debuerat. Neque enim multitudo in peccando sociorū criminibus nos, aut pœnis liberabit. Sinauautem aliquis ex his, quæ modò diximus, adducitur, vt sibi diffidat, ac penè desperet, is paulisper expectet, dū ea dicamus, quæ his multò diriora sunt, & tunc id lōgè patietur amplius. Nam si iurare diabolicum esse cō probatur, qui iuramenta etiā conculcar⁊, nec periurare metuunt: qua tandem animaduersione puniendi erunt? Si fatuum appellare fratrem, gehennæ flammas attrahit, quid hi patientur, qui eum probris & contumeliis innumeris, etiam innocentem, nullásque in Arias irrogatem affligere non metuunt? Si meminisse tantúmmodo iniurias, omni punitione dignum iudicatur: etiam vlcisci pergere, quantos cruciatus promeretur? Verùm hæc suo tempori & loco referuabimus. Vt enim alia interim omittam, hoc ipsum quod nos hæc scribere impulit, nónne vel solum sufficit præsentis, iámque obtinentis morbi pestem indicare? Si enim peccata propria negligere, quinetiam sine doloris sensu quotidie peccare extremus malitiæ terminus esse pro confesso habetur: vbi tandem istos nouos, nouæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Guæ huiusmodi atq; iniquissimæ ferendæ legis authores statuemus, qui maiori constantia, atq; fiducia fugant ac propulsant virtutum magistros, quàm faciunt malitiæ ac vitiorum alteri: eosq; multò ampliùs & violentius oppugnant, qui peccata emendare pergunt, quàm qui ipsi peccauerunt: Immo verò cum illis non nisi iucundè ac libenter vtantur, neq; criminenter aliquando istos vix vnquam lætius intueri possunt, quodammodo & verbis ipsis & operibus clamantes atq; suadentes inhærendum esse vitiis acerrimè, atq; ad virtutem nunquam accedēdum: quandoquidem non modò qui propensius ei operam dant, verùm si qui vel liberiori eam voce tueri audeant, eos omnibus incommodis afficiendos censent.

LIBER SECVNDVS, AD *gentilem atque infidelem patrem.*

SAtis quidem & ista esse poterant, quibus inciperetur stupor ingés, atq; horror. Quòd si qui super his prophetæ illud nunc loquatur: Obstupuit cœlum super hoc, & exhorruit terra vehemen-
Hiere.2.c. ter. Itémque, Stupor atq; horrenda facta sunt in terra.
H Ibidem.5.g. Opportunè & hæc, & huiusmodi cuncta prosequetur. Verùm id longè grauius atque acerbius est, quòd non modò alieni quidā, & nullo his quibus consulitur propinquitatis, nullo familiaritatis iure coniuncti, ita indignantur & fremunt, verùm ipsi quoque propinqui ac parentes super his irasci didicerunt. Tametsi non sum ignarus complures esse, qui patribus quidem ita affectis facilè ignoscendum putant, nec propterea vel de admirari dicunt: suffocari autem se ac penè dissipi iracundia, cùm videant eos, qui neque patres sunt, neque amici, neque propinqui, neque vlla penitus alia ex parte necessarij, quin & frequenter ignoti, aduersus eos qui philosophari instituunt hoc ipsum pati, atque ipsis patribus magis angi & dolere, eosq; qui illos hortati sunt, & ad eius vitæ amorem traduxerunt oppugnare, insimulare, ac maledictis omnibus persequi. Mihi verò longè alia mens est. Eos enim qui nullum paterni affectus priuilegium, nullum ius amicitiæ ac familiaritatis habent, alienis in bonis angi: nihil profectò nouum, aut mirum videri debet, partim inuidiæ stimulis concitatos, partim malitiæ suæ, atque vitiis aliorum perditionem solatio, & excusationi esse arbitrantes. Miserè id quidem & infœliciter arbitrantes tamen. At verò qui genuerunt, qui educauerunt, qui diebus singulis natos suos proficere, sibiq; ipsis & ad
I virtutem, & ad gloriam præcellere & cupiunt, & optant: qui propterea cuncta & patiuntur & faciunt, eos quadam veluti ebrietate correptos repētè mutari, angiq;, ac dolere vehementius, cùm ab se liberi ad philosophiam abducuntur: hoc profectò est, quod vnum omnium ego maximè admiror, quodq; omnia iam corrupta sint & perdita, satis firmum & validum argumentum esse duco. Hoc enim prioribus temporibus vnquam contigisse, nemo qui possit dicere, nec im quidē cùm latè dominaretur error: ac tum quidē semel memoratur in gentili & Græca ciuitate, sed quam tyranni inculc bant. Neq; tamen t n parentum aliquis, vt nunc, sed hi qui arcem occup uerant, ne hi quidem omnes, f qui horum erat flagitiosissimus: Socratem irridens, iubebat philosophiam tueri, atq; ad eam hortari desineret: verùm ille tyrānus perfid°, sæuus, atrox, & qui ad euertendam rempublicā cuncta moliebatur, alienisq; in malis acquiescebat & gloriabatur, cùm sciret nihil æquè, atq; talem iussionem optimum reipubli
K cæ statum posse peruertere, ic ausus est, quod ante illū nemo. At hi & fideles, & in ne institutis ciuitatibus, ac sub optimis legibus degentes, liberisq; suis consultū cupientes ea de sanctis viris loqui audent, quæ ne tyrannus quidem de his quibus dominaretur auderet, nec erubescunt. Itaq; horum gratia magis indignandū ac ferendum molestè erat, quàm aliorum admirandū. Idcirco & ego illos missos faciens, istos qui in primis cu m filiorum gerunt, loquar verius, qui curam gere re debuerant, non autem gerunt, leniter & summa cū moderatione alloquor: hoc ab illis primum bona venia impetratum cupiens, vti ne molestè ferant, neu indignentur, si quid vtile sit, quidve magis expediat illorum liberis nos melius scire dixerimus, quàm illosipsos. Neq; enim quisq; qui procrearit filium, quid etiā illi conducat docere eum poterit, etsi eiusce instruendi voluntas honesta non desit, quā elicit à natura insitus parentum singularis ad filios affectus. Ad id enim edocendum diligenter quid vtile sit, neq; procreando pater, neq; amando vnquam sufficeret. Nam si istud cō
L cederetur, nemo hominum certè patre melius nosse atq; conspicari posset, quidnam esset filio vtilius: sicuti ne in amando quidem filio nemo est, qui patrem superet, vel etiam exæquet. Quinimo ipsi quoq; patres ex his quæ studiosè agunt, hoc ipsum se ignorare confitentur, cùm ad magistros ducunt, cùm pædagogis instruendos tradunt, cùm plurimos cōsiliarios assumūt, quid quódnam vitæ propositum filio arripiendum sit, quive delectus habendus, & amicè & fideliter consulant. Id autem est item mirabilius, quòd dum de filiis consultant, dum familiari colloquio quid sentit quisq; in medium adducit, illi nonnunquam suam irritantes aliorum sententiam ratam esse, atque obtinere voluerunt. Itaq; ne nobis quidem succenseant, neq; indignē tur, si quod eorum liberis vtile futurū sit, nos illis melius nosse dixerimus: verùm nisi id certa ratione constiterit, tunc accusent, tunc affligant, tunc probris appetant, veluti reuera perditos & flagitiosos, ac naturæ totius inimicos. Quōnam ergo modo istud manifestū erit, aut qua ratione scire certius poterimus quis nam sit, qui quod vtile sit planè prospiciat, quisve qui prospicere quidem sibi videatur, nequaquam verò prospiciat? Si vtrorumq; rationes pugnantium in morem ad
M examen iudicij descendere, atq; congredi cominus cogamur, permissa omni de hisce iudicādi facultate incorruptis, integerrimisq; iudicibus. Itaque lex quidem certaminis nostri Christianum exui ad pugnam iubet, atque cum illo solū modo certare, qui sit eiusdem religionis cultor, nihilq; amplius requirit à nobis. Quid enim ad me attinet eos etiam qui foris sunt iudicare? 1.Cor.5.d. sit beatus Paulus. Verum quia sæpe contingit, vt pluri mi ex his qui ad cœlum pertrahuntur, filij gentilibus atque infidelibus patribus sint, quanquam lex certami nis nos contra huiusmodi dimicare non in eat, sponte tamen ipsi, summaq; alacritate aduersus istos primùm pugnare aggrediemur. Atq; vtinā aduersus istos tantūm nobis certamen indiceretur, quanquā ipsum quidem perdificile est, plurimaq; habet capita. Animalis enim homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei, stultitia quippe illi est. Pro usq; idem facimus, ac si ali Ibidem.2.d
quem hortari vellemus, vt cœleste regnum appeteret, qui antea credere an id esset, aut quidnam esset, renuis set. Sed tamen cùm tantis angu tiis coarctatus sim: sic quoq; aduersus istos tant hoc nihi certamen indici vehementer

A vehementer optarem. Nam si ad infidelem aliquē hic mihi sermo instituatur, er t mihi iura complura, bonitasq; causæ adiuuabit plu mū, etsi eam victorię meę voluptatē obscurat, & obruit magnitudo verecundiæ. Suffundor enim vehementer, si aduersus illum quoq; me pugnare necesse sit, vereorq; ne hoc crimen tantūmodo gentilis mihi possit obiicere: nam in reliquis illum, & quidem facilè suffragante gratia diuina capiemus, atq; si voluerit esse non ingratus, citò illum non modò ad amorem huius vitæ traducemus, verùm ad ipsius quoq; doctrinæ, ac religionis desiderium, à qua vita illa initium & materiam sumpsit. Tantùm verò abest, vt certamen aduersus illum subire metuam, vt cùm id primum durius, atque difficilius mea oratione constituero, tum demū pugnare aggredi instituā. Fingamus nempe patrem istiusmodi non modò esse gentilem, sed nobilem quoq;, & vltra omnes homines locupletem, insignem, singulari potentia præditum, habeat agros plurimos, ædes permultas, auriq; innumera talenta: sit præterea clarissima patria & regia, illustrissimo genere, neq; habeat alios liberos, neque habiturū
B speret: sed huic soli innitatur, & ex hoc solo pendeat. Qui & ipse sit summæ spei, eoq; ingenio, natura industria, vt ad imperia, & ad magistratus maturè ascensurus expectetur, patremq; ipsum & splendore, & gloria breui superaturus, omnibusq; vitæ commodis longius antè iturus. Tum verò in medio tantæ spei, & expectationis accedat aliquis ad illū, atque de hac ei philosophia verba faciēs, persuadeat vt spretis illis omnibus, vestem se rusticā induat, & relicta vrbe ad montē confugiat, ibiq; plantet, inserat, riget, aquas ferat, cæteraq; monachorum faciat opera, quę & vilia, & indigna esse videantur. Incedat præterea discalceatus, & humi iacens quiescat, efficiaturq; pallidus, gracilis, ac macie cōfectus decorus ille adolescēs, qui tantis antea in deliciis & honoribus degebat, tantæq; spei signa præ se ferebat, viliusq; etiā quàm seruī sui vestiatur. Num satis multas accusatori occasiones dedimus, satisve aduersarium armauimus? Præbeamus illi alias quoque, si satis adhuc instructus non est: præter ista enim quæ dicta sunt, omnia moueat pater, cūctaq; moliatur, vt dis-
C suadeat filio, atq; ab arrepto illū instituto reuocet: sed incassum suadet: vtpote cùm ill supra petrā collocatus sit, & fluminibus, & pluuiis, & ventis cedere nō norit. Lamentetur, & lugeat, atque lachrymas emittat, vt indignationē omnium aduersum nos magis incēdat. Circumeat iugiter mœrens, afflictus, sordidatus, omnesq; prensans, contra nos huiusmodi accusationem commoueat. Filium ego genui, & enutriui, etatēq; omnem in ærumnis contriui, contra ea & gerēs & patiēs quæ ex hac educatione liberorum solent accidere. Spē de illo optimā habui, pædagogos accersiui, magistros obsecraui, pecunias impendi, vigilaui sæpissimè, curam gerens ingentem, vt quàm ornatissimus atque eruditissimus euaderet, vt in nullo maioribus suis esset deterior, vt omnibus appareret illustrior & clarior. Expectabam hūc senectuti meæ solatio, & adiumento fore, processuq; temporis de vxore, splendidissimoq; matrimonio tractabam, de imperio, de magistratibus, & insigni potestate cogitare cœperam. Cùm repentè tanquam fulmen, aut procella ingēs, nescio qua parte irruens pretiosissimā nauem, multisq; oneribus refertā, quæ plurima pelagi spacia confecerat, ac secundis ventis nauigabat, cùm iam ad portum propinquaret, parū ante ipsum ostiū submersit: metumq; non modò extremæ paupertatis, verùm acerbissimæ mortis, ac perdi- D
tionis eius capiti, qui ista parauerat tempestas illa sæua circūdedit. Sic sic profectò mihi nunc cōtigit. Nāque execrabiles illi, flagitiosi, perditi nebulones (dicat enim hæc, atque huiusmodi cætera, nihil illi succensebimus) tantæ spei filiū senectutis meæ custodem, & nutritorem veluti latrones quidā immanissimi mihi repentè subductū in speluncas suas abduxerunt: adeoq; illum suis carminibus excātaherūt, vt eligat magis aduersus ferrum, ignē, bestias, aduersus omnia deniq; fortiter, ac summa constantia persistere, quàm ad priorē prosperitatē, prioresq; copias remeare. Quódque his durius & grauius est, illi ipsi qui hæc persuaserunt, melius se quid sit vtile scire, atque intueri profitentur, q̄nos. Desertæ iam domus, desolati agri, ipsiq; agricolæ, ac serui luctu, ac mœrore pleni sunt, Exultant in malis meis inimici, pudoréque operiuntur amici. Apud me autē nulla sententia obtinet, nisi vt iniecto igne cūcta simul exurā, ædes, agros, armenta boum, greges pecorum. Quò enim mihi iam hæc vtilia sunt, cùm ille nō adsit, cuius vsibus parata erāt, captiuus scilicet abductus, atque apud Barbaros crudelissimos seruitutē ser- E
uiēs, omni morte duriorē atque acerbiorē? Amictu nigro seruos omnes operui, cunctámque familiā. Aspersi cinere capita mulierū, choros instituī, iussíque dirius atque amarius plangere, quàm si mortuū vidissem. Date veniā hæc facienti mihi, hic mihi luctus longè illo maior, diuturnior, grauior. Iam mihi ferè lux ipsa molesta est, ipsósque Solis radios ingratè suspicio. Quoties enim in mentē venerit infœlicis illi habitus: quoties vilissimis illis rusticis inhonestius illū amictū video, atque ad opera viliora cōuersum: quoties inflexū eius, immobiléque propositū, vtque nulli cedat deside rio, vror, disrumpor, distrahor. Hęc atque eiusmodi dicens, prouoluatur etiā audientiū pedibus, aspergat cinere caput, deturpētque puluere facie, canitiem vellat, omnésque prehendēs oret, se vt adiuuent, ac porrigāt manum. Satis puto diligēter accusatorē expressimus, atque instruximus ad commouendā auditoribus omnibus vehementem iracundiā, & ad persuadēdum, vt eos qui horum causa sunt, per præcipitia deiectos exterminent: atqui nos idcirco ad has supremas angustias oratione nostra prouecti sumus, vt cùm is qui ita F
venerit paratus, diuina gratia superatus fuerit, iam nemo nobis obstrepat. Cùm enim is, qui ista omnia quæ prædixi, simul habet, conuictus fuerit, atque obmutuerit, & is quoque qui omnia non simul habet (neque enim facilè cuncta ea conuenire possunt) nobis iam de victoria concedet. Hic itaque & ista, & his plura etiā loquatur. Ego in primis iudices orabo, atque obsecro, ne modò misereantur senis huius, sed hanc misericordiam differant in extremū, cùm illum ostenderimus lugentem filiū, in nullo quidem violatum, nihilque penitus perpessum mali, verùm contra etiā maximis potitum bonis, eisque tam insignibus, vt excellētiora nō possint reperiri. Tunc enim profectò miseratione, & lachrymis dignus iudicandus est, cùm nati fœlicitatē, secundósque successus, ne conspicari quidē possit: tantúmque abest, vt ea intuitur, vt sic in maximis profectibus, tanq; in summis eius malis lamētetur. Quòdnā ergo erit nostrę orationis exordiū, aut vnde potissimū inchoabimus? Ab ipsis planè opib°, atque pecuniis. Nā & ipse maximè omniū hoc vnū lamentis omnibus, omnique cōploratione prosecutus est, idque sibi videtur esse acerbissimū, si diuites filij pertrahantur ad hāc duritiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

G duritiã vitæ, atq; propositi. Dic ergo, quæso te vtrum omnes beatũ dicimus, atq; inodiosum, & planè fœlicissimũ: eúmne qui siti semper æstuat, quiq; antequã priorem calicẽ sorbuerit, rursus alio indiget, atq; semper in hoc perseuerat statu: an eũ qui superior ea necessitate constitutus, sine siti semper durat, nunquã penitus vlla potationis necessitate cõstringitur? Nónne alius quidẽ his, qui graui febriũ ardore cruciantur, simillimus videtur, atq; violentissimæ necessitati addictus, etiamsi ex fontibus haurire purissimos atq; vberrimos latices possit: alius verò vera profectò libertate liber est, veraq; sanitate sanus, ipsamq; naturam excedit humana? Quid illud: Si quis adamaret mulierem, eiq; congredi retur iugiter, verùm maiore post concubitum illũ flagraret ardore: alius verò persisteret hac insania liber, & ne in somniis quidẽ vnquam hoc malo caperetur: quis rursus felix & beatissimus videretur? nónne iste? Quis cõtrà infœlix, & miserrimus? nónne is qui nouo hoc amore languet, qui nunquam possit prorsus extingui: quinimo excogitatis quoq; remediis magis, magisq; succẽditur? Sin autem præter ista, quæ dicta sunt, etiam ex ipso morbo suo se beatũ dicat, nec curet ipse, H nec velit ea necessitate liberari: quin eos quoq; lamentetur, & lugeat, qui iam ea peste liberati sunt, vt iste nunc facit: nónne hic quoq; miserabilior erit, atq; infœlicior, non tantùm quòd morbo illo & peste detinetur, verùm quòd ne idipsum quidem quòd langueat nouit: propterea q; nec ipse liberari valet, & eos qui iam liberati sunt, luget? Reducamus igitur hanc orationem nostram ad pecuniarũ possessionem, inspiciamusq; quis re vera miser, quis infœlix sit. Illis nẽpe amoribus iste & vehementior, & insaniæ propior est: non idcirco tantùm quòd molestiores habet faces, verùm quòd ad excogitata quæq; solatia inflexus perdurat, duriorq; ex illis, atq; acerbior efficitur. Citius quippe hi qui & potum, & corpora amant, postquam his potiti fuerint, satietatem sument, quàm qui diuitiarum insanis amoribus flagrant. Quocirca illos nostra oratione effingere necesse fuit, quòd non facile sit, neq; in promptu illorum documentũ: huius autem pestis multa possumus exempla afferre. Nam, quæso te, idcirco lamentaris, & luges filium tuum, quòd hac tanta vesania, tamq; desperato morbo liber euasit? quòd hoc irremediabili, insanoq; amore caruit? quòd bello hoc, & pugna mansit immunis? At id nunquam passus ille fuisset, inquies, neq; plura concupiscet: verùm his quæ haberet contẽtus, nihil inquisisset amplius. Rem quidem dicis impossibilem, ipsiq; (vt ita dixerim) naturæ contrariam. Verùm si istud quoq; concedamus fieri potuisse, vt ea esset moderatiæ animi, vt his quæ haberet nihil vellet adiicere, nec vllo vnquam eiusmodi mœrore caperetur: ego sic quoq; illũ maiori modo in quiete ac voluptate commorari docebo. Quid enim leuius aut trã quillius esse censebimus, tantisne, tantarumq; rerũ curis implicari, eiusmodiq; custodiæ, ac seruituti obnoxium, & obstrictum fieri, quotidieq; solicitè metuere, ne quid rei familiaris pereat: an verò his curis, atque vinculis omnino expediri? Nam etsi sarcinas alias nõ appetat, vt interim id concedamus: nónne multò melius, multóque præstantius est, iam impositas abiicere, quàm ab eis ipsis opprimi? Deniq; si, vt cõcessum est, maximum bonũ elicitur, plurimis nõ indigere, minimisq; contentũ esse, necessitate omni cessioré euadere, maioris profectò fœlicitatis erit. Is enim qui neq; sitit vnq̃, neq; amat (nihil enim me prohibet rursus ad eadem exẽpla redire) multò profectò beatior, multoq; glo- K riosior esse monstratus est, ó modò eis qui semper sitiunt, ac semper amant: sed eis quoq; qui quantũlibet parũ id passi sunt, suæq; concupiscentiæ satisfecerunt, cũ ipse nunquã eiusmodi necessitati se subdiderit. Percontabor autẽ te rursus, si diuitiis vltra omnes emineret, cũctisq; eis malis eximi, quæ solent illę pârere, liceret: ergóne nõ incredibiliter optares ea pace ac trãquillitate frui, vt non inuidiã, non calũnias, non insidias, nõ curas, nõ quicq̃ aliud eiusmodi ab vllo prorsus hominum patereris, aut pati formidares? Quòd si filium tuũ hæc omnia habere mõstrauero, atq; longè etiã esse ditiorẽ: quiescésne tandẽ te lamentis ac suspiriis adeò amaris cõficere, tãq; diris gemitibus abstinebis? Nẽpe absolutũ eũ curis illis, ac malis reliquis quæ solẽt opes è vestigio subsequi, ne tu quidem ipse negabis. Idcirco nec nos ad te de ea re verba facere necesse est. Studes autẽ id magis addiscere, quónã modo ille diues sit, ac te ipso qui tã multa possides longè opulẽtior: hoc ego modo te docebo, ostendamq; te si illi cõpateris, id pati, quod illũ pati arbitraris, atque extrema in paupertate degere. Nec modò me cœlestia bona persecuturũ putes, quæ nobis post huius excessum vitæ reddẽda sunt. L Ex his quę sunt in manibus, quę tenẽtur, te interim docebo. Nẽpe enim tu eorũ tantùm, quæ possides dominus es: ille verò omniũ quæ sunt in toto orbe terrarũ. Sin verò tu minus credis, agè te ad illũ adducamus, ac persuadeamus, vt de mõte descendẽs: magis autẽ illic residens, alicui ex his, qui & diuites valde, & religiosi sunt, mãdet, sibi mittat auri pondus quantũ ipse vis: sine quia istud nõ pateretur, illi vel illi indigẽti dare iubeat, videbis diuitẽ illum sibi deuotius, alacrius, promptius obaudientẽ, quàm faceret nutu tuo quiuis ex dispensatoribus tuis. Nã hic quidẽ cum aliquid iubetur impẽdere, mœrens, tristis, demissus id facit: contrà, ille cùm nõ impẽderit, tunc demũ maximè trepidat, atque anxius est, ne fortè in aliquo offenderit, quòd sibi eiusmodi nihil imperetur. Atque ego plurimos tibi possẽ ostendere, nõ modò ex eis qui excellentiores sunt, verùm ex humilioribus quoq;, qui tãta hac potestate sunt prædíti. Atqui tu siquidem villici tui sibi credita malè absumpserint, aliũ nõ habes à quo petas: verùm illorũ peruersitate ex diuite cõtinuò pauper efficeris: at filius tuus nil eiusmodi metuit. Siue enim ille, cui prius imperaueras diuitiis excidat, imperabit alteri: siue is quo- M que aliquid tale passus fuerit, ad alterũ se cõuertet. Prõdenique deficient fontium latices, atque siccabuntur, q̃ qui nato tuo nõ obtemperet imperanti. Quòd si nobiscũ in religione cõcordares, enarrassem tibi profectò multas, ac longas, nouásque & veteres eiusmodi historias. Verùm quia te gentilẽ profiteris, gentiliúmque doctrinis acquiescis, ne hinc quidẽ exempla deerũt, audi deniq; apud Platonẽ quid ad Socratẽ loquatur Crito: Tibi quidem sunt meæ pecuniæ, vt equidem reor, satis multæ: sin verò tu quid mei curã geras, idcirco te mea tibi abstinendũ censes: at hi qui adstant, suã quisque impendere parati sunt. Intulit quippe in hoc ipsum pecuniam ingentem Simias, paratus est Cebes quoque, alij item permulti: itaque vt antea dicebã, noli vllo horũ metu lassescere, tuámque sententiam quin tuearis, negligere. Neque verò id quòd potiùs ante in iudicio dicebas, molestiã tibi vllã, aut curã pariat, quòd scilicet profecturas à nobis nõ haberes, quatenus te ipso vterere, quibusve vsui esse posses. Multis enim & aliis in locis, quocunque tu tandem proficiscare, amabunt te, atque obseruabunt

A obseruabunt plurimi. Sin autem volueris & in Thessaliam pergere, sunt mihi & pleriq; illic hospites, qui & te plurimi facient, & tutum esse ab omni iniuria præstabunt. Quid hac suppeditatione iucundius dici possit, aut gratius? Verùm ista quidem, vt ad hominem seculo obnoxium sunt dicta. Quòd si subtilius atq; diligentius nati tui opes discutere velimus, tu quidem fortasse nõ assequeris intellectu quæ dicimus. Ea tamen ad iudices necessaria dicenda sunt. Tantę enim sunt virtutis opes atq; copię, adeoq; quàm vestrę dulciores atq; amœniores: vt qui has habuerint, nunquã eas velle possint cum vniuersa terra cõmutare, ne si illa quidem aurum fiat cum mari & fluminibus, & montibus: atq; si fieri id posset, didicisses profectò ex ipso experimento, quòd non iactantiæ, & leuitatis verba loquimur: sed maiores quoq; illi, copiosioresq; diuitias negligerent ac spernerent, vt eas possent adipisci, nunquanq; prorsus istis illas commutarent. Et quid ego dico, commutarent? Ne cum illis quidem, has habere vellent. Et certè si qui vobis vnà cum pecuniis virtutis conferret opes, obuiis eas, supinisq; manibus susciperetis. Adeò ipsi B quoq; eas diuitias & magnas, & admirabiles esse confitemini. Contrà, isti ne cum suis quidem opes vestras habere dignabuntur, adeò rem esse cõtemptibilem, ac penitus abiectam norunt, atq; hoc ipsum rursus exemplis vestris perspicuum faciam. Quantum enim pecuniarum Alexandrum Diogeni daturum putas, siquidem ille voluisset accipere? Sed noluit. At ille nixibus totis contendebat, cunctaq; moliebatur, vt huius virtutibus propius accederet. Visne aliunde quoq; & tuam inopiam, & nati tui copias cognoscere? proficiscere ad illum, eiusq; pallium quod solum habet, illi aufer. Educ item ex cellula, atque ipsum eius tugurium destrue, ne sic quidem illum indignantem, aut dolore aliquo cõmotum penitus videbis: verùm aget tibi gratias, idq; tantò magis, quantò illum ad philosophiam amplius impellis. Abs te verò siquis vel decem drachmas tulerit, ingemiscere, flere, lamentariq; non desinis. Quis ergo diues existimandus est, quis beatus: isne qui vel minimis mordetur, an qui mortalia cuncta simul despicit? Neq; id tãtùm facias quod dixi, verùm omni quoque illum prouincia deturba, videbis tutum, hilarem, atque ita ridentem, ac se ludẽs pusio feriret. Te si quis vel sola patria & genitali solo exturbet, acerbissima C perpessum conquereris, neque eam calamitatem ferre poteris. Enimuero ille quippe terræ, marisq; dominus ita facilè, sicq; sine mœrore & gemitu migrabit ad alia vt facis tu cùm per agros tuos incedis, quin longè etiã facilius. Nam tibi & si per tua licenter incedis, tamen per aliena quoque necessariò incedendum est. At verò terram ille omnem, vt propriam obambulat, eiq; potum vndique largissimum suppetunt stagna, fontes, amnes: cibum verò & olera, & virentes herbæ, multisque ex locis panes aduecti suppeditant. Nondum enim id dico, quòd terram ipsam omnem aspernatur, habẽs in cœlo ciuitatem. Sin autem sibi moriendum fuerit, lætius atque iucundius feret occubitum, quàm vos delicias vestras: atque ita mori magis optabit peregrè, quàm vos in patria & lecto. Sicque ille erit planè vagus, fugitiuus, palabundus, qui vrbem incolet, & domũ habet, non qui his omnibus aliber euasit. Neque enim illum vnquam de patria potueris educere, nisi ex terrarius vniuersa propuleris. Ita enim interim loquamur. Nam vt verissima ratione constat, tunc eum maximè in patriam reduces, cùm terra penitus deduxeris: vD rùm id nondum ad te loquemur, neque sic agemus tecum, qui nihil eis quæ vident, amplius nosti. Neque verò nudum eum poteris ostendere, donec amictus fuerit virtutis indumentis: neque fame vnquam perimes, quandiu qui sit verus cibus, agnouerit. Cæterùm his omnibus diuites capiuntur facilè, atque perturbantur. Itaque ista quoque ratione non peccabit, qui hos quidem pauperes, ac prorsus inopes dixerit: illos verò etiam ad omnem copiam locupletes. Nam cui cibus & potus, & domus, & requies vbique suppetit, nec modò in eiusmodi non ingemiscit, aut mœret, verumetiã quàm vos in vestris iucundius degit: liquet prorsus eũ vobis omnibus diuitibus esse ditiorem, qui ista in ædibus vestris tantùm inuenire potestis. Quocirca nec inopiam ille vnquam lugebit: neque autem ista victus facilitate, & copia, & voluptate tantùm diuitiæ istæ præstantiores sunt, verùm ob hoc ipsum quoque, quòd neque capi aduersis vllis possunt, neque in paupertatem aliquando decidere, neque subiectæ sunt incertis vllis casibus, neque curis aguntur, neque liuore capiũtur, sed admirationem omnem, & laudes, ac famam E præstantissimam merentur. Atqui in vobis contraria his penitus aspicimus. Non modò enim vos non laudant diuitiarum gratia, verùm hac maximè ex causa & oderunt, & execrantur, & inuident vobis, atque insidiantur plurimi: hic verò quòd veris diuitiis beatus sit, idcirco summæ admirationi omnibus est, nec propterea inuidia, vel insidiis vllis appetitur. Verùm enim quis ad sanitatem, & salubritatem aptior? nónne qui virtuti studet, eísque diuitiis beatus est agrestium instar animantium & viuit, & viget, ac vegeto corpusculo est: quippe qui & purissimo fruitur aëre, & saluberrimis vndis, & pratis, & floribus, & odore integerrimo atque gratissimo: hic verò veluti in cœno iacens, & mollior est, & imbecillior, & morbis omnibus magis obnoxius? Sin autem in sanitate primas iste partes tenet, liquet profectò quòd & in voluptate. Vtrum enim tu magis existimas in deliciis degere, cúmne qui super viridi accumbit, atque altissimo fœno ponè fontem lucidissimum sub vmbra densarum, comantiúmque arborum, oculósque pascit obtutu, puriorem ipso cœlo, nitidioremque animum possidens, omniúmque rerum perturbatione ac tumultu longissimè remotus: an verò eum qui in ædicula incluſus manet? Profectò F an verò eum qui in ædicula incluſus manet? Profectò enim nec nitenti ære puriora sunt marmora, nec vmbra tecti frondeis vmbris est gratior, nec lapilli vlli vel lateres pauimento variis vestito floribus amœniores: atque horum omnium vos diuites testes estis, qui si fieri posset in ipsis tectis habere arbores cupitis, & prata, & pensiles hortos, horúmque solatia profectò malletis, quàm aurea tecta, parietésque mirabiles. Denique quoties ex laboribus in requiem relaxare animos cupitis, his omnibus omissis, ad illa properatis: verùm tu fortasse pro gloria quereris ingenti illa atque singulari, quasi nusquam hic locum habere videatur. Regiam enim solitudini conferens, atque spem rei vtriusque imponens, è cœlo ipso filium tuum decidisse arbitraris. Id igitur in primis ostendendum ac docendum, vt neque solitudo faciat ignobilem, neque regia clarum & illustrem: atque antequam ad rationes veniamus, exemplis istis hac te suspicione liberabo, exemplisque potissimum vestris. Dionysium fortasis accepisti Siciliæ tyrannum, audisti & Platonẽ Aristonis filium. Quis horum igitur insignior fuit, aut clarior? quíve vbiq; canitur, ac per cunctorum ora celebratur? Dionysius tyrannus. Plato.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G bratur? Nónne philosophus tyranno amplius? atqui ille quidem insulæ totius potiebatur, atque in deliciis degebat, ingentibus copiis, lictorum agminibus stipatus, reliquo quoque cum apparatu regio diutius vixit: hic autem academiæ in hortis morabatur, plantans, inserens, aquas irriguas ducens, oleásque comedens, ac vilissimam apponens mensam, omnique splendore regij illius apparatus immunis. Quod cùm sit profectò mirabile, id omnino mirabilius est, quòd seruus effectus, atq; ad tyranni sententiam venditus, intantum abfuit, vt illo propterea aut abiectior appareret, aut vilior, vt ipsi quoq; tyranno ex hoc & famam, & claritudinem tradiderit. Adeò virtus non ex his modò quæ gesserit, sed ex eis quoq; quæ perpessa fuerit, non seipsam, non eos denique qui se affligunt permittit occultari, ac esse incelebres. Quid verò præceptor eius Socrates? Quātò is Archelao fuit illustrior, & glorioſior? at ille plurimis opibus, ingentíque gloria & splendore degebat: hic autem morabatur in Lycio, nihilque præter vnum pallium habebat, quo & hyberno & æstiuo
H tempore, omnibúsque horis anni vtebatur, nudis semper pedibus incedens, ac sine cibo toto die perseuerās, panémque tantummodo in cibum sumens, atq; is erat ei & pulmentum, & esculentum: ne istā quidem mensam ex rebus suis, suáque ex domo apponebat, sed ab aliis accipiebat. Sicque cum summa paupertate vitam degens, adeò rege ipso fuit illustrior, vt cùm eum ille frequenter ad se inuitaret, noluerit Lycio dimisso ad illius opes proficisci. Ex ea quoq; quæ nunc obtinet exi stimatione quid potius, quid excellentius sit, apparet. Nanq; horum quidem nomina & celeberrima sunt, & plurimis nota: illorum verò obscura, & ferè omnibus ignota. Diogenes verò rursus hic alius philosophus tantò & his, & eiusmodi aliis innumeris regibus opulentior fuit, semicinciis amictus, vt cùm Alexāder Philippi filius exercitum in Persas duceret, omnibus dimissis ad illum pergeret visendum, rogarétque cominus per seipsum vllāne re indigeret, & an aliquid iuberet. Cui ille nihilo se egere respondit. Num adhuc exemplorum satis habes, an vis alia quoque memoremus? Nempe isti non modò his, qui in regia insignes sunt, sed ipsis quoq; regibus fuere clariores, quòd simplicem, quòd priuatam, quòd quietam vitam delegere,
I atq; nunquam ad rempublicam se conferre voluerunt. Sed enim in ipsa quoque reipublicæ administratione, si diligenter inspicias, non illi eminent aut excellunt, qui diuitiis ac deliciis, rerúmque omnium copia stipati degunt: verùm qui in paupertate, & vilitate vitam ab omni fastu alienam ducunt. Nanq; apud Athenienses Aristides ille, quem etiam mortuum sepeliuit ciuitas, Alcibiade cùm is opibus, deliciis, generis nobilitate, orationis vi & copia, corporis specie & robore, cæterísque eiusmodi vinceret, tantò fuit insignior, quantò vili aliquo pusione philosophus mirabilis. Apud Thebanos verò Epaminondas, cùm in concionē vocaretur, ac propterea proficisci non valeret, quòd vestem lauisset, nec aliam haberet qua operiri posset: cūctis, qui eò conuenerant, ducibus insignior ac spectatior fuit. Non ergo mihi solitudinem in medium adducas, aut regiam. Neq; enim in locis claritudo, splendor & gloria, non in vestibus, non in dignitate, non in potentia, sed in virtute tantùm animi & philosophiæ studiis consistit. Verùm quia exempla fortassis apud te non vsqueadeo vim, atq; authoritatem habēt: agè iam ex ipso filio tuo rem istam discutiamus diligenter. Inuenimus illum sanè non modò lariorem esse nunc, q̄ K
fuisset domi: verùm ex illis ipsis rebus eam claritatem assecutum, quibus illum tu & vilem esse, & ignobilem existimas. Nam si vis persequamur, debimus illi de monte descendere, atq; in forum irrumpere. Aspicies protinus totius ciuitatis in illum ora conuerti, cunctosq; inuicem sibi eum demonstrantes, summa admiratione ac stupore, & gaudio repletos, velut angelus aliquis de cœlo descenderit: an parum tibi glorię videtur assecutus? Certè non eis modò qui in regia versantur, sed ipso quoq; cui diadema circunligatum est, profectò erit illustrior, idq; assequetur ob indumenta illa vilissima, atq; conscissa. Nunquam enim ita miraculo ac stupori omnibus fuisset, si vestibus operiretur auratis, si ipsam purpuram deniq;, ipsamq; gestaret capiti impositam coronam, si stratis insideret sericis aureoq; curru multorum officio inueheretur, aurata lictorum turba comitatus: vt modò est squalore ac sordibus obsitus, crasso; amictus indumento, nullo à latere comitatus assecla, nudisq; pedibus incedens. Regij nanq; illi apparatus & solennes sunt, & constituti legibus ac definiti, L
atque adeò nemo regem admiratur, quòd vestem induat auratam. Non modò enim non miramur, verùm siquis id admirans dixerit, ridemus: quippe qui nihil nouum, nihil mirabile locutus sit. At siquis de filio tuo verba faciat, vtq; irriserit paternas opes, omnemq; seculi gloriam dederit pessum, omniq; mundana spe cellsior euaserit, atque ad solitudines commigrans, tunica vili, conscissa, ac putri se induerit: si hæc, inquam, ille de filio tuo prosequatur, prorsus continuò concurrent omnes, applaudentq;, atq; laudabunt eius magnitudinem animi tantā, & tam illustrē. Contrà, cùm reges innumeris quotidie maledictis impetantur, nihil auratæ vestes quo minus id fiat, terrori sunt: tantùm abest, vt illæ eos venerabiles reddant. Hic autem ex ipsis quoq; indumentis plurimas occasiones habet admirationis & laudis. Iste igitur amictus multo melius ipsum & spectatum, illustremq; facit, quàm faceret regius. Siquidem ex illo nemo regem admiratur, ex hoc ita indutum omnes & venerationi, & stupori habent. Verùm enim tu quid mihi, inquies, emolumenti confert opinio mortalium? quid tandem hæ laudes omniū prestant? Nēpe gloria nihil aliud est: sed huius, inquies, M
amore nō teneor, honores magis, & potētiā cupio. At hi qui laudant, prorsus honorabūt quoq;: sin vero tu & potentiā & regimē desideras, ea nihilo minus, vt priora omnia apud istos reperiemus esse prestantiora, quàm apud vos. atq; cùm eā rem exemplis confirmare facilè possemus, ad eū probationis modū, qui te maximè solari possit, venire malumus, huiusq; rationis documēta ex ipso potissimū filio tuo inquiremus. Quod enim tu summæ potestatis argumentū esse asseris? Nónne vt possit quis & hostes, & omnes penitus, qui sibi infesti sint, vlcisci, cūctosq; qui se beneficiis affecerint, remunerari? Atqui hanc omnem, ne apud regē quidē inuenire poteris. Nanq; & plurimos habet infestantes inimicos, quibus vicē reddere non potest: habetq; plurimos beneficos, quos facilè non possit munerari. Verunq; enim & hostes, qui se bello lacessierint, malisq; innumeris affecerint, vlcisci cùm vehementer cuperet, non potuit: amicis, ité qui magnā illi bellō ostenderūt fortitudinis ac probitatis indicia, nō potuit paria rependere cùm vellet, quod illi prærepti fuissent, atq; in bello ipse accubuisset. Quid si hac potētia, qua vt aperta ratione demonstratum est, ne reges quidem ipsi frui possunt, aliam

A aliam quoque longè maiorem, atque excellentiorem filium tuū habere mortalem? Atqui nemo me bona cœlestia modò dicturum putet, quibus tu non credis. Non adeò, quid recepturum, oblitus sum: verùm ex his, quæ hac in vita fiunt, documenta afferam. Si enim vlcisci posse inimicos, ea demū suprema potentia censetur: multò planè erit excellentius, eiusmodi vitæ statum reperire, in quo nemo sit, qui etsi velit, nocere possit. Nam q̄ hoc illo maius sit, & excellentius, tunc magis constabit, si ad exemplum aliud orationem reducamus. Die enim quæso, quidnam esse commodius censes, quídve præstantius? reíne bellicæ ita quempiam peritum esse, vt nemo qui se vulneret, inuulneratus effugiat: an eiusmodi esse corpore, quòd quantalibet quisque machinetur, vulnerare potius non possit? Omnibus profectò constat hoc illo & penitus esse, & longè diuinius. Illud quoque præterea adiiciendum, quòd primo illo potentiæ genere superius, & extremo inferius, ac medium inter vtrunque est. Quódnam verò istud est: Etiam medicamenta nosse, per quæ vulnera deleātur omnia. Tribus ergo istis potentiæ modis constitutis, primo quidem, vt possit quis iniurias vlcisci: Alio
B verò qui & superior & dignior est, vt vulnera propria curare norit: Tertio, vt à nullo prorsus hominum lædi possit, quod naturam penitus excedit humanam, extremum hoc filium tuum habere monstrabimus. Atq; ne hæc verba strepitus inanis esse videantur, hac ipsa summa potentia rursus aliam maiorem inter quærendum inuenimus. Non modò enim non reperietur, qui nocere possit, sed ne qui velit quidē. Ita duabus ex partibus ille tutus erit. Quid igitur hoc vitæ statu singularius, quid diuinius dici, aut fingi possit, in quo nemo nocere velit: nec si velit, possit: Cùm potissimum nolle nocere non ex impotentia veniat, vt in plerisque contingit: sed ex eo quòd nocendi nulla causa rationabilis existat. Nam si nocere non posse, id tandem per se solum sit, nihil erit cur ita admiremur. Poterunt enim etiam vehementius odisse hi, qui cùm voluerint, nocere non possunt. Itaque non parum beatus iste quoque potētiæ modus est. Ipsum ergo primum sic videtur, intueamur diligenter. Quisnam eum rogo lædere, atque iniuriis afficere velit, qui nihil habet cō mune cum hominibus, non tabularum, aut chirographorum gratia,
C non prædiorum, non pecuniarum, non negotiorum, non alterius denique rei alicuius? Pro quibus aduersus eum villis corraxabitur, pro quibus seruis, pro qua gloria? Quisnam metuens, quid inuidens? Aut enim inuidia, aut timore, aut ira commouemur, vt aliquem lædamus, At iste illustrissimus, & planè regius, his omnibus superior euasit. Quis enim illi inuideat, qui cuncta ea irrideat, quæ alij vehementer amant, & plurimi existimant? Quis illi irascatur, à quo nulla fuerit lacessitus iniuria? Quis eum metuat, quem nihil suspectum habet? Constat igitur ex his nemīnem esse, qui nocere velit: quòd autem non possit, ne si velit quidem, & hoc similiter manifestum erit. Nullæ enim sunt occasiones, aut causæ, quibus eum aliquis impedire possit: sed vt aquila sublimis volans, minutarum auium laqueis non capitur: ita & hic. Vnde enim, vel ex qua causa nocere ei possit aliquis? Pecunias ille non habet, vt eāmnum metuat: patriam non habet, at exilium sibi aliquis intentet gloriam nō optat, vt decus timeat. Vnum relīquum est, mors scilicet, sed eam qui sibi intulerit, nō modò illum lædet, aut aliquo afficiet mœrore, verùm summa quoque illi conferet emolumenta. Nanque ei

ad aliam transmittit vitam, quam ille summis ar- D
desideriis, cuius gratia cuncta & agit, & molitur. Itaq; laborum illa sibi finis erit, non pœna, sudorúmque absolutio, & requies. An cupis genus aliud suę potentiæ, ac virtutis addiscere, longè isto excellentius, ac philosophia dignius? Siue quis enim innumeris iniuriis afficiat, siue verberibus atterat, siue in vincula coniciat, corpus quidem natura infirmum violatur: cęterùm animus quòd philosophiæ intentus sit, inuiolabilis durat: neque enim iracundia capitur, non odio peruius est, non inimicitias exercet. Quæ cùm sint mirabilia, id profecto mirabilē sit necesse est, q̄ eos qui se ita vexant, sic diligit, sic amat, vt beneficos, & suorum professtuum magistros, bonáque illis cūcta imprecatur. Atqui tu quid ei vnquam tale præstare potuisses, etiamsi millies regem ipsum, ac totius orbis terrarum dominum constituisses, & decem millibus annis imperium ei prorogasses? Quæ nam purpuræ vis, quæ claritudo, quæ gloria sic affecto animo comparata non vilescat atque euanescat? Quídnam aliquis non libenter impēderet, vt eiusmodi animum acciperet? Ego puto eos etiam qui corpori vehementer student, huius vitæ desiderio non segniter moueri. Visne aliunde quoque viri E
huius potentiam addiscere, & mirabilem & iucundissimam, humiliori quidem ex patre petitam, sed tamen tibi summè gratam atque suauissimam? Cuncta sanè ea quæ dicta sunt, nec capi illum, nec violari posse ostendūt. Verùm tu fortasse quo nam ille modo alios quoq; moderabitur, & reget atque tutissimus præstabit, quæris addiscere. Principio quidem ipsius in eo apparet magisterium, quod alios quoq; imitatione sui ad idem propositum adducit, similiq; fortitudine præditos facit. Sin verò illi noluerint, eamq; vitam, quæ & fragilior est, & terræ propior, hominibusq; communior viuere maluerint, in eo quoq; delectu vitæ, maiore illum esse potentia qui nihil habet, q̄ te qui dives es, idq; idcirco maximè, quia nihil habet, docebo. Quisenim maiore cum fiducia ac libertate regē alloquetur, & si necesse sit, increpabit: túne qui tanta possides, & propterea seruis modus est. Ipsum ergo primum sic videtur, intueamur diligenter. Quisnam eum rogo lædere, atque iniuriis afficere velit, qui nihil habet cō mune cum hominibus, non tabularum, aut chirographorum gratia, non prædiorum, non pecuniarum, non negotiorum, non alterius denique rei alicuius? Pro quibus aduersus eum villis corraxabitur, pro quibus seruis, pro qua gloria? Quisnam metuens, quid inuidens? Aut enim inuidia, aut timore, aut ira commouemur, vt aliquem lædamus, At iste illustrissimus, & planè regius, his omnibus superior euasit. Quis enim illi inuideat, qui cuncta ea irrideat, quæ alij vehementer amant, & plurimi existimant? Quis illi irascatur, à quo nulla fuerit lacessitus iniuria? Quis eum metuat, quem nihil suspectum habet? Constat igitur ex his nemīnem esse, qui nocere velit: quòd autem non possit, ne si velit quidem, & hoc similiter manifestum erit. Nullæ enim sunt occasiones, aut causæ, quibus eum aliquis impedire possit: sed vt aquila sublimis volans, minutarum auium laqueis non capitur: ita & hic. Vnde enim, vel ex qua causa nocere ei possit aliquis? Pecunias ille non habet, vt eāmnum metuat: patriam non habet, at exilium sibi aliquis intentet gloriam nō optat, vt decus timeat. Vnum relīquum est, mors scilicet, sed eam qui sibi intulerit, nō modò illum lædet, aut aliquo afficiet mœrore, verùm summa quoque illi conferet emolumenta. Nanque ei ad aliam transmittit vitam, quam ille summis ardebit D
desideriis, cuius gratia cuncta & agit, & molitur. Itaq; laborum illa sibi finis erit, non pœna, sudorúmque absolutio, & requies. An cupis genus aliud suę potentiæ, ac virtutis addiscere, longè isto excellentius, ac philosophia dignius? Siue quis enim innumeris iniuriis afficiat, siue verberibus atterat, siue in vincula coniciat, corpus quidem natura infirmum violatur: cęterùm animus quòd philosophiæ intentus sit, inuiolabilis durat: neque enim iracundia capitur, non odio peruius est, non inimicitias exercet. Quæ cùm sint mirabilia, id profecto mirabilē sit necesse est, q̄ eos qui se ita vexant, sic diligit, sic amat, vt beneficos, & suorum professtuum magistros, bonáque illis cūcta imprecatur. Atqui tu quid ei vnquam tale præstare potuisses, etiamsi millies regem ipsum, ac totius orbis terrarum dominum constituisses, & decem millibus annis imperium ei prorogasses? Quæ nam purpuræ vis, quæ claritudo, quæ gloria sic affecto animo comparata non vilescat atque euanescat? Quídnam aliquis non libenter impēderet, vt eiusmodi animum acciperet? Ego puto eos etiam qui corpori vehementer student, huius vitæ desiderio non segniter moueri. Visne aliunde quoque viri E
huius potentiam addiscere, & mirabilem & iucundissimam, humiliori quidem ex patre petitam, sed tamen tibi summè gratam atque suauissimam? Cuncta sanè ea quæ dicta sunt, nec capi illum, nec violari posse ostendūt. Verùm tu fortasse quo nam ille modo alios quoq; moderabitur, & reget atque tutissimus præstabit, quæris addiscere. Principio quidem ipsius in eo apparet magisterium, quod alios quoq; imitatione sui ad idem propositum adducit, similiq; fortitudine præditos facit. Sin verò illi noluerint, eamq; vitam, quæ & fragilior est, & terræ propior, hominibusq; communior viuere maluerint, in eo quoq; delectu vitæ, maiore illum esse potentia qui nihil habet, q̄ te qui dives es, idq; idcirco maximè, quia nihil habet, docebo. Quisenim maiore cum fiducia ac libertate regē alloquetur, & si necesse sit, increpabit: túne qui tanta possides, & propterea seruis modus est. Ipsum ergo primum sic videtur, intueamur diligenter. Quisnam eum rogo lædere, atque iniuriis afficere velit, qui nihil habet cō mune cum hominibus, non tabularum, aut chirographorum gratia,
C non prædiorum, non pecuniarum, non negotiorum, non alterius denique rei alicuius? Pro quibus aduersus eum villis corraxabitur, pro quibus seruis, pro qua gloria? Quisnam metuens, quid inuidens? Aut enim inuidia, aut timore, aut ira commouemur, vt aliquem lædamus, At iste illustrissimus, & planè regius, his omnibus superior euasit. Quis enim illi inuideat, qui cuncta ea irrideat, quæ alij vehementer amant, & plurimi existimant? Quis illi irascatur, à quo nulla fuerit lacessitus iniuria? Quis eum metuat, quem nihil suspectum habet? Constat igitur ex his nemīnem esse, qui nocere velit: quòd autem non possit, ne si velit quidem, & hoc similiter manifestum erit. Nullæ enim sunt occasiones, aut causæ, quibus eum aliquis impedire possit: sed vt aquila sublimis volans, minutarum auium laqueis non capitur: ita & hic. Vnde enim, vel ex qua causa nocere ei possit aliquis? Pecunias ille non habet, vt eāmnum metuat: patriam non habet, at exilium sibi aliquis intentet gloriam nō optat, vt decus timeat. Vnum relīquum est, mors scilicet, sed eam qui sibi intulerit, nō modò illum lædet, aut aliquo afficiet mœrore, verùm summa quoque illi conferet emolumenta. Nanque ei

Universidad de Deusto
Biblioteca

G ipso flore ætatis amittat, hunc neq; princeps vllus, neq; rex, neq; alius quispiam solari mœrẽtem poterit, ne tu quidem: nihil enim eiusmodi sibi dare quale amisit, valebis. At si ad filium tuum ille adducatur, statim ex aspectu ipso atq; habitu, itemq; ex ipso habitaculo demissum, ora eriget, ac persuadebit facilè nihil extimare res humanas, cùm oratione sua mœroris omnem nebulam fugabit & exterget. Tua verò ex domo luctũ ille & quidem acerbiorem referet. Cùm enim eam viderit immunem, exortemq; malorum, omnibusq; secũdis successibus repletam, & eum qui hæreditate potiturus sit, præ se ferentem, tum verò magis aduretur, atq; ad luctum acrius inflammabitur. At verò inde mansuetior, & quietior redibit, philosophieq; vicinior. Nã cùm viderit filium tuũ tantas opes, tantas copias spreuisse, tantamq; claritudinem & gloriam, minus dolebit sibi filium obisse. Quî enim morderi, aut angi potest, nullo sibi ex liberis hærede superstite, cùm hũc perspexerit illa omnia ingenti magnitudine animi spreuisse? Audiet illum præterea facilius & gratius de philosophia verba facientem, quòd operibus ille fidẽ ver
H bis faciat, dictisq; res ipsæ adstipulentur. Tu si vel aperire os, atq; hiscere ausus fueris, eum mœrore incredibili replebis: quippe qui alienis in malis philosophari pergis. At ille rebus ipsis erudiens persuadebit facilè, nihil aliud q̃ soporem mortem esse: neque enim plurimos enumerabit patres perpessos eadem, sed seipsum ostendet diebus singulis in corpore mortem meditãtem, ac se ad eam obeũdam semper præparãtem. Atq; illum resurrectionis admonens, magna persuadendi vi, ita ab se dimittet maxima parte mœroris amputata: multoq; amplius valebunt huius verba rebus ipsis asserta ad leuandum animi dolorem, quàm contubernalium, sodalium ac sequestrium. Et istum quidem ita forsitan sanabit. Adducatur ad illum rursus alius, qui iugi ex morbo oculos amiserit: quis illius dolori medebitur, quisve melius curare eum poterit? Nempe enim iste certa ratione mõstrabit: nihil mali illum esse passum, breui cellula inclusus, atque ad lucem aliã properans, præsentemq; si illi comparetur, & breuem, & obtusam esse arbitrans: sicq; admonebit eum casum & constanter, & fortiter perferre. Sed num tu malè aliquibus affectis, vt philosophari velint, persuadere poteris? Minimè verò, quin etiã magis iritabis, atq; perturbabis. Nanque tristia nostra in proximorum secundis rebus melius atque diligentius consueuimus inspicere. Tuus porrò filius hos quoque facilius recreabit, & refouebit. Omitto precum suffragia lõgè his omnibus & grauiora, & maiora. Hæc autem ideo omitto, quoniam ad te mihi nunc sermo est. Sin autem honorari cupis ex filio, nec vllis esse contemptui, par enim est his quoque te moueri, atque ea cupere: nescio quo pacto id vberius consequi possis, quàm vt eum habeas filium, qui naturam excedat humanam, quiq; in toto terrarum orbe illustris & clarissimus habeatur, cumq; sit tanta virtute & potestate, neminem habeat inimicum. Nam si vestra hac potentia præditus fuisset, habuisset quidem plurimos qui vererentur, verùm nec pauciores qui odissent: at hic illum omnes & iucũdè, & cum voluptate honorarent. Si enim nonnulli humili loco nati, agrestiumq; atque operariorum filii, cùm ad hanc philosophiam contulissent, adeò cunctis fuere venerabiles, vt ne hi quidem qui in summis dignitatibus agebant, erubescerent proficisci ad illorum tuguria, & cum eis colloqui, mensæq; participes fieri: quin ita fuere affecti, tanquam boni maximis, id quod erat K
verissimum, potiti fuissent: nihilo sanè magis id faciẽt, cùm viderint hũc illustrissimo ex genere, clarissimisq; diuitiis, summa illa ex spe ad eam se virtutem contulisse. Itaque quod tu maximè quereris ex his eum ad illa trãsisse, id in primis est quod illum maximè omniũ & probatum, & spectatum facit, omnesq; vt in illum intueantur, inducit, non planè quasi hominem, sed iã penitus vt angelum. Neque enim quæ de aliis opinari solent, ea de filio quoque suspicabuntur tuo, quòd ille scilicet vel honoris ambitione captꝰ, vel pecunias desiderans, vel insignis ex humili fieri cupiens, hanc elegit viam, huic quoque proposito se addixit. Quæ profectò verba, etsi cùm de aliis dicuntur, mendacia simul & iniqua sunt: in ipso tamen tuo nato, ne obscurę quidem suspicioni locum dare potuerunt. Et ne tu putes ista tantùm contingere regibus pietatem colentibus, etiamsi imperium transferatur, & imperatores infideles fiant, tũ quoque nati tui virtus illustrius clarescet. Neque enim vt apud gentiles, ita fit apud nos: neque principum edictis, & sententiis iniustis acquiescimus, L
neque eas sequimur: verùm sua cuiq; virtus immota inuiolabilisq; perdurat, tuncq; apparet maximè, cùm maximè oppugnatur. Nã & is miles, qui in pace probatus fuerit, longè erit spectatior, si belli terror increpuerit. Itaque vt regibus gentilibus erit tibi æquus honor, immo verò maior quoque atq; auctior. Nam qui filium tuum in pace verentur, multò amplius id facient, cùm præliantem viderint, summaq; confidentia & constantia vtentem, & plurima probitatis insignia præ se ferentem. Visne illa etiam quæ pertinent ad te, diligenter inquiramus? An id quoque superfluum videtur? Is enim qui cæteris ita blandus & mitis est, vt querelæ occasionem nulli præbeat, multò magis patrem reuerebitur, atq; in summo habebit honore, longeq; amplius fouebit ac tuebitur obsequio, quàm nũc. Atqui si in summo fuisset magistratu, incertum est an ipsum quoq; patrem contemptui habiturus esset: nunc verò eam elegit vitam, per quam cùm rege ipso sit illustrior & clarior, cunctorum tamen vitæ humilitatem & officio superare perseueret: quippe eiusmodi apud nos obtinet philosophia, quæ ea, quæ videntur contraria, celsitudinem & humilitatem in vnam animam cogat. Et tum quidem quippe pecuniarum cupidas, tuum etiam fortassis optasset occubitum: nũc verò vt quàm longissima tibi vita prorogetur orat, et ex hoc etiam
I corollis clarioribus donetur. Non enim exigua merces eis proposita est, qui parentes honorauerint, cùm eos ex legis instituto vereri iubeamur, vt dominos verboq; simul & operibus colere, dum tamen in nullo pietas ac religio lædatur. Quid enim tale, inquit, illis reddes, quale ipse tibi? Considera denique quàm sit rationi consentaneum, eum qui in cæteris ad summũ virtutis verticẽ proiectus sit, id officium quoq; summa intentione seruare. Nam etsi moriendum sibi fuerit pro tuo capite, non abnuet, non reputabit: quippe qui non tantùm naturali te lege colit, obseruat, honorat, verùm multò magis, vt dei iussis obtemperet, per quem cuncta simul penitus despexit & reliquit. Cùm igitur sit nunc probatior sit, & opulentior, potentior, & liberalior: cumq; hac tanta magnitudine animi seruus tuus sit longè ampliꝰ quàm fuerit prius, cuius rei gratia quereris? quid ingemiscis? An quia quotidie ob
metuis, ne fortè in bello moriatur, quòd nunquam offensurus est regis animum, qui commilitonũ inuidię
non

A non patet? Nónne & hæc, & his plura etiã probatis filiis metuunt patres? Vt enim qui infantẽ puerum in sublimi aliquo loco statuerit, ne tandẽ is decidat, metuere coguntur: ita & hi quos filios ad excelsum aliquẽ dignitatis gradum prouehẽdos curant, illis omnia timere solẽt. At habet aliquã voluptatẽ baltheus, & palu damẽtum, & præconis vox: & ista tandẽ quot dierum spacio tẽduntur? Num triginta, aut cẽtum, aut bis etiã totidẽ? Quid postea? Nónne transierunt illa omnia vt fumus, vt somnium, vt vmbra, vt fabula? At nunc? Illi vsque in finẽ honor iste permanet, immo verò post mortẽ quoq;, & quidẽ tunc multò cumulatior: atq; hũc honorẽ, hoc imperium nemo vnquam ab illo poterit auferre: quippe cùm ista non ille ab homine acceperit, verùm à virtute ipsa. Sed enim tu illum malles precio sa amictum veste procedẽtem, insigniq; vectum equo, cliẽtum stipatum multitudine, parasitos, assentatoresque nutriẽtem videre. Cuius tandẽ rei gratia id velles? Num vt illi voluptatẽ, aliquam ex his omnibus pararet? At quin audies illum dicentẽ, ne nobis fortasse minus fidẽ habeas, tantò se vitam istam ea quam degunt,
B qui in deliciis viuunt, qui formosis meretricibus vtuntur, qui se muscæ, parasitis, assentatoribus, omniq; id genus lasciuiæ addixerunt, iucundiorẽ ac dulciorẽ existimare, vt malint millies emori, quàm eis obtẽperare: quin iubẽt ac illum omissa voluptate ad illã se conferre. Quid ad hæc dicturus es? Num ignoras quãtum voluptatis, quid iucunditatis ea vita pariat, quæ à strepitu negotiorum remota penitus quietẽ agit? Fortasse ne vllus id hominũ nouit, quippe qui eam vitam nunquam perfectè gustauit. Cùm itaq; nec claritudo desit, atq; hæc quæ sibi misceri vix possunt, securitas & gloria in vnum coëant: quid hac vita præstabilius dici aut fingi potest? Verùm quid tu, inquies, ista mihi ingeris, qui sum à philosophia remotissimus? Cur ergo natum tuum quoq; ad eam propius accedere non finis? Satis sit isto te incommodo affectum esse. Nónne summum esse detrimẽtum arbitraris, quãdo ad extremam proiecti senectutẽ, vt qui in priori ætate nihil boni, nihil emolumẽti fueritis lucrati, molestissimè eam ætatẽ fertis? At ideo, inquit, eam molestè ferimus, quòd magna nobis contulit iuuẽtus commoda. Quæ nam magna? Da senẽ, qui magna illa commoda habeat. Si enim illa habuisset, perseuerassent vtique cum illo, nec modo
C vt his orbatus atque destitutus, ita lamẽtaretur: sin vero illa abuolauerunt, & marcida euanuerunt, quonam modo fuerunt magna quæ sic citò extincta sunt? Atqui filius tuus nunquam prorsus id patietur: sed si ad longissimam quoque senectutẽ sibi protẽdantur anni, non illum videbis indignantẽ, aut iniquo animo ferẽtem, vt vos facitis: verùm gaudentẽ, gestientẽ, exultantem, triumphantem. Tunc enim bona sua vigẽt amplius, & florẽt. Vestræ autẽ diuitiæ, etsi bona habeant innumera, in primo statim ætatis flore facient illa contractiora. Non autẽ ista ita faciunt, sed vsque ad senectutẽ durantes, excedentesq; è vita comitantur: idcirco vos cùm tantam diuitiarum copiam præparatam in senectutem habeatis, plurimæq; vobis & deliciarum & gloriæ occasiones suppetant, irascimini, & indignẽ fertis, quod ætas non sufficiat, vt eis frui valeatis: idcirco mortem quoque perhorrescitis, vosq; tunc potissimum miserabiliores omnibus esse confitemini, cùm maximè floretis. Contrà, ille tunc insigni requie frũetur, cùm senuerit: quippe qui ad portum venire properat, habetq; eam iuuentutẽ, quæ viget semper, ac viret,
Tomus quintus.
nullumq; metuit senectutis occasum. Verùm enim tu D
filium tuum eis deliciis, eisq; hauriẽdis voluptatibus, instare voluisses, quarum illũ millies pœnituisset, cùm ad senectutẽ peruenisset. Sed ab eiusmodi deliciis ipsos quoq; inimicos nostros liberet deus. Verùm ego quid senectutẽ memoro, quandoquidẽ die vno voluptas illa omnis extinguitur? immo ne die quidẽ integra illa perdurat: sed breuissimo temporis momento. Quid enim est voluptas? Nónne ventri se dedere, cibosq; delicatos parare, & speciosis mulieribus congredi, porcorum instar se in cœno volutantium? Sed ista post videbimus. Interim voluptatem ipsam quę sit indagemus, atq; videamus, si non planè leuissima, simul & vilissima sit, atque illam, si placet, primùm inspiciamus, quæ delicias omnes videtur sua dulcedine longè antecedere. Dic oro, illius tẽpus, quantumq; nos illa cõtinere possit, profecto partẽ tẽporis adeo breuem, vt ne planè quidẽ qualis sit videri possit. Nam simul ac quisque impletus fuerit, voluptatẽ etiam omnẽ extinxit. Atq; antequam illa impleatur, fluẽti vnda citius pertrã
E sies, ad ipsas fauces deficit & euanescit, nec tandiu durare potest, dum cibus ad interiora descẽdat: simul enim atq; linguam pertransiit, vim etiam omnem amisit. Omitto mala illa, & incommoda, quæ solent ex eiusmodi deliciis gigni, quantum illæ rixarum, quantumq; tumultuum excitẽt. Non modò autẽ iucũdior & lætior est, qui eas delicias spernit, quàm is qui saturitate distẽditur: verùm leuior quoque, facilior, gratior. Somnus etiam sanitatis in viscere moderato, inquit. Quid me dicere necesse est morbos, mœrores, clades, inanesq; sumptus? quæ controuersiæ, quæ lites, quæ insidiæ, quæ ex hisce commerciis odia, rixæq; pullulant? At habet quiddam dulcedinis ac suauitatis meretricibus mulieribus congredi. Et quæ potest esse voluptas in tanta turpitudine? Sed hæc interim indagare omittamus, nec amatorum pugnas prosequamur, nec bella inter se riualium, nec accusationes & crimina: verùm sit aliquis qui licenter, summaq; cum libertate, obscœna illa libidine fruatur, neque riualem vllum habeat, nec à speciosa illa muliere contemnatur: pecuniarum præterea tanta illi sit copia, vt eas veluti ex manantibus fontibus hauriat, & largissimè impendat: quanquã impossibile est hæc omnia simul conuenire. Cæterùm ei qui riualẽ habiturus est, omne patrimonium exhauriẽdum erit, vt alios omnes largitate munerum superet, rursumq; qui noluerit ad extremam inopiam dedu
F ci, is demum à meretrice spernetur, abiicietur, respuetur. Cæterùm vt concedamus nihil horum fore impediẽto, quò minus sibi omnia superfluãt, atque ex sententia proueniant: quam tu tandem nobis voluptatẽ hic potes ostendere? Num in ipso congressus tempore apparet? At quisque simul ac impleuit coitus rẽ, voluptatem etiam extinxit omnem: qui autem adhuc in congressu est, non sanè in voluptate agit, verùm in tumultu, & perturbatione ingenti, in ardentibus aculeis, in insania, in concussione & feruore vehementi. Atqui non eiusmodi nostra voluptas est? Absit id penitus, verùm & quietum semper animum ab omni perturbatione seruat, & mentem nullam, aut commotionem inducit, sed purissimam quandam præstat, intergerrimamq; lætitiam, eamq; gloriosissimam, & quæ fine nullo concludi possit: longeq; illa vehementior, q̃ vestra, & potentior est. Atque id ostẽdere quatenus nostra sit quàm vestra iucundior, securior, gratior, difficile non est. Vestram enim voluptatem metus compri

Universidad de Deusto
Biblioteca

G mere ... fugare potest. Nam si rex mittat, qui minetur
mortẽ, complures ita affectos ea voluptas deseret: eis
verò qui nostra ista voluptate potiuntur, si qui millies
morte inferat, non modò nõ persuadebit vt eã negli-
gant, verùm irridebitur magis: adeò nostra gratior, &
dulcior, & violentior quàm vestra est, prorsusq; nulla
est vtriusq; comparatio. Ne igitur inuideas filio, cùm
se à fluxis bonis, & quæ ne sunt quidẽ, ad ea quæ & sũt
& in æternum perseuerant, confert: neq; lugeas eũ qui
beatissimus meretur dici: sed eum luge, qui non eius-
modi est, quiq; in præsenti vita, tanquam in concitatis-
simo circunfertur Euripo. Atque vt iam ad summam
veniamus, tu enim etsi gentilis atq; infidelis es, nostrã
tamen hanc perorationem suscipies. Audisti profectò
Cocytos, & Pyriphlegethontas fluuios, & Stygis vn-
dam, & Tartarum tantò inferiorẽ terra, quantum hæc
ipsa distat à cœlo, plurimosq; suppliciorum modos. Et-
si enim hæc illi explicare, prout erant, non potuerunt,
quippe gentiles & cogitationibus propriis instincti,
nostràque longius odorati, futuri tamẽ iudicij vmbrã
quãdam atq; imaginẽ expresserunt. Denique inuenies
H & poëtas, & philosophos, & oratores, atq; omne scri-
ptorum genus de dogmatibus huiusmodi philosophã-
tes. Audis enim & Elysium campum, & beatorum in-
sulas, & prata virentia, & myrtos, & auram tenuem,
odoremq; suauissimum cuncta replentem, & choros
ibi commorantes, amictos stola cãdida tripudiantes,
atque hymnos quosdam concinentes, prorsusq; post
vitæ excessum, & malis & bonis repositam pro meri-
tis mercedẽ. Quónam ergo tu tandem in statu animi
eos, siue bonos, siue malos viuere existimas, qui iugiter
eiusmodi secum cogitationes versant? Nónne alij quidẽ,
etsi presens eis vita per cuncta blandiatur, degantq;
aliàs sine mœrore, summaq; cum voluptate, quasi quo
dam conscientiæ flagello semper impelluntur, & exagi
tantur, atq; perterrẽtur, furiarum tedis ardentibus, fu-
turorumq; malorum expectatione cruciantur: boni ve
rò etsi malis innumeris vexẽtur, iuxta Pindarum, spẽ
habẽt, qua recreentur, quæ mala præsentia se nec sen-
tire sinit. Itaque in hoc quoque maior voluptas nostra,
quàm vestra est. Multò enim profectò melius, multoq;
prestantius est, à teporalibus ac momẽtaneis laboribus
incipere, atq; in infinitam requiem desinere, quàm his
I quæ videtur esse iucũdissima, breuiter gustatis, in sum
ma & grauissima incommoda decidere. Cùm igitur
id concessum sit, hic etiam vitàm illam virtuti dedi-
tam esse iucundissimam: nónne id quod initiò dixi fa-
ciundum est, atque eos miserandum, qui in talibus tan
tisq; bonis lachrymantur & gemunt? Non enim lamẽ
tationibus dignus est filius tuus, verùm plausibus coro
nisq; clarissimis, qui ex tantis mundanorum fluctuum
motibus, ad tranquillissimam vitam, portumq; serenis
simum se recepit. At exprobrant tibi patres plurimi fi-
lios habentes seculo addictos, teq; digito denotant, ac
palàm inuicẽ ostendunt alij cùm vidẽt, atq; irridẽt alij.
Cur non tu eos magis & irrides, & miser-is? Neq; e-
nim id intuẽdum est, an irrideant & obiurgẽt nos, sed
an rectè & iustè id faciant. Quòd si digni fuerimus qui
irridẽmur, etiamsi non irrideant, nos tamẽ lugere
merito debebimus: sin verò id iniustè & iniquè faciãt,
etiamsi omnes rideant, nos tamẽ beatos esse senti-
amus: illorum vicẽ doleamus, quippe qui cunctis infœ-
liciores sunt, & nihilo insanis meliores. Insanorum e-
nim est, & eiusmodi morbo laborantium, eum qui plu
rimis & coronis & laudibus sit dignus irridere. Dic
enim oro, si quòd filius tuus, vel saltatorũ insaniæ, vel K
aurigarum se omnino addixerit, inde te laudarent at-
que admirarẽtur vniuersi, & atissimúmque esse fatẽ-
tur: nónne irrisionẽ hanc, & quidem mordacem esse
existimares? Quid illud? Si quod strenuum aliquid, ac
fortè, dignumq; laudibus egisset, propterea te omnes
irriderent, probrisq; respergerẽt: nónne illos amentes,
insanos, furiososq; proclamares? At quin hoc nunc
quoq; faciamus, neque opinioni multitudinis acquie-
scamus: verùm diligentissimo rationis examini de fi-
lio tuo ferendam sententiã permittamus: videbis pro-
fectò ridiculosos istos homines vilissimorum potius
mancipiorum, quàm liberorum parentes esse filiorũ,
si filio tuo illi comparati fuerint. Verùm enimuero tu
necdum ista conspicari, aut perpendere valebis: cùm
verò te modicum collegeris atque requieueris, filiusq;
tuus plurima de se virtutis documenta dederit, non ia
tibi verbis opus erit: & ipse enim hæc, atque his plura
etiam ad alios loqueris. Quæ sanè ego omnia, nõn tibi
sine certa ratione prænuncio, sed loquor quæ expertus
sum. Amico enim quodam & sodali vsus sum, qui pa-
trem habebat infidelem, diuitem, spectatum, & vnde- L
cunque clarissimum. Is primùm quidem, & concitauit
principes, & intentauit carcerẽ, & parauit vincula, ip-
sumq; omnibus exutum, & necessariis etiam alimẽtis
indigentem, in alienum dimisit solũ, hac illum arte si-
bi acquieturum putans, atq; ad seculi latiores vias re-
diturum: postquam verò illũ in nullo sibi cedere per-
uidit, neq; penitus moueri loco, victus tandem manus
dedit, & palinodiam cecinit: nuncq; in honore habet
filium, illumq; amplius quàm si pater esset, colit obser-
uat, reueretur. Cúmque plures alios habeat liberos, spe
ctatos in seculo viros, eos ne dignos quidem, qui serui
eius sint, arbitratur, atque ipso ex eo filio longè clarissi
mus est. Hæc eadem in tuo nato etiam perspiciemus,
atq; me vera prosecutum ex rebus ipsis addisces dili-
genter: idcirco ipse quoque iam loquendi finem faciã,
id tantùm orans atq; obsecrans, vt annum vnum ex-
pectes, aut minus etiam. Neque enim ea quæ apud nos
in studio est virtus, multis diebus vt perficiatur opus
habet, quippe quæ diuina gratia germinat, & maturæ
ad frugem peruenit. Inspiciesq; ista omnia quæ dicta
sunt, rebus ipsis impleta. Nec modò facta laudabis, ve- M
rùm ipse quoq; si te earum colligere volueris, citius ip
sius æmulus atq; imitator eris, ducem & magistrũ ha-
bens virtutis atque probitatis filium.

LIBER TERTIVS, AD *patrem fidelem.*

AGè, iam & delẽ quoque patrẽ doceamus, quàm
illi non expediat, vtq; integrum nõ sit eos op
pugnare, qui filiũ iuum, vt dei monita & con
silia implere pergat, hortantur. Quãquam periculum
est, ne iste quoque serm-o superfluò à nobis instituatur,
cõtraq; ac superiori libro dixeramus, contingat. Tũc
enim diximus, per legem certaminis nos-i nos aduer
sus gẽtilem dimicare non cogi, eosq; tam-ùm qui inte- 1.Cor.5.d.
rius sunt iudicare Apostolum iubere, omniq; aduersus
eos, qui foris sũt, pugna immunes esse, ac liberos sine-
re. Nunc autẽ, vt mihi quidem videtur, ne istis quidem
dimicationib-s sumus obnoxii. Nã si priore libro Chri
stiano de his verba facer-e oportere turpe esse videba-
tur, multò id magis nunc. Quis enim non erubescet,
is qui fidelis est, si de his admoneri op-s habeat, in qui-
bus ne infidelis quidem quicq-am nobis contradice-
re aut reluctari possit? Quid igitur? Tacebimúsne pro-
pterea,

A pterea, nihilq; loquer-ur? Minimè verò. Nam si quidẽ
esset aliquis, qui in fu-rum sponsor & fideiussor ac-
cederet, nobisq; perspici-m, & planè manifestum fa-
ceret, fore posthac nemin-qui eiusmodi facinora aude-
ret: nos quoq; ipsi quietem ageremus, eisq; qui præ-
terissent, silentio nostro vt latere possent, concederemus. Quoniam verò neminem eiusmodi tenemus ido
neum fideiussorem, necessaria penitus videtur verbo
rum admonitio. Si enim aliquos inuenerit hoc morbo
laborantes, operabitur profectò quod suum est: sin ve-
rò nemo in hanc malam valetudinem incidit, actum
est vt volumus, & vehementer optamus. Quippe &
medici etiã posteaquam infirmis medicamẽta paraue
rint, maximè cupiunt nihil eis opus esse languẽti: ita-
que & nos optamus quidem votis omnibus, neminẽ
esse ex fratribus nostris, cui ista admonitione opus sit:
sin verò, quod tamen absit, fuerint aliqui eiusmodi, vel
« secundum, iuxta prouerbium, nauigationis remedium
non illos effugiet. Fingamus ergo iam fidelem quoque
eius modi esse, cuius infidelis fuerat, eiq; per cuncta si-
millimum præterquam in cultu dei & religione. Lamẽ
B tetur & lugeat similiter, prouoluatur omniũ pedibus,
prætẽdat canos, & senectutẽ, & solitudinem, cunctaq;
illa prosequatur, quæ gẽtilis dixerat, & quantum vult
iracundiæ iudicibus moueat, quãquam in hoc aduer-
sus istum certamine iudicium iam hominibus permit
tẽdum nõ est. Audiuit enim profecto quæcũque sum-
mi apud nos viri, diuino spiritu repleti, de terribili hor
rendoq; iudicio, quod post huius excessum vitæ sequi-
tur, philosophati sunt. Atq; ante omnia admonẽdus est
diei illius, ac pernicios-issimi fluminis in morem decur
rẽtis ignis, eiusq; flammæ quæ nũquam extinguitur,
cùm Solis tollẽtur radij-lunæq; splendor occultabitur,
cùm stellis decidentibus, cœlisq; cõuolutis virtutes cõ
mouebuntur, cùm vndique cõcussa, & liquescẽte hu-
mo, terribilis alternusq; sonitus tubarum cõcrepabit:
cùm percurrentibus orbem vniuersum angelis, assistẽ
tibusq; regi milibus, & milibus miliũ ministrantibus,
aduenientibusq; cum ipso iudice ad eius obsequium pa-
ratis exercitibus, ante castra ipsa cœlestẽ signum elu-
cebit: cùm solium parabitur, & aperientur libri, maie-
stasq; illa reuelabitur inaccessa, atque ineffabilis: cùm
Matt.25.d C vox illa iudicãtis audietur horribilis & metuẽda, alios
quidem in ignem paratum diabolo & angelis eius ire
Ibidem.a præcipientis: alios vero post ingẽtem illam exercita-
Ibidẽ.13.d tionem, virginitatisq; labores ipsis thalami iam-is ar-
Ibid.22.b cẽtis, ministrorumq; aliis zizania colligere, atq; in for
nacem immittere iubẽtis: aliis item alios nonnullos
compeditos, vinctosq; post terga manus in exteriores
tenebras abducere, atq; horrifico dẽtium stridori ad-
dicere: cùm hunc quod impudicè tantùm aspexerit, il
lum quòd intempestiuo se risui dederit, alium quòd male di-
xerit duntaxat, vehemẽtissim-atque grauissima ani-
maduersione plectet. Nam quòd istos quoque pœna acer-
bissima maneat, ipsum iudicẽ audias licẽt, qui & hęc,
& eiusmodi supplicia intentat. Ad hunc nobis iudicẽ,
hunc prorsus adeundum est, atque diem illum metuẽ-
dum, in quo nuda & patefacta erunt omnia, non tan-
tùm opera & verba, verùm ipsę quoque cogitationes,
& intentiones animi. Nam eorum quoque delictorũ,
quæ videntur esse leuia & nulla, terribiles tunc pœnas
expendemus. Adeo iudex ipse pari, & eadem ferè dili-
gentia & nostram, & proximorum nostrorum salutẽ
1.Cor.10.e requirit à nobis: idcirco Paulus quoq; semper & vb,
que monet singulos, non quæ sua sunt quærere, sed quę

proximorum: ideo in Corinthios vehemẽtẽ-inuehi- D
tur, quòd nullam prouidẽtiam, nullamq; curam habue
rant eius, qui in grauissimum crimẽ fornicationis in- Ibidẽ.5.a &
ciderat, sed magis eius vulnus tumidum obturatumq; 2.Cor.2.b
cõtemperant. Galatis quoque eadem scribens aiebat: Galat.6.a
Fratres, & si præoccupatus fuerit homo in aliquo de-
licto, vos qui spiritales estis, eiusmodi corrigite. Thes- 1.Thes.5.d
salonicẽsibus item eadem monita ædebat, dicens: Itaq; Ibidem.
exhortamini inuicem, sicut & facitis. Itemq; Corripite
indisciplinatos, cõsolamini pusillanimes, sustinete in-
firmos. Ne quis enim diceret, quid mea interest, etiam
aliorum curare salutẽ? Qui perit, pereat: & qui seruа-
tur, seruetur, nihil horum pertinet ad me, mei tãtùm
ipsius curam habere mihi imperatum est. Ne quis, in-
quam, ista diceret, immanem hãc, & prorsus inhuma-
nam cogitationem iugulans, legibus istis illam sepsit
& circumcluserit, quibus plurima iuberet nostrorum cõ
modorum negligere, vt proximorum saluti cõsuleremus, atq; omnibus in locis vitæ eandem diligentiam
habẽdam definiuit. Romanis quoq; cùm scriberet, in-
gẽtem illis curam huiusmodi procurationis imposuit, Rom.15.a
multumq; in ea parte voluit esse solicitos, fortes imbe E
cillibus patrum loco esse iubẽs, eorumq; salutẽ curæ il
lis esse admonẽs. Sed ista in eo loco hortãtis atque cõ-
sulentis voce magis quàm imperãtis authoritate mã-
dauit: alio vero in loco summa cum vehemẽtia audi-
torum animos perterruit, eos qui fratrũ salutem ne-
gligerẽt in ipsum Christum peccare asseuerãs, deiq; æ- 1.Cor.8.d
dificium diruere. Quæ quidem omnia, nõ vt à se inuẽ
ta asserebat, verùm à magistro didicerat. Nãque vni-
genitus dei filius docere nos cupiẽs, quàm istud debi-
tum necessariũ sit, vtq; hi qui illud reddere negligũt,
summis afficiantur incommodis, aiebat: Quicunque Matt.18.a
scandalizauerit vnum ex pusillis istis, expedit ei, vt sus
pendatur mola asinaria circa collum eius, & demer-
gatur in profundum maris. Atque is qui talentum at- Ibid.25.c
tulerat, non quòd aliquid ex suis contempsisset, sed q
proximi salutem neglexisset, & increpitus & supplicio
affectus est: itaque etsi vitam omnem nostram diligen
tissimè compositam & instructam egerimus, hac non
euitata negligentia, nihil consequemur emolumenti,
cùm ea talis ac tanta sit, quæ sola in gehennæ profun- F
da possit immergere. Si enim is, qui proximum in eis
rebus quæ ad corpus pertinent, adiuuare noluerit, nul
la ratione excusari poterit: verùm etsi virginitatẽ ille
seruauerit, extra sponsi thalamum proiicietur: is qui
quod multò maius est omiserit (quippe longè maximũ
est animarum gubernatio & regimen) cur non mala
omnia perpeti meritò dignissimus existimetur? Homi
nem enim non vt sibiipsi tãtùm prodesset creauit de-,
sed vt multis. Idcirco Paulus quoq; fideles homines lu
minaria appellat, ex ipsa appellatione manifestans, o-
portere fideles cæteris quoq; vsui esse. Luminare quip
pe quãdiu seipsum tãtùmodo illuminat, luminare pro-
fectò nõ est. Quocirca gẽtilibus quoq; ipsis deterio-es
esse ait, qui proximorũ salutẽ negligerent, sic dicẽs: Si 1.Tim.5.a
quis autẽ suorum, & maximè domesticorũ prouidẽtiã
non gerit, fidẽ abnegauit, & est infideli deterior. Quid
enim hoc loco prouider-jæ nomine significa-i putas?
An fortasse necessariorũ-n largitionẽ? Equidem reor
ipsum hoc nomine curam animæ significare voluisse:
sin verò tu contẽtiosè sensum tuum afferre malueris,
sic quoque sentẽtia mea firmior ac validior manebit.
Nam si de corpore hæc dixit, eumq; qui vilem hũc &
quotidianum cibum nõ præbet, tantis cruciatibus ad-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G dixit,gentilibusq; deteriorem esse ait, quo nam tandē in loco statuemus eum,qui id, quod longè maius & dignius est,magisq; necessarium,contemnit? Agè itaque colligamus peccati nostri magnitudinem,ac paulatim ascendētes ostendamus,quantū peccata omnia exuperat proximorum contēptus & neglectio,vtq; ad summum malignitatis verticem cuadit.Est igitur primus malitiæ & iniquitatis gradus, amicos aspernari, quin vt ad inferiora sermonē reducamus: nescio enim quo pacto id me penè effugerat.Prior illa lex Iudæis tradita, ne iumēta quidē inimicorum despici permittit: sed siue illa deciderint,simul erigere:siue oberrauerint,reducere iubet . Est itaq; primus malitiæ & crudelitatis gradus ab infimis ascēdendo iumēta & pecora inimicorum vel errantia,vel lapsa negligere. Secundus illo superior,inimicos ipsos negligētius curare.Quanto enim homo mutis animantibus ad honorem præstat, tantò peccatum istud maius q̄ illud est. Tertius deinceps,fratres aspernari,si fuerint ignoti.Quartus,familiares quoq; despicere . Quintus cùm non solùm corpore,verùm anima quoq; fratrum pereūte desinemus. Sextus,si non familiaribus modò, verùm ipsis quoque H liberis nostris pereūtibus negligimus . Septimus, cùm nec alios quibus illi curæ esse possint prouidemus. Octauus,cùm & eos,qui id à seipsis facere instituūt, arcemus atque prohibemus.Nonus,cùm non tantùm illos prohibemus,verùm oppugnamus quoq;. Itaque si primus,& secundus,& tertius eiusce facinoris gradus tāto supplicio afficiendus est : quātos ille meretur ignes, qui cunctos eos gradus ascendit?Quod profectò modò vos facitis,qui nonū illum à primo gradum transcendistis:quinimmo si quis eum non tantùm nonum, verùm & decimū & vndecimū dixerit, profectò non peccabit.Cur id? Quia non natura solùm id peccatum multò maius est,verùm ex ipsa quoq; ratione tēporum durius multò & grauius fit. Quid ita? Quia eadē modò peccantibus nobis,quæ vetus lex dānat,non eadem supplicia debentur: verùm tantò acerbiora & diriora, quantò maiori gratia potiti,excellentioris q; doctrinæ participes effecti , maioribus itē honoribus affecti sumus.Cùm igitur & natura , & tēpore scelus hoc adeò immane sit & vehemēs , considera iā quantas flāmas, quantosq; cruciatus in eorum capita,qui id perpetrare non metuūt,exaggerabit: verùm ne sine certa ratione cōputando hæc dixisse videar,ex re ipsa documēta afferam,vt sciatis , quia etsi vitam nostrā omnē summa cū diligētia & cura disponamus,extrema animaduersione puniemur,si liberorū salutē neglexerimus. Rem autē vobis enarrabo,nō à meipso inuentā, sed in diuinis literis traditam.Sacerdos quidā apud Iudæos fuit, vir in primis moderatus atq; mansuetus, Heli nomine:huic duo cùm essent liberi, videretq; illos vitiis deditos,non corripuit,aut coërcuit:siue, vt veri⁹ loquar, corripuit illos quidē,& cohibuit, verùm non omni cū studio & vehemētia id fecit : horum hæc autem fuere I crimina vētris ingluuies,& fornicatio . Erāt enim, inquit,anteq̄ sanctificarētur sacræ carnes , priusquàm offerretur deo sacrificiū. Quibus compertis pater non illos pœna affecit,cæterùm verbis tātùm castigare, leniq; admonitione ab hac eorū peruersitate reuocare conatus est,atque huiusce modi verba iugiter ad illos loquebatur:Nolite filij,nolite sic facere, non enim bona fama est,quam ego audio de vobis,vt faciatis populū non seruire domino.Si delinquēs peccauerit vir in virū orabunt pro illo dominum:sin autem domino peccauerit vir , quis pro illo orabit? Et certè plena sūt gra K uitatis,reuerētiæ,ac ponderis hæc verba , & quæ recuperare, atq; ad statum vitæ melioris reuocare possent eum qui penitus excors & amēs non esset. Quippe sceleris immanitatem indicāt,& q̄ sit metuendum & cauendum admonent, & quæ illud pœna subsequebatur ostendunt,grauissima scilicet & intolerabilis . Verùm quia non omnia quæq; fuerant agenda,vt ea resecarētur vitia,molitus est,& ipse cum illis vnà periit.Nam & minas ille addere debuerat, & à suo eos conspectu amouere atq; abdicare, etiā,& verberibus afficere, multoq; illis grauius & durius instare.Quia igitur nihil horū egit, verborumq; tantùm monitis contentus fuit,& illis & sibiipsi deum aduersum,infestúmque cō stituit.Cumq; improbè & intempestiuè filiis parceret, & suam simul & illorum salutem perdidit. Audi deniq; quid ad discipulum de magistro locutus sit deus: quippe & discipulo,& prophetæ alteri, & cunctis penitus eius clades reuelare & loqui,q̄ illi maluit,adeò illū auersabatur atque oderat . Quid ergo inquit Samuel? Ibidē.3.c Nouerat q̄ maledicerent filij eius deo,& non corripiebat eos:certè corripuerat,sed hāc deus pro correptio- L ne non suscipit,adeò illam q̄ vehemētia & inuectione caruisset reprehendit.Itaque etsi prouidentiam habeamus filiorum , non autem quantum necesse id faciamus:profectò non ea prouidētia dicenda est, sicut nec fuit illa correctio Heli. Cùm verò crimen prosecutus fuisset,tum demum ingenti cum iracundia cruciatum adiecit : Iurauí enim, inquit, domui Heli,si peccatum Ibidem. istud de domo Heli expiabitur , siue incenso,siue sacrificiis vsque in æternum.Vidistine ingentem indignationem,cruciatumq; vehemētissimum, & omnino spe veniæ exclusum?Prorsus,inquit,illum perire necesse esse,nec ipsum modò vel eius filios,verùm cum illo domum quoque vniuersam , nullumq; medicamentum erit,quo vulnus istud curari possit: quanquam seni illi præter filiorum neglectionem, nihil quod crimini daret,habuit de⁹. Erat enim admirādus in cæteris,eiusq; philosophiam omnem,cùm ex aliis locis intueri licet, tum ex ipsa quoq; calamitate casuum suorū . Primùm enim cùm ista omnia audisset,seq; ad supremū cruciatum peruenisse conspiceret,non acerbè, non grauiter, non indignanter tulit . Non dixit,quid nam istud est? M vt fecissent plurimi? Num enim ego domin⁹ sum aliorum voluntatis? Peccatorum meorum pœnas persolue re habeo.Filij ætatem habent, ipsiq; soli merentur cruciari.Nihil omnino horum dixit , ne cogitauit quidē: cæterùm vt seruus fidelis & gratus, & qui vnum tantùm sibi obseruandum nouit,vt quæque dominus suus ei intulerit,æquanimiter & faciliter ferat, quantunlibet illa tristitia & acerba sint , ita plenissima philoso- 1.Reg.3.d phiæ verba ædidit:Dominus,inquit,ipse:quod gratum est in conspectu suo faciat . Non solùm autem ex loco istō,verùm ex alio quoq; virtus eius animaduerti potest:nam cùm bello finitimorum lacesserentur Iudæi, profectusq; ad illum quidem belli cladē enunciasset, vtq; tumpiter & miserabiliter illius liberi in ea dimicatione corruissent,hactenus quidem agebat quietē:verùm cùm ille tantæ huic cladi arcam dei direptam ab hostibus fuisse adicisset, tum verò præmœroris magnitudine obtenebratus senior , cecidit de sella retrò iuxta ianuam,& contrit⁹ est dorsum eius. Senex e- Ibidem.4.d nim erat & grandæuus,& honorabilis, & ipse iudicauit Israël viginti annis:qui sin⁹ querela gen⁹ Hebræorum rexerat,qui eius temporibus conuersatus est,quæ non

Exod.23.a & Deu.22.a

1.Reg.c.& sequen.

1.Reg.2.c

A non magnam vitæ cōtingentiam requirebant, nihil excusare potuit,quòd mīs quia illi cura nō fuerat & diligentissima,& vehemēs salutis liberorum,& miserè & infœliciter periret,consumptusq; illius scelus instar fluctus tetri & ingentis, virtutes eius cunctas transiliuit , vniuersaq; rectè facta sua magnitudine operuit: qua tandem nos animaduersione puniemur, qui & eo tempore nati sumus,quo longè maior à nobis philosophiæ fructus postulatur,& senis huius virtute non parum inferiores sumus:quippe qui non tantùm ipsi liberos nostros non moderamur,neque ad virtutem dirigimus:verùm eos quóque qui id facere voluerint , & insidiis appetimus,& hostium vice oppugnamus,barbarisq; omnibus immaniores erga natos nostros sumus?Illorū enim atrocitas & feritas vsque ad seruitiū duntaxat,& captiuitatem,& vastitatem patriæ, corporisq; incōmoda , & mala sæuit: vos autē ipsum animū in seruitutem abducitis , & veluti captiuum quendam vincientes,ita demum nequissimis & ferocissimis dæmonibus traditis,eorumq; libidinibus & ludibriis exponitis : cùm enim neque ipsi alicuius quod ad spiritū B pertineat monetis,neq; alios id facere permittitis, nihil profectò agitis:nec id mihi modò aliquis obiiciat, q̄ plerique cæteri filiorum curam longè,q̄ Heli negligētiores,nihil tale perpessi sunt,quale Heli . Multi enim sæpenumero multa ob id facinus acerbiora passi sunt, & diriora.Nam vnde ergo acerbæ & intempestiuæ mortes,vnde morbi perpetui,atque grauissimi plerunq; nobis,liberis nostris inferuntur? Vnde damnis & incommodis afficimur?Vnde casus varios,vnde calumnias, vnde mala innumera quotidie perpetimur? Nonne q̄ filios nostros malos aspicimus,& eos emendare negligimus? Atque quòd ista inanis coniectura non sit,satis quidem senis huius casus & euentus cōfirmare nos poterat:cæterùm ego dictum ex nostris cuiusdam sapientis viri de hac re loquar.Cùm enim is de filiis differeret,ita ferè inquit.Ne læteris in filiis impiis,& nisi fuerit in illis dei timor,ne confidas illorum vitæ: ingemisces enim intempestiuo luctu,& confestim illorū scies consummatione.Plurimi igitur,vt dixi, huiusmodi multa perpessi sunt . Sin verò aliqui effugere fortasse visi sunt,isti nō in finem penitus,sed in cōmodis sui malum C effugerunt:acerbiores enim ac longè diriores cùm excesserint è vita,pœnas luent.Cur autē,inquies , nō hic potissimū omnes qui sunt eiusmodi, suppliciis afficiūtur? Quia profectò deus diem statuit, in qua iudicaturus est orbem vniuersum,hæc autem dies nondum adest.Præterea si istud fieret, iamdiu absumptum defecisset , ac præreptum fuisset omne mortalium genus. Cæterùm ne isti ne istud contingat, neu plurimi ex dilatione ac tarditate iudicij pigriores fiant assumit quosdam interim deus peccatis obnoxios , eosq; hic pœnis excrucians,per illos admonet reliquos , quæ nā ipsos quantaq; supplicia maneant;vtq; addiscant , quòd etsi hac in vita nulla animaduersione plectantur,post eius tamen exitum punientur , & quidem longè grauius ac durius.Neque enim quod prophetas nunc non mittit deus,propterea quòs pœnam peccantibus denuncies, idcirco desides esse & stolidi debemus . Non enim prophetarum hoc tempus est,immo vero eos tunc quoq; mittere non desinit.Vnde autem id nobis constat? Habent, inquit, Mosen & prophetas.Ea quippe quæ ad illius temporis viros dicta sunt , ad nos quoque dici similiter manifestum est: nec modo Heli, sed omnibus prorsus eadem peccantibus, per illum perq; illius c- Luc.16.g

des intentans loquitur deus.Nec enim personas occi- D pit,vt qui minora peccātem cum domo tota funditus euertit & deleuit, is eos qui longè maiora & grauiora deliquerint,impunes esse permittat.Nec id quidē dicere possumus,q̄ non illi summa sit huius rei ratio & cura:summum enim optimè educandorum filiorū studium inducit,adeoq; ingens eius rei desiderium naturæ præterea inseruit,vt veluti necessitatem quandam ineuitabilem prouidentiæ & curæ habendæ filiorū parētibus constituisse videatur. Leges item postmodum intulit,de cura pro liberis gerēda . Nā cùm dies festos agi statueret,filiis suis eiusce celebrationis rationes & causas,vt aperirent,imperauit . Denique cùm de Pascha loqueretur,adiecit:Et annunciabis filio tuo in die Exod.13.c illa,dicēs:Idcirco fecit deus mihi hæc, cùm exirem de Aegypto.Quod itidem facit in eis legibus,quas de sacrificiis tulit.Cùm enim de primogenitis præcepta ædidisset,rursus adiecit: si post hæc interrogauerit te filius tuus,dicēs:Quid hoc est? dices ad eū:Quia in ma- Ibidem. nu valida eduxit nos dominus de Aegypto ex iugo seruitutis.Cum vero obduraretur Pharao,nec dimitteret nos,occidit omne primogenitum in terra Aegypti, à E primogenitis hominum vsque ad primogenita iumentorum.Idcirco ego immolo domino omne masculinū adaperiēs vuluā.Atque per omnia, vt illos ad dei notitiam adducant,monet & iubet. Sed & ipsis quoq; filiis plurima de his,qui se genuerunt officiosissimè tractandis imperat,eos quidem qui parentes fouerint,atque omnibus beneuolentiæ officiis prosecuti fuerint honorans:reliquos verò,quicq; fuerint ingrati , supplicijs afficiens.Hac autem rursus ratione chariores illos ac iucundiores parentibus facit . Nam si qui cuiusquā nos constitueret dominos , honore isto summam nobis necessitatem videretur imponere ne illum negligeremus:& si enim nihil aliud , certè vel id nos exorare posset,q̄ illius omnia nostris in manibus constituta essent,nec ita nobis crediti salutem facilè prodere sustineremus.Cùm verò præterea deus vnà irascatur,ampliusq; q̄ hi,qui iniuriis , & contumeliis fuerint affecti indignetur,grauissimosq; cruciatus addat, hinc quoq; vberiorem parentum ad filios amorem elicit . Tertiū verò deinceps à natura ipsa necessitudinis & charitatis vinculum adiunxit:sin autem ita mauis,primùm nā F ne illius de educandis liberis monita patres aspernarentur,naturalem addidit necessitatem.Ne autem illa ipsa naturæ necessitudo filiorum tandem iniuriis offensa imbecillior fieret,aut defleret, aut rumperetur, inobedientes liberos & ipse per seipsum punit, & patribus coërcendos puniendosq; permisit:sicq; eos summa cura parentum ditioni subiiciens , prorsus ne ab illis negligerentur,effecit.Non autem hinc,solùm , verùm alia quoque ex ratione summa nos illis cura diligentiáque coniunxit.Non modò enim malos,atque ingratos erga parētes liberos pœna afficit, bonosq; ac beneuolos suscipit:verùm in ipsis quoq; parentibus identidem facit, liberorum quidē negligentes diris simè punit,eos verò,qui studiosius illorū curam gerūt, collaudans,summisq; honoribus afficiens.Nanque senem istum,tametsi aliàs illustrē ac virtute singulari præditum,ex huiusmodi tam ingentia negligentia puniuit.Patriarcham verò cùm ex virtutibus reliquis , tum ex hac in primis diligentia & cura laudauit atque honorauit. Cùm enim dona illa plurima & maxima prosequeretur,quę se illi daturum pollicebatur,causam quoq; adiecit,& dixit:Noui enim,inquit , q̄ constituet Abrahā Gene.17.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

G filiꝰ suis, & domui suæ post eum, & obseruabunt vias domini dei, vt faciant iustitiam & iudicium. Ista nũc à me ideo commemorata sunt, vt ostenderem quàm non sit æquanimiter laturus deus, si eos negligentius tractemus, qui tantę sibi curæ sunt. Neq; enim eiusdem est, vt liberi salui fiant, tanta moliri, atq; si illi negligãtur, ira non commoueri. Non itaq; filios negligi impunè permittet, verùm vt ex rebus ipsis declaratum est, indignabitur, & vehementissimo furore concitabitur.
Ephes.6.a Quocirca beatus Paulus iugiter admonet, dicens: Patres, educate filios vestros in disciplina, & correctione domini. Si enim nosipsi quoq; vigilare iubemur, tãquàm pro animabꝰ illorum ratione reddituri, id profectò multò magis pater, qui genuit, qui educauit, qui cũ illo domi semper conuersatur. Vt enim in suis propriis delictis non valet quisq; se ad excusationis remedia cõferre, ita ne in his quidem, quæ filij deliquerint.
1.Tim.5.a Idq; rursus beati Pauli probatur testimonio. Cum enim ille sanciret cuiusmodi esse deberẽt, qui ad aliorũ magisterium & regimen assumerẽtur, inter cætera quę illis inesse necessariò debere testatus est, etiam filiorum
H curam & diligentiam annumerat, quasi nulla iam reliqua sit venię spes, si peruersi illi fuerint. Et nimirum id quidem conuenienter. Nam si à natura ipsa vitia homines haurirent & acciperẽt, posset aliquis excusationis se velamine obtegere: quoniam verò sponte atq; ex proposito & probi & improbi efficimur, quam tãdem ille probabilem excusationem poterit obtendere, qui quem omnium maximè diligit, & charũ habet, peruerti nequissimũ ac perditissimũ fieri permittit, dũ liceat si velit optimum ac probatissimũ facere, atq; hoc cum ex naturali affectu iugiter ad profectum liberorũ auidissimè expetendũ excitetur? An verò nõ potest? Nihil est quod illi minus concesserim. Nam q̃ eum tenerum acceperit, primusq; ac solus omnem eiusce instruendi facultatem nactus sit, semperq; domi secum cõtinuerit: & bellissimè illum, & facillimè imbuere ac moderari potuit. Itaq; nulla alia ex ratione peruersi vt fiant liberi contingit, nisi q̃ eorum patres circa vitæ præsentis commoda æquo amplius incumbunt, & ferè dixerim insaniunt. Cum enim illa solummodo inquirunt, nihilq; illis præferendũ censent, & suam pariter, & liberorum animam negligere coguntur. Hos ego patres, quod nemo tamen me commotius dicere q̃ veriꝰ existimet, paricidis ipsis immaniores, sceleratioresq; dixerim. Illi enim corpus ab anima disseparant, isti & animam & corpus æternis ignibus tradunt. Atque is quidem qui corpore occiditur, necessariò naturali lege, etiamsi necatus non fuisset, moreretur: hic verò sempiternam mortem vitare potuisset, nisi hanc illi conscisuisset paterna negligentia. Præterea corporis mortem
I superueniens, protinus resurrectionis gloria delere poterit facillimè: animę verò interitum nihil solari potest, cum sibi nulla iã sit reliqua salutis spes, verum immortales cruciatus luere cogatur. Itaque non iniuria parentes eiusmodi deteriores paricidis esse diximus. Non enim ita crudele facinus videtur, gladium euere, & armare dexteram, atq; in ipsum filij guttur immergere, vt animam perimere atque corrumpere: nihil enim huic ad honorem & dignitatem simile habemus. Quid igitur is, qui ciuitatem habitat, qui domum habet & uxorem, saluus esse non poterit? Primum quidem non vna salutis via, nec vnus modus est, verum permulti, ac differentes. Quod quidem Christus indefinitè dicit, cum multas esse apud patrem mansiones
Ioan.14.a asserit. Paulus verò sub definitione quadam idẽ loquitur, sic scribens: Alia claritas solis, alia lunæ, & alia stel- K
1.Cor.15.f larum: stellaq; item à stella differt in claritate. Quod autem dicit: eiusmodi est: alij quidem fulgebunt sicut sol, alij vt luna, & alij vt stellæ. Nec ista differentia cõtentus, maiorem longè varietatem intulit, tantamq; quantam in tanto stellarũ numero contingere par est. Stella enim, inquit, à stella differt in claritate. Diligenter igitur perpende, per quot dignitatum, ac meritorum gradus descendes, si à Solis magnitudine ad vltimam & minimam stellarũ deuoluaris. Perquàm igitur iniquum & indignum est, si filium tuum ad regiã & ad regem introducens, vt ipsum familiarissimum regi charissimumq; constituas, omnia & facis & pateris, cunctaq; moliris, nihil penitus dum id assequaris, omittens aut subterfugiens, non sumptus, non pericula, non vlla incommoda, non mortem ipsam denique: cœlestis verò militiæ, cœlestiumq; munerum optione proposita, non doleas, neque lamenteris, si extremum sortiatur locum, sitq; omnium nouissimus? Verùm hoc ipsum altius inspiciamus, fierine possit, vt qui in me-
L diis seculi curis ac negotiis versatur, vel extremus electorum esse dignus habeatur. Paulus quidem de huiusmodi breuem sententiam tulit, eosq; qui habent vxores, nõ aliter saluos esse posse declarauit, q̃ si eas ita haberent, tanquam non habentes, mundoq; isto nõ abu- 1.Cor.7.c
terẽtur. Nos autem, si placet, id quoq; paulò altius ac diligentius intueamur. Potẽsne ipse gloriari, filium tuũ vel te admonẽte didicisse, vel à seipso fuisse conspicatum, q̃ is qui iurat, etsi non sine ratione iuret, in deum peccare cõuincitur? Quid verò? Num illud didicit abste, q̃ is qui memoriam iniuriarum retinet, saluus esse non potest? Viæ enim, inquit, illorum qui non obliuiscũtur iniurias in mortem. An fortè id abs te audiuit, quòd maledicum ita dehonestauit deus, vt ipsa quoq; scripturæ sacræ lectione prohiberet? Quid verò? Nunquid hoc illi protestatus es, quòd superbum & iniurio- Esa.14.d
sum de cœlis deiecit, ac gehennæ tradidit ignibus? Nũ Mat.5.d
illud tandẽ eum docuisti, q̃ qui impudicis tantùm oculis aspicit, tanquam qui consummarit adulteriũ, sit puniẽdus? An verò leue istud, vt videtur, promptumq; delictum iudicare proximos, grauissimis cruciatibus afficiendum vt fugeret, eum aliquando monuisti, Christiq; de huiusmodi constitutas leges illi vnquam legisti? Fortasse nec tu quidẽ, quænam ista sint nosti: quòniã
M ergo modo poterit ea filius perficere, quorum nec pater ipse qui illum erudire debuerat, leges nouit? Atque vtinã hoc tantùm culpa esset, nihil vtile parentes liberis consulere, posset id etsi sit grauissimũ aliqua fortasse ratione tolerari: nunc verò illos ad ea quæ saluti suæ sunt aduersissima omni studio impellitis: denique audias patres, cùm liberos suos ad studia literarũ hortatur, huiusmodi verba illis iugiter insusurrare: Ille, inquit, humilis, humilisq; loco natus, quia dicendi facultatem consecutus est, summos magistratus, maxima imperia administrauit, opes acquisiuit ingentes, vxorem accepit diuitem, construxit præclaras ædes, omnibus terrori est, summaq; in gloria versatur. Alios rursus: Ille, inquit, Latina lingua eruditus, in regia clarissimus est, cunctaq; intus ipse administrat. Alius item alio in medium adducens proponit id imitandum, cunctisq; penitus insignes & claros in seculo viros memorant: cœlestis verò conuersationis, cœlestiumq; bonorũ nulla omnino fit mentio. Cæterùm si quis aliquid eiusmodi memorare voluerit, vt qui cũ peruertat, ita reiicitur,

A citur, exagitatur, affligatur. Cùm ergo hac doctrina teneros illorum animos imbuitis, atq; hisce verbis rudes adhuc aures excantatis: profectò nihil eos aliud, q̃ materiam malorum omnium locetis, duos istos illis violentissimos amores inseretes, pecuniarum scilicet, & qui lõgè pernicioſior est, leuissimę atq; inanissimæ gloriæ: horum verò cùm seorsum quilibet cuncta peruertere vi sua sufficiat, quid tandem ambo facturi existimãtur, si simul coëant, sicq; in iuuenis animum irruãt mollissimum atque tenerrimum? Nonne veluti torrẽtes quidam coniuncti, bona simul omnia corrumpunt & perimunt, tantum spinarum, tantum harenæ numerum, tantamq; materiæ vim intus congerentes, vt animum illum sterilem, bonorumq; omnium inferacem faciant? Qua in re ipsi quoque externæ philosophiæ authores nobis testimonio sunt. Alterum enim horũ vitiorum non coniunctum, sed separatum, ac solũ, vnus quidẽ arcem: alius verò caput malorum appellauit. Sin verò separatum arx malorum, & caput est: quid tandẽ erit, si alterum quoq; sibi accesserit immanius longè, atq; potentius? gloriæ scilicet insanus amor, atq; cũ illo
B violenter irruens firmissimis radicibus nitatur, iuuenisq; occupet animum? Quis iam eiusmodi impetũ poterit obtundere, quis eam perniciem restringere, cùm præcipuè parentes cuncta ea & faciant & moliantur: non quibus hæc iniquissima germina vellãtur, verùm quibus firmiora & solidiora fiãt? Quis adeò stultus atque amans sit, qui in ita imbuti & instructi desperet salutem? Optandum in primis fuerat ei animo, qui huiusce verbis indies incitaretur, eam pestem euadere posse. Cùm verò præterea vndique illiciant pecuniarum præmia, vbiq; scelerati homines ad imitandum propo-
1.Tim.6.b nantur: quæ nã iam salutis spes relinquitur? Qui enim pecuniæ amore rapiuntur, inuidi quoque nequam, detractores, periuri, temerarij, audaces, maledici, fures, inuerecundi, impudẽtes, ingrati, mala denique omnia sint necesse est. Atque horum omnium testis fidelissimus est beatus Paulus, qui radicem omnium vitæ malorum pecuniæ immodicã cupiditatem esse ait. Quod
Matt.6.d idipsum Christus antea manifestauerat, cùm impossibile esse assereret, eum seruire deo, qui illi vitio esset
C obnoxius. Cùm igitur initiò iuuenis ad hæc statim adducatur seruitutem, quando iam liber esse, quando vndarum moles poterit euadere, cunctis impellentibus atq; mergentibus, extremoq; in submersionis periculo illum statuẽtibus? Nam si nullo perturbãte, si plurimis porrigentibus manum, exurgere ille, atq; emergere potuerit, cunctamq; perturbationum ac vitiorũ amaritudinem diluere: nonne gratulandum atque congaudendum illi erit? Si, inquam, longo tẽpore diuinis excantatus carminibus, insolitas passiones abiicere valuerit: nonne & laudandus millies, & coronandus erit? Dura enim dura, ac penitus acuta & violenta res consuetudo est, ad vincendam cupiendamq; animam. Cùm in primis ista voluptatem adiutricem habeat: ea verò virtus, ad quã festinamus, & ad quam transferri atque applicari studeamus, ingentes nobis præbeat labores. Quocirca Deus ipse quoq; cum Hebræis, eorum quę in
Num.11.b Aegypto didicerant, malorum vetus consuetudo deponenda esset, eorum illos in solitudinem adduxit, atq; ita illorũ fortasse animos viã omni medicinæ, & curationis tẽtans asperiorem atq; leniorem, nihilq; penitus omittens ex his quæ viderentur eorum salubritati profutura. Et q̃ sic quidem vitia illi effugerũt, sed cum manna cœlesti cibo alerẽtur, cepas tamen ce-
D allia & cætera Aegypti mala præferebãt, atq; requirebant. Adeò consuetudo valet, tantumq; habet roboris. Si autem Iudæi cùm tanta diuinæ diligentiæ cura rẽtur, ducemq; præstantissimum, & oratorem adeò egregium, cui niterentur haberent, metuq; præterea & cõminatione & beneficiis & cruciatibus, modis denicq; omnibus erudirentur, tantaq; & tam illustria miracula viderent, in nullo meliores euaserunt. Tu filium tuũ iuuenem in Aegypto media, siue magis in media dimicatione versantẽ, nullumq; qui quod sibi vtile esse possit, cõsulat audientem: cunctos verò ad ea quæ contraria saluti sunt se exhortari inspicientẽ, atque eos omniũ maximè, qui se genuerunt & educauerunt, diaboli laqueos euadere posse arbitraris? Vnde quæso? Nũ ex his, quæ tu illũ doces? Atqui tu ad ea quæ omnino contraria saluti sũt, hortaris, cùm philosophiæ ne per somnium quidem permittis illũ meminisse, cunctaq; secuE li istius, infrà supraq; voluens commoda maximis fluctibus iactari, summisq; in periculis vitæ versari, tuis adhortationibus inducis. Num fortè à semetipso? Maximè quidẽ iuuenis sibiipsi non sufficiet ad virtutẽ conquirendã atq; exercendã: sed & si quid ex seipso strenuum atq; illustre conceperit priusquam id germinet, verborũ tuorũ perpetuo imbre suffocabitur. Vt enim corpus si salubribus cibis non fruatur, insalubribusq; nutriatur lõgo tẽpore subsistere & durare non potest: ita & anima quæ eiusmodi doctrinis fuerit imbuta, nihil vnquã altũ, nihil magnũ cogitare poterit, sed eiusmodi necesse est languidã & mollẽ, vitiisq; velut peste quadã iugiter infectam, ita demum in æternos ignes, atque in immortales cruciatus prouci. Sin verò tu ista non ita se habere contenderis, esseq; possibile mediis in rerum perturbationibus virtutem omnem assequi, affirmare perrexeris, ne quẽso pigeat nouam hanc, atque inauditam nos docere disciplinam. Nolo enim sine causa, si fieri possit, tantum mihi negotij assumere, nec frustra seculi læta respuere. Sed enim hoc addisce re non possumus: neq; enim permittitis vos, huic sententiæ & verbis, & operibus contradicentes, atque omnia contraria docentes: veluti enim dedita opera liberos vestros omni studio perdere curetis, ita vniuersa illos facere iubetis, quæ qui faciunt, salui esse non possunt.
F Id si placet aliquanto altius consideremus. Cœlestibus
Luc.6.d euangelium vocibus intonans. Væ, inquit, ridentibus: vos illis quotidie innumeras risus occasiones præbetis.
Ibidem. Væ diuitibus. vos conarã, vt illi pecuniosissimi fiant, v-
Ibidem. niuersa molimini. Væ cùm vobis benedixerint homines. vos autem & quidem sæpe vt laudes, fauoresq; populares consequamini, omne patrimonium effunditis.
Matt.5.d Rursusq; qui fratrem contumeliis affecerit, sempiternis ignibus obnoxius fit: vos autem & imbecilles esse putatis, & timidos, qui tacitè sibi illatas contumelias
Ibidẽ.f.&.2 Timo.2.c ferũt. Imperat Christus pugna, & vltione abstinere vitæ cœlestis æmulos: at vos in eiusmodi pestibus illos
Matt.5.e semper enutritis. Oculum ille si noceat, crebrò eruendum iubet: vos eis maximè amicis vtimini, quiq; pecunias dare amplissimas potuerint, etiam si supremũ
Ibidem. vitiorum omnium doceant. Dimittere ille vxorẽ non permittit, præterquam in sola causa adulterij: vos autem modò pecunias acciperẽ ampliores liceat, hoc etiam præceptum vt illi aspernentur, imperatis. Iusiurandum ille penitus prohibuit: vos si quem ea seruare videritis, etiam ridetis. Qui amat, inquit, animam
Ioan.12.d suam, perdet eam. Vos ad huiusmodi amorem sem-
Matt.6.b per illos hortamini. Si non remiseritis, inquit, hominibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gnitus peccata illorum, nec pater vester cœlestis remittet vobis. nos quoties eos, qui nos iniuriis lacessunt, vlciscinoluerimus, ignauiam nobis exprobratis, vtq; filij nostri maturè se vlciscipossint, curã omnem adhibetis. Rursus gloriæ inanis cupidos cuncta sine mercedis fructu gerere, sententia sua Christus docuit, siue illi ieiunauerint, siue orauerint, siue miserti fuerint: vos cõtrà, vt hac frui valeatis nihil omittitis. Et quid me necesse est vniuersa persequi, cùm ista quoque quæ dicta sunt, gehennas innumeras inferre idonea sint, non modò si cuncta simul coëant, verum & seorsum singula? Cæterum vos simul vniuersa congeritis, & imponẽtes peccatorum onus importabile, ita demum in fluuium igneum immittitis. Quando itaque seruari potest, qui tanta ferunt igni nutrimenta? Neque istud solum iniquum & indignum est, quòd Christi præceptis contraria docetis, verum quòd fauorabilibus appellationibus vitia obducitis. Quippe Circensibus ludis, & reliquis spectaculis interesse iugiter, vrbanitatem & facetias vocatis: diuitiis affluere, liberalitatem: gloriam amare, magnanimitatem: arrogantiam, cõfidentiam: H prodigalitatem, clementiam: iniustitiam, fortitudinẽ esse asserentes. Tum verò quasi non hæc sufficiat decipula, virtutẽ quoque contrariis nominibus obnubitis, rusticitatẽ quidem pudicitiam vocantes: formidinẽ, modestiam: imbecillitatemq;, iustitiam: cõtemptumq; fastus & gloriæ seruilis esse animi existimãtes, malorumq; tolerantiam, ignauiam & infirmitatem: tanquã profectò metuentes, ne si tandẽ veram & propriã harum rerum appellationem ab aliis audierint, effugiãt eiusmodi perniciem filij. Neque enim parum confert ad euitationem mali, nudas ipsas & proprias vitiorũ proferre appellationes, verum tantũ habet momenti & roboris, ad eos qui peccãt feriendos, vt plurimi nõnunquam turpissimis flagitiis insignes, cum id quod sunt, se vocari audiunt, modestè ferre non possint: sed vt qui acerbissima sint perpessi, ita sæuiunt atq; efferantur. Denique si quis vel mulierem adulteram, vel stupratum puerum ex actu ipso fœdissimo vocauerit, vt qui maximis iniuriis affecerit, irreconciliabilis efficitur repentè inimicus. Nec istos solum, sed & cupidum quenq;, & ebriũ & elatum, ac tumidũ, omnesq; penitus I qui graue aliquid peccauerint, videas non tam opere ipso nefario, multitudinisq; opinione morderi ac dolere, vt appellationibus propriis operum suorum. Atq; ego complures isto correptionis genere emẽdatos noui, factosq; ipsis exprobrationibꝰ moderatiores ac meliores. Verum enim vos istud quoq; solatium, ac remedium sustulistis: quòdque grauius est nõ verbis solum, sed operibus ipsis quoq; hæc illis monita datis, dum ædes præclaras instruitis, dum emitis preciosissimas villas, dum apparatꝰ alios magnificos quæritis, prorsusq; veluti atra quadã nebula illorũ animos obnubitis. Vnde igitur mihi persuaderi poterit, eiusmodi posse salubres fieri, cum eos omni studio ad illa impelli conspiciam, quæ qui faciunt, Christus perire omnes apertis vocibus docuit, cum videam vos illorum animas, vt vile aliquid, ac superfluum negligere: eorum autẽ, quæ & superflua re vera & indigna sunt, veluti ea necessaria sint & principalia curam gerere ingentem? Nempe enim vt seruus, vt equus optimus, vestisq; preciosissima filiꝰ sit, omnia facitis: vt autẽ ipse bonus & probus fiat, ne cogitare quidem vnquam vultis. Cæterum ad ligna vsq; & lapides hoc studium perducitis: animam verò nec minima quidem huiꝰ diligentiæ parte dignã iudicatis. Cumq; vt in domo tua antiquo opere admiranda consistat, & tecta aurea rutilent, cuncta moliamini: preciosissimam omnium statuarum animam, quatenus aureã efficiat, nullam curã gerere vultis. Atqui nondum supremum verticem, & culmen malorum omnium dixi, necdum summam totius calamitatis reuelaui: quam cum sæpe dicere instituerem, verecundiæ ac ruboris magnitudine superatus destiti. Quid verò istud est? Audiendum enim iam, ac dicendum est. Nã esset profectò incredibilis ignauiæ & imperitiæ, si pestem aliquam resecare cupientes, ne mutire quidem aduersus illam auderemus, silentióque nostro morbum illum accusare, & grauiorem constituere vellemus. Nõ itaque silebo amplius, etiamsi millies & pudendum mihi & erubescendum fuerit. Neque enim medicus cum putredinem exprimere & extergere parat ex vulnere, ferrum manibus arripere deuitat, atque in ipsum, vt ita dixerim, vulneris fundum digitos demittere. Et nos itaque, & si sit ista longè grauior & molestior putredo, non tamẽ de hisce loqui recusabimus. Quod ergo tãdem istud malum est? Amor quidam nouus & nequissimus nostra ætate, atque in nostrum genus irrupit, & latè dominatur. Morbus irruit acerbus atque insanabilis. Pestis teterrima, atque omni pernicie immanior & grauior inuecta est. Scelus quoddam nouum & intolerabile excogitatum est. Nõ enim scriptæ & constitutæ modò, verum ipsæ quoque naturæ peruertuntur leges. Nihil iam ferè ad impudicitiæ rationem fornicatio esse existimatur. Cæterùm vt in partus doloribus, cùm passio incumbit violẽtior, prioris doloris sensum omnem sua magnitudine intercipit: sic huius quoque magnitudo flagitij facit, vt quod suapte natura tolerabile non est, non iam videatur esse intolerabile, obscœna scilicet cũ mulieribus libido. Optandũ enim iam votis omnibus videtur, posse huiusmodi retia effugere, periclitaturq; iam superfluò effectus esse sexus muliebris, adolescẽtibus vices eius omnes implentibus. Quod cùm per se est acerbissimũ: facit id profectò, vt deterius & tetrius sit, quòd tãtum scelus, tã nefarij facinus incredibili audacia, summaq; iam cũ libertate admittitur, flagitiumq; lex factũ est. Nemo iam mẽcuit, nemo perhorrescit, nullus continetur verecundia, nullus rubore sustunditur. Cæterùm ista impudentia se ornari putãt, & faceti videri ex scelere volunt. Insanire iam videntur, quòd pudicitiæ student: & esse dementissimi, qui leges contra ferre audent. Qui si quidem imbecilliores fuerint, verberibus quoque conciduntur: sin verò potentiores, spernũtur, irridentur, & probris resperguntur innumeris. Nihil iam leges, nihil iudicia valent. Non pædagogi, nõ parentes, non magistri, non senectæ obsistere iam valent: alios enim pecuniis voluere corrũpere, eos scilicet qui solam ad mercedem spectant. Porrò si qui fuerint modestiores, eorumq; qui sibi creditisunt, salutem curare perstiterint: alij quidem circunueniuntur facilè, reliqui verò flagitiosorum potẽtia & metu perterriti succumbunt: facilius enim is qui tyrannidem sibi parare molitur, suspectus fuerit, seruabitur, quàm sceleste rũ illorum, nequissimorumq; hominum manus possit effugere, qui illis fuerit infensus: adeò mediis in ciuitatibus velut in solitudine fulgenti masculi in masculos turpiter desæuiunt, horrendumq; flagitium in alterutrũ cõmittũt. Si qui tamen hos laqueos effugere potuerint, opinionẽ saltem q̃ sint eiusmodi, difficilè vitabunt. Primum quidem quòd sint ipsi admodum pauci, sicq; K L M

A sicq; facillimè operiuntur improborum multitudine. Secundò, q̃ flagitiosi illi, nequissimi dæmones, cùm eos qui se spernunt, & exosos habentur, nõ possint aliter vlciscivel hac in parte illos solare studeant. Quia enim lethale illis vulnus infligere non valent, ipsamq; animam vel penetrare vel polluere, exteriorem saltẽ ornatũ, quo illi amicti sunt, maculare nituntur, omnemq; illis honestatis gloriam eripere. Quocirca complures audiui, cùm se mirari dicerent, q̃ nondum hodieq; im Gen.19.c ber alius igneus eruperit, q̃ non similia Sodomis vobis vestra passa sit: tãtò sanè grauiore digna cruciatu, quãtò ne aliorũ quidẽ cladibus emendata corrigitur. Verum quanquam ipsa quoque regione, iam post duo annorum millia ipsa sua facie clarius clamante quàm si voce loqueretur, atq; orbem vniuersum admonẽte, ne quid eiusmodi præsumat, nõ modò timidiores aut segniores ad hoc audendum facinus facti non sunt, verum longè impudentiores, tanquam profectò aduersus deum contẽdentes, atque operibus ipsis ostendere studentes, tantò se cumulatius his malis adiecturos, quantò maiora ille intentauerit supplicia. Cur ergo B nihil factum est eiusmodi, sed cum admittantur Sodomorum sceleraq, non tamen contingunt Sodomorum clades? Quia manet istos ignis alius longè isto grauior: cruciatusq; finem nullum habens. Nam cum multò grauiora scelera, quàm hi qui diluuij aquis periere, plurimi posteà admiserint, nullus tamen imber eiusmodi postmodum factus est. Atque in hoc facto eadẽ rursus controuersia est. Cur enim hi quidem qui initio seculi fuere, cum neque iudicia essent, nec principum metus immineret, non legis comminatio terreret, non prophetarum adesset chorus, qui moderaretur & regeret, non expectatio gehennæ, nõ cœlestis regni spes, non miracula ipsa denique lapides, ipsos quoque excitare valentia: cur, inquam, isti qui nullo horum potiti sunt, pro his quæ peccauerunt, tanta animaduersione puniti sunt: qui autem horum omnium participes fuere, atque inter metum diuinorum, humanorumq; iudiciorum degunt, hodieq; non eadem quæ illi patiũtur, cum sint longè grauiori supplicio digniſſimi? Nonne puero cuiuis constabit, quòd acerbiori atq; vehementiori pœnæ reseruantur? Nam si nosipsi quoque super C his & indignamur & indignamur, deus cui omnium maximè totius mortalium generis cura incumbit, qui vitia vehementer & auersatur & odit, quando ista impunè admitti sceiera passurus est? Sed profectò non ita se res habet, non adeo nos decipiamus. Immittet in illos peritus manum illam validissimam & plagam non ferendam, doloremq; cruciatuum sempiternorum adeo grauissimum, vt si Sodomorum clades illi cõferatur, ludus puerorum esse existimetur. Quam enim Barbarorum feritatem isti non sua improbitate transcenderunt? Quod beluarum genus congressu suo impurissimo non superauerunt? Est in quibusdam mutarum animantium, natura insitus libidinis ardor incredibilis, cupidoq; intolerabilis, & nullo ab insania differẽs: quæ tamen amorem hunc nefarium non norũt, sed intra leges à natura præstitas permãserunt: neque si mollities libidine vrantur, naturæ vnquam præterlabuntur legem. At isti & rationales conditi, diuinóque magisterio potiti, quidve agendũ sit, vel non aliis quoque annunciare iussi, non ita licẽtiose ac sine metu meretricibus vt adolescẽtibus congrediuntur. Et quasi homines non sint, non prouidentia vlla res humanas agat, aut moderetur, & ea quæ fiunt, videat, ac tenebræ cuncta occupauerint: nullusq; sit qui ista videat vel audiat, ita D cuncta flagitia admittunt, insania ac furore incredibili. Liberorum verò qui eiusce contumeliis afficiuntur, patres hæc taciti ferunt, nec secum vnà filios terra obruunt, neq; tantæ cladi vllum remedium aut solatiũ inquirunt. Nam si ad externas gẽtes, si ad mare, si ad extremas insulas, si ad inaccessam terram, si ad eũ qui citra nos est orbẽ filij vt hac peste liberi euaderẽt addu cendi atque pertrahendi essent: nõnne omnia & facere & pati debuerant, ne fierent eiusmodi flagitia? Certè siquidem insalubris esset locus aliquis, ac pestilens, nunquam eo filios adduceremus, etiam si lucra ingentia inde consecuturi videremur, etiam si sani illi viribusq; essent validissimi. Nunc verò cùm tam immanis pestis cuncta compleuerit, non solum ipsi liberos nostros ad hæc prærupta pertrahimus: verum si qui illos eripere, ac liberare voluerint, eos tanquam perditos & corruptores vndiq; exagitamus. Quàm ista igitur ingenti iracundia, quanto furore, quantisq; fulminibus digna sunt? quandoquidem vt illi linguæ acumen, ac nitorem habeant per exteriorem sapientiam omni studio curamus: animam verò in ipso cœno spurcitiæ iacentem, atq; indies putrescentem non modo despicimus, verum exurgere quoque cupientem prohibemus. Et quisquam iam asserere audebit, possibile esse tantis malis inuersantes, saluos fieri? Quanã tandem ratione? Nempe qui impudicorum effugere insaniam potuerint, pauci omnino sunt: illiq; ipsi non effugient amores illos violentos, qui cuncta perdiderunt, pecuniarũ scilicet & gloriæ. Complures vero & his ipsis, & vnà impudicis amoribus vehementius oppressi detinentur. Deinde disertos illos, & liberalibus studiis excultos fieri cùm voltimus, non ea solùm quæ huic eruditioni impedimento esse possunt, resecamus: verùm cũcta quæ ad eam assequendam conferre possunt, solicitè paramus, pedagogos ac magistros illis procurantes sumptusq; suppeditantes: atque à rebus cæteris otium præstantes, eisq; intentius acclamantes atque stu dioſius, quàm in Olympicis certaminibus pædotribæ faciunt, inopiam quam imperitia, copiasq; quas parit eruditio commemorantes, cunctaque per nosipsos, & per alios agentes, ac dicentes, quibus illos ad finẽ destinati studij perduci posse arbitramur. Et ne sic quidem crebrò voti compotes efficimur. Mores verò optimos & moderatos, conuersationisq; præclaræ diligentiam vtrò illis prouenire arbitrabimur, cùm tot ac tanta sint, quæ illa impeditant & intercipiant. Et quid hac absurditate dici deterius possit, si id quidem quod leuissimum est maximo & honore & studio dignemur, quasi possibile non sit aliter illud adipisci: quod verò longè difficillimum, & grauissimum est, id dormientibus contingere existimemus, vt vnum aliquid minimum, ac nullius æstimationis ac precij: Philosophia nanque animi literarum eruditione, studiisq; liberalibus tantò difficilior est & operosior, quantò facere quàm dicere difficilius, operaq; quàm verba laboriosiora sunt. Et quid, inquit, liberis nostris philosophia diligentiori opus est? Istud istud omnino est, quod vniuersos perdidit, quod rem adeò necessariam, qua vita omnis nostra continetur, superfluam esse & otiosam iudicamus. Certè enim si qui corporis incommodo laborare filium viderit, nunquam dicturus est, quid illi integra & diligentiori sanitate opus est, verùm cuncta molietur & geret, quibus tam insignem ille, támque excellentem habitum acquirat, E F

Universidad de Deusto
Biblioteca

G rat, vt iam ad eum vltrà morbus ille redire nõ possit: animę verò morbo cùm illi grauissimè laborent, nihil eis aiũt curatione opus esse. Postq; ista omnia patres se vocare audent. Quid igitur? Philosophabimúrne omnes, inquit, aliquis, seculiq; omnia peribunt? Non ita prorsus virorũ optime. Nõ enim philosophiæ dare operam id tandẽ est quod vniuersa corrupit & perdidit, verũm id non agere. Quinam enim, quæso te, præsenti hoc in rerũ statu per scelera & flagitia feruntur? Illine qui moderatè & quietè viuunt, an qui nouos & iniquos excogitant deliciarũ modos? Qui res omniũ diripere, sibiq; conscisere, summo studio nituntur: an qui frugalitati studentes, suis & quidem modicis contenti sunt? Qui seruorũ cuneos, & assentatorũ greges, exoletorumq; examina circunducunt: an qui seruum vnũ sibi satis esse arbitrantur? Nondum enim summa de philosophia loquor, sed de ea quæ & plana est & peruia & plurimis accessa. Illine qui clementes & moderati, ac mãsueti sunt: an ij qui nihil æquè ac summos à contribulibus honores quærũt, maximisq; calamitatibus afficiũt, si non ille sibi assurgat, si nõ salutet prior, si non suppliciter inclinet, cunctaq; seruorũ obsequia præ se ferat? Qui alieno imperio regi, aliisq; obtemperare meditãtur: an qui potestates & magistratus auẽt, cunctaq; dum his potiantur & facere & tolerare susti nent? Qui quòd se cunctis meliores esse arbitrentur, licere sibi & loqui & agere omnia existimant: an qui seipsos cũ vltimis & vilioribus annumerant: istamq; irrationabilẽ potentiam, vt vitiũ castigant & fugiunt? Qui præclara ædificia construunt, & magnificè instructas apponunt mensas: an qui parco cibo, habitaculoq; quod necessitati satis sit, contẽti, nihil amplius requirunt? Qui innumera soli sulcant iugera, an qui ne glebæ quidẽ vnius possessionem sibi necessariam existimant? Qui fœnus fœnori adiiciunt, omniq; mercaturę viã iniustam licèt aperiunt & mouent: an qui huiuscemodi conuentionũ & chirographorũ iniquitatẽ penitus oderunt, atq; ex his quæ possident egentibus subueniunt? Qui mortalis conditionis imbecillitatẽ, vilitatemq; considerãt, an qui ne hanc quidẽ consideratione admittũt, ac ferè homines se præ iactantiæ, ac tumoris magnitudine existimare desierunt? Qui scorta nutriunt, alienisq; matrimoniis se inquinãt, an qui vxore quoq; legitima abstinent: Nónne illi quidẽ veluti tumores corpori, ventiq; sęui ac furentes mari: ita totius orbis terrarum euertendæ reipublicæ exorti, eos quoq; qui seruari possent, per suam intemperantiam & improbitatẽ immergere, ac prorsus extinguere conantur: isti verò tanquã lumina clarissima in tenebris micantia, eos qui in æstu medio iactantur, ad summã inuitantes quietẽ & securitatem, ac philosophiæ faces desublimi quodam & longinquo pharo accensas præferentes: ita demum eos qui monitis suis obtemperare non renuunt, ad quietem ac tutissimum portum perducunt? Nónne per illos quidem seditiones, bella, pugnę, euersiones vrbium, in seruitutem abductiones, seruitutes, captiuitates, cædes, malaq; alia innumera, quæ in seculo fiunt, nec ea solùm quæ inferuntur ab hominibus, verùm & quæ de cœlo omnia: puta siccitates, imbres, terræmotus, fames, pestes, aliaq; omnia quæ cœlitus nobis immittuntur? Nónne ergo isti qui & mores totius humanitatis peruertunt, qui res publicas corrũpunt, hi aliis quoq; innumerabilium calamitatũ causa fiunt, qui vitæ quietiori studentes, eamq; degere volentes, perturbant vndique & pertrahunt, variisq; suppliciis affligunt? Horum gratia profectò & iudicia, & leges, & mulctæ, variaq; torm[illegible]torum genera sunt instituta. Vt enim in ea domo, in qua plurimi morbis variis laborant, paucíq; sanẽ, ita gaudent, videas plurima & medicamentorum genera, & medicos quamplares: ita in orbe toto nulla gens est, nulla ciuitas, vbi non leges plurimæ, non multi magistratus, non innumeri pœnarum modi, ad perterrendos improbos sunt constituti. Neq; enim sufficiunt medicamẽta ipsa sola languidos eripere, nisi adsint qui illa vulneribꝰ imponãt: hi profectò iudices & magistratꝰ sunt, qui illos, velint nolint, medicinã admittere compellunt. Atque ita etiam morbꝰ obtinuit, adeò vt ipsam ferè medicorum artem superauerit: ipsosq; iudices infecerit: prorsusq; idem contingit, ac si quis & febre & morbo intercutis, aliisq; itẽ ægritudinibus innumeris & grauioribus oppressus mala quidẽ propria curare negligeret, alios verò qui eisdem incommodis laborarent, eripere studeret: nẽpe enim vitiorum inundatio & vis, quasi torrẽs quidam, vniuersis obicibus ruptis, vehementi impetu in animos mortaliũ effusa est. Et quid me dicere necesse est, morũ optimorum omniũ peruersionem? Periculum iam ingẽs, metusq; subiit, ne pestis ista, quæ à nequam istis, improbissimisq; hominibus inuecta est, ea etiã quæ de prouidentia à pluribus in libris disputata sũt, refellat omnia. Adeò indies procedit, augetur, insanit, omniaq; occupare festinat: adeò quæ suprà fuerant, infrà iam fecit, atq; aduersus cœlum bellare instituit, mortalium linguas non iam aduersus homines conseruos, sed planè iam aduersus omnipotentem dominum armans. Vnde enim, quæso, fati nomen multum per ora omnium vbiq; vertitur? Vnde syderum, irrationabilibus motibus cuncta quæ accidunt, pleriq; imputant? Vt quid fortunam, vt quid causam quidam profitentur, & prædicant? Vnde sine ratione, sine prouidentia, ac temerè ferri cuncta arbitrantur? Propter cósne qui iustè & quietè & moderatè viuunt, an propter illos quos tu quidem cõtinere & cõseruare respublicas dicebas? Ego verò communẽ totius humani generis pestem esse mõstrauí, atq; istud ita manifestũ est, vt nemo inde dubitare possit. Nullus enim indignatur quòd ille, aut ille philosophare pergit, cp mitis est, quòd moderatus, quòd pudicus, quòd negligit humana omnia & spernit: verũ cp ille delicatè viuit, quòd cupit, quòd rapit, quòd nequissimus cùm sit, vitiisq; omnibus repletus, clarissimus est, summaq; in rerũ copia, & prosperitate versatur. Ista queruli annunciant, hæc obiiciunt, hæc accusant, qui non credunt deo, his offerdũtur plurimi: adeò eorũ gratia qui iustè & moderatè viuunt, non modò nihil horum verborum fóquerentur, sed illa quoque reprehenderent, quibus vt dei accusarent prouidentiam, fuissent inducti. Atq; vtinam aut omnes, aut certè pars maior viuere ita voluisset, nunquam profectò verba ista aliquis excogitasset, nec sũmus malorum omnium vertex irrepsisset, nec quæreretur vnde mala essent. Cùm enim illa non essent, neque apparerent, quis inquirere pergeret malorum causam? Ne enumeræ quidem ab ista quæstione sectæ pullulassent. Manes enim & Marcio & Valés & gentilium plurimi, hinc potissimum habuerę principiũ. Sin verò omnes philopharętur, quæstio sanè ista locum nullũ inuenisset, sed si nullis alijs ex locis, vel ex isto certè viuendi optimo atq; lætissimo genere dudũ, vniuersi discessent, sub deo nos rege degẽtes, resq; humanas ab illo & administrari & regi secundùm suã inæstimabilẽ, incomprehensibilemq; sapientiam. Quod quidem fit nunc quoq;, & si non facilè perspicitur, ob ingẽtem illam & crassam nebulam, quam isti toto terrarum orbe effuderũt. Quæ si auferretur, profectò veluti in meridiana luce, & sereno candidissimóque cœlo cunctis mortalibus diuina perspiceretur prouidẽtia. Denique si non essent iudicia, non accusatores, non calumniatores, non torméta, non mulctę, nõ carceres, non cruciatus, non bonorum publicationes, & damna, non timores & pericula, non insidiæ & inimicitiæ, non ignominia, non maledicta, non odia, non pestilẽtiæ, non denique aliud aliquid eiusmodi, si quod à nobis in hac enumeratione prætermissum est, sed omnes digna & conuenientissima cum moderatione viuerent, quis vnquã mortalium de prouidentia diuina dubitasset? Profectò nullus. Nunc verò ferè idem cõtingit, ac si hyeme ingenti ac procella imminẽte gubernator quidem faciat quod sui muneris est diligentissimè, seruetq; inter vndarum moles nauem, non autẽ appareat eiusce peritię & artis diligẽtia vectoribus, quòd hanc illis cõsideratione & perturbatio & metus & solicitudo præsentiũ, iam iamq; impendentium malorũ eripiat. Deus enim nunc quoquꝰ gubernat omnem hanc machinam, & si non id à plurimis animaduertitur, ob rerũ turbines & perturbationem vitæ: quam quidem perturbationem isti maximè omnium excitant. Itaque non tantùm morum rectitudinem peruertunt, verùm ipsam quoque pietatem religionis contaminant. Nec sanè peccabit qui istos naturæ totius inimicos appellauerit, qui in aliorum perniciem coniurant, & doctrinis sceleratis ac impuris moribus, eos qui secum hoc in vitæ salo nauigant, demergunt. Atqui nihil horum penitus in monasteriis inuenies. Verùm quanquã procella tanta, tantiq; fluctus desæuiunt, soli in tranquillo & portu & securitate sũma residẽtes, veluti ex cœlo ipso cæterorum naufragia prospectant. Nanq; conuersationẽ planè cœlestem elegerunt, nihilq; deterius angelis affecti sunt. Vt enim illis nulla inest inæqualitas, nec alij successibus, secundisq; rebus elati, gloriantur, alij extremis malis & incommodis oppressi gemũt, sed omnes pariter in gaudio & quiete, summáque illa & cœlesti gloria exultant: ita fieri quoque perspicias in monasteriis, nullus ibi paupertatẽ exprobrat, nullus diuitiis honestior est. Inde id quod omnia peruertit & perturbat, Meum & Tuum penitus eliminatum est. Cuncta quippe illis communia sunt, mensa, domus, indumentum: & quod sanè mirabilius est, vnus etiam idémque animus omnibus est. Omnes eadem sunt nobilitate nobiles, omnes eadem seruitute serui, eadem libertate liberi, vnæ illic omnibus diuitię, quæ veræ diuitiæ sunt: vna gloria, quæ vere gloria est. Non enim in appellationibus, sed in ipsis rebus bona eorũ consistunt. Vna ibi voluptas, vna iucũditas, vnæ deliciæ, vnum desiderium, vna spes omnibus ineſt. Ibi veluti quadam ex regula & libra, cuncta diligentissimè sunt ordinata. Nulla ibi inæqualitas, cæterum ordo summus & moderatio & conueniẽtia & ineffabilis concordiæ seruandæ diligentia, iugisq; ac perpetua lætitiæ materia. Quocirca omnes omnia & patiuntur & faciunt, vt vna lætentur & gaudeãt. Illic enim solum videas id perfectè cõtingere, nusquam alibi, non modò cp præsentia omnia cõtemnant, omnemq; ab se rixã & discordiæ & pugnæ materiã absciderint, clarissimáque cœlestium bonorũ spe beati sint, sed cp ea quoque quæ singulis contingunt, & tristia & læta, communia esse omnium existiment. Quippe & mœror facilius fugatur, cum pro virili sua omnes singulorum comportent onera, lætitiæq; occasiones habeãt innumeras, non in suis modò lętis, sed in aliorum quoq;, & quidem non minus, quàm in suis quique gestientes. Quónam ergo modo res humanæ quò minus pereant, conseruabũtur? Si istos omnes imitemur. Nunc enim ille planè propter eos perierunt & corruptæ sunt, qui longè ab his moribus atq; ab isto vitæ instituto exercentur. Tu verò dum his cõtraria decernis, idem prorsus facis, ac si quis eam lyram, quæ diligentissimè aptata esset, musicæ diceret inutilem: eam verò quæ & dissona & discissa esset, nimiaq; vel intentione, vel remissione dissipata & corrupta, hanc & ad pulsus & ad voluptatem spectatorũ esse diceret aptissimam: atqui nullum vel hæc dicentium absurditatis argumentũ certius, vel inuidiæ, & immanitatis ita decernentium documentum clarius inuenire possemus. Quæ nam verò est modestiorum & clementiorum patrum ratio? Discant primùm, inquiunt, literas, atq; ita cùm vim dicendi assecuti fuerint, tum demum ad philosophiam istam adducantur. Tunc nemo qui prohibeat, nemo qui retrahat, futurus. Et vnde scire certius poterimus, quòd ad viros illi euasuri sint? Pleriq; enim abierunt, immatura prærepti morte: verum concedamus id quoq; manifestum esse, fingamusq; illos interim ad viriles annos prouchendos. Quis illud nobis pollicebitur, priorem omnem in medio ætatem illos bene acturos? Adeo enim nihil contendendi studio lõquor, vt si qui de his certius confidere & sperare possit optimè: eos ego ne tum quidem vrbe eductuꝰ sim, cùm hanc dicendi facultatem cõsecuti fuerint: verùm tunc maximè manere iubebo, quiq; illos fugare voluerint, non modo non laudabo, verùm vt cómunes hostes nostræ reipublicæ reiiciam, & execrabor cp lucernas occulentes, & lumina clarissima ex vrbe ad solitudinem ducentes, ciuitatem nostram maximis incommodis afficiant, ingentiq; gloria, & honestate nudent: sin verò nemo est, qui ista polliceri possit, quid tãdem commodi illi consecuturi sunt, si mittantur ad magistros, vbi vitia prius omnia, quàm eloquentiam addiscent, dumq; quod minimũ est, accipere & assequi studeant, amittent id quod longè maximum est, vires animi scilicet, omnemq; probitatis indolem. Quid ergo? Scholásne omnes diruemus, inquiunt? Minimè id quidem dico, sed vt ne virtutis destruamus ædificium, viuentemq; diruamus animam, omni studio & prouidẽdum & cauendum censeo. Quæ si quidem pudica fuerit & sobria, nullo ex loquẽdi imperitia afficietur detrimẽto: sin verò fuerit corrupta, damna consequetur ingentia, etiamsi lingua vehementer & acuta fuerit & expolita, tantoq; maiora, quantò illi vis ea dicendi maior accesserit. Nequitia enim si cum dicendi facultate fuerit coniuncta, multò deteriora, quàm imperitia, multóque funestiora solet operari. Quid si autem illuc abeuntes, inquies, præterquam quòd linguam rudẽ habeant & imperitam, etiam virtute illa excidant? Respondebo tibi tuis verbis: Quid verò si domi manentes, præterquàm quòd animum noxiis fomitibus corrumpant, ne ad eloquentiam quidem consequendam vnquam aspirent: siue quod non otij quantùm satis est, suppeditent, siue quod ad ea studia minus idonei nati videantur? Mihi quippe mihi prorsus ista dicere cõpetit, q illa tibi. Cur id? Quia etsi vtriusq; incertus euentus est, longè tamen tuus incertior. Quónã id modo, & vt quid? Quia eloquentiam & eruditionem vt assequamur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

G assiequamur, morum etiam ornatu & modestia opus
est: mores autem probi non etiam eloquētiæ adiectio-
ne opus habēt. Quippe sobrietatem, pudicitiam, iusti-
tiam, virtutesq; reliquas, etiam sine ista eruditione li-
cet acquirere: eruditionem verò, ac dicendi vim, sine
probitate morū nemo ferè vnquam fuit qui assequere-
tur, cùm tēpus per flagitia cōsumeret. Quid ergo il-
la verebare? hic quoque necessariò est metuendum: &
quidē tantò hīc amplius, quātò & crebrius qui voti nō
potirentur, inuēti sunt, & de maioribus rebus periculū
imminet. Atq; illic quidem vnius tantùm rei exercita
tio necessaria est, hīc autem duarum rerum compotes
fieri propositum est, quòd alteram sine altera consequi
possibile non sit. Sin autem tu ita vis, impossibile etiā
istud concedamus esse possibile: quid tandē boni, quid
emolumenti nobis eiusmodi eruditio cōferet, adeò le-
thalem circa ipsa vitalia accipientibus plagam? Quid
autem mali, quid incommodi paritura est locutionis
imperitia, si quæ sunt maxima fuerimus adepti? Atqui
ista non solùm apud nos, qui externam sapiētiam ride
mus, eamq; stultitiam esse arbitramur: sed apud ipsos
H philosophos quoq; ita esse pro confesso habetur. Idcir-
co ex illis plurimi nō valde ediscendis literis operam
dederunt, alij verò prorsus contempserunt, & esse per-
stiterunt imperiti, omnemq; ætatem in ea philosophię
parte, quæ mores componit conterētes, clarissimi at-
que celeberrimi fuerunt. Anacharsis enim & Crates,
Anacharsis. Crates. Diogenes. Socrates. & Diogenes, huius assequendæ peritiæ nullū studium,
nullam omnino curam habuerunt. Aiunt quidam,
quòd ne Socrates quidē, atq; id attestari videtur, qui
in ea re longè cæteris excelluit, quiq; illius omnia dili
gentius, quàm cæteri cognouit. Cùm enim illum ali-
quando in iudiciū introduxisset, rationem pro se red-
diturum, in ea oratione quam ad iudices habuit, ita il
lum fecit loquentē: Vos autem ex me audituri estis o-
mnem veritatē, & non tamen, per deos immortales ô
viri Athenienses, orationem compositam electis ver
bis & nominibus, vt faciunt qui horum studiosi sunt,
neq; aliquo ornamento fucatam, sed audietis vulgari-
bus, vilibusq; verbis loquentem. Credo enim iusta esse
quæ dico, nullusq; vestrum aliter expectet. Neq; enim
profecto iudices huic ætati conuenire videtur: veluti
I adulescētulo fictis ad vos ingredi verbis. Hoc autem
cùm dicit, ostēdit se non ob negligētiam quandam, vt
fieri solet: sed quòd eam rē non magnificaret, nec didi
cisse, nec illa vnquàm vsū fuisse. Itaq; philosophis qui-
dem eloquētia indigna est, & viris prorsus: ludētium
verò adulescētulorum certamen & gloria: quod ipsis
quoq; philosophis videtur, nec philosophis quibuslibet,
sed illi qui omnes facilè in ea arte superauit. Denique
magistrum eā re ornari non permittit, eiusmodi or-
natum & turpē esse, & indignū philosopho existimās.
Verùm hæc ad infidelē quempiam meritò quis dixe-
rit, imò verò ad fidelē quoq;. Perquàm enim ineptum
& iniquum est, siquidem hi qui gloriam à multis aucu
pantur, nec alio ex loco quàm externa sapientia clari
& illustres esse possint, eam rem nihili existimēt: nos
eam ita admiremur, tantiq; æstimemus, vt propter illā
assequendam, ea contemnamus, quæ necessaria in pri-
mis sunt atque vtilia. Sed hæc quidē ad infidelē dixis-
se satis sit. Ad fidelem verò præter ista etiā ex nostris
documenta afferenda sunt. Quæ nam verò illa erunt?
Magni illi & sanctissimi viri, qui initiò seculi fuerunt,
cùm literæ non erant, quiq; post illos fuerunt, cùm e-
rant quidem literæ, dicendi verò ars nōdum erat in-
stituta: & qui post eos ipsos fuere, cùm eloquentia iam K
apud omnes obtineret, maximoq; in honore esset: ho-
rum tum profectò singuli, quo quiq; tēpore erant im-
periti, non solùm artis oratoriæ, verùm ipsarum quoq;
literarum. Qui tamen omnes in eis ipsis rebus, in quī-
bus dicēdi vis videtur in primis esse necessaria, tanta
facilitate eos qui in ea re sunt eminentissimi superaue
runt, vt si illis isti comparētur, stultis pueris deteriores
esse videantur. Cum enim persuadēdi vis in facultate
oratoria maximè consistat, philosophiq; nullos hac ar
te tyrannos superauerint, hi verò imperiti & sine lite
ris orbē vniuersum incredibili facilitate cōuerterint:
constat profectò palmam sapiētiæ apud istos literarū
rudes & imperitos esse, quàm apud illos qui & literas
& oratoriā assecuti sunt diligentissimè, adeò vera sa-
piētia & vera eruditio nihil aliud est, quàm dei timor.
Porrò nemo me modò hanc legē statuere existimet, vt
pueri esse persistant imperiti. Nunquam enim prohibe
re pergerē, quin istud etiam ex abundanti fieret, si de
his quæ sunt necessaria quisquam me securum faceret.
Veluti enim si domus fundamenta quassa nutarent, o-
mnisq; fabrica ruinam minaretur, extremæ dementiæ L
atq; secordiæ esset, non ad cæmentarios & fabros, ve-
rùm ad tectorij operis peritos recurrere: ita rursus im
portunæ, simul & improbe contētionis esset parietibus
inconcussē & firmiter stantibus, eum qui tectorū ad-
dere ornādi causa vellet, prohibere. Atq; vt ista me ex
animo loqui sciatis, quæ profectò si possem, rebus ipsis
ostenderē, peropportunè historiam quandam referre
institui. Adolescēs quidam admodum locuples aliquā
do in vrbe nostra demoratus est, vtriusque eruditionis
acquirendæ gratia, Latinæ scilicet & Græcæ. Hūc pæ-
dagogus sequebatur semper, cui ea vna & sola cura e-
rat, vt ipsius formaret animū. Eum igitur ego aliquā-
do conueniēs (erat enim ex his qui montes & solitudi
nes habitant vnus) causam addiscere studebam, cur o-
missa tam insigni philosophia in pædagogi ordinem
seipsum deiecisset. Ille vero cùm se parum continuis-
set, cunctur iam rei ordinē nobis enarrauit. Puer, in-
quit, iste patrem habet durū, immitem, asperum, mun-
diq; negotiis vehementer intētum: matrem ecōtrà pu-
dicam, moderatam, piam, cœlestiaq; solùm suspirantē.
Pater itaque vt qui in bellicis rebus plurima de se for-
titudinis ac probitatis indicia dederit, insignemq; ex M
militia gloriam fuerit adeptus, filium quoque in ordi-
nem suum trāsferre cupit. Id verò matēr omnino ab-
horret, & vehemēter execratur: optat enim illum cla-
rissimum in monachorum conuersatione perspicere,
verùm id quidē pueri apertius dicere ausa nō fuit: me-
tuebat quippe, ne si id ille vt leuiter suspicaretur, intē
pestiuè iā seculi vinculis illū obligaret, & hoc studio
abducēs, ad baltheū adduceret, etc. ad omnē, quæ ex il
lo solet cōsequi vitæ negligētiam, ac postmodū huius
propositi, & vitæ aditū omnē intercluderet. Igitur hu-
iusmodi artē excogitat. Domū me accersit ex eremo,
mecūq; consilia sua cuncta cōmunicans, apprehensam
pueri dexterā inseruit manibus meis. Cùm verò illam
percontarer, quid sibi hoc vellet: vna, inquit, hæc nobis
reliqua est spes obtinendæ filio salutis: si volueris tu, &
passus fueris in pedagogi ordinē descēdere, sumptoq;
puero à nobis proficisci. Meū erit persuaderi patri, q̄si
militarē quoq; vitā ille voluerit eligere, perutilis erit
dicēdi vis, & copia per studia liberalia quæsita. Hæc ē-
nō, inquā, si efficere potuero, iā fiet tu seorsū, atq; in alie
no solo tecū habēs, vbi nec pater, nec propinquorū ali-
quis

A quis impedire ac pertur bare possit, summa illum cum
facilitate formare poterō, moresq; illius ad id compo
nere, vt veluti in monasterio, ita tecū viuat. Cæterùm
tu mihi hac in parte consule, mecumq; salubrem istā
functionem simulaturum pollicere: non parua res agi
tur, non pro minimis deprecor, de filij mei anima cer
tamen est atque periculum: non ergo spernas cuncto-
rum amantissimum, mihiq; luce ipsa chariorem peri-
clitantem: eripe illum laqueis vndique iam paratis &
positis, educ ex procella & tempestate & turbine. Sin
verò tu gratiam præstare nolueris, deum iam medium
nostrum appello, & testem voco, me quidem nihil eo-
rum omisisse, quæ ad huius pueri salutem pertinere vi
debantur: mūdamq; esse à sanguine pueri istius. Quòd
si quid illum eiusmodi contigerit pati, quale vt patia-
tur fieri vehementer potest, quippe iuuenis, & in tantis
deliciis degens, tantaq; vitæ negligentia: abs te & de
tuis manibus requiret deus animā pueri istius: his plu-
ra etiam adiiciens, miserabiliterq; & vehemēter illa-
chrymans, persuasit tandem vt hoc negotium susci pe
rem, atq; cum his mandatis à se dimisit. Nec sanè ina-
B nis fuit ista machinatio, nec religioso matris voto di-
uina pietas defuit. Ita enim puerum illum breui egre-
gius ille pædagogus exercuit, tantāq; in eo flammā de-
siderij cœlestis accēdit, vt cūcta simul repentè abiice-
ret, atq; ad solitudinem conuolaret: alioq; rursus indi
geret freno, quod illum ab intempestiua illa, & vehe-
menti exercitatione ad moderatiorē posset, cōmodio-
remq; conuertere. Nāque metuendū valde videbatur,
ne repētino hoc, & immaturo studio, rē ipsam totam
reuelaret, matriq; & pædagogo, & omnibus vbiq; mo-
nachis grauissimum bellum excitaret. Si enim fugam
istam, subitamq; mutationē præsensisset pater, nunquā
profectò destitisset omnia moliri & facere, vt sanctos
illos fugaret atq; affligeret: nec eos modò qui illū re-
cepissent, sed alios quoq; vniuersos. Hunc ergo puerū
insignis ille institutor assumens: hæcq; & his plura illi
allegans, cœlestis quidem philosophiæ desiderio in eo
durare permisit, & præterea, vt cautius fieret, curauit:
vrbem tamen vt habitaret, studiaq; liberalia vti coe-
perat persequeretur, induxit, ita eum coætus quoq; ma
ximo emolumento futurum persuadēs. Quod quidem
C operæprecium esse videbatur, non modò sanctorū il-
lorum, aut matris, aut pœdagogi gratia, sed pueri ipsius
quoq;. Si enim, initiò statim in illum irruisset pater, ti-
mēdum satis erat, ne philosophiæ plantas commoue-
ret, vel etiam penitus cōuelleret, quippe teneras, & re-
center positas: sin verò processu temporis optimis ille,
firmissimisq; radicibus niteretur, vehemēter confide-
bat, quanta habet pater ageret, nunquam illum mouen-
dum loco, neq; vlla omnino ratione cessurum, quod &
factum est, nec illum fefellit spes. Pater enim lōgo post
tēpore illum adorsus, vehemēterq; cum impetu irruēs,
non solùm in nullo ædificium inclinauit, aut læsit. Ve-
rùm firmius quoq;, validiusq; monstrauit. Condiscipu
lorum verò plurimi, tantùm ex illius contubernio fa-
miliari profecerunt, vt eiusdem instituti fierēt æmuli:
habebat quippe ille domi qui se perpetuo moderare-
tur, ac veluti statua iugiter sub artificis manu constitu
ta, ornatior indies euadebat, ingētemq; animō decorē
assiduè adiiciebat. Et quòd est profecto mirabilius, ex
exteriori quidē cultu nihil cæteris differre videba-
tur. Non enim agrestibus, vel incomptis erat moribus,
non comæ negligētia, non amictus vilitate nobilis: se-
erat communis habitu, voce, aspectu, & cæteris omnī
bus. Quibus ex rebus factum est, vt facilius plurimos D
contubernalium, inter retia sua includeret, cùm habe-
ret intrinsecus incredibilem, latentē sapientiam. Deni-
q; si quis illum domi vidisset, vnū ex eis esse putaiss
set, qui mōtes & deserta incolunt. Domus enim ita illi
disposita & parata erat, vt in nullo monasterij diligē-
tiam desideraret, nihilq; necessrariis amplius habebat.
Tēpus autem omne in diuinorum librorū lectione cō-
terebat. Erat enim ingenio celeri, atq; ad percipiendas
disciplinas acutissimo. Itaq; externæ illi eruditioni bre
uissimam distribuens diei partem, reliquum tempus
omne perpetuis orationibus, diuinisq; literis instabat,
ac sine cibo tota perseuerabat die. Immo verò non v-
num aut duos tantùm, sed plurimos interdū dies sine
cibo vllo trāsigebat. Noctes præterea totas in eiusmo-
di consumebat studiis, lachrymis, orationibus, sacrisq;
lectionibus vacans. Hæc autem omnia pædagogus il-
le nobis clàm annunciabat. Indignabatur enim puer il
le vehemēter, ferreq; vix poterat, si quid eiusmodi ef-
ferri cognouisset. Dicebat ergo vestē illum sibi ex ci-
licio parasse, eaq; noctibus vestiri solitum, eo scilicet
consilio, vt celerius euigilans surgeret, aliāque prorsus E
omnia ad imitationē monachorum illi diligentissimè
parata erāt: atq; egregius ille institutor, deū iugiter in-
genti cū lætitia benedicebat, q̄p adeò leues huius philo-
sophiæ pēnas puero largitus esset. Itaq; si quis mihi nūc
quoq; eiusmodi animum, ac pædagogum daret, aliaq;
similiter se polliceretur curaturū, incredibile est q̄ id
fieri optarē, etiam amplius longè q̄ parentes ipsi. Sic
enim profectò copiosiori ex lucro magis gauderem⁹,
cū possem eiusmodi & per vitam, & per ætatē, & per
iuge cōtubernium coæuos etiam lucrari. Verùm enim
nullus est, qui hæc se spondeat exhibiturum. Cùm verò
nullus sit, incredibilis sanè immanitatis esset, eum qui
nec sibiipsi auxiliari posset, & iacens vulneribus innu-
meris confoderetur, aliosq; impeditiores faceret, in
medio concidi permittere, cùm deberet ex media di-
micatione submoueri. Nanq; meritò similiter in eum
ducem animaduertendū esset, qui alacres & pugnare
valētes milites ex prælio abduceret, & qui eos qui sau
cij iacerent, aliisq; perturbationi & impedimento es-
sent, sic semper iacere in medio iuberet. Verùm quia
plurimi parentum instant vehementius, liberosq; suos F
& eruditos & disertos singuli videre cupiunt, veluti
certum & planè exploratum habeant, ad summum il-
los eloquentiæ culmen prouehēdos: aduersus istos no
lo equidem contendere, nec dicam illos spe sua desti-
tuendos, idq; interim concedam, & eminentissimos il
los in ea re fore, & ad summum prouehendos. Sit autē
nobis duarum rerum optio proposita, vt vel ad magi-
stros proficiscentes, eruditionē assequi contendāt, vel
abeuntes ad solitudines, virtutes animi, salutemq; per-
petuā conquirere decertēt: vtro igitur in studio obti-
nere præstat? Nam siquidem in vtroque valeamus, &
ego id volo: sin verò alterum sit eligendum, satius erit
quod præstabilius eligere. Ita sanè, inquiunt: sed hoc ip
sum vnde nobis constare poterit, q̄p stabit ille, perseue
rabit, neq; proposito decidet omnino? Multi enim ex-
ciderunt. Et ego tibi respondebo: Vnde verò tibi con-
stat, quòd non persistet, neq; perseuerabit. Multi enim
sunt, qui perseuerauerūt, & quidem lōgè plures, quàm
qui exciderunt. Itaque illorum gratia magis cōfiden-
dum est, quàm illorum metuendum. Cur autem in ip-
sis liberalibus studiis hoc ipsum non metuis, vbi maxi
mè timendū est? Nanque apud monachos quidē ex in-
genti

Universidad de Deusto
Biblioteca

G enti multitudine vix pauci lapsi sunt, in schola verò liberalium disciplinarũ ex plurimis vix pauci ad summam peritiam prouecti sunt. Nec solùm istis rationibus, verùm aliis quoq; plurimis meritò id magis metuendum videatur. Quippe & pueri obtusum ingeniũ, & magistrorum imperitia, & pædagogi negligentia, & patris occupatio, & sumptuum mercedumq; defectio, & dissimilitudo morum, contubernaliumq; atque in discendo sociorum nequitia, & inuidia, & liuor, aliaq; plurima, quò minus ad finem destinati studij pertingat, nonnunquam impedimento sunt. Neque ista solũ quæ diximus, verùm post ipsorum quoque studiorum finem, alia etiam quæ impediãt, imminent. Cùm enim illa omnia impedimenta præteruectus, ad ipsum erudi
tionis culmen euaserit, nec vllo eorum retardatus fue
rit, aliæ rursus illic insidiæ sunt positæ. Nanque & prin
cipis ignauia & inuidia eiusdẽ artis sociorũ & consor
tũ, & difficultates tẽporum & amicorũ solitudo, & ipsa
sæpenumero rei familiaris inopia, ab ipso fine nonnun
quam excluserunt atque abiecerunt. Atqui in mona
chorum institutis nihil horum videas: illic enim vna
H tantùm re opus est, nobili scilicet atque eximia alacri
tate animi: hæc si adsit, nihil quò minus quisq; ad sum
mam virtutem perueniat, impedire poterit. Quàm igi
tur iniquũ, simul & indignum est, vbi quidẽ sunt spei
optimæ pleraq; indicia manifesta & viciniora, ibi de
sperare & tremere: vbi verò spes ipsa & longinquior
est & tantis impedimentis intercipitur, illic non despe
rare, immoverò rei difficillimæ spes sibi maximas pro
ponere. Quod sanè faciunt, qui in ipsis eloquentiæ stu
diis, non ea quæ sæpius cõtingunt tristia, sed quæ per
raro læta considerant. Cumq; in monachorum vita &
instituto, vbi spes optima & certissima est, ad ea solùm
quæ tristiora sunt inclinentur, in ipsis liberalibus stu
diis, vbi maximæ difficultates sunt, meliorum tantùm
spem in animo versant. Quanquam illic nonnunquã
cum ea simul omnia conuenerint, quæ debent necessa
riò concurrere, ad ipsum iam finem immatura mors
I irruens, post innumeros labores illos, sudoresq; frequẽ
tissimos athletam ipsum sine coronis abripuit, quæ si
in medio monastici certaminis contingat, tum verò
bellator ipse hinc maximè illustris & coronatus profi
ciscitur. Itaque si futuri vereris incertum, id in primis
in studiis humanitatis faciendum est, vbi ne ad extre
mum perueniatur, plurima sunt impedimento. Tu ve
rò illic quidem resides, & tempora expectas longiora,
nihil eorum quæ in medio sunt, cogitans, nõ sumptus,
non ærumnas, non incertum euentum, sed ad finẽ tan
tummodo respiciens. Hìc verò cum necdum vestibu
lum ipsum filius ingressus sit, necdum decoram istam,
honestissimamq; philosophiam attigerit, iam metuis,
iam trepidas, iam cogitando desperas: at quin ipse pau
lò antè dicebas: Quid enim? Is ne qui vrbẽ habitat, qui
domum habet & vxorem, seruari non potest? An verò
si cum vrbe & vxore & familia & domo seruari quis
potest, num longè id facilius, aptius, melius poterit, si
fuerit is liber? Neque enim eiusdem est, nunc eidem
saluti cuiuspiam confidere, quamlibet ille seculo obstri
ctus fuerit, quasi sic etiam acquiri salus possit, nunc ve
rò quasi tũcunq; liber omnibus euaserit, vereri & me
tuere, quasi ne sic quidem ad virtutem & probitatem
aspirare possit. Nam si is qui vrbem habitat, sic indubiè
seruari potest, vt tu modò dicebas: multò sanè magis
poterit, si se ad solitudines contulerit. Quid est ergo
cur ibi salutẽ desperes, vbi minimè debueras: ibiq; non
metuas, vbi maximè pauere debuisti? At, inquies, eiusdẽ K
criminis non est, eum qui se scortio addictus sit peccare,
& eum qui semel se, ac pecunias deo deuouerit, religio
nis proposito excidere. Nec ue enim ambo eadẽ ex alti
tudine decidunt, ita nec eadem quidem vulnera susci
piunt. Fallis teipsum prorsus ac decipis, si putas aliud à
secularibus viris, aliud à monachis requiri. Hæc enim
ferè sola est in vtroque genere vitæ differentia, q̃ illi
quidem matrimonij se vinculis cõstringunt, hi verò
his liberi perdurant. In reliquis verò communis, atq;
eadem ab vtrisque vitę totius ratio requiritur, eisdem
pro culpis pœna vna omnibus debetur. Nam qui fratri
suo irascitur sine causa, siue ille secularis, siue monach⁹
fuerit, deum similiter offendit. Atque is, qui mulierem
respicit, & concupiscit eam, quolibet in vitæ statu fue
rit, eadem adulterij plectetur pœna. Imò verò vt ali
quid ex nobis addere, quod rationi consentaneum vi
deatur audeamus, magis sine vlla spe veniæ peccabit,
qui ex seculo id scelus admiserit. Neq; enim par facinus admittere videtur, qui vxoris solatio subnixus,
decore mulieris irretitur, atque is qui eiusmodi auxi
lio, & infirmitatis remedio destitutus, hac interdũ pe
ste corripitur. Rursus qui iurat, siue hoc, siue illud fue
rit, pari omnino pœnæ subiacebit. Neq; enim Christus,
cum de his monita æderet, legesq; statueret, ita distin
xit, vt diceret, siquidẽ is qui iurat monachus sit, à ma
lo iusiurandum est: sin verò monachus non fuerit, non
iam à malo est, sed absolutè omnino dixit: Ego autem Matt.5.e
dico vobis, ne iuretis penitus. Rursumq; cùm diceret,
Væ ridentibus: non addidit, monachis, sed absolutissi- Luc.6.d
mam sententiam de omnibus tulit. Atque idem in cæ
teris mandatis suis maximis & admirandis facit. Cũ Matt.5.a
enim dicit, Beati pauperes spiritu, beati qui lugẽt, beati
mites, beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, beati mise
ricordes, beati pacifici, beati qui persecutionem patiũ
tur propter iustitiã, beati qui & fanda, & infanda pro
pter me & meum nomen ab his qui sunt foris, patiun
tur: nec monachi, nec secularis nomen adiecit: cæte
rùm ista distinctio ex hominũ existimatione introduc
ta est. Sacræ verò literæ nihil horum penitus noue
runt, sed omnes monachorum vita & instituto viuere
volunt, etiam & vxoribus fuerint adiuncti. Audi deniq; M
quid Paulus moneat, quem cùm nomino, rursus Chri
stum prędico. Hic itaq; cùm scriberet vxoratis nomi
nibus, filiosq; nutrientibus, omnem ab illis monasticæ
vitæ diligentiam requirit. Nanque deliberias omnes pe
nitus abscindens, siue quæ ad cultum vestium, siue quæ
ad cibos pertinent, his verbis admonet: Mulieres, in Tit.2.a
habitu ornato, cum pudore & castitate semetipsas or
nare, non intortis crinibus, aut auro, aut margaritis,
aut veste preciosa: & rursus, Quę autem in deliciis de- 1.Tim.5.a
git, viuens mortua est: & rursus, Habentes cibos & te- Ibidem.5.b
gumenta his contenti simus. Quid amplius posset ali
quis à monachis exigere? Rursus verò cùm alius lin
guam continere admoneret, seuerissimas leges consti
tuit, & tales leges, quales monachis ipsis explere nego
tij non minimi est. Non enim turpitudinem tantùm,
ac stultiloquium damnat, verùm ipsam quoque scur
rilitatem seuerissimè castigat & iugulat. Neque iracũ
diam solùm & furorem, & amaritudinem, sed ipsum
etiam clamorem ab ore fidelium arcet & resecat. Omnis Ephe.4.b
enim, ait, iracundia, & furor, & conuicium tollatur à
vobis cum omni malitia. Num ista tibi parua videri
tur? Ergo paululum expecta, dum his longè maiora re
feramus, quæ de tolerantia malorum omnibus præci-
pit.

A pit. Sol, inquit, non oc- dat super iracundiam vestram:
Ephes.4.f. videte ne quis malum pro malo cuiquam reddat, sed
1.Thes.5.c. semper quod bonum est, persequimini & inuicẽ, & in
Roma.12.d omnes. Rursumq; : Noli vinci à malo, sed vince in bo-
no malũ. Vidistine philosophiæ, & longanimitatis ma
gnitudinem ad ipsum supremum culmen ascendentẽ? audi quid de charitate etiam loquatur, quæ caput bo-
norum omnium, & summa est. Cùm enim illam vehe
menter extolleret, eiusq; merita insignia prosequere-
tur, eandem se à seculi hominibus exigere ostendit,
quàm à discipulis Christus. Vt enim saluator hunc tã-
Ioan.15.b. dem extremum ait esse charitatis finem, si quis animã
suam pro amicis ponat: ita Paulus quoque idipsum si-
1.Cor.13.b. gnificauit, cùm diceret: Charitas non quærit quæ sua
sunt, atque eiusmodi charitatem sequi nos iubet. Quid
igitur hac philosophia maius, aut dignius, inquirere
possemus? Cum enim & furore, & iracundia, & clamo
re, & pecuniarum cupiditate, & ventris ingluuie, & ma
gnificentia vestium, & inani gloria, & aliis seculi re-
bus superiores esse nos iubeat, nihilq; cõmune habere
cum terra, cumq; mortificare membra nostra præci-
B piat, constat profectò ipsum non minorem à nobis vi-
tæ diligentiam requirere quàm requirat à discipulis
Christus: vsqueadeo verò peccatis esse mortuos iubet,
Roma.6.b. ac si iam & mortui, & sepulti simus. Idcirco enim ait:
Qui autem mortuus est, iam iustificatus est à peccato.
Nonnunquam verò ad ipsius quoq; Christi imitatio-
nem summa vi exhortationis inducit. Cùm enim nos
diligere admonet, inde potissimum sumit exempla: ita
cùm ad malorum quoq; tolerantiam, atq; ad humilita
tem hortatur. Cùm itaq; non monachos tantùm vel
apostolos, sed ipsum etiam Christum imitari nos iu-
beat, eisq; qui non imitantur, supplicia maxima inten-
tet: qua tu tandem ratione illam dicis esse maiorem al
titudinem? Eandem enim omnibus ascendere proposi
tum, & imperatum est. Sed hoc planè est quod euertit
orbem vniuersum, quòd summa vitæ bene agendæ di
ligentia monachis opus esse arbitramur, cęteris negli-
genter viuere licere. Non ita sanè, non ita est, sed eadẽ
ab omnibus philosophiæ ratio requiritur. atq; id equi-
dem vehementer affirmauerim, imò verò nõ ego, sed
ipse iudex omnium Christus. Sin verò tu adhuc hæres,
& titubas: agè rursus tibi eisdem verbis aures replea-
C mus, vt omnis abs te & malitia, & infidelitas fugetur.
Faciam autem huius rei documentum ab ipsis cruciа-
Lucæ.16.c. tibus diei illius horribilis, nimiúmque metuendæ. Di-
ues profectò ille, non quòd monachus crudelis fuerat,
idcirco vehementius cruciabatur: sed si quid loqui ex
nobis audeamus, quod tamen veritati cõtrarium non
sit, ideo exacerbatur maximè, quòd seculo deditus cùm
esset, & in diuitiis ac deliciis degeret, & purpura operi
retur. Lazarum suprema inopia vexatum aspernatus
est. Virgines item, quia clementia, & humanitate ca-
ruerunt, ideo cœlesti thalamo exclusæ sunt: & vt ipse
aliquid adiiciam, quod verisimile existimo, non solùm
cruciatus his additi non sunt virginitatis gratia, sed
ob eandem ipsam mitiores quoque pœnas exceperunt.
Neque enim illis dictum est: Ite in ignem æternum,
diabolo & angelis eius præparatum? sed solùm, Non
Matth.15.a. noui vos. Sin verò dicat aliquis, hoc idem esse quod
illud est, neque ego concedam: quod enim mihi nunc
maximè incumbit, id profectò est, vt ostendam mona
chorum vitam grauiora non attrahere supplicia, ve-
rùm eisdem quoque peccantes seculi homines, obno-
xios fieri. Is etiam qui sordidis vestibus amictus fuit,

quiq; centum nummos summa improbitate reposuit, non quòd monachi fuerunt, ea passi sunt, quæ passi D
referuntur: sed alter ob fornicationem, alter quòd non
donasset iniurias, perierunt. Sed & alios quoque qui
tum punirentur, si quis inquirat diligentius, pro pec-
catorum tantùm meritis eos cruciatus perpeti ani-
maduertet. Neque verò in inferendis solùm cruciati- Matth.11.d.
bus, sed etiam in sanciendis legibus id Christum feci-
se reperies. Etenim cùm dicit: Venite ad me omnes qui
laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos: tollite
iugum meũ super vos, & discite à me, quia mitis sum,
& humilis corde, & inuenietis requiem animabus ve-
stris: non monachos tantùm alloquitur, sed & omne
prorsus hominum genus. Itèmque cùm iubet per an- Ibidem.7.b
gustam viam ingredi: non istos modò, sed omnes om-
nino homines hoc imperio conuenit. Cúmque odisse Ioan.12.d.
animam suam in hoc mundo, atque cætera eiusmodi
iuberet, nullum hominum genus excepit. Cùm verò
non omnes alloquitur, neq; iura & leges omnibus con
stituit, hoc ipse nobis insinuat aptius. Denique cùm de
virginitate loqueretur, adiunxit: Qui potest capere, Matth.19.b.
capiat: neque omnis adiiciens, neque id in præcepti E
ordine statuens. Ita Paulus quoque: nam omnibus lo-
cis magistrum imitari deprehenditur, cùm in hanc
incidisset materiam, aiebat: De virginibus autem præ- 1.Cor.7.e.
ceptum domini non habeo. Itaque quòd ad eandem
vitæ diligentiam, supremúmque perfectionis fasti-
gium per diuinas leges pariter & secularis, & mona-
chus cogantur: quódque ambo si ceciderint, æqualia
sint excepturi vulnera, neminem iam quantumlibet
ille sit contentiosus, & impudens, contradicturum
existimo. Hoc autem apertissimè ostenso, agè illud
quoque iuquiramus: si tamen inquisitione opus est in
re tam manifesta, vtrius sit pronior ac facilior lapsus.
Pudicitiam quidem is, qui vxorem habet, facilè ser-
uare posse videtur, quippe solatio non minimo suf-
fultus: cæterùm in reliquis nulla cõparatio est: verùm
sic quoque plures longè videas lapsos ex coniugatorũ,
quàm ex monachorum ordine. Neq; enim tam multi
ex monasteriis ad matrimonia accedunt, quàm ex iu-
gali throno se ad scorta recipiunt. Quòd si in eis cer-
taminib⁹ quæ facillima illis toleratu sunt, quippe tho-
ro legitimo subnixis, ita se superari facilè permittunt: F
quid tandem in aliis perturbationibus acturi existimã
tur, quibus longè amplius quàm monachi pulsantur?
Nam concupiscentia quidem, ardorq; congressus mu-
liebris his vehementius imminet, quippe vxorum cõ-
tubernio, & solatio carentibus: reliquæ verò perturbationes cum his vicinius propinquare vix possint, il-
los per vim subiiciunt, atque in suum caput impellũt.
Sin verò in eis ipsis, in quibus bello vehemẽtiore per-
turbantur, isti magis obtinent, victoréque fiunt, quàm
hi quibus id inest leuissimum, & ferè nullum: constat
profectò longè eos facilius ea quoque vitia superatu-
ros, à quibus nihil ferè perturbationis patiuntur. Nam
& pecuniæ amor, & deliciarum ac potentiæ, cæterа-
rúmque rerum desiderium facilius ab his, quàm à se-
cularibus vinci, subigique consueuit. Vt igitur in præ-
lio & pugna eam belli partem leuiorem esse dicimus,
non ex qua alterni ac iuges mortui super incidem ca-
dunt, sed ex qua pauciſsimi & rari: ita de his quoque
statuere & decernere debemus. Quippe habendi im-
modicam cupiditatem, is longè facilius vincet, qui in
mõtium verticibus moratur, quàm qui mediis in rerũ
perturbationibus versatur: nam iste quidem facillimè
capitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G capitur. Eum verò qui captus cupiditate ista fuerit, in eorum numero qui venerantur simulacra & colunt, numerari certum est & definitum, atq; is quidem si pecunias habuerit, nunquam profectò proximos continet, sed ipsas omnes in illorum usus facillimè impendet: hic autem non modò eos aspernabitur, verùm nō secus eos atq; alienos tractabit, iniuriisq; & incommodis omnibus afficiet. Quod profectò genus aliud est seruiendi idolis, & quidem priore illo deterius & grauius. Et quid me necesse est prosequi reliqua, quæ monachis quidem facillima ad superandum sunt, seculi autem homines nullo negotio, ingentiq; facilitate deiiciunt? Cur ergo, non pauidus trepidas, cùm ad eam vitam filium adducis, in qua vitiis omnibus capi facillimè possit? An parū tibi videtur seruire idolis, ipsisq; infidelibus deteriorem esse, deiq; seruitium operibus ipsis abnegare? Quæ quidem omnia multò facilius hi, qui seculo addicti sunt, patientur, quàm monachi. Vidésne vt callida tergiuersatio metus iste sit? nā si metuendum fuisset, non vtique essēt illis metuendum, qui fluctus & procellas fugerent, atq; omni studio ad portum festinarent: sed eis qui hyeme ingenti & turbine H inuoluti iactarētur. In vita enim seculari & plura sunt & paratiora naufragia: quòd & plura sint, quæ perturbent, & qui eam vitam degunt, negligentiores atque adeò inualidiores sint, quàm vt aduersus ea stare possint. In monachorum autem vita profectò & fluctus tanti non sunt, sed contrà penitus serenitas summa & tranquillitas, & studium longè excellentius aduersus eam fluctuum rabiem pugnaturorum. Quocirca nos eiusmodi ad deserta pertrahimus, nō vt cilicio induā-tur, torquésve ferreos sibi circundent, aut cinerē substernāt solùm, sed vt in primis vitia effugiant, eligātq; virtutes. Quid igitur? Omnésne qui matrimonij vinculis astricti sunt, peribunt? Nō equidē id dico, sed maioribus, vt seruari possint, laboribus eis opus esse confirmo, ob imminentem necessitatem. Nam eo qui ligatus fuerit, is qui solutus est & facilius lōgè & expeditiꝰ curret. Num ergo maiore ille idcirco mercede donabitur, illustrioribusq; coronis? Minimè verò. Sibi enim ille hanc necessitatem conciuit, cùm liceret effugere, si vellet. Quoniā igitur vt apertis documentis declaratum est, eisdem sumus obnoxij, quibus & monachi: faciliorem percurramus viā, liberosq; nostros ad eā pertrahamus, non illos demergamus, neq; ad vitiorū prærupta hostium, immaniumq; Barbarorū vice præcipitemus. Hæc enim si quis alius facere tentaret, nō esset adeò horrendum & execrandum. At verò cùm parentes ipsi qui seculariū rerum omniū periculum fecerūt, qui rebus ipsis quàm sit friuola & nulla vitæ mortalis voluptas didicerūt, adeò insaniāt, vt alios quoq; ad eā ipsam trahere nitātur, quia ipsi iam frui per ętatē prohibētur: cumq; seipsos ex his quæ antè peccauerint infœlices & miseros agnoscere & dicere haberent, alios in easdem miserias præcipitāt: atq; ista cùm iam mors vicina est & iudicium, horrendiq; illi cruciatus: quę nā excusatio relinquitur, quæ venia, quę misericordia? Neque enim suorum tātum peccatorum pœnas dabunt, sed eorū quoq; quæ filij peccāsunt, siue fallere illi filios potuerūt, siue nō potuerint. Ac fortasse filiorū filios videre cupitis. Quomodo id tandē, cùm ipsi tam improbi parētis sitis? Neq; enim patrē facit generatio. Quod ipsi quoq; patres testari solent, qui filios cùm viderint ad summum vitiorum culmen peruenisse, quasi non sint illi sui, sic eos à se abiiciunt & abdicant: neq; gene-

ratio ipsa, neque affectus naturalis, neque aliud aliquid K eiusmodi ipsos, quò minus id faciant, cōtinere potest. Itaq; ne ipsi quidem patres eorum digni esse iudicentur, quibus philosophię ratione longè inferiores & deteriores sunt. Sed cùm ipsos non minus spiritu quàm carne genuerint, tunc etiam nepotes quærant. Nā tunc solùm etiam videre eos poterunt. Sūt enim, sunt profectò illis filij, non ex sanguinibus, neque ex voluntate Ioan.1.b. carnis, neq; ex voluntate viri, sed ex deo ipso generati: atq; hi filij, non pecuniarum gratia luctum parentibus, aut mœstiam inducunt, non matrimonij, non alterius cuiusq; rei, sed omni illos hac cura liberos immunesq; dimittentes, maioribus longè illos, honestioribusq; voluptatibus afficiunt, quàm si essent illi naturales patres. Neq; enim est eadem vtriusque generationis ratio, neque vt carnales filij, ita spiritales quoque nutriuntur: sed longè isti excellentius & dignius, idcirco parentes quoq; copiosiore lætitia afficiunt. Illud præterea adiiciendū, quòd hi qui resurrectionis fidem nō suscipiūt, mirum non est, si in eiusmodi lugeant & lamententur: quippe quibus sola hæc posteritatis spes & consolatio reliqua esse videatur. Nos verò qui cœlitꝰ edocti, mortem soporem esse existimamus, quibus præcipitur præ L sentia omnia despicere: qua tandem venia digni erimus, si in eiusmodi lugeamus, filiosq; videre cupiamus atq; hic relinquere, vnde ipsi trāsire festinamus, & vbi cum simus ingemiscimus? Verùm ista ad eos qui capaciores rationis sunt dixerimus. Si qui verò fuerint studiosi corporis, atque huic seculo penitus affixi, illud in primis dicemus, quod incertum est, an ex matrimonio liberi sint secuturi: sed etsi nati illi fuerint, maioris inde mœroris occasio sequetur. Neq; enim tātùm ex ista liberorum procreatione lætitiæ, quantū ex assidua cura & anxietate & metu meroris acquirimus, dum illis omnia quotidie timere cogimur. Et cui, inquies, villas, ædes, mancipia, aurumq; relinquemus? Nam & isto illos conquerentes audio. Ei profectò, qui hæc antea hæreditario iure possessurus erat, nuncq; tātò magis, quātò hęres ipse & securior & tutior est. Hac enim in vita plurima sunt, quæ illa corrumpant & demoliantur: nā & tineæ, & longitudo temporis, & latrones, & calumniatores, & inuidi, & futuri incertum, humanarumq; rerum varietas, & mors tandē ipsa & pecuniis, & prędiis, & villis filium profectò tuum spoliassent. Nunc verò æditori atque tutiori in loco diuitias reposuit, lo M cum inuiolabilem reperiens, ad quem nulli ex his quæ dicta sunt aspirare fas est. Is verò locus cœlum est, nullum impetum metuens, nullisq; insidiis peruium, omniq; soli fœcunditate feracius atque ingenti cum fœnore depositorum fructus lætissimos his, qui ea deposuerint decerpendos præbens. Non igitur nunc ea verba dicenda sunt, sed si seculo se dedere mallet filius tuus, tunc ingemiscendum & lamentandum esset, atq; talia dicendum: Cui modò villas relinquemus, cui aurum, cui pecunias reliquas? Nunc enim tanta proprietatis & dominationis est copia, vt ne tum quidē cùm vita excesserint, eo dominio fruſtrandi sint, sed tunc maximè rerum suarum lucris potiuri. Quòd si tu hac etiam in vita cupis illum dominum videre, demulcétque te blanda dominationis appellatio: id quoq; monacho, quàm seculari videas excellentius contingere. Quis enim, oro te, dominus dicendus est? Illène, qui summa cum facilitate pecunias impendit & erogat, at is quis præ parcitate & auaritia eas contingere non audet, sed suffodit atque humo abdit, suisque ita abstinet

tanquam

A tanquam profectò illa eo sint sua? Qui inaniter & absque ratione impendit res suam, an qui summa cum moderatione id facit? Qui in terra seminat, an qui in cœlo? Qui nō sua omnia quibus voluerit erogare permittitur, an qui omnibus eiusmodi tributa exigentibus liber euasit? Ei quippe qui prædia sulcat plurima, quíque mundi se negotiis addicit, cōplures plurimis ex locis imminebunt, vectigalia persoluere cogentes, suāsque partes quique repetentes: ei verò qui clementer in pauperes erogat, nemo prorsus erit, qui obstrepat, nemo qui minas vllas intentet. Et hoc igitur ex loco insigniori iste potiorique dominatione beatus est. An verò tu illum dominum dices rerum suarum, qui meretricibus & gulæ illecebris & assentatoribus & parasitis patrimonium effundit, & glorię suę maculā acquirit, salutēmque suā prodit, atque ab omnibus ridetur: qui autē ad cōquirendā verā, sempiternámque gloriam, atq; ad immortalia cōsequenda cōmoda, vtque diuinis monitis obtēperet, illud sapientissimè dispensat, eum non iam esse rei suæ dominū quereris? NónB ne ergo idem facis, ac si perspicieris quempiā in subterraneos aliquos meatus, vel cuniculos rem suā proiicientem diceres eum verè rei familiaris suæ dominū: sin verò necessariis vsibus dispensantem intuereris, vt qui rerum suarum non haberet potestatem, ita illum lamentarere? Imò verò non eis qui irrationabiliter patrimonia consumunt, sed eis qui in perniciem sui capitis id faciunt, isti conferendi sunt. Denique præclarum hoc impendendi genus & illustriorem eum & ditiorem & potentiorem faciet: illud verò perlasciuum & luxuriosum, nō modò odiosum & execrabilem, sed extremæ quoque damnationi obnoxium & obstrictū reddet. Quid ergo? Post matrimonium, inquies, & liberos non licebit hanc philosophiam apprehendere, cùm ad senectutem filius peruenerit? Et quis tandem ille erit, qui polliceatur ad extremam nos prouehendos esse senectutem, quodq; cùm ad illam peruenerimus, hac in voluntate & sententia perseuerabimus? Neque enim sumus domini præstituti ac definiti vitæ 1.Thes.5.a. nostræ temporis, atque hoc Paulus nos docuit cum diceret, Dies domini sicut fur in nocte ita veniet. Neq; rursus in eadē semper alacritate propositi cogitatioC nes nostræ perseuerant. Quocirca sapiens quidam admonet dicens: Ne moreris conuerti ad dominum, neEccli.5.b. que differas de die in diem, ne fortè cùm tu morā trahis, conteraris; atq; in tempore vltionis pereas. Nempe si nihil horum quoq; incertum esset, ne sic quidem liberos nostros differre deberemus, ne tanta detrimēta, quanta mox aperiemus ex dilatione ista paterētur. Esset enim profectò incredibilis amentiæ & fatuitatis, imò verò summæ immanitatis, si cùm iuueni opus esset adiutorio, aduersarijsq; vehementer immineret, tunc illum iuberemus quietum agere, mundanisq; immisceri negotiis, ne capi facilius posset: cum verò vulneribus inimeris confossus iaceret, nullaq; ex parte esset integer, tunc illū vt se erigeret, atq; armaret hortaremur, iacentem iam & saucium, atque omnino debilem? Ita nānè, inquies. Tunc enim & lucta leuior, & dimicatio facilior futura est, iam extinctis voluptatibus. Quæ nam tunc dimicatio, quæ pugna erit, cū nullus sit compar qui nos prouocet, nullus qui prælio lacessat? Ita profectò, ne coronis quidem illustrioribus donabimur. Beatus enim, inquit, qui tulit iugum graue Thre.3.d. ab adolescētia sua: sedebit solitarius, & tacebit. Hic plānè, hic miraculis innumeris dignus, hic & laudari, & beatissimus meretur dici, qui rebelles, insanosq; naturales motus ratione frenare perrexerit, atq; in ipso impetu tępestatis & turbinis illæsam seruarit nauem: verùm nihil inde quoq; contendamus. Sit etiā ista dimicatio si placet. Nempe si esset in potestate nostra certaminis tempus, rectè forsitan senectutē expectare possemus. Sin verò per omnē vitā nobis dimicandum est, atq; à prima statim ętate inchoādum, cùm decē annorum esse cœperimus, ex ea quippe ætate eorum omniū, quæ peccauimus rationē reddituri, pœnasq; daturi sumus: quod insinuant pueri illi, qui quòd Heliæum irri 4.Reg.2.d. dere ausi sunt, vrsis deuorandi permissi memorantur. Et nunc ex eadē ætate iam in acie est standum, quando bellū aduersum nos acerbius & grauius imminet, quàm tu ratione tępus illud certaminibus statuis. Si enim ipsi diabolo potestatis iure imperare posses, vt atrocius imminere & pugnare desineret, videretur esse non irrationabilis hæc tua admonitio. Nūc verò dū tu illū, & pugnare, & ictibus me grauioribus pulsare permittas, si mihi cōtrà quiescendū statuas, imò spōtè succumbendū: quid hac iniquitate & absurditate possit esD se deterius? Quis, oro, nisi inimicus belli rabie diri? instāte, pugnantē armis exuit, atq; ita hostiū manibus tradit? Iuuenis est & imbecillus. Nōnne idcirco maiore & cautione, & securitate illi opus est? Quā quidē vt possit cōsequi, summa cura & diligentia illi opus erit, atq; is qui eiusmodi est, in tranquillitate semper & quiete summa degere, nō mundanis negotiis incumbere, neq; mediis fluctibus inuersari debebit, vbi tumultus inges & perturbatio est. Tu verò cōtra penitus quibus bellū acrius imminet, & per ætatē, & per imbecillitatem, & per imperitiā, reiq; nouitatē, eos quasi iam perfecti bellatores sint reiq; militaris peritissimi, firmissimisq; viribus subnixi, in mediū certaminis pertrahis, nec permittis, vt prius ad solitudinē profecti vires sibi per exercitationē cōparent: veluti si quis fortissimū virū, & qui millies hostē fundere possit, iubeat quietem agere, bellicisq; rebus per meditationem assuescere: eū verò qui & rudis sit & imperitus, nec pugnam vnq; aspicere potuerit, ob hoc ipsum in media pugna versari debere statuat, difficillimæq; rei maiora impedimenta proponat. Ad hæc sciendū illud quoq;, nō licere post nuptias F cuiq; suiipsius esse dominū, sed è duobꝰ alterū necessariò cōtingere, aut vxori semper, si ita voluerit, cōiungi vel si cōtinenter viuere voluerit, ea dimissa, adulterij flagitio capi. Quid me prosequi necesse est educādorū liberorum summas necessitates, curasq; reliquas rei familiaris, quæ profectò tātæ sunt, vt omnē alacritatem propositi obtundere summāq; segnitiē ac stuporem animis offundere sufficiant? Quocirca satius omnino, ac melius censeo eum, dum adhuc liber ac sui dominꝰ est, ab ipso statim ætatis initiò armare, nō eorum tantùm gratia quæ dicta sunt, verùm eiꝰ quoq; in primis quod dicendum est. Qui enim ad finē vitæ philosophię huic dare operā aggreditur, vt in hoc tempus omne cōferat, vt possit ea, quæ in priori ętate admisit, peccata diluere, sanctumq; illi studium in hac duntaxat parte cōsumitur: & ne sic quidē sæpenumero illi quātum satis est temporis suppetit, sed & hac vita proficiscitur, vulnerum reliquias secum ferens. At verò qui à prima statim ętate se exercuit, viresq; sibi ad certādum cōparare studuit, nō in hoc tempus cōsumit, nec sedet curans vulnera sed ab ipsis iam tyrocinij sui rudimentis meretur, atq; accipit palmas. Et illi quidem satis optandū videtur, eas pugnas omnes, in quibus victus fuerat

repetita

Universidad de Deusto
Biblioteca

G repetita dimicatione superare:hic verò ab ipso ferè di
xerim pueritiæ aditu & limine tanquam è carceribus
emissus,atq; ad calcem cursu perpetuo properans fun-
dit hostē,victoriasq; victoriis iungit, & veluti Olym-
pici certaminis victor,à primæ ætatis flore per bucci-
nationes ad senectutē proficiscitur, innumeris coro-
nis insignitus caput.Quorum igitur in ordine consti-
tuere mauis filium tuum? Eorúmne qui ob ingentem
fiduciam, summæq; virtutis conscientiam, in ipsos e-
tiam archangelos defigere obtutus valent: an eorum
qui cum omnibus stant, extremúmque ordinem obser
uant?Extremum enim sortientur penitus, eúmque ip-
sum tum demum, cum potuerint cuncta ea impedi-
menta percurrere,quæ modò memoraui: cùm scilicet
neque mors immatura præripuerit, neque postea fue
rint vxore impediti,neque tanta negotia subierint, vt
non possit ad curam priorum vulnerum sufficere se-
nectutis tempus,eamq; sententiam firmā semper, im-
mobilemq; seruauerint. Cùm enim simul hæc omnia
conuenerint,tunc quoque vix inter extremam sortem
statuentur. Horum igitur ex numero vis esse filiū tuū,
H an eorum qui in phalangis fronte eximia virtute emi
cant? Et quis, inquies, adeò miser & infœlix est, quin
hæc magis optet filiis suis?Verùm consuetudinem,in-
quiunt,requirimus,nobiscumq; eos esse cupimus. Hoc
ipsum ego quoque & cupio & opto, nec minus sanè,
quàm vosipsi,vt illi ad paternam domum redeāt, edu
cationisq; & alimentorum vices parentibus referant:
quibus profectò illi dulciores reperire non possent,ve
rum hoc non modò ab illis exigimus. Quàm enim ini
quum est,si vt assequantur studia liberalia, longo illos
tempore patria arcemus, vtq; artem aliquam vulgarē
ac mechanicam addiscant, domum quoque ne acce-
dant interdicimus, in magistri domo & prandere il-
los,& dormire iubentes:Cùm verò non ad humanam
disciplinam, sed ad philosophiam cœlestem proficisci
parant,antequam id fiat,quod optamus,confestim tra
here illos instituimus: atque is quidem qui per exten-
sum funem currere docetur,vt eius rei peritus fiat,nō
paruo tempore,& domo,& patria se abdicabit: nos au
tem eos,qui ad cœlum auolare discunt,domi cum pa-
rentibus claudemus?Et quid hac absurditate possit es-
se deterius?Nónne agricolas videtis,vt etiam cùm sa-
tis properant laborum fructus carpere, acerbos tamē
eos nunquam metere sustineant? Ergo ne nos quidem
intempestiuè liberos nostros ab deserti commoratio-
ne reuocemus, verùm studij cœlestis disciplinā in eis
solidari permittamus, altisq; radicibus arbusta firma-
ri:& siue decem annos,siue etiam viginti nutriendi il-
li sint in monasterio,non perturbemur, non mœrore
vllo afficiamur. Quantò enim amplius fuerint in scho
la virtutis exercitati,tantò ampliores vires adipiscen-
tur. Sin autem tu mauis atq; ita videtur, tempus nullū
certum statuamus, sed ille terminus sit solus, qui ad
maturam frugem perducat satos in illis boni operis
fructus,tuncq; solum ex deserto redeant. Prius autem
nullo modo. Nihil enim ex hac celeritate nostra con-
sequi aliud poterimus, nisi vt illi nunquam ad maturi
tatem pertingant. Qui enim ante tempus radicis nu-
trimēto destitutus fuerit,is profectò nec tempore ad-
uenient, iam vtilis vlla ratione erit. Quod vti ne fiat,
toleremus interim bono animo separationem:nec so-
lùm illos nō vrgeamus ad reditum, verùm prohibea-
mus quoq; si voluerint ante tempus atq; immaturè re
meare. Nam si ad summam virtutem profecerit filius
I tuus,cōmune lucrum erit & patris,& matri,& familiæ, K
& ciuitati,& gentibus omnibus: omnibus: sin verò mi-
nus perfectus fuerit, ridiculus erit, contemptus, abie-
ctus,sibiq; ipsi & aliis noxius. Non igitur tanti illis in-
commodi, tantiq; detrimenti causa simus. Nam quo-
ties peregrè à nobis liberos dimittimus, tunc demum
illos videre volumus,cū ea consecuti fuerint,quorum
gratia peregrinati sunt. Quòd si antea redierint, non
tantū ex peregrinatione ipsa voluptatis capimus,quā-
tusli quòd frustra & intempestiuè aduenerint, mœro-
ris. An non extremæ dementiæ & iniquitatis est, non
tantū studij ac solicitudinis in rebus spiritalibus pone
re,quantū circa temporalia & fluxa mōstramus? Cùm
enim illic adeò philosophicè feramus separationem à
nobis filiorū, vt eam extendi cupiamus, & prolixiorē
fieri,dum aliqua ex ea gigni cōmoda cōstāter teneamus. Hìc intantū animi mollicie frangimur,vt ex hac
pusillanimitate nostra,summa corrūpamus bona. Atq;
id cū plurima habeamus solatia, non tantùm quòd illi
se ad maiora ac digniora cōtulerint, & optato fine po
tituri sint, nihilq; sit penitus, quod eā spē infirmet aut
frangat,verum quòd ipse quoq; separationis modus & L
periucundus sit,& facilè possit tolerari. Nā cum illi ló
ginquius peregrinati fuerint,nō eis cōgredi facilè pos
sumus,idq; cùm semper cōtingit,tum in primis quādo
senuerimus. Hìc verò assiduè ad illos proficisci possu-
mus,atq; ex eorū congressione,fructus vberrimos cō-
sequi. Ita ergo faciamus,cúmq; illi nondū ad nos profi
cisci possunt,ipsi illos adeamus,illis cōgrediamur,cum
eis familiariter loquamur. Maximū enim emolumen-
tum ex hoc eorū cōtubernio,summámq; voluptatē cō
sequemur. Nō enim ex aspectu solùm amantissimorū
filiorū exultabimus, verùm ii signi profectu meliores
facti,ita domū remeabimus. Nonnunquā verò cū illis
etiā vnà permanebimus, eiusdē philosophiæ amore ca
pti. Tunc ergo solùm ipsos ad nos vocemus,cùm vires
summas fuerint adepti, atq; aliis etiā prodesse potue-
rint,tunc eos reuocemus tantùm,& nō aliter,vt clarif
sima lux illa omnibus cōmunis fiat, vt lucerna super
cādelabrū cōstituatur. Tunc demum,tunc apertius in-
spicietis,quorum liberorū vos parētes estis,quorúmve
ij, quos modo maximè beatos dicitis. Tunc philoso-
phiæ lucra cognoscetis,cum illi eos homines cyrarint
qui morbis grauissimis laborāt,cùm veluti benefici cō
munes & conseruatores & rectores prædicati fuerint, M
cum veluti cœlestes angeli cum hominibus in terra cō
uersati fuerint,cum illos intuebuntur omnes, cū in il-
los atq; in illorum nomen se cunctorum ora cōuertēt.
Imò verò quæcunq; dixerimus, nihil tale profectò di-
cturi sumus,quale in ipso experimēto, & in rebus ipsis
cognoscetis. Ista nobis vt dei leges faciēda erāt,si offi-
ciis humanitatis satisfacere,vel aliqua ex parte curare
mus. Nō tum liberis nostris timores intentādi erant,
cùm ad viriles annos peruenissent, sed cum pueritiæ
ætatē ageret,moderādi illi & instituēdi, & mādiq; fue
rant, nec posthac vnquā opus habuissent minis & ter-
roribus. Nunc verò idē facimus, ac si medicus aliquis
languenti ægroto nihil dicat, nihilq; per quod curari
possit ægritudine ostendat: cùm verò corruptus fuerit
& perditus, atq; insanabili morbo cōprehensus,tunc iā
innumeras remediorum leges constituat. Nam reliqui
sanè legislatores tunc nos instituunt & monent, cùm
fuerimus peruersi: sed non ita Paulus facit, verùm ab
initio statim, atque à prima ætate, virtutis magistras
statuit leges, vitiis omnem penitus aditum adimens.

Hæc est

A Hæc est enim optimi, atque rectissimi magisterij nor-
ma,non prius vitiis dominari sinere, postq; vt illa effu
gentur inquirere:verùm ipsa facere,& vniuersa mo-
liri, vt natura nostra vitiis inuiolabilis fiat, atq; inac-
cessa.Quocirca hortor & moneo,non modò alios qui
hoc volunt facere non prohibeamus, sed ipsi quoque
adiutores accedamus, atq; vnà seruantes inter vnda-
rum moles nauem,nihil omittamus,vt fœlici illa cur-
su,auris secundis impulsa nauiget. Nēpe enim si hanc
sententiā omnes amplecteremur, aliisq; omnib⁹ pūst-
habitis natos nostros ad virtutem perducere institue-
remus,atque hoc solùm operæprecium,reliqua omnia
& superflua & otiosa esse arbitraremur, tāta nobis in-
de bona,tanta prouenirent commoda, quanta si dice-
re voluero,vereor ne iuueniliter gloriari videar. Por-
rò si quis id certius addiscere voluerit, ex rebus ipsis
celerius agnoscet, ingentésque nobis gratias habebit,
deoq; longè vberiores, cum viderit cœlestem in terris
conuersationem germine læto pullulantem, atque in-
de in primis bonorum futurorū spem & resurrectio-
nis fidem iam apud ipsos infideles quoque obtinentē.
Enimuero quòd ista iactantiæ verba nō sint,hinc per-
B spicuum est. Quoties illis eorum qui ad solitudines se
receperunt, vitam exponere incipimus, nihil habent
quod refragari possint, aut contra obiicere. Cæterùm
huic tantum rationi niti videntur, atque inde conten
tionis occasionē sumere, quòd pauci ad culmen perfe
ctionis euadunt. Si verò in ciuitatibus virtutū fructus
sereremus, legemq; aliquā & initium disciplina cœle-
stis acciperet,liberosq; nostros ante omnia admonere
mus,deo amicos & familiarissimos fieri,spiritalésque
disciplinas aliarū vice, atq; alias ante omnes illos do-
ceremus,iamdudū tristia cuncta desilissent, innume-
risq; malis vita nostra caruisset:idq; quod de beatitudi
ne futuræ vitæ dicitur, quòd inde aufugit dolor om-
nis & tristitia & gemitus, hìc quoq; omnes consecuti
fuissemus. Nam si nec pecuniarū amor,nec inanis glo-
riæ cupido vlla incesserit,non mortē timeremus, non
paupertatem,non iniuriis affici,læsionēve vllā aut dā-
num arbitraremur: sed maximum lucrum, si non ho-
stiliter persequi,non odisse nouissemus, nunquā profe
ctò perturbationibus propriis, nunqua alienis iniuriis
victi cessissemus, sed angelis ipsis proximū ac simillis-
C mum esset hominū genus. Et quis, inquies, mortalium
ista impleuit? Minimè verò mirum est,si tu non credis,
quippe qui ciuitatem inhabitas,diuinorūq; librorū cō-
suetudinem & familiaritatē nullā habes. Quòd si eos
qui solitudines habitant, quiq; diuinis literis olim as-
sueti sunt,posses, agnoscere profectò quòd & mona-
chi,& ante hos apostoli,atq; ante illosipsos veteres iu-
sti diligentissimè philosophiæ huius documenta dede-
runt. Verùm enim vt contentione interim omni absti
neamus, cōcedamus sanè secundū aut tertiū à summis
illis viris fore filiū tuum. Num ideo paruis, aut negli-
gendis bonis potietur? Num ad Petri vel Pauli merita
conscendit? Num igitur idcirco illū proximo etiā ho-
nore priuabimus? Idem enim facis,ac si ita loquereris:
quandoquidē ipse preciosus lapis fieri non potest, fer-
rum esse perseueret, neq; argentū fiat, neq; aurum. Cur
ergo in reliquis rebus non eandem habes rationē, sed
penitus contrariam? Nam cùm filium tuum ad elo-
quentiæ assequendam disciplinam abs te dimittis,non
summis illum oratoribus excellēntem te visurum spe
ras, nec tamen idcirco eiusmodi illum studiis dedi-
cis:satis eum tibi exultimans facturum,si quintum etiā
vel decimum ab his,qui in oratoria principes fuerunt, D
fieri contingat. Quodq; ad regiā militiā filios vestros
adscribendos curatis, non ad ipsa penitus perfectorū
tribunalia consensuros expectatis, nec tamē ideo bal
theum illos soluere iubetis,aut ne initiò quidē regiam
conscendere: sed omnia molimini, vtine illi vnquam
regiæ commorationi decidant, sufficere existimantes,
si vel inter mediocres illos numerari perspexeritis.
Cuius ergo rei gratia, illic quidē etsi maiora consequi
non liceat,nē sic quidē desistitis:verùm vt minora cō-
sequamini elaboratis,ærumnasq; subitis, atq; ista faci-
tis cum tamen spes nulla certa sit:hic autem desidetis,
atq; torpore lassescitis. Cur? nisi quòd illa quidē vehe-
menter cupitis, horum verò ne breui desiderio tangi-
mini. Cumq; istud cōfiteri erubescatis, figmenta & oc
casiones excogitatis. Itaq; si quidē planè acpenitº vel-
letis,nihil vobis ad hæc assequenda impedimento esse
potuisset. Ita enim se res habet,si quis aliquid ardenter
amet,etsi nō illo aut primus fruatur,aut solus:vel me-
dio in loco stare patietur,atq; etiā aliquanto inferiore,
dum eo quod amat frui tandem vlla ratione possit.
Quippe & is qui vino,potationiq; addictus fuerit,& si E
vinū suauissimū accipere non possit, ne id quidē quod
deterius fuerit, vnquā contemnet. Rursus qui pecunię
vesano amore flagrauerit,non solùm si quis ei precio-
sos lapides vel aurū dederit: verùm si argentū quoq;,
maximas illi gratias habebit. Tanti nempe est concu-
piscentia,violentissima quidē res, & quæ eū,quē semel
ceperit, omnia sustinere & perpeti qualibet ex re, vi
sua possit adigere. Itaq; nisi esset hęc verborum callida
tergiuersatio,cooperandū illis fuerat & collaborandū.
Neq; enim eius est,qui aliquid fieri desideret, id vti ne
fiat impedimento esse,sed vt fiat omnia moliri. Nā &
hi qui ad Olympica certamina descēderint, cùm pro-
bè norint,vnū ex tanta multitudine victorem fore,la-
borant tamen atq; fatigantur & in sudoribus, & in æ-
rumnis agunt. Et si nihil ferè hìc, atq; illic simile esse
videatur, non solùm ob certaminum dissimillimū fi-
nem, sed quòd cū sit necesse ibi vnum solummodo co
rona donari:hìc non ea præmiorū est ratio,vt alius si-
ne coronis,alius coronatus abscedat,sed quòd cū alius
maiore gloria,clariorēq; laudatione potiatur, alius mi
nore, omnes tamē beati & illustres sunt. Prorsus verò
si vellemus in ipsis statim initiis effingere ac formare F
liberos nostros,atq; eis erudiendos tradere,qui illos re
gere & moderari scirent,fieri satis posset,vt in primo
castrorum starent ordine. Nunquā enim profectò sper
neret deus tantam deuotionem & alacritatem animi,
tantúmque studium: sed ad hanc formandam perficie
dámque statuam,manū quoq; suam adiecisset, qua ope
rante,possibile non esset quicquā ex his,quæ fierent ca
dere:imò contrà,esset impossibile illam nō ad summū
splendoris & gloriæ culmen peruenire, si modò quod
nostræ partis munus est,non negligeremus. Nā si mu-
lieres impetrare à deo valuerunt, vt ad curam liberorum adiuuaretur sibi & fautor accederet: longè id magis
nos,si voluerimus,consequi poterimus. Et alias quidē
consultò omitto,sunt autē permultæ, ne liber, qui iam
claudendus est,prolixior fiat,vnam tantum memora-
bo. Anna quædam fuit Hebræa mulier,hęc vnum filiū 1.Reg.1.c.d
cum partu ædidisset, nec aliū iam se speraret naturā:
hunc enim vix tandē post multas lachrymas acceperat,erat enim sterilis:viderētq; propterea æmulā suam
sibi crebrò insultantē,ne sic quidem quicquā tale passa
est,quale vos: verum cū filium illum genuisset, id solū

Universidad de Deusto
Biblioteca

G tempus ea apud se morari permisit, quo lacte nutriri opus habuit. Cùm verò non iam eiusmodi indigeret alimento, sumptum statim obtulit deo, nec iam vt paternam domum reuiseret, orauit: sed semper in dei templo ille morabatur, eumq; si quando illa videre cupiuisset, quippe mater, non ad se conuocabat filium, sed ad illum vnà cum patre ascendebat, illo tanquam reuera donario deo iam consecrato abstinens. Adeò verò magnus & strenuus adolescẽs ipse factus est, vt deũ cum illam Hebræorum gentem, ob effusam latè malitiam execraretur, nec iam illis vteretur, nec visionem vllã eis reuelaret, rursus eximiæ virtutis meritis attraxerit, persuaserit; ea omnia quæ antea solebat exhibere, prophetiã quoq; quæ diu abuolarat, restituere. Nec ista tunc modò valuit, cùm ad maturã ætatem peruenisset, sed etiã cum puer adhuc esset. Non enim erat, inquit, visio comprimens, & verbum pretiosum non erat. Cumq; ista talia ac tãta essent, illum deus iugiter alloquio familiari dignabatur, ac per illum frequens oracula ædebat: tantum confert emolumenti deo sem-
H per, quæ possederimus concedere, cunctisq; vt illi placeamus nos extraneos facere, non tantùm pecuniis & possessionibus, sed ipsis quoq; liberis nostris. Nã si hoc in nostra anima facere iubemur, multò magis in omnibus cæteris. Hoc enim & patriarcha fecit Abraham immo verò multò maius aliquid, idcirco longè etiam maiore cum gloria filium recepit. Tũc enim maximè & verissimè filios habemus nostros, quũ deo nostro illos tradiderimus. Longè quippe ille eos melius & excellentius, quàm nos moderabitur & reget, maioréq; illorum curã geret. Nónne id vides in diuitium quoq; domibus fieri? Nempe enim ibi eos qui domi cũ parẽtibus morantur, non vsqueadeo illustres, insigniq; potentia præditos videas: quos autẽ à parentibus principes abduxerint, suoq; seruitio ac ministerio accommodauerint, ærariiq; custodiæ præfecerint, eos videas & summa dominorũ beneuolẽtia & longè maxima fiducia potiri: tantumq; conseruis esse clariores, quantum seruis domini excellunt. Sin autẽ homines ministeriis
I & officiis suis deditos tanta beneuolentia & benignitate prosequuntur, longè id profectò dignius & excellẽtius infinita illa bonitas, quæ deus est, faciet. Permittamus ergo illos ministerio cœlesti famulari, non in tẽplum eos introducentes, vt Anna Samuelem, sed in ipsum cœlum cum angelis diuino ministerio dicandos. Quòd enim cum angelis illi ministraturi sint, qui hãc philosophiã apprehenderint, omnibus profectò liquet. Tunc sanè illi non tantùm suæ, sed nostræ quoq; maiore cum fiducia gloriæ, fœlicitatiq; prospicient. Nam si quidam parentum gratia nonnulla cõsolatione potiti sunt, multò id magis filiorũ causa parentes consequẽtur. Illic enim naturæ tantùm prærogatiua erat, hìc ius etiam educationis accedit, quod natura longè maius & potentius est. Atq; ego vobis vtrunq; scripturæ diuinæ exemplis affirmabo. Ezechiam certè insigni virtute & pietate virum, minus tamen ex virtutum suarum conscientia fiduciæ habentem, quam vt posset aduersus imminens periculum consistere, paternæ virtutis
4. Reg. 19. g & 20. b. gratia se deus seruare testatus est. Protegam enim, inquit, ciuitatem istam, vt seruem propter me, & propter Dauid puerum meum. Paulus item cùm ad Timotheum de parentibus scriberet, aiebat: Quoniã salui fient per filiorum generationem, si permanserint in
1. Tim. 2. d. fide & dilectione & sanctificatione cum castitate. Iob quoq; sanctissimum virum, cùm ex virtutibus reliquis

1. Reg. 3. a.

scriptura collaudet, quòd fuerit iustus, quòd verax, q K religiosus, quòd pius, tum etiam maximè, quòd filiorũ optimè nutriendorum habuerit summam diligentiã. Non enim ea cura vrebatur, vt aurum illis copiosissimum acquireret, non vt humana gloria verendos & illustres cerneret: sed quid ille tandem requirebat? audi quid scriptura dicat: Cùm cõsummati, inquit, essent Iob. 1. a. dies conuiuij, mittebat Iob, & purificabat eos, consurgensq; diluculo offerebat pro eis sacrificia ad numerũ ipsorum, vitulumq; vnum pro peccatis, pro animabus Ibidem. b. eorum. Dicebat enim Iob in corde suo: Ne fortè filij mei in mente sua mala cogitauerint aduersus deum. Vllane iam nobis erit excusatio, eiusmodi scelus admittere audentibus, quando is, qui ante gratiam, ante legem fuit, qui nullo sacrarum literarũ magisterio instructus erat, tantam filiorum ostendit gessitq; prouidentiam, vt de incertis quoq; eorum & occultis tremeret paueretq; delictis? Quæ nam nos iam excusabit ratio, qui cùm simus sub gratia, cùm tantis & tam insignibus magistris potiantur, cũ eiusmodi exemplis abũ demus, totq; monitis erudiamur, non modò pro occultis incertisq; filiorũ peccatis non metuimus, verũ aperta quoq; & manifesta contemnimus? Neq; ista saltem pernicie contenti, si qui eos emendare voluerint, eos vndiq; reiicimus, exagitamus, affligimus. Abrahã quoq; simul, vt dictũ est, cùm cætera rectè facta cõmendant, tum istud quoq; clarissimũ facit. Igitur cùm tanta sum morum virorum teneamus exempla, paremus deo ministros idoneos & probatissimos famulos. Nã si is qui vel athletas ciuitatibus nutrit, vel exercet ad regis obsequiũ milites, maximis honoribus fruitur: quanta nos munera, quot coronas accepturi sumus, qui tam magnos & eximios viros, dicã ve. ius angelos, deo educamus? Omnia ergo faciamus, cunctaq; moliamur, vt eis insignes pietatis opes relinquamus, quę solę permanẽt nobiscum excedentesq; è vita comitantur, neq; hac in vita solùm, sed in illa etiam maximo nobis vsui erũt, summaq; conferent emolumenta. Nam seculi quidem diuitiæ, neq; excedentes è vita comitantur, & hic nonnunquam nos deserunt, possessoresq; suos crebrò perdiderunt. Istæ autem diuitię & in vita, & post mortem M firmæ, stabilesq; perdurant, eosq; qui se possederunt tutos, inuiolatósque seruabunt. Ita enim se res habet, vt is quidem qui terrenis spiritalibus præfert, & illis deci dat & istis: qui autem cœlestium desiderio tenetur, terrenis quam omnino potiatur. Nec ista mea ratio est, Matth. 6. d. sed eius qui cuncta præbiturus est domini. Quærite enim, inquit, regnum cœlorum, & hæc omnia apponentur vobis. Quid hũc honori par vlla ratione esse possit? Curam, inquit, gere spiritalium rerum, mihi verò tua omnia permitte. Ac si pater aliquis indulgentissimus & domus curam & familiæ regimen, aliarumq; rerum omnium administrationem ipse sibi assumeret, filiumq; suum, vt philosophiæ solùm operã daret, admoneret. Ita profectò deus quoq;. Pareamus illi igitur, inquiramúsque cœlorum regnum: sicq; & filios nostros probatissimos videbimus, & ipsi vnà ex illorum præclaris actibus illustriores erimus, bonisque etiam præsentibus fruemur, si futura tantùm cœlestia diligamus. Ista vobis, siquidem obtemperare volueritis, maxima præmia conferent, summamque mercedem: sin autem reluctari, atque eis minimè parere perstiteritis, grauiores cruciatus. Neque enim vllus iam excusationi locus erit, vt tergiuersari & colligere figmenta valeatis, aut dicere neminem fuisse, à quo ista di-

A ista disceretis. Certè etiam ante nostram quoq; admonitionem hæc omnis excusatio sublata erat, cùm habeat natura ipsa diligentiam bonorum, malorũq; iudicium, istaq; philosophia vbiq; proposita sit omnibus: tantaq; sint præterea vitæ præsentis incommoda & mala, vt eos quoq; qui illam vehementer amant, ab ea ad solitudines fugare sufficiãt. Igitur, vt dixi, etiam si ipsi taceremus, omnis excusatio sublata esset: nunc verò multò id magis continget post istos adeò prolixos libros, tamq; longam admonitionem, quam ex rebus ipsis, & quæ etiam illustrior est, quam ex diuinis literis fecimus. Nempe enim etsi domi remorantes possibile esset non penitus corrumpi & perire, sed vel inter extremã electorum sortem numerari, ne sic quidẽ supplicia euadere possemus: cùm & his qui ad diligentioris electũ vitæ properant, impedimẽto fuissemus, & eos mundanis rebus obligatos teneamus, qui ad cœlum euolare cupiunt, atq; in auras verę libertatis emergere. Cùm verò istud possibile nõ sit, sed omnino pereundum constet, & de extremis periculum immineat:
B quam tandem veniam, quam excusationem habituri sumus, qui non modò nostrorum peccatorum, sed eorum etiam, quæ postea filij peccauerint, pœnas in nosmetipsos acerbissimas attrahimus? Neq; enim eos ita punitum iri existimo pro his, quæ deliquerint ad mundanos fluctus violenter attracti, vt vos qui hanc inuitis illis, & renitentibus necessitatem imposuistis. Nam
Matth. 16. a si ei qui vnum scandalizat, cum mola in mare præcipitari expedit: quæ tandem pœna, qui cruciatus illis satis erunt, qui sæuitiam tantam & immanitatem in liberos proprios ostendunt? Quocirca moneo, atq; obtestor, velitis esse philosophorum filiorum patres. Neque enim dicere debetis, quod audio plurimos tergiuersantes dicere. Quid nam verò istud est: Cùm videremus, inquiunt, eos ad finẽ peruenire non posse, istud prohibuimus. Etiam si hoc apertissimè nouisses, nec esset ista fallax coniectura, plurimi quippe ex his qui lapsuri putabantur, firmiter steterunt: si tu tamen id omnino præsciuisses, ne sic quidem illũ in tuto retrahere debueras. Neq; enim si quem cadere incipientem, anticipantes lapsum, ipsi præcipitarem, is, id nobis ad
C excusationem satis esset, sed ipsum hoc nos in primis condemnaret. vt quid enim tu nõ permisisti illius magis negligentia ruinam illam contingere, sed præueniens alterius peccatum rapuisti, cunctaq; in tuum caput conuertisti: Quinimo ne permittere quidem, vt ea ruina contingeret, debebas. Cur enim nõ omnia fecisti, vt non rueret filius tuus? Itaq; idcirco maximè extrema animaduersione dignus es, quòd sciebas illum ruiturum. Qui enim ruiturum præsciebas, non illũ deiicere, sed manum porrigere debueras, studiumq; maximum ostendere, vt is qui ruiturus videbatur fortiter perfisteret, siue ille postea stare firmiter duraret, siue non. Nos enim cuncta partium nostrarũ munera exequi, atq; implere conuenit, etiamsi illi nihil ex nostra diligentia & studio fuerint lucrati. Cuius rei gratia: &
Matth. 25. c. vt quidã? Vos non iam aduersum nos deus sententiam ferat, sed aduersus illos. Quod & ipse eũ qui talentò accepto nihil operatus fuerat, criminans dicebat: oportebat enim, inquit, te pecuniam meam deponere ad numularios, & ego veniens cum fœnore exegissem illã. Obtemperemus igitur ista monita ædenti, vt cruciatus quoque, quos ille comminatus est, effugere possimus. Neq; enim sanè cum cum hominibus ludere putemus, qui cordium scrutatur arcana, & omnia in lu-

cem adducit: qui vbiq; etiam salutis filiorum reos pa- D rentes constituit. Nam si is qui pecuniam deponere neglexit, tanta seueritate punitus est: quid ille patietur, qui deponere volentibus impedimẽto fuit? Nõ solùm enim si ad mundi strepitum filij vestro consilio deuoluti fuerint, si etsi fortiter impetum tulerint, montesq; occupauerint, eadem vobis supplicia sunt constituta. Sicut enim qui ad philosophiam hortari pergit, siue ille persuadeat, siue non, perfectam consequitur, integerrimamq; mercedem: omne enim quod erat sui muneris impleuit: Ita & qui aliquem perdere voluerit, siue illum læserit, siue non læserit, eadem animaduersione punietur: & hic enim cuncta quæ potuit, fecit. Itaque & si nihil valueritis ad deiiciendos ac peruertendos fortes filiorum animos, huius tamen iniquissimi conatus tantas pœnas dabitis, quantas si id quod cupiebatis, ex proposito illo deiecissetis. Hęc igitur vniuersa cogitãtes, cunctisq; cauillationibus omissis, curemus effici nobilium, fortiumq; filiorum patres, templorumq; Christiferorum fabri, pugilumq; cœlestium curatores, vngentes, erigentes, & vndique commodis illorum consulentes, vt coronarum quoq; par- E ticipes esse mereamur. Sin autem vos contenderitis, filij quidem si fuerint egregia virtute præditi, etiamsi nolueritis, ad hanc peruenient philosophiam, sempiternisque gaudiis fruentur: vos autem infinitos vobisipsis cruciatus congeretis, tunc; ea quæ à nobis dicta sunt, laudabitis, cùm ex eiusce laudibus nihil commodi consequi poteritis.

FINIS.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI

sermo, quòd regulares fœminæ viris cohabitent.

HEu me ô anima. Ita & ego nunc Psal. 119. cum propheta tempestiuè dico, & semel & iterum, ac sæpius. Heu me ô anima, quale negotium, & quanta refertũ sermocinatione. Virgo iniuria est affecta, velum quod eam à nuptiis F coërcebat sublatũ est, & ab impudentissimis porcis dilaceratum. Sancta sanctorum cõculcata sunt, honesta & reuerẽtiæ plena prophanata, & omnibus peruia. Quę honestior nuptiis adeò deducta est, & humiliata, vt nuptias magis dicere beatas liceat. Semper quidem virginitas cum coniugio cõparata, primas partes tenuit, & omnem dignitatem. Nũc autem neq; in secundo ordine manere potuit, sed valde procul, & planè in vltimũ concessit ordinẽ: & quod multo grauius, non hostes, neq; inimici, sed ipsæ potissimum, quæ illas curare deberent, eam sic affecerunt, & propter quas aduersus infideles hactenus liberè loquebamur, illæ ipsæ ora nostra maximè obturant, & multa ignominia confundunt. Inter Græcos sanè quidam licèt pauci ita philosophati fuerunt, vt opum essent contemptores, & iram vicerunt: virginitatis autem flos nullo modo apud illos floruit, in qua semper cõcesserunt nobis primã dignitatem, ingenuè fatẽtes, rem supra naturã esse, & non humanam, & ea propter

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnibus gentibus admirationi fuimus: sed nunc non item, quin potius deridemur, & sales in nos iactant: & propterea diabolus contra hãc turmam spirauit, quoniam vidit in hac potissimum phalange fulgidũ Christi exercitũ, sicq; attentauit ipsam confundere, vt posthac melius sit ne virgines quidem esse, quæ ita præuaricari attentent. Causa malorum omnium, quòd perseuerant adhuc nomen & appellatio rei, & negotium totum in corpore sublatum est, quod scilicet nomen extrema virginitatis pars est: quæ autem plus necessaria, & ipsam magis demõstrant, neglecta sunt, & nulla ratio habetur vestium quæ virginitatem decent, vel sermonis, vel silentij, vel compunctionis, vel alicuius id genus. Quin temerè nugantur omnia, & rident intem pestiuè, & deridẽtur, & in deliciis magis viuunt, quàm mulieres quæ in fornice vndequaque peccatores suis technis capiunt & cogunt: vt ipsæ in obscœnitatẽ mulierum, quæ stuprantur, impellantur, quasi aduersus seipsas certantes, & contendentes, vt prior dignitas in fœditatis gloriam transeat. Vnde enim dic mihi, potemus postea talem virginem ordine illarum, & socie tate eximere, quando & ipsa idem facit, quod illę: quãdo scilicet, vt adolescentum corda auolet, superba incedit, & intemperans eadem pharmaca terit, quando eosdem lethales succos miscet, eundemq; parat puluerem. Sed non dicit, Heus adesto, amore implicemur: nec dicit, aspersi accubitum meum myrrha, aloë, & cinnamomo. Vtinam accubitum & lectum, vestes & corpus. Illa enim domi escam occultant, tu vbique laqueũ circunfers, & expandis voluptatis alas obambulans in foro. Sed non dixisti, neque contulisti verba illa meretricia, Heus amore inuoluamur. Non loquuta es lingua, sed loquuta es gressu: non loquuta es voce, sed loquuta es oculis clarius quàm voce. An ideo excusatã te putas, quòd non vocaueris, non obtuleris teipsam? Neque sic à peccato liberaris. Est enim & hæc quędam fornicationis species. Puta mansisti ab iniuria corporis quidem, sed non animæ, & completum à te peccatum, etiamsi non per coitum, sed per aspectum. Cuius enim gratia vocas prætereuntes? cur accendis ignem? Quomodo putas te puram à peccato, cùm totum ipsum opus operata sis? Etenim cùm adulterum feceris perfectum eum quẽ tuo isto habitu cepisti, quomodo non potes esse adultera, cùm opere tuo adulterium cõmittitur? Illius insania tuum opus est. Profectò te quæ adulteros præparasti, adulterij suppliciũ minimè possе effugere, nulli non manifestum. Tu gladium acuisti, tu dextram armasti, tu armatam dextram in miseram animam impulisti: quomodo igitur poteris ab homicidij supplicio liberari? Dic enim, quos nos habemus odio, & auersamur? Quos autem puniunt legislatores & iudices? num eos qui bibunt mortifera venena, an miscentes calicem, & præparantes ea, arteq; sua perdentes alios? Non bibentes quidem, quorum, vtpote iniuria affectorum, miseremur. Veneficos autem omnibus calculis condemnamus: nec sufficit eis ad excusationẽ, quòd non seipsos offenderunt, sed alios perdiderunt: sed propter hoc tantò grauiorem luent pœnam. Tu autem misera & calamitosa, miscuisti calicẽ hunc pernicioſum, & præbuisti & dedisti pharmacũ: & postquam bibit & perditus est, defensam te putas, quia non ipsa biberis, sed alteri præbueris venenosa? Quanuis & vos tantò grauiorem luetis pœnam, quàm pharmacopolæ illi, quantò & mors grauior. Nõ enim corpus solùm, sed & animam interimitis. Et illi quidẽ sæpe vel furore, vel ira hoc fecerunt, vel inopia: vos autem ad nullum talem confugere prætextum potestis. Neq; hoc facitis inimicis, vt eis qui nocuerunt, vel ob inopiam: sed ob solam vanam gloriam in alienis lẽditis animabus, & ex alienis animab⁹ voluptatẽ propriã constituitis. Sed nescio vnde, vt hæc dicerẽ, huc appulsus, propter quod redeundũ ad id vnde digressus. Nã quasi non sufficerent hæc quæ dicta in totius fœminei generis confusionem, & aliud quiddam maius excogitauerunt. Sed nemo hæc de omnibus dicta putet. Non enim tam miser sum & imprudẽs, vt simul omnia cõmisceam & confundẽ. Nam de his quę culpis obnoxię & hæc dicta sunt, & quæ postea dicentur. Quasi igitur nõ satis damnosa essent hæc, viros sibi minimè cõuenientes semper includunt, & omni tẽpore cõtubernales faciũt, quasi demonstraturæ & per hæc, & propter ea quæ dicentur, quòd inuitę ad virginitatẽ raptæ sint, & extremam vim sustinuerint, & hac ratione consolã tur vim & necessitatem. Et cur hæc non dicerẽ, cũ vos longè deteriora his, vbi hæc contingunt dicitis apud omnes amicos & familiares? Permittendæ ne sunt illæ viuæ & respirantes, & nõ potius dissecandę medię, vel viuæ cũ illisipsis tumulandæ? Etenim & hęc & his multò plura omnes dicunt. Cæterũ & frequẽs, & quotidianus est cursus obstetricũ ad virginum domus, quasi ad parientes, non quòd obstetricentur parieti, quanuis cõtigit in aliquibus etiã hoc, sed quòd probentur & iudicentur sicut emptæ ancillæ, quænam corruptæ, vel quę intactæ: & illa quidẽ facilè obediit probationi, hęc verò contradixit, & hoc ipso cõfusa abiit, etiamsi nõ corrupta sit: & hæc quidẽ vim passa, illa verò non vim passa: & hæc etiã non minus illa confunditur, cùm nõ possit digna fide hoc more cõprobari, sed opus habet externo testimonio. Quãtis lachrymis hæc non sunt digna? quãtis non digna mortibus? quis autẽ sic lapideus, & sine cõpassione, vt non accendatur zelo sicut Phinees? Et ille quidẽ, si per hoc tempus hanc turpitudinẽ videret fieri, non ipsi placeret, sed faceret idẽ quod in Madianitici olim fecit. Nos autem cùm nobis non sit permissum arripere gladiũ, neq; cõfodere pugione eos qui ita negligentes sunt: affecti igitur simus sicut sanctus ille, non faciamus autẽ eadem, sed dolori aliter succurramus, ploratibus scilicet, ac lamentis. Venite ergo, dolorum ac gemituum sociæ estote, quotquot ab hac obscœnitate estis alienæ. Nam calamitosæ & miseræ illæ, fortè in tanto sunt labore, vt malis dolorem suum non sentiant. Sed vos, quę hanc suscepistis vitã, digneq; factæ thalamo & sponso, lampades claras gestatis, & honesto virginitatis serto magis ornatæ, quàm corona regia, lachrymas funditę nobiscum, & amarè simul ciulate: nam hoc non paruum est remedium ad curandos, & eos qui incurabiliter ægrotant, & ad consolationem lugentiũ. Hoc ipsum aliquando & sponsus noster fecit. Nam cum videret Hierusalem in extremam perditionem inductã, ita vt non posset iam ab infirmitate reduci, lachrymas fudit, & in Bethsaida symbolis quidem non est vsus, item neq; signis, misericordiis autem ciuitates solum: Væ subinde inclamauit, sicut & nos facimus in his, qui animam iam efflarant. Item beatus Paulus exemplo magistri sui usus cessauit per omnẽ vitã suã eos qui exciderant, & qui in ruina sua manserant, & resurgere postea noluerãt, deplorare tam amarè, vt hac valida determinatiõe significaret, & scriberet Romanis dicens: Tristitia mihi est magna, & cõtinuus dolor cordi meo pro fratribus meis, qui mihi cognati secundum

cundum carnem. Videsquantam habẽt verba emphasim, quantam anxietatem cordis proferant: Insuper fideles ægrotantes, & tempestatibus depressos sic deplorat, quasi ipse eadem mala experiretur. Quis enim, ait, infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? Et non dixit, tristor: sed, vror, intolerabilem & incredibilem dolorem per incendium enunciare volens. Imitemur igitur etiam nos & dominum nostrum & conseruum. Nam nobis horum vlulatuum, & lamentorum non parua erit merces: Sicut neq; vulgariter reprehenduntur à deo, qui absque compassione suorum membrorum mala prætercurrunt & contemnunt. Quæ tam apud fortissimũ Ezechielem, quàm apud beatũ Micheam videre licet. Ille enim dicit, cùm Iudæi in extremum malorum venissent, & spontè idolorum cultu se coinquinassent, imperasse deum dari signum super facies virorum gementium, & dolentium super his quę faciebant. Neque enim simpliciter dolere oportet, quanuis nihil vnquam dixerint vel fecerint illi ad correctionem eorum quæ fiebant: sed quoniam sua intulerant solùm, tantum adepti sunt honorem à misericorde deo, vt & gloriam, & securitatem multam assequerentur. Amos autem cum aliis reprehensionibus, comessationis & ebrietatis, & inunctionis vnguentorum, etiam adiicit reprehensibilem contẽptum compassionis, sic dicens: Neque compatiebantur super contritione Ioseph. & eos qui habitabãt ciuitatem Aẽnam propter hoc reprehendit, sicut iterum dicit, quòd non exiuit vt ploraret domum contiguam. Si autem ibi deus irascitur, & reprehendit eum qui non compatitur ei qui punitur iustè: qua venia dignus erit, qui nõ condolet cum eo, qui in peccatum prolapsus? Neq; mireris, si oporteat nos simul dolere cum iis qui puniuntur, quanuis deus puniat. Neque enim deus ipse qui puniuit, vult hoc facere. Non enim volo mortem peccatorum, dicit. Si igitur qui vindictam sumit, non vult vindictum sumere, multò magis nos veniam concedere oportet his qui puniuntur: fortè hac via illos eripiemus, fo. re reparabimus. Nam licèt perierint, si tamen curam quæ reliqua est geramus, admoneamus, & lachrymemur, & ploremus, nõ circumstatibus lamentatricum mulierum choris, sed vnusquisque priuatim apud ipsum præsentibus illis. Si autem vultis, ipse incipiam luctuosum hoc canticum: neque enim confundar cum Hieremia hoc facere, & Esaia, & Paulo, & in primis cum domino nostro. Incipiamus igitur sicut Christus incepit primùm, & dicamus: Væ tibi anima: ad quam vocata es dignitatem per benignitatem & misericordiam dei? qualem reliquisti? qualem accipies regionem propter ignauiam tuam? Væ tibi, quia ipse te ad thalamos traxit spiritales, tu autem teipsam ab hac gloria abrupisti, & inducta es in diaboli ignem, & ad incurabilia supplicia, vbi planctus & stridor dentium, vbi nullus qui consolaturus est, quive manum porrecturus: sed tenebræ omnia, & perplexitas, & turbatio, & mala: neque consolationem, neque finem habentia: hæc tibi omnia mundi fecit amicitia, quia prætulisti cœlo terram, & noluisti audire vocem sponsi continuò admonentis. Nihil enim vobis & præsentis seculi rebus commune. Quis te miseram & calamitosam miserari potest postea? Nam etsi ipsum videas Noë, qui in communi totius orbis diluuio totam domum saluauit, & in hac ira patrocinantem, etsi Iob, etsi Danielem, cùmque illis Mosen & Samuelem, etsi patriarcham Abraham, nullus tibi manum postea porriget. Etiamsi genere illum attingas, etiamsi filia sis, etiamsi soror, etiamsi supplices multum, sicut diues ille, omnia frustra & inuanum facies. Quomodo excidisti è cœlo, quę non sicut Lucifer, neque sicut mane oriens, sed ipsis Solis fulgoribus plus radiare potuisses? Quomodo sedes deserta? Atque adeò haud quis aberrarit, si in captiuam hanc animam & plura lamẽta, quàm quæ in ciuitatem illam dicta sunt transferat. Sed fortè lamentorum satis, satis inquam quasi in libello & angustè scripto, alioquin ad condignam deplorationem, neque omne tẽpus nobis sufficeret. Quid enim quis deploraret primum? an quòd venerabile & sanctum, & mansuetum nomen dei per vos blasphematur in gentibus, & gloria sua prophanatur? an quòd tam venerabilis & magna res ita abiecta est? an quòd tam multæ animæ per vos tot scandalis perduntur? An quòd sana pars chori nostræ gloriæ, macula obsoleſcit? an quòd inextinguibilis & vobis, & cohabitantibus vobis accenditur ignis? Et quomodo necessarium est, vt hæc fiant, inquit, cũ possimus ostendere corpus nostrum non corruptum, neque vitiatum? Verum hæc demonstratio, nõ nunc, sed in die illo erit manifesta & certa. Obstetricis enim ars & sapientia hoc solum potest videre, an congressum viri corpus tulerit, an liberum: & adulterium ex osculis & corruptionum amplexibus effugerit, dies illa tũc declarabit, quando verus dei sermo, qui occulta hominis in medium adducit, & præsens nunc his quæ clàm fiunt, omnia nuda & exuta ante omnium oculos ponet, tunc sciemus bene an ab his sit purũ, & vndequaque incorruptum corpus. Atqui de his non tam exactè loquemur, neque contendemus, sed ponatur (superductis omnibus retibus) esse corpus vndequaque purum, ab omnique damno liberum, & maneat virgo quæ virgo. Quid hoc ad ea quæ dicta sunt à nobis? Etenim grave hoc omnium grauissimum est, & plurimis dignum lachrymis, quòd tantum vndequaque sustinuerit laborem, diligenter obseruarit corpus, & omnem laborem insumpserit, & sudorem effuderit, & nihilominus facta est blasphema in Christum. Cunque pepercerit carni, non pepercit gloriæ Christi, sed vt intactũ ipsi maneret corpus, omnia fecit: vt autem ille non afficeretur contumelia, nec blasphemaretur apud multos, ne vllum quidem sermonem habuit. Vtinam non omnia fecisset, & omnibus operã dedisset, per quæ gloria dei infamaretur. Et quomodo hoc, ait: quia viris tecum in domo inclusis semper tu assides. Nam si habere cohabitatores concupiscis, non oportebat virginitatem eligere, sed ad nuptias transeundũ erat: multò enim melius sic nupsisse, quàm illo modo virginẽ profiteri fuisset. Nam illas nuptias, neque deus condemnat, neque homines reprehendunt. Honesta enim res est neminẽ offendens, neminem lædẽs. Virginitas autem illa cum viris plus ab omnibus arguitur, quàm stuprum ipsum. Nam quæ suum perdit ordinem, in profundius quę in sit stupri barathrum iecta est. Non enim aliquis feret cum virginibus numerari eam, quæ nõ curat quæ sunt domini, & multos reddat adulteros: neque cum nuptis. Illa enim curam habet, quomodo placeat viro, vni, tu autem vt plurimis, & his qui non lege coniugij noti, sed alio quodammodo ab omnibus condemnato & rejecto, vnde vereor ne cùm inhonestis mulieribus videaris ordinata. Etenim ab appellatione ipsa, si quis rem diiudicare velit, cõtradicere nihil possemus. Nam si quando in foro de his incidit mentio, vel aliàs sermo domini de ipsis fit apud eos, qui disputant de absurdo

Universidad de Deusto
Biblioteca

G surdo coniugio, significare volentes quandam huius, vocant non matrem, neque enim illum peperit: neque sororem, non enim ex eodem vtero prognatus est: neque coniugem, non enim lege coniugij cohabitant: neque aliud quoddam cognationis nomen, quod concessum, vel lege permissum, sed fœdũ & ridiculum. Non enim ego quidem tulerim ipsum nominare, sic exosam habeo & auersor hanc appellationem, & proponitur mihi etiam contubernij cognomen. Sed, non peperisti, nulli dolores. Et quid hac defensione fœdius? quid itẽ miserius, quàm quòd ab his vult apparere virgo, ad quæ & multæ fornicatrices mulieres confugere possunt? Sed illæ aliunde manifestariæ publicè libidinantur. Vnde aliunde dic mihi? à vestitu, à visu, à gressu? ab amatoribus, quos capiunt? Bene quidem nobis depinxisti scorti characterem. Sed vide ne coniecturis & argumentis, antequam illas, teipsam capias. Etenim & tu tibiipsi tales sæpe præparas amatores, atque per eadem retia. Quòd autem non vocas in domicilium prætereuntes, sed habes intra concluſos semper. Quòd multò grauius ob nihil quidem aliud, quàm vt absurdam
H voluptatem impleas, & illius & tuam, non congressum inquam. Sed quid hoc commemoras? quandoquidem oculos pascendo mutuis aspectibus istucipsum contigit, alioqui neque adulterium hoc genus esset. Sed dic, quare ipsum habes domi? Quam causam iustam & rationabilẽ nobis dices? Nupta enim nuptias dicet, scortum libidinem: tu autem virgo qualem nobis causam narrabis dignam quę proferatur, & iustam? At cur curiosè inquiris, dicit, cùm non simul dormiant, neque nobis cohabitent, vt illis mulieribus illi? imò hoc potissimum plerique affirmant. Verùm quid hoc: dicit contra suum caput: & planè contra suum solius caput dictum hoc postea inquiremus, & iam quidem manifestè dissertimus, cùm de viris diceremus, quòd non solùm qui maledicunt, sed & qui occasiones temerè prębent, in causa quę agitur, rei sunt supplicij. Verũtamen hoc ipsum denuò demonstrabimus: iam autem si te rogauero causam huius contubernij, prætextum aliquem dicere potes. Infirma sum mulier, neq; sola valeo meo vsui sufficere. Enimuero cùm hæc cohabitatoribus vestris obiicimus, ab eis contraria audimus, nempe quòd
I propter vestrum ministerium vos teneant. Quomodo igitur quæ ex substantia vestra etiam viris suppeditare potestis, vobisipsis mulieribus subsidio esse non potestis, sed aliis indigetis? Nam sicut vir viro, ita mulier mulieri commodius & rectius vtique cohabitarit. Quando autem & viris ad ministerium commodiores estis, multò magis nobisipsis. Ad quid enim, dic mihi, necessaria & vtilis viri societas? aut quale ille mulieri exhibebit ministerium, quòd non potest mulieri mulier? num tegmen tecum texere vel nere, ille magis poterit quàm mulier? An non contra se res habet? Ille enim etiamsi vellet, nihil horum attentare potest, nisi fortè nunc & hoc ipsos docueritis: quippe mulieris solius hoc opus est. Sed vestem lauare, ignem accendere, & legumina coquere, etiam hęc non minus, sed melius quàm vir mulier efficere potest. Quomodo igitur vtilis vir, dic mihi? An quando exponere quiddam oportet, vel omnino comparare? sed neque hic mulier valet minus quàm vir, & testatur vtique forum, & omnes quotquot vestimenta emere volunt, à mulieribus plura quàm ab his emunt. Quòd si turpe virginibus in foro stare in cõmerciis, sicut & turpe est: at maximè cohabitare viro, turpe est: verũtamen & hoc minus quàm illud effugere potest. Nam hæc vel puellæ K
quæ ministrat, vel vetulæ quæ ad hæc idonea rectius commiserim: vnde manifestum, quòd prætextus illi & effugia sunt, & tegumenta infirmitatis. qualis infirmitatis velamenta? Nam si concupiscunt virũ & nuptias, & id genus conuersationis appetentes sunt, quis prohibebat, & adimebat libertatem ne hoc facerent? quo neque offensus deus, neque ipsæ ab hominibus redargutæ fuissent. Etenim & ego hoc dico, & non tam tua quàm mea sunt verba. Vel necesse dicere, vbi tibi viri vsus tantopere necessarius? vel cùm monstrare non potes, eiiciatur malè cohabitans. Nam ab hoc crimine absolui aliter non potes. Nam hæc quæ dicebas, non tua magis sunt, quàm eorum qui tuam turpitudinem dolent. Oportebat quidem, tametsi plurimum vt ile esset, viri ministerium cum tanto conuiciis contemnitur: nullus tam necessarius sit prætextus, vt persuadeatur contemni tantum malum. Quin etiamsi infinities die vno moriendum, ne hoc fiat, decretum sit: & cum multa voluptate hoc sustinere oportebat, ne scilicet quietis vel mundani vsus gratia, tantum prætereat malum. Audi L
igitur quomodo id ipsum timuit Paulus, & tremuit, & 1.Cor.9.c
quàm vehementer. Bonum enim mihi est mori, ait, quàm gloriam meam vt quis euacuet. Deinde, vt ne euacuaret suam gloriam, mori elegit. Nos autẽ vt scandala tollamus, neque paruam voluptatem contemnimus: & quomodo poterimus vnquam saluari, cùm nó sit par, neque alludat propè, sed multùm dissonet, laIbidem.b
de priuari & incidere in ignominiã? Ille enim etsi hoc fecisset, non offendisset dominum: ipse enim ei constituerat ex euangelio viuere, attamẽ maluit mori, quàm tam bonum opus relinquere. Nos autem turbantes ea quæ vbique sunt ordinata, licèt sciamus quòd maximam propterea luituri simus pœnam, neque consuetudinem frigidam & intempestiuam despici patimur, & quæ tandem nobis venia? Oportebat igitur, si & virum vnum multi vsus requirerent, & quòd scilicet dicebam, tantũ inde nasceretur contumeliarum, eligere mortem potius quàm hoc quod fit contemnere. Cùm autem & per mulierem cõmodius & facilius hæc omnia perfici possint, quæ nobis erit venia sic delicatè agentibus, & contra salutem nostram nos fœdantibus? Dic item mihi, quando tibi hæc ille exhibet, exhibebisne e- M
tiam ipsa illi vicissim aliquod ministerium? Nulli non manifestum. Et quantò melius nõ retribuere talia, neque vicissim accipere, sed tempus laborum, quod in illius quietem impendis, hoc in tuam salutem insumere, quàm grauiter laborantem tuam opinionem & gloriam cõfundere? Sed nullum ipsi exhibes ministerium. Ergo ipsum sibiipsi omnia ministrare necessarium, & sternere lectos, & coquere, & ignem accendere, & alia idonea facere. Hæc neque famulus ferret ita ministrans, & nihil commodi à domino accipiens. Sed hic fert omnia, ait, propter timorem domini? repositam hoc ministerio mercedem, & gratiam feret qui imperat, cùm nihil illi vtilitatis ex nobis. Vnde igitur postea impudentium obturabimus ora? Etenim tantam ipsa eius asseritis pietatem, & sic remit & veretur dei mandata, vt seipsum ac vitam nunc mancipium despiciat, omnia quæ tibi exhibeat, nullum inde capiens fructum. Ante omnia oportebat ipsum rationem habere gloriæ, & bonæ famæ in deo: nunc autem non est eiusdem animæ sit ul, & per idem tempus tantam abominationem simul & despectum ostẽdere circa mandata dei,

A ta dei, & nunc quidem ipsa tremere, nunc verò nullam rationem habere eius qui leges dedit, quem contumelia afficis. Etenim si ita seruarum seruat à voluptate, & nihil humani agit, vt seipsam humiliet, affligat, & erũnis subiiciat, suisque laboribus aliis quietem paret, verè valde sapientis animæ est & sublimis: sed non item, si quis gloriam dei contumelia afficiat, & neque hæc faciat, propter quæ blasphematur à multis, & quæ non valde magni plures bene & cum laude faciunt. Quomodo igitur tibi credemus, quòd hoc propter deum facias, quod magnam & generosam animam requirit, quando illud quod scilicet maius est, & vulgare despicis? Non fers vt absistas ab his, à quibus deo facta est iniuria, & corpus, & omnia exponis pro ipso? Et cui hęc persuaderi poterunt? Sed nescio quomodo à virginibus ad earum cohabitatores simul transiuerim, propterea vtique ad eas nobis redeundum. Vnde igitur illos qui ita eas accusant, & cõiecturas habeant, docere possumus? Non persuadeantur, ait. Et vbi hæc pia fuerit anima? Tunc enim maledici despiciendi sunt, cùm nos illis ansas non prębuerimus: immo neque tunc. Quan-
B do autem ipsorum obturare ora possumus, totum ex nobis est, & in nostrum vertitur caput totus ignis. Sic
1.Cor.8.c enim ait, peccantes in fratres, & infirmam ipsorũ conscientiam percutientes, in Christum peccatis. Sciebat enim, sciebat manifestè, quòd non sufficeret ad defensionem nostram, eorum qui offenduntur infirmitas, sed hoc ipsum potissimum esset, quod condemnat nos. Quantò enim puriores sumus, à causa quæ intentatur, tantò magis iusti sumus, parcendo infirmitati eorum. Et nondũ dico quòd hic à tenui coniectura offendantur, sed ponatur, quòd imprudẽter hoc patiantur. Nam
Roma.14.c nec sic despiciendi erant. Quę Romanis per epistolam scribens Paulus, erudiuit nos sic dicens: Ne per cibum destruatur opus dei: quanuis illi improuidè erant offensi, attamen non eum qui offenditur, sed offendentem increpat. Nam quod iam videlicet dicebã, & nunc dico. Quando magnum aliquod lucrum, & damno, & plaga maius, contemnendi sunt qui scandalum patiuntur: quando autem nullum fuerit amplius, quàm quòd infirmi abiiciuntur, etiamsi infinities ex imprudentia hoc patiantur illi, parcendum eis erit: quoniam & deus
C eos, qui impellunt, & deiiciunt in sententiam supplicij, punit. Nam dum nullum lucrari is, & alium offendis, extremæ malitiæ est. Nos autem quando videmus aliquem pallidum & deformem ob diuturnam valetudinem, eos qui illum exacerbent, domo abigimus, neque multùm disputamus, an iustè, vel iniustè illi hoc faciãt, sed negata illis omni defensione, & nulla data ob infirmitatem venia, & quãuis iniustè exacerbetur, veniam damus. Quòd si nos hac cura circa famulos & pueros vtimur, & sæpe filium ita peccantem flagellamus, multò magis bonus deus, & iustus, & æquus hoc faciet, & quid dicis? Infirmus est qui offenditur, igitur digi nus est cui parcatur, non vt lædatur: vulnera habet, ne igitur atteramus, sed curemus. Suspicatur malè & imprudenter, igitur auferamus suspicionem, non inferamus. In Christum enim peccat, qui de his cõtendit. An non
Exodi.20.a audis continuò in veteri Mosen dicentem: Deus zelo-
&.34.b tes est? & iterum: Zelaui Hierusalem. in noua verò Pau
Zach.1.c lum clamantem, Zelo enim vos dei zelo. Hoc, si nihil
2.Cor.11.a aliud, sufficere debebat, ne subuerteretur anima, etiam non valde infirma, sed morbo libera. Tam terribile enim est animam perire, zelus dulce quiddam magis est, quàm terribile. Nunquam enim zelus est, non præeunte charitate aliqua calida & tam feruente, vt valde D
accendatur dei amor. Argumentúmque hoc est: Non enim affectio est zelus in deo, sed volens indicibilem eius amorem in nos interpretari, hoc sæpe vsus est nomine. Attamen nos qui valde insensati ad humanas decidimus affectiones, & eum qui nos valde amat, cõtumelia afficimus: eos autem, qui nihil nobis prodesse possunt, omnibus modis curamus. Quid enim tibi ô misera, tantùm prodesse potest frigida hæc cohabitatio, cùm tantum thesaurum eiicias? Vide quæso, deducit te è cœlis, excludit te spirituali thalamo, seiungit te à cœlesti sponso, parat tibi immortalia supplicia, & tormenta finem non habentia. Pro his si talenta infinita haberet contubernio, si promptior esset mancipiis venalitiis, si te in maiori honore & dignitate constitueret, quàm sit regina: an non vt damnosum & inimicũ, & plura auferetem, quàm dantem sic auersari, & odio habere oportebat? Paruáne tibi cura de bonis cœlestibus, de regno futuro, de vita immortali, de ineffabili gloria? Tũne parua terrena commemoras? Et hunc ad illa vtilem vsum curas, quasi dominum, & non te occultas, neque oras terram te absorbeat, vt sic inde mi- E
gres. Sed infirmitatem muliebris naturæ mihi prætexis, & humanorum vsuum dispensationem, & quietem domesticam, fingens & componens prętextus, qui non sunt. Sed neque sic eos, qui cor habent fallis. Non est enim, non est quies, quæ ad tantam turpitudinem cogit. Mulier enim si voluerit, non sibiipsi solùm, sed & aliis sufficiet ad ministerium: quoniam & ab initio à viro ciuilibus negotiis susceptis, mulier sortita est domesticam administrationẽ & curã. Igitur cuius quietis indigæ intus rapitis viros? Sed quid, dicit mihi, stupri gratia & libidinis? ego quidem non sic dixerim, absit, sed non desino obiurgare eos, qui sic dicunt. Vtinam possibile esset, persuadere possem. Quis ergo prætextus, quæ causa probas nos facere? Dicet quis, Inanis gloriæ amor. Et quemadmodum viris voluptas friuola & misera, sic illis honoris concupiscentia hoc contubernium cõciliat. Nam vanè gloriosum omne hominum genus est, vt ita dicam, maximè autem muliebre. Nam cùm neque opus habeant quiete, sicut declaratum est, neque cum ipsis rem habeant, manifestum quòd hoc solum reliquum est suspicari. Quoniam igitur hanc
mali radicem inuenimus, agè cætera non reprehenda- F
mus: admoneamus autem & persuadeamus, quòd sicut viri, qui cohabitantes videtur quidem voluptate frui, maiori autem tormento subduntur. Etenim sola pura & solida voluptas, quæ per sequestrationem, sic vtique & causa mulierum habet. Videtur quidem, vt ipse opinantur, gloria aliqua hinc & claritas nasci. Si autem diligenter quis exquisierit, plena & referta est risu, confusione, opprobriis, & extrema ignominia. Et de his dicta sunt in principio pauca, dicentur autem & nunc. Sit igitur qui cohabitat, si vult, non aliquis vilis neque abiectus, sed qui multam in ecclesia dignitatẽ habeat, & generis claritudinem, & admirabilis sit omnibus ob eloquentiam, & pietatem, sitq; vndequaque clarus. Neque vel sic poterit illam facere claram ac probatam. Gloriam enim habiturus ex amicitia erga aliquem, illius gloriam prius custodire debet, qui præbet vt glorificetur: nam si hæc offenditur, multò magis sua periclitatur. Nam sicut fonte corrupto, & quę inde manãt fluenta cœno communicant: & radice corrupta, multò magis fructus corrumpentur: sic & nunc. Facturus claram virginem fit ridiculus ob cohabitationem, ipsa quoque

Universidad de Deusto
Biblioteca

G sa quoque ante illum,& cum illo ridebitur:& si mulieri antea contigerit gloria bona apud multos,ea tamen ſtatim ingreſſa illius domo decedit, tantùm abeſt, vt aliam ſecum afferat:etiã ipſe habeat talem opinionem. Non vtique gloriam nobis bonam adducit hæc conſuetudo, ſed neceſſe ſequatur eam ignominia, quæ & eam quæ non meruit fœdat, immo vtrique grauis eſt.
Hier.13.d Et quod de Iudæis propheta dicit, opportunum eſt etiam nunc dicere: Si mutabit Aethiops pellem ſuam, & pardus maculas ſuas,etiam quæ talibus cohabitant, maculam deponent aliquando hanc: ſic quemadmodum corpora inurens cauterio,amborum opinionibus inuritur, & bona ipſorum omnia obfuſcat. Sed fortè gloriam putant hoc ipſum,placere viris:at hoc eſt mirè ridiculum,& quod quærunt interim etiam gloriantes meretrices. Mulierum vtique liberarum & caſtarum hoc non fuerit,in talibus retibus deliciari. Quoniam & hinc iterum aliud ignominiæ argumẽtum, & quantò magis imperant viris, & grauiora iniungunt, tantò magis ſeipſas confundunt cum ipſis. Non enim quæ ſeruire facit viros mulier, ſed quæ reueretur, omnibus eſt reuerenda & glorioſa. Si autem non ſuſtiH nuerũt hæc noſtra verba,dei lex occludere ora earum
Gene.3.c poteſt,ſic dicens: Ad virum tuum conuerſio tua,& ipſe tui dominabitur.
Epheſ.5.c Caput omnino mulieris vir. Et aliunde è multis locis quis hoc inueniet ſic legibus cautum,& hunc ſupernè datum eſſe ordinem: atque magna fœditas,ſi ſuperiora fiant inferiora,& caput deorſum,& corpus ſurſum. In nuptiis autem hoc turpe,multò autem magis in coniugiis, vbi non ſolùm hoc graue eſt,quòd ſit tranſgreſſio diuinæ legis, ſed peſſimam & mulieri & illi affert famam. Nam ſi cohabitare eſt turpe,multò magis cohabitando in ſeruitutem redigi. Non enim vndequaque imperare laudem habet, ſed probatur nonnunquam non imperare,& turpe eſt imperare. Ita vt ſi vis in admiratione eſſe apud viros, nihil tibi commune ſit cum ipſis. Procul à congreſſu & aſpectu & cohabitatione illorum eſto,tunc te & mulieres obſtupeſcent, & viri omnes ſimul admirabuntur, vtpote virginem ſponſo indiuulſè aſſidentẽ,tunc non domeſtici ſolùm,ſed & ludæi & Gentiles,& omne hominum probabit genus: atque adeò ſi gloriam amas, hanc vade viam non aliam,tunc te non iam illius vocabunt,ſed Chriſti. Huius autẽ ornatus alius par à nulI lo tibi erit. Vel pauca hæc, dic mihi, quæ toto die canuntur & in foro,& in domibus,& in aliis ciuitatibus. Puella quædam formoſa valde & adoleſcens,ſi voluiſſet, multos præſides ad ſe attrahere potuiſſet, ſed noluit,imò voluit quęcũque ſuſtinere & pati quàm Chriſti amorem relinquere, & caſtitatis florem obſcurare, beata & bis,& ter ſæpius,& digna tãtis frui bonis:qualem accipiet coronam, quantam mercedem accipiet, cum quibus immortalibus certabit virtutibus? Hæc & talia de hac omnes dicunt, & ad æmulationem ſui filiabus proponunt:& ſi quis admonere honeſtè viuentem,& ſi quis corruptam ad modeſtiam reducere voluerit, hæc illi iterum omnes encomia in medium ferant: non hìc autem ſolùm,ſed & quoties de virginitate fit ſermo, & ſic omnes laudabunt, non ſolùm qui caſtè viuunt, ſed & illi qui laborare, & omnia fecerũt, vt ipſam procando obtineant: deinde vbi contempti & deſpecti fuerunt,ipſa quidem tanta,& multò maiore quàm dicta eſt,fruetur gloria. Quæ autem cohabitantes habet, omnia ſecus reperit: & primò quidem, quando ab aliquibus pollutis accuſatur virginitas. De vtriſque enim habetur memoria in talibus conuentibus, ſed illa quidem aperit os defenſantium, iſta autem accuſantium. Poſtea quando corrigi aliquam & compoſitam reddi decet? hæc quidem vt pharmacon vtile,& quod putredinem repellere poteſt in medium affert,& præceptoris os ornat:illa autem cùm confuſa ſteterit,tametſi non aſſit erubeſcens & confuſa. Neceſſe enim vt peccans in ſingulis accuſetur,& iterum cõfundatur: & vbi de re hac ſermo fit,ſicut illa beata,ita illa miſera & calamitoſa,& omnia talia audiuntur. Et ſicut illam non qui vident ſolùm,ſed & qui ignorant, & nullo beneficio affecti,celebrãt, & hymnis laudant: ita & hanc quotquot ſciunt vel ignorant, & qui nihil mali ab ea paſſi,affligunt & criminantur. Nam hi quidem rectè viuentes,non à notis ſolùm, ſed & ignotis, ſed & ab ipſis inimicis laudantur,& admirationi ſunt: qui autem corrupti & improbi, & ab amicis affliguntur. Et hoc diuinæ prouidentiæ opus eſt,quod tantam nobis virtutis familiaritatem & cognationem,& tantam vitiorum abominationem indidit. Ita illa quidem (de virtute loquor)omnium calculo probatur, etiam abſentium. Hæc verò,malitia ſcilicet, condemnatur, etiam ab his,qui virtutem non curant,& quærſantur ac perſequuntur. Vnde clarum,quòd ignauas illas non ij ſolùm qui viderunt, ſed & qui neſcierunt,auerſantur: & maximè omnium ij qui cohabitant. Nam etſi valde dicant,quòd vos diligant,& admirentur, etſi gratiam habeant pro hac voluptate,próque his,quę donatis:attamen odio iterum eritis conſcientiis eorum, vbi parum reſipuerint,& intellexerint quo laqueo fuerint capti. Tantum malum eſt hoc peccatum,vt hi quos maximè omnium curatis,vos potiſſimum condemnaturi ſint,quoniam & maximè omnium veſtra ſciunt in penitiſſima admiſſi, & ſecreta veſtra infanda probauerunt:& quòd oderunt,manifeſtum inde:ſæpius voluerunt ab hac ſcabie & hoc morbo graui liberari,& oderunt omnes qui ſciunt:ſciunt autẽ non minus qui ſunt domi ſuæ, quàm qui non. Nam licèt quis valde miſer & calamitoſus ſit,non eſt tamen ita deſperatus,& valde ſuam confundi cupiens gloriam, vt velit in turpitudine viuere & eſſe in ore omnium, accuſari, rideri, & opprobrari, & ſpectaculum eſſe foro commune, & omnium digitis monſtrari per ignominiam. Enumero non parua huius inſpicitas, ab huiuſmodi ſuſpicione naſcitur,& inſidens conſcientia continua turbatur, & omni vermiculo ſolidius inhærendo ſauentem intus depaſcitur. Si autem hæc ab hominibus ſequitur confuſio,& nihil manifeſtè dicentibus,& domi quoque ſeipſos reprehendentibus talis eſt dolor: quando ad ipſum abituri ſumus ſponſum, iniuria affectum, quando & quæ incerta in medium ducentur,quando & corda reuelabuntur,& ſermo,& figura,& viſus,& cogitatio, tranſeo quæ his turpiora: quando igitur omnia ſimpliciter in orbe toto nuda apparebunt,& exuta,quantam ſuſtinebimus ignominiam,& ſuppliciũ, & indictam? Tunc enim ſi non patrocinabitur fulgentibus virtutibus anima, vt congruum eſt illi ſponſo, ſi non omni labe, macula, & ruga ſit pura,peribit,& extremà feret. Et enim non magna macula ſufficit ad eiiciendam eam. Quòd ſi vna macula eiicere ſufficit,quando multa ſordes eſt,& tantus fœtor,& plurima vbique vlcera, quis eam eruet è ſupplicio & à la pœna? Nam ſi hìc ita improba & inſuauis eius vita, & omnes eam auerſantur, & amici & inimici,quomodo perferit ad regia trãſcendere veſtibula tanta luteo varietate oblita? Non vides, quòd neque

A quòd neque in domo viri priuati & vilis ferret quis, porcum luto volutatũ in vlus oſtendi,ſed iuſſu eius abigunt & inſequuntur omnes,& ianuas recludunt,& fugant procul. Si autem brutum animal,preſertim in luto educatum,non ferunt homines intus excipi cũ macula,quomodo in cœleſtia tabernacula vbi tanta claritas,vbi omnia fulgida,vbi lux inacceſſa,vbi fulgure omni fulgidiores occurrent fulgentes virgines, poterit quis ſic coinquinatus ingredi? Quæ non habẽt oleum, à thalamo excluſæ ſunt, & quomodo vos adyta illa? vt ingrediamini expectatis? Etenim multò hoc difficilius peccatum. Non enim eſt par corporeæ voluptati coinquinari,& multas perdere animas. Illę quidem pauperes nulla in re affecerunt iniuria,ſed quia ſua illis non impartitæ ſunt, neque eorum inopiam leuarunt, hæc paſſæ ſunt:tu autem iniuria affeciſti,& expuliſti,& non ſolùm non profuiſti,ſed & maximè nocuiſti. Quòd ſi quæ nihil profuerunt, tantam dederunt pœnam,præſertim virginitate ſyncera manente: quæ autem non ſolùm inutiles aliis,ſed & plurimum ſeipſas nocuerũt, & cohabitantes,& ſcandalizatos, & præ omnibus nomen ſponſi contumelia affecerunt, qualem ſuſtinebũt
B cruciatum? An neſcitis qualem rem aggreſſæ:in quem agonem inſtructæ eſtis? quam prælij partem ſortitæ? cuius ordinis in exercitu hęredes & occupatrices eſtis? Apud ipſum belli ducem, immo apud ipſum habitatis regem,& militatis. Sicut igitur in bellis non vnum locum exercitus omnis occupat, ſed alij cornua agminis,alij medium,alij poſtrema, alij frontem phalangis ornant,alij autem vbivbi rex comparet,ibi cũ ipſo apparant:ſic quoque & virginum chorus nullum alium, niſi hunc ordinẽ ſortitus eſt. Non ſic ij qui aureas togas induti, & equis auro ornatis vecti, & aurea ferentes ſceptra,& gemmata monilia,præſentes regi videri debent,vt virgo Chriſto. Nam illi quidem apud ipſum currum regium verſantur:virgo autẽ regius quoque currus ſit,ſicut Cherubin,ſi vult,& adſtat ipſi ſicut Seraphin. Igitur cùm in publicum ſe recipit,oportet vt omnis philoſophiæ ſpecimen præ ſe ferat, & omnes in ſtuporem conuertat, ſicut angelus ſi nunc è cœlo deſcenderet,& ſicut Cherubin aliquis ſi in terris appareret,omnes homines in ſtuporem cõuerteret:ſic & vir-
C ginem omnes qui eam vident, adducere in admirationem & ſtuporem ſuæ ſanctimoniæ oportet. Nam dum vadit,quaſi per deſertum eat: quando autem ſedet in eccleſia, profundiſſimo ſilentio oculus nullum videat prætereuntium, non mulierum, non virorum, ſed ſolum ſponſum,& præſentem & conſpicuum. Concedens autem iterum in domum,et in precibus loquatur,& eius ſolius vocem, per ſcripturas audiat,& in domo eum quem deſiderat & amat,ſolùm cogitet,vt peregrina & aduena, omnia faciat, quaſi res præſentes nihil ad eam pertineant:& nõ ſolùm maſculorum fugiat aſpectus, ſed & cõuentum ſecularium mulierum: tantáque corpori ſuppeditet,quanta neceſſe,& vniuerſa in animæ ſalutem impendat: quis non admiretur, quis non obſtupeſcat, in mulebri natura vitam talem angelicam intuens? Quis autem homo exiſtens, accedere,quis tãgere audeat tam flagrantem animam? Eapropter omnes quidem ab ea abſtinẽt, & ſponte & inuitus. Omnes item in ſtuporem vertuntur,vtpote aurum fulgens & ignitum videntes. Nam & auri natura habet per ſe multum fulgoris,cùm autem & ignem in ſe tenet,maiori miraculo eſt & terribilior. Quòd ſi hæc in corpore:quando idem in anima contigit aurea,non tunc hominibus ſolùm,ſed & angelis deſiderabile erit D hoc ſpectaculum. Quare ergo veſtibus teipſam ornas, quæ à flamma tantùm habes ornatum? Etenim veſtes non ſunt datę,vt eis ornemur,ſed vt nuditatis fœditatem occultemus,nõ vt talibus induamur,quæ nos maiori turpitudini,quàm ipſa nuditas,exponant. Idcirco Gene.3.d & Adam induit deus veſtes pelliceas, ſimiliter & eius mulierem,quanuis ſi voluiſſet, delicatis eum potuiſſet induere veſtibus:ſed nobis denuò & per illas oſtendit, quòd non ſit præſens tempus deliciarum,ſed gemendi & plangendi. Quod ſi ignominię eſt & condemnationis,& ex peccato venit hoc amictu indigere, quid reprehenſionis materiam auges? An non ſatis caſum noſtrum indicat,quòd veſtium ſumus indigi? Cur crimen exaggeras? cur viſu ampliore accuſationem auges? Oportebat enim eiulare & gemere,& corpus ipſum caſtigare,iuxta Paulum:nos autem ſedemus,& velamẽta 1.Cor.9.d artificioſè contexentes, ſicut ſi quis tegmenta circa oculos dolentes habens,cogatur ea cõſiderare,& adhuc ornet velamẽta hæc. Propterea Helias,propterea Ioan 4.Reg.1.d nes ſimplicem habentes amictum,& pelliceas tunicas, Matth.3.& & veſtibus è pilis induti anhelabant & cõcupiſcebant Mar.1.a E indumenta incorruptionis accipere. Tu autem mulieres in fornice præcellis veſtium curioſitate,quibus inſidias adoleſcentibus elegantioribus pares. Non ſic te indui & ornari vult ſponſus,ſed in anima tua omnem reponere gloriam iuſſit:tu autem illam negligis,& lutum ac cinerem variè decoras, & amatores incontinentes illicis, & adulteros facis omnes, vt ita dicam, qui te vident. Et cùm frequenter ignem hinc conflas, puto neq; te inficias ire, quòd inde ignominia & probra ſequantur,id quod & ab amatoribus tuis declarabo. Nam quæ animam ornant,deum ſuæ pulchritudinis habent amatorem:tu verò homines,imò neque homines, ſed porcos & canes,& illis brutiores. Quis ſic inſipiens,vt te ornatiorem illis putet, quarum deſiderio deus fertur ob internam formoſitatem? Atq; adeò, quantò curioſitati plus vacas,tantò abominabilior facta es,& deum quidem à te auertis: hos autem illicis, tantóque magis fœda ac turpis appares. Nam quomodo non turpis,ſi deum allicere non potes? Quòd ſi quę ſe ornat,adeò ingrata: quæ cohabitantem habet,cogita quantum conciliet ſibi odium. Sed ſi videtur,nõ cohabitationẽ dicamus ſolùm, ſed ipſam aperiamus palàm, vt magis fœda videatur. Nam quoniam non ti- F ment oculum ſoporis neſcium,ſed oculi hominum timor eorum, agẽ & ipſas hac conſolatione priuemus, quæ occulta & tecta in parietibus in medium afferentes,aperiemus ianuam his qui videre ea volunt,à lecto ipſas primùm excitãtes: immo ſi videtur,primùm exquiramus quæ per domum contingunt, & ponamus parietibus ipſas cohiberi, & domiciliis variis ſedere. Non enim puto aliquem, & ſi valde fœditati ſit obnoxius,ita ſeipſum traduci velle,vt in vno cohabitet domicilio. Sint igitur diſiũcti parietibus,& quid hoc fœcerit? Non enim ſufficit,vt à ſuſpicione liberẽtur. Verùm nunc de ſuſpicione nihil. Nam licet ancillæ plurimę ei cohabitent. Aliam autem turpitudinem iam exquiremus. Euenit enim cùm per idem tempus ſurgant, non ob matutinas horas: nihil enim vnquam pium ab his animabus fieri ſolet,& tranſeant ad ſe inuicem iacentes,& compellant nocte: quo quid ſit turpius? Quòd ſi contingat repentè & cohabitantem ægrotare, neque parietum hìc poſtea aliqua vtilitas, ſed exurgens præ aliis ad virginem iacentem ingreditur, infirmitatem prætexens,

Universidad de Deusto
Biblioteca

G prætexens,& ancillis sæpe tardius paratis,& assidet,& alia curat,quæ mulierem quandoque solam vix ministrare fas est,& neque ob illa pudefit, sed gloriam putat,neque ipse erubescit,sed magis gaudet,& tantò magis,quantò fœdiorem seruitutem subit,& apostolicum illud verbum quod dicit,Gloria in cõfusione ipsorum, re ipsa monstratur. Vbi autem & ancillæ surrexerint, maior turpitudo: nam & intecto capite,& vna tunica, & nudis manibus, vtpote turbatæ & in nocte surgentes discurrunt illo præsente,imò in medio versante & simul currente,omnia coguntur implere:quo quid fieret fœdius? Quòd si & obstetrix adsit, neque sic pudefit,sed & aliis virginibus ingredientibus officium suum facit. Ad vnum enim solum spectat, quomodo monstret ægrotanti suum ministerium,ignorans,quòd quò magis suam diligentiam monstrat,tantò magis & seipsum & illam confundat. Et quid mirum,si præsens non erubescat? sæpe enim mediis noctibus vilium ancillarum opus facturus, ad ipsam currere non grauatur. Quando autem adest,nunc quidem ipsum eiiciunt & inuitum,licèt valde impudens, nunc autem admo-
H nent,vt iterũ ingrediatur,& assideat: quanuis cur quis etiam plurima studiosè colligat,vt illum confusibilem reddat,& talem qualem ipse se,dum multa talia parat sibi,efficit? Vbi autem dies illuxerit, & vtrosque lecto fugere oportet,custodiæ & obseruationes sunt,ne quis ad exteriorem domunculam progrediatur,ne ipsa terreatur. Sæpe autem progressa, & fortè nudo corpore ad virum accedit,& ille hoc ipsum videns parum curat, nunc quidem misso nuncio ingreditur, nunc autem sine obseuratione,& multum excitat risum. Nihil enim dicere volo. Hæc autem quanuis parua, tamen magnę libidinis carbones accendere consueuerunt. Et hoc quidem domi,& maiora his: quando autem in publicum iuerit,rediturus iterum maior confusio. In domum suam ingressus,& dum non cogitur prænunciare inuentis mulieribus assidentibus apud illam pudefacit,& ipsa sæpe ita afficitur,turpęque censet si mulier mulierem excipiat,& vir virum: mutuam autem consuetudinem suam non abhorrent,nec vitãt: cauent autem ne cognatos hospitio excipiant. Quo quid deterius fit? Accidit interdum,vt ipsum mulieres inueniãt
I assidentem extentæ & fusum habẽti. Quis diceret iurgia,quotidianas lites,etiamsi multa amicitia & pax sit? sed & hæc contingere verisimile. Audiui autem & de aliquibus,quòd zelotypi sunt. Nam vbi non est dilectio spiritualis,& hoc necesse est fieri, ibi & varij casus, ibi virgines redduntur impudentes & seruiles,etsi corpore non corrumpantur,moribus tamen. Quando enim discit liberè loqui viro,considere,in eum obtueri, & ridere,& multa alia fœda agere,neque hoc graue aliquid esse putat: sustollit virginitatis velum,& conculcat florem: ibi nihil grauantur,neque deprecantur,sed & internunciæ nuptiarum fiunt, & institoriam scortorum obeant,multasque volentes esse viduas prohibent. Et putantes se suorum malorum defensionem inuenisse, ibi omnibus despicabiles sunt,ibi & nuptæ ipsarum no mine erubescunt, vtpote in omnibus melius agentes. Multò enim melius & vno & altero coniugio coniungi, quàm hæc fœda agere,& internunciorum,& paranymphorum suspicione sugillari ab omnibus, quòd à suauitate nuptiarum se abstrahant,& oneribus nuptiarum se subdant. Quid enim onerosius quàm virum habere, & solicitum esse de his quæ illius? Exonerauit te
Gene.4.a ab hac molestia deus. Ad virum tuum conuersio tua, & ipse tui dominabitur. Solutes per virginitatẽ, quid K
iterum te seruituti subiicis? Liberam te fecit deus, tu autem tibiipsi plectis negotia? Nullus solicitam te fecit, tu autem negotia plectis? Sed quoniam solicitudinis mentio incidit,tempestiuè hæc dicenti aduenit apostolicum illud. Nam si cohabitare viris mulieres,& mulieribus viros curas tolleret, ad continentiam adhor- 1.Cor.7.f
tando Paulus non dixisset,Volo autem vos sine solicitudine esse,vt & hac nos admoneat. Quid enim vultis, ait,quietem & libertatem? Deinde non videtis cõtrarium euenire, seruitutem & labores, & miserias multas,dum viris cohabitatur? Multæ igitur sæpe relictis viris ob hoc non iterum nubunt, vt ne sub iugo seruitutis sint. Prorsus autem si in paupertate viuis,& omni tutore cares, virtutem vitæ ostendas, & cum viro nihil habe commune. Cõiunge autem te mulieribus,quæ honestè vixerunt,& neque tuam coronam disperdes, & omni perfrueris satietate. Quòd si hoc insufficiens esse putas,quęre diligenter,& omnino inuenies,immo non necessarium est quærere. Nam sicut ad lucem occurrimus omnes, si refulgebunt radij vitæ tuæ,omnes
L accurrent diligentes, vnaquæque tibi ordinem iniunget,ministræ & te domus suę securitatem putabit esse, & ornatum vitæ & coronam, secundum sermonem Christi. Quærite enim,ait,regnum cœlorum,& omnia Matth.6.d
hæc adiicientur vobis. Nunc autem & nos authores sumus,vt ex hac seculari fœlicitate excidamus, & cœlestia quoque negligamus. Nos autem quando dico,non viros solùm dico,sed & vos,& vos magis quàm viros. Quoniam ab initio ob hoc grauiorem pœnam accepit mulier, & deceptionem magis attulit: propter hoc & decipientem magis quàm deceptũ puniuit deus: quod & nunc erit,si non volueritis corrigi, & ad propriam redire nobilitatem: propter hoc enim & mulier tunc Gene.3.c
reprehensa,quòd viro dedit de fructu,non audebat dicere,quod oportebat,cùm vir non deberet persuaderi, neque decipi: sed hanc quidem vtpote frigidam defensionem tacuit, ad aliam autẽ venit infirmam quidem & ipsam, attamen plus hac habentem rationis. Vnde manifestum,quòd qui prętexunt deceptores,rectius in se deceptos, quàm in deceptores culpam ingerere possunt. Scortum accersit contumelia afficientem suum corpus,& postquam cum illo dormierit,iterum dimit
M tit: tu autem vbi vocaris eum qui iniuria afficit tuam animam,& corrumpit,semper ipsum includis,& non permittis exire, vinculaque grauia iniicis,adulatione, cura,& aliis operibus,& putas te glorificari cum teipsam ita confundis? Non cogitas tu,dic mihi, præsentem vitam quàm breuis,vt somniis assimiletur,& floculis marcescentibus,& vndæ prætereunti? Cur vis deliciari nunc in somnio, & puniri tunc in veritate? Quanuis neque delicias hæc res habet. Quomodo enim vbi condemnatio,& reprehensiones,& conuicia, & scandala? Verùm si & deliciæ sint,quid est parua aquæ gutta ad immensum mare? Audi filia,& vide, & Psal.44.c
inclina aurem tuam,& obliuiscere populum,& domũ patris tui,& cõcupiscet rex decorem tuum,quia dominator orbem terræ aliquãdo malè affectum dicebat Dauid. Hoc igitur nos tibi occinemus, breue verbum prophetæ submutantes, & dicemus cum propheta: Audi filia & vide,& inclina aurem tuam,& obliuiscere malæ consuetudinis & eorum qui tibi malè cohabitant, & concupiscet rex pulchritudinem tuam. Quid tibi hoc magis? Quid itemque par poterimus dicere,quàm vt cœli & terræ,& angelorum,& archangelorum,& supernarum

virtutum

A virtutum dominum amatorem sortita, libereris à vilibus conseruis,tuam nobilitatẽ confundentibus? Propter quod vtique & hic ait scire sermonem,bonum. Nihil enim dicere poterimus quod huic honori sit par. Nam si quæ sponsum in terra acceperit regem, omnibus se putat esse beatiorem: Tu habes autem non terrenum,nec conseruum, sed eum qui in cœlis, eum qui super omnem principatum, & potestatem, & virtutẽ, & omne nomen quod nominatur: eum qui super Cherubin sedet, concutientem terram, extendentem cœlum,terribilem & reuerendum Cherubin, inaccessum Seraphin,non sponsum solùm,sed amatorem,& amatorem omnium hominum ardentissimum: quomodo non omnia relinquis,quę hic sunt,etiamsi animam ipsam relinquere oportet? Quoniam igitur sufficit, hoc verbum solum,& plumbo omni grauius ad corrigendum & promouendum ad supernam conuersationem, & nos hic desinimus,& te admonemus, & quasi diuinum aliquod canticum accinimus, vt & in domo, & in foro,& in die,& in nocte,& in via,& in thalamo,& voce,& mente continuè loquaris animæ,dicens: Audi anima & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere
B malæ consuetudinis, & concupiscet rex pulchritudinem tuam. Et si hoc continuè verbum dixeris,auro omni puriorem facies animam. Dictum enim hoc igne vehementius,& efficacius afflare tuas cogitationes,& omnes tuæ mentis maculas expurgare valebit,Amen.

FINIS.

THEODORI GAZAE THESSALONICENSIS AD ALPHONSVM REGEM PRÆFATIO IN ORATIONES DE INCOMPREHENSIBILI DEI NATURA, DIUI IOANNIS CHRYSOSTOMI, QUAS È GRÆCO IN LATINUM UERTIT.

EVndem regem,& pontificẽ olim fuisse accepimus,diue Alphonse rex inclyte, tanquam regis officio is fungi non posset, qui minus iura & rationes rerũ sacrarum teneret,quas nosse pontificis certè interC est. Romani itaque tui, gens armis præstantior cæteris omnibus, ingenio autem, doctrina, & deorum cultu facilè cum Græcis etiam conferenda, homines præditos sacerdotio potius Reipublicæ præesse censuere: & vehementius de summo pontifice, quàm de consulatu solebant contendere: quippe qui ita sese dignius rempublicam regere credẽ posse arbitrarentur,si profiteri cognitionem partis quoque diuinæ videntur. Græcis item hominibus hæc eadẽ opinio semper & probata, & summo in studio habita est. Vnde apud Athenienses inter nouos illos, & primarios magistratus regia dignitate præditos is enumerabatur, qui dearum Cereris,& Proserpinæ ministeriis,& Mineruæ ludis præesset, & sacra vrbis præcipua faceret: ad quæ causa vel impietatis, ve- D
sacerdotii, vel cuiusuis de religione cõtrouersiæ deferretur: qui iura matrimoniorũ discerneret,& vnus ex principum numero,cum sancto Areopagitano senatu de homicidiis iudicaret. Ad hæc Iudæorum genti,cuius nobilitatem Iosephus cognomine Flauius insignis author, duobus libris, quos contra Appionem Grammaticum scripserat, latè ac perpulchrè aperuit, id fuisse in more certum est, quandiu reges tales siue diuinitus, siue optimo iudicio hominum crearentur, vt reipublicæ bona & seruarentur,& augerentur. Aegyptios præterea, quos bonarum artium, & religionis studium singulare nobilitarit, atque etiam Persas,Medos,Indos,gentes nominis magni,suos reges vel ex sacerdotum ordine facere,vel maximè familiaritate sacerdotibus deuinctos habere solitos legimus. Ita omnes quasi duce na- E
tura regerentur,regem, quem peritum esse rerum humanarum oportere censerent,eundem haudquaquam diuinarum esse ignarum patiebantur: & vt gens quæque magis ad rempublicam probam & laudabilem accederet,ita diligentius id seruauit semper, & coluit. Verùm hac nostra ætate,sic institutum videlicet à primis Christianæ religionis temporibus vsque habetur,vt non idem & reges sint,& pontifices. Credo ob eam potissimum causam, quoniam agi facilius posse existimabãt, si duo quidem, quorum alter rebus humanis, alter diuinis præesset, crearentur. Quam ob rem & si vterque tam rex,quàm pontifex sine altero exequi officii quidem sui ratione authoritatéque posset vices rei tum diuinæ, tum humanæ, tamen digestum in duas personas est. Vnde fit, vt rex sæpius res sacras sibi vendicare iure suo F
existimet,& pontifex non alienam adire prouinciam arbitretur,si quando rem attinentem ad regem sibi attribuat: quod cæterorũ quoque officiorum collegis vsuvenire cõspicuum est. Cedere tamen & rex pontifici debet, & regi pontifex: & alter seruari ab altero,quãtùm destitutum delegatúmque à maioribus est, oportere existimamus. Quòd etsi rex minus diuinã rem facit, minúsque iudex constitutus est rerum sacrarum, quas ecclesia suo vocabulo spirituales appellat: tamen rationes nosse earum rerum, & quemadmodum agi singula Christianæ religionis debeant, minimè ignorare pulchrum proculdubio est, & maiestati regiæ cõsentaneum. Quocirca tu vt semper hoc ita esse iudicasti, ita semper dedisti operam, ne

quid

Universidad de Deusto
Biblioteca

G quid desit, quò te regem minus perfectum absolutumq; ageres: atque ita effectum est, vt te cæteris nostræ ætatis regibus elegantiorem, & planè cum illis, quorum memoriam & laudem seruant secula, comparandum omnes & censeamus, & prædicemus: ac nisi mẽtiri quis velit, & verba cõtrà quàm sentit facere (quod non hominis grauis & veri, sed assentatoris est) te quisque adeò religione, & rerum diuinarum scientia cæteris principibus antecellere affirmauerit: vt non cui te comparet, quærat, sed cui vnius exemplo cæteros omnes ad eam ipsam præclaram virtutem hortetur & moneat. Quis enim ex tot terrarũ orbis principibus te pietate insignior? quis diuini cultus obseruantior? quis vel ordinem sacerdotum sibi deuinxit familiarius, vel plura suæ pietatis
H reliquit monumenta? Quis autem acutius de rebus diuinis, aut subtilius potest disserere? Cæteri prorsus vel eo tenentur errore, vt putent parum attinere ad principem rerum diuinarum cognitionem: vel enim eam probarent, studerentq; adipisci: voluntate quidem proximè accesserunt ad laudem, sed doctrina atque ingenio tanto te existunt inferiores, vt nõ minus theologiæ princeps, quàm facultatis & copiæ rerũ ciuilium iure inter principes habearis & nomineris. Sed cur præ cæteris principi bus te cõsideres, quãdo ne hominibus † priuatis, qui in hoc vno stadio versantur, amplius quenquam supereſſe quàm tibi præcepimus? Quoties Narcissus Verdunẽsis & vir & theologus singularis, argumẽtis, quibus vel respondisses, vel obiecisses, recitatis in frequenti omnium doctorum conuentu, ratione demonstrauit euidentissima ita esse, vt qui tecum ita
I disputant, non regiæ maiẽstati, sed exquisitæ tuæ doctrinæ viribus cedãt, & victorem te inuiti interdum confiteantur. Quotiens eiusdẽ scientiæ professores alii vltro, sed animo inuito, vt verbo Homeri vtar, expertos in se fuisse fateri, quod modò Narcissum doctorem sæpenumero explicasse retuli, vidimus. Ita fit vt maiorem in modum tuum admiremur ingenium, quo præter cæteras virtutes, ingenuas, quas tam multas complexus mirificè es, theologiam tam pulchrè consequi potuisti: quæres & si honestissima & grauissima est, tamen ob percipiendi difficultatem vix à pauciſſimis quæritur. Ita meritò vnus tu vehementissimè laudaris ab homine probato & laudato, Bessarione Põtico Romanæ ecclesiæ cardinali, quẽ desiderium tui visendi Neapolim ad te duxit, K ac mensem iam quartum tenet apud te summa cũ delectatione, laude & admiratione tuarum virtutum & operum. Laudat hic sapiens vir, & religionibus venerãdus te regem & sapientem, & religionis tum cultorem, tum defensorem egregium: bona animi tui commendat homo, cui certè omnium consensu contigit, vt literarũ Græcarum sit facilè princeps: Latinarum autem tantùm teneat, quantũ nemo adhuc Græcorum consequi potuit: effert summis laudibus prudentiam, ingenium, doctrinam, mores, denique præstantiam tui animi. Vir qui præ sui animi magnitudine admodum paucos solet laudare, te tamen ita is admiratur, exosculatur, & complectitur animo, vt vix possit abs te discedere. Ostẽdit hic porrò quanti tuam doctrinam faceret, cùm libros, L quos Aristoteles nobilis philosophus de rebus diuinis inscriptos Metaphysica ædidit, hos diligentissimè tibi in Latinum conuertisset sermonem, ac tuo dicasset nomini: vt quos ille Alexandro regi sapienti perquàm gratos cõposuit, iidẽ ad te interpretati mitterentur regem theologum, ac longè rebus diuinis edoctiorem, quàm de rege Alexandro coniectari ex iis quæ accipimus, liceat. Te igitur religionis obseruantissimum, & Christianæ doctrinæ studiosissimum regem, si operibus non modò, quæ ad rem attinent militarem, verumetiam quæ summæ religionis sunt, adire censemus, nẽ ineptè id agimus, nè nos offerre videmur, quæ minus te delectent & moueant. Quam ob rem post Mauricii illos de re militari libros, quos anno superiori obtuli tibi, vt iudici peritissimo eorum, quæ imperator ille M & gessit & scripsit: has de incomprehensibili dei natura orationes quinque, Ioannis Antiochensis, cognomine Chrysostomi, doctoris ecclesiæ singularis, conuerti: & legendas propterea tibi obtuli, vt vel ex hac mea interpretatione, & ingenium, & dicendi copiam eius doctoris perciperes, & te sacro sermone, vt soles, oblectares. Fuit is certè facũdior cæteris Christianæ religionis doctoribus, & copiosior. Et quanquam more ecclesiæ, vel in grauitate sermonis, vel in exquisito Atticæ linguæ vsu negligentior, aut Gregorio, aut Basilio eiusdem professoribus, & prædicatoribus Christianæ religionis, tum in exponendis sacris codicibus, tum magna vtilitate populi ad dilatandum argumentum, ad amplificandam sententiam,

† Sic puto legendũ, quando ne hominibus quidẽ priuatis, qui in hoc vno stadio versantur, amplius quicquam quàm tibi percepimus.

A tiam, ad exemplorum copiam, ad facilem & omnino accommodatam, tum ad populi aures, tum ad religionis præcepta elocutionem, ad memoriam omnium, quæ officium doctoris Christiani requirit. Hic meo iudicio anteponẽdus est cæteris: nec esse arbitror quempiam qui, si modò quæ is Græcè disseruit, assequatur, aliter sentiat. Vnde hic iure optimo cognomen id Chrysostomi meruit, ab oris au reo flumine: quod idem datum est Prusciensi Dioni: sed eò dignius Ioanni nostro, quò longè hic plura, & ad hominum vitam moresque vtiliora, quàm Prusciensis ille scripsit, prædicauit, & docuit. Constat hunc eiusdem claruisse temporibus, quibus Arcadius Theodosii imperatoris gentilis, cuius filius tum armis, tum pietate, ingenio, & literarum bonarum
B studio sese exhibuit singularem, tantáque apud eum ipsum imperatorem authoritate & gratia valuisse, vt & suos ciues Antiochenses homines parum quietos, & plus sibi libertatis sumentes, quàm Romanum pateretur imperium, ab ira capitali imperatoris sæpe liberarit, vniuersamq; ipse vnus seruauerit ciuitatem, ne pœnas grauissimas lueret. Et ecclesiæ Constantinopolitanæ patriarcha præfuerit, quæ dignitas proxima in sacro ordine à summo pontifice habetur. Vixit tanta probitate morum, & sanctimonia illustris, vt nomen sancti acceperit ea vice, qua aut heroa, aut certè diuini homines superioris religionis nominarent eum, qui virtute quadam excelluisset heroica, mirúmque in modum generi
C mortalium profuisset. Huius itaque orationes, quas homilias ipse à conuersatione, & suæ doctrinæ communicatione inscripsit, vt hominis sancti & docti & elegantis & cui Arcadii imperatoris familiaris leges, cùm otiosior fueris: eris autem eò citius, quò plus apud te religionis charitas, quàm ciuile negotium valet.

Tomus quintus.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI EPIscopi Constantinopolitani de incõprehensibili dei natura, contra Anomæos, absente episcopo, Homilia prima.

Theodoro Gaza Theſſalonicenſi interprete.

QVid hoc sit fratres charissimi, pastor abest, & tamẽ oues suum cum diligentia seruãt ordinem, video. Profectò boni illius pastoris id quoq; officium est, vt non modò illo præsente, verũ etiam absente ouile studiũ omne adhibeat, ne quid temerè agatur. Brutorum greges si quis educat, non absit, manere intra septa necesse est: vel si sine pastore prodierit, passim oberrat & vagatur. At inter vos nihil eiusmodi video euenire, sed etiam cùm pastor abest, vos consueta pascua E petitis cum ordine & decore. Verùm vt melius loquar, pastor & ipse adest mente & animo quanquam corpore abest: nemo id abesse dixerit cùm ordinem nostrum & modestiam contẽpletur, tametsi minus corpoream eius faciem cernit. Quam ob rem ego magis magísque illum laudo & miror, quòd tantũ nobis imponere studij, virtutis, veræq; religionis potuerit. Nam & copiarum imperatorem ita præcipuè commendamus, si eo non solùm præsente, sed etiam absente milites suum ordinem seruant & tuentur. Quod idem Paulus à suis petebat discipulis, cùm diceret: Itaq; charissimi sic sem Philip.2.b per obtẽperastis, non in præsentia mea solùm, sed multò magis in mea absentia. Cur multò amplius in absentia, quàm cùm pastor adest? Si lupus gregem inuadit, repelli facilè potest, & fugari: at cùm abest, grauius periculum imminet, cum nemo sit qui defendat, & seruet. Adde quòd pastor cùm adest, mercedem studij ac industriæ cum eo ipso ouili, quod custodit regitque, partitur: cùm autẽ abest, totum suum officium, munúsque virtutis ab ipso ouili proficisci intelligendum est. Hæc eadem vel absens ille humanissimus magister & pater, F vbicunque gentium sit, vos vestrúmque conuentum & ordinem cogitat, & complectitur animo: neq; tam quos sibi habet præsentes, quàm vos absentes cernit, atq; intuetur. Noui illius summum amorem, noui charitatis feruorem insuperabilem, quem penitus radice innixum viuacissima, animo continet, & singulari studio colit. Quippe qui certè sciat charitatem ipsam caput esse bonorum omnium, & radicem, fontem & parentem: atq; ea vna absente, cætera vobis nullum fructum afferre, nullam præstare posse vtilitatem. Hæc enim discipulorum domini est, magnus seruorum dei character, indicium. In hoc, inquit, omnes cognoscent, quòd Ioan.13.g mei discipuli estis. In quonum in eo, vt mortuos suscitent, vt leprosos purgent, aut dæmonia expellant? Minimè, inquit. Sed illa mira faciens omnia, in hoc vno, dicit, omnes cognoscẽt, quòd mei discipuli estis, si charitatem adinuicem habuerit is. Nam illa vnius supernę gratię munera sunt, hoc humani studij est officium: animum autem probũ & generosum, nam tam ea quæ deus præbuerit, muneráque † suorum laborum officia consueuerunt. Quapropter Christus non signis, † Fortè legendum, generosum, non tam ea sed à charitate suos cognosci discipulos asserit. Hæc enim si

Universidad de Deusto
Biblioteca

mouere quæ deus præduerit mulnera, q̄ suorum. &c. G enim si adest, nulla pars deest philosophiæ: sed integerrima perfectissimáque virtutis ratio habetur: quemadmodum certè laborum expertè esse necesse est omniū, cui hæc deest. Quocirca & Paulus eam commendat, & verbis magnopere extollit, quanuis eius dignitatē nemo satis attingere queat. Quid enim ea esse possit condignum, quæ prophetas, legémque vniuersam cōtinet, sine qua non fides, non scientia, non sacramenti ratio, non ipsum martyrium, non quicquid dixeris, aliud seruare hominem valeat? Nam si tradidero, inquit, corpus meum, ita vt ardeam: charitatem non habuero, nihil mihi prodest. Idem item cum summum bonum, & caput bonorum omnium charitatē esse ostendere vellet, sic retulit: Siue prophetię euacuabuntur, siue linguæ cessabunt, siue scientia destruetur: manet autem fides, spes, & charitas. Sed quæstio ex iis, quæ de charitate proposui, oritur non meo iudicio negligenda: prophetiam enim euacuari, & linguas cessare nil mirum est, quando hæc mira vbi suū vsum ad tempus nobis præstitere, deinde cessarent, nihil detrimenti nostræ inferre possunt rationi. Iam prophetia nulla est, nullum lin H guarum munus: & tamen ratio pietatis nihilo impedita est. At si scientia cessat, ambigendum, quærendúmque est, an quicquid hominis restet. Cū enim dixisset, siue prophetiæ euacuabūtur, siue linguæ cessabunt: adiunxit, siue scientia destruetur. Quòd si scientia aliquādo cessauerit, res nostra nō ad melius, vt speramus, sed in deterius, deducetur. Nam sine scientia id quoque vt homines simus, amittemus. Deum enim metue, inquit, & mandata eius custodi, quoniam hoc quisque homo est. Quòd si homo non aliud scit, quàm deum timere: timor autē ipse dei nō nisi ex scientia prodeat: scientia item destruetur, vt Paulus author est, aliquādo nostra omnia amittemus, & scientia priuati omnino peribimus, & nulla ex parte melius, imò multò ex rebus vilius quàm animalia bruta euademus. Hac enim re vna præstamus, cùm in cæteris omnibus corporeis longè admodum à natura brutorum superemur. Quid igitur sit, quod Paulus dicat, & qua de re ita asserat, vt scientia destruatur? Non de perfecta & vniuersali scientia disputat, sed de particulari & imperfecta, profectúmque nostrum in meliora destructionem voluit nomi I nare, videlicet nostra particulari scientia ita destructa, vt non præterea particularem perfectam, & vniuersalem habeamus. Vt enim puerilis destrui solet, non deleta substantia & natura pueri, sed tēpore aucto, & ipsius ætatis processu, euentúque in virum perfectum: sic in ea sciētia posse fieri intelligere debemus. Parua hæc scientia, inquit, non propterea erit parua, sed amplitudinem in posterū capiet, magnáque efficietur, hoc sub illo vocabulo, Destruetur, intelligit: quod clarius ipse suis frequentibus verbis explicauit. Vt enim cùm audires scientiam destrui, non posses inferre destructionem cuiusque scientię, sed incrementū potius, & scien- 1.Cor.13.c di profectum in meliora, addit: Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus: cùm autem venerit quod perfectū est, tunc euacuabitur quod ex parte est. Vt non præterea sit hoc ex parte, sed perfectum, ergo imperfectio eius destruitur, ne præterea sit imperfectum, sed perfectum esse incipiat: destructio igitur ista accumulatio est, & ad maiora accessio. At velim, vt aduertas diligentiam Pauli: non enim partem cognoscimus, dicit: sed, ex parte cognoscimus: hoc est, partis partem tenemus. Sed quantum restet, & vtrum maiorem an minorem partem teneamus. Ergo vt te partem minorem tenere intelligo, nec quanlibet minorem, sed centesimam aut milesimā, accipe quę sequuntur: vel potius antequam verba apostoli recitem, exemplum referam, quo exprimantur: quod fieri potest exemplo, quantum restet, quantúmque sit, quod imperfectum est præsentiarum tenemus. Quæris quantū differentię sit inter præsentem scientiam & futuram. Quantum inter virum perfectum sit, & lactentem puerum, tantò futura scientia præsente amplior est & præstantior. Quod ita esse à Paulo item accipe, qui cum dixisset, Ex parte cognoscimus: vellētque explicare quāta ex parte, & quàm exiguum esset id quod tenemus, addit: Cùm essem paruulus, loquebar vt paruulus, sapiebam vt paruulus cogitabam vt paruulus: cùm autem factus sum vir, euacuaui quæ erant paruuli. Cum habitu paruuli, præsentem scientiam comparat: cum habitu viri perfecti, futuram scientiam confert. Nec dicit, cùm essem puer, quoniam & qui decennis est, puer dicitur: sed cùm essem paruulus, hoc est, infans & lactens, & parētis desiderans vbera. Hunc enim à scriptura vocari paruulū, accipe à psalmo, qui ita dicit: Domine dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra: L Quoniam eleuata est magnificentia tua super cœlos. Ex ore paruulorum & lactentium perfecisti laudem. Vides iam paruulum accipi pro lactente vbique? Tum spiritu præsagiens sancto, hominum posterorum impudentiam & temeritatē explicat, nec vno exemplo contentus, sed etiam secūdo & tertio idē affirmat. Quemadmodum enim Moses cùm ad Iudæos mitteretur, Exo.4.a.b trium signorum demonstrationem accipiebat: vt si primo illi diffiderent, secundo obtemperarent: aut si parum etiam arderent, secundo persuasi, & tertio eximiū prophetam illum reciperent. Sic & Paulus tria proponit exempla, primum ex paruulo, secūdum ex speculo, tertium ex enigmate. Nam posteaquam dixit, Cùm essem paruulus: intulit, Videmus autem nunc per speculum. 1.Cor.13.c Secundū homo præsentis infirmitatis exemplum est, & imperfectæ scientiæ nostrę indicium. Tertiò per ænigmatis obscuritatem idem declarat. Etenim puer tametsi complura videt, audit, loquitur: tamē nihil expressè, nihil dilucidè aut videt, aut audit, aut loquitur: & sapit quidem, sed nihil integrè. Itaq; more pueri ego quoque & scio complura, tamen modum eorum igno M ro. Deum nanque esse ubique, totumque esse quaque in parte orbis terrarum noui: sed quemadmodum sit, nescio. Item non incœptum, non genitum, sempiternum esse deum non ignoro: sed quo pacto ita sit, intelligere nequeo. Haud enim humana ratio potest capere, quēadmodum fieri possit, vt aliqua substantia sit, quæ neque à semetipsa, neque aliunde suam originem habeat. Filium esse à patre deo immortali genitum noui: sed quemadmodum, ignoro: Spiritum ex eo procedere scio: sed quemadmodum, nescio. Vbi igitur illi sunt, qui se totam scientiam recepisse affirmant, qui se in fauces summæ ignorantiæ præcipitarunt? Nam qui hoc in seculo totum sciendi modum se recepisse autumant, in postero priuatos sese omni scientia constituūt, & miserrimos ac perditos esse patiuntur. Quippe cum ego qui me ex parte cognoscere asseuerem, & hanc meam scientiam destrui aliquādo debere fatear, in melius ac perfectius proficiscar, destructa particulari scientia, & accedente perfectiore & pleniore: ille verò qui se integerrimam, perfectissimámque tenere scientiam arbitretur, & tamen destrui eam aliquando debere cogatur asserere, omni scientia priuatū, destitutúmque

A túmque in postero fore nequaquā possit inficiari: quā enim nunc tenet, destrui, & nulla requiritur perfectior, cùm ea sit perfectissima, vt ipse censet, quam hoc tempore obtinet. Videtisne quemadmodum cum omnem hoc in seculo sese habere scientiam cōtendant, neque in hoc habeant, quod intelligant, & in postero omni despoliati sciētia pessum eant? Tam malum, tam nepharium est, non intra iustos se continere limites, quos principiò deus immortalis nobis descripsit & statuit. Sic Adam honorē, quo erat præditus, spe amplioris amisit. Sic homines cupidi & quæstui dediti, sæpenumero cùm plura maioráque persequerētur, non modò nihil plus acquirere potuerunt, sed etiam quę habebant, amiserunt. Sic etiam isti summæ scientiæ authores, cùm se totum tenere arbitrētur, parte etiam quam possunt habere destituti labuntur & corruunt. Quas ob res vos fratres charissimi hortor, & rogo caueatis, & insaniam illorum hominum fugiatis. Contendere enim scire quid substantiæ deus sit, postremæ esse insaniæ iudico. Quod vt melius intelligatur, prophetarum sententias asserā: quos non solùm quid substantię deus B sit ignorare videmus, sed etiam de sapientia eius quāta sit, planè ambigere: quanquam non à sapientia substantia est, sed ex substantia sapientia. Verùm cum eam prophetæ quidem plenè percipere non valeant: quantùm ij insaniunt, qui substantiam ipsam suis obiicere rationibus posse arbitrantur? Audiamus quid de ea Da Psal.138.a uid dicat propheta præclarus: Mirabilis facta est scien- Ibidem.c tia tua ex me. Vel potius altius repetamus: Confitebor tibi, quoniam terribiliter magnificatus es. Quid cùm terribiliter dicat, significat? multa sunt, quę licēt miramur, tamen cum timore. Verbi gratia: Magnifica ædificia columnarum, ornamenta parietum, picturas corporum, flores & elegantiam miramur. Item maris vastitatem, immensosq; gurgites, sed non sine metu, cùm eius inspicimus altitudinem. Sic & propheta cùm vastum id, immensúmq; diuinę sapientiæ mare inspiciat, vertigine quasi tentatus stupescit, ac summo cum timore demirans recedit, atque exclamat: Confitebor tibi, quoniam terribiliter magnificatus es mirabilia opera tua. Ac rursus: Mirabilis facta est scientia tua ex me. Ibidem.a Corroborata est, & non potero ad eam. Vide modestiam famuli, nota animi gratitudinem. Gratias, inquit, propterea tibi ago, quòd te dominum habeo in- C comprehensibilem. Non de substantia agit hoc loco, illam enim vt pote inter omnes constantem esse incōprehensibilem omittit. Sed cùm deum esse vbique cogitaret, hæc retulit, explicauitque ne id quidem se intelligere, quemadmodum fieri posset, vt deus vbique adsit. Hac de re eum illa dixisse, accipe ab his quæ adiungit: Si ascendam in cœlum, tu illic es: si descendero in Ibidem. infernum, ades. Videsne quàm propheta, quemadmodum deus vbique adsit, intelligere nequeat, sed ambigat, hæreat, vacillet vna eiusdē ipsius rei cogitatione. Quomodo igitur fieri potest, vt nō ad postremum insaniæ sint profecti, qui tantùm ab illius gratia absunt, quantùm quid ipsa dei substantia sit, curiosè quærunt Psal.50. & perscrutantur? Atqui hic est ille propheta, qui inserta, inquit, & occulta sapientiæ tuę manifestasti mihi: ve runtamen qui occulta & incerta diuinæ sapientię percepit, de hac eadem sapientia refert, immensa est, incomprehensibilis est. Quippe qui magnus dominus di Psal.146.a c.., & magna virtus eius, & scientiæ eius non est numerus: id est, nulla est comprehensio. Heus tu, quid ais? Sapiētia dei comprehendi à nobis potest? Nonne istud perspicua sit insania? Magnitudo eius nullo describitur D fine, & tu substantiam describere audes, satisque complecti animo posse opinaris? Hæc eadē cùm Esaias pro suo nobilissimæ philosophiæ studio contemplaretur: Generationem, dicebat, eius quis enarrabit? non, quis Esaiæ.53.c enarrat: sed, quis enarrabit, vt omnem posteri temporis rationem secluderet. Cùm itaque Dauid dicat: Mirabilis facta est scientia tua ex me, Esaias non ex se tantummodo inquit, verumetiam ab omni natura humana secludi narratione eiusmodi asserit. Sed videamus, an Paulus vas illud electionis cognouerit, vtpote qui gratia ampliore potiretur. Omnino hic est, qui illa refert: Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. 1.Cor.13.c Nec eo loco solùm, sed etiam alibi, non de substantia, sed de sapientia ipse quoque differens ea, quę in prouidentia versetur, non de illa vniuersali, qua angelis, archangelis: ac omnibus supernis virtutibus prouidetur: sed de ea prouidentiæ parte, qua hominibus terræ incolis cōsulitur, ac de eius ipsius parte, nec tamē totam eam scrutatur, qua Sol oritur, qua animæ inspirantur, qua corpora effigiantur, qua mortales alūtur, qua vniuersus mundus continetur: sed hæc omnia omittens, E & particulam quandam diuinæ prouidentiæ inquirēs, qua scilicet Iudæos neglexerit, gentes autem natos receperit, amplexus sit: & hanc ipsam particulam veluti ad mare immensum & gurgitem prælatum inspiciēs, conturbatur, deficit & recedit, illico voce magna exclamat: O altitudo diuitiarum & sapientiæ & scientiæ Roma.11.d dei, quàm inscrutabilia sunt iudicia eius. Non incōprehensibilia dicit †, sed inscrutabilia: quòd si scrutationē † ἀνεξιχνίαστα. quod non patiantur, longè minus percipi possint & comprehendi. Et inuestigabiles viæ eius. Iam vias eius inuestigabiles esse audis, & ipsum esse comprehensibilem putas? Sed cur loquar de viis? præmia ipsa, quę nos manet, comprehēdi non possunt. Oculus enim non vidit, neque auris audiuit, neque in cor hominis ascenderunt, quæ deus præparauit his qui diligunt eum. Et minus eius inenarrabile est. Gratias enim deo, inquit, pro ine- 2.Cor.9.d narrabili eius dono, & pax eius omnem excedit intellectum. Quid ais? iudicia inscrutabilia sunt, viæ inuestigabiles, pax omnem excedit intellectum, donum inenarrabile: quæ præparauit diligētibus se, non ascenderunt in cor hominis, magnitudo finem non habet; scientia caret numero, omnia eius incomprehensibilia sunt: & cum ipse solus sit incomprehensibilis, quis ad tantam insaniam possit accedere? Retine illum hæreti F cum, noli sinere abire, vrge acrius, quęre quid in iis Paulus referat: Ex parte cognoscimus. Non id de substan- 1.Cor.13.c tia, sed de dispensationibus dici respondent. Omnino si de dispensationibus Paulus ita dixerit, longè amplius vicimus, quàm si de substantia loqueretur. Nam si dei dispensatio incomprehensibilis, multò magis ipse deus incomprehensibilis esse debeat. Verùm non de dispensationibus agi hoc loco, sed de ipsa dei substantia, accipe ex his quę addūtur. Cùm enim proposuisset: Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus, adiunxit: nunc ex parte cognosco, tunc autem cognoscam sicut cognitus sum. Dic ergo, à quo est cognitus? A deo ne, an à dispensationibus? A deo scilicet. Deū igitur ipsum ex parte cognoscit, non tamen ita ex parte, vt partem substantiæ noverit, partem ignoret, cùm deus natura simplicissima sit: sed quòd esse quidē deū procul dubio norit, quòd autem substantiæ sit, omnino ignoret. Sapientē esse certò scit: quantùm sapientia valeat, nescit. Magnū esse minimè ignorat: sed quemadmodū & quę sit eius

Universidad de Deusto
Biblioteca

G sit eius magnitudo, intelligere non potest. Vbiq; deum adesse exploratum habet, sed quemadmodum, nescit. An prouideat, contineat, regat, gubernet summa cum diligentia omnia, non dubitat: sed modum quo hæc agat, ignorat. Hac de causa ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Sed iam si placet, dimissis prophetis & Paulo, cœlum petamus, & an in illa regione superiori aliqui sunt, qui dei substantiam norunt, quæramus: quanquam si qui id scientes, ibi comperiantur, nihil inde potest deduci argumenti. Nil enim commune angelis cum hominibus est, cùm tam magnum discrimẽ inter naturam corpoream sit & incorpoream. Veruntamen demus & concedamus, vt latissimè intelligatur, deum incomprehensibilem esse, quando ne in cœlo quidem virtus aliqua sit creata, quæ norit diuinam substantiam. Audiamus igitur angelos ipsos, non quòd de diuina substantia illi disputent inter sese, atque disceptent: sed quòd glorificant, adorant, & modulos triumphales, secretósque assiduè referunt summo cum timore. Alij, gloriam in excelsis deo, modulantur: alij, hoc est Seraphin, sanctus, sanctus, sanctus concinunt, & suos auertunt oculos, cùm ne condescensum quidem & indulgentiam dei valeant tolerare. Ad hæc, Cherubin benedicta gloriam eius ex loco eius obseruantissimè referunt, non quòd locus aliquis circa deum constet, sed quod more humano consueuimus dicere, vbicunq; sit, & quemadmodum sit: quãquam ne id quidem tutè dici de deo potest. Homines sumus, nec aliter, quàm lingua humana verba de deo facere possumus. Videsne quantum timoris, quanta religionis obseruantia inter angelos est? Vides quantus contemptus, quanta negligentia inter homines? Angeli glorificant, honorant, colunt, obseruant, adorant: homines paruifaciunt, petulanter scrutantur, temerè plus quàm capere possunt, conantur rapere. Illi commendant & laudant: hi disceptant & plus sibi arrogant, quàm valeant intelligere. Illi oculos integunt & venerantur: hi contendunt impudenter inspicere, atque intueri ineffabilem gloriam. Quem non hominum eorum misereatur? Quis nõ lugeat, cùm adeò errantes, insanientésque videat? Volebam prolixius agere, sed quoniam nunc primùm in istud disputandi certamen deuenerim, commodius esse arbitror non plura vobis impræsentiarum proponere, ne larga eorum quæ occurrant copia, suo impetu memoriam eorum, quæ iam accepistis, detrahat atque aboleat. Ahãs itaq; si deo placuerit, sæpius de hac re disseremus. Equidem iampridem hæc referre vobiscum & discutere cupiebam: sed cunctandum præterea, differendúmque duxi ob eam rem, quia complures ex his, qui eo morbo laborant, viderem nostris interesse libenter sermonibus: quos cùm nollem repellere, linguam adhuc meam retinui, vt primùm illos nobis familiares, deuinctósque redderem: deinde in hoc perluctandi genus me more athletarum, expoliarem. Nunc verò quoniam dei immortalis gratia ipsi me & adhortentur & ingant adire hunc puluerem, subeo iam pro incomprehensibili deo certamen & arma suscipio, quæ hominum vanas cogitationes, omnem animi elationem atque superbiam, contra dei scientiam possint euertere, fundere, & prosternere. Suscepi tamẽ non vt euerterem aduersarios, sed vt erigerem iacentes. Hæc enim armorum meorum vis est, vt homines contendentes feriant atque vulnerent: audientes piè benignéque, curent cum diligentia, & tueantur. Non id genus armorum inferre vulnera, sed mederi vulneribus consuecit. Igitur non contra illos excandescemus, non animo irato agemus: sed modestè, humanè, amicéque disputabimus. Nihil enim mãsuetudine validius, nihil modestia efficacius. Quamobrem Paulus rem huiuscemodi seruari accuratissimè monet cum dicat, Seruum domini non pugnare oportet, sed mansuetũ esse erga omnes. Ac rursus: Modestia vestra nota sit, non fratribus, dicit: sed, omnibus hominibus. Quę enim sit vtilitas, inquit, si eos diligitis, qui vos diligunt? Si tamẽ amicitiæ detrimento sint, & ad societatẽ suæ impietatis inuitẽt: recedendum, resiliendúmque, etiam si cum parentibus agitur, eruendus est oculus si offendit. Ita enim præcipitur: Si oculus tuus dexter te scandalizat, erue eum: quod non de oculo corporis intelligimus. Nam si de corporis natura hoc diceretur, crimen & culpa iure in corporis creatorem transferretur. Prꝛterea non oculum vnum, sed vtrunq; eruere oportet. Nam si alter, id est sinister relinquetur, non minus scandalizare te poterit. Sed vt intelligas non de oculo dici, adiungit, dexterum: quò ostendat præstare, si quem amicum habeas etiam charum perinde ac tuum oculum, eum quoque reiicere, & à tua præcidere familiaritate, si modò te scandalizet: hoc est, animæ noceat. Quid enim iuuet habere oculũ, cũ reliquum corpus lædatur & pereat? Ergo si, vt propositi, detrimentosæ sint amicitiæ, resiliamus & fugiamus: at si nullam noxam, nullam iniuriam nobis ad religionem, pietatísque rationẽ inferant, inuitemus, ducamus amicos ad meliora. Verùm si neque prodesse amico possis, & detrimentum ex eo haurias: consulere tibi debes, vt tutus, securúsque maneas. Fugiendæ sunt enim amicitiæ, si offendant. Si minus probentur, fuge, tamẽ sine lite, sine pugna. Sic enim Paulus monet, cùm dicit: Si possibile est, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Seruus es dei, qui author pacis est: qui cùm dæmonia eiiceret, & bona ageret innumerabilia, & cũ malè audiret, in homines qui eum dixere dæmonium habere, non fulmen misit, non ora maledicta prostrauit, non linguas igne confulsit impudicas, ingratas, improbatas, quanquam hæc facere omnia poterat. Sed verbis hisce duntaxat maledicta illa auertit: Ego dæmonium non habeo, sed eum honoro, qui me misit. Famulus item pontificis alapam contumelioſe in eius faciem inflixit. At is ita respondit: Si malè locutus sum, testimonium perhibe de malo: si bene, cur me cædis? Quòd si dominus & angelorũ & hominum omnium, vindictam sibi non faciat, sed excusset, & seruo atriensi examinãdum proponat: nihil profectò est, quòd nos sermone egeamus prolixiore admonitionis: hæc enim paucissima verba abundè sufficiant, hæc tantummodo animaduerte. Cogita tecũ frequentius, meditare & refer: Si malè locutus sum, testimonium perhibe de malo: si bene, cur me cædis? Et quis sit qui hæc dixit, intellige: & ad quem, & cuius causa dixerit. Ita enim efficietur, vt hæc verba diuturnũ quoddam & perpetuum carmẽ tibi habeantur, vt omnem animi inflammationem, omnem timorẽ doloremque sedare possint & tollere. Cogita dignitatẽ eius qui affectus est cõtumelia & authoritatem, personam vilem atq; abiectam eius qui cõtumelia affecit. Adde grauitatẽ contumeliæ, & molestiã, & acerbitatẽ. Non enim maledixit solùm, sed etiã cecidit: hæc modo quolibet cecidit, sed alapa qua quidem plaga nil ignominiosius, nihil cõtumelioſius esse potest. Sed tamẽ hæc omnia æquo animo tulit & tranquillo, vt facilissimè intelligeres, quemadmodum

A admodum modestiam, patientiam, mansuetudinem, denique virtutis officium seruare deberes. Hæc non modò philosophari præstat, sed hoc loco debemus fratres charissimi: verum etiam cùm res exigit, meminisse & colere probata & commendata; quæ diximus: verùm non satis hoc est, sed etiam cùm res agitur, serues ea oportet, quæ probas & laudas. Nam & athleta non frustra se in palæstra exercet, sed & fructum, quem ex studio meditandi ceperit, in ipso dimicandi certamine explicat. Igitur & tu qui modò audiuisti, postea cùm ira te concitarit, quantum fructus adeptus hinc fueris ostendes, & verbum illud crebrius dices: Si malè locutus sum, testimonium perhibe de malo: sin bene, cur me cædis? Hoc manda memoriæ, hoc tuo inscribe animo & tene. Nam ob eam rem idem sæpius memoro: vt in animis nostris inhæreat, vt eius memoriam fructúmque memoriæ nullum tempus: nulla negotij occupatio possit delere. Et enim si hæc verba scripta in pagina animorum nostrorum teneamus, nemo tam durus, tam excors, tam insensatus sit & lapideus, vt per iram turpiter efferatur, & erret. Nam omni freno, B omnibus habenis firmius ac validius linguam nostrã, vltra modum decorémque proripientem possunt hæc verba inhibere & retinere, possunt hæc animum intumescentem sedare, compescere, & in perpetua modestia tranquillitatéque constituere: possunt hæc truces oculos & efferatam faciem emendare, placare, & mitigare: possunt hæc pacé plenissimam integerrimámque in nobis creare & conseruare: qua vtinam semper fruamur & potiamur, gratia & clementia domini nostri Iesu Christi, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI DE *incomprehensibili dei natura contra Anomœos.*

Homilia secunda.

AGè iterum aduersus impios Anomœos certamen ingrediamur: qui si ægrè ferant, quòd impij appellantur, fugiant ipsi rem, vt ego vocabulum fugiam: discedant ipsi à mente impia, vt ego ab hac probrosa appellatione discedam. Sed si ipsi fidem re, ac opere negligant, & semetipsos turpissimè C tractent: non sentiũt, cur mihi succenseant, qui ea obiicio, quæ ipsi summopere exerceant. Nuper cùm in hoc venissemus curriculum disputandi, & luctandi captus eosdem tetigissemus, quemadmodum meminerit is, pugna nos cum cuneo ludæorum excepit, cùm minimè esset tutum membra propria grauiter ægrotantia negligere. Disputatio contra Anomœos agi quoque tempore potest opportuno. At fratres nostros morbo teterrimo, ludæorum opinione laborantes, nisi festinantius ab igne eripuissemus Iudaico, nihil iuuare admonentes possemus, cùm iam error ieiunandi ille prꝛ voluntate cessisset firmius. Deinde nos aduentus accepit patrum spiritualium, qui complures huc diuersis ex locis accesserunt. Neque enim per id tempus duximus esse opportunum, vt dum illi omnes veluti flumina quædam in hoc mare spirituale effluerent, nos sermone prolixiore ageremus: post decessum illorum celebritates percrebræ martyrum occurrerẽt, quorum solennitatem negligere, & laudem haudquaquam debemus. Quæ propterea retero atque enumero, ne per aliquam meam negligentiam aut desidiam cõmissum esse existimetis, vt certamen Anomœorum vsquequo

hoc tempus differretur. Nunc itaque cùm Iudæorum D pugnam, deo bene iuuante, cursu fœlici expedierimus, & patres in suas redierint sedes, & martyrum laudes non satis delectarint, agè diuturnum vestrum audiendi desiderium expleamus. Nam certè scio non minus vos hac de re audire cupere, quàm me disputare: causam cur ita sit, dicã. Ciuitas nostra semper dedita Christo, eiusque obseruantissima fuit, & paternam hanc denique accepistis hæreditatẽ, vt nunquam pietatis, veræq; religionis opinionem adulterari, deprauarique pateremini. Vnde id cõstet, venerant olim ex Iudæa nonnulli tempore maiorum vestrorum, qui lucem ac munditiam doctrinæ apostolicę perturbarent, atque præciperent circuncidi, & legem seruari Mosi. Quam rem nouam ferre minimè potuerunt, qui per id tempus vrbem colebant: sed quemadmodum canes generosi & nobiles, conspectis lupis aggredientibus atque vastantibus gregem, sic concitati illi insultarũt, nec prius expellentes profugantésque vndique illos destiterunt, quàm effecissent, vt ab apostolis quoquo versus decreta mitterentur, quę & illorum & posterorum omnium E impiorum insidias contra fideles & impetus reprimerent atq; arcerent. Sed vnde exordiar? An ab ipsa perfidiæ infidelitatísque eorum improbatione & compellatione? quippe cùm summopere nitãtur, & omnia tractent ac faciant, vt fidem ab hominibus omnino excludant: quo crimine quid fieri possit grauius? quid ad impietatẽ scelestius? Cùm enim deus immortalis quippiam asserit, accipere cum fide oportet quod asserit, non temerè rimari & perscrutari. Vocet me, qui ex his velit, infidelem ac impium, non ægrè feram. Cur ita? quia facta dictáque mea quo nomine appellandus sim, latè ostendunt. Stultum etiam me appellet, si placet in Christo. Nam vel hoc nomen tanquam adeptam coronam gloriabor, & communem hanc habebo cũ Paulo nuncupationem. Sic enim ille egregius author scribit: Nos stulti propter Christum. Porrò hæc stultitia 1.Cor.4.c prudentior omni sapientia est. Quæ enim externa illa sapientia comperire non potuit, hæc stultitia, quam secundum Christum excolendam censemus, nimirum efficere potuit: hæc tenebras orbis terrarum excussit, hæc lucem cognoscendi reuocauit. Quid secundum Christum stultitia sit, cupis audire. Cùm nostras effe- F ras cogitationes compescimus, & animi furentes appetitiones continemus & moderamus, tunc secundum Christum stultitiam colimus: atque etiam quotiens data opera animum expertem externarum disciplinarũ & vacuũ scisci tamẽtum illis curiosis habemus: vt cùm res exegit sacra Christi edicta recipere, vacantẽ mundum ad recipiendum adhibeamus: etenim quotiens aliquid deus asserit, quod minus scrutari ac discutere valeas, ex bona fide recipiendum & admittendum est. Nam rerum eiusmodi causas pertinacius quærere, & rationes exigere, & modum scisciari: animi certè est nimiũ audacis & temerarij. Quod & ipsum sacræ scripturæ testimonio confirmabimus. Fuerat Zacharias quidã vir mirę virtutis, præclariq; nominis, sacerdotio præditus, & patrocinium totius populi commeritus apud deum immortalem: qui sanctasanctorum ingressus ipsum scilicet penetrale, quod vni fas erat illi inspicere, ac pro populo deo supplicans (intellige quantum in illo fuit authoritatis) & dominum reddens propitium famulis, quasi quidam esset interpres dei & hominum: vidit angelum intra parietem sacri illius domicilij stantem, cuius aspectu ictus atque expauidus vocem

Lucæ.1.b
Esaiæ.6.b
Philip.4.a
Matth.5.g
Ibidem.e
Roma.12.d
Ioan.8.f
Ibidé.18.e

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lucæ.1.a G dus vocem audit: Noli timere Zacharia, exaudita est oratio tua, & ecce Elizabeth vxor tua pariet filiũ. Sed vnde hæc verba consequendi habeant rationem? Ille pro populo rogabat, pro peccatis veniam suis conseruis implorabat. Hic noli timere, inquit, nam exaudita est oratio tua. Atque exaudiendi indicium addit, filium in lucem venturum Ioannem. Vide quàm rectè ista sequantur, cùm pro peccatis rogaret populi, nasci ex eo deberet filius, qui clamaret: Ecce agnus dei, qui Ioan.1.d tollit peccatum mundi, ratione sanè optima, ita angelus retulit: Exaudita est oratio tua, & Elizabeth vxor tua pariet tibi filium. Quid ille ad hæc? quod enim probare voluimus id est, nullam iis dari veniam, qui modos dei oraculorum scrutantur & hæsitant, qui diuinas sententias non fide recipiunt, sed rationes examine requirunt. Conspicatus est suam ætatem, suam caniciem, suum debile corpus & imbecillum. Animaduertit suæ vxoris naturam sterilem, atque ita diffidit, Lucæ.1.b & modũ quo ita fieret petiit, & dixit: Vnde hoc sciam? Quo pacto, inquit, possit fieri? Iam ego consenui & percantui, vxor sterilis, prouecta in diebus suis, ætas inepta, natura incommoda, quæ ratio huius pollicitatio- H nis sit, non equidem video. Ego qui seram, admodum sum imbecillis: seges quæ semen recipiat, nihil reddere potest. Nónne illi seni dixeris esse ignoscendum, cùm rerum ordinem petat, & legem naturæ consideret? Nónne aliquid illum ex ratione rerum deliberare putaueris? Sed tamen deo nullam mereri veniam visus est, & rectè quidem. Cùm enim asserit deus, nemo suas rationes debet mouere. Nullus rerum consequentiæ aut naturæ necessitati locus relinquitur. Nil penitus huiuscemodi est obiiciendum. Vis enim diuinę sententiæ longè iis omnibus est superior? Homo quid agis? Deus pollicetur, & tu respicis ætatem, & senectutem proponis? Num senecta validior sit voluntate diuina? Num natura potentior sit suo creatore? Nescis verbo illius vno summa atque præcipua esse effecta opera? Iam eius verbum cœlum instituit, angelos creauit, orbem terrarum cõdidit, creaturam omnem produxit: & tamen tu de illij procreatione & vnius animulæ inspiratione dubitas? Idcirco molestè angelus tulit, ne sacerdotij quidem negotiò pepercit, immo ob idipsum pœnam illi subeundam censuit grauiorem. Qui enim plus quàm cæteri obtinebat honoris, habeat I fidem quoque, quàm cæteri ampliorem. Sed quem- admodum puniatur, videamus. Ecce eris tacens, & Ibidem.b non poteris loqui. Lingua tua, inquit, quæ ad meorum verborum diffidentiam suum officium præstitit, pœnam incredulitatis ipsius luet. Ecce eris tacens, & non poteris loqui vsque in diem quo hæc fient. Animaduerte clementiam domini & humanitatem. Quia mihi, inquit, non credis, nunc pœnã aliquam solues: cùm autem re effecta monstrauero quod proposui, tunc illam iram meam extinguam: cùm te punitum iure optimo intellexeris, tunc te supplicio eximam. Audiant Anomæi quemadmodum deus egrè atque molestè tulit, cùm eius sententia curiosius quæreretur. Quod si ille cùm minus crediderit humano mortalique ęuerperio, puniatur: tu qui diuinam ac ineffabilem & supernam illam vnigeniti generationem pensitas vanè & rimaris, quo pacto effugere, valeas, quin supplicio plectaris grauissimo? Ille nihil sua authoritate asseruit, sed tantummodo quo pacto res efficeretur, voluit intelligere, & tamen nullam veniam consecutus est: tu qui & scire te vehementer affirmas, quæ omnibus inconspecta, inaudita, & incomprehensibilia sunt, qua K excusandi ratione vtaris. Quod genus supplicij non meritò tibi haurias? Verùm de putationem generationis ad tempus aliud differamus, nunc priorem causam repetamus: cuius reliquias his diebus supersedimus, cùm radicem illam pernicioſam secare atque euellere conaremur, quæ parens malorum omnium est, ex qua omnis eorum opinio proficiscitur. Quæ nam sit ista omnium malorum origo, horret animus dicere, piget ea narrare, quæ illi assiduè meditantur atque efficiunt. Quod nemo vnquam dicere ausus est, ipsi se ita deum nosse, quemadmodum deus seipsę nouit, asserant. Hoc audent dicere? hoccine refelli debeat argumentis, & tanquam res dubia in controuersiam cadere? Nónne satis hæc ipsa verborum serie efficitur, vt omnis eorum impietas latè ostendatur? Nónne statim ex se, ipsum eorum scelus explicatur & deprehenditur furor? Id manifesta est insania minimè ignoscęda, nouus impietatis modus, nemo vnquam aliquid tale vel animo concipere, vel lingua referre ausus est. Intellige homo infœlix & miser, quid nam sis & quid quæras atque explores. Homo cùm sis, deum scrutaris, & nosse L omnibus rebus contendis. Tua ipsa tantummodo nomina satis tuæ amentiæ possunt monstrare nimietatem. Homo es, terra, cinis, caro, sanguis, fœnum, flosculus herbæ, vmbra, fumus, vanitas, & si quid iis exilius, vilius atque abiectius. Sed nolim ita putetis, quasi ego inuehar in naturam humanam, velimque maledictis causam lacessere. Nec enim à me ista dicuntur, sed à prophetis studio philosophiæ verę atque nobilis: non tamen vt genus nostrum vituperarent notarẽtque, illa retulerunt: sed vt hominum stolidorum & despientium animos opinione inflatos castigarent: non vt nostræ naturæ detraherent, ac probro darent & vitio, sed quò furentium hominum insolentiam & petulantiam compescerent atq; ablegarent. Nam si postquam tam copioſè, tam seuerè, immo acerbè disputarẽt, non desunt, qui animi fatui elatione superbiam diaboli superent: quò tandem amentiæ non proueherentur, si nihil eiusmodi sanctissimi illi homines apposuissent: Qui ibi appositam gerunt medicinam, tamẽ adhuc inflantur & intumescunt: ad quid fastus stoliditatisque non demum ruissent, nisi illi tot atque talia de natura asseruissent humana? Audi quid ille beatus patriarcha de se referat: Ego sum pulvis & cinis. Deum alloqui meruit, M & tamen nihil propterea effertur: quinimo ea propter Gene.18.d moderatiorem se exhibere oportere cęlebat & humiliorem. At isti qui ne cum vmbra quidẽ illius sunt conferendi, angelis ipsis maiores sese faciunt & superiores: quæ res certè vltimæ insaniæ argumẽtum esse nulli dubium est. Deum scrutari, & pertinaci studio inuestigas, qui nullo esse cœpit initio, nullam patitur immutationem, nullo corpore constat, nulla corruptione disperit: qui vbique adest, omnia superat, omni creatura excelsior est. Audi quid de eo prophetæ prophetantur, & metue: Qui aspicit terram, contremiscere & facit Psal.103.d eam. Aspexit enim, & illico terram tam magnam, tam ponderosam commouit & conquassauit. Qui tangit Ibidem. & 143.b montes, & fumantur. Qui commouit orbem terra- Iob.9.a rum funditus, & columnæ eius concutiuntur. Qui ma- Psal.103.b ri minatur, & secat id. Qui dicit abysso, desolaberis. Amos.7.a Mare vidit, & fugit: Iordanis conuersus est retror- Psal.113.a sum. Montes exultauerunt sicut arietes, & colles sicut agni ouium. Omnis creatura mouetur, metuit, contremiscit, destituitur: soli isti contemnunt, despiciunt, negligunt,

A gligunt, paruifaciunt suam salutem, non dicam dominum omnium. Paucis antè diebus à superiorum virtutum ordine eos admonebamus: hoc est, ab angelis, archangelis, Cherubin, Seraphin, nunc à creatura sensu priuata. Hoc idem genus rerum hominum nullis rationibus cedunt, nullis argumentis flectuntur. Vides cœlum hoc quàm pulchrum, quàm amplum, quàm magnificum sit, quemadmodum vario stellarum ordine exornetur & splendeat, quãtum edurare potuerit temporis. Iam enim quinque millia annorum atque etiam plus seruatur & constat, nec tamen longo temporis spacio effectum est vt senescat, sed ad corporis modũ adolescentis robusti floret, vigẽtque ætate: & quam principiò sortitum est pulchritudinem, eandem integerrimam seruat, nulla ex parte factum deterius tantò spacio temporis. Attamen hoc pulcherrimum, splendidissimis stellis elegantissimè ornatum, infessum, edurànsque tam diu deus, quem tu scrutaris, & rationibus tuis subiicis & definis, quasi quis per ludum tugurium faceret, ita summa cum facilitate creauit. Quam rem Esaias propheta pulcherrimè exprimit, cùm dicit: Esaiæ.40.f Qui instituit cœlum sicut cameram, & extendit sicut Ibidem. tabernaculum super terram. Quid de ipsa terra? qui cõ B tinet gyrum terræ, qui fecit terram quasi nihil, tam ingens corpus, tam opus arduum. Animaduerte quot montium moles, quot mortaliũ gentes, quot stirpium, quot quadrupedum, reptilium denique animantium genera suo dorso sustinet tellus. Sed tamen hanc talem, tantámque deus facilè adeò condidit, vt propheta quòd ne exemplum quidem tantæ facilitatis haberet, perinde ac nihil factum tradiderit. Cùm enim non satis rerum conditarum magnitudo & ornamenta potentiam, facultatémque sui cõditoris exprimerent, sed longè ab omni illius vi & excellentia iacerẽt inferius, modum prophetæ excogitarunt alium, quo proniorib⁹ possent aliquid plus nobis explicare de diuina potentia: quo magnitudinem non solùm creaturarum, sed etiam modum creationis referrent: vt vtraque ex parte, videlicet tum rerum magnitudine conditarum, tum facilitate condendi possemus digniùs quid pro vili nostra de deo omnipotenti intelligere. Igitur non modò rerum magnitudinem spectare debemus, verumetiam qua factæ sunt à deo facilitate. Nec solùm in terra hoc patet, sed etiam in ipsa natura hominum. C Esaiæ.40.e Quippe cùm author dicat: Qui contuetur gyrum terræ & habitantes in ea quasi locustas: aut quasi stillã situlæ, omnes gentes in conspectu eius: ne minus consideratè quod dicit prætereas, sed diligentius attendas, discutias, atque inquiras rogo & hortor. Repete omnes gentes, comparetque animo Syros, Cilices, Cappadoces, Bithynios, Mysos, Phryges, Mæones, Lycios, Pamphylos, Iones, Assyrios, Arabes, Indos, Aegyptios, Aethiopes, Pœnos, Hispanos, Gallos, Germanos, Sarmatas, Pannonios, Sauromatas, Massagetas: denique omnes Scythas, degentêsque vltra Aquilonem: item Albanos, Iberes, Bactrianos, Caspios, Medos, Persas, Parthos, Armenios, ponti Euxini vicinos omnes & incolas, Thraces, Macedonas, Græcos omnes: adde Epirum, Dagiam, Dalmatiam, Italiam: insulas omnes tam interioris maris quàm exterioris, cæteráſque innumerabiles gentes, quarum ne nomina quidem nouimus: hæc omnia mortalium genera instar guttæ labentis de situla corã deo versari autumat. Accipe accuratius: dic quæso, quota eius guttæ particula sis, qui deum, cui vniuersæ gentes pro stilla situlæ habentur, scrutaris atque examinas? Sed cur de cœlo, terra, mari & natura hominum lo- D quar? Cœlum superet ipsum nostra oratio, & vlterius pergat ad angelos. Nostis denique vnumquemuis angelum rependi, parémque esse vniuersæ huic visibili creaturæ, vel potius multò nobiliorem, præstãtioremque. Nam si homine iusto dignus nõ sit vniuersus mundus, vt Paulus author est, qui dicit: Quibus non erat di- Hebr.11.e gnus hic mundus, longè minus ad dignitatem possit accidere angeli, qui omni homini iusto superior est admodum & præstantior. Veruntamen millia angelorum sunt innumerabilia, mille millia archangelorum: adde sedes, dominationes, potestates, principatus, cœtus incorporeos virtutum innumeros, denique genera cœlestia innumerabilia, quæ omnia deus creauit tanta cum facilitate, quantam nemo valeat verbis exprimere. Satis enim illi ad omnia fuerat voluisse. Itaque vt vobis voluntas nihil affert laboris, nihil negotij: sic illi creare tot, tantásque virtutes facilè fuit, & sine vllo labore. Quod propheta expressit, cùm diceret: Omnia Psal.113.b quæcunque voluit, fecit in cœlo & in terra. Videsne quemadmodum non solùm ad condendum res inferiores, sed etiam ad creãdum virtutes superiores, vna eius voluntas satis fuerit? Hæc cùm audis, nõ te luges, E non te ab hominum consortio distrahis, non te obruis, qui eò temeritatis atque amentiæ prouisti, vt quem glorificare duntaxat debes & adorare, hunc ceu rem quandam abiectam & vilem curioſè scruteris & contendas penitus comprehendere? Hinc Paulus sapientissimus ille cùm incomparabilem dei exuperantiam, & naturæ humanæ fragilitatem cogitaret, contra homines qui dispensationes diuinas scrutabantur & perquirebant, molestissimè ferens dicebat ad hanc vehemen- Roma.9.d tiam: O homo tu quis es, qui respondeas deo? Quis es, intellige prius tuam naturam, quę sit: nomen enim nullum comperies, quod possit tuam satis exprimere exiguitatem. Dices credo, homo præditus sum libertate & honore præponderans. Sed honorẽ adeptus es istum, non vt libertate ad obloquendum abutaris: sed vt eum qui te affecit honore, colas atq; obserues summo cum honore. Deus te censuit honorandum, non vt eum afficeres contumelia, quod facis, cùm eius substantiam inquiris & perscrutaris: sed vt animo pio, fideli, modesto, grato vicem pro viribus reddas. Nam dum eius pollicitationes minus scrutaris, glorificas & obseruas: porrò cùm quæris & curiosius exploras, non sententiam solùm, sed etiam dicentem sententias contemnis & negligis. Quàm verè deum glorificet is, qui eius pollicitationem minus scrutetur & quærat, ex Paulo accipe, qui de Abraham ac eius obedientia, & in re- Roma.4.d bus omnibus fide hæc dicit: Considerauit quidem corpus suum emortuum, cùm iam ferè centum annorum esset, & emortuam vuluam Saræ: verùm in repromissione dei non hæsitauit fide. Natura quidem & ætas, inquit, faciebant, vt desperaret: sed fides spem bonam mouebat. Sed confortatus est fide, dans gloriam deo, & plenissimè sciens, quia quæcunque promisit, potens est facere. Vides quemadmodum qui ratus & certior de rebus istis est, quas deus asserit, gloriam reddit. Quòd si gloriam is reddit, qui confidit & credit: contumeliam certè, qui diffidit, non in deum, sed in suum caput conuertit & trahit. Tu quis es, inquit, qui deo respondeas? Deinde cùm osten- F dere vellet, quantum differentiæ inter deum & hominem est, retulit minus quidem, quàm res tanta desiderat: eo tamen quod proponit exemplo fieri potest, vt etiam longè

Universidad de Deusto
Biblioteca

G longè maiorem differentiam intelligamus. Quid dicat,audi: Nunquid dicit figmentũ ei qui se finxit,quid me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti, ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam? Quid ais? Itáne debeo subiici & obtemperare deo, vt lutum figulo? Ita inquit. Tantum est enim inter deum & hominem discrimen, quantum inter figulum & lutum: vel potius ne tantum quidem, sed longè amplius, quippe cùm luti & figuli eadem natura sit. Quod etiam apud Iob scribitur: Sine, inquit, habitantes domus luteas. Sed si homo nobilior & formosior luto videatur, hoc non diuersitate naturæ, sed ingenio artificis prouenit. Nam materiæ quidem ratione nihil inter lutum & te interest. Quòd si non credis, sepulchra & monumenta inspice maiorum tuorum: illa suo exemplo facilè tibi possunt persuadere te puluerem esse & lutum. Discrimen itaque luti & figuli nullum est. At inter deum & hominem tanta est substantiæ differentia, quanta nec lingua narratur, nec animus complecti omnino polleat. Quo igitur modo
H ille manibus figuli, quocunque duxerint, obsequitur, paret & seruit: sic tu morem gerere ac obtemperare deo promptus, libénsque debes, quotiens aliquid ille statuit & dispensat: nec aliter, quàm more luti ad nutũ te voluntati diuinæ exhibere tuum omnino est. Non enim ob eam rem Paulus illa scripsit, vt nobis potestatem agendi auferret, & liberum arbitrium tolleret: sed vt multò amplius nostram temeritatem, procacitatémque prohiberet atque perimeret. Sed si placet, illud etiam videamus, quid cùm illi intelligere velint, tam vehementer increpantur & reprimuntur. Num substantiam dei scrutabantur? Minimè. Nemo vnquam id ausus est. Sed quod est minus, dispensationes diuinas quærebant, scilicet quam ob rem hominum alius puniretur, alius veniam impetraret, alius supplicio liberaretur, alius angoribus & molestiis implicatus esset, alij ignosceretur, alij minimè. Hæc enim, vt cætera id genus illi scisscitabantur & quærebant, Vnde id constat?
I ex his quæ scribuntur superius. Cùm enim dixisset: Ergo quem vult miseratur, & quem vult indurat: dices itaque mihi, quid adhuc quæritur: voluntati enim eius quis resistet? Adiunxit continuò: O homo tu quis es, qui respondeas deo? Ita constat eos confutari & reprimi, qui curiosius dei quærebant dispensationes. Quòd si illis ne id conceditur quidem, tu qui beatam illam substantiam, quæ rebus omnibus consulit, quæ omnia regit, gubernat, dispensat, tam curiosè inquiris & perscrutaris, non te putas mereri, vt fulminibus innumerabilibus corripiaris? Qui fieri potest, ne ista sint furoris summi facinora? Audi prophetam dicentem, vel potius deum immortalem verba facientem ore illius: Si pater ego sum, vbi est honor meus? Et si dominus ego sum, vbi est timor meus? Qui enim metuit, non scrutatur: sed colit, obseruat, adorat, honorat, glorificat, laudat commendat. Accipe hæc tãtùm à superis illis virtutibus: tum verò ab ipso beato Paulo, qui vt cæteros reprehendit, ita ipse non aliter agit quàm doceat, audi quid ad Philippenses scribat, cùm se particulare adhuc tenere scientiam & nondum totam, perfectámque recepisse velit declarare: quòd idem scribens ad Corinthios dixit: Ex parte cognoscimus. Fratres ego me nõdum arbitror cõprehendisse. Quid hac voce apertius, quid certius, quid expositius, quid denique manifestius dici potest? Tuba clarius sonat, vniuersum commouere faciens orbem terræ, contentum esse eo ipso sciendi modo, quem deus præbendum censuerit, nec totum K
perfectúmque scientiæ munus hoc seculo se recepisse existimare. Quid dicis Paule? Christum in te ipso loquentem geris: idcirco ita sentio, ita mihi est persuasum doctrinæ ipsius Christi, qui in me loquitur, beneficio. Quam ob rem isti quoque, nisi penitus spiritus sancti adiumenti & auxilij essent inanes, eiúsque omnẽ intelligẽdi, operandique gratiam ab animo suo exterminassent, non cùm Paulus diceret, nondum comprehendisse me arbitror, ipsi totam scientiam adeptos esse arbitrarentur. Vnde, inquis, id cõstet, vt de fide, scientia & opinione ista dicantur à Paulo, non de vita & moribus? Quasi dicat: Ego minus me esse perfectũ virtute ac vitæ officio, probum & laudabilem arbitror. Profectò hoc ipsum amplissimè ille explicauit, cùm diceret: Certamen bonum certaui, cursum consummaui, fidẽ seruaui, de reliquo reposita est mihi corona iustitiæ. Qui itaque recepturus erat coronam, & suum cursum perfecit: qua ratione dicere aptè de se potest, nondum cõprehendisse arbitror? Agenda item, & non agenda nemini esse possunt incerta, sed omnibus tam Græcis, quàm barbaris vitæ officia explorata habentur
L omnia: nec est vllum mortalium genus, quod ignoret quid honestum sit, quid turpe, quid iustum, quid iniustum, quid vtile, quid inutile, aut detrimento sum: quid denique probatum, improbatúmve ex legibus & institutis maiorum suorum. Quo igitur pacto ipse vnus se intellexisse comprehendisseq; negaret, quæ omnibus constant? Atque vt latius mea hæc sententia pateat, epistolam ipsam non item intercisam, sed continentem exponam. Cùm enim dixisset: Videte canes, videte malos operarios, cùm plura de his qui importunè ritus Iudaïcos introducebant disseruisset, addidit: Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta, vt inueniar non habens iustitiam, quæ ex lege est: sed iustitiam quæ ex deo est, quæ per fidem Iesu Christi est. Post hæc qua de fide loquatur, adiungit: Vt eum cognoscerẽ, & potentiam resurrectionis eius, & societatem passionum eius. Sed quid signat cùm dicit, potentiam resurrectionis eius? Nouus quidam, inquit, & inusitatus resurgendi modus apparuit. Plerique enim antea resurrexere mortui, verùm eodem quo
M Christus modo nemo vnquam surrexit. Cæteri quippe omnes, qui aliquando resurrexerunt, in terram iterum redierunt: & mortis vinculis relaxati ad tempus, rursum ad potestatem illius ducti sunt. At corpus ipsius domini cùm semel surrexerit, nũquam præterea collapsum in terram est, sed cœlum ascendit, & tyrannide hostis peremptа, ex toto vniuersum terrarum orbem secum luci restituit, & nunc victor & dominus omnium in regio sedet solio. Quæ cùm animaduerteret omnia Paulus, vellétque explicare tot, támque admiranda, quæ ratione quidem nulla, fide autem vna possent recipi, ac pro veris certísque haberi, dixit fidem cognoscendi potentiam resurrectionis eius. Nam si resurrectionem absoluta contemplatione nulla docere ratio potest, cùm hoc sit plus quàm natura & series rerum patiatur: quo pacto eam exprimere possit resurrectionem, quæ tam à cæteris omnibus differat resurrectionibus, támque nobilior sit & admirabilior? Nulla certè ratio est, quæ rem tantam attingere valeat, sed fide opus est, si opinari velimus corpus mortale, fluxum, caducum, sensu omni priuatum, surrexisse, & vitã recepisse perpetuam, nullo fine, nullo termino describendam. Quæ idem alibi his significat verbis:

A ficat verbis: Christus cùm ex mortuis resurrexerit, nõ
Roma.6.b. præterea moritur, mors illi vltra non dominabitur. Duplicatur itaque admiratio, cùm & surrexerit, & eo modo surrexit: causa hæc est, cur dicat fidem cognoscendi potentiam resurrectionis eius. Quòd si fieri nõ potest, vt eius resurrectionem ratione captemus, longè minus superam illam generationẽ ratiocinari nos possumus, & ex causa elicere scientiam de his rebus. Cùm Paulus disputaret, de cruce quoque & passione
Philip.3.c. domini egit, quæ & ipsa committenda fidei censuit: quæ vbi mouit, explicauitq; omnia, id addidit: Ego me arbitror non comprehendisse. Non ego arbitror me non scire, aut nosse dicit, sed comprehendisse: ne ex toto vel scire vel ignorare intelligatur. Quòd enim fatetur se arbitrari nondum comprehendisse: adhuc illum esse in via, & ambulare ac vlterius pergere, necdũ deuenisse ad finem, quem totum adipisceretur, significat.
Ibidem. Quod ad alios quoque scribens sic admonet, dicens: Quicunque perfecti sumus, hoc sentiamus: & si quid aliter sapitis, hoc deus reuelabit, non ratio docebit. Vides non de vita & moribus agi, sed de opinione & fi-
B de? Vita enim & mores non desiderant reuelationem,
1.Cor.8.a. sed opinio & scientia. Quod idem etiam alibi significans scribit: Si quis existimat se aliquid scire, nondum aliquid nouit. Non enim nihil omnino scire asseuerat, sed nihil quemadmodum oporteat. Habet quidẽ scientiam, sed non perfectam illam & exquisitam. Quod vt latius ita esse intelligas, omissis superioribus illis, mentẽq; illa accipiendi, inferiorẽ hanc & sensu nostro subditam creaturam prosequamur. Cœlum hoc formam quidem concamerati gerere nouimus, idq; non ingenio nostro & ratione, sed diuinæ scripturæ sententia. Complectiq; idem vniuersam terram nõ ignoramus, quod & ipsum ab eodem diuino fonte hausimus. Sed qua substantia constet, nescimus. Dicat qui contendit, & se nouisse affirmat, quid substantiæ cœlum sit. Num humor quidam in gelu concretus? Num obdensata nubes & in spissiorem obducta substantiã? Num aër crassus & corpulentior? Nemo certè quid sit, planè docere potest. Quod si ita est, quis præterea poterit argumentum, quo amentiam intelligat, & furorem eorum qui deum, quid sit se scire autumant? Cœli quod quotidie
C cernis, naturam reddere nequis, & inuisibilis dei substantiã scire indubiè profiteris? Quis tam rudis & insensatus sit, quin his qui hæc garrulant, non postremũ insaniæ irrideat? Quas ob res vos fratres charissimi omnes & hortor & rogo, curare tentetis pro viribus eorum opinionem, perinde ac insaniam & delirium furentium, cum modestia tamen & cum clementia. Nã hæc eorum opinio orta est ex stoliditate & inflatione mentis vehementissima: vulnera autem inflata & tumescentia tactum omnem recusant asperiorem, ne attrectationem quidem manu patiuntur. Proinde medici spongia quadam præmolli & humefacta vlcera leuiter leniterq; attrectare consueuerunt. Quòd cùm his quoque vicus in animo sit inflatum ac tumescens, officij est his quas diximus rationibus, velut humore quodam clemente ac mirifico, spongia mollissima eluendum curare, atque flatum eorum compescere, ac tumorem omnem diffundere conari: & quamuis nos afficiant contumelia, quamuis inspuant, calcitrent, quodcunq; faciunt, noli relinquere curam, noli deserere hominem. Multa enim eiusmodi patiatur necesse est, qui furiosum hominem curat. Nõ propterea desistendum est frater charissime, quin imo ea propter maiorem in
D modum miserandũ, illachrymandumq;, quòd tam gẽnere morbi laborant & pereunt. Hæc tamen ad eos dicta intelligi volo, qui animo sint firmiore, qui nullum ex societate, colloquiisq; eorum possint capere detrimentum. Nam qui infirmior est, fugere debet congressum & vocem, deuitet is conuentum eiusmodi hominum, ne ratio amicitiæ pariat errorem impietatis. Sic enim & Paulus facit, ipse quidem cum ægris conuersa-
1.Cor.9.c. tur, & dicit: Factus sum Iudæis tanquam Iudæus, his qui sine lege erant, tanquam sine lege essem. Sed suos discipulos atque infirmiores auocat, commonefaciens
Ibidẽ.15.e. ad hunc modum, dicens: Corrũpunt bonos mores colloquia praua. Quod propheta etiam præcipit, cùm dicit: Exite ex medio eorum, & separamini, dicit dominus. Medicus enim cùm ad ægrotum accedat, prodesse
Esaiæ.52.c. sæpenumero & illi & sibi. Sed si quis parum sanus validusq; accesserit, & se & ægrotãtem mutua contagione reddet infirmiorem: & qui prodesse illi haud quicquam potuisset, sibũpsi magnam hausit labem. Omnino quemadmodum, qui oculos inspiciunt lippientium,
E malo afficiuntur eodem: ita his accidit, qui consortiũ blasphemorum & fœdorum illorum hominum adeũt, eò quòd animo sint infirmiori: plurimum quippe contrahunt sibi impietatis, & stolidorum numerum augent. Igitur qui ita se habent, vt non offendantur, vitẽt & fugiant illorum colloquia, & optent duntaxat, vt
1.Tim.2.a. clementissimus deus qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, liberet eos ab errore & diaboli laqueo, & ad lucem scientiæ restituat: hoc est, ad deum & patrem, qui viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOstomi, de incomprehensibili dei natura, contra Anomœos, homilia tertia.

AGricolæ, quibus non deest industria, arborem quam syluestrem ac sterilem viderint, suis officiẽtem laboribus, vel ex radicis reptatu improbo, vel vmbræ opacitate nimia detrimentum inuehentem generi vrbano stirpium & frugali, præcidẽdam tollendamq; summo studio curare consueuerũt: F
qua in re flatus quoque interdum, casusq; adiuuat, qui suo impetu comam intorquens vehementius arboris frangat stipitem, molem totam prosternat, itaque ita bona laboris parte leuet agricolam. Cùm itaque nos quoque arborem præcidendam curemus syluestrem, atque erraticam ipsam Anomœorum opinionem, deũ immortalem rogemus, nobis gratiam sui diuini spiritus mittat, quæ omni vehementius flatu occursans, errorem illum stirpitus extrahat, & nostrum laborem reddat leuiorem. Profectò vt seges cultu solito destituta herbas vitiosas educit, & sentibus horret, & arbores sponte interdum ædit syluestres: sic animus Anomœorum cultu scripturæ sacræ priuatus, & carens doctrinæ sanctæ & Christianæ munere, sponte ac suopte motu ferocem istam & horridam prompsit hæresim. Hanc etenim arborẽ non Paulus plantauit, nõ Apollo rigauit, non deus auxit, sed plantauit rationum in intem pestiua scrutatio, rigauit superbia stolida, auxit ambitiosa cupiditas. Itaque flamma spiritus sancti opus est, vt non solùm extrahamus pessimam istam radicem, sed etiam peruramus. Inuocemus igitur deum ipsum, quem illi maledictis lacessunt, nos omni laude prosequamur & honore. Rogemusq;, vt linguam ad dicendum ple-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G dum plenius & mentem ad intelligendū certius excitet. Causam enim illius agimus, pro eiusq; gloria laboramus, vel, vt verius loquar, pro salute nostra contendimus. Deum nanque nemo quisquam est, qui vel contemnendo offuscet, vel cōmendando reddat illustriorem. Manet ille quidem semper in suo eodem statu cū gloria, neque laudibus ampliandus, neque maledictis diminuendus. Homines verò, qui dignè illum commendant, vel potius qui pronioribus (nam dignè quis
+ potest commendare?) fructum sibi ex ea ipsa commendatione egregiè capiunt. Contrà, qui blasphemant & pro nihilo putant, ipsi lædunt salutem & perimunt. Verissima nanque illius sententia est, qui blasphemis in-
Eccles.27.d quit hominibus: Lapidem qui sursum iaciunt in excelsum, in ipsorum caput iaciunt & contendunt. Quemadmodum enim qui lapidem illò iaculatur, corpus cœleste non attingere, nedum lacerare potest: plagam autem suo capite excipit, cùm lapis eodem vnde iaculatus est redeat: ita qui beatam illam blasphemat substātiam, vt nunquā offendere eam potest, cùm longè potior atque excellior sit, quàm vt affici aliquo possit detrimento: sic ferrum aduersum animam suam acuit &
H parat, cùm se ingratum domino bene merenti exhibet. Innocemus itaque ipsum inessabilem, inuisibilem, incomprehensibilem, intelligibilem deum, qui omnem linguæ humanæ superat facultatem, qui omnes mortalis intelligentiæ vires excedit: quem neq; angeli inuestigare, non archangeli indagare, non virtutes, non denique aliqua creatura cernere valet: sed filius duntaxat cognoscit & spiritus. Nec verò ignoro aduersarios nostros verbis his meis insolētiam summam obiecturos, quòd ne supremis quidem virtutibus deum esse comprehensibilem iudicem. Verùm ego suum ob idipsum illis obiicio furorem. Non insolenter is agit, qui natiuorum omnium vim comprehendi & superari à suo creatore autumat: sed qui ipsum incomprehensibilem virtutibus superis existimat, posse describi & comprehendi rationibus hominum, qui terram hanc vnam regionem incolunt, & tam à superis illis distāt ac discrepant. Ego nisi quod pollicitus sum, probauerim atque demonstrauerim, me crimine insolentię dā
nandum esse confiteor. Atqui vos posteaquam ostensum sit deum incomprehensibilem esse virtutibus superis, contendetis præterea & affirmabitis nosmet illum nosse, & comprehēdere: quo terræ hiatu, quo precipitio, qua mala crucе non iure optimo puniamini, qui eò insolentiæ deueneristis, vt quæ virtutes incorporeæ omnes inspicere nequeunt, hæc vos explorata, certaq; habere putetis, ac prædicetis? Agè igitur ad rem ipsam demonstrandam explicandámque veniamus, si prius interim cauerimus, à deoq; implorauerimus auxilium. Sæpius enim orandi ratio rem de qua agitur,
1.Tim.5.c. probabit atque exponet. Innocemus itaque ipsum regem regum, & dominum dominantium, qui solus habet immortalitatem, & lucem inaccessibilem habitat: quem nullus hominum vidit, neque videre potest, cui est honor & imperium, in sempiternum, Amen. Hæc non mea sunt verba, sed Pauli. Tu velim animi deuotionem intelligas, & amorem penè incredibilem. Cùm enim dei meminerit, non antè ad destinatæ doctrinæ rationem venire patitur, quàm debitum suum exoluat, finem dicendi faciens cum commendatione & laude.
Prouer.10.b Nam si memoria iusti cum laudibus, teste Salomone viro sapientissimo: longè magis mentionem dei immortalis facere cum commendatione debemus & laude. Quòd idem Paulus in exordiis suarum epistolarū K
facere assolet. Sæpius enim cùm epistolam ordiatur, si dei meminerit, non potius pergit vlterius, quàm debitam reddat commendationem, & gloriā. Audi quid
scribens ad Galatas dicat: Gratia vobis, & pax à deo Galat.1.a.
patre nostro, & domino Iesu Christo: qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, vt eriperet nos de præsenti
seculo nequam: secundum voluntatem dei & patris, cui est honor, & gloria in secula, Amen. Atque etiam
alibi: Regi autem seculorum immortali, inuisibili, soli 1.Tim.1.d.
sapienti deo honor & gloria in secula, Amen. Sed nūquid in patre tantummodo hoc facere consueuit, non itidem seruat in filio? Vide quemadmodum in vnigenito quoque faciat hoc idem diligētissimè: cùm enim
dixisset, Optabam anathema esse à Christo pro fratri- Roma.9.a.
bus meis, qui sunt cognati secundum carnem: adiunxit, Quorum adoptio filiorum, & gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequium, & promissa, quorum sunt patres, & ex quibus est Christus secundum carnē, qui est benedictus super omnia in secula, Amen. Iam vt patri, sic etiam filio postquàm laudem & gloriam
reddiderit, sermonem aggreditur: quippe qui dicentē L
audierit Christum, vt omnes honorent filium, sicut patrem honorāt. Sed vt intelligatis ipsa nostræ orationis proposita verba ea esse, quæ rem, de qua agimus, probare possint, atque exponere: agè hæc ipsa in mediū afferamus. Regem regum, inquit, & dominum dominantium, qui solus habet immortalitatem, & lucem inaccessibilem habitat. Hic insistendum interroganduṁq; hæreticum illum, quid hoc significet, Et lucem inaccessibilem habitat. Atque attendas velim diligentiæ Pauli. Non enim dicit, qui lux inaccessibilis est: sed, qui lucem inaccessibilem habitat, scilicet vt intelligas, quàm ipse habitans deus inaccessibilis sit, quando domicilium quod inhabitat inaccessibile est. Non tamen ita hæc refert, vt dei locum, & domum esse suspiceris. Sed quò latius, quàm ipse deus incomprehensibilis sit, accipias. Quapropter nec lucem incomprehensibilem habitat, dicit, sed inaccessibilem: quod longè plusquam incomprehensibile est. Quod enim inquisitum, inuestigatumq; comprehendi non potest, id esse incomprehēsibile dicimus. Quod autem ne inuestigandi quidem vllo pacto operam patitur, & ad quod nemo propius
accedere potest, id inaccessibile est. Exēpli gratia: Ma- M
re incomprehensibile dicimus, quod subeuntes vrinatores, multumq; altitudinis transmittentes fundum attingere nequeunt: inaccessibile, quod nemo vel vrinari tentet, vel metari. Quid ad hæc dixeris? Hominibus, inquis, lux illa incomprehensibilis est, non angelis, nō virtutibus superis. Tu verò angelus es, inter virtutes incorporeas enumeraris: non homo es, & eiusdem cuius ego substantiæ? An etiam tuę naturæ oblitus es? Sed ponamus hominibus tantùm esse inaccessibilem, quāquam hoc nō auditum est, nec ita Paulus ait, hominibus lucem inaccessibilem habitat, angelis verò nō inaccessibilem. Veruntamen hoc si placet do tibi, & pono. Sed licèt angelis sit accessibilis, quid hoc ad te homines, qui examinas & contendis, & comprehensibilem esse naturæ humanæ diuinam illam substantiam
iudicas? Verùm vt non hominibus solùm, sed etiam virtutibus superis incomprehensibilem esse intelligas, audi quid Esaias dicat: (cuius autem Esaiam dico, sententiam spiritus sancti intelligo: propheta enim nonnisi quæ diuinitus inspirantur, scribit & loquitur,) An- Esaiæ.6.a.
no quo mortuus est rex Oziæ, vidi dominum sedentem in

A tem in solio excelso & eleuato, & Seraphin stabant circum eum, sex alæ vni, & sex alæ alteri: duabus obuelabant facies suas, & duabus obuelabāt pedes. Dic quęso, quamobrem alas próponunt, & suas operiunt facies? quid aliud dixeris causæ, quàm splendorem procursantē è solio illo, & fulgur prosiliens ferre nequire? quāquam non ipsam meram videbant lucem, nec ipsam synceram substantiam: sed quæ videbant, condescen-
Condescēsus. sus erant, & indulgentia. Quid nomen hoc condescensus, significat? Cùm deus non vt est, se ostēdit: sed quoad videre is potest, qui aspectum huiuscemodi meretur, eatenus firmitatis videntis suam repręsentationē metitur ac temperat, condescendere illum tantisper dicimus: & eiusmodi rem condescensum nominamus, & indulgentiam. Constat illa condescensum fuisse verbis ipsius prophetæ: Vidi dominum, inquit, sedentem. At deus non sedet, corporis enim hic habitus: & in solio, cùm deum nullum solium complectatur. Est enim nullius penitus capiens descriptionis. Attamen ne cōdescensum quidem ferre potuerunt, quanquam propinquè: Seraphin enim stabant circum eū, inquit: quod
B tamen non loci signat propinquitatem. Sed cùm spiritus sanctus vellet ostendere illas essentias, quanquam diuinæ substantiæ propiores, non tamen propterea posse prospicere: idcirco dixit, Seraphin stabant circum eum: non vt locum & spacium indicaret, sed quò ex ipsa loci propinquitate propius quàm nos illas esse ostenderet: deum nanque incomprehensibilem esse non pari modo nos atque virtutes nouimus. Sed quantò illæ excretiores, puriores, sapiētiores, & perspicatiores sunt natura humana, tantò perfectius norunt, & melius. Quemadmodum lucem radiorum Solis non tam cæcus, quam qui videt, esse inaccessibilem nouit: sic naturam dei inaccessibilem non eodem nos nouimus modo, quo illæ superæ virtutes & incorporeæ. Quantum enim inter hominem cęcum, & videntem discriminis est, tantum illæ à nobis differunt. Quamobrem si prophetam dicētem audis, vidi dominum: noli quasi eius substantiam viderit, suspicari, sed cōdescensum ipsum vidisse intellige, eumq; obscurius, quàm virtutes superæ videant: non enim tantùm videre, quantùm Cherubin potuisset. Sed cur de beata illa substātia loquor,
C quando ne angeli quidem substantiam hominis videre liberè valeat? Quod vt ita esse intelligatis, hominem vobis in medium ducam, dei immortalis familiarem, & plurimum confidentem audentemq; cum sapientia & religione, cum iustitia cæterisq; virtutum officiis, sanctum Danielem, cuius insignem pietatem & probi-
Daniel.8.c. tatem iuuat audiuisse: vt cùm eum ostendam expauescentem, languentem, deficientem, destitutum omnino propter præsentiam angeli, nemo causa peccatorū malæq; conscientiæ hoc accidisse existimet: sed exposita illius animi audentia, virtutisq; amplissima confidentia, naturæ humanæ fragilitas planè deprehendatur, & pateat. Hic igitur Daniel trium hebdomadarū
Daniel.10.a diebus panem considerabilem non comedit, & vinum aut mulsum non introiuit in os eius, neque vnguento vsus est. Tum visionem meruit illam, cùm iam aptior eius animus esset ad recipiendam eiusmodi faciem, le-
nior scilicet ieiunij beneficio facto, & spiritalior. Quid
Ibidem. igitur inquit? Leuaui oculos meos, & vidi: & ecce vir lineis vestitus, & renes eius accincti auro obryzo, & corpus eius quasi chrysolithus, & facies eius quasi species fulguris, & oculi eius quasi lampas ardens, & brachia eius & crura, quasi species æris candentis, & vox
D sermonum eius, vt vox multitudinis. Vidi autem ego solus hanc visionem, porrò viri qui erant mecum non viderunt: sed terror nimius irruit super eos, & fugerūt in abscónditum, ego solus relictus vidi, & non remāsit in me fortitudo: sed species mea immutata est in me, & emarcuit, nec habui in me quicquā. Quid istud sit, Species mea immutata est, & emarcuit? Fuit ille adolescens corpore pulchro, forma perquàm venusta & liberali. Quem florem, quam elegantiam oris, cùm sum
E mus præsentię diuini angeli pauor absumpsisset, pallorem̄q; induxisset, & vultus tristitiam, adeò vt perinde quasi animam expirare videretur, hac de causa dixit: Species mea immutata est, & emarcuit. Vt enī vbi auriga perterritus habenas amisit, equi præcipites feruntur, & currus distract⁹ labefactatur, ac perit: Sic prorsus euenire animo solitum est, quotiens magno occupatur stupore, grauiq; metu detinetur: quippe qui ictus
Ibidē.10.d. expauidusq; suo desit officio, ac veluti quasdam habenas suas actiones amittat, membraq; ereptis sensibus deserat, quæ protinus amisso, quo continentur & reguntur, frigent, corruunt, & labuntur. Quod Danieli
Ibidem.c. quoque tunc accidit. Quid angelus facit? Erigit hominem, sicq; alloquitur: Daniel vir desideriorum intellige verba, quæ ego loquor ad te, & sta in gradu tuo: nūc enim missus ad te sum. Ille surrexit tremebundus. Et cùm angelus item is ad eum fari inceperit: Ex die, quo posuisti cor tuum affligi in cōspectu dei, exaudita sunt verba tua, & ego veni propter sermones tuos. Rursum frangitur, & examinatus labitur in terram. Quod euenire his, quibus animus deficit, solet. Vt enim illi cùm receperint se, erectiq; respexerint, aliquandiu rursum inter sociorum amplexus, dum frigido insperguntur rore, deficiunt, resolutisq; membris collabuntur: sic nobilis ille propheta afficiebatur, laborabat, occumbebat: animus enim metu vehementi perculsus, conspectusq; impatiens angeli, minimè lucem illam ferre idoneus, solicitabatur, & admodum conturbatus cadebat, quasi se extrudere corpore veluti vinculis festinaret. Audiāt qui principem angelorum perpensant, atq; examinānt. Daniel quem venerati leonum oculi sunt beluarum fe-
Ibidem.c.e rocissimarum, Daniel qui plus quàm natura pateretur humana efficere potuit, præsentiam angeli sui conserui ferre nequiuit: sed defectissimus viribus, atque exanimatus iacuit. Sunt enim conuersa, inquit, intestina
F Ibidē.10.d. mea in visione mea, & nihil in me spiritus remansit. Isti qui tam longè ab illius iustissimi hominis virtute absunt, & iacent, & sordent, ipsam substantiam dei sese diligentissimè nosse profitentur: quæ suprema & prima est, quæ millia angelorum creauit, quorum vnum Daniel videre non potuit. Sed redeo ad id, quod proposui explicandum, & quàm superis quoq; virtutibus deus quanquam condescendens miniṁè cōspiciatur, ostendam. Cùm enim Seraphin alis productis sese obuelant, nulla prorsus alia ratio est quàm lux, quam inaccessibilem deum habitare præclarè Paulus retulit: nec Seraphin solùm re ipsa lucem esse inaccessibilem prædicant, sed etiam Cherubin qui his superiores virtute ordinantur. His enim propè constare datum est: illæ sedem deo ministrant, ipsæ pro solio subditæ: non quòd deus sedili consideret, sed vt nobilitatem virtutum earum intelligas & præstantiam. Audi igitur alium quoque prophetam de his, modo quidem diuerso, sed cogitatione eadem narrantem: Factum est Ezech.1.a.
verbum domini ad Ezechielem filium Buzi secus fluuium Thobar. Hic quoq; ad Thobar fluuium, quomodo Daniel

Universidad de Deusto
Biblioteca

G do Daniel ad Tigrim diuinam rem accipit. Quoties enim deus nonnihil explicaturus suis famulis est, extra vrbem tumultumq; hominum ducit, & loco tranquillo constituit, quò nullis rebus quæ sese aut oculis, aut auribus offerant, animus interpelletur: sed liber omnino, ac otiosus vacet eorũ, quæ diuinitus aperiantur, contemplationi. Sed quid se vidisse enarrat? Ecce nubes veniebat ab Aquilone, & splendor in eo, & in medio similitudines animalium quatuor. Hic aspectus eorũ, similitudo hominis in his, & quatuor facies vni, & quatuor alæ vni. Erat his altitudo & aspectus horribilis, & terga eorum plena oculis, in circuitu eorum quatuor: & similitudo super caput animalium firmamenti, quasi aspectus crystalli horribilis extenti super capita eorum desuper: & alis vnumquodque duabus velabat corpus suum: & super firmamentum quasi aspectus lapidis sapphiri, similitudo throni: & super similitudinem throni, similitudo quasi aspectus hominis desuper. Et vidi quasi speciem electri à lumbis eius & desuper, & à lumbis eius vsq; ad deorsum vidi speciem quasi ignis splendentis, velut aspectũ arcus cùm
H fuerit in nube in die pluuiæ. Post hoc cùm vellet exprimere, nec à propheta, nec à virtutibus illis meram ipsam substantiam recipi, illud addidit: Hęc visio similitudinis gloriæ domini. Vides tam hic, quàm ibi dei cõ descensum? Attamen virtutes ipsæ suis etiam pennis sæpe operiuntur, vtpote quæ facie detecta nequeant cõtueri, quanquam sapientissimæ & purissimæ. Vnde id constat? Ex ipsa nominum ratione. Nam ideo angelus dicitur, quia dei sententias hominibus angellæ, hoc est nunciat. Et archangelus nuncupatur, quòd angelis archę, id est imperat, siue præest. Sic illę quoque virtutes nomina sortiuntur, quæ sapientiam, puritatem, notam denique earum nobiliorem consignatissimè indicent. Et quemadmodum angelorum pinnæ naturæ eminentiam referunt. Gabriel quippe volitans repræsentatur, non quòd deus pinnatos angelos condidit, sed vt eum ex supremo domicilio, & cœlesti collegio, ad terram genus deuenisse humanum intelligas: sic in his quoq;, de quibus agitur, nihil pinnæ significant aliud, quàm vires sublimes atq; excelsas naturæ. Quo igitur modo pinnæ superiorem naturæ conditionem interpretantur, solium requiẽ in his ipsis dei designat, oculi perspicacem dei intelligẽtiam, propinquitas solij & hymnus assiduus insomnium & vigilantiam docent: Sic etiam ipsa nomina partim sapientiam, partim puritatẽ, synceritatemq; declarant. Enimuero Cherubin nuncupatio plenam, accumulatamq; scientiam exprimit. Seraphin verò à candente, flagranteq; ore nomen inuenerunt. Vides quam & puritatem, & sapientiam nomina explicent. Quòd si virtutes tam expletæ scientię compotes, ne condescensum quidem dei valeant tolerare: quantæ sit amentiæ facinus, quæso, hominem in quibus particularis quædam inest scientia, Paulo authore: Qui ex parte cognoscimus, inquit, & per speculum & ænigma: ea sibi perspicua exploratag; haberi putare, quæ ne illis quidem patere virtutibus liceat? Statueram quidem non modò Cherubin ac Seraphin, verumetiam principatibus, potestatibus, & omni virtuti creatæ deum esse incomprehensibilem explicare: sed animum fessum iam sentio vestrum, non tam eorum quæ proposui multitudine, quàm horrore. Solet enim animus pij hominis expauescere, quotiens diu in suprema illa versatur contemplatione. Quamobrẽ agè animum reuocemus de cœlo, & solita recreemus exhortatione: qua, vt homines, qui eo morbo laborant, K conualescant, aliquando optemus. Nam si pro ęgrotis, pro laborantibus in argenti fodinis metallorum, pro seruientibus duram seruitutẽ, pro agitatis spiritu malo, deũ rogare præcipimus; quantò magis pro his orare debeamus? Error nanque impietatis longè grauior agitatione illa dæmonis est: furori etenim illi ignosci potest, at vitium hoc omni caret purgandi ratione, nullam veniam potest impetrare. Sed quoniam mentionem orationis pro agitatis fecimus, nonnihil ad vos quoq; fratres charissimi censeo disserendum, quò morbum perquàm grauem à conuentu nostro eiciã. Perperam enim, ac perabsurdè agetur, si quæ exterius tam accuratè medemur hominibus, membra propria pessum ire patiantur. Quod genus morbi istud sit? Ingentem, & penè inauditam hanc populi multitudinẽ, quæ modo affluxit, tantaq; cum attentione sermonem audit meum, sæpenumero tempore illo perhorrendo requisiui, & tamen nunquam videre potui: atq; ita me vehemens cepit suspirium, quòd cùm ego disputo vester conseruus, studium adhibetis & ingenium, contẽditis animum, alter alterum impellit & iactat, vt ipse propius adsit, frequentes ad finem vsq; dicendi patientissimè perseueratis. Cùm autem ipse Christus communis magister & dominus, semet in sacris mysteriis ostensurus est, vacua desertaq; ecclesia redditur. Proh fidem hominum Christianorum, quo pacto isthæc veniam consequantur? Facit profectò vestra ista siue desidia, siue negligentia, vt laudem studij auscultandi illius omnem amittatis. Quis enim nõ tam vos, quàm me damnet, ac reprobet, cùm fructum omnem audiendi delapsum cernat, & vanidum? Nam si cum diligentia his quæ docuissem attẽderitis, facto palàm studium faceretis vestrum, nõ verbis tenus, corde habere monstraretis. Sed quòd statim cùm audiuistis, discessitis, & fugam quasi vos hostis insectaretur arripitis: coniectari omnino licet, nihil vos recepisse & recondidisse animo vtilitatis. Nam si quæ proposita sunt, recondita in animis vestris seruarentur: prorsus vos illa in templo tenerent, & ad rem horribilem maiore cum deuotione hortarentur, & mouerent. Nunc verò quasi fidicinam audiretis aliquam, sic omni vtilitate vacui, simul ac factus finis dicendi est, disceditis. Sed M ô frigidam excusationem excusandi, quam à compluribus reddi audio. Orare vel domi possumus, dicunt, sed homiliam doctrinamq; audire non nisi in ecclesia possumus. Te homo decipis, & magno errore versaris. Nã si & domi quoq; datur orandi facultas, tamẽ fieri non potest, vt domi tam bene ores, quàm in ecclesia, vbi tot patres, vbi clamor fœlici societate exitus ad deum immortalẽ refertur, non pariter exoras cùm solus dominum obsecras, atq; tuis cum fratribus. Est enim in hoc plus aliquid, videlicet concordia, consp[illegible]atio, copula amoris & charitatis, sacerdotum clamores præsunt enim ob eam rem sacerdotes, vt populi orationes, quæ infirmiores per se sunt, validiores illas complexæ simul in cœlum euehantur. Adde quòd nil fructus capi ex homilia potest, nisi oratio adiungatur. Porrò sermoni oratio debet anteire. Sic apostoli dicunt: Nos in oratione, ac sermonis doctrina perseuerabimus. Sic Paulus facit cùm in exordiis suarum epistolarũ oret, vt perinde quasi lumẽ lucernæ lux ipsa orationis tegat sermonem, ac dirigat. Profectò si orare cũ diligentia insuescas, nihil est quòd doctrinã tui cõsentij desideres, cùm ipse deus sine vllo interprete mentẽ tuam

Ezech.1.a.

Angelus, nuncius: est enim ἀγγέλλω, nuncio. sicut & ἄρχω, præsum: hinc archãgelus.

1.Cor.13.c.

Orare in ecclesia præstãtius, quã alibi.

Act.1.c. & 2.g.

A tuã abundè luce afficiat. Quòd si omnis oratio tantã vim habeat, longè magis eam, quę ore multorũ proueniat, valere consentaneum est. Plus enim neruorũ in ea est, & multò audentia maior, quàm in domestica illa, & priuata. Vnde id constet, Paulum ipsum dicentẽ audi: Qui ex tantis periculis eripuit nos & eruit, etiam speramus quòd adhuc eripiet: vobis quoq; in oratione pro nobis subuenientibus, vt dono in vos collato, à multis personis gratiæ agãtur pro nobis. Sic etiam Petrus carcerem euasit. Oratio enim pro eo ab ecclesia seduló agebatur ad deũ. Quòd si Petro ecclesiæ oratio profuit, & columnam illam ac stabilimen nostræ religionis carcere liberauit: cur eius vim tu contemnis & negligis? Qua te possis purgare ratione? Deũ quoq; dicentem audi, quàm populo cũ benevolentia inuocante placetur, & parcat. Quippe qui se excusans apud Ionam prophetã fruticis augmento cucurbitæ, verba ad hunc modum faciat: Tu doles super cucurbita, in qua non laborasti, neq; fecisti vt cresceret. Ego nõ parcam Niniue ciuitati meæ magnę, in qua habitant plures, quàm
B centumuigintimillia hominum. Non sine re amplum populi numerum proponit, sed vt intelligas plurimũ eam pollere orationem, quæ cum consensu agitur, & iugi cõcordia plurium hominũ. Quod exemplo quoq; rei humanæ libet explanare. Nam decem ante hos annos capti nonnulli sunt, tyrannidem appetentes, cuius rei vos etiam meminisse arbitror. Fuit inter eos quidã dignitate ac principatu præditus, qui cùm dãnatus capite ad supplicium duceretur: populus motus misericordia, vniuersus prætorem adiit, & deprecandi communi opera efficere potuit, vt reus ille venia nulla dignus liberaretur ab ira imperatoris. Quòd si cùm irã terreni imperatoris vestis extinguere, vniuersi cum liberis, & vxoribus festinatis: cur quotiens ad cœlestẽ illum imperatorem placandum, reddendumq; propitium ire pergitis, vt eius iræ eximatis non vnum, vt tunc: nec duos, aut tres, aut centum, sed omnes orbis terrarum peccatores, omnes dæmone agitatos, à flagello liberetis diaboli: foris sedetis, non vniuersi concurritis, & ecclesiam penetratis, vt deus vestram reueritus atq; exosculatus concordiam, & illis pœnam dimittat, & vobis peccata absoluat? Si in negotiis necessariis non omni leone vehemẽtius, disruptis omnibus
C vinculis, curriculo is, & te conferas ad supplicationem communem: quam spem habere possis salutis, ni ita facias? Tempore illo mi frater charissime, non sũm homines clamorem illum horribilem reddũt, sed etiam angeli domino genu flectunt, & archangeli rogant: habent sibi tempus id idoneum, habet sacram illam oblationem in fauore. Itaq; vt homines ramos olearum gerentes mouere reges consueuerũt: eoq; arboris genere misericordiam commemorant, & humanitatem: sic angeli tunc pro ramis oleæ, finis corpus domini ipsum protendentes, rogant pro genere humano, quasi dicant: Pro his domine rogamus, quos tu adeò dilexisti, vt pro eorum salute mortem obires, animam crux efflarit: pro his supplicamus, pro quibus ipse tuum largitus es sanguinem: pro his oramus, pro quibus corpus hoc immolasti. Agitatos quoq; ob eam rem diaconus tẽpore illo adducit, & iubet caput inclinare. Cùm eos vnà cum fratribus orare non liceat, adducit eos, vt tu miseratus, & quia tam acerbè vexantur: & quia vocem reddere nequeũt, tua facultate ad eorũ vtaris defensionem & auxilium. His itaque magis magisq; animaduersis fratres charissimi, omnes tẽpore illo in ecclesiam properemus, vt dominũ ad misericordiam inuitemus, & tempestiui adiumenti gratiam comparemus. Probastis quæ dixi, magno cum tumultu & plausu admonitionem recepistis: sed velim curã quoq; adhibeatis, vt facto vestra approbatio ostendatur. Iam non longum post tempus periculum faciã obtemperãdi. Oratio excipere solet admonitionem. Equidem genus id probandi & commendandi cupio, atq; postulo: plausum illum desidero, quem non dicta, sed facta cõficiant. Alter igitur alterũ hortetur constare, quo nunc modo manetis: & si quis se moueat, reuertite, retinete cum diligentia, vt duplicem tam proprij studij, quàm curę in fratres mercedẽ adepti, fidentius ac audentius supplicetis deo immortali, benigno atq; propitio, & cõsequi vitæ fœlicitatẽ tum præsentis, tum futuræ possitis, gratia & humanitate domini nostri Iesu Christi, qui cum patre viuit, & regnat in vnitate spiritus sancti in secula seculorum, Amen. D

Act.5.a.

Ioną.vlt.d.

1.Cor.1.d.

DIVI IOANNIS CHRYSOstomi, de incomprehensibili dei natura contra Anomæos, homilia quarta.

SAtis iã esset fratres charissimi, si posteaquàm nuper ostendimus deum incomprehensibilẽ esse hominibus, atq; etiam Cherubin ipsis & Seraphin, molestia hominum hæreticorum leuati nihil vlterius moneremus: sed cùm animus & studiũ sit, vt non solùm ora aduersariorum comprimamus, sed etiam vos faciamus doctiores, eandem aggrediamur causam, & sermonem vlterius protrahendum censemus. Faciet enim mora, quam his in rebus traxerimus longiorem, vt & vos plura percipiatis, & ego palmam adipiscar splendidiorem, dum si quid reliquiarum restet, id penitus excidendum delendumq; persequor. Nã herbas quoq; vitiosas & noxias non modò tõdere per summa cespitũ, subitò enim radix repullulat: verumetiam stirpitus ab ipso telluris gremio euellere, dispoliatásque sua humo Solis ardori facilius macerandas, exiccandasq; exponere, officium boni agricolę est. Agè igitur cœlum iterum sermone cogitationeq; petamus, non tamen vt curiosè rem inquiramus diuinam, non vt plusquam satis sit indagemus: sed vt hominum, qui F se ignorant, nec modũ humanæ naturæ intelligere patiuntur, contentionem intempestiuam peruertamus. Hinc enim magna argumentandi copia. Non solùm dei conspectum, sed etiam angeli intolerandum sanctissimo illi viro extitisse ostendimus, totam vobis historiam recitauimus. Et sæpius beatum Danielem posuimus ante oculos pallentem, contrementem, nihilominus quàm qui ex vita discedunt consitantem, cùm eius animus vinculum corporis abrumpere festinaret, & liber supremum petere domicilium. Nam vt domestica & mansueta quædam columba per tabulata spatians ædium, si strepitum senserit, exterrita abuolat in tectum, & sublimem se efferens, exitum solicitè petit, priorẽq; leuari enititur: Sic animus beati illi à corpore efferre, forasq; omni ex parte extrudere cogebatur. Et quidem exisset, abuolasset, corpus suum deseruisset, nisi cõtinuò angelus eum intimo liberasset metu, ad suumq; reuocasset diuersorium. Hæc ob eã rem tunc latius disserebamus, vt illi re cognita, quantũ inter angelũ & hominem interest, perspectaq; conserui præstantia emendarentur, atq; ita cessarent sæuire in dominũ. Vir ille iustissimus qui tãtùm apud deũ valebat, con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Daniel.8.c. Gbat, conſpectũ non tulit angeli: qui verò tam ab illius virtute longè abſunt, non angelũ, ſed ipſum dominum angelorum perquirunt atq; examinant. Ille ferocitatẽ leonũ edomuit, nos ne vulpeculas quidẽ vincere poſſumus. Ille draconẽ conuulſit, tamq; pernicioſam beluam ſuperauit ſua in deum familiaritate: nos minutiſſima reptilia pertimeſcimus. Ille regẽ more leonis ſæuientẽ cohibuit, iram ille Nabuchodonoſoris flamma omni rapacioręẽ in hoſtes ruentẽ ſtatim, cùm acceſſit, extinguere, & diſpulſa caligine lucẽ cunctis reſtituere potuit. Veruntamen qui lucẽ præbuit illã, cùm angelũ dilucentem aſpexiſſet, caligine grauis occupatus, humi proſtratus eſt. Quo igitur modo purgare ſeſe habeant, qui beatam illã dei naturã perluſtrare tentant, & explorare? Sed nos ſinẽ dicendi nõ in his ipſis tum fecimus, ſed etiã ad ſapientiſſimas illas virtutes cẽſuimus pergere, quas ſuos auertere oculos, pinnis ſe obuelare, cruribus conſtare erectis, clamorẽ aſſiduum reddere latẽ oſtendimus. Porrò illæ virtutes pauorẽ, metumq; rebus omnibus ſuũ vobis aperuerunt. Quò enim ſapiẽtiores ſunt, ac propius ad ineffabilẽ, & beatam illã accedunt ſubſtantiã, eò magis quàm nos deum, quàm ſit incomprehenſibilis norunt. Auget enim admirationẽ & metũ ſapientiæ magnitudo. Diximus item quid inacceſſibile eſt, quod eo plus eſt, quàm incomprehenſibile: poſtquàm inueſtigatũ eſt, incomprehenſibile eſſe conſtat: inacceſſibile autem ne inueſtigandi quidem operam, aut vllum aditum recipit: quam ad rem ſimilitudinem quoque à mari petiuimus. Ad hæc Paulum non deum lucem eſſe inacceſſibilem dixiſſe retulimus, vt ſi domicilium dei inacceſſibile, longè magis ipſe habitãs deus inacceſſibilis eſſe intelligeretur. Quæ tam præclarus ille author ſcripſit, non vt loco deſcribat deum, & ſpacio: ſed vt ampliſſima argumenti copia doceret, quòd deus inacceſſibilis, minimèque intelligibilis. Adduximus alias quoque virtutes, id eſt Cherubin, ſuper aquas firmamentũ, cryſtallum, throni ſimilitudinem, ſpeciem humanã, electrum, ignem, arcum oſtendimus. Quæ cùm propheta enumeraſſet omnia, adiunxit, Hæc viſio ſimilitudinis gloriæ domini. Atque ex his omnibus dei condeſcenſum intolerabilem eſſe virtutibus ſuperis explicauimus. Quæ modò non vacanter cenſui repetẽda: ſed quoniã promiſſionis illius debitorem me eſſe ſcio, intelligere diligentius volo quantùm exoluerim, quantùm reſtet. Sic ęris alieni boni ratiocinatores faciunt, afferunt tabellas in medium, in quibus ratio cõputandi omnis notata eſt. Vnde cùm quantùm de ſumma ſuis reddiderint creditoribus conſtiterit, reliquum exoluunt. Quorum exemplo ego quoque memoriam veſtri animi velut libellum aperiam, & ſermone quaſi digito quodã, parte quæ ſoluta iam eſt dogmatum demonſtrata, pergam ad reliqua. Sed quid reſtet, an vt oſtendamus non principatus, non poteſtates, non dominationes, non ſi qua creata virtus alia eſt, dei exquiſitam capere comprehenſionem: Sunt enim vel aliæ virtutes, quarũ ne nomina quidem nouimus. Animaduerte hæreticũ amentiam quæſo, ſeruorum ipſorum nomina ignoramus, & tamen ſubſtantiã domini ipſius exquirunt, contenduntq; cõprehendere. Sunt enim angeli, archangeli, throni, dominationes, principatus, & poteſtates: ſed non hi ordines ſolùm, ſed innumera cœleſtem regionem incolunt genera, quorum nulla dicendi facultas numerum poteſt exequi illorum. Vndenam conſtet queretis, plures hiſce enumeratis virtutes eſſe, quarum nomina ignoramus? Paulus qui hæc docuit, id etiam dixit, cùm de Chriſto in hunc modum ſcriberet, Conſtituit eum ſuper omnem principatum, & poteſtatem, & virtutem, & dominationẽm, & omne nomen quod nominatur, non ſolùm in hoc ſeculo, ſed etiam in futuro. Videtis quàm ſint aliqua facillimę cognitionis nomina: hac de cauſa non ſolùm, quæ in hoc ſeculo nominantur, ſed etiam in futuro, inquit. Verùm quid mirum, ſi virtutes illæ exquiſita careant comprehenſione diuinæ ſubſtantiæ? id enim demonſtrare nil ardui eſt. Sunt porrò diſpenſationes eiuſdem illius complures, quas neſciant principatus iidẽ & poteſtates, & dominationes. Quam ad rem teſtem religioſiſſimum item apoſtolum citemus. Quippe cùm verbis eiuſdem planè oſtendatur: eſſe nonnullas diſpenſationes, quas virtutes illæ nobiſcum intellexere, cùm omnino antequã nos intelligeremus, ignorarent: nec modò nobiſcum, verùm per nos ipſos accepere. Quod aliis generationibus, inquit, non eſt agnitum: ſic nunc reuelatũ eſt ſanctis apoſtolis eius, & prophetis in ſpiritu, eſſe gẽtes cohæredes & concorporales, & cõparticipes promiſſionis eius per euangelium, cuius factus ſum ego Paulus miniſter. Sed quó nam argumento conſtet modò virtutes ſuperas accepiſſe (quæ enim propoſita adhuc ſũt, de hominibus proculdubio diſſeruntur) audi: Mihi omnium hominum minimo eſt data gratia hæc euangelizare in gentibus inueſtigabiles diuitias Chriſti. Quid inueſtigabile eſt? quod quæri non poteſt, quod non ſolùm ſcrutari, ſed inueſtigare etiam nequeas. Audiant quemadmodum per crebra aduerſum ſeſe iacula à Paulo iaciantur. Nam ſi diuitię inueſtigabiles ſunt, quí fieri poteſt, quin deus, qui largitus diuitias eſt, inueſtigabilis ſit? Et illuminare omnes quæ ſit diſpenſatio ſacramenti abſconditi à ſeculis in deo, qui creauit, vt manifeſtetur nũc principatibus & poteſtatibus per eccleſiam multiformis ſapientia dei. Audis quemadmodum nunc, non antè cognouerint hoc illæ virtutes, & rectè quidem. Rem enim de qua apud imperatorem conſiſtitur, miles neſcit. Vt manifeſtetur principatibus & poteſtatibus per eccleſiam multiformis ſapientia dei. Vide quantum honoris in genus humanũ deus immortalis contulerit, nobiſcum & per nos virtutes ſupernæ regis ſummi ſecreta cognouerunt. Sed vnde nam pateat de cœleſtibus illis dici? Nam & dæmones principatus & poteſtates ſolet appellare, velut cùm dicat, Non eſt nobis colluctatio aduerſus ſanguinem & carnem: ſed aduerſus principes, aduerſus poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum ſeculi huius. Nunquid ergo hoc etiam loco illud velit intelligi, videlicet dæmones rem minimè tenuiſſe? Nequaquã, ſed de illis virtutibus ſupernis loquitur: vbi enim principatibus & poteſtatibus dixit, addit, in cœleſtibus: ille enim principatuum, & poteſtatum ordo cœleſtis eſt, hic ſub cœlo verſatur. Sed ad debitum illud ſoluendũ veniamus, hoc eſt ad demonſtrandum nec principatus, nec poteſtates nouiſſe dei ſubſtantiam. Quis hæc dicit? Nõ item Paulus, aut Ezechiel, atq; Eſaias: ſed vas aliud immaculatum, & ſanctũ, ipſe tonitrui filius chariſſimus ille Chriſto Ioannes, qui ad pectus recubuit domini, atq; ab illo diuino fõte ſacra ſua flumina hauſit. Quid hic dicit? Deum nullus vnquam vidit. Verè tonitrui filius dictus qui vocem tam illuſtriorem, tam omni tuba clariorẽ reddidit, qui vt omnes contentioſi conturbarentur, & obmutęſcant facit diligentiſſimè. Sed ſcrupulum qui ſe obiicit, videamus. Quid agis Ioannes?

A Ioannes: deum nullus vnquã vidit: Ergo minimè prophetis credemus, qui ſeſe vidiſſe inquiũt. Eſaias enim,
Eſaiæ.6.a. Vidi dominum, inquit, ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum. Daniel, Vſquequo throni poſiti ſunt,
Daniel.7.c 3.Reg.22.d & antiquus dierum ſedebat. Micheas, Vidi dominum deum Iſraël ſedentem ſuper ſolium ſuum. Alius rurſus propheta, Vidi dominum ſtantem ſuper altare, &
Amos.9.a. dixit mihi, Percute cardinem, &c. Deniq; multa huiuſcemodi teſtimonia poſſunt colligi, quæ cùm ita ſint, quamobrem Ioannes negat ita eſſe quenquam, qui deũ viderit? Nullum vidiſſe deum Ioannes inquit, vt exquiſitam illam comprehenſionem, & expreſſam cognitionem in nullo adhuc contigiſſe intelligas. Conſtat illa condeſcenſum fuiſſe omnia, nec vidiſſe quempiam illorum ſynceram ipſam ſubſtantiam, eò quòd variè quiſque viderit, Deus enim ſimplex omni cõcretione abiunctus, nulla forma aut figura effigiatus eſt. At verò illi omnes figuras viderunt varias: quod idem deus per alium item prophetam infinuans, ac ſuadens, ne-
Oſee.13.e. minem ſcilicet exquiſitè ipſam ſuam vidiſſe ſubſtantiam, inquit, Ego viſiones multiplicaui, & in manibus
B prophetarum aſſimilatus ſum. Tum ex his, quæ deus
Exod.33.d. Moſi denegat: cùm enim ille videre deum ſenſu oculorum concupiſceret: is, Nemo videbit faciem meam & viuet, addidit. Liquidum itaque nobis hoc, & confeſtim habetur. Quamobrem non de natura humana ſolùm ſic ait, deum vnquam nullus vidit, ſed etiã de virtutibus ſuperis. Proinde vnigenitum allegat eius dogmatis præceptorem & authorem. Ne quis enim vnde
Ioan.1.b. id conſtet obiiceret, addidit: Vnigenitus filius qui eſt in ſinu patris, ipſe expoſuit: teſtem prorſus locupletiſſimum, & magiſtrum egregium ſuæ opinionis allegat. Atqui ſi Moſes id idem vellet deſignare, porrò hic vacanter dixiſſet, Vnigenitus, expoſuit filius. Nam vel antequam Ioannes hæc tanquam ab vnigenito accepta referret, conſtaret ita eſſe verbis prophetæ, qui ex deo acceperat. Verùm quòd plus aliquid, quàm olim propoſitum fuiſſet, ipſe nobis eſſet reuelaturus, videlicet ne virtutes quidem ſupernas poſſe deum videre, ideirco vnigenitũ allegare magiſtrum voluit. Viſum autem hoc loco pro cognitione poſitũ arbitrare: haud enim pupillæ, & oculi, & genæ inſunt in virtutibus illis ſupernis, ſed quod viſus in nobis eſt, idẽ in illis cognitio. Quapropter quotiens deum nullum vnquam
C vidiſſe audis, illud intellige, nullum eſſe qui deum nouerit, qui deum cognouerit, qui ſubſtantiã dei exquiſita ratione perceperit. Quinetiam cùm de Seraphin audis oculos auertiſſe, pinnas viſui obduxiſſe, itemq; Cherubin hoc idem feciſſe, noli oculos habere illos exiſtimare, corpori enim hæc forma peculiaris eſt: ſed his ipſis humanæ, ac pinguis Mineruæ vocabulis cognitionem illarum deſignari tibi à propheta intellige. Cùm itaq; dicat, deum quauis condeſcendentem minimè ferre illas virtutes potuiſſe, nil aliud docet, niſi eius cognitionem expreſſam, amplam, integram non potuiſſe recipere. Neq; auſas eſſe intueri ſynceram illam, perfectiſſimamq; ſubſtantiam, imò ne ad ipſum quidem eius condeſcenſum ſatis aſpirare. Hinc etiam euangeliſta certior, neq; humanæ naturæ intereſſe rem tantã ſcire, neq; ipſis virtutibus ſuperis deum eſſe comprehenſibilem, ipſum dextris eius ſedentem, ac diligentiſſimè rem ſcientem allegat, huius opinionis authorem. Nec filius tantummodo dixit, quanquam etiam ſatis ſi ita dixiſſet, ora impudentium hominum comprimere, atq; obdurare poſſemus. Vt enim Chriſti eſſe cõplures poſſũt, ſed verus & præcipuus Chriſtus unus D
eſt: & multi quidem domini nominantur, vnus tamen dominus per excellentiam eſt: ac etiam dij plures dicuntur, at verus, princepsq; deus vnus eſt. Sic multi quoq; filij appellantur, verus tamen filius vnus eſt: & quidem ipſa articuli Græcæ linguæ adiectio præcipuã & excellentem vnigeniti exprimere poteſt conditionem. Attamen non contentus his fuerat, ſed cùm dixiſſet, deum nullus vnquam vidit: iunxit, Vnigenitus filius, qui eſt in ſinu patris, ipſe expoſuit. Primùm vnigenitus dixit, deinde filius: cùm enim propter nominis communitatem gloriã eius pleriq; minuant, vnũ ex hoc vulgari filiorum numero eſſe arbitrantes: nomen etenim filij commune omniũ eſt: hinc quod eius præcipuum eſt, & peculiare ac nemini è cæteris tribui poteſt hominibus, id eſt vnigenitus, antepoſuit: vt ex hoc credas, vel commune illud non præterea eſſe cõmune, ſed peculiare eius & proprium, nec vlli eſſe cæterorũ numero perinde ac ei conueniens. Atq; vt dilucidius quod doceo fiat, exponam latius. Filij nomẽ & E
hominib' datur, & Chriſto: ſed nobis abuſiuè, illi propriè: at verò vnigeniti nomen eius vnius eſt, nec vlli è cæteris vel propriè, vel abuſiuè contingit. Vt igitur ab ea, quæ nemini congruat, niſi ipſi vni appellatione, alteram quoq; illam multitudinis propriam eius eſſe per excellẽtiam arbitreris, ea propter primùm vnigenitus, pòſt filius dicit. Sed ſi minus hæc tibi ſufficiant, inquit, tertium illud addam, craſſum quidem atq; humanum, verùm efficax ſatis, vt vel iacentes homines ad vnigeniti intelligendam gloriam erigat. quid hoc ſit, In ſinu patris? Chariſſimi, hoc verbum eſt ad explicandam cognitionem, & veram germanamq;, vt ita loquar, intimitatem, aptiſſimum: modò piè, & quemadmodũ deũ deceat, accipiatur. Vt enim cùm ſedem audis, & ſedere à dextris, non ſedile intelligis, non locum, non aliquid deſcriptionis: ſed ſedis vocabulo, & ſedendi ſocietate honorẽ parem, & nulla ex parte diuerſum cogitas: ita cùm ſinum audis, non amiculi gremiũ, non loci quicquam adeſſe putandum, ſed ipſo ſinus vocabulo proximitatem ad parentem, & familiaritatem apud eundẽ arbitrare. Nam cùm verſari in ſinu dicitur, longè expreſſius propinquitas genitoris, q̃ cùm ſedere à dextris, ſignificatur: nec enim pater ſuo in ſinu tenere filiũ F
pateretur, niſi eiuſdem eſſet ſubſtantiæ, nec filius in ſinu paterno degere auderet, ſi naturam inferiorem ſortiretur. Ergo vt filius, & vnigenitus in ſinu degens paterno, rem omnem patris diligẽtiſſimè nouit & tenet. Ob eamq; rem verbis hiſce euangeliſta vſus eſt, vt filij exquiſitam ſuo de patre cognitionem explicaret. De hac enim ipſa cognitione agebatur. Quod niſi ita eſſet, cur quæſo, ſinus vocabulum ſumeretur? Nam ſi neque corpore deus conſtat, neq; cognitio, & ad genitorẽ propinquitas aduocat: fruſtra id nomen inſeritur nullum ad vſum idoneum. Verùm nõ fruſtra (dictũ enim quicquam à ſpiritu ſancto fruſtra putare nefas eſt) ſed filij ad patrem propinquitatem, deuinctionemq; declarat. Cùm enim rem magnam aſſeruiſſet, videlicet ne ſuperãm quidẽ creaturã poſſe deum videre, id eſt exquiſita ratione cognoſcere, huiusq; opinionis teſtem fide dignum vellet adhibere, hęc inſeruit verba: cui vt filio, & vnigenito, & vt in paterno ſinu degenti de rebus omnibus crederes, nec quicquã dubitares? Si autẽ quis non contendat, nec agere impudentius velit, idẽ hoc æternitatẽ interpretari dixerim. Vt enim eò quòd
Exod.3.d. ad Moſen dicitur, Ego ſum qui ſum, ſempiterni rationem dici-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G nem dicimus: idem vel ex hac dictione, qui est in sinu patris, deducere sanè licet. Sed iam deū incomprehensibilem esse omnium creaturarū generi, latè ex his quę proposuimus patet. Restat vt à filio & spiritu sancto duntaxat exquisitè illum cognosci disseramus. Verùm hoc in aliud tempus differri melius est, ne admodum prolixo sermone memoriā eorum, quæ proposuimus, obruamus atq; obliteremus. Hinc itaq; ad solitam veniamus admonitionem. Quænam ista solita admonitio est? Vt orationem seruemus ingenuam mente sobria, animo vigili. Nuper enim cùm hac de re disseruissemus, omnes facilè vidi obtemperantes: quamobrem perperam certè ageretur, si cùm negligitis, non increpem, cùm ex officio facitis, non laudem. Laudare igitur vos hodie volo, & gratiā vobis ob illā obedientiam reddere. Gratiā autem reddā, si vos docuero, quā ob rem illa præ cæteris oratio solet fieri, & cur homines dæmone agitatos, & furore accitos deterrimo, adduci tempore illo & capita inclinare iubet diaconus. Qua de causa igitur ita agitur dicā. Vincula perquàm praua, & grauia agitatio dæmonum est: vincula enim H ferro validiora. Vt itaq; tempore instante, quo iudex prodire, & pro tribunali sedere solit⁹ est: custodes carceris, homines quos in vinculis tenent, omnes carcere educunt, & pro cancello, septisq; fori collocant squalentes, sordentes, coma expletos nimia, pannis miserrimè obductos: sic patres statuerant, vt cum breui Christum velut pro tribunali sedere, in ipsisq; sacramentis apparere futurum esset, homines dæmone agitati illi tanquā vinculis quibusdā retenti adducerentur, nō vt rerum quas cōmisissent, examen subirēt modo eorum, qui in vinculis sunt: nec vt luerent pœnas, & supplicio afficerentur: sed vt populo, vniuersaq; ciuitate præsente cōmunes pro his fierent supplicationes, vt omnes iugi concordia dominum cōmunem orarent pro his, & quòd misereretur, magno clamore contenderent. Cæterùm vt his tunc succensui, qui orationem huiusmodi negligerent, forisq; tempore eo versarentur: sic impræsentiarum his qui intus constant, succensendū vtiq; reor: non quia intus manent, sed quòd cum eo, quo debent maneant loco, nihilo melius afficiuntur, quàm qui foris euagentur. Disputant enim inter sese, & aut iocantur, aut negotia tractant tempore illo perhorrendo. Homo quid facis, cum tot in vinculis fratres videas tuos adstantes, tu de rebus, quæ nihil ad te pertinent disputas? Vnus ipse aspectus non satis te paueseceret, & ad condescensum, commiserationemq; ducere potest frater tuus in vinculis, & tamen tu piger & negligens. Quo pacto tibi ignoscatur, cùm tam durus sis, tam inhumanus, tam crudelis: non vereris, ne dum disputas, omittas, negligis, dęmon quis inde prosiliens, tuam animam nactus otiosam & scopis mūdatam, ei sese insinuet, & summa cum facilitate domum patentem ingrediatur? Quàm cunctos tępore illo luctu confici, quàm riuos lachrymarum effundere, madentesq; vbertim oculos peruideri, & flere atq; ingemere vniuersam ecclesiam deceat? Iam post sacramentū communionem, post sacri lauacri splendorem, post Christi societatem lupus ille agnos de nostro ouili rapere potuit & retinere: tu cùm tantam calamitatem, tantā iacturam vides, non lachrymas commoues? Quā purgandi rationem habere tua istā possint facinora? Si nō his vicem fratris dolere, saltē pro te ipse verere & expergiscere. Si domum tui vicini consumi incendio videris, etiā si infestissimus tibi sit ille vicinus: nónne intētissimè ad extinguendū occurres, ne ignis paulatim K repens, tua quoq; vestibula incat? Idē in his, qui dæmone agitātur, cōsidera: ignis quidē & exitiosum incēdiū dæmonū agitatio est. Cape igitur ne tuā etiā animam dæmon sensim, paulatimq; incedēs occupet. Cumq; eū præsentē videris, refuge quamprimū ad dominum, vt perfecto animi tui ardore, & studio dæmon nullū sibi aditum apud te dari intelligat. Nā si viderit desidiosum, oscitantē, otio & pigritia marcescentē: cōpendio te vtpote diuersoriū desertum ingredietur. At si excitatum, intentū, studiosum, paratum, cœlum ipsum petētem, ne respicere quidē audebit. Quamobrem etsi fratrem cōtemnis, tamen rebus tuis cōsulere, & aditū omnem in tuum animum immundo illi spiritui occludere debes. Nihil autem est, quod tam excursionē eius aduersus nos arcere ac repellere valeat, quàm orādi ac deprecandi intentum studium. Haud enim illa diaconi exhortatio erecti constantisq;, frustra & sine causa instituta sancitaq; est: sed vt nostras repentes humi cogitationes erigeremus, vt nostrum animum pressum, demissum, fatigatum rerum humanarum cura, reiecta L omni eiusmodi solicitudine, erectum, leuatum, recreatum, deo immortali repręsentaremus. Animum igitur iubemur erigere. Quo verbo Paulum quoq; modo eodem vtentem licet perspicere. Cùm enim ad homines iacentes, & onere aduersarum rerum occumbentes, ac penè perditos scriberet, dicebat: Languentes manus, & Hebr.12.d. resoluta genua erigite. Quid igitur? num de manibus & genibus corporis scribit? Minimè. Non enim cum hominibus cursum, pugilatúmve exercentibus ille disputat: sed vires cogitationum prostratas tentatione, suscitandas his verbis monet atque hortatur. Cogita apud quem proximè stas, quibus cū inuoces deum, scilicet cum Cherubin, cum Seraphin, cum omnibus cœli virtutib⁹: animaduerte quos habeas socios, satis hoc tibi sit ad sobrietatem, cùm recordaris te corpore cōstantem & carne coaugmentatum admitti, cum virtutibus incorporeis commendare omnium dominum. Nemo igitur animo resoluto sacras illas & mysticas laudes ineat locius, nemo rerum vitæ humanæ consilia illo tempore volutet: sed omni terrena sorte animo pulsa, in cœlum quisque se totum transferat: vtpote qui propinquus solio gloriæ suæ stet, & cum Seraphin volitet, atque ita laudem sanctissimam referat summo, optimo, glorioſissimo deo. Idcirco bene constare M tempore illo iubemur. Bene enim constare nihil aliud est, nisi ita constare, vt hominem conuenit, qui coram deo immortali stat, cum horrore tremoreq;, cum sobrio, parato, studioso q; animo. Nam id quoque vocabulum pertinere ad animum Paulus idem docet, cùm Philip.4.a. dicit: Sic state in domino charissimi. Etenim vt sagittarius, qui sua tela directurus sit, probè ac scitè priusquam mittat quemadmodum constet, procurat: & vbi se per directum calci proposităe accuratè constituit, tum iacere incipit. Idem etiam tu agere debes, cùm sagitta pessimum illud infestumq; hostis diaboli caput transfigere cupias, cura de statu cogitationum tuarum accipere prius, vt ex directo, & sine vllo impedimento fixo pede tela tua probè in illum possis dirigere. Hactenus de oratione. Cùm autem post illam orandi desidiam genus insidiarum aliud aggressus hostis idem diabolus, molestiam quam iam intulerit: nos hac etiam sua tentandi facultate eum frustrari faciamus. Qui enim infestus & pessimus ille molitus est, cùm vos ad hunc modum, quasi ad corporis compagem vnius adductos,

A adductos, constitutosq; vidisset magna cum intentione præcepta vitæ opinionisq; optimæ accipientes animaduertisset: submittere quidem aliquos è suis ministris, qui consilio & hortatu sue vos à studio audiendi abducerent, minimè ausus est, ratus scilicet neminem vestrum tali consilio obtemperaturum: sed latrunculos quosdam, furaces homunculos vestræ inseruit multitudini, quibus molitus sæpius est, vt à multis aurum appensum subriperetur. Ne igitur hoc semper accidat, & vestrum auscultandi animum iactura pecuniæ furto indies inualescen.te extinguat, consulo atq; hortor neminem huc venientem secum portare aurum: ita enim efficietur, vt nunquā vestra attentatio præstet illis furandi occasionem: & lętitia quam ex mora huius conuersationis capitis, nulla pecunię amissione peruertatur. Hanc enim rem ille molitus est, non ea gratia, vt vos redderet pauperiores, sed vt iacturæ pecuniariæ molestia reuocaret à studio audiendi. Nam & Iob illum ditissimum hominem omni dispoliauit pecunia, non ad eum finem, vt inops egenusq; fieret, sed B vt pietate, amoreq; illo suo erga deum singulari enuderetur. Cupit enim ille, & studet non pecunias auferre, quipp⁹ qui nihil esse hoc nouerit, sed per priuationem pecuniarum præcipitare in peccatum, delectumq; animæ. Quod quidem si facere nequeat, nihil se perfecisse arbitratur. Certior itaque de eius animo, studioq; in te frater charissime, quotiens tibi aurum, vel per fures, vel per quasuis artes auferat, facilè patere, & gratias age, vt debes, domino. Ita enim pl⁹ possis lucrari, quàm amiseris: & vulnus duplex hosti infligas, & quia non ægrè tulisti, & quia gratias domino egisti. Nam si te viderit damno pecuniarum frangi, eoq; adduci, vt in dominum perturberis: nūquam desistet, quin idem moliatur & inuehat. Sed si te non modò non blasphemare deum, qui te creauit, verūetiam gratias illi agere in rebus perspexerit arduis: recedet prorsus à tentationum negotio, certus scilicet causam gratiarum agendarum, fidelisq; & constantis animi præberi tibi ab ipso rerum aduersarum periculo: itaque palmam confici tibi illustriorem, & præmia dari ampliora. Quod certè vel iure Iob illi piissimo euenisse constat. Cùm enim sublatis opibus, & corpore morbo grauissimè infestato animum nihilominus sibi constare & gratias agi perspexerit, non iam aggredi ausus est sed turpiter, & omni venia procul deiectus abiit, reliquitq; sua opera illum dei athletam clariorem. Hoc igitur nos quoque & tenentes & cogitantes, peccatum rem vnam metuamus, & euitemus: cætera animo forti & constanti feremus, siue iactura pecuniarū, siue corporis morbus, siue temporum difficultas, siue rerum molestia, siue hominum iniuria, siue quid aliud malum nobis inuehatur. Hæc enim non solùm detrimento afficere nequeunt, sed etiam prodesse egregiè possunt, si animo grato pioq; feramus. Porrò longè plures, amplioresq; mercedes nobis hæc comparabunt, atque efficient. Iam enim vides & Iob illum, quàm post adeptam patientiæ coronam & fortitudinis, omnia quæ amiserat, dupliciter recepit. Tu verò non duplicata, non triplicata, sed in centuplum exaucta recipies omnia, si modò forti animo tuleris & tranquillo, atque etiam vitam possidebis æternam: quam vtinam omnes adipiscamur, gratia & humanitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula seculorū, Amen.

Tomus quintus.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, D
de incomprehensibili dei natura, contra Anomœos hæreticos.

Homilia quinta.

QVi rem sibi explicandam proposuerit amplio rem, & tam prolixum desiderantem sermonem, vt non vno, ac altero die, sed vix pluribus possit expediri: eum necesse habere arbitror non vniuersam eodem dicendi cursu rem offerre auditorum auribus, sed in plura partiendo leuius hinc, & facilius reddere onus orationis. Nam & lingua, & aures, & singuli nostri sensus modum, normam, & limitem certum habent datum à natura. Quemadmodum qui egredi, superareq; contēdit, vel ab ea ipsa data, præsentęq; sibi facultate eiicitur: & quod seruare potest, amittit, cùm plura, quàm valeat prosequatur. Quid luce iucundius? quid radio Solis acceptius? Attamen res hæc tam iucunda, tam accepta & placida, vbi supra modū sese oculis nostris obtulerit, grauis molestaq; occurrit. Quamobrem deus immortalis noctem diei succedere voluit, quæ oculos fatigatos demissis genis operiret, & pupillis quietem reconciliaret, atque ita vim recrearet videndi, & ad futurum officium redderet aE ptiorem. Hinc etiam vigilia, & somnus res inter se cōtrariæ, pariter iucundissimæ accedunt suę moderatione vicissitudinis: & cùm lucem suauem nominemus, somnum quoque suauem dicimus, qui nos dimouere à luce consueuit. Ita omnibus in rebus graue, molestumq; est, quod immodicum: suaue, vtile & iucundū, quod modicum est. Quam ob causam & si dies iam quintus posteaquàm agere de incomprehensibilitate incœpimus, tamen nondum perficere disputationem voluimus totam: sed adhuc partim differendum, partim relaxandum censuimus. Verùm vbi nam disputationem reliquimus nuper, inde etiam repetamus necesse est: cùm vna quædam dicendi sit series & sequela. Diximus autem à Ioanne filio illo tonitrui proposi tum esse, Deum nullus vnquam vidit, vnigenitus filiꝰ, qui est in sinu patris, ipse exposuit. Hodie quo loco ipse vnigenitus dei filius exposuerit, comperire atq; excipere operæprecium est. Respondit, inquit, Iudæis & Ioan.6.e dixit: Non quia patrem vidit quisquam, nisi is qui est ex deo, hic vidit patrem. Visionem hic rursus cogni- F tionem appellat. Nec vbi, nullus vidit patrem, dixisset, tacuit, ne quis de hominibus tantùm hoc dici existimaret: sed cùm ostendere vellet nec angelos, nec archangelos, nec virtutes omnino supernas cognoscere, certum hoc ipsum ex his quæ adiūxerat reddidit. Cùm enim proposuisset, Non quia patrem vidit quisquā: addidit, nisi is qui ex deo est, hic vidit patrē. nam si, nullus, tantummodò dixisset, complures credo de natura duntaxat humana hoc dici arbitrarentur: nunc verò quòd vbi, nullus, proposuit: adiunxerit, Nisi filius: ea ipsa vnigeniti adiectione omnem secludit creaturam. Quid igitur? nunquid spiritus etiam sanctus secl⁹us est? Nequaquam, pars enim creaturæ ille non est: vocabulum id autem, nullus, semper ad distinguendā creaturæ tantùm conditionem poni solitum est. Itaque fit, vt nec si de patre agitur, filius remoueatur: nec si de filio, spiritus vnquam secludatur. Atque vt hoc ipsum continuò explanetur, videlicet verbum hoc, nullus, nō ad spiritus sancti seclusionem, sed ad creaturæ positū, dum de ea ipsa cogitatione filij vnius disseritur, audiamus quid Paul⁹ ad Corinthios scribat, Quis enim scit 1.Cor.2.c quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est?

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ita & quæ dei sunt, nullus cognouit, nisi spiritus dei. Quemadmodum igitur eo loco cùm, nullus, dicatur, non seiungitur filius: sic etiam hìc, vbi de Christo, nullus, positum est, non spiritus secluditur sanctus. Patet ergo hoc ita esse, vt proposuim⁹. Nam si cùm diceret, nullus patrem vidit, nisi is qui ex deo est, secluderet spiritum: vacanter Paulus scriberet, vt homo sua quisque nouit, sic spiritus sanctus rē dei nouit diligentissimè, & tenet. Vnus quoq; eodē hoc dicitur modo: habet enim eandē omnino vim atq; potestatem. Quod ita esse ex eodem illo authore accipies, Vnus deus pater, ex quo omnia: & vnus dominus Iesus Christus, per quem omnia. Nam si quòd vnus dicitur pater, filius à deitate secluditur: pari vtique ratione pater quoque dominatione dimouebitur ipse, quòd filius vnus dominus dicitur. At verò non propterea pater secludetur à dominatione, quia Christus vnus dicitur dominus: ergo nec filius dimoueri à deitate debet, cùm vnus deus pater proponitur. Si autem dicāt, idcirco vnus deus dicitur pater, quoniam filius etsi deus est, tamen non talis est qualis pater: licet his eisdem vti in eos, quæ ipsi aduersum nos sumūt, & ponūt, scilicet vnus dominus Christus dicitur, quoniam dominus quidem pater quoque est: sed nō talis qualis filius est. Quod si nephas dictu, nec prius illud ratione vlla dicendum est. Sed quemadmodum, cùm vnus dominus Christus dixeris, non patrem secludis à perfecta absolutaq; dominatione: nec est cur filio vni rationem tribuas dominandi: sic cùm vnus deus pater protuleris, nō à vera germanaq; deitate excludis filium. Nec est quòd patris vnius deitas esse confirmetur, filium quippe deum esse, & talem qualis pater est deum, dum tamē filius manet, constat ex eo ipso, quod additur. Nam si nomen hoc, deus, patris tantummodo esset, nec posset vllā significare personam, siue hypostasim aliam: sed illam solam primā atque ingenitam: vtpote proprium eius vnius, & peculiare (vt ita dicam) notificum, vacanter pater adiūgeretur. Satis enim esset dixisse, vnus deus. Ita enim cùm diceretur, facilè intelligerem⁹. Verùm quoniam, deus, nomen commune patris & filij est: atque ob eam causam, si vnus deus tātùm dixisset, quem nam deum referret, minus constaret. Ideo pater addidit, vt de prima illa & ingenita hypostasi, seu persona dici ostenderetur, tanquā deus, nomē solum satis eā nō posset exprimere, cùm pater id commune haberet cū filio: nomina enim diuina partim communia, partim propria habentur. Communia, vt eadem atque indifferēs substantia ostendatur: Propria, vt personarum denotetur proprietas: pater nanque & filius, nomē personæ proprium est: deus, verò & dominus, cōmune. Quamobrē vbi nomen commune, deus, proposuisset author ille sapientissimus, meritò proprium id addendum censuit, vt posses de quo diceret, intelligere, ne in execrandam illam incideres Sabellij opinionem. Nec enim, deus, nomen maius, quàm dominus esse: nec dominus, minus quàm deus, patet veteri in testamento, in quo pater frequenter dominus dicitur: Dominus deus tuus, dominus vnus est. Dominum deum tuum adorabis, & ei soli seruies. Itemq; Magnus dominus noster, & magna virtus eius, & sapientiæ eius non est numerus. Atque etiam cognoscant: quia nomē tibi dominus, tu solus altissimus in omni terra. Atqui si, dominus, nomen minus, quàm deus, indignumq; illa substantia esset: haudquaquam filium, qui minor eorum sententia esset, nomine eodem quod patri conueniat, eiusq; vnius proprium sit, appellare oportet. Sed non ita, non ita. Nec enim filius patre inferior est, nec dominus nomen, quàm deus abiectius. Quapropter vicissim modò de patre, modò de filio sine vllo discrimine scriptura sacra his appellationibus vtitur. Itaque vt patrē dominum appellari audiistis, filium quoq; deum dici audite: Ecce virgo cōcipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum nobiscū deus. Vides quomodo & patri dominus nomen, & filio deus nomē reddatur: vt enim ibi est scriptum: Cognoscant, quia nomen tibi dominus: ita hoc loco: Vocabitur nomen eius Emmanuel: itemq;, Puer natus est nobis, & filius datus est nobis, & vocabitur nomen eius magni consilij angelus, deus fortis & potens. Velim consideres ingenium, & spiritalem sapiētiam prophetarum. Nam ne cùm deum tantummodo diceret, de patre differere putaretur, incarnationis prius meminerant. Nō enim pater ipse natus de virgine est, nec factus est puer. Quando etiam propheta alius ita scribit: Hic deus noster, non existimabitur alius aduersus eum: addidit, Inuenit omnem viam scientiæ, & dedit eā Iacob puero suo, & Israël electo suo: post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Paulus verò sic ait: Ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus, in secula, amen. item: Omnis fornicator aut auarus non habebit hæreditatē in regno Christi & dei. Ad hæc per illuminationē dei, & saluatoris nostri Iesu Christi, Ioannes quoque sic nominat eum, cùm dicit: In principio erat verbū, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Sint ista, inquis: sed illud ostende, vbi scriptura filium patri cōiungens, dominum patrem ipsum appellat. Ego verò non istud solùm, sed etiam dominum tam patrē, quàm filium appellari iunctis personis facilè ostendam. Vbi Christus cùm aliquādo cum Iudæis dissereret, quid vobis videtur de Christo, interrogauit, cuius filius est: Illi dicūt: Dauid. Dicit eis: Quomodo igitur Dauid in spiritu dominum eum vocat, dicens: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis? Ecce dominus, & dominus. Visne præterea vbi deum patrem, & deum filium nominet, sanctis personis accipere? Audi cū Dauid prophetam, tum apostolū Paulum: Sedes tua deus in seculum seculi, virga directionis, virga regni tui. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxit te deus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Paulus hoc idem allegat, & suæ sententiæ testimonium adhibet cùm dicat: Et ad angelos quidem dicit? Qui facit angelos suos spiritus: ad filium autem: Thronus tuus in seculum seculi. Sed quamobrem, inquis, patrem hoc loco deum appellat, filium autem dominum? Non temerè, nec sine causa id facit, sed quòd aduersum gentilas ageret, qui deorum opinionē plurium laborarent: nec illi dicerent: Cùm nobis deorum, aut dominorum plurium cultum vitio des, ipse eidem es obnoxius crimini, cùm deos dicas, non deum. Idcirco indulgens imbecillitati eorum, nomine filium appellauit diuerso, quod tamen vim eandem omnino obtinet. Quod ita esse latè intelliges, si eam epistolæ partem altius repetamus. De his autem quæ idolis sacrificātur, scimus quoniam omnes scientiam habemus. Scientia inflat, charitas verò ædificat. De escis autem quæ idolis sacrificantur, scimus quoniam nullum idolum in mundo est: & quoniam nullus deus, nisi vnus. Vides quomodo in eos, qui plures colerent, deos disserit. Nam & si sunt qui dicuntur dij & domini multi, siue in cœlo siue

1.Cor.8.b

Esa.7.b

Psal.82.c
Hie.23.b
&.33.c
Esaiæ.9.a

Baruc.3.d

Rom.9.a
1.Cor.5.d
Ephe.5.b

Ioan.1.a

Mart.22.d

Psal.109.a

Ibiué.44.b

Hebre.1.c
Psal.103.a
Ibidé.44.b
&.88.c.f

1.Cor.8.a

Deut.6.a
Ibidem.c
Psal.146.a
Ibidé.82.c

A siue in terra, eosdem ita impugnat. Vt certè sint dij multi, & domini multi, hoc est qui dicantur: nobis tamen vnus deus pater, ex quo omnia: & vnus dominus Iesus Christus, per quem omnia. Hinc etiam, vnus, addidit, ne deos item plures introduci illi arbitrarētur. Et quānuis patrem deum vnum appellet, tamen non à deitate secludit filium: vt etsi filium dominum vnū dicit, non tamen remouet patrem à dominatione, sed imbecillitatem emendat gentium, nec vllam vult dare occasionem. Quod idem certè causa etiam fuerat quamobrem non expressè ac manifestè: sed obscurius raroq; à prophetis filij⁹ dei Iudeis significaretur. Quòd enim ipsi nuper errore deorum plurium essent abiuncti, sed iterum deum & deum audiuissent, prorsus ad morbum animj reuerterentur. Quocirca frequens id apud prophetas vsurpatum est: Vnus deus est pater: cùm nullus est alius, non quòd secluderet filium, absit: sed vt hominum imbecillitatem emendaret, ac suaderent ante suspicionem plurium filiorum deorum reiicere, q̄ filium & hunc deum prædicarent. Quoties igitur audis, vnus & nullus, & cætera generis eiusdem: nō trinitatis opinionem diminui, sed quātum inter eam, & creaturam interest, verbis his ipsis signari arbitrare. Quippe cum etiam alibi dicat: Quis cognouit sensum domini? Quod quidem, quis, nec filium, nec spiritum à cognitione secludere ostensum iam his quæ suprà diximus est, cùm testimoniū afferremus illud: Quis enim scit quæ sint hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? Ita & quæ dei sunt nullus cognouit, nisi spiritus dei. Ad hæc filius ait: Nullus cognoscit filium, nisi pater: neq; patrem quis cognoscit, nisi filius. Igitur & hoc loco ad eandem sententiam accipe: non quia patrem quis vidit, nisi qui est ex deo, hic vidit patrem, plenè & exquisitè illum nouisse, & causam quamobrem nouerit dicit, quoniam quòd ex eo est. Cuius item documētū, quòd eum norit exquisitè. Hinc enim apertè eum nouit, quia ex eo est, argumentoq; est ex eo, q̄ eum planè aperteq; cognoscit. Substātia nanq; substātiam nunquam perfectè intelligere potest, etiam si parum interest. Audi quid propheta de angelis, ac de hominum genere dicat, quàm parum inter eā vtranq; natura interest. Cùm enim proposuisset: Quid est homo, quòd memineris eius, aut filius hominis q̄ visitas eum? addidit: Minuisti eum paulominus ab angelis. Veruntamē etsi parum discriminis est, tamē quia interest aliquid, nescimus exquisitè angelorum substātiam, nec si summè philosophabimur, comperire nunquam quid sit poterimus. Sed cur de angelis loquor? Quando nec ipsius quidē animi nostri substantiam satis nouimus, imò nullatenus attingere valeamus. Sin illi nosse contendunt, percontare quid nam substantię sit animus, nunquid ignis, num aër, num aqua, nū terra? Nihil ex his esse dicent. Hæc enim omnia corporea sunt, ille incorporeus est. Tamen qui angelos nesciunt, qui eos animos ignorant, iidē dominum, & cōditorē omnium rerum scire exquisitè contendūt. Quid hac amēti⁹ potest fieri tetrius? Sed cur de substantia loquor animi? Iam quēadmodum insit animus in nostro corpore ignoramus. Quòd enim dixeris, extendit sese vnà cum dimensione corporis, totaq; infusa per artus mēs agitat molem. At hoc penitus ratione caret. Cùm id corporis proprium sit, atq; ita euenire videamus, vt plerunque & manibus præscisis & pedibus integer ille permaneat, nihilo plus truncatus, corpore diminuto & manco. Sed non tota toto in corpore est, sed parte se colligit certa & residet: ergo reliquas partes reddi in animas necesse est. Sed dici ne id quidem potest. Verùm animum esse quidem in nostro corpore nouimus: sed quemadmodum sit, ignoramus. Et quidem etiam hanc rationem sciendi propterea deus immortalis à nobis secluserat, vt larga quadam argumenti copia nostra opprimeret ora, & mentem fragilem detineret, ac deorsum moueret: cōstaretq; minimè res maiores, quàm vires possunt humanæ attingere, scrutari & curiosè exquirere. Sed ne rationibus nostris hæc cō firmemus, scripturam iterum repetamus sacrā, vt inde argumēta longè potiora deducamus. Non quia patrem vidit quisquam, nisi is qui ex deo est, hic vidit patrem. Sed quid hoc doceat, nondum id verbum cognitionem vlli plenam, exquisitamq; attestatur. Sed creaturam quidem minus eum nosse signat, cùm dicat: Nō quia patrem vidit quisquam. Filium item nosse eundē significat, cùm addat, nisi is qui est ex deo, hic vidit patrem. Verùm exquisitè eum nouisse, & ita, vt ipse se nouit, nondū explicatum est. Dixeris enim: Esse itaq; potest, vt nec creatura, nec filius eum expressè sciant: sed quanquam expressius, quàm creatura filius nouerit, tamen plena illa & exquisita comprehensione filiū quoque carere. Nam quòd eum videt, quicquid tandē est cognoscere ait: perfectè autem & absolutè cognoscere, & ita vt seipse, nondum ostendit. Vultisne igitur huius quoque fidem à sacris scripturis, atq; à voce domini ipsa petamus? Audi quid ad Iudæos ipse dicat: Sicut cognoscit me pater, & ego cognosco patrē. Quid hac cognitione certius quæras? Interroga aduersarium, an pater filium exquisitè norit, omnemq; eius teneat rationem, nec eum quicquam filij lateat, sed integram, expletam, & absolutam quandam cognitionem percalleat. Ita est inquit. Ergo cùm audis ita filium patrē nosse, vt & ipse pater filium nouit: nihil præterea quærere, nihil ambigere debes: cum tam pari modo inter sese æquent cognitiones. Quod idem etiam alibi exprimit, cùm dicit: Nemo cognoscit filium, nisi pater: neque patrem quis cognoscit, nisi filius, & cui velit filius reuelare. Reuelat autem non quantum ipse cognoscit, sed quantum nos recipere possumus. Nam si Paulus ita fecit, multò magis Christus idem facere debet. Ille quippe ad suos discipulos scribens, sic ait: Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalib⁹: tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam: nondum enim poteratis. Sed dicet fortasse agendum ita fuisse cum Corinthiis tantum. Quid si pleraque alia nouisse ipsum ostendam, quę nemo acceperit, sed vnus ipse sciens è vita abiit? Vt hoc in his quæ ad Corinthios scribit, sic enim dicit: Audiui ineffabilia verba, quæ non licet homini loqui. Veruntamen hic etiam ipse, qui ineffabilia audiuisset, & quæ nemini narrare liceret, particularem quandam cognitionem tenuit, & multò futura illa inferiorem. Qui enim hoc retulit, idem etiam illa scribit: Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Itemq;, Cùm essem paruulus, loquebar vt paruulus, sapiebam vt paruulus, cogitabā vt paruulus. Atque etiam nunc video per speculum in ænigmate, tūc autem facie ad faciem. Iam omnis istorum deprehenditur fraus, omnis fallacia coarguitur: quando enim ipsa dei substantia ignoratur, nequaquā an sit, sed quid sit: furoris certè est summi vel nomen ei tribuere, nedum comprehendere opinari. Quanquā & si nota certaq; haberetur, non tutum propterea esset nosipsos iudicio nostro modum appellandi statue-

B
Rom.11.d
1.Cor.2.c
Matt.11.d
Ioan.6.c
Psal.8.b
C
D
E
Ioan.6.c
Ibidé.10.c
Matt.11.d
1.Cor.3.a
F
2.Co.12.a
1.Cor.13.c
Ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G re ſubſtantiæ domini. Nam ſi Paulus nomen virtutibus ſuperis imponere minus auſus eſt, ſed cùm dixiſſet: Cõſtituit Chriſtum ſuper omnem principatum, & poteſtatẽ, & virtutem, & omne nomen quod nominatur, nõ ſolùm in hoc ſeculo, ſed etiã in futuro: cùm do Ephe.1.d cuiſſet nomina nonnulla eſſe virtutum, quæ tunc ſcire poterimus, minimè ipſe confiſus, eſt vel alia pro illis ſtatuere nomina, vel eadem illa exquirere: quî fieri poteſt, vt his omnibus aut ignoſcatur, aut purgãdi detur occaſio, qui in ipſa ſubſtantia domini tam temerè audent, totq; nefaria committunt: Quando autem ipſius quoque ſapientiæ ratio ignoratur, profectò genus id hominum non ſecus, quàm inſanos delirosq; deſpicere, aſpernariq; debemus. Iam deum eſſe vnigenitum certum eſt, nomen tamẽ idipſum eſſe diuinæ illius ſubſtantiæ à nullo vel propheta, vel apoſtolo, vel euangeliſta, aut expreſſẽ, aut per ambagem propoſitum eſt. Et rectè quidem: qui enim ipſam ignorarent ſubſtãtiam, quo pacto eius nomen tradere haberent? Sed cur de ſacris loquor ſcripturis, quando tam abſonè, tam iniquè de natura dei proponitur quæſtio, vt ne illis quidẽ gẽ- H tilibus, qui à vera opinione aberrarunt, tale quid vnquam placuerit? Nemo enim naturæ diuinæ definitionem reddere, vnóve amplecti nomine deũ auſus eſt. Sed cur naturã, inquam, diuinam, quando ne virtutes quidem incorporeas, quos deos appellant, illi inferiores plenè definierunt, ſed obſcura quadam expoſitione ac deſcriptione, potius q̃ definitione docuerũt? Verùm quid iſti pro ſua eximia ſapiẽtia ex his quæ diximus, inferent? Ergo deum, quem colis, ignoras. Prorſus nihil ad hanc eorum obiectionem reſpondere debemus, cùm tam latè ſcripturæ ſacræ authoritatibus demonſtratum ſit fieri non poſſe, vt quid ſubſtantiæ ſit deus ſciatur. Verùm quoniam non propter inimicitias agimus, ſed quò eos doceamus & emendemus: agè benignè id etiam oſtendamus, non eos qui neſciũt quid ſubſtantiæ deus ſit: ſed eos potius, qui ſcire contendunt, deum ignorare. Dic quæſo, ſi inter duos orta altercatio eſſet de cœli magnitudine: quorũ alter negaret hominis oculum rem poſſe percipere, alter contenderet fieri poſſe, vt palmo ſuæ manus facilè metiendo totam molem tranſmitteret: quem cœli nouiſſe dixe- I ris magnitudinem: eúmne, qui ſcire contendit, quot palmos cœli ambitus compleat, an eum qui neſcire cõfiteatur? Hunc prorſus. Quòd ſi qui cœli amplitudini cedit, hic potius nouit eius magnitudinem: longè omnino abeſt, vt is mente ſit ſanus, qui in dei immortalis ratione ne tantillum quidem cenſeat temperandum. Requiritur certè à nobis, vt eſſe deum ſciamus, nõ vt quid deus ſit, indagemus. Quod Paul⁹ doctor eximius Heb.11.b docet, cùm dicit: Credere enim oportet eum, qui ad deum accedit, quia eſt. Propheta item cùm impietatis quempiam argueret, nõ crimini aſſignat quòd neſcit, quid deus ſit: ſed q̃ deum eſſe ignorat, quippe qui ita Pſal.13.a ſentiebat: Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt deus. Igitur vt ille impius eſt, non quia deum quid ſubſtantiæ ſit, ignorat: ſed quia neſcit deum eſſe, ſic ſatis ad pietatem eſt ſcire deum eſſe. Sed habent aduerſarij noſtri aliam quoque argumentandi meditatam, euigilatamq; Ioan.3.c. & 2.Cor.3.d rationem. Dicitur, inquiunt, deus ſpiritus eſt. Sed nun quã hoc nomen exprimens diuinæ ſubſtantiæ eſt. Quis enim ſi nuper adeò fores ſcripturæ ſacræ adierit, non peregrinam & omnino alienam iudicet iſtam ſententiam? Iam enim eadem ipſa ratione deus ignis quoque. Nam vt ſcriptum eſt, deus ſpiritus eſt: ita ſcriptum habemus, Deus noſter ignis conſumens eſt. Itemq; : fons K Hebr.13.g aquæ viuæ. Nec ſpiritus, & ignis, & fons ſolùm ſit: ſed Hier.2.c etiam animus, & ventus, & mens humana, & complura alia multò iis quæ modò enumeraui, abſurdiora. Nõ enim omnia perſequi debeo, nec illorum inſaniã imitari. Spiritus quippe nomen plura ſignificat. Nam & animum noſtrum, velut cùm Paulus dicit: Tradite ho 1.Cor.5.b minem huiuſmodi ſatanæ, vt ſpiritus ſaluus ſit. Et ventum, vt propheta, inquit: Spiritu violento cõteres eos. Pſal.47.b Donum etiam ſpiritale ſpiritus dicitur: Ipſe ſpiritus Heb.16.c conteſtatur ſpiritui noſtro. Item: Orabo ſpiritu, orabo 1.Co.14.c etiam mente. Ad hæc ira atq; excandeſcentia, authore Eſaia: Non tu es, qui meditaris ſpiritui duro interime- Eſa.27.b re eos. Præſidium quoq; & auxilium dei vocari ſpiritũ nouimus: ſpiritus enim ante faciem noſtram Chriſtus dominus. Erit igitur deus hæc omnia illorum ſententia, atq; ex his ipſis rebus conſtabit. Sed ne tempus incaſſum teramus, dum confutanda refellendaq; proponimus, quæ tam perſpicui ſunt erroris, vt nullam penitus poſtulent contradictionem: agè finẽ hic faciamus dicendi aduerſus eos, ad orandumq; more noſtro veniamus. Ergo pro his amplius rogemus, atque oremus, L vt aliquando inſania liberentur: hoc enim gratũ acceptumq; deo ſaluatori eſt: Qui omnes homines vult 1.Timo.2.b ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Minimè igitur negligendum, vt preces pro his agamus, ſupplicemusq; domino. Aptiſſima enim arma oratio eſt, theſaurus certè perpetuus, diuitiæ inexhauſtæ, portus quietus, occaſio tranquillitatis, denique author parẽs, fons, & radix bonorum omnium, & innumerabilium oratio eſt, atq; etiam regia ipſa facultate potior & ſuperior. Sæpius itaq; euenit, vt cùm rex ipſe ægrotet, cubet, febriat, ardore laboret, & adſint medici, adſint clientes, familiares, proceres, milites, duces: non ars medicorum, non amicorũ præſentia, nõ familiarium adminiſtratio, non medicamentorum copia, non apparatus magnificentia, non pecuniarum facultates, non aliud quicquam rerum humanarum poſſit reddere infeſtantem ſuorum leuiorem. At ſi quis vetus apud deum familiaritate acceſſerit, & corpus langues duntaxat tetigerit, & ſyncerè pro eo orauerit, languorem omnem expellit: & quod non diuitiæ, nõ numerus miniſtrorum magnus, non medicinalis ſcientia, non re- M gius faſtus efficere potuit, hæc vnius pauperis, atq; egeni oratio potuit. Orationem autem dico, non tenuem illam & deſidioſam, ſed eam quæ intenta, & animo dolente, & corde cõtrito proficiſcatur. Hæc enim eſt quę in cœlum ſcandere valeat. Et quemadmodum aqua dum per plana & ampla ſpacia fertur, non in altũ exurgit, ſed tenuem ſeſe latè quaque verſus expandit: cùm autem manu artificum ſubtus, colligente ſtringenteq; coacta fuerit in anguſtum, iam inde ſolicita omni telo velocius ſe in excelſum iacultatur petitq; regionem ſupernam. Sic mens humana dum otioſa, & liberior, quàm expediat degit, diffunditur, lateq; effluit: cùm autem rerum euentu aſperiori, caſuq; ſubtus coarctante aduerſo ſolicitetur, iam agilius ſe extrudit, & intentas, dilucidasq; orationes mittit in excelſum. Atque vt intelligamus eas potiſſimũ orationes posſe exaudiri, quæ preſſo afflictoq; animo reddantur, audi quid propheta referat: Ad dominum cùm tribularer, clamaui, & exau Pſal.119.a diuit me. Igitur noſtram feruefaciamus conſcientiam, affligamus animam, torqueamus memoriam peccatorum, vt non in anguſtam deducamus viam, ſed vt ideo neam exaudiri à deo efficiamus, vt vigilem, ſobriã, & ipſum

A ipſum cœlum tangentem reddamus. Nihil tam pigritiam & negligentiam poteſt expellere, quàm dolor & afflictio animi, quæ vndiq; cogitationes vagantes colligat, & ſua in ſede cõſtituat. Qui ita afflictꝰ mœſtusq; orat, hic lætitiæ plurimum poſt orationem ſibi poteſt conciliare. Et vt frequentia nubiũ principiò cœlũ obfuſcat: vbi verò percrebras dimiſerit ſtillas, iam & hu more ſepoſito, ſerenum cœlum & dilucidum facit: ſic mœror animi dum intus verſatur, caligine cogitationem noſtram obducit: cum autẽ verbis orationis & lachrymis, quæ ſolent comitari orationẽ, foras verſus euaporatus, difflatusq; euanuit, plurimũ iam inde ſplendoris afferri in animũ ſolitum eſt, fauore ſcilicet humaniſſimi & liberaliſſimi dei, veluti radio quodam in eius qui orat animum ingruente, ac luce afficiẽte lætiſſima. Sed quàm frigidam, q̃ ineptam & ſordidam cõplures ſui erroris reddant rationem. Non audeo, inquiunt, minimè confido, me pudet, ne diſiicere quidẽ os poſſum, peccata me detinent. Satanica iſta verecundia eſt, pudendi ratio peſſima, obtentus negligentię, ac deſidiæ occludere tibi aditum ad miſericordem & cle B mentiſſimum deum. Tuus hoſtis diabolus petit, cùm te tam verecundũ facit, & pauidum. Diffidiſne? Magna idipſum ad confidẽdum facultas, magna hinc proficiſcetur vtilitas, ſi te arbitraris meritò carere fidendi audendiq; facultate, vt contrà ſummus pudor, ſummum dedecus, ſumma condẽnandi ratio, ſi te arbitreris poſſe fidenter agere. Quamquam enim multa ex officio feceris, quãquam nullius tibi ſis conſcius mali: modò putes agere poſſe fidẽter ac liberè, omni gradu orationis continuò eiicieris ac decides. Contrà, ſi onera cõſcientiæ innumerabilia ſuſtines, peccatis ſummis grauaris: nec eſt quod te non premat delictum, modò illud vnũ perſuaſum ſit tibi, te omnium eſſe minimum, mirificè tibi animus fidẽdi audendiq; apud deum præſtabitur. Quãquam id nulla humilitas eſt, vt cùm peccator ſis, peccatorẽ te opineris: humilitas enim eſt quotiẽs quoſpiam rerum ſibi præclararum conſcius, nihil magni de ſeipſo exiſtimat. Quotiens quis Paulo ſyllabis dicere iure ſuo poteſt: Nullus mihi ipſe ſum conſcius: & tamen 1.Co.4.a dicit, non in hoc iuſtificatus ſum, &, Chriſtus Ieſus ve- 1.Tim.1 nit peccatores ſaluare, quorũ primus ſum ego. Hoc eſt C humilitas, ſi te excelſum per virtutum officia, humilẽ per opinionem reddas. Deus tamen pro ſua ineffabili humanitate, non ſolùm modeſtos illos & humiles, ſed etiam eos qui ſua confitentur peccata, recipit, complectitur, benigniſſimè tractat. Atque vt planius intelligas, quàm ſit bonum nihil magnum de ſe opinari, finge animo bigam duplicem: quarum ſub altera virtus iuncta ſit cùm ſuperbia, ſub altera peccatum cum humilitate. Videbis enim bigam illam peccati virtute facilè anteire, palmamq; decurſionis celerioris obtinere, non peccati pernicitate, ſed coniugatæ humilitatis facultate. Contrà, bigam altſtram virtutis retardari & vinci, non imbecillitate virtutis, ſed ſuperbiæ mole ac pondere. Vt enim humilitas præ ſumma ſua excellentia, peccati ſuperat pondus, atq; in cœlum peruenit: ſic ſuperbia præ nimio ſuo pondere, ac intolerabili grauere ſuæ molis prævalet, adeò vt etiam leuiſſimam illam, & ſupernam virtutem vincat, deorſumq; verſus facilè detrahat. Quoniam alterum quod dixi parum exiſtat pernicius altero, latius canẽ exẽplo phariſæi, & publicani illius perſpicies. Iunxerat phariſæus iuſtitiam Luc.18.c cum ſuperba, dixitq; Deus, gratias ago tibi, quia non ſum ſicut cæteri hominũ, raptores, iniuſti, adulteri, nec

velut hic publicanus. O inſaniã hominis, vniuerſa na- D tura hominum minus explere ſuperbiam eius & inſolentiam potuit: itaque publicanum proximè ſtantẽ petulantiſſimè inuadit, & elatus ſua iuſtitia temerè inſultat in hominem. Sed quid hic agit? non repellit probra ſibi obiecta, non angitur maledictis, non repugnat aduerſario, nõ vlciſcitur inimicum, ſed patitur facilè petulantiam. Itaq; efficit, vt illud aduerſarij telum medicamento ſibi occurrat, atq; remedio: & probrum conuerſum in laudem ſit, & maledictum in coronam & commendationem. Tam magnum humilitas bonum eſt, tam magnum comparatur emolumentum, dum homínum maledictis minus mordemur, dum ad illatas contumelias minus incendimur. Licet enim vel ex his ipſis fructum egregiè capere modo publicani illius: q̃ enim patiẽter probra tuliſſet, peccata ſepoſuit omnia: Lucæ.18.c cumq; dixiſſet, Deus propitius eſto mihi peccatori, deſcendit iuſtificatus ſuper illum, & dicta ſuperauerunt facta, & verba vicerunt opera. Alter nanq; iuſtitiã, & ieiunia, & decimas propoſuit ſuas, alter verba duntaxat reddidit: atq; ita effectum eſt, vt magnus ille numerus delictorum deleretur, & peccata obliterarentur o- E mnia publicani. Non enim verba deus tantummodo audiuit, verũetiam animum, quo ita dicerentur, inſpexit: quem cùm humiliatum cõtritumq; comperiret, miſertus eſt, & benigniſſimè, ac humaniſſimè egit. Hęc tamen non ob eam rem dixi, vt licẽtius peccaremus: ſed vt animum ſeruaremus humilem & modeſtum. Nam ſi homo publicanus vltimum vitiorum genus non humili, ſed facili quodam & pio duntaxat animo peccatis propoſitis, & rem, vt erat, confeſſus, tantum beneuolentiæ apud deum contraxit: quantum meritũ quęſo ſibi homines comparare poſſint, qui cum præclara egerunt bona, nihil magni feciſſe arbitrẽtur? Quas ob res vos hortor, & rogo, & oro fratres chariſſimi, crebrius deo immortali confiteamini, & enumeratis veſtris delictis veniam petatis, & numen propitium. Nõ te in theatrum conſeruorum tuorum duco, non hominibus peccata tua detegere cogo. Repete corã deo conſcientiam tuam, & explica, oſtende deo medico præſtantiſſimo tua vulnera, & pete ab eo medicamẽtum. Oſtende ei qui nihil opprobret, ſed humaniſſimè cu- F ret. Cur taces, quæ optimè ille nouit? Dic atque enumera, vt fructum maximum conſequaris. Dic vt, abſterſis hìc tuis maculis, abeas illuc mũdus, & ſine vllo dedecore, vt intolerabili promulgatione illa delictorum tuorum libereris. Tres illi pueri in fornace continebãtur, ſuamq; animam expoſuerunt certo ſuæ vitæ periculo. Veruntamen poſt tot tantaq; virtutis officia refe- Danie.3.c runt: Non poſſumus aperire os, confuſio & opprobriũ facti ſumus ſeruis tuis, & colentibus te. Cur itaque os aperuiſtis? Vt hoc ipſum diceremus, nobis os minus li- re aperire, atque ita dominum inuitaremus ad beneficium. Vis orationis vim ignis extinxit, impetum leonum cohibuit, bella compoſuit, prælia remouit, tempeſtates ſyſtulit, dæmonia expulit, cœli fores aperuit, vincula mortis diſrupit, languores eiecit, offenſas repreſſit, vrbes terræmotu nutantes firmauit, plagas cœlitus irruentes, inſidias hominum, mala denique omnia deleuit oratio. Orationem autẽ, vt iterum dicam, non eam commendo, quæ fruſtra in ore habeatur, ſed quæ ab imis animi prodeat. Vt enim arbores, quæ radicem altius miſerint, quanuis ſummũ ventorũ excipiant impetum, non frangi, aut euelli poſſunt, cùm planta, & firmiſſima ſtirpe innitantur: ſic orationes quas animus de ſuo

Universidad de Deusto
Biblioteca

G de suò imo reddiderit perquàm tutè affixæ efferũt sese in excelsum,nulloq; peruertuntur aggressu cogitationum.Vnde propheta insignis ait: De profundis clamaui ad te domine.Hæc ita doceo, non vt verbis probetis tantum,& laudetis:verũetiam vt factis palàm animum vestrũ recepisse,quæ laudat faciatis.Nam si apud homines suos quempiã casus dixisse, suasq; calamitates narrasse affert nonnihil consolationis,quasi diffla-
Psal.129.a tio quædam malorũ per ipsam narrationem ageretur: longè magis si cũ domino illo cõmuni ægritudines animi tui communicari,consolationẽ atque remedium capies.Homo enim vel grauatur plerunq; tædio alienæ querelę,& luctus repellit,fugitq; hominem miserũ: at verò deus nõ ita agit nobiscũ, sed inuitat,ducit,hortatur,acceptat . Et si totum diẽ in communicandis cũ eo tuis calamitatibus consumpseris , ita te magis magisq; diliget,& tuis precibus liberalius annuet. Et qui-
Matt.11.d dem hoc ipse dominus explicans:id dicebat:Venite ad me omnes qui laboratis,& onerati estis, & ego reficiã vos. Vocat,obsequamur:inuitat,accedamus:si peccatis innumerabilibus detinemur,cursum ob eam rem maH iorẽ in modum eò agamus. Tales enim homines ad se
Ibidem.9.b & Mar.2.c vocat.Nõ veni,inquit,iustos vocare,sed peccatores ad pœnitentiã.Homines oneratos,oppressos,fessos, fatigatos pondere peccatorũ.Deus enim dicitur consolationis,deus misericordiarum: quoniã hoc eius officiũ est perpetuũ,vt homines dolentes,mœrentes,afflictos consoletur,atq; hortetur,etiã si peccata cõmiserint innumerabilia,modò nosipsos ei dedamus, modò accedamus,nec negligamus:re ipsa experti sciemus eorum quæ proposui veritatẽ omniũ. Nihil penitus nos dolore afficere poterit , si orationẽ intentam exquisitamq; habeamus:quicquid enim acciderit,facilè per eius orationis facultatẽ repellemus . Nec mirũ si casus humanos tollere vires possint orationis , quando & ipsam peccatorũ naturam extinguunt, & cõpendio excidũt, ac delent. Vt igitur vitã cũ facilitate agamus, & quęcũque peccata contraximus,omnia reiiciamus,& fidẽter ac ardenter apud Christi iudicis nostri tribunal cõstemus:hoc assiduè nobis ipsi medicamẽtũ præparemus, ex lachrymis,studio,sedulitate pecunia compositũ.Ita enim efficietur,vt perpetua valetudine bona fruamur, I & bona illa futura obtineam°:quæ vtinam omnes nos cõsequamur, gratia & humanitate domini nostri Iesu Christi,qui cum patre viuit,&c.

Homiliarum de inconprehensibili dei natura,finis.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI *contra Anomæos sermo.*

NUm apud vos diem disserui , & inde tãtùm vos dilexi , quantùm si ab initio vobiscum essem educatus:tãtum me vobis charitatis alligãt vincula,quãtum si plurimo tempore,fructus dulcissimæ consuetudinis à vobis percepissem. Quod fit, nõ quia ego admodũ ad amicitiã & charitatẽ sim idoneus,sed quia vos desiderabiles,omniumq; maximè amabiles . Quis enim non admiraretur , & obseruaret K igneum zelum,charitatem absque simulatione , beneuolentiam in præceptores,concordiam inter vos,quibus conspicui estis . Suffigerent hæc & lapideam animam vobis conciliare . Et propterea non minus vos amamus,quàm ecclesiam illam, in qua nati, scripti,& eruditi sumus.Soror enim illa huius vestræ est , vosq; cognationem illam opere declarastis . Quanuis autem illa tempore sit antiquior, hæc tamen fide feruentior est:& illic maior conuentus est ac celebrius theatrum,sed hic maior patientia , maiorisq; fortitudinis indicium . Nam video vndequaq; hic lupos obambulare,ouile autem non imminui.Quassant sanctã hanc nauim continua tempestas & hyems , procellarumq; vis:non submerguntur tamen qui in ea nauigant.Vndecunque inuadunt hæreticæ flammę,& qui in medio sunt camino,rore spirituali perfruũtur. Est & hoc admirabile,quòd videmus in hac parte ciuitatis ecclesiã hanc plantatam,& nihilominus quasi in medio camino oleam germinantem,foliisq; comantem, & fructu grauem.Igitur cùm vos tam cordati,tamq; multis bonis digni,agè prompto studio, promissionem pridem L vobis receptam reddamus.Tũc enim de armis Dauid 1.Reg.17. & Goliath apud vos philosophabamur , sermone nostro ostendentes, hunc quidem omnigena grauiq; armatura vndique munitum , illum autem armis nudũ, fide munitissimum: & hunc quidem extrinsecus fulgidum thorace & scuto, illum autẽ intus spiritu & gratia radiantem.atque hanc ob causam,à puero certamine victum adolescẽtem, à nudo superatum armatum, à pastore prostratum militem,à pastoralis lapidis natura,bellici æris naturam contritã & corruptã. Proinde & nos lapidem illum in manus accipiem°, angularem illum & spiritualẽ inquam. Si enim Paulo philosopharI licuit de petra in solitudine,neque nobis quis succẽsebit,si lapidem illum eodem modo accipiamus.Nam sicut non natura petræ visibilis apud Iudæos , sed virtus spiritualis petræ emittit illarũ aquarum flumina: ita vtique apud Dauid non sensibilis,sed spiritualis lapis barbaricum illud caput deiecit. Et nos quoque pol licebamur vobis,nihil ex rationibus dicturos . Nostra enim arma,non carnalia,sed spiritualia,destruẽtia rationes,& omnem sublimitatem,quæ super terram sese M extollit contra scientiam dei.Præceptum nobis est, vt eas demoliamur,non extruam°:imperatum nobis est, vt eas dissoluamus,nõ armemus. Rationes enim mortalium timidę sunt.Et quare non dicam timidę:Quẽadmodum enim timidi°, etiamsi securo loco ambulet, non audet,sed formidat ac trepidat,ita quę propter rationes accepta sunt,etiamsi firma sint,nondum tamen satis certa argumẽta,dignamq; fidem animæ afferũt. Proinde quia tanta rationum infirmitas est, agè scripturis contra aduersarios pugnemus. Vnde igitur sermonis exordium sumendum?Vnde vobis placet,an ex nouo,vel ex veteri?Non enim solùm in euangeliis , & apostolorum verbis,sed & in tota veteri lege fulgentẽ vnigeniti gloriam videre licet . Vnde mea contẽtia etiam?inde aduersus illos corripienda sunt tela . Ita enim non illos tantùm,qui suos sermones inde afferũt sed & multos alios hæreticos simul prosternere poterimus,videlicet Marcionem,Manichæum,Valentinũ, Iudæorumq; omnium ora. Nam sicut cum à Dauide prostratus est Goliath , in fugam simul versus est o- 1.Reg.17.f. mnis Allophylorum exercitus:& mors quidem vnius corporis,& percussio vnius capitis erat,fuga autem cõmunis

A munis & timor totius exercitus:Ita etsi nos vnam hæresim deiecerimus,communis erit enumeratorum omnium profligatio.Manichæi enim , & qui factioni illorum socij,videntur accipere Christum, qui prædicatur:prophetas autem & patriarchas , qui illum prædicant,contemnunt,Contrà,Iudæi eos qui Christũ prædicant,accipere videntur:prophetam,inquam,& legislatorem suum : Christum autem qui ab illis prædicatur,contemnunt.Igitur si,fauente gratia dei , demonstrauerimus mãgnam vnigeniti gloriã in veteri prædictam,omnia illa,deo aduersa ora, linguasq; blasphemas confundemus & compescemus.Nam si colliquescet Christum in veteri instrumento prædicari,qua se defensione tutabuntur Manichæi, & cæteri qui cum illis scripturam contemnunt,quæ prædicat illum communem omniũ deum? Quod item effugium erit Iudæis,quam veniam merebũtur ij,qui à prophetis promissum nõ suscipiunt?Itaque cùm abunde de eis triũphare possimus, sermonem ad libros vetustiores vertamus,& ad ipsum qui aliis omnibus vetustior est , ad Genesin,inquam,& ad caput Geneseos cõscendamus.
B Dicit enim Christus:Si credidissetis Mosi, credidissetis vtique & mihi:nam ille de me scripsit:id quod nũc
Ioan.5.g declarare tentabimus . Posteaquàm igitur perfecta est omnis creatura,cœlumq; vario syderum choro coronatum,& terra omnigenis floribus ornata est,multaq; essent montium cacumina,multi campi & valles:& in summa,omnis terrę facies plantis,& arboribus,& herbis cõspicua, lasciuirentq; greges & armenta aërẽ autem impleret genus auium cantilantium natura & singulari musica:maria quoque marinis animalibus plena:similiter & stagna , & fontes , & fluuij & omnibus quæ in eis nascuntur:nihilq; esset imperfectũ, sed perfecta omnia:tunc quærebat corpus caput,ciuitas prin-
Gene.1.c cipem,creatura,inquam,hominem . Formatur° igitur ipsum deus,inquit: Faciamus hominem secũdum imaginem & similitudinem nostram.Ad quem dicit? Manifestum quòd ad vnigenitum suum.Non dixit,fac:vt ne seruile aliquid suspiceris præceptum liberi: sed dicit,faciamus: vt forma consultoriorum verborum æqualis detegeretur honor.Nam deus interdum consiliarium habere,interdum non habere dicitur , & non sibiipsi pugnat scriptura , sed per duo hæc aperiuntur
C vobis abscondita dogmata. Quando enim significare vult,deum nullius egere,dicit eum non habere consiliarium:quando autem docet æqualem vnigeniti gloriam,consiliarium vocat Christum . Et vt discas duo hæc:quòd prophetæ filium vocent consiliarium : non quòd pater opus eius consilio habeat,sed vt vnigeniti gloriam doceant:& quòd non opus habeat cõsiliario,
Rom.11.d audi Paulum dicentem:O profunditatem diuitiarum, & sapientiæ,& scientiæ dei,quàm inscrutabilia iudicia eius,& inuestigabiles viæ eius. Quis enim nouit sensum domini?vel quis consiliarius eius fuit?& propterea dicit,eum nullius indigere . Esaias verò iterum de
Esa.9.b vnigenito dei loquens,sic inquit:Puer natus est nobis, & filius datus est nobis,& vocabitur nomen eius magni consilij angelus,admirabilis,consiliarius . Et si admirabilis,cõsiliarius:quomodo Paulus dicit, Quis sensum nouit domini,vel consiliarius eius fuit? nisi quòd Paulus,sicut dixi,voluit patrẽ nullo indigere, prophetа autem æqualem filij gloriam docere voluit.Et idcir co etiam hic non dixit,fac:sed faciam°. Dicere enim, fac,præcepti esset,cuius iniungendi , quod discere vide potes.Accessit aliquando Centurio Iesum, & dicit: D Domine,filius meus iacet in domo paralyticus, & gra- Matt.8.a uiter torquetur.Quid igitur Christus?Ego cum veniam,curabo eũ Centurio autem non audebat medicum in domũ trahere,quanuis misericors ille spõte sua pollicebatur se illò iturum , vt causam & occasionem illi daret,quò virtutẽ suã nobis declararet.Præscius enim quid ille dicturus erat,pollicitus est se affuturum:vt viri pietatẽ discas . Dicit enim Centurio : Non sum dignus,vt intres sub tectũ meum.Neque morbi necessitas eũ à pietate auertere valebat,quin excellentiam domini testaretur,etiã in tanta calamitate. Ea propter dicit:Dic tantùm verbum,& sanabitur puer meus.Nam & ego homo sum,habens sub me milites,& dico huic, vade,& vadit:& alteri,veni,& venit:& seruo meo,fac hoc,& facit.Vides quòd verbũ,fac,est domini ad seruum loquentis?At,faciamus,verbũ est eius cui æqualis honor . Quando enim seruo dominus loquitur, dicit, Fac:quando autẽ pater filio, dicit,Faciamus. Quid ad hæc dicit hæreticus?Centurio ita suspicabatur: res autem non sic se habet,neq; Apostolus est Centurio,neq; E discipulus,vt ipsius verbis credamus.Verisimile est, q errauerit.Bene non est Apostolus. Quid ergo? Videamus quod sequitur . Nũ correxit ipsum Christus?num increpauit?num dixit ad ipsum, Cur hoc facis homo? Maiorem de me habes opinionem quàm par est.Plura mihi tribuis,quàm mihi debẽtur. Ex authoritate putas me imperare,cùm nõ sit mihi authoritas.Num dixit tale quid?Minimè , sed stabiliuit illius sententiam, & cõmitibus dixit:Amen dico vobis,neq; in Israël tantam fidẽ inueni.Igitur dominus laudando , confirmat Centurionis verba . Vnde iam non sunt Centurionis verba,sed occasio quædam à domino ad virtutẽ suam declarandam oblata. Quod enim ipse laudat,& calculo suo tanquam bene dictum approbat,pro diuino oraculo habendum est.Authoritatem enim supernè à domini iudicio sumit. Vides vt nouum veteri consonet, & vtraq; authoritatẽ Christi indicent? Quid igitur, si faciebat quidem hominem, cùm hoc vt minister fecerit,inquit?sed audi verba quæ sequuntur , & desiste ab
Gene.1.a intẽpestiua contentione.Enimuero vt dixit, Faciamus hominem:non dixit,secundum imaginem tuam minorem,neque secũdum imaginem meam maiorem: sed, F secundum imaginem nostram, nẽpe patris & filij imaginem,quæ vna est.Non enim dixit imagines:sed,imaginem nostram:non quòd duæ sint inæquales, sed vna & eadem æqualis patris,filiiq; imago . Vnde & à dextris iubet sedere , vt æqualem honorem & potestatem non inferiorẽ discas.Minister enim non sedet,sed adstat.Sedere dominicæ potestatis est, adstare seruilis &
Daniel.7.c subiectæ conditionis,propterea & Daniel dicit: Aspiciebam donec positi sunt throni , & antiquus dierum sedit,mille myriades ministrabant ei , & mille millia
Esaiæ.6.a assistebãt ei. Et iterum Esaias: Videbam dominum sedentem super thronum excelsum,& eleuatum, & Se-
3.Reg.22.d raphim in circuitu eius stetерunt.Micheas autẽ :Videbam dominum deum Israël sedentem super thronum suum,& omnis exercitus cœli stabat à dextris eius & à sinistris eius. Vides vbique supernas virtutes assistentes, ipsum autem sedentem? Cùm igitur videris & filium à dextris habentem cathedram, non ministrantis dignitatem quandam putes , sed habentis authoritatem dominicam.Idcirco & Paulus cùm vtraque sciret , quòd adstare ministrantium sit , sedere autem imperantium & præsidentium : Vide quomodo hæc
Heb.1.c & separat , dicens : Angelis quidem suis,inquit, Qui facit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gcit angelos suos spiritꝰ, & ministros suos flāmā ignis. Psal.103.a & Psal.44.b
Filio autem: Thronus tuus deꝰ in seculum seculi. Itaq; cùm sermo noster omnino probauit, filij dignitatem non seruilem, sed herilem esse, adoremus quoq; & dominū ipsum patri honore coæqualem: sic & ipse præcepit cùm dixit, vt omnes veneretur filium, sicut venerantur patrem. Coniungamus item rectitudini dogmatum diligētiam vitæ & operum, vt ne dimidiatim quæ ad nostram salutem spectent, curentur. Iam vitæ diligentiam & puritatem, nihil sic efficit & corrigit, vt continua in templis conuersatio, & alacre ad audiē Ioan.5.d
di verbum dei studium. Quod enim corpori est cibus, hoc animæ diuinorum eloquiorum doctrina. Non Deut.8.a
enim in solo pane viuit homo, sed & in omni verbo quod procedit per os dei. Hinc & famem inducere solet, vt huic mensæ non communicetur, & audi de hoc interminantem, & famem hanc in ordine suppliciorum, & pœnarum intentantem. Dabo enim, eis, inquit, Amos.8.d
non famem panis, neque sitim aquæ, sed famem audiē di sermonem domini. Quomodo igitur non absurdū pro corporali fame repellenda facere & attentare omnia, animæ autem famem spontè quærere? quanuis H
multò grauior sit, quantò scilicet grauius est & damnum. Oro & supplico, ne tam malè nobis consulamus: sed præferatur hoc studium occupationibus & curis omnibus. Quid enim tantum lucrari potes, quantum damni facis & tibiipsi, & toti domui, si conuentū & synaxim relinquis? Quāuis & integrum thesaurum auro refertum inuenias, & propter illum domi detineare: maius tamen detrimentum quàm lucrum facies, & tantò maius, quātò sensibilibus spiritualia sunt meliora. Nam licèt illa multa sint, & vndiquaquè affluant: non tamen hinc tecum commigrabunt ad vitam futuram, neque simul nobiscum in cœlos transferentur, neque adstabūt apud terribile tribunal: sed sæpe & ante mortem nos destituentia dilabuntur: quòd si ad finem vsque manserint, necessario tamen sub ipsum finem tolluntur. Spiritualis autem thesaurus possessio est, quę auferri nequit, & vbique comes est, sequiturq; peregrè euntes, multum fiduciæ apud tribunal Christi nobis tribuens. Quòd si ex aliis conuentibus multum lucri consequimur, certè ab his qui hic celebrantur, duplex lucrum expectare licet. Non enim hūc fructū solùm capimus, quòd animam diuinis eloquiis rigamus, sed & quòd hostes confundimus & dispergimus, fratribus nostris magno solatio existentes. Nostræ huius aciei, & ordinis lucrum est laborare, vtique periculosam partem in exercitu tenemus. Et propterea omnes huc confluere oportebat, & hostes qui nos adoriuntur repellere. Esto nequeas longum sermonem producere, nec habeas docēdi gratiam, adsis solùm, & totum perfecisti. Nónne qui ad hæc vestibula ascendit, videns paucos, alacritatem suā remittit, abiicit, torpescit, factusq; segnior inde recedit, fitq; sic omnis multitudo hæc paulatim dissolutior & ignauior? Sin videris concurrere vndiquaq;, magnoq; studio, nónne etiam si valde ignauus sis, alacrior redderis? Namq; lapis sæpe ad lapidem concussus scintillas exilire facit, tametsi ipsi sit frigidius lapide, nihilq; igne calidius: attamen concussio, victa natura, ignem elicit. Quod cùm in lapillis contingit, multò magis idem fit & in animabus, quæ mutuum atterūntur, & igni spiritus cō calescunt. Non audistis, quòd apud maiores nostros, tantùm centum & viginti erat totus fidelium numerus, immo ante illos centum & viginti, duodecim tantùm erant, & neque hi manserunt omnes, sed vnus ex K
eis Iudas periit? & erant vndecim omnes, attamen ex vndecim illis facti sunt centum & viginti, & ex centum & viginti tria millia, & deinde quinq; millia, de- Acto.4.a
nique omnem orbem terrarum impleuerunt scientia dei: non tunc conuentus tenuiores fiebāt, sed simul in templo conuersabantur, precibus & lectionibus intenti: & propterea magnum ignem incenderūt, propterea nunquam diffluxerunt, sed totum attraxerunt orbem. Hos & nos quoque imitemur. Quomodo enim non absurdum, quòd non tanta cura ecclesiæ habetur, quantam vicinis suis mulieres exhibent? Ille cùm viderint virginem aliquam pauperem, & omni destitutam præsidio, officiosè sua afferunt, & magnam quis ibi videt frequentiam, dum virgo desponsatur: & aliæ quidem offerunt pecunias, aliæ corpore præsentes sunt, quod etiam ipsum non est parum. Nam hisce studiis, existimantur humanæ & pacificæ, contegiturq; illarum paupertas. Facite hoc & vos in hac ecclesia, cōcurramus omnes vndiquaque, & eius contegamus inopiam, immo soluamus eius paupertatem, cōtinuò hìc L
præsentes. Caput mulieris vir est, mulier viri adiutrix. Ephes.5.c
Ne igitur caput absque corpore viam ad hæc sancta arripiat, neque corpus absque capite, sed integer huc ingrediatur homo. Habete & pueros vobiscum. Nam si iucundum est videre arborem, quæ habet nouā plantam è radice sua exurgentem: multò magis iucundum est videre hominem omni olea amœniorem à radice sua filium habere adstantem, quasi nouam plantam. Non iucundū autem hoc solùm, sed & vtile. Etenim quod dixi, si congregati fuerimus, maius lucrum erit. Enimuero & agricolam tunc maximè admiramur, nō quādo agrum colit antea bene cultum: sed si loca non seminata & inarata, digna cura excoluerit. Sic & Paulus faciebat studiosus maiore studio euangelizās, vbi Christus non erat nominatus. Illum & nos ad decorem ecclesiæ, vtilitatemq; nostrā imitemur, quotidie ad hanc congregationem confluentes. Nā si concupiscentia flagrat, poteris eā facilè restinguere tantum visa hac domo, etsi iratscaris, facilè bestiā domabis, irā inquā: etsi alia quapiā affectione impeteris, tempestatem eā facilè sedabis, reddesq; pacem & serenitatem M
animæ tuæ. Qua nos frui concedat dominus noster Iesus Christus, cui cum patre & sancto spiritu sit gloria nunc, & in secula seculorum, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI *aduersus hæreticos sermo.*

Est lapis quidā, quem chrysaconion vocant, Chrysaconion.
quo probatur aurum adulterinum, & nothū, si illi atteratur, ostenditurq; purum & immixtum, incorruptumq; nomisma. Hunc iudicem ego fidelissimorū hominum cor dixerim. Nam vt qui de fide rationes orthodoxorum & aduersariorū accipiūt, & in gnomone cordis quasi atterunt & probant, inueniunt fidem orthodoxorum synceram & puram, prauamq; aliud sentientium opinionem, & fidem esse adulterinā. Verùm ne videar à scripturis aberrare tali parabola vtens, audi Apostolū nos admonētem & cōsulentem: Estote probi nummularij, & quia eloquia domini auro ignito & probato conferuntur, Dauid in- Psal.11.b
quit: Eloquia domini casta, argentum ignitum probatum terræ. Esaias quoque cùm considerasset apud Iudæos diuinæ legis eloquium vitiatum sicut argentū, & diuinā doctrinā humanæ malitiæ lenocinio adulterātā dicit eis: Argentū vestrum reprobum, caupones Esaiæ.1.f
vestri

A vestri miscent vinū aqua. Proinde dilecti, cùm in prōptu habeatis & vos gnomonem & indicem cordis, cùm nostras tum aduersariorum rationes accipite, nihil ad cuiusquam gratiam facientes, sed in veritate ambulantes: & quorum rationes solidas probaueritis, eas in cordibus vestris fortiter seruate. Hæc autem dico non omnibus, sed his qui adhuc in fide claudicant & hæsitant. Nam qui stabiles & immutabiles in fide, anchoram confessionis triplici funiculo vnitam, in profundum mentis suæ proiecerunt, etiam absque his inconcussam & immotam cordis sui scapham in fide cu- Ephes.6.b
stodiunt. Nunc non est nobis certamen aduersus sanguinem & carnem, sed contra principatus, contra potestates, contra mundi dominos, rectores tenebrarum harū, contra spirituales versutias in cœlestibus. A quibus excitati hostes fidei, blasphemos sermones ex gutture quasi sagittas è pharetra depromptos, in sublime deitatis iaculantur. Et vide dilecte hæreticorum alia lingua loquentium aciem. Armatum est enim cor eorum, quasi exercitus impiorum, cōtraq; deum pugnātium. Acuta est lingua eorum gētilium impietate, quaB si serpentis. Fulget eorum sermo quasi honestus & aduersarius impietati spiritus: sed coinquinati sunt eorū mores, immanisq; illorum iniquitas est in deum. Habent arcum extentum, os inquam, quod porta carens, non claditur. Habent quoq; sagittas, iacula verborū inquam contra veritatem stridentia, quæ à mente eorum prodeunt, & simpliciorum animas & conscietias vulnerant. Propterea patres & fratres precemur, vt do- Psal.143.a
minus animæ nostræ manus contra aciem aduersariorum erudiat, & mentis nostræ digitos ad prælia ser- Arius.
monum instruat, vt & nos dicamus psalmum qui dudum decātatus est: Benedictus dominus, qui docet ma- Ares.
nus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum. Misericordia mea & refugium meum. Igitur primus ad Marathonius.
bellum vocetur Arius. Nunquam enim ille pacificus esse potest dilecti: id quod ex nomine eius cōiectari potest. Ares enim, quo nomine exteri vtūtur, bellum interpretamur. Mittant tela sua à diabolo fabricata. Nō enim timeo talia obtusa, valdeq; inualida iacula. Veniat & Marathonius qui figura quidem ab Ario differe videtur, re autem ipsa idē quod ille sentit. Nā cùm C & illum videris paris blasphemiæ sermones aduersus Eunomius.
spiritum sanctum sagittare, discos quomodo duæ gentes diuersis linguis, figura tantùm distinctæ, re autem vnitæ aduersus nos certent. Eunomij memor in prætereo. Etenim si tanquam Dauid Goliathē principem impietatis illius subuerterimus, vniuersa castra simul fugabuntur: at quia nobis quoq; tela opus est, non deerunt ea. Habemus enim tela diuina à spiritu sancto Psal.119.a
fabricata, quibus & flagitiosa opera interimuntur, & hominum animæ eruditur. Quales hæ sagittæ? Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatorijs. Ibidē.37.a
quibus eruditus clamabat: Domine ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me: quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi. Sed missum factis multis sagittis, dilecti, vnica sagitta vtemur, qua omnis hæreticorum & Iudæorum, & Gentium phalanx prosternitur. Esaiæ.49.a
Qua sagittæ? Sagitta ipsa loquitur in Esaia: Posuit me vt sagittam electā, & in pharetra sua occultauit me. Sagitta electa, verbū dei est ante secula à patre natum. Nā occultauit in pharetra corporis, dignitatē deitatis, à dracone. Aperi Ari sepulchrū gutturis tui impletum mortuis sermonibus. Nō enim habes verbum illud vi uificū, qui tuis rationibus factū illud & creatum fabricas. At ille statim cùm accersitur, à scripturis dicendi D
facit initium. Verùm tu vt fidelis, ne timueris eū, cùm videris ipsum ex scripturis loquentem. Nam & diabolus cùm accederet Christum, & tētaret eum, per scripturas locutus est cum eo, dicēs: Si filius dei es, mitte te Matt.4.a
ipsum è supernis deorsum: scriptū est enim, Quia an- Psal.90.c
gelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis, & in manibus portabūt te. Cætera autem quæ sequūtur, obticuit. Sciebat enim, quòd aduersum se dicta erant. Qualia hęc? Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. Et attende diligenter dilecte, quia ex eadem arte profectū est quod diabolus dixit, & quod sui, qui filij dei creaturā & facturam dicunt. Degustauit scripturam diabolus. Aperiat os & Arius, ac dicat. Et inuenies etiam eum à capite exordiri, & cætera tacere, vt ne arguatur. Nam quid dicit: Dominus, inquit, in euāgelio dicit, Descen- Ioan.6.d
di è cœlo, vt non faciā voluntatem meā, sed voluntatem eius qui misit me patris. Vides, inquit, quòd est minister patris? vides quomodo ei subditus sit? Ipse fatetur, & dicit: Descendi de cœlo, vt non faciam voluntatem meam, sed eius qui misit me patris. O Ari, quid E
obtices? dic & sequentia. Imitaris diabolum præceptorem tuum, sicubi causæ tuæ seruit. Quāuis autem tu taceas, ego tamen clamabo cum euangelio, non furabor tecum diuina eloquia & verba domini: timeo enim iudicium dicētis: Nam tametsi videres furem, currebas Psal.49.c
cum eo, & cum adultero ponebas portionem tuā. Descendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me patris. Dic & quæ sequūtur: Hæc est autem voluntas patris, vt credant in eum quem ille misit. Quid ergo pugnas? Cur non subiicis ceruicem cordis tui iugo seruitutis? sed incompositè oberrans, peruerso sulco pietatis aras. Iam iterum à scripturis inquirit, non vt veneretur Christum, sed vt filium dei vituperet: non vt exaltet, sed vt minorem faciat, quanuis eloquium dicat, Exaltate do- Ibid.98.a
minum deum nostrum, & adorate scabellum pedum eius, quia sanctus est. Et iubemur adorare scabellū pedum eius. Macedonius autem spiritum sanctum, qui ex patre ineffabiliter procedit, adorare nolebat. Verùm nobis nunc aduersus Arium sermo est. Et quomodo inquit, si habuit eundem honorem cum patre filiꝰ, F
gloriam à patre quærit? Dicit enim ad patrem: Glorifica me pater gloria, quam habui apud te antequàm hic mundus esset. Nondùm intellexisti, ô Ari, sacramentū, quod est in Christo: nec mirum, spiritu enim cares qui te inducat in veritatem: nondum capis, quòd non pro semetipso hoc dicit, sed pro Adam, quem & acceperat. Nam sicut aduocatus à malefactore instructus, ad tribunal accedit, & personam gerit eius cui patrocinatur, & omnia crimina eius qui iudicatur, in se assumit, & quasi pro seipso apud iudicem causam agit, tametsi criminum minimè reus sit: eum in modum & Esaiæ.53.c
dominus noster Iesus Christus venit è cœlis impeccabilis. Peccatum enim non fecit. Induit me Adam, Ibidem.b
assumpsit in se mea crimina. Ipse enim peccata nostra portat, & pro nobis dolet. Induit me Adæ personam, & pro me intercedit. Glorifica me pater, inquit, gloria, quam habui, antequàm hic mundus esset. Qui factus sum Adam, eram in incorruptibilitate, æqualem cum angelis mensam sortitus eram, indeficientem mihi cibum paradisus quotidie producebat, spiritus sancti gratiam & gloriam in facie ferebam, hanc per meam transgressionem amisi: nunc oro, glorifica

Universidad de Deusto
Biblioteca

G glorifica me pater gloria, quã habui ante te, antequàm hic mundus esset. Eapropter supernè respondet pater, dicens: Et glorificaui tunc in paradiso, & iterum glorificabo. Nam in eandè paradisi gloriam, & delicias te iterum collocabo. Quòd autem cùm hæc diceret filius dei, habuerit gloriam patri æqualem, testatur ipse cùm dicit: Ego & pater vnum sumus: &, Qui videt me, videt & patrem meũ. Et Ioannes clamat, dicẽs: Vidimus gloriam eius, quasi vnigeniti à patre, plenus gratia & veritate. Verùm iterum curiosè inquirit & profert tela inæqualia & imbellia. Apud fideles enim tela ista obtusa sunt & inutilia, sicut scriptũ est: Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum. Si ante secula, inquit, regnauit filius dei: quare ipse ergo in Psalmis dicit, Ego autem cõstitutus sum rex ab eo? quod temporis significatiuũ est. Ne confusionẽ facito Ari, da carni passiones, & deitati diuinas dignitates. Nam quod dicit, Ego autem constitutus sum rex ab eo: non secundum deitatem dicit, sed secundum formam serui, quæ in tẽpore genita ac in genealogia recensetur. Quippe diuinitatis illius genealogiam ne angeli quidem dicerent,
H humanitatis autem & euangelistæ narrant, dicentes: Liber generationis Iesu Christi. Et quòd ante secula regnauerit deus verbum, audi prophetam iterum clamantem: Deus autẽ noster rex ante secula. Arius nondum audiens quæ sequuntur, statim audaci ore dicit, de patre hæc dicta sunt. At tu audi quæ sequuntur. Nõ enim de patre dicũtur, sed de filio: & declarat id quod sequitur. Deus autem noster rex, ante secula: operatus est, inquit, salutem in medio terræ. Quis ille? an non omnino ille, qui trophæũ crucis statuit, & mortẽ soluit, diabolum ligauit, & hominẽ seruauit? Sed profectò ait: Recentè habet thronum. Dicit enim ad ipsum pater: Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Ecce quod dicit, Sede: temporis est indicatiui. Atqui ignorãt, quòd etiam hìc similiter loquitur ei, qui è virgine natus est. Nam quòd deus sermo ante secula cum patre fuerit regnãs, & sedem habens, indicat Psaltes, & post eum Paulus: Thronus tuus deus in seculum seculi: virga directionis, virga regni tui. Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem: propterea vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ cõsortibus tuis. Præ consortibus enim eius vnxit Iesum
I spiritu sancto. In ipso enim erat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: nos autem omnes de plenitudine eius accipimus, sicut dicit Ioannes, De plenitudine eius omnes nos accepimus. Ita quoq; & Apostolus dicit: Participes eius sumus, si confessionis primitias ad finem vsque solidas seruauerimus. Mox autem occurrit & Marathonius. Et qualia ille contra spiritum sanctum tela iaculatur? Profectò, inquit, bene dicis orthodoxe, Pater thronum habet, & sedet. Dicimus enim, q̃ habet thronum decentem & dignum deo, non corporalem, sed sicut scriptum est: Deus sedet super thronũ sanctitatis suæ: habet etiam filius thronum, Thronus tuus, inquit, deus in seculum seculi. At vbi spiritus habet thronum, vel considet patri & filio? O audeciarie dei maxime: non oportebat enim te de spiritu dei ambigere, q̃òd sedeat, & habeat thronũ sicut pater & filius. Quandoquidem & de patre, & filio, & spiritu sancto dicere licet, quòd sedeant, vt dicim⁹. Ita enim scriptum est, alioqui diuinitas loco nó continetur, sed vbiq; est. Quò enim ibo à spiritu tuo, & à facie tua quò fugiam? Thronum dei scriptura dicit regiam dignitatem. Iam si apostoli cathedras habent, vt dicit: Vos sedebitis super duodecim thronos, iudicantes duodecim tribus Israël: Spiritus sanctus ne throno daret? K
Sed quòd spiritus sanctus thronum habeat, vt & hoc vos discatis, ostendimus quòd & dominus sit, & Sabaoth dicitur. Dicat igitur Esaias, qui & te & me⁹ maior. Vidi dominum Sabaoth sedentem super thronum sublimem & eleuatum: quia plena erat domus gloria eius. Et Seraphim in circuitu adstabant, sex pennę vni, & sex pẽnæ alteri: & reliqua. Et dixit dominus ad me, Quem viderat dominum sedentem super thronũ excelsum & eleuatum, ille dicebat ei: Quem mittam? & quis ibit ad populum istum Iudæorum, ac dicet: Auribus audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non perspicietis? Venit Paulus post multos annos, vt diceret prophetiam illam, venit, mittitur Romam à spiritu sancto, congregat Iudæorum gentem per omne sabbatũ docens: & cùm non audiretur ab eis, memoriam huius scripturæ fecit sic inquiens Iudæis: Bene dicit spiritus sanctus per Esaiam prophetam: Auribus audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non perspicietis. Itaque quia ostendimus regiam dignitatem & diuinitatem spiritus, nos cathedra exurgentes, vno ore, & vno corde glorificemus patrem & L
filium, & spiritum sanctum, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI ADuersus Iudæos oratio prima. Des. Erasmo Roterodamo interprete.

RVrsus infœlices illi, mortaliũq; omnium miserrimi Iudæi ieiunaturi sunt, rursus Christi gregẽ muniamus necesse est. Quãdoquidem & pastores, quãdiu noxia bestia molesta nó est, sub ilicẽ aut populum porrecti, fistula canunt, sinẽtes oues liberè pro suo arbitratu pascere. Verùm simul atq; senserint alicunde luporum incursionem imminere, mox abiecta fistula, fundam arripiunt, & omisso calamo, fustibus & saxis obarmant sese, proq; septis consistentes magno enitio iubilo, ingentiq; vlulatu vocsierantes, frequẽter ipso clamore feram priusquam irrumpat, abigũt: Itidem & nos facimus. Superioribus enim diebus in scriptura, velut in prato ludentes choreasq; ducentes, nihil in enarratione attigimus contentioſi sermonis: eò quòd nullus esset, qui nobis obturbaret, aut molestus esset. Cæterùm quoniam, hodie lupis omnibus fœuiores Iudæi, oues nobis circumuallaturi sunt, ad pugnos & pugnam accingamur oportet, ne quid nobis ereptum cedat in pædam ferarum. Ne verò mirum vobis videatur, si quum ieiunium illud posit decem & eo amplius dies venturum sit, nos ab hoc statim tempore inunimus & armamus animas vestras. Quandoquidem & inter agricolas qui vigilantes & industrij sunt, quum habẽt vicinum torrentem qui vexat lædit; segetem, non quum suo tempore torrens inundat videlicet hyeme, sed tẽpus illud præuertẽtes & ripas obsepiunt, & aggeres erigũt, & fossas agũt, deniq; modis omnibus sese præparãt aduersus torrentis futurã violentiã: dũ enim trãquillus est & stagnãs, atq; angustus, facilè

Matt.19.d

Esaiæ.6.a

Actor.vlt.f

Simile.

In tempore occurrendũ periculis.

A facilè est illi admoliri manus: verùm posteaquàm increuit, multoq; aquarum impetu fertur violentus, non perinde facilè est exundantibus obsistere. Eoq; multo antè tempore præueniunt illius irruptionẽ, vndiquaq; præparantes quicquid agros possit tutos reddere. Eundem ad modũ & milites, & nautæ, & agricolæ, & messores facere consueuerunt. Siquidem & milites priusquàm veniat pugnandi tẽpus, & thoracem abstergũt, & scutum si quid desit circunspiciunt, & frenos apparant, & equos omni diligentia nutriũt, cæteraq; omnia rectè diligẽterq; curant. Similiter & nautæ priusquàm nauim in portum detrahant: & clauum apparãt, & instaurant latera, & remos dolant, & vela consarcinant, denique quicquid præterea ad totius nauis armaturã pertinet, diligenter accurrant. Quin & messores consimili modo multis antè diebus, & falces acuunt, & aream præparant, boues item & currum, breuiter quicquid ipsis ad messem ac triturã conducibile iudicãt. Imò videas omnes homines si quid rerum agendũ est, prius ad eas apparatum facere, vt quum aduenerit rei gerendę tẽpus, facilè cõficiant quod est opus. Hos igi-
B tur & nos imitantes multis antè diebus præmunimus animas vestras, exhortantes vos vt impiũ hoc Iudæorum & sceleratum ieiunium fugiatis. Neq; enim ita dixeris, ieiunant: quin potius illud mihi ostendito, eos ex dei sententia ieiunare. Quod ni id fiat, quauis ebrietate sceleratius est ieiunium. Neq; enim solùm considerandum est quid ab istis fiat, verùm illud etiam obseruandum, quam ob causam faciãt. Etenim quod fit iuxta dei voluntatem, quãuis videatur improbum esse, tamen omnino deo gratũ est & acceptum. Contrà, quod fit præter dei voluntatem, ac secus quàm ille vult fieri, quanquam existimatur acceptum deo, tamen est omnium pessimum & iniquissimum. Etiamsi quis occidat hominem ita volente deo, quauis humanitate melius est hoc homicidium. Rursus si quis parcat, & humanitatis officium collocarit in quẽpiam, præter dei sententiam, quauis cæde sceleratior est ista sanguinis parsimonia. Non enim ipsa eorum quæ sunt natura, sed dei voluntas ac decretum efficit, vt eadẽ vel bona sint vel mala. Vt autem intelligas hoc esse verum, A-
3.Re.20.f.g chaab quum aliquando regem quedam Syrorum cepisset, contra dei voluntatem dedit illi vitam, & assessu dignatus est, deniq; multa cũ honorificentia dimisit. Mox propheta quispiam accedẽs dixit ad vbi proximum, in nomine domini percute me, ille verò noluit
C eum percutere. Dixit igitur ad illum: Eò q̃ non audisti vocem domini, ecce tu fugies à me & percutiet te leo. Discessit ab illo, reperit eum leo & percussit. Ac mox propheta reperit alium hominem, cui dixit: Percute iã me. Et percussit eum homo ille, vulnerauitq; eum, ac propheta sibi obligauit faciẽ. Quid hoc absurdius fieri possit? Qui percussit prophetam, euasit incolumis? qui pepercit, dedit pœnas: nimirum vt intelligeres in iussis diuinis nõ oportere curiosum esse, examinareq; rerum quæ præcipiuntur naturam, sed nihil aliud quàm obtẽperare. Etenim ne prior ille veritus parceret prophetæ, non dixit illi simpliciter, percute me, sed addidit, in verbo domini: hoc est, deus præcepit, ne quære vlterius. Rex est qui hanc præscribit legem. Reuerere iubentis authoritatem, summaq; cum animi promptitudine obtempera. At id facere non sustinuit, eoq; pœnas dedit grauissimas, suo exemplo sequuturos adhortans, vt quicquid præceperit deus, per omnia obtemperarent, moremq; gererẽt in posterum. Vbi posterior ille percussisset eum & vulnerasset, propheta sibi caput D
obuinxit loro, & oculos obtexit, denique in eam speciẽ sese transformauit, vt à nemine posset agnosci. Cuius igitur rei gratia hoc fecit? Erat redarguturus regem, & sententiam in eum laturus de salute regis Syriæ. Is igitur quum, vt erat impi⁹, semper odium gessisset aduersus prophetas, ne conspectum ipsum & agnitum ab oculis suis submoueret, eoq; facto non reciperet correctionem, velat propheta simul & faciem suam & negotij narrationem, vt & ipsi contingeret potestas dicẽdi quę volebat, & regis confessionem extorqueret. Et-
enim quum rex præteriret clamore compellans eum dixit: Seruus tuus egressus est ad exercitum vt prælia- 3.Reg.20.g
retur, & ecce vir quidam adduxit ad me virũ, dixitq;: Serua mihi hunc, quòd si elapsus euaserit, erit anima tua pro anima illius, aut depẽdes argẽti talentum. Et accidit dum seruus tuus circunspiceret huc & illuc, &
ecce vir non comparebat. Et dixit illi rex Israël: Ecce Sententia sua damnatus.
iudex tu apud me, occidisti. Et illico propheta detraxit velamen ab oculis suis, & agnouit illum rex Israël, quòd esset vnus ex filiis prophetarum. Dixitq; ad il-
lum: Hæc dicit dominus, eò quòd dimisisti virum exi- E
tio dignum è manu tua, erit anima tua pro anima illius, & tuus populus pro populo illius. Vides quòd non solùm deus, sed & homines simili modo iudicant, non respicientes ad eorum quæ fiunt naturam, sed ad finẽ potius & causas ob quas fiunt. Ecce, inquit, etiam ipse rex, tu iudex apud me qui occideris: homicida es, inquit, eò quòd hostem dimiseris: ob hoc enim prophetæ velum addiderat, & velut in aliena causa sententiã elicuit, vt rex quod verum & rectum erat pronunciaret: quod & accidit. Etenim posteaquàm rex seipsum sua sententia condemnasset, detracto velo, dixit prophetæ: Quoniam tu dimisisti virum exitio dignum è manu tua, erit anima tua pro anima illius, & populus tuus pro populo illius. Vides quas pro humanitate pœnas luerit rex, proq; intempestiua sanguinis parsimonia quo affectus sit supplicio? Et hic quidem qui seruauit, punitur: alter verò, qui occidit, comprobatus est.
Igitur & Phinees, qui eodem temporis articulo, du- Phinees ob homicidiũ sacerdotio honoratus.
plex perpetrauit homicidium, virumq; simul cum mu-
liere sustulit, sacerdotio honoratur, adeò non inquinanit manum sanguine, verùm etiam puriorem reddidit. Proinde quum videris eum qui prophetam percussit esse seruatum, etiam verò qui non percussit extinctum, & illum qui pepercerat dare pœnas, rursus eum qui non pepercit approbatum: semper apud te potior sit ratio, quid deus præcipiat, quàm quæ sit negotiorum natura. Quòd si quid compereris illo comprobante geri, illud solum amplectere. Atque hac vtentes regula, & ieiunium hoc Iudæorum expendamus. Etenim nisi id fecerimus, sed actiones nudas per se tantùm in medium prolatas consideremus, ingens erit confusio, magnaq; iudicij perturbatio. Nam prædonibus raduntur latera, & monimentorum perfossoribus, maleficisq; : verùm idem patiuntur & martyres. Causa facit martyrem.
Facta quidem sunt eadem, cæterùm animus & causa cur hæc fiant, non est eadem, eoq; plurimum est discriminis inter hos & illos. Quemadmodum igitur in illis non tormentum tantùm expendimus, sed prius animum, & eam ob quam cruciatus inferũtur, consideramus: & ob id martyres amamus, non quòd cruciantur, sed quòd ob Christum cruciatus ferunt. Contrà, latrones detestamur, non quia puniuntur, sed quòd ob malè facta puniuntur. Ad consimilem

Similia.

Ieiunia Iudæorum impia.

Bonum op⁹ animo æstimatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Glem regulam & in hoc negotio Iudęorum,rationẽ eorum quæ fiunt ſubducito. Quòd ſi videris illos amore dei ieiunantes,amplectere quod fit.At ſi perſpexeris illos hoc præter diuinam voluntatem facientes, magis eos deteſtare,maioreq; odio proſequere q̃ ebrios,q̃ temulentiæ & comeſſationibus indulgentes. In hoc autẽ ieiunio non ſatis eſt cauſam inquirere, ſed & locus & tempus cõſideranda ſunt. Verùm priuſquàm moueamus aciem aduerſus Iudęos,lubens orationẽ verterim ad eos qui ſunt noſtri corporis membra,ac noſtri quidem ordinis eſſe videntur: cæterùm illorũ cultum ſequuntur:quandoquidẽ horum cauſa totum hoc quicquid eſt laboris ſuſcepi,atque hac quidem ex parte dignos eſſe video grauiore condemnatione, quàm Iudæos vniuerſos.Id eſſe verum non modò ſapientes & cordati,verùm etiam quicunq; vel paulum habent mẽtis ac rationis mecum fatebuntur. Nec enim opus eſt argumentis arte excogitatis,nec artificioſa probatione,nec prolixis ſermonum ambagibus ad hoc demonſtrandum, quum ſatis ſit illos ſimplici percontatione interrogatos,ex ipſa reſponſione capere.Quid igitur? Percontabimur iſtorum quenq;,qui in hiſce rebus inſanium̃t,Chriſtianus es? Quam igitur ob cauſam moleſtus es eccleſiæ? Qui Perſa eſt, nónne quæ Perſarum ſunt curat:Barbarus,nónne Barbarorum ritus æmulatur?Qui habitat in ditione Romanorum, nónne veſtris* vtitur legibus?Agè dic mihi, nónne ſi quis horũ qui apud vos viuunt,cum illis ſentire fuerit deprehenſus:inauditus,citraq; examinationem punitur,etiamſi multa habeat, quibus cauſam ſuam poſſit defendere? Et ſi quis apud iſtos extiterit,qui Romanis vtatur inſtitutis,nónne rurſus idem perpetietur?Quomodo igitur tu qui ad impium illud vitæ inſtitutum defeciſti, audes ſperare ſalutem? Neque enim exiguum interuallum eſt inter nos & Iudæos, neque de rebus leuibus aut vulgaribus inter nos eſt controuerſia, ne tu vnum & idem eſſe credas noſtrum & illorum inſtitutum, ac non miſcenda miſceas. Illi crucifixerunt Chriſtum, tu crucifixũ adoras. Vides quantum intereſt?Qui fit igitur, vt ad illos qui Chriſtum occiderunt curras, profitens te adorare crucifixum? Neque verò ipſe legem hanc fero,qua illos criminer, nec hanc accuſationis formam inueni. An non ſcriptura ſimili modo accuſat illos?Audi igitur quid dicat Hieremias aduerſus eoſdem illos:Abite in Cedar & videte,emittite ad inſulas Chettin,& iudicate, nũ talia facta ſint.Quæ nam iſta?An gentes mutent deos ſuos,& iſti non ſunt dij. Vos autem mutaſtis gloriã veſtram, in eam ex qua nihil vtilitatis capietis. Porrò quod dicit,huiuſmodi,eſt:Illi,inquit, quum venerentur ſimulacra,colantq; dæmones & adorent,tam conſtant in errore,vt ne velint quidem illa relinquere,& ad veritatem conuerti.Vos autem qui verum adoratis deũ,relicta maiorum religione vltrò ad aliena defeciſtis,neqũ tantũ religioſæ mentis præſtatis in veritate,quantum illi præſtant in ſuo errore.Proinde dicit:Si ieiuſmodi facta ſunt,ſi mutarunt gentes deos ſuos, & iſti non ſunt dij:vos autẽ mutaſtis gloriam veſtram,vnde nullam capietis vtilitatem.Non dixit, mutaſtis deum veſtrum:deus enim non mutatur: ſed, mutaſtis gloriã veſtram.Neque enim me læſiſtis, inquit, neque vlla noxa ad me peruenit: voſmetipſos affeciſtis ignominia. Meã gloriã non imminuiſtis,ſed veſtram ipſorum.Cõcedite ſanè mihi,vt hunc ſermonẽ etiã ad noſtros accõmodẽ,ſi tamẽ par eſt illos appellare noſtros, qui cũ illis ſentiunt.Abite in ſynagogas,& videte num Iudæi mutaturi ſint ſuũ ieiuniũ,num illi ſub Paſcha nobiſcũ celebrarint ieiuniũ,num hunc diẽ vnquam prætermiſerint.Atqui hoc non eſt ieiuniũ, ſed legis tranſgreſſio,ſed error,ſed peccatum: attamen illi nunquã mutarunt,vos autem mutaſtis gloriam veſtram,vnde nihil vtilitatis capietis,& vltrò ad illorum ritus deſciuiſtis. Quando Paſchæ ieiuniũ celebrarunt illi?Quãdo martyrũ feſtos dies nobiſcum egerunt? Quando diẽ Epiphaniorũ nobiſcum cõmuniter celebrarunt? Illi non accurrunt ad veritatẽ,& vos ad iniquitatẽ properatis? Iniquitatẽ autẽ dico, quandoquidẽ iſta fiunt non ſuo tẽpore.Erat olim tempus quo conueniebat iſta ſeruare,iam verò non eſt amplius. Eoq; quod tum iuxta legem fiebat,nunc præter legem fit.Concedite mihi, vt illud etiam Heliæ dicam aduerſus eos.Quum enim ille conſpiceret Iudæos impiè viuẽtes, & nunc quidem obtẽperantes deo,nunc rurſus idola colẽtes ad hũc loquitur modũ: Quouſq; claudicatis vtroq; poplite veſtro?Si dominus eſt deus,venite & ſequimini eum.Idẽ & ipſe loquor ad iſtos. Si Iudaïſmũ putatis verum eſſe,qua gratia obſtrepitis eccleſiæ?Quòd ſi Chriſtianiſmus verus eſt,ſicut re vera eſt,in eo manete,& illum ſequamini.Particeps es nobiſcũ myſteriorum: agè dic mihi,Chriſtũ adoras, ab illo bona petis, & cum illius hoſtibus feſtũ celebras?Et quo tandẽ animo prodis in eccleſiam?Verùm hæc dixiſſe ſufficiat ad illos qui præ dicant ſe nobiſcum ſentire,quum quærant diuerſa.Igitur & ad illos volo dirigere ſermonem.Concedite mihi vt liceat doctrinam hanc altius repetere,quò perſpicuum fiat, Iudæos nunc ieiunantes legem ignominia afficere,deiq; præcepta conculcare, ſemper ea facientes quæ illius placitis aduerſantur. Etenim quum illos volebat ieiunare, tum incraſſabantur dilatabanturq;. Rurſus vbi non vult eos ieiunare, mordicus tenent ieiunium,quum vellet illos victimas offerre, ad ſimulacra properabant. Quũ non vult illos celebrare feſtum diẽ,ſtudio feſtũ diem agunt.Et ideo Stephan⁹ dixit ad illos:Vos ſemper ſpiritui ſãcto reſiſtitis.ſicut,inquit, ſolùm incubuiſtis,vt quæcunq; deus præceperit,iis cõtraria faciatis,quemadmodum & nunc faciunt.Vnde id liquet?Nimirũ ex ipſa lege. Siquidẽ in ipſis etiã feſtis Iudaïcis,non tempus ſolùm, verùm & locũ obſeruare iuſſit ipſa lex.Nã & de Paſcha quod erat apud ipſos diſſerens,loquitur hunc in modum:Non poteſtis celebrare Paſcha,in vlla ciuitatũ earum quas dominus deus dat vobis.Sed quẽadmodũ decimoquarto die primi mẽſis,ita Hieroſolymis iubet illud peragi,ſimiliter & Pentecoſtẽ.Et hic loci ſimul & tẽporis obſeruationẽ complexa eſt,dũ poſt ſeptẽ hebdomadas iubet hoc feſtum celebrari rurſum quũ addit: In loco quẽ elegerit dominus deus tuus: Sic & feſtũ ſcenopegiæ & ieiuniũ hoc inſtituit.Sed diſpiciatis,vtrum tandem horum eſt magis neceſſariũ,locus an tempus. Et ſi nõ ſint hęc inter ſe paria,vtrũ obſeruandũ eſt, tẽpus neglecto loco,an neglecto tẽpore loci ratio tenenda eſt. Quod di co tale eſt:Præcepit dominus vt in primo menſe & Hieroſolymis celebraretur Paſcha, videlicet tẽpore pariter & loco præfinito. Ponamus igitur duos quoſpiam eſſe qui Paſcha celebrent,quorũ alter præuaricetur locum,tẽpus obſeruet:rurſus alter obſeruet quidem locũ,ſed tranſgrediatur tẽpus. Atq; is qui tẽpus obſeruat neglecto loco,celebret Paſcha in primo menſe,ſed alibi procul extra Hieroſolymam. is verò qui locum obſeruat neglecto tempore, Paſcha celebret Hieroſolymis,

Christiani Iudaizãtes.

Cap.2.c

Impij conſtantiores in malo, quàm nos in bono.

*ὑμετέρας:fortè σφετέρας erat ſcribendum.

3.Reg.18.d

Iudæi præpoſteri.

Acto.7.f

Deut.12.b

Iudæi contra legem ieiunant.

A ſolymis,non tamen primo menſe,ſed ſecundo. Deinde videamus vter horum duorum ſit in crimine,vter probãdus is ne qui neglecto tempore locum ſeruauit, an qui loco neglecto tempus ſeruauit.Etenim ſi is qui tempus neglexit,vt intra ciuitatem Paſcha celebraret, videtur approbandus:contrà, qui ſeruato tempore locum neglexit, vocandus eſt in crimen, & impietatis reus peragendus:nimirum liquet,quòd iſti quoque legem violant,loco nõ ſuo facientes quod faciunt,etiãſi decies millies prædicent ſeſe ſeruare tempus.Vnde igitur hoc nobis perſpicuum eſt? videlicet ab ipſo Moſe. Siquidem quum quidã eſſent celebraturi Paſcha,adierunt Moſen dicentes: Nos impuri ſumus ſuper hominis anima,num omittem⁹ offerre munus domino iuxta tempus ſuum.in medio filiorum Iſraël:Reſpondit illis Moſes:State hìc,& audiam quid præcepturus ſit dominus de vobis.Et reſponſum dedit dominus Moſi,dicens:Homo quicunque fuerit inter vos impurus ſuper hominis anima,aut in lõgo itinere, aut in nationibus, faciet Paſcha menſe ſecundo. Quod autem dicit tale eſt:Quiſquis, inquit, primo menſe deprehenſus fuerit
B in peregrinatione, ne faciat Paſcha extra ciuitatẽ, ſed menſe ſecundo,vt venire poſſit Hieroſolymam,ac tẽpus negligat potius quàm faciat extra ciuitatem. Ex hoc declarans, quòd obſeruatio loci temporis obſeruatione magis eſt neceſſaria. Quid igitur habent iſti quod dicant,qui extra ciuitatem præſcriptam faciunt Paſcha?Nã poſteaquàm tranſgrediuntur id quod magis eſt neceſſarium,nihil illos excuſare poteſt eius obſeruatio,quod minoris eſt momẽti. Igitur etiamſi decies millies videantur ſeruare tempus, extrema legis tranſgreſſio eſt quod faciunt.Atque id eſſe verum, nõ hinc liquet tantùm,verũetiam ex prophetis.Quum enim conſtet illos nunquam ſacrificaſſe,neque canticũ cecinisſe in terra aliena,neque iſtiuſmodi ieiunium ieiunaſſe:quam veniam promerentur iſti? Attamen illi quidem expectãtes reditum in ciuitatem ſuam, nihilo ſecius perſiſtebant in lege parentes illi, quæq; lex præſcribebat,obſeruantes. Hoc enim lex ipſa fore promiſerat. Iſti verò hæc faciunt quum nullam habeant ſpem,fore vt priſtinum vitæ ſtatum recipiant.Non habent,inquam,vllam ſpem:id ipſorum prophetarũ teſtimonio docere poſſumus, & tamen ne ſic quidem poſſunt conquieſcere. Iam vt maxime ſperarent ſe ciuitatem recepturos,etiã tunc oportebat ſanctos illos imitari,tum à ieiuniis,tum à cæteris obſeruationibus abſtinentes. Quòd enim iſtiuſmodi rerum nihil illi fecerint,audi quid rogantibus reſponderint. Quum enim vrgerent,compellerent,cogerentq; Barbari,vt vteretur organis ſuis,dicerentq;:Cantate nobis canticũ domini.Illi qui pulchrè legis mẽtem tenebant,reſponderunt:Non decere vt iſta facerent extra Hieroſolymã: quomodo,inquiunt, cantabimus canticum domini in terra aliena?Rurſus tres illi pueri,qui verſabãtur in Babylone dicebant:Non eſt hoc tempore princeps,neque propheta,neq; dux, non locus vt ſacrificemus in conſpectu tuo,ex inueniamus miſericordiam.At ſanè multus erat ibi locus, cæterùm quoniam ibi templum non erat,abſtinebant à ſacrificiis.Iam verò & ad alios per Zachariam loquitur dominus:Num ieiunium ieiunaſtis mihi per annos ſeptuagin̄a?Sentiẽs de annis quos egerant in captiuitate. Quomodo ergo tu nunc ieiunas,dic mihi,quũ tui maiores nec ſacrificauerint, nec feſta celebrauerint? ex eo palàm eſt,quòd ne Paſcha quidẽ ibi celebrarunt. Nam vbi non erat ſacrificium, ibi ne feſtum quidẽ erat,eò quòd omne feſtum ſacrificio tum peragi oportebat. Quòd ſi pleniorem hui⁹ rei demonſtrationẽ exhibere velimus,audi quid dicat Daniel:In diebus illis eram ego Daniel lugẽs,panem deſiderabilem non comedi,& vinum carnesq; non ingreſſæ ſunt in os meum,& vnguento non vngebar in hebdomadibus illis. Et factum eſt in decimo quarto die primi mẽſis vidi viſionem.Hic mihi diligẽter auſcultate.Ex his enim perſpicuum eſt, quòd tum Paſcha nõ celebraueritis.Quî ſic?Dicam.Per dies azymorum, id eſt,quibus abſtinebãt à fermẽtatis,ieiunare Iudęis phas non erat.Hic autẽ dies viginti vnum,prorſus non attigit panem.Et vnde hoc docetur, dicet aliquis?Eò φ iſti viginti dies & vnus inciderint in dies azymorum. Id inde demonſtratur,φ dicit,quarto & vigeſimo die primi mẽſis. At Paſchæ feſtũ vigeſimo primo die finiebatur.Nam incipientes à decimoquarto die primi menſis,deinde diebus ſeptẽ continuata celebritate, ad vigeſimum primum diem perueniebant. Attamẽ Daniel perſeuerabat ieiunans etiam quum præteriſſet Paſchæ tempus.Nam quũ cœpiſſet à tertio die primi menſis,ac deinde per dies viginti vnum cõtinuaſſet,nimirum decimumquartum diem præteriit, & poſt hunc item alios decem ieiunauit. An non igitur iſti exleges & impij,qui quum illi ſancti viri, in aliena terra nihil ſeruauerint eorum quæ lẽx præſcribebat,tamen per cõtentionem & peruicaciam diuerſa factitant?Etenim ſi quilibet fuiſſent incogitantes parumq; circunſpecti, qui talia vel facerent,vel dicerent:forſitan incogitantiæ negligentiæq; tribueret aliquis,quòd ea non obſeruauerint.Iam quum fuerint amãtes dei,quum pij,quũ ij qui pro dei præceptis tradiderunt animas ſuas: conſpicuum eſt,eos haudquaquam per negligentiam feciſſe quod fecerunt,ſed ab ipſa potius lege perſuaſos,φ non oporteat quicquam talium ceremoniarum extra Hieroſolymam obſeruare. Quin & aliud quiddam ex his perſpicuè colligitur longè maximum, videlicet φ obſeruationes ſacrificiorũ,ſabbatorum, & nouiluniorum, denique ſimilium rituum omnium ex ſuperfluo additæ ſunt Iudaïcæ vitæ,vt neque ſi ſeruẽtur, aliquid magni momenti conferre poſſint ad virtutem: neque ſi prætermittantur,poſſint ex bono facere malum, aut pietatis ſtudium, quod in animo ſitum eſt, aliqua ex
F parte imminuere. Illi igitur qui vitam angelorum nobis in terris oſtenderunt,quum harum rerum nihil omnino peregerint,non victimam mactarint, non feſtum diem obſeruarint, non iſtiuſmodi ieiunium ſuſceperint:adeò tamen placuerunt deo, vt ipſam etiam naturam tranſcenderint, totoq; terrarum orbe ſuperiores,meritis ſuis in dei cognitionẽ raperẽtur. Quid enim proferri queat quod cum Daniele conferatur? quid quod cum tribus pueris?quandoquidem illi quod eſt præceptum in euangeliis maximum,quodq; bonorum omnium caput,ante proditum euangelium occuparunt,ipſiſq; factis declararũt. Maiorem hac,inquit, charitatem nemo habet,quàm ſi quis animã ſuam exponat pro amicis ſuis. Illi verò animã ſuam expoſuerunt pro nomine dei. Nec hac parte ſolùm admirandi ſunt, verumetiam ob hoc quòd id nullius mercedis gratia fecerunt. Ideo φ dicebant, Eſt deus in cœlo potens eripere nos: qui etiam ſi non eripiat, potum ſit tibi rex nos non ſeruituros diis tuis. Sufficit nobis illa merces, quòd propter deum morimur. Hæc præſtiterunt,tamq; inſignem virtutem exhibuerunt, nihil eorum obſeruantes quæ lex præſcripſerat. Ergo qua

Hymnũ cãtate nobis. Pſal.136.a

Daniel.3.d

Cap.9.b

Cap.10.a

Ritus Iudaici non præſtant virtutem.

Ioan.15.b

Daniel.3.6

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Quur deus præcepit abolenda.

qua tandē,inquies,gratia deus ista præcepit, si non volebat obseruari? Qua gratia tuam ciuitatem demolitus est? Nam alterum è duobus illi faciendum erat si voluisset illa manere:aut non debebat præcipere,vt ipsi vno tantùm in loco sacrificia fierent,quum vos per omnes mundi plagas esset dispersurus : aut si nolebat vos eo in loco sacrificare , non solum debebat vos per vniuersum orbem dissipare,verumetiam solam illam ciuitatē desertam & inaccessam reddere , in qua sola victimas iusserat immolare . Quid igitur? An secum ipse,inquis,pugnat deus, qui vno in loco sacrificari iusserit,& rursus ab hoc ipso loco quem præscripsit,excludat? Nequaquam, immo magnopere sibi constat deus:neq; enim initiò sibi volebat offerri sacrificia . En ipsum prophetam adduco testem, qui loquitur hunc in modum:Audite verbum domini principes Sodomorum , attendite sermoni dei vestri populus Gomorrhæ. Non ad Sodomitas & Gomorrhæos verba faciens hæc loquitur, sed ad Iudæos. Sic autē appellat illos deus,quòd imitantes illorum malitiam,sibi cognationem cum illis asciuissent. Similiter & canes illos appellat,& equos insaniētes in fœminas. Nō quòd illorum esset transformata natura, sed quòd illorum animalium incontinentiam imitarentur. Quo mihi multitudiūem victimarum vestrarum? Cęterum qui Sodomis habitabant, nūquam visi sunt immolare victimas, sed ad Iudæos sermo dei dirigitur,ob cau sam quam diximus,Sodomorum cognomina illis tribuens. Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum dicit dominus ? Plenus sum holocaustomatis arietum,& adipem ouium, & sanguinem hircorum ac taurorum nolo . Nequaquam veniatis in conspectum meum . Quis enim exquisiuit hæc omnia de manibus vestris? Audisti clarissimam vocem dicentem,quòd in initio non postularit hæc de manibus vestris? Etenim si postulasset,similiter & priscos illos omnes, qui ante hos floruerunt , prius ad hoc vitæ institutum adegisset . Quo igitur,inquis,consilio hæc præcepit? Nimirū vestræ morē gerens infirmitati non aliter quàm medicus,videns hominem febricitantem,morosum minimeq; sibi temperantem,si concupiscat frigidā bibere,ac ni accipiat periturum,ac planè futurum , vt vel ad laqueum fugiat , vel è sublimi se præcipitem det, dum studet maius excludere malum , permittit quod minus est , cupiens illum à violenta morte reuocare. Consimilem ad modum fecit & deus , quoniam vidit illos insanientes,anxios, concupiscentes victimarum oblationem,iamq; nisi acciperent quod desiderabant paratos vt ad idola se deflecterent,imò non solùm paratos,verumetiam eò iam prolapsos, permisit immolationem victimarum. Atque vt scias hanc fuisse causam,vel ex ipso tempore declaratur id quod dico. Siquidem post festum quod impiis dæmonibus celebrarent , tum demum permisit illis immolationes pecudū,tantū non dicens:Insanitis & vultis immolare victimas,quin igitur mihi potius immolatis? Quanquā ne hoc quidē ita permisit,vt perpetuò liceret,sed prudētissimo consilio quod permiserat,rursus eripuit. Et quemadmodum si medicus ille (nihil enim vetat eodem exemplo denuò vti) posteaquàm indulsit appetitui laborantis,mox phiala è cibis ædibus allata præscribat,vt ex hac sola bibat aquam:deinde persuaso ægroto,clam iis qui ministrant,præcipiat cōfringere phialam illam,vt eum clam nihilq; suspicantem auocet ab illa cupiditate bibēdi frigidam.Itidem fecit deus permittendo sacrificia . Neque enim in vllo orbis loco permisit id fieri , nisi in vnis Hierosolymis . Mox vbi per breue tēpus sacrificassent,diruit ciuitatem:& quēadmodum ille fracto vase, ita deus subuersa ciuitate, vel inuitos illos abducere voluit à victimis. Etenim si clarè palamq; dixisset , desistite : haudquaquam facilè ab immolandi insania destitissent . Nunc autem loci adempti necessitate,clanculum ac dissimulanter illos abduxit ab oblationū insania. Sit igitur medicus quidem ipse deus,phiala verò ciuitas:sit ægrotus ille, morosus Iudæorum populus.Densque frigida potio,sit victimarum permissio concessioq;. Quemadmodum igitur medicus fracto vase ægrotum cohibet ab intempestiuo frigidi potus appetitu:sic & deus, euersa ciuitate ipsa,adeoq; funditus diruta, vt omnibus facta sit inacessa,Iudæos à sacrificiis abduxit. Nam si nō hoc agebat , cur religionem illam in vnum locum concluſit, qui nusquàm non est præsens,qui implet vniuersa? Cur cultum redegit ad victimas,victimas ad certum modum,modum ad tempus, tempus ad vnam ciuitatem contraxit , ac rursus hanc ipsam ciuitatem subuertit? Adde quod mirum est & incredibile , totus terrarum orbis cōceditur Iudæis ad sacrificandum, vbi phas nō est sacrificare: solam Hierosolymam illis adire nō licet,in qua sola licet immolare. An non igitur vehemēter etiam tardis clarum perspicuumq; est,quā ob causam ea ciuitas fuerit subuersa ? quemadmodum faber iactis fundamentis,erectis parietibus, cōcamerata testudine, ipsaq; cōcamerātione in vnum lapidē in medio positum connexa,si eum tollat,totam ædificij cōpagem soluerit. Similiter deus quum eam ciuitatē fecisset quasi nodum totius religionis Iudaïcæ , ac mox eam subuerterit:nónne pariter & vniuersum eius ciuitatis statū dissoluit? Verùm hactenus aduersus Iudæos pugnatum esto. Nam hodie solùm eminus in illos iaculis velitati sumus,tantùm locuti,quantùm satis erat ad depellendū periculū à fratribus nostris, imò multò etiā amplius. Restat autē illud necessariò, vt vos qui adestis adtentemur,vt multam solicitudinem habeatis pro membris vestris. Ne dixeritis,quid mea refert, quur autem ego rerum alienarum curiosus sim & solicitus? Dominꝰ propter nos mortuus est,tu verò ne sermonem quidem profers pro illo? Et quam inuenies veniam,aut quam reddes excusationem? Quomodo ad Christi tribunal stabis cum fiducia , dic mihi, tot animarum exitium dissimulans? Vtinam mihi cōtingat, eò currentes videre,nequaquam vobis opus esset, sed celerrimam adhiberem correctionem . Quoties frater est ad meliora reuocādus, etiamsi vitam oporteat impendere,ne segnes.Imitare dominum tuum. Quòd si famulum habes , si vxorem , multa cum austeritate illos domi contineas. Etenim si non permittis illis, vt in theatrum eant , quanto magis à synagoga Iudæorū sunt arcendi? Maius est hic scelus quàm illic. Quod illic fit,peccatum est:quod hic impietas. Hæc non ideo loquor,vt illos sinatis in theatrum ire , nam & isthuc malum est:sed vt ab illis arcentes, & ab hīs multò magis prohibeatis. Age dic mihi,quid spectaturus eò curris,num homines tuba canentes? At oportuit domi sedentem gemitus ac lachrymas ob illis profundere, quòd rebellant præceptis dei , quòd diabolum habent cum ipsis choreas agētem. Nam, vt antè dixi,quod est præter voluntatem dei , etiamsi quando fuit permissum:postea violatio legis est , & innumerabilium supplicīorum materia . Tuba canebant Iudæi , tum cùm habebant

H Esaiæ.1.c

Sodomitæ dicti & Iudæi.

Esaiæ.5.c.d Hiere.5.c

I Esaiæ.1.c

Sic habent Septuaginta.

Deus concessit victimas ne confugerent ad idola. Simile.

K Hierosolymę licebat immolare.

L Hierosolyma quare subuerſa.

Simile.

Fraternæ salutis cura.

Tuba Ieiunij Iudaicis

A habebant sacrificia: nunc verò non est illis permissum idem facere.Proinde accipe iam qua de causa date sint illis tubę.Fac, inquit, tibi tubas ductiles argēteas,móxque commonstrans vsum illarum subiicit : Et illis canitis in holocaustomatis vestris. Vbi igitur est altare, vbi arca , vbi tabernaculum & sancta sanctorum , vbi sacerdos , vbi Cherubin gloriæ , vbi turibulum aureū, vbi propiciatorium, vbi phiala , vbi pateræ libatoriæ, vbi ignis ille cœlitus demissus ? Quum omnia amiseris, nihil aliud retines quàm tubas ? Vides illos ludere verius quàm sacrificare ? Verùm quemadmodum illos culpamus quòd legem transgrediuntur : ita multò magis vos incusamus,quòd ad transgressores legis cō curritis, nec illos tantùm qui eò concurrunt , verumetiam eos quibus quum sit authoritas prohibēdi suos, nolint tamen id facere. Ne mihi dixeris : Quid mihi cum illo commercij est? Alienus est,ignotus est. Dum modò sit fidelis , dum eorundem particeps mysteriorum,dum eadem iungatur ecclesia,& fratribus,& cognatis , & necessariis , & cæteris omnibus est propinquior. Proinde quemadmodum non ipsi tantùm fures dant pœnas, verùm etiam eadem pœna plectuntur ij, quibus quum esset potestas vetandi,non vetuerunt tamen: ita non solùm qui impiè agunt, verùm etiam illi qui quum possint ab impietate reuocare,tamen vel ob pigritiam,vel ob timiditatem, id facere nolunt, simili cum illis pœna plectuntur. Alioqui talentū illud quod acceperat ac defoderat seruus ille,reddidit integrum: attamen dat pœnas, eò quòd non auxerat lucrum : ita tu quidem etiamsi ipse purus & innocens perseueres, cæterùm non augeas talentum , nec fratrem pereuntem reuoces ad salutem, eadem quæ ille patitur patieris. Quid magni postulo? vnusquisque vestrum, vnum mihi ex fratribus ad salutem reuocet. Hic solicitus, hic quisque curiosus esto, quò nimirum in crastina communione multa cum fiducia compareamus , donaria deo ferentes. Donaria, inquam , omnium pretiosissima si animas errantium reduxerimus, etiamsi contumeliam fugere ferenda , si toleranda verbera, breuiter si quid aliud his etiā molestius sufferendū, omnia faciamus vt illos recuperemus. Quādoquidē & ægrotos ferimus,calcibus ferientes,cōtumeliis & cōuiciis incessant,nec offendimur cōtumeliis: verùm nihil aliud videre cupimus , quàm sanitatem hominis , per morbum indecora facientis. Quin & medici vestem sæpe laceraut ægrotans , at non ideo à cura destitit ille. Quī fit igitur vt qui corporibus consulunt , tanta vtantur diligentia : nos animabus istorum pereuntibus cessemus , perinde quasi exanimemus nihil accidere graue , quum membra nostra putrescunt ? At non ita Paulus? Sed quomodo? Quis, inquit, infirmatur,& non infirmor? Quis offenditur, & non vror ego? Hunc ignem tu quoq; concipe , & si conspexeris fratrem pereuntem,quanuis conuicietur,quanuis vim & contumeliam inferat, quanuis verberet , quanuis minitetur se futurum hostem , aut aliud quidlibet intentet,fac omnia perferas fortiter,vt illius lucrifacias salutem. Si ille fiat inimicus , deus tibi est amicus , magnisq; in die illo bonis te remunerabitur. Vtinam autem hæc donet vobis sanctorum votis ac precibus , vt & qui in errorem abducti sunt , recuperentur ad salutem , & vos in hoc venatu voti compotes euadatis: & illi ipsi blasphemi , liberati ab impietate sua Christum agnoscant ipsis crucifixum , vt omnes vno animo eodémque ore glorificemus deum & patrem domini nostri Iesu Christi , cui gloria in sęcula sęculorum , Amen.

Num.10.a.

Cognatio spiritualis.

B Peccat,qui peccantem nō reuocat.

Matth.25.c.

Simile.

C 2.Cor.11.g.

D

EIVSDEM ADVERSVS Iudæos,oratio secunda.

Auiditas audiendi conciones sacras.

VNde tandē nobis hodie frequentior conuentus factus est ? Ad efflagitandum quòd pollicīti sumus comparuistis omnes , & in hoc aduenistis, vt argentum igni probatum quod me vobis exhibiturum promiseram,accipiatis. Nam eloquia, inquit,dei, eloquia pura,argentum ignitum probatum terræ. Benedictus deus qui vobis tantum audiendi spirituales sermones inspirauit ardorem. Quemadmodum enim homines vino & potationibus dediti , singulo quoque die simul atq; surrexerunt , obambulant, curioseque disquirunt , vbi compotationes agantur, vbi conuiuia , vbi cœnæ , vbi comessationes , vbi temulentiæ,phialæ,crateres, & pocula : Sic & vos quotidie simul atque surrexeritis curiosè perquiritis , vbi nam futura sit exhortatio,vbi salubris admonitio,vbi doctrina,vbi sermo ad sermonem Christi conducens? Quas ob res & nos quoq; propēsiore studio hoc quod pollicīti sumus,aggredimur:& quæ promisimus, summa cum fide præstabimus. Itaque pugna nobis cum Iudęis susceptа,exitum quem debuit sortita est. Trophęū erectum est , & corona nobis parta est , & brabium ex superiore dictione reportauimus. Siquidem hoc susceperamus agendum , vt demonstraremus quòd ea quæ fiunt ab istis,sit quædam transgressio legis prœuaricatioq; , nec aliud quàm hominum aduersus deum erecta machina bellumq; , idq; deo auxiliante nobis ac curatissimè demonstratum est. Etenim si ciuitatē suā essent aliquando recepturi , & ad pristinum vitæ statum redituri,templumq; instauratum visuri,quemadmodum aiunt ipsi , quanquam id nunquam est futurum,ne sic quidem haberent iustam excusationem eorum quæ faciunt.Nam & tres illi pueri, & Daniel cæterique omnes , qui viuebant in captiuitate , expectabant donec reciperent ciuitatem suam , ac post annos quadraginta viderent patriæ solum , pristinisq; viuerent legibus. Atqui quum hoc illis palàm & euidenter esset promissum : non tamen ausi sunt quicquam eorum facere iuxta legis ritus , quæ faciunt isti. Hoc pacto poteris & ipse Iudæo occludere os. Roga illum, qua de causa ieiunas , quum non habeas ciuitatem? Quòd si dixerit : Quoniam spero me recepturum ciuitatem. Dicito illi : Proinde quiesce , donec receperis. Nam illi sancti donec ad patriam suam redirent, nihil eorum quæ tu facis,ausi sunt facere. Vnde palàm est , quòd nunc legem dei violas : etiamsi , vt vis , recepturus sis ciuitatem, tamen pacta cum deo inita rescindis,& in ipsum vitæ statum contumeliosus es. Igitur in oratione superiore diximus vestræ charitati, quantùm satis est ad retundendam Iudæorum impudentiam , & ad redarguendam eorum prævaricationem. Cęterùm quādo non hoc tantùm nobis erat propositum , vt illorum ora clauderemus , verùm vt ecclesiam copiosius de suis propriis dogmatibus edoceremus : agè rursus & hoc ex abundanti demonstremus quòd templum nunquam instaurabitur , neque ad pristinum vitæ statum restituendi Iudæi sunt. Hoc pacto fiet vt & vos exactius noueritis apostolica dogmata , & illi contrà ad maiorem impietatem prolapsi capiantur. Harum verò rerum testem adducemus non angelum , non archangelum , sed orbis vniuersi prin-

ἀνισόμοιον.

Cap.1.& seq.

F

Templū Iudæorū nunquā instauradum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Guersi principẽ dominum nostrum Iesum Christum. Is enim quum ingressus Hierosolymam, vidisset templũ: dixit futurum, vt Hierosolyma conculcaretur à gentibus multis, donec implerentur tempora gentium, videlicet tempus significans vsq; ad consummationem mundi. Ac rursus hæc de templo comminatus est loquens discipulis, non mansurum lapidem super lapidem in eo loco qui non diruatur, videlicet explanatè prædicens eum prorsus abolendum, & in perpetuam solitudinem redigendum. Verùm Iudæus omnino reiiciet hoc testimonium, nec recipiet ea quæ dicimus. Inimicus autem, inquit, meus est qui talia loquitur: ego illum adegi in crucem, & quomodo recipiam illius testimonium? Atqui hoc ipsum prodigiosum est ô Iudæe, quòd quum tu crucifixeris eum, ille posteaquàm abs te crucifixus est, tunc ciuitatem tuam euertit, tuam gẽtem dissipauit, tuum populum per vniuersum orbẽ dispersit, videlicet re ipsa declarans se resurrexisse ac viuere, atque nunc agere in cœlis. Quoniam enim ex benefactis noluisti potentiam illius cognoscere, per afflictionem ac supplicia demonstrauit robur suum inuitabile, pariter & inexpugnabile. At ne sic quidem credis, aut putas illum esse deum, ac totius orbis dominũ, sed arbitraris hominem fuisse quemlibet è vulgo. Agè igitur perinde quasi nihil aliud quàm homo fuerit, ipsum æstimemus. Quũ aliquos videmus homines quos in omnibus comperimus esse veraces, nec vlla in re mentientes: horum etiamsi fuerint hostes, modò sapiamus, dicta recipimus. Rursum si viderimus eos mẽtientes, etiamsi in nonnullis veraces fuerint, nec illa facilè recipimus quæ verè ab illis dicta sunt. Agè nunc igitur consideremus Christi mores, & cuiusmodi fuerit vita. Non enim hoc tantùm quod diximus prædixit, clareq; pronunciauit: verumetiam alia multa, longo pòst tempore ventura, vaticinatus est. Proferamus igitur prędictiones illas in medium, in quibus si videris illum mendacem, ne hanc quidem recipito, neque putes illi fidem habendam. Contrà, si videris illum in cæteris omnibus veracem, & hanc ipsam prædictionem euenisse: deinde quum videas immensum temporum curriculum attestans veritati eorum quæ prædixit, ne velis vltrà perfricare frontem, neq; rebus Sole clarioribus obstrepere. Videamus igitur quid prẽterea prædixerit. Accessit ad illum mulier alabastrum habẽs vnguenti precioſi, & effudit vnguentum in caput illius accumbentis. Hoc factum indignè ferentes, discipuli dicebant: Quin istud potius venundatum est triginta denariis, ac datum pauperibus? Hos reprehendens, loquitur hunc in modum: Quid molesti estis mulieri? bonum enim opus fecit. Dico enim vobis, quum prædicatum fuerit hoc euangelium in vniuersa terra, dicetur & hoc quod illa fecit, in ipsius memoriã. Vtrúm ne mentitus est, an dixit verum? Euenit quod prædixit, an fuit inane vaticinium? Interroga Iudæum, & si millies perfricuerit frontem, aduersus hãc prædictionem non poterit oculos attollere. In omnibus enim ecclesiis appellari mulierem audimus. Sunt consules, duces, viri, mulieres, nobiles, illustres, splendidi, in omnibus vrbibus, & in quancunq; orbis partem deueneris, summo cum silentio audiuntur omnes huius mulieris officium. Nec est vlla mundi plaga, quæ factũ hoc ignoret. Atqui quot reges multa magnáque in multos contulerunt beneficia, bella cum laude gesserunt, trophæa statuerunt, gentes gubernarunt, ciuitates erexerunt, & innumeris commodis auxerũt rempublicam: & tamen cum suis benefactis silentio teguntur. Item reginæ primariæq; fœminæ innumerabilia benefacta contulerunt in eos quibus imperabant, quæ ne de nomine quidem vlli notæ sunt. Hæc autem abiecta mulier, quæ tantùm effudit vnguentum, toto terrarum orbe decantatur. Ne temporis quidem tam immensa lõgitudo memoriam illius vel extinxit, vel extinguet vnquam, idque quum factum ipsum non esset insigne (Quid enim magni erat vnguentum effundere?) neq; persona esset celebris. Erat enim mulier abiecta, neque multi testes aderant. Nam inter discipulos res est gesta: neq; locus nobilis, neq; enim hoc fecit per theatrum transiens, sed in domo decem duntaxat hominibus præsentibus. Attamen neq; personæ vilitas, neque testium paucitas, neq; loci obscuritas, neq; vlla res alia potuit illius abolere memoriam. Quin potius regionis omnibus ac regibus vniuersis celebrior est nunc hæc mulier, nec vlla ætas obliuioni tradidit quod factum est. Vnde id: dic mihi, aut quis hoc effecit? An nõ deus ipse, cui tum hoc officium præstabatur hanc famam per omnia terrarum loca dispersit? Proinde dic mihi, num huiusmodi prædicere, virtutis humanæ videtur? Quis enim sanæ mentis hoc dixerit? Nam prædicere quæ facturus esset, priusquàm ab ipso fierẽt, mirum quidem ac prodigiosum: verùm prædicere quæ fiunt ab aliis, efficerèque, vt fideles illis habeatur, sintque cunctis perspicua, multò maius est, ac mirabilius. Rursum prædixit Petro: Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt aduersus eam. Proinde dic agè Iudæe, quid habes quod reprehẽdas aut redarguas ex iis quæ dicta sunt? Quid habes quo doceas hanc prædictionem esse mẽdacem? An non testimonium cum rebus consentit, etiamsi mille modis ipse contendas in aduersum? Quot enim bella aduersus ecclesiam concitata sunt, quot exercitus instructi, quot arma mota, quod non afflictionum & vindictæ genus excogitatum, sartagines, catapeltæ, lebetes, fornaces, lacus & præcipitia, bestiarum dentes, maria & proscriptiones, aliaq; innumera tormentorum genera, neque dictis memoranda, neque factis tolerãda? Atque hæc non tantùm ab extraneis, verùm etiam à nostris domesticis. Nam ciuile quoddam bellum occuparat omnia, vel quouis potius ciuili bello pernicioſius. Neque enim ciues modò cum ciuibus, verùm etiam cognati cum cognatis, domestici cum domesticis, amici cum amicis conflictabãtur: nihil tamen horum dissoluit ecclesiam, ac ne inferiorem quidem reddidit. Atque id sanè mirũ & incredibile, quòd hæc in ipsis statim primordiis mota sunt. Nam si tum irruissent hæc acerba, posteaquàm iam radices egerat, & per omnes mundi partes plantatum esset euangelium, haud perinde fuisset admirandum, non fuisse subuersam ecclesiam. Cæterùm quum in ipso doctrinæ exordio nũper iacto fidei semine, teneris etiamnum auditorum mentibus, tot procellæ bellorum irruperint, res nostras non solùm nulla ex parte fuisse deminutas, verumetiam multam accessionem adiunctam fuisse: hoc nimirum superat omne miraculum. Ne quis autem dicere possit, quòd nunc ecclesia ob pacem à regibus præbitam conabilia sit, quum esset minor, quàm videretur imbecillior, tunc illã oppugnari permisit: vti cognoscas etiam quod nunc in tuto est, non acceptum esse ferendũ paci quam præstãt reges, sed à potentia dei proficiscendum, quò magis cognoscas esse verum, reputa tecum, quàm multi conati sint apud

Lucæ.21.c.

Matth.24. & Mar.13.a & Luc.19.g

Iudæorum dispersio.

Fictio.

Consensus veritatis.

Matth.26.a

Vt excutit circunstantias.

Ecclesia immobilis & inuicta.

Amplificatio.

Hæreses & philosophi ecclesiæ cedunt.

A sint apud Græcos opiniones nouas, ac peregrinas viuendi rationes inducere, veluti Zenon, Plato, Socrates, Diagoras, Pythagoras, aliiq; innumeri: attamen adeò non vicerunt, vt pleriſq; ne de nomine quidem sint noti. Christus autẽ non modò præscripsit vitæ formãm, verùm etiam hanc per totum terrarum orbem plãtauit. Quàm multa fertur Apollonius ille Tyaneus fecisse, verùm vt scires illa omnia esse conficta, vana, nihil habentia veri, extincta sunt, & finem acceperũt. Iam ne quis arbitretur contumeliã esse Christi, quòd de illo verba facientes, Pythagoræ, Platonis, Zenõnis, & Tyanei meminerimus: non enim id facimus ex animi nostri sententia, sed ad Iudæorum infirmitatẽ nos ipsos demittentes, qui credunt nihil aliud eum esse quàm hominem. Itidem & à Paulo factum est. Is enim ingressus Athenarum vrbem, non ex prophetis nec ex euangelio cum illis disseruit, sed ab ara cœpit exhortationem. Non quòd aram illam ad faciendam fidem plus habere momenti crederet quàm euangelia, neque quòd literas illic inscriptas potiores duceret prophetis: sed quoniam cum gentibus disputabat, quæ nulli B nostrorum voluminum credunt, à propriis ipsorum dogmatibus ipsos aggressus est. Hinc est quod ait: Factus sum Iudæis Iudæus, his qui sine lege erant tanquam essem sine lege, quum sine lege non essem deo, sed essem in lege Christi, vt lucrifaciam eos qui sine lege sunt. Itidem & veteris testamenti scriptura facit de deo Iudæis loquens. Sic enim ait: Quis similis tui in diis domine? Quid ais propheta? Itáne comparatio est vlla dei veri ac deorum falsorum? Non, inquit, hoc vt comparationem inducam locutus sum, verùm quoniã ad Iudæos mihi erat sermo, qui magnificam de dæmonibus habent opinionem, ad illorum imbecillitatem memet accommodans, hoc docendi genere sum vsus. Quoniã igitur nobis quoq; disputatio est aduersus Iudæos, qui Christum existimant simplicem fuisse hominem, & hominem quempiam legis præuaricatorem: propterea ab his quæ apud gẽtes in admiratione sunt, induxi comparationem. Quòd si vultis me & eorum qui apud ipsos Iudæos eadem conati sunt vel aduersus discipulos, vel aduersus principes aut præfectos, sed protinus extincti sunt, exempla recensere, agè conabimur & hæc demonstrare. Hoc igitur modo Gamaliel C illis obturauit os. Quum enim videret illos insanientes, cupidosq; effundẽdi sanguinis discipulorũ, studẽs eos ab impotenti vesania cohibere, iussis paulisper secedere apostolis, sic ad illos verba fecit: Prospicite vobis quid de his hominibus sitis facturi. Ante hos enim dies exortus est Theudas, dicẽs se esse aliquem, & secuti sunt illũ viri quadringẽti, & ille periit, & omnes quotquot ei paruerunt dispersi sunt. Et post illum exortus est Iudas Galilæus, qui concitauit turbam magnam, & mortuus est, discipuliq; illius perierunt. Et nunc dico vobis, prospicite vobis: quoniam si factum hoc fuerit ex hominibus, dissoluetur. Sin ex deo est, non potestis illud dissoluere, ne fortè comperiamini & aduersus deum pugnare. Vnde igitur manifestum est fore, vt quicquid ex hominibus sit, dissoluatur? Experimẽtum, inquit, cepistis à Iuda & Theuda. Itaque & hic qui ab istis prædicatur, si talis est quales fuerunt illi, nec diuina potentia peragit omnia, expectate paulisper, & ipse rerum euentus vobis faciet fidem: & ex ipso fine certum cognoscetis, vtrum hic sit impostor, vt dicitis, ac legis transgressor, an deus vniuersa temperans, ineffabilique potentiæ suæ mortalium dispensans modo ránsque. Quod dico factum est. Expectarunt, & ex ipsis factis declarata est diuina & inexpugnabilis potentia. Atque hoc inuentum quod ad decipiendos plurimos adhibitum erat, retortum est in caput diaboli. Nam quum videret illum aduenisse, volens illius obscurare aduentum, submisit deceptores aliquot, quò videlicet & ille vnusquispiam ex eorum numero putaretur. Quodq; de cruce fecit, procurans vt duo latrones cum illo crucifigerentur: idem fecit de illius aduentu, studens veritatem admixto mẽdacio obscurare: verùm nec illic prævaluit, nec hic, quin magis hoc ipsum potentiam Christi declarauit. Alioqui dic mihi, quid est in causa, vt quum tres fuerint crucifixi eodem loco, eodem tempore, sub iisdem iudicibus, illi saleantur, hic solus adoretur? Rursus quam ob rem tandem, quum plures nouam viuendi rationem induxerint, ac discipulos habuerint, illorum ne nomen quidem hodie notum sit, hic per omnes mundi plagas colatur? Res enim potissimum eluescunt ex collatione. Confer ista mihi ô Iudæe, ac disce veritatis excellentiam. Quis impostor tot ecclesias toto terrarum orbe E parauit? Quis ab extremis ad extrema mundi cultum suum protulit? Quis omnes subiectos habuit, idq; quũ essent innumera obstacula? Nemo sanè. An non igitur perspicuum est Christum non esse impostorem, sed sospitatorem, sed beneficum, sed curatorem, sed principem vitæ nostræ? Proinde ad id quod erat propositum redibo, si prius vnam adhuc prædictionem addidero. Non veni, inquit, vt mitterem pacem super terram, Matth.10.d sed gladium: non declarans quid ipse cuperet, sed rerum euentum prædicens. Veni enim, inquit, separare hominem, excitare filium aduersus patrem suum, & nurum aduersus socrum suam, & filiam aduersus matrem suam. Vnde hęc prędixit, si nihil aliud erat quàm homo, & vnusquispiam è vulgo? Quod autem dicit, Veni mittere gladiũ, quomodo accipiendũ. hunc habet sensum: Quoniam euenit, vt in eadem domo vnus sit fidelis, alter infidelis: deinde pater velit filium suum pertrahere ad impietatem, hoc ipsum prędicens ait: Adeò vincet euãgelij potestas, vt filij quoq; contemnant patres suos, & filiæ matres, & parentes liberos. Non solùm autẽ prius habebunt familiares contemnere, verùm etiam suam animam exponere, cunctaq; sustinere ac perpeti, ne pietatem ab se repellant, aut quicquam deserant eorum quæ nostræ conducunt F prædicationi. Vnde hæc ille tum scire, tum efficere potuit, si fuit homo vnusquispiam è vulgo? vnde illi venit in mentem hæc cogitare, quòd ipse filiis esset magis reuerendus futurus quàm patres, quòd parentibus dulcior quàm liberi, quòd vxoribus desiderabilior quàm mariti, idq; non vna in domo, neque duabus, neque tribus, neq; decem, neq; viginti, neq; centum, sed vbiq; per orbem terrarum, in vrbibus omnibus & regionibus, in terra pariter atq; in mari, & in parte mundi habitata simul & inhabitabili. Nec illud possis dicere, dixit quidem ista, verùm haud perduxit ad effectũ. Complures igitur in primordiis ecclesiæ, atque adeò nunc quoque ob pietatem habentur odio, eiiciuntur è paternis ædibus, nec ad quicquam horum reuertuntur, abundè magnum solatium esse ducentes, quòd hæc ob Christum perpetiũtur. Dic mihi, quis hæc vnquam potuit inter homines? Hic igitur qui hæc omnia prædixit, de muliere illa, de ecclesia, de bello hoc: Epilogus. idem prædixit templum ruiturum, Hierosolymam interituram, eamq; ciuitatem non amplius fore ciuitatem Iudæorum, quemadmodum fuit antea. Itaque si

Excusat se quòd in cõcione nominarit ethnicos philosophos.

Acto.17.c.

1.Cor.9.c.

Psal.85.b.

Hostium armis aduersus ipsos pugnandũ.

Acto.5.f.

Exitus arguit facta vnde sint.

Christus solus occupauit totum orbem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gmentitus est illa omnia, nec euenerunt quæ prædixit, diffide & his. Quòd si vides illa clarissimè euenisse, inq; dies singulos augescere, neq; inferorũ portas aduersus ecclesiam prœualere, si vides quòd mulier illa fecit prædicari tanto iam tempore per vniuersum orbem, si homines qui illi crediderunt eum pluris faciũt quàm parentes, quàm vxores, quàm liberos: quur, quæso te, huic vni prædictioni resistis, præsertim quum ex ipso tempore testimonium illius silentiũ imponat impudentiæ tuæ? Quòd si post excidium vrbis non transisset nisi decem anni, aut viginti, aut triginta, aut quinquaginta: minimè tamen decebat vel tum impudenter obsistere, etiamsi fuisset aliqua reluctandi relicta occasio: iam verò si non quinquaginta tantùm, sed & centum, imò bis ac ter tantum annorum multóque amplius, præteriit post ciuitatem captam, nec interim vllum vestigium, aut vmbra apparuit, pollicens rerum vestrarum mutationem: quur frustra, nullaq; de causa impudentiam tuam obtines? Hæc satis erant ad demonstrandum vobis, nunquam fore vt templum restituatur. Verùm quando veritas multis modis exuberat, omissis euangeliis ad prophetas me verto, quibus & maximè videntur fidere: atque ex his perspicuum faciam, neque ciuitatem, neq; templum vnquam posthac restituendum. Quanquam nihil erat mihi necesse demonstrare quòd non restituetur. Neque enim hoc meum erat, sed illorum partes erant, docere quòd esset restituendum. Nam ipse quidem ex ipso tempore congruum habeo testimonium, mihi patrocinans: ipsi contrà, quum ex ipso rerum euentu deiiciantur, nec alioqui quicquam eorum quæ dicunt queant demonstrare, tamen nihil aliud quàm ostẽtant sese, quũ oporteat ipsos hoc testimonium exhibere quod exhibeo. Nam illa quę dico, ex ipso rerum euentu doceo esse vera. Corruit enim ciuitas, nec tam longo iam tempore instaurata est. Contrà, quæ dicunt isti, nudis verbis nituntur. Atqui debebant ipsi docere, futurum vt ciuitas rursum instauretur, quandoquidem in forensibus iudiciis videmus sic fieri probationes. Nam quoties inter illos aliqua incidit controuersia, & alter alterum scripto conuenit, deinde is aduersus quem agitur, inficiatur ea quæ obiiciuntur, cogitur is qui negat postea testes & alias adferre probationes, quibus doceat non esse vera quæ scripto continentur, non is qui scriptum produxit: Eodem modo conueniebat & istos hic facere, nobisq; in medium producere prophetam qui prædixerit omnino futurum vt ciuitas restituatur. Nam quod prorsus est necesse, prophetas vobis prædixisse venturum istius captiuitatis in qua estis finem, si venturus est, nimirum perspicuum est omnibus quivel inspexerint libros propheticos. Mos enim erat apud Iudæos vetus, vt prophetæ diuinitus afflati prædicerent illis quæ imminerent, seu bona, seu mala. Qua gratia & quam ob rem? Propter insignem illorum improbitatem & impudentiam. Alioqui fugisset illos, beneficia quibus afficiebantur, à deo proficisci: eaq; quæ fiebant, dæmonibus ascripsissent, & bona illis imputassent. Ac nunc quidem cùm illis egressis ex Aegypto, mare scissum esset, aliaq; prodigia fierent, obliti quòd hæc authore deo gererentur, iis qui dij non erant, tribuebant ea quæ fiebant, dicentes Aarõni: Fac nobis deos, qui præcedant nos. Videntur autem & Hieremiæ dicere: Sermonem quem locutus es ad nos sub nomine domini, non audiemus ex te, quoniam faciemus omnia quæ egredientur ex ore nostro, vt sacrificemus reginæ cœli, & immolemus illi victimas, quemadmodum hactenus fecimus & nos, & patres nostri, & principes nostri, & repleti sumus panibus, & bene nobis erat, & mala non vidimus: & posteaquàm destitimus sacrificare reginæ cœli, & immolare illi victimas, diminuti sumus omnes nos, & gladio fameq; defecimus. Profinde ne quid eorum quæ contingunt simulachris imputarent, sed potius crederent & vltiones, & beneficia ipsis à deo proficiscei, illas quidem ob peccata, hæc verò per dei bonitatem erga genus humanum, prophetæ diuinitus afflati prædicebant illis euentura. Atque vt certius scias hanc esse causam prædictionis, vide quid dicat vocalissimus ille Esaias ad populum Iudaïcum: Scio quòd durus es tu, & nerũ ferreus ceruix tua: hoc est, inflexibilis: & frons tua ærea, hoc est, impudens. Sic & nos frequenter solemus eos qui nesciunt erubescere χαλκοπροσώπους, id est, æream habentes faciem appellare. Et annunciaui tibi quæ ventura erant in te priusquam fierent, & ingessi auribus tuis: deinde prædictionis causam explicans, subiicit: Ne quando dicas, idola me seduxerunt, & sculptilia conflatiliaq; præceperunt mihi. Ac rursus, quoniam peruicaces quidam & elati, post euentum rei, perfricabant frontem, perinde quasi non antea fuisset illis prædictum: prophetę non solùm futura prædicebant, verùm etiã testes adhibebant eorum quæ gerebantur. Sic enim rursus loquitur idem Esaias: Da mihi testes viros bonæ fidei, Vriam sacerdotem & Zachariam filium Barachiæ. Nec hoc contentus in nouo volumine descriptam, deposuit prophetiam, quò postquàm euenisset, ipsæ res de se ipsis testimonium ferrẽt, quòd afflatu cœlesti multo antè tẽpore fuisset illis prædictum. Eoq; non solùm scripsit in volumine, sed in nouo volumine, quò posset in multum durare tempus, nec facilè corrumpi, sed expectare euentum rerum quæ ibi continebantur. Equidem est se verum quod dico, videlicet deum illis omnia ventura prædixisse, non ex his tantùm, verùm & ex ipsis quæ illis acciderunt, tum bona tum mala, demonstrabo. Tres seruitutes grauissimas pertulerunt Iudæi, quarum nullam eius illis ingessit non prædixit, sed singula illis prædicenda curauit, & locum, & tempus, & personam, & affectionis speciem, & reditum, aliaq; cũcta summa cum diligentia prænuncians. Ac primo loco dicam de captiuitate quam passi sunt in Aegypto: Deus loquens ad Abraham his fermè verbis vtitur, Sciens scias, quòd semen tuum peregrinum erit in terra non sua, & in seruitutem adigent, & affligent illud annis quadringentis. Gentem autem cuicunq; seruierint, ego iudicabo, dicit dominus. Quarta autem generatione reuenient huc cum apparatu copioso. Vides vt & numerum annorum expresserit, & seruitutis modũ, quum non simpliciter, inquit, in seruitutem adigent, sed addit, affligent. Audi quomodo Moses paulò post exponat afflictionem: Palea, inquit, non dantur famulis tuis, & iubent nos lateres facere, & flagris cædebantur quotidie, vt intelligas quid sibi velit, in seruitutem adigent & affligent. Gentem autem, inquit, cuicunque seruierint, ego iudicabo: significans Aegyptiorum submersionem in mari rubro, quam in canticis describens Moses sic loquitur, Equum & ascensorem proiecit in mare. Mox & reditus eodem, quòd essent rediturí cum multa supellectile, Sumite, inquit, commodatò à suo quisque vicino & contubernali vasa aurea & argentea. Quoniam enim longo tempore seruierant, nec mercedem receperant, deus effecit vt insciens-

Simile.

Exod.32.a.

Hier.44.d.

A tempore colligit cõfirmationẽ.

Quare Iudæis datæ sunt prophetiæ.

Clama necessa Esaiæ.48.a

Ibidem.8.a

Prophetiæ fides.

Seruitutes Iudęorum tres præcipuæ.

Gene.15.c.

Exod.5.b.

Gene.15.c.

Exod.15.a.

Ibidem.11.a

Avt inscientibus ac nolentibus etiam peterent, clamátque propheta dicens: Eduxit eos cum argento & auro, nec erat in tribubus eorum infirmus. Hæc est vna seruitus exactissimè prædicta. Agè nunc & ad alteram

Psal.104.d.

Captiuitas Babyloniæ

captiuitatem vertamus sermonem, quam perpessi sunt in Babylone. Nam & hæc accuratè prædixerat Hieremias ita loquens: Sic ait dominus, Posteaquàm impleti fuerit in Babylone septuaginta anni vilitabo eos, & ponam erga vos verba mea bona vt redeatis in locum hunc, & conuertam captiuitatem vestram, & congregabo vos ex omnibus gentibus, & ex cunctis locis in quos dispersi vos, dicit dominus, & conuertam vos in locum vnde vos demigrare feci. Vides vt rursus hic & ciuitatem expresserit, & annorum numerũ, & vnde & quò esset illos congregaturus. Eòque Daniel non prius super his rogauit dominum quàm vidisset annos septuaginta completos. Quis hæc dicit? Ipse Daniel ita loquens: Et ego Daniel faciebam opera regis, & admirabar visionem, nec erat qui intelligeret, & intellexi in libris numerum dierum, qui fuit sermo domini ad Hieremiam prophetam, ad expletionem desolationis Hierosolymæ anni septuaginta, & dedi faciem meam ad dominum deum meum, vt exquirerem precationem & obsecrationem in ieiunio, sacco, & cinere. Audisti quemadmodum hæc quoque captiuitas prædicta fuerit, & propheta non ausus fuerit preces ac supplicationem admouere deo ante tempus præfinitum, ne frustra temerèque admouens audiret quod audiuit Hieremias: Ne rogaueris pro populo hoc, neque postularis pro illis: quoniam non audiam te. Verùm vbi vidit vaticinium esse completum, simúlque tempus vocare ad reditum, tunc orat, non simpliciter, sed in ieiunio, sacco & cinere: & quod in hominum moribus euenire solet, id fecit erga deum. Nos enim quum videmus aliquos qui famulos post multa grauiáque commissa coniecerunt in vincula, non protinus in principio exordióque punitionis admouemus supplicationem: sed vbi sciuerimus illos aliquot dies temperatiores esse factos, tunc adimus heros, nacti iam & ab ipso tempore auxilium: hoc sanè & propheta fecit. posteaquàm enim pœnas dederant, haudquaquam dederant signas admissis, attamen iam adit deum pro illis verba facturus. Quòd si videtur, ipsam etiam deprecationem audiamus: Cõfessus sum enim, inquit, & dixi, Deus magne & admirabilis qui seruas pactum tuum & misericordiam tuã iis, qui te diligunt, & seruant præcepta tua. Quid facis ô Daniel, pro hominibus qui peccarant & offenderunt intercedens, eorum mentionem facis qui leges illius seruauerunt? Ergo indigni venia sunt, qui præcepta illius violant? Non ob istos hæc loquor, inquit, sed ob horum progenitores, ob Abraham, ob Isaac, ob Iacob. Illis promisit, illis pollicitus est deus, qui præcepta illius seruauerunt. Quoniam igitur hi nullo pacto possunt petere salutem, idcirco progenitorũ mentionem facio. Ne putares quòd de his verba faceret, quũ adiecisset, Qui seruas pactum tuum & misericordiam tuam diligentibus te, & seruantibus præcepta tua: mox subiicit, peccauimus, iniquè egimus, iniustitiam perpetrauimus, excessimus, defleximus à præceptis tuis, & à iudiciis tuis: non auscultauimus seruis tuis prophetis. Vna siquidem solaq; purgatio peccatoribus reliqua est post peccata, videlicet vt sua commissa confiteantur. Tu verò mihi considera & iusti virtutem, & Iudæorũ improbitatem. Nam ille quidem nullius mali sibi con-

Daniel.9.a.

Hiere.7.d &.11.c & 14.b.

Oratio submissa Simile

Daniel.9.b.

Vna excusatio accusare quod commissisti.

scius seipsum multa cum austeritate damnat dicens: Peccauimus, iniquè fecimus, iniustitiam perpetrauimus: Hi verò malis innumeris pleni, contrà fecerunt dicentes, Seruauimus præcepta tua: & nunc beatos dicimus alienos, & restituuntur qui patrant iniquitatem ac peccata. Quemadmodum enim solent iusti post iusta facta modestè agere, ita solent mali post admissa scelera laudare sese. Qui nullius peccati sibi conscius erat, dicebat: Iniquitatem fecimus, defleximus à præceptis tuis: Contrà, qui innumerabilium facinorum sibi conscij erant, dicebant: Seruauimus præcepta tua. Atq; hæc eò loquor, vt alterum vitemus, alterũ imitemur. Post hęc quoniam attigerat illorum peccata, narrat & vindictam ac pœnam quam dederunt, & ex hoc deum ad misericordiam reuocare cupiens ait: Et venit super nos execratio quæ scripta est in lege Mosi serui dei, quia peccauimus. Quæ nam est ista execratio? Vultis ne legamus illam? Nisi seruieritis, inquit, domino deo vestro, inducet super vos gentem impudentem, & non audies vocem illius, & eritis numero pauci. Hoc idem declarantes tres illi pueri, palamq; facientes quòd ob ipsorum peccata accidisset hoc vindictæ genus, & ipsi pro cõmunibus peccatis confessionem proferentes, dicebant: Tradidisti nos in manus hostium impiorum, inimicissimorũ, desertorum, ac regi iniusto & sceleratissimo, terrã quæ transgressa est. Vide quomodo completa est illa execratio quæ dicit: Eritis numero pauci. Rursus quòd dicit, Adducã in vos gentẽ impudentẽ: Idem hoc & Daniel hic rectè significans dicit: Venerunt super nos mala, qualia non acciderunt sub omni cœlo, præ his quæ facta sunt Hierosolymis. Quæ tandem ista? Matres liberos suos comederunt. & hoc sanè prædicit Moses: cęterùm Hieremias ostendit euenisse. Ille quidem loquitur: Ciuitas tenera ac delicioſa. Cuius enim non cepit experientiam pes eius vt insisteret in vestigio propter teneritudinẽ ac delicias, attinget impiam mẽsam, & suos ipsius filios comedet. Hieremias autem declarat hoc euenisse dicens, Manus mulierum miserabilium aggressæ filios suos. Quanquam autem peccata illorum qui peccauerãt elocutus esset, & vltionem in medium adduxisset: ne sic quidem illos ex his iudicat dignos qui seruentur. Vide bonitatem famuli. Siquidem hic quum ostendisset quòd nondum digna meritis essent perpessi, nec his quæ multa licẽt pertulerant, dissoluissent quæ pro commissis debebant, mox confugit ad dei misericordiam, & ad solitam illius bonitatem erga genus humanum dicens: Et nunc domine qui eduxisti populum tuum è terra Aegypti, & fecisti tibi nomen, vt hic est dies, peccauimus, iniquitatem fecimus. Et quemadmodum illos, inquit, non ex ipsorum benefactis saluos fecisti, sed afflictionem videns, & angustias & clamorem illorum exaudiẽs: sic & nos libera à præsentibus malis, propter solam bonitatem tuam erga genus hominum. Nam aliud nullum habemus ius sperandæ salutis. Hæc loquutus, multáque lamentatus, mox inducit ipsam ciuitatem ceu mulierem aliquam captiuam, & ait: Ostende faciem tuam super sanctificationem tuam, inclina aurem tuam & audi, aperi oculos tuos, & vide interitum nostrum ciuitatisque tuæ, in qua inuocatum est nomen tuum sanctum. Posteaquàm ciuitas pectis hominibus neminem vidit qui possit deum reddere propitium, ad ædificia confugit, & ciuitatem ipsam obiicit, eiúsque desolationem ponit ob oculos, atque ad hæc deflexo sermone deum propitium reddidit. Id perspicuum est ex his

Iustus accusator sui.

Daniel.9.c.

Deut.18.f.

Gens impudens.

Daniel.3.c.

Ibidem.9.c.

Deut.28.f.

Thre.4.b.

Daniel.9.d.

Ibidem.e.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G ex his quæ sequuntur. Verùm quod dicebam, oportet enim ad id quod erat propositum reuerti, quando hęc obiter interiecta sunt, non simpliciter, neq; temerè, sed vt animos vestros aliquantisper refocillarem ex perpetuis contentionibus fatigatos. Agè redeamus igitur vnde digressi hæc diximus, demonstremúsque, quòd ea quæ Iudæis erant euentura, diuinitus prædicta sunt illis exactè plenèque. Iam enim duas captiuitates sermo noster demonstrauit illis accidisse, quemadmodũ à prophetis erat prædictum, idq; non casu, neque præter expectationem. Supereſt vt vbi tertiam adiecerimus de hac qua nunc tenentur dicamus, doceamusq; perspicuè, quòd nullus propheta promisit illis futurũ, vt vllo pacto ab his malis in quibus nunc sunt, soluantur aut liberentur. Quæ est igitur tertia? Quæ facta est sub Antiocho cognomento Illustri. Nam Alexander Macedonum rex, vbi Darium Persarum regem deuicisset, in sese trãstulit imperium. Hoc autem extincto, quatuor post illum reges successerunt, è quorum vno prognatus Antiochus longo pòst tempore & templũ incendit, & sancta sanctorum deuastauit, & sacrificia sustulit, & Iudæos subegit, denique totam illorum religionem ac ritus destruxit. Et hæc omnia ad vnum vsque diem exactissimè prædicta sunt à Daniele, & quãdo hæc essent futura, & quomodo, & à quo, & qua ratione, & vbi finem acceptura, & quam tandem mutationem sortitura. Hoc autem euidentius perspicietis vbi visionem ipsam audieritis, quam sub similitudinis inuolucro proposuit propheta. Arietis vocabulo designans Darium regem Persarum: hirci verò Græcorũ regem videlicet Alexandrum Macedonem: quatuor cornua vocat eos, qui post illum extiterunt: postremũ cornu ipsum signat Antiochum. Quin præstat ipsam audire visionem. Vidi, inquit, visionem & sedebam in Vbal: (Vbal locum quempiam dicit, Persarum lingua sic illum appellãs) Et sustuli oculos meos & vidi, & ecce aries vnus stans in Vbal, & erant illi cornua excelsa, & vnum excelsius cæteris, & excelsum illud peruenit vsque ad extrema, & videbam arietem mouentem cornu contra mare, & Boream, & Notum, & omnes bestiæ non steterunt in conspectu eius, nec erat qui eriperet de manu illius, & faciebat iuxta voluntatem suã, & magnificatus est, & ego intelligebam. De potentia loquitur Persica, quæ peruasit totam terram. Deinde De Alexandro Macedonum rege loquens dicit: Et ecce hircus caprarum venit ab Austro super faciẽ vniuersæ terræ, & non tangebat terram, & hirco illi prominebat cornu in medio oculorum ipsius. Deinde narrans congressum Alexandri cum Dario, eiusq; victoriam viribus partam: Venit, inquit, hircus vsq; ad arietem habentem cornua, & efferatus est in eum, & percussit arietem. Dicendum est enim compendio, & contriuit vtrunq; cornu illius, nec erat qui eriperet de manu illius. Post hæc narrans mortem Alexandri & quatuor regum successionem, & quæm hic inualesceret, inquit, contritum est cornu magnum, & exorta sunt quatuor cornua sub illo, ad quatuor ventos cæli. Hinc transiens deinceps ad Antiochi regnum venit, & declarans quòd ex horum vno sit ortus, sic ferè ait: Ex vno prodiit cornu validum, & exaltatum est vehemẽter supráque modum ad Notam & Orientem: deinde designans, quòd Iudaïcam ditionem funditus destruxit, Post hæc, inquit, per eum sacrificium turbatum est delicto. Et factum est, & successit illi prosperè, & sanctum desolabitur, & datum est contra sacrificium pec

Danielis visio.

Daniel.8.a.

Vbal, Hierony.vertit, paludem.

I

Daniel.8.b.

Ibidem.

H

catum, altari sublato, sanctis conculcatis, idolum statuit intus, & hostias immolauit dæmonibus impiis, & proiecta est in terram iustitia, propter mala quæ fecit: Et successit illi prosperè. Deinde repetens denuò hanc eandem quæ sub Antiocho Illustri facta est captiuitatem, excidiúmque ac desolationem templi, etiam ipsum tempus addidit, Exorsus denuò ab Alexandri regno vsque ad finem libri, commemorans obiter & omnia quæ Ptolemæi & Seleuci conflictantes inter sese fecerunt, quæq; horum ductores gesserunt, dolos, victorias, exercitus, pugnas nauales, prælia pedestria. Deinde progressus in Antiochum desinit iterum, dicens, Brachia ex ipso exorientur, & prophanabunt sanctum, & transferent continuationem (Continuationem appellans, solennes & quotidianas victimas) & inferent in illam abominationem, & eos qui violant testamentum, hoc est præuaricantes Iudæos abducent in ruinas, secum habebunt ac transferent, & populus cognoscẽs deum suum prævalebit: Maccabæorum res significans, quæ acciderunt sub Iuda & Simone & Ioanne: & prudentes populi intelligent ad multa, & infirmabuntur in gladio & flamma: nimirum iterũ narrans incendium ciuitatis: & in captiuitate & in direptione dierum, & quum infirmati fuerint, adiuuabuntur adiutorio paruo: Significans quòd in mediis illis malis poterunt respirare, & emergere ex afflictionibus quibus inuoluti sunt. Et adiungentur illis multi in ruinis, & ab intelligentibus infirmabuntur. His autẽ verbis significat futurum, vt multi etiam stantes cadant. Deinde causam etiam aperit, ob quam permisit deus illos in tantis malis versari. Quæ nam est ea? Vt intẽdant, inquit, in illis, & eligant ac dealbent vsque ad terminum temporis. Propter hæc enim, inquit, hæc permisit deus, vt eos repurgaret, ostenderẽtque qui essent inter illos probati. Deinde commemorans regis illius potentiam, ait, Vt faciat iuxta voluntatem suam, & exaltabitur & magnificabitur. Mox blasphemum illius animum significans addit: Aduersus deum deorum, inquit, loquetur superba, & prosperabitur, donec consummet iram: declarans quòd non ex proprio consilio, sed propter iram dei aduersus Iudæos ille sic inualuerit. Tandem vbi dixit quanta mala per alios complures facturus esset, tum Aegypto tum Palæstinæ, quomodo rediturus sit & quo vocante & qua vrgente causa: postea narrat earum rerum commutationem: præterea quòd Iudæi posteaquam per hæc omnia pœnas dederint, nanciscentur aliquod auxilium, misso angelo in illorum subsidium: In tempore enim illo, inquit, exorietur Michaël princeps magnus, qui præfectus est filiis populi tui, & erit tempus afflictionis, quale non fuit ex quo gentes fuerunt in terra, vsque ad tempus illud, & in tempore illo salua fiet omnis multitudo, quæ reperietur descripta in libro, hoc est qui digni sunt salute. Verùm ne nunc quidem adhuc demonstratum est de quo fuit instituta quæstio. Quid autem hoc est? Videlicet quòd illis etiam tempora præfinierit in his malis, velut illic, annos quadringentos & postea septuaginta. Videamus igitur, an his quoque præfiniat tempus aliquod. Vbi verò licebit, hoc inuenire? In his quæ post hæc dicentur, Quoniam enim audierat malla magnáque mala, Ciuitatis incendium, subuersionem, familiarũm captiuitatem, postea desiderat finem illorum discere, & quæ futura sit earum calamitatum commutatio: Percontatus autem loquitur hunc in modum: Domine quis est

K

Finit Danielem cap.xij.

L

Daniel.11.a

M

Ibidem.c.

istorum

A istorum finis? Et dixit, veni huc Daniel, quoniam signati sunt sermones, videlicet tectè significans obscuritatem eorum, quæ dicerentur vsq; ad temporis finẽ. Mox causam aperiens quare ista permiserit euenire mala, donec eligantur, inquit, & dealbent, & igni examinentur, multi, & iniquè agent iniqui, & intelligent omnes impij, & cordati intelligent. Deinde quanto tẽpore sint illos contristatura hæc mala prædicens air, A tempore transmutationis endelechismi. Sic autem vocabatur quotidianum sacrificium. Nam hoc perpetuum est frequens & continuum. Erat autem mos Iudæis & vesperi & sub auroram & singulo quoque die sacrificium offerre deo. Atque hac de causa sacrificiũ illud endelechismum, id est, assiduitatem siue continuationem vocabant. Itaque veniens Antiochus hunc morem sustulit, & immutauit: hoc est, quod ait angelus, A tempore transmutationis endelechismi, hoc est à tempore quo commutabitur hoc sacrificium. Sunt autem dies mille ducenti & nonaginta, hoc est, tres anni cum dimidiato, ac paulò amplius. Deinde quòd tum esset futurus horum malorum finis ac terminus, subiicit: Beatus qui sustinuerit, ac peruenerit vsque ad

B dies mille trecentos & triginta quinq;, Ducentis nonaginta addens quadraginta quinq;. Quoniam enim in mense & dimidio mensis accidit vt fieret ille conflictus, in quo victoria illa pura facta est, & omnium malorum vrgentium commutatio, quum ait: Beatus qui sustinuerit ad dies mille trecentos triginta quinque, rerum immutationem declarat. Neque simpliciter dixit qui peruenerit, verùm quoniam multi eorum qui impietatem perpetrarant viderunt commutationem, non eos simpliciter dixit beatos, sed eos qui testimonium præbuerant in diebus afflictionum, nec à pietate desciuerant, ac deinde consequuti sunt relaxationem, nec amplius patiebantur, quæ meritò patiebãtur qui non perdurarant in tẽpore certaminis ac probationis bonorum ac malorum, vt instabiles in bono, temporariiq; amici reperirentur. Eoq; non simpliciter dixit, qui peruenerit: sed, qui sustinuerit & peruenerit. Agè, quid his esse potest dilucidius? Vides vt non vsq; ad annum vnum, aut mensem, sed ad vnum vsq; diem summa cura & captiuitatem & captiuitatis solutionẽ prædixerit propheta. Atq; vt sciatis quòd hæc non loquor ex coniecturis, agè proferamus & alium testem

C eorum quæ dicta sunt, quem illi grauissimum habent authorem, Iosephum loquor: qui calamitates illorum tragicas descripsit, ac vetus testamentum omne veluti paraphrasi fusius explicauit, qui fuit post Christi aduentum, & captiuitatem à prophetis prædictam commemorans, de hac quoque disseruit, Danielis visionẽ enarrans, de ariete, de hirco, de quatuor cornibus, de postremo post illa exorto. Et ne quis habeat suspecta quæ à nobis dicta fuerint, Agè referamus & illius verba. Quum enim laudasset Danielem, suprag; modum extulisset, cæteris omnibus prophetis anteponens, ad hanc veni visionem ac dicit: Reliquit autem nobis suorum scriptorũ monumenta: vnde nobis huius prophetiæ exactam & ineuitabilem certitudinem præstitit. Ait enim, Susis, quæ Persidis est metropolis, quum exisset in campum cum sociis suis, subito terræ motu concussionẽq; obortã, deprehensum fuisse solum fugientibus cæteris: & ipse quidem turbatus pronus in faciem concidit innixus ambabus manibus: dein vbi quispiam tangeret eum interea, iubertq; surgere ac vdere quæ post multas ætates ciuibus essent euentura,

Endelechismus.

ἐνδελεχισμὸς, quod Hieronymus vertit, iuge sacrificiũ

ἡμέρας ἕξακισχιλίας.

Iudaicæ Antiquitatis lib.viij. cap.xiiij.

D erecto monstratum ait fuisse arietem ingentem, cui multa quidem enata sunt cornua, sed horum postremum excelsius fuisse cæteris. Deinde sustulisse oculos ad Occasum, vidisseq; hircum, qui per aërem impetu ferebatur. Hunc congressum fuisse cum ariete, & cornibus inuolutum bis eum in terram deiecisse, conculcasseq;. Atq; hircum fuisse visum excelsiorem, è fronte producentem cornu maximum, non adglutinatum, sed agnatum. Quatuor autem ad singulos obuersa vẽtos, ex his aliud minus exortum fuisse scripsit, quod increuit. Dicebat autem qui illi hæc ostendebat deus, futurum vt gens ipsius bellum gereret, ac ciuitatem vi subuerteret, templum confunderet, sacra prohiberet: futurum autẽ ad dies mille ducẽtos * nonaginta. Hæc quidẽ vidit in campo iuxta Susas Daniel quæ scripsit. Declarat autẽ quòd deus exposuerit quid sibi vellent, quæ per visum apparuerant, videlicet quòd aries indicaret regna Persarum ac Medorũ, cornua verò reges futuros, extremum autẽ ac postremò natum regẽ esse, qui hos omnes præcessurus esset tum opibus tum gloria. Cæterùm hircus significabat & ex Græcis oriturũ regem, qui bis congressus cum Persa prælio superaret, ablaturus vniuersum illius principatum. Significatum E autẽ fuisse per magnũ cornu, quod erat in fronte hirci, primum regẽ, & quatuor illorum exortum. Excisо autẽ illo significari, iuxta quatuor cornua singulorum successorũ exortũ post mortẽ primi regis, foreq; vt regnum illius inter multos diuideretur, quandoquidẽ primus ille, nec filios, nec fratres esset habiturus, eosq; pluribus annis regnaturos in orbe terrarũ. Ex his rursus exoriturũ regẽ quendã qui expugnaturus esset, & leges illius gentis & religionẽ ac ritus sublaturus, tum sacrilegio spoliaturus templũ, ac per triennium vetitu rus fieri sacra. Hæc sanè iam euenerunt omnia. Passi sunt ista Iudæi ab Antiocho, cui cognomen Illustri, sicut Daniel multis antè annis præuiderat, scripsitq; euẽ tura. Agè quid his possit esse euidentius? Nunc tempus est, nisi videmur esse molesti, vt ad id quod quærebatur reuertamur, cuius gratia hanc præsentem captiuitatem ac seruitutem, reliquaq; omnia hodie monuimus. Agedum igitur nũc vigilãtibus animis auscultate. Nõ enim nobis de rebus vulgaribus certamen est. Absurdum enim fuerit alios in certaminibus Olympiacis quotidie à medio noctis vsq; ad meridiem perdurare, F expectãtes vt videãt, cui cessura sit corona, nudoq; capite excipere Solis rãdios, nec prius abscedere, quàm de certamine fuerit pronunciatum: nos verò nũc quũ certamen sit nõ de tali corona, sed de corona immortali, defatigari ac tædio affici. Itaq; quòd tres captiuitates prædictæ fuerint antequàm acciderẽt, vna quę annos habebat quadringentos, altera septuaginta, tertia tres ac dimidiatum, hactenus satis est nobis demonstratum: Agè supereſt vt & de hac loquamur. Quòd autem & de hac vaticinatus sit propheta, rursus eundem Iosephum addũcamus testem, qui res Iudaïcas optimè nouit. Postquam enim illa dixerat, audi quid post subiiciat: Eodem autem, inquit, modo Daniel & de Romanorum principatu scripsit, quodq; ab illis tollenda esset Hierosolyma ac desolandum templum. Tu verò illud mihi considera, quòd tametsi Iudæus esset Iosephus, tamen veritus est vestram imitari peruicaciam. Etenim quum dixisset subuertendam esse Hierosolymam, non ausus est addere quòd esset restituenda, neque tempus aliquod certum præscribere: sed quoniam sciebat, prophetam non præsi-

Iosephus habet, sexaginta sex.

Hactenus Iosephus.

Transitio.

niuisse

Universidad de Deusto
Biblioteca

G nuisse tempus, quanquam superius enarrans Antiochi victoriam ac desolationem, & dies & annos expresserat, quātumq; temporis esset duratura, de victoria Romanorum nihil istiusmodi loquutus est: tantùm hoc scripsit, quòd esset in solitudinem redigenda Hierosolyma, templumq; diruendum. Cæterùm quòd esset aliquando venturus finis desolationis, nō addidit, eò quòd videret ne prophetam quidem hæc addidisse. Hæc autem omnia, vt ait, Christo monstrante conscripta reliquit: vt qui legerint, & euenisse conspexerint, Danielem admirentur ob honorem illi à deo habitū. Vbi igitur dixerit Daniel, fore vt templū redigeretur in solitudinem, nos deinceps consideremus. Nam vbi precationem illam in sacco & cinere perfecerat, venit ad eū Gabriel, & ait: Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt super populum tuum & super ciuitatem sanctam. Ecce hic, inquit aliquis, & tempus expressum est. Tempus, non captiuitatis, sed post quantum temporis esset reditura captiuitas. Possumus & aliud tempus dicere, quandiu esset duratura captiuitas, rursum tempus post quod esset ventura. Septuaginta, inquit, hebH domades abbreuiatæ sunt super populum: nō ait, super populum tuum, nō super populum meum. Atqui propheta dixerat, ostende faciem tuam super populū tuū, sed deus illum posthac pro alieno ducit, propter futuram audaciam. Mox & causam exprimit: donec inueteraſcat delictum, & cōsummentur peccata. Quid est hoc, donec consummentur peccata? Multa, inquit, pec cant, sed malorum finis tunc erit, quum dominum suū occiderint, & hoc dixit Christus: Implete mensuram patrum vestrorum, Seruos occidistis, addite & herilē sanguinē. Vide quomodo concordant sententiæ, Christus dixit, implete: Propheta ait, donec consummetur delictum, & signentur peccata. Quid enim est, signentur? ne quid præterea reliquum fiat, & adducat iustitiā sempiternam. Quid est autem æterna iustitia, nisi quæ à Christo data est? Et donec propheta quoq; signet visionem & inungatur sanctus sanctorum: hoc est, Sistere oportet posthac prophetias: hoc enim est signare, sistere vnctionem, sistere visionem. Ideo Christus dixit: I Lex & prophetæ vsq; ad Ioannem. Vides vt hæc omnino minentur desolationem, ac scelerum malefactorum; vindictam? Non enim indulturum se, sed incubiturum peccatis illorum, minitatur deus. Quādo tādem hoc factum est? quando prorsus sublatę sunt prophetiæ, quando vnctio sic est sublata, vt nunquam sit reditura? Et si nos sileamus, ipsi lapides clamabūt, adeò manifesta est ipsa rerum vox, nec enim possunt aliud tempus proferre, quo hæc gesta sunt, quàm hoc longū ac magnum, sed maius etiam futurum. Post hæc exactius etiam de his loquens ait, Et cognosces & intelliges ab exitu sermonum, vt respondeas, vtq; ædificetur Hierusalem, donec regnet Christus, Hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duæ. Hic mihi diligenter auscultate, nam hic est totius quæstionis cardo: hebdomades septē, & hebdomades sexaginta duæ conficiunt annos quadringentos octoginta tres. Nec enim hic dicit hebdomadas dierum aut mensium, sed annorum. Nam à Cyro vsq; ad Antiochum qui dictus est Illustris, & captiuitatem illam, sunt anni trecenti nonaginta quatuor. Itaque declarans quòd non de captiuitate sentiat, quæ fuit sub Pompeio Vespasiano, & Tito, vlterius profert tempus: mox docens nos, vnde oporteat supputare, demonstrat non esse numerandū à die reditus. Sed vnde tandem? Ab exitu sermonum, vt respondeas, & ædificetur Hierusalem. At non fuit K extructa sub Cyro, sed sub Artaxerxe cognomento Lōgimano. Post descensum enim rursum ascendit Cambyses, deinde Magi, post hos Darius Hystaspæ filius, deinceps Xerxes Darij filius, post hūc Artabanes, post Artabanem Artaxerxes Longimanus imperauit Persidi. Et dum hic regnum obtineret anno vigesimo regni illius Neemias reuersus ciuitatem instauranit, & hæc Esdras accuratissimè descripsit. Nos igitur hinc quadringentos octoginta annos numeremus, & haud dubiè veniemus ad hanc subuersionem. Eoq; dicit: Aedificabitur platea & murorum ambitus. Quum igitur, vt ait, restituta fuerit, suumq; statum receperit, ex hoc supputa hebdomadas septuaginta, & videbis hāc captiuitatem nondum sortitam finem esse. Atque hoc ipsum euidentius etiam aperiens, quòd mala quibus nunc tenentur, non sunt habitura finem, ad hunc fermè modum loquitur. Post hebdomadas autem septuaginta abolebitur vnctio, & iudicium non erit in ea, & ciuitatem & sanctum perdet, cum eo qui præcedit & venturus est: & concidentur tanquam in diluuio, neque supererunt reliquiæ, neque radix quæ repullulet, L & vsque ad finem belli abbreuiati internecionibus. Rursus loquens de hac captiuitate dicit: Tolletur sacrificium & libamen, ac præterea, super templum abominatio desolationis, consummatio dabitur ad desolationem. Heus Iudæe audis consummationem, quid adhuc supereſt quod expectes? Rursus post hæc. quid autem est, post hæc? hoc est, præter hæc quæ dicta sunt, post sacrificiorum & libaminis sublationem, & aliud maius accedet malum. Quod nam hoc dicis? Super templum abominatio desolationis. Hieron enim vocat templum, abominationem autem desolationis vocat statuam quam collocauit in templo, is qui ceperat ciuitatem. Et vsque ad consummationem, inquit, desolationis. Quam ob rem dicit Christus, qui iuxta carnem fuit posterior Antiocho illustri, vaticinans imminens vrbis excidium, ac declarans quòd de hac præ dixerit Daniel: Quum, inquit, videritis abominationē Mat.24.b. desolationis, de qua loquutus est Daniel propheta, stātem in loco sancto, qui legit intelligat. Quoniā enim omne simulachrum & hominis effigies apud Iudæos appellabatur abominatio, tectè significans statuam illam, simul aperuit & quo tempore, & simul quō rege M captiuitas esset ventura. Quòd autem de Romanis hęc dicta sint, & ipse Iosephus quemadmodum antè douimus, asseuerauit. Quid igitur vobis reliquum est quod loquamini? Quum reliquas captiuitates prædicunt prophetæ, certum & præfinitum tempus expresserunt, in hac nullum tempus præfiniunt. Quin potius contrarium addunt, videlicet captiuitatem vsq; ad consummationem duraturam. Porrò quòd hactenus dicta vana non sint, agè à rebus etiam ipsis exhibeamus testimonium. Nam si Iudæi nunquam tentassent ædificare templum, dicere poterant: Si voluissemus aggredi templi instaurationem, omnino potuissemus & perfecissemus. Nunc autem res ipsa demonstrat nos non semel aut bis, sed ter aggressos & impetum fecisse, nō aliter quàm fit in certaminibus Olympiacis, vt nulli dubium esse possit, quin ecclesiæ sit victoria. Qui enim igitur hoc aggressi sunt? Nimirum illi qui semper resistunt spiritui sancto, qui res nouas moliuntur, qui seditiones concitant. Post deuastatio- N nis quæ facta fuit sub Vespasiano ac Tito, sub Hadriano mota seditione conati sunt prīstinam rempublicam instau-

A cam instaurare, haudquaquam intelligentes quòd arbitrio dei bellum gereretur, iubētis in perpetuum eam ciuitatem deuastari. Porrò deo bellante superare impossibile est. Impetu igitur facto in Cæsarē, rursus eum adorti gerunt, vt funditus deleret ciuitatem, deuictis ac subactis illis omnibúsque reliquis abolitis, ne in posterum possent impudenter agere, statuam suam in loco collocauit. Deinde sciens futurum vt illa tempore collaberetur, quò illius victoriæ notam immedicabilem inureret, & illius impudentiæ monumentum, nomen suum ciuitatis ruinis imposuit. Quoniam enim ipse dicebatur Aelius Hadrianus, ideo & ciuitati nomen Aeliæ iussit imponi, inde & Aelia dicitur in hodiernum vsq; diem, cognomine Victoris & euersoris. Post hunc sub Constantino rursus eadē aggressi sunt. At ille amputatis illorum auriculis, ac rebellionis signo impresso corpori illorum, per omnia loca circunferebat illos, ceu fugitiua mancipia ac verberones, corporibus mutilatis, conspicuos illos faciens omnibus, ac eos qui per omnes regiones erant sparsi erudiens, ne in posterum eadem conarentur. Sed hæc, inquient, prisca & obsoleta. Imò hoc potius notum est etiam iis qui inter vos B sunt seniores. Quiddam etiam dicturus sum, valde iuuenibus clarum ac perspicuum. Non enim gestum est sub Hadriano aut Cōstantino, sed sub imperatore, qui fuit ætate nostra ante annos viginti. Etenim quum Iulianus qui imperatores omnes superauit impietate, vocaret illos ad sacrificandum idolis, & ad suam impietatem pertrahere conaretur, ac mox obiiceret illis priscum culturæ ritum, dicens: A vestris maioribus deus hoc modo cultus est, etiam nolentes tum fatebantur hæc quæ nos nunc demonstrauimos, quòd phas non esset extra ciuitatē immolare victimas: sed totam, inquiebant, religionem violant, quicunque sacrificant in terra aliena. Proinde si vis nos videre sacrificantes, redde nobis ciuitatem, restitue templum, exhibe nobis sancta sanctorū, colloca aram, & sacrificabimus nunc, quemadmodum olim. Nec puduit sceleratos & effrontes hæc poscere à viro impio paganóque, & impuras manus vocare ad extructionem sanctorum: nec intelligebant se conari impossibilia, neque perpendebant, quòd si homo illa demolitus esset, potuisset homo illis ea restituere. Verùm quum deus esset qui ciuitatem illorum subuerterat, fieri nequaquam potuit, vt quę deus C decreuerat, vnquam verteret humana potentia. Nam quæ deus sanxit, inquit, statuit, quis dissipabit? ac manum illius excelsam quis auertet? Sicut enim quæcunque ille stabilierit voluerit que manere, nullus homo potest demoliri: ita quæcunq; destruxerit voluerit que manere diruta, nemo potuerit instaurare. Verùm esto sanè, templum reddiderit, aram prorsus erexerit, quemadmodum vos frustra potuisse fieri suspicamini: num & ignem cœlestem è sublimi poterat vobis demittere? qui si defuisset, impium & impurū fuisset sacrificium. Ob hoc enim perierunt filij Aaron, quòd ignem alienum induxerint. Nihilominus ad omnia obcæcati, obsecrabant ac supplicabant, vt cum ipsis susciperet & aggrederetur instaurationem templi. At is quidem, & pecunias impendit, & præfectis dedit negotium, viros primates & artifices vndiquaq; accersi iussit, nihil non fecit, nihil non tentauit, palatim ac sexim hoc agens, sperānsque futurum, vt si posset illos ad sacrificandum inducere, facilè illos reuocaret ad cultus simulacrorū. Simul & illud forte sperabat insanus ille ac væcors, vt Christi sententiam frustraretur, quæ non patitur tem-

Hierosolyma dicta Aelia.

Βέβηλον.

Dei decretis frustra resistit homo.

Ignis è cœlo.

Leui.10. & Num.3.a

D 1.Cor.3.d

Templi instauratio miraculo interrupta.

E

F

Cap.1.d

Christi aduentus.

Deut.16.b

Consensus eorum q videntur pugnare.

plum illud instaurari. Verùm is qui comprehendit sapientes in ipsorum astutia, protinus ipsis factis declarauit illi, quòd dei decretum omnibus est potentius, quódque valida sunt opera sermonum dei. Nam simul atque tentassent hunc impium conatum, cœpisse ntq; nudare fundamenta, multāmque terram exhausissent, restarētque vt iam structuram aggrederentur: protinus ignis exiliens è fundamentis exussit multos, & intempestiuam pertinaciam interrupit. Hæc vbi resciuit Imperator, quanquam tanta væsania deditus erat illi negotio, veritus tamen ne vltra progressus in suum ipsius caput ignem accerseret, destitit, extinctus cum tota gente. Et nunc si redeas Hierosolymam, conspicies nuda fundamenta: quòd si causam quæras, haud aliam quàm hanc audies. Huius rei nos omnes testes sumus. Nostra enim ætate hæc non ita pridem acciderunt. Iam considera victoriam insignem. Non hoc accidit sub piis Cæsaribus, ne qui dicere possint, quòd Christiani superuenientes opus perfici vetuerūt, sed tum quum res nostræ essent afflictæ, quum omnes de vita periclitaremur, quum omnis libertas esset sublata, quum floreret paganismus, quum fideles alij quidem in ædibus suis latitabant, alij verò in solitudines demigrarant, foràque fugerant, tum demum hæc acciderunt, ne qua istis vel impudens reliqua fieret occasio tergiuersandi. Etiāmne adhuc dubitas Iudæe, quum perspicias & ex Christi prædictione, & ex prophetarum vaticiniis, & ex ipsarum rerum demonstratione testimonium aduersus te confirmatum? Verùm nihil mirum est. Istius modi quippe fuit tua natio ab initio effrons & peruicax, semperque rebus euidentibus repugnare solita. Vultis vt & alios prophetas in vos armemus, qui hoc ipsum apertè dicūt, futurum quòd vestra ditio, vestráque religio finem esset sortitura: nostra contrà efflorituram, totóque terrarum orbe proroganda, Christi præconium, aliúdque sacrificiorum genus inducendum, iis quæ apud vos fuerunt abrogatis? Audi Malachiam, qui cæteris prophetis fuit posterior: nondū enim Esaię aut Hieremiæ produco testimonium, neq; cuiusquam aliorum, qui præcesserunt captiuitatis tempus, ne dicere possis, quòd hæc mala quę prędixerunt acciderint in captiuitate: sed adduco prophetam, qui fuit post reditum è Babylone, ac post ciuitatis instaurationem, déque rebus nostris apertè vaticinatus est. Etenim posteaquàm redissent, ac restituta ciuitate templum extruxissent, hanc præsentem desolationem narrans futuram sacrificiorumque sublationem, hoc fermè pacto sub persona dei loquitur Malachias, Accipiam facies vestras, dicit dominus omnipotens, quoniam ab ortu Solis vsque ad occasum, nomen meum glorificatum est inter gētes, & in omni loco sacrificium offertur nomini meo, & sacrificium purū. Vos autem prophanastis illud. Quando hæc euenerunt Iudæe? Quando in omni loco incensum oblatum est deo? Quando sacrificium purum? Non possis aliud proferre tempus, quàm hoc, posteaquàm Christus aduenit. Quod nisi de hoc tempore prædixit, nisi de nostro sacrificio vaticinatus est, sed de Iudaïco, etiam legi repugnat prophetia. Nam quum Moses vetet vllo alio in loco sacrificiū fieri, præterquàm in eo quem elegit dominus deus, quúmque ille in vnum locum sacrificia illa concluserit: nimirum prophetā dicens, quòd in omni loco incensum adolendum sit, ac sacrificium purum, aduersatur ac repugnat Mosi. Verùm nulla est inter illos pugna, neque dissensio. Ille de alio loquutus est sacrificio, & hic

Lucæ.16.d.

Daniel.9.e.

Res loquūtur.

Populus dei.

Consummari peccata quomodo dicuntur. Matth.23.d

Hebdomades annorū.

2.Esdrę.2.d & seq.

Daniel.9.g.

Ibidem.

Statua Hadriani.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G & hic de alio pòst vaticinatus est. Vnde hoc declaratur? Tum ex his quæ dicta sunt, tum ex aliis plurimis signis. Ac primùm ex ipso loco. Non enim in vna ciuitate, quemadmodum sub Iudæis, sed ab exortu Solis vsque ad occasum prædixit hanc culturam esse celebrandam. Præterea ex sacrificiis modò, siquidem puram illam appellans, declarauit de qua loqueretur. Denique à personis offerētium. Non enim dixit, in Israël, sed in Gentibus. Ac ne putares, quòd in vna duabúsve aut tribus ciuitatibus hoc culturæ genus instaurādum esset, non simpliciter dixit, in omni loco: sed, ab ortu Solis vsque ad occasum: demonstrans quòd quantum terræ Sol aspicit, tantundem & euangelium esset occupaturum. Purum autem dicit sacrificium, quasi prius illud fuisset impurum, non quidem suapte natura, sed iuxta voluntatem offerentium. & ideo dixit: Incensum abominatio est mihi. Quanquam & alioqui si quis ipsum hoc sacrificium conferat cum illo, ingēs immensumq; discrimen inueniet, vt iuxta comparationis rationem solùm hoc purum dici mereatur. Quódque de lege & gratia dixit Paulus, ne glorificatū quidem fuit, quod erat glorificatum propter eminentem gloriam: idem & hic iure dixerimus, videlicet quòd hoc sacrificium cum illo collatum solum dici debeat purum. Non enim per fumum ac nidorem, nō per sanguinem ac redemptionis precia, sed per spiritus gratiam offertur. Audi igitur & alium prophetam hoc idem prædicentem, quòd dei cultus non circunscribendus esset loco, sed ipsum omnes deinceps homines essent laudaturi. Sophonias autem ad hunc fermè modum loquitur, Illucescet dominus super omnes gentes, & abolebit omnes deos gentium, & adorabunt illum è suo quisq; loco. Atqui non dixit hoc Moses, sed vno in loco sacrificari iussit. Quum igitur audias prophetas hoc dicentes ac vaticinantes, quòd non in vnam ciuitatem, neque in vnum locum compellēdi sint homines, sed suæ quisque domi sedens culturus deum, quod aliud possis afferre tempus quàm hoc præsens? Audi sanè quo pacto & euangelia & apostoli cū prophetia concordent. Hic dixit, Illucescet dominus: Apostolus ait, Illuxit gratia dei salutaris. Hic inquit, super gentes: Ille, super omnes homines. Hic dixit, Abolebit deos gentium: Ille erudiens nos, vt abnegantes impietatem ac mundanas concupiscentias, sobriè & iustè & piè viuamos. Rursum Christus Samaritanæ dixit: Crede mihi mulier, quòd venturum est tempus, quādo nec in monte hoc, nec Hierosolymis adorabitis patrem. Spiritus est deus, & qui eum adorant, in spiritu & veritate oportet adorare. Hæc autem dicebat, simul & necessitatem tollens obseruandi loci, & culturæ sublimius magisque spirituale genus indicēs. Ex his igitur rursum poterat demonstrari, quòd posthac neque sacrificia, neque sacerdotium, neque regnum apud Iudæos futurum sit. Nam per vrbis euersionem hæc omnia potissimum semel probata sunt: attamen poteramus & alios prophetas allegare, qui hoc expressè loquuntur: sed video vos orationis longitudine fatigatos, vereórque ne frustrà temeréque videar esse molestus. Quapropter polliceor me hæc alio tempore absoluturum. Illud interim rogabo vos, vt fratres vestros seruetis, ab errore reuocetis, ad veritatem reducatis. Nihil enim profuerit audisse, nisi factae demonstrentur, quæ cum dictis consentiant. Etenim quæ dicta sunt, non propter nos dicta sunt, sed propter infirmos, vt illi postquam hæc à vobis didicerint, & à praua cōsuetudine fuerint liberati, syncerum & germanum præstent Christianismum, fugiántque prauas Iudæorum synagogas, siue quæ fiunt in ciuitate, siue in suburbiis, spelúncas latronum, dæmonum habitacula. Proinde ne desperatis illorum salutem, sed omnia facientes, nihil non tentantes, ægrotos reducite ad Christum, vt & in hoc seculo & in futura vita recipiamus præmium benefactis nostris longè maius: Gratia & bonitate domini nostri Iesu Christi, qui cum & per quem patri gloria vnà cum spiritu sancto nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

Iudæorum sacrificia impura. Esaiæ.1.d

Impurum comparatione puritatis eximiæ.

Cap.2.c

Veteris ac noui testamenti concordia. Tit.2.c

Ioan.4.c

Iudæorum synagogæ dæmonum habitacula.

EIVSDEM ORATIO TERTIA. QVVM *superiori die prolixius disseruisset aduersus Iudæos, atque hinc raucedinem uocis contraxisset, hanc deinceps orationem habuit.*

BEstiæ donec in syluis pascunt, & ab hominibus negliguntur, mitiores sunt, minúsque sæuæ. Verùm vbi venatores eas captas in ciuitates adduxerint, atque inclusas extimularint, vt pugnent cum iis qui bestiis obiiciuntur, protinus irruentes vbi carnem degustauerunt, & sanguinem humanum biberunt, postea non facilè abstinent à talibus epulis, sed multa cum auiditate ad eandem decurrunt mensam. Hoc sanè & nobis vsu venit: quoniam nunc cum Iudæis pugnam suscepimus, & impetu aduersus illorum impudentes contradictiones facto, rationes illorum subuertimus, omnémque celsitudinem erigētem sese aduersus cognitionem dei, & cogitationes captiuas duximus ad parendum Christo, maior etiā nos cepit aduersus illos bellandi cupiditas. Sed quid faciā? Videtis mihi vocem factam imbecilliorem, idémque mihi nunc accidere, quasi si quis miles concisis aliquot ex hostibus, magnóque animo impressione facta in hostium condēsatam aciem, pluribus prostratis, mox fracto gladio consternatus ad suos sese referat. Quin potius quod nobis accidit, periculosius est. Nam militi qui fregit gladium, licet ab alio quopiam astantium ensem eripere suúmque animum exerere, multámque strenuitatem ostendere. Cæterùm si vox laboret, non licet ab alio vocem mutuò sumere. Quid igitur? suffugiemus & nos? At non permittit hoc vestræ charitatis tyrannis ac violentia. Vereor & patris præsentiam, & vestram reuereor promptitudinem. Proinde conabor & ea quæ supra vires meas sunt. Omnia committemus & precibus huius, & charitati vestræ. Ne verò vestrum quisquam reprehendat orationem, velut intempestiuam, si quum martyres vos hodie vocent, nos supersedentes illorum exponere certamina, aduersus Iudæos exuimur. Nam & his martyribus hic sermo est exoptatior. Ex nostris enim laudationibus, nihil illis splendoris accresceret. Quid enim egeāt linguis nostris, quorum certamina superant naturam humanam, quorum præmia vim ingenij nostri vincunt? Deriserunt hanc vitam, conculcarunt carnificinas ac tormenta, despexerunt mortem, ad cœlum euolarunt, erepti sunt è fluctibus rerum humanarum, in tranquillum euauigauerunt portum, haudquaquam aurum argentúmve, aut vestes pretiosas, sed thesauros quos nemo potest eripere importantes, tolerantiam, fortitudinem & charitatem. Nunc in Pauli chorum peruenerunt, ante coronas suas, expectatione coronarum alacres ac gestientes, eò quòd iam de futuro incerti esse desierunt. Quid igitur istis opus sit oratione nostra? Hoc igitur argumentum illis gratius. Ex nostris enim laudationibus, quemadmodum antea cœperam dicere, nihil illorum gloriæ

Simile.

Simile.

Dissimile.

Dixi præsente episcopo.

Exui dicitur qui se expedit ad pugnam, à palæstris ductum.

Animas nō statim frui gloria videtur sentire.

A gloriæ accesserit. Cæterùm ex nostris aduersus Iudæos conflictationibus multum illis adiungetur gaudij, & libenter auscultaturi sunt maximè sermones eos qui pro gloria dei dicuntur. Iudæos in primis inuisos habent martyres, quandoquidem & illis crucifixum maximè diligunt. Nam isti dicebant: Sanguis eius super nos, & super filios nostros: Illi verò sanguinem proprium effuderunt eius amore, quem illi occiderunt. Hos igitur sermones libenter audient. Ergo quòd si hæc Iudæorū seruitus finem esset habitura, hoc quoque prædicturi fuerint prophetæ, & nequaquam silentio præterituri, satis declarauimus: posteaquàm docuimus omnes captiuitates, vt à prophetis prædictæ fuerant, in illos venisse, Primùm in Aegypto, deinde in Babylone, tertiā sub Antiocho Illustri. Demonstrauimus enim harum vnicuique & locum & tempus fuisse prædictum in sacris literis. Huic verò præsenti nullus propheta præsiuit tempus. Verùm quòd esset vētura omniáque desolatura, ditionem insuper & religionem translatura, quantóque tempore post reditum è Babylone ventura, prædixit Daniel. Cæterum quòd sit habitura finem, quódque aliquando sistenda sint ista mala, nec ille patefecit, nec quisquam aliorum prophetarum. Quin cōtrà magis prædixit, quòd ad finem vsque duratura esset hæc seruitus. Attestatur his quæ diximus & ipsum tempus, quod iam tantum peractum est, nec vllum initium ad hunc vsque diem bonæ commutationis ostendit, idque quum crebrò iam conati sint instaurare templum. Nam semel & iterū ac tertiò, sub Hadriano, sub Constantino, sub Iuliano conatus illorum interruptus est. Primùm quidem à militibus, rursus ab igni prominente è fundamentis, & illorum importunam peruicaciam coërcente. Iam verò lubens illos rogauerim, qua de causa quum tantum temporis in Aegypto versati receperint statum suæ ciuitatis, ac rursus abducti in Babylonē redierint Hierosolymam, tertiò sub Antiocho tam multa passi mala, ad pristinum reuersi sint statum, ac denuò sacrificia, altare, sancta sanctorum, breuiter omnia cum pristina receperint dignitate, nūc nihil simile factum fuerit. verùm quum centum anni, imò bis tantùm, imò ter, imò quater tantùm, multóque amplius annorum præterierit (Nam hic quingentesimus ex eo tempore agitur annus) ne significationem quidem vllam eius mutationis videmus alicunde apparere, sed res illis funditus collapsas, ac ne per somnium quidem vllam spem eis ostendi, quemadmodū prius. Etenim si peccata sua obiicerent dicentes, Quoniam peccauimus deo, offendimúsque, ideo non recipimus nostram regionem, & si qui prius quum à prophetis accusarentur assiduè, non erubescebant, atque illis atrociter exprobrantibus homicidia negabant, iidem nunc confiterētur damnarēntque propria peccata: lubens de integro vnumquenque illorum interrogauerim, ob quæ tandem peccata ô Iudæe, extra Hierosolymam agis tanto tempore? Et quid istuc nouum est aut mirum: Non enim nunc tantū in peccatis viuitis, prius in iustitia rectéque factis soliti viuere. Nónne iam olim ab initio in innumerabilibus peccatis versabamini, an non innumera reprehendit in vobis Ezechiel prophetа, quum inductis duabus meretricibus Oolla & Ooliba loquitur hunc in modum, Lupanar ædificatum est in Aegypto, & insanistis in Barbaros, & alienos deos coluistis. Quid porrò quum mare finderetur, quum pedestres rumperentur, quum tot miracula fierent in deserto, nónne vitulum adorastis? Nónne Moses nunc lapidibus impetentes, nunc aliis atq; aliis modis frequenter conati estis occidere? Nónne adhuc perseuerabatis blasphemias iacientes in deum? Nónne Beelphegor immolastis? nónne filios vestros, ac filias sacrificastis dēmoniis? nónne omne peccatorum genus perpetrastis? nónne propheta vobis sub persona dei loquitur, Quadraginta annos infensus fui generationi huic, & dixi semper errant corde: Quí fieri potuit, vt tum vos non auersaretur deus, sed post mactationem filiorum, post tantam improbitatem, post ineffabilem ingratitudinē etiam prophetam apud vos esse passus est, magnum illum Mosen, signáque ædidit miranda ac prodigiosa, quæque sub alio mortalium nemine facta sunt? Hæc inter vos contigerunt, Nebula super vos testudinis vice porrecta, columna tedæ loco vos præcedente, hostibus vobis vltrò cedentibus, ciuitatibus sola propemodum voce captis, non armis vobis opus erat, non acie, non pugna tantùm insonuistis tuba, & vltrò mœnia corruerunt. Suppeditatus est vobis nouus quidam & inauditus commeatus, de quo clamat propheta, dicēs: Panem cœli dedit eis, panem angelorum comedit homo. Quibus igitur de causis dicite mihi, tunc aspernantes deum, simulacris immolantes, liberos mactantes, prophetas lapidibus obruentes, aliáque innumera scelera perpetrantes, tantam beneuolentiam estis consequuti, tantam à deo prouidentiam? Nunc verò quum nec idola colatis, nec liberos occidatis, nec prophetas lapidetis in perpetua degitis captiuitate? Nō enim tum alius erat deus quàm nunc est. An nō idem est qui tum illa gubernabat, & qui nunc quæ fiunt operatur? Quid igitur in causa fuit, vt quum grauioribus peccatis abūdaretis, vberior fuerit erga vos dei beneficentia: nunc verò quum leuiora peccetis, prorsus vos auersetur, perpetuáq; tradiderit ignominiæ? Etenim si vos nunc ob scelera reiicit, multò magis hoc tunc conueniebat facere. Quòd si tunc vos sustinuit impiè viuentes, nūc multò magis oportebat sustinere, quum nihil simile cō mittatis. Quam ob rem igitur non sustinuit? Si vos pudet causam dicere, ego dilucidè profitebor, immo potius non ego, sed ipsa rerum veritas loquetur. Posteaquàm Christum occidistis, posteaquàm in dominum iniecistis manus, posteaquàm sanguinem illum pretiosum effudistis: propterea non est vobis reliqua corrigendi spes, neq; venia, neque purgatio. Tum enim quæ per audaciā perpetrastis, in seruos perpetrastis, in Mosen, in Esaiam, in Hieremiam. Tum tametsi impietas aliqua committebatur, tamen audacia nōdum proceſſerat vsque ad malorum caput. Nunc autem omnia veterum facinora vestris sceleribus occultastis, nec vobis vllum reliquistis locum atrociora committēdi, ob insaniam qua debacchati estis in Christum: eóque nūc grauiores luitis pœnas. Etenim si hæc non est causa vestræ reiectionis, qua nunc tenemini, quare deus vester tum vos occidentes liberos vestros tolerauit, nunc autem à talibus abstinentes auersatur? Siquidem occiso Christo maius grauiúsque scelus commisistis, quam si macta sseris liberos. Agedum igitur dicite mihi, etiam ne posthac sustinebitis illum vocare impostorem ac legis transgressorem, ac non potius aliquò secedentes vos ipsos occultabitis, qui coram oculis obtueamini tam manifestam & euidentē veritatem: Etenim si impostor erat Iesus, quemadmodū dicitis, legisque transgressor: par erat vt hanc etiam laudem ferretis, qui talem occideritis. Nam si Phinees vnico tantùm peremptо homine, totam numinis iram aduersus populum exardescen-

C οὐδ' ὡς ὄνος.

Quòd ob extremum peccatum repulsi sunt Iudæi.

Cap.23.a

Exo.32.b

Ibidē.16.f

Nūc.25.a

Psal.94.b

Nubes & columna ignis

Manna. Psal.77.c

Iudæi immolabant filios dæmoniis.

Matth.27.g

Christus innocens occisus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

exardescentem sedauit, (Stetit enim, inquit, Phinees, & placauit & cessauit quassatio) támque multos homines eripuit ab ira diuina vnius hominis cæde: multò magis hæc vobis oportuit accidere, si legis transgressor erat quem vos crucifixistis. Quur igitur, quæso, Phinees, viro legis transgressore perempto, iustus habitus est & sacerdotio honoratus? Vos autem quum in crucem egeritis virum impostorem, vt dicitis, deóque aduersantem: quí fit vt non solùm non feratis laudem & honorem, verum etiam acerbiora passi sitis, quàm tum quum filios vestros mactaretis? An non istud perspicuum est, etiam vehementer tardis & hebetibus, quòd posteaquàm aduersus seruatorem ac principem orbis impiè egestis, talis vindicta de vobis sumpta sit? Et nũc sanè abstinetis à nefario sanguine, & sabbata seruatis, tum verò ipsum etiam sabbati diem violabatis. At ecce deus per Hieremiã iussit parci ciuitati vestræ, si desisteretis gestare onera sabbato. Sed hoc nunc facitis, neque tollitis onera sabbato, attamen ne sic quidé vobis reconciliatur ille. Nam peccatum illud vestrum omnium erat maximum, vt ista vobis excusatio de peccatis, superuacanea sit. Non enim ob cætera vitæ commissa, sed propter illud facinus estis in istis calamitatibus. Quod ni sic haberet, deus haud vos fuisset ad istũ modum auersatus, etiamsi innumera alia peccata commisissetis. Id quum perspicuum sit ex his omnibus quæ dicta sunt, ex hoc quod dicturus sum erit dilucidius. Quid autem est hoc? Audimus deum crebrò per prophetas dicentem maioribus nostris, vos quidem eratis digni malis innumeris, at ego non facio propter nomen meum, ne prophanetur inter gentes. Non propter vos ego facio domus Israël, sed propter nomẽ meum. Sensus autem hic est, Eratis quidem grauioribus digni suppliciis ac pœnis: verùm ne quis diceret, quòd deus quum ob inopiam virium non posset seruare, reliquit Iudæos in manibus hostium, auxiliabor & prospiciam vobis. Itaque si legis transgressor erat Christus, quem vos crucifixistis, etiamsi decies mille peccata commisissetis, multò etiam prioribus illis grauiora: profectò propter hoc factum seruasset vos deus, ne nomen ipsius pollueretur, ne ipse crederetur non esse magnus, nêve quis diceret quòd ipsius causa hæc pateremini. Quòd si videtur ob suam ipsius gloriam relaxare peccata: multò magis hoc nunc erat facturus, & mactationem hanc acceptam habuisset, ac multitudinem peccatorum vestrorum deleuisset. Cæterùm, quoniam vt apparet, vos perpetuò auersatur, palàm est quòd per hanc iram ac perpetuam derelictionem, demonstrat etiam vehementer impudentibus, eum qui à vobis occisus est, non fuisse transgressorem legis, sed ipsum legis conditorem, & innumerabilium bonorum authorem vobis aduenisse. Eóque vos qui impiè fecistis aduersus illum, in contumelia & ignominia degitis: nos verò qui illum adoramus, honore vos omnes præcedimus, pérque dei gratiã, venerabiliores vobis omnibus sumus, & in maiore dignitate constituti. Et vnde liquet, inquiunt, quòd nos repulit deus? Quæsoe etiamnum opus est hoc verbis demonstrare, quum ipsa res clamitet, ac vocem tuba clariorem emittat, tum per vrbis euersionem, tum per templi destructionem, tum per cætera omnia? Verum homines, inquiunt, nobis hæc attulerunt, nõ deus. Imo deus ista potissimum effecit. Quòd si hæc hominibus imputas, illud rursum considera, quòd vt homines ista fuerint ausi, nisi deo placuisset, haudquaquam potuissent ad effectum perducere. Quum igitur redisset ille barbarus totam Persidem secum ducens, sperans fore vt vniuersos ex insidiis adortos caperet, ciuitatem totã velut sagena quadam ac reti concluſam habebat: tunc demum, tum inquam, quoniam deus erat vobis propitius, absque bello, sine conflictu, sine prælio centum octoginta milibus militum interfectorum Assyriorum apud vos relictis, ita fugit, vt satis haberet si solus euaderet incolumis. Verùm & alia bella innumerabilia frequenter istum ad modum iudicauit deus: itidem & nunc nisi ipse esset qui semel vos deseruit, haud quaquam potuissent ciuitatem vestram diruere, ac templum vastare, nequaquam huc vsque tanto tempore mansisset solitudinis calamitas, nequaquam vobis sæpe conantibus instaurationem conatus in vacuum cessisset. Iam non ex his solùm, verum etiam ex aliis conabor vobis facere fidem, quòd non suapte virtute vobis ista fecerunt Romanorum imperatores, sed quia deum habuistis iratũ, qui vos deseruerat. Etenim si quod gestum est, humanum erat opus: oportuit vestras calamitates excidio finiri, nec longius proferri vestram ignominiam. Ponamus enim iuxta vestram sententiam, mœnia ab hominibus fuisse subuersa, ciuitatem dirutam, altare deiectum: num & illud ab hominibus facturi, quòd prophetæ cessarunt? num & spiritus gratiam sustulerunt? num alia quę apud vos fuere magnifica destruxerunt? veluti vocem de propiciatorio reddi, vim vnctionis, declarationem quæ fiebat in lapidibus sacerdotũ: neq; enim Iudaïca religio origines omnes habebat ex inferioribus, sed plures ac magnificentiores supernè è cœlis. Hoc autẽ dico: Permisit sacrificia fieri. Altare quidem erat ex inferioribus, quemadmodum gladius & ligna, necnon sacerdos. Cæterùm ignis venturus in adyta illa, victimásque consumpturus, è supernis habet originem. Nec enim homo inferebat ignem in templum, sed flamma è sublimi immissa suo ministerio cõsummabat hostiam. Rursum si quãdo cognoscendum erat aliquid, è propiciatorio, vox quæpiam è medio Cherubim prodibat, prædicens futura. Rursus è lapidibus qui erant in pectore summi sacerdotis, id vócabant declarationem: relucebat fulgor quidam futura significans. Præterea quoties esset aliquis inungendus, deuolabat spiritus gratia, & insiliebat in vnguentum. Hæc autem administrabant prophetæ. Quin & nebula frequenter & fumus Adyta corripiebat. Itaque ne Iudæi perfricta fronte hominibus imputarent suarum rerum vastationem, non solùm ciuitatem deus passus est dirui ac templum vastari, verùm etiam illa quæ cœlitus habebãt originem è medio sustulit, videlicet ignẽ, vocem, è lapidibus reddi solitum fulgorem, & huius generis alia vniuersa. Proinde quum tibi Iudæus dixerit, homines nos expugnarunt, homines insidiis adorti sunt, dicito illi: Profectò nequaquam expugassent homines, nisi deus hoc permisisset. Verùm esto sanè, murum vestrum diruerint homines, num & ignem ex alto deuehi vetuit homo? Num vocem assidere ex propiciatorio audiri solitam inhibuit homo? Num declarationem in lapidibus? num sacram vnctionem? num cętera omnia sustulit homo? An nõ deus hæc omnia submouit? Nemini non perspicuum est, sed qua de causa sustulit? An non manifestum est? id feciſſe, quòd vos odisset, quódque semel auersatus esset? Nequaquam, inquiunt, sed quoniam ciuitate caremus, ideo caremus & istis. Quin potius, vt ex abundanti impudentia illorũ ora claudamus: agè & hoc ipsum futurarum testimoniis

Psal.105.e Argumentum ab euẽtis. Nũc.25.b

Cap.17.c

Esaiæ.48.b Deus propter nomen suum parcit indignis.

θάλπιγγος λαμπροτέραν.

A niis demonstremus, quòd templi apparatus non fuerit causa destructionis cæterorum à prophetis prædictæ, sed ira dei, & quòd magis etiã ipsum prouocarint insanientes in Christum, quàm tum quum vitulum adorarent. Nam quum vaticinarentur Moses, nec templum erat, nec altare, sed quum persisterent in innumeris impietatibus, tamen prophetiæ donum non cessauit. Verùm & hic ipse egregius vir, & alij rursus præter hunc septuaginta tum extitere prophetæ: nec id solùm, verùm & post datum templum reliquámque totam culturam: deinde hoc incenso, cunctisque deportatis in Babylonem, rursus extiterunt Ezechiel & Daniel, qui nec sancta sanctorum aspicerent, nec altari assisterent, sed in media Barbarorum regione & impurorum hominum consortio agentes spiritu repleti futura prædicebant, idque de rebus multò tum pluribus, tum admirabilioribus quàm præcesserant: ac diuinam visionem viderunt, quatenus ipsis videre licuit. Itaque dicite mihi, quam ob causam non habetis nunc prophetas? An nõ perspicuum est hanc esse causam, quòd deus vos repulerit? Sed quam ob causam repulit? Clarum item & hoc, quòd ob illũ crucifixum, & impium illud facinus. Vnde hoc liquet, inquis? Ex hoc quòd quum antè hac impiè viueretis, nihil non obtinebatis: nunc verò quum videamini modestius viuere post crucem, atrociores luitis pœnas, neque quicquam eorum contigit habere quę prius habebatis. Vt autem & ipsis prophetis hoc euidenter & expressè testificantibus, præsentium malorum causam intelligatis, audite quid dicit Esaias quomodo prædicit simul & venturam omnibus per Christum beneficentiam, & vestram improbam ingratitudinem. Liuore, inquit, eius nos sanati sumus: salutem indicans per crucem omnibus oblatam. Deinde de nostri similibus loquẽs subiecit: Omnes vt oues aberrauimus, homo in via sua errauit. Tum crucis modum explicans, sic loquitur, Sicut ouis ad occisionem ductus est, & vt agnus in conspectu tondentis ipsum sine voce fuit. Hic non aperit os suum. Et vbi licet hoc videre? In nefasto prætorio Pilati, quum tam multa, inquit, testimonia proferrent aduersus ipsum, nihil eis respondit Iesus. Et dixit ad illum præses: Audis quàm multa in te testificentur? Verùm nihil respondit, sed stabat tacitus. Hoc olim cœlitus afflatus propheta dixerat: Sicut ouis ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram se tondente mutus. Post hæc exponens iniquitatem in prætorio pepetratam, ait: In deiectione eius iudicium sublatum est. Nemo tum illi iuxta iuris rationem de illo suffragium tulit, sed falsa potius aduersus illum recipiebant testimonia. In causa erat quòd tam nolebat abire: Nam si voluisset, omnia turbasset, concussissetq;. Etenim sicut temporis quo pendebat in cruce, saxa dissicidit, orbem terrarum obscurauit, Solis radios auertit, noctem medio die per vniuersam terram induxit, ideo potuisset in prætorio facere. Verùm noluit, mansuetudinem ac lenitatem exhibens. Eóque dicit: In dilectione illius sublatum est iudicium. Deinde demonstrans, quòd non esset vnusquilibet è vulgo, subiecit: Generationem eius quis enarrabit? Quis enim est? De quo dicit: Tolletur de terra vita eius. Ideo & Paulus dicit: Vita nostra abscondita est cũ Christo in deo. Quum apparuerit Christus vita nostra, tunc & vos apparebitis cum illo in gloria. Sed quod dicere proposueram, vt demonstrarem quòd propter hunc sustinuerint præsentia mala, tempus est vt ipsum Esaiam inducam loquentem. Vbi nam hoc est inquis? Post dictum prætorium, post occisionem, post assumptionem, vbi dixit: Tolletur de terra vita eius, & subiicit: Et dabo improbos pro sepultura eius, & diuites pro morte illius. Non simpliciter dixit, Iudæos, sed, improbos. Quid enim illis improbius esse possit, qui post tot tantáque accepta beneficia, beneficum occiderunt? Nisi hæc euenerunt, nisi nunc viuitis in ignominia, nisi omnibus quę maiores habuerunt estis priuati, nisi corruit vestra ciuitas, nisi templum vestrum versum est in ruinam, denique nisi vestrę calamitates superant omnem tragœdiam, ne credas ô Iudæe. Contrà, si res ipsæ clamitant, si quod prædictum erat à prophetis perfectum est: quid frustra, quid incassum obtines tuam impudentiam? Nam vbi illa apud vos veneranda, vbi pontifex, vbi stola & rationale, vbi declaratio? Ne verò mihi istos patriarchas dixeris, caupones, negotiatores, iniquitate plenos. Dic mihi qualis est sacerdos, quum non sit vetus illud oleum, neq; quicquam omnino veteris sanctimonię? Dic, inquam, mihi, qualis sacrificus, quum non sit sacrificium, neque altare, neque cultura? Vis tibi recitem leges de sacerdotio, quomodo solent, olim consecrari, vt intelligas quòd qui nunc apud vos dicuntur patriarchę non sint sacerdotes, sed per simulationem sacerdotum agant personam, nec aliter ludant quàm histriones in scena, imò vt verius dicam, nec sustinere possint sacerdotis personam? non dico iuxta veritatem, verùm ne iuxta simulationem quidẽ sacerdotij. Excute igitur, recordare quomodo tũ Aaron factus sit sacerdos, quot hostias pro illo immolarit Moses, quot pecudes prostrauerit, quomodo illum lauerit, quomodo illum vnxerit, extremum auriculæ, manum dextram, in sancta sanctorum introduxerit. Post hæc iussit præscripto septem dierum numero manere intus. Quin potius operæprecium est audire verba illorum: Hæc, inquit, vnctio Aaron, & vnctio filiorum eius. Et dixit dominus ad Mosen, dicens: Assume Aaron & filios eius, & stolas, & vnctionis oleum, & vitulum pro peccato, & arietem, & conuoca synagogam ad ostium tabernaculi testimonij. Et dixit Moses vniuersæ multitudini congregatę sermonem quem mandarat dominus, & posteaquàm applicuisset illos (dicendum est enim compendio) lauit eos aqua, induit tunica, cinxit zona, induxit ependyten, imposuit humerale, præcinxit illum ac substrinxit, imposuit rationale, imposuit declarationem & veritatem, & mitram imposuit capiti illius, & super mitram laminam auream, deinde sumpto oleo conspersit altare, & sanctificauit, illud, & vasa, & basim sanctificauit ex eodem, & effudit ex eo in caput Aaron, & filiis illius similiter fecit, & adduxit vitulum. Quum autem occidisset eum, posteaquàm Aaron cum filiis suis imposuissent manus, sumpsit de sanguine, & imposuit cornibus altaris, & purificauit altare, & sanguinem effudit in basim, & sanctificauit illud, vt propitiaret super illud. Deinde posteaquàm quædam ex his mactasset, alia foris, alia intus, adduxit rursus alium arietem, & ipsum immolauit in holocaustum, & iterum adduxit arietem consummationis, & rursus Aaron cum filiis imponente manus, occidit, rursusq; sumẽs de sanguine eius super extremum auriculæ Aaron dextræ, & super extremum manus dextræ, & super extremum pedis dextri, simili modo fecit & filiis illius. Deinde sumens hostias imposuit manibus Aaron & filiorum eius, ac sic obtulit. Et sumpto sanguine, rursus ex oleo conspersit super Aaron & stolas illius, & super filios eius, & super stolas eorum,

Prophetia sublata Iudæis.

Esaiæ.53.b Prophetiæ de Christo.

Mat.27.b

Esaiæ.53.c

Ibidem.

Colo.3.a

Quæ apud Iudæos religiosa.

Δήλωσις vaticinij genus apud Iudæos.

Ignis cœlestis. Leuit.9.

Vox de propiciatorio.

Exo.25.c

Esaiæ.53.a

συναφὴ προσμὸς argumentorum.

Leuit.7.d Ibidem.8.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

Leuit.8.g

G eorum, & sanctificauit eos, & iussit coqui carnes in atrio tabernaculi testimonij, illique eis vesci: & ab ostio tabernaculi testimonij ne egrediamini, inquit, dies septem, donec impleatur dies ordinationis vestræ. Septem enim diebus cõsummabit manus vestras, vt propitietur pro vobis. Quam igitur dicit, quòd his rebus legitimè initiatus sit Aaron, his purificatus, his sanctificatus, per hæc placauerit deum: nihil autem horum nunc fiat, neque victima, neque holocaustum, neq; sanguinis aspersio, neque olei inunctio, nec adsit tabernaculum testimonij, neque ad præfinitum dierum numerum sedeatur intus: profectò palàm est, quòd sacerdos qui nunc apud istos est, impurus sit ac nefastus, illegitimus ac prophanus, denique quòd non propitiet, sed prouocet. Etenim si non poterat aliter consecrari, nisi hisce ritibus: omnino necesse est, totum sacerdotium illorum non consistere. Vides à me meritò dictũ, quòd non solùm à veritate, verùm etiam ab ipsa rei simulatione procul absunt. Nec ex his tantùm, verum etiam ex aliis discere licet, quanta tum fuerit sacerdotij dignitas. Proinde quum aduersus Aaron seditionẽ mouissent homines quidam scelerati perditique, conantes eum à principatu depellere, & de honore cum illo disceptarent, mansuetissimus Moses cupiẽs illis, rebus ipsis facere fidem, quòd nõ vt fratrem, aut cognatum, aut familiarem euexisset illum ad eum honorem, sed dei parens edicto tradiderit illi sacerdotium illud, iussit vt vnaquæque tribus virgam adferret, idem præcepit Aaroni: quum attulissent, omnes accepit, & intus reposuit, eo facto iussit expectari diuinum iudicium, quod per virgas illas esset proferẽdum. Deinde quum simul omnium reliquorum virgę manerent in eodem habitu, sola virga Aaron germinauit, frondésque produxit ac fructus, vt intelligerent quòd naturæ dominus illum delegisset denuò, literarum vice foliis vtens. Etenim qui in initio dicebat: Germinet terra herbam graminis, eiúsque vim ad fructificandum excitauit, idem & illud lignum quod erat aridum & infrugiferum, fecit vt absque terra, sine radice germinaret. Ac nunc quidem illa virga simul & illorum malitiam & dei iudicium declarat, non emittens quidem vocem, sed ipso aspectu quauis tuba clarius exhortans, ne quid talium facinorũ in posterum aggrederentur. Nec hoc modo tantùm, sed alio quodam argumento deus declarauit eum sacerdotem. Etenim quum multi mota aduersus illum seditione, appeterent ipsius honorem (principatus enim res est, pro qua depugnari solet, eò quòd expetatur à multis) iussit vt illatis thuribulis, & imposito thymiamate, cœlitus expectarent sententiam. Atque illis adolentibus, terra dehiscens, omnes absorbuit, & eos qui ipsis consenserant foculósque sumpserant, ignis è cœlo demissus exussit. Tum ne quod acciderat temporis progressu deletum obliuione iaceret, néve admirabilem hanc dei sententiam ignorarẽt posteri præcepit Moses, vt thuribula sublata applicarent ad altare, vt quemadmodum virga sine voce vocem emisit ipso conspectu, itidem & hæc per ora posterorum volitantia cunctis commemorarentur, admonitura cõsulturáque minoribus, ne maiorum amentiam imitarentur, ne quando simili pœna plecterentur. Ad hunc modum olim sacerdotes creabantur, nunc verò lusus mei sunt risusq;, quæ fiunt apud Iudæos omnia, pudor & cauponatio, plena immensæ impietatis. Hos igitur sequeris dic mihi, qui pertinaciter solent semper tum facere, tum dicere omnia, quæ dei legibus adu-

H Confirmatio sacerdotij.

Virga. Num.17.a

Gene.1.b

I Nũe.16.a Vindicta in eos qui despiciunt sacerdotes.

Ibidem.c

K

Iudæorum blasphemię.

Antithesis.

L

Acto.16.d

M

Externa nõ faciunt sanctum.

uersantur: ad horum synagogas accurris? nec metuis, ne fulminis impetus cœlitus emicans exurat caput tuum? An ignoras eos qui ipsi quidem non prædantur, sed tamen in prædonum speluncis conspecti fuerint, easdem dare pœnas cum prædonibus? Quid autem loquor de prædonibus, profectò scitis omnes ac meministis, quòd apud nos scelerati quidam & impostores statuas principis demoliti sunt. Quid factum? Non illi tantùm qui facinus ausi fuerant, sed quotquot simpliciter præsentes erant iis quæ gerebantur, quoniam videbantur illis assentiri, in iudicium abrepti, eadem cũ illis pœnas dederunt. Tu verò vbi pater afficitur contumelia, vbi filius lacessitur conuiciis, vbi spiritus sanctus contemnitur, eò studes accurrere? Agè dic mihi, non metuis, non horrescis, quum teipsum in loca prophana impuráq; coniicis? Dic mihi, quid habebis quod excuses, quam sperabis veniam, qui volens teipsum in barathrum immittas, in præcipitium des? Neque enim mihi illud dixeris, quòd illic sita est lex, & prophetarũ libri. Neque enim ista res locũ reddit sanctum. Vtrum enim maius est, libros esse repositos in loco, an loqui ea quæ sunt in libris? Perspicuum est melius esse si ea quæ sunt in libris sones, habeásq; animo. Ergo respõde mihi, quum diabolus recitaret ea quæ sunt scripturis, num os illius sanctificatum est? Non potes dicere, sed permansit id quod erat diabolus. Quid autem dæmones? quum prædicarent ac dicerent: Isti homines serui dei altissimi sunt, annunciantes vobis viam salutis, an ideo illos in apostolorum ordinem referemus? Nequaquam, imò nihilominus execramur illos, odimúsque quàm antea. Ergo quum verba prolata nõ sanctificent, libri repositi sanctificant? Minimè. Qua tandem ratione id consequitur? Imò hoc nomine odi synagogam, quòd legem habeat ac prophetas, & nunc etiam amplius odi, quàm si nihil istorum haberet. Quur ita tandem? Quoniam hinc habent escam variamque fraudis materiam, qua simpliciores alliciant. Quandoquidem & Paulus spiritum illum loquentem magis quàm tacentem insectatus est. Etenim molestia tædióque affectus, inquit spiritui: Exi ab illa. Quæ de causa? Quoniam clamabat: Isti homines serui dei altissimi sunt. Tacentes enim non perinde decepissent simplices, loquentes autem multos simpliciores erant attracturi persuasurique, quò nimirum & aliis in rebus sibi auscultarent. Siquidem vt ostium aperirent suis fraudibus, præsentes in posterum mentiri cõsentirent, propterea vera quoque nonnulla commiscebant: nec aliter quàm qui letifera miscent venena, os poculi melle circunlinentes, efficiunt vt facilius accipiatur malum. Hanc ob causam & Paulus potissimũ afficiebatur molestia, festinabátque illis occludere os, quòd sibi authoritatem vsurparent, nequaquam ipsis congruentem. Hanc ob causam & ipse Iudæos odi, quòd quum legem habeant, legem violant, & hoc modo simpliciores inescare conantur. Non perinde graue crimen admitterent, nisi quum credant prophetis, diffiderent Christo. Nunc verò sibi omnem veniæ spem ademerunt, qui cùm se iactent prophetis credere, contumelijs afficiũt eum quem illi prædixerunt. In summa, si credis illos esse sanctos, eò quòd illic lex & prophetarum libri repositi sunt, sequereris vt & idola & idolorum tẽpla pro sanctis ducas: Quondam enim quum bellum teneret Iudæos, victores Azotei ceperunt arcam, inque suum templum intulerunt. An ideo sanctum erat illorum templum quòd haberet arcam? Nequaquam, sed prophanum,

A phanum, sed impurum: id protinus ipsis factis declaratum est: vt hostes intelligerent victoriam ipsis cessisse, non ob impotentiam dei, sed ob iniquitatem eorum à quibus colebatur, arca capta in aliena terra vim suam ostendit, idolo bis in solum deiecto, effecit vt etiam comminueretur. Tantùm aberat vt locum sanctificaret, vt locum etiam expugnarat. Verùm hìc quæ nam est arca penes Iudæos, vbi non est propitiatorium, non vnctio, non testamenti tabulæ, non sancta sanctorum, non velum, non summus sacerdos, non thymiama, nõ holocaustum, non victima, non alia quæ tum arcam illis reddebant venerandam? Mihi quidem Iudæorũ, quam nunc habent, arca nihilo melius habere videtur, iis quæ veneunt in foro, imò peius habet. Nam hæ nihil lædere possunt, si quis adeat, illa verò quotidie multam noxam infert iis qui accesserint. Fratres ne sitis pueri sensibus, sed malitia paruuli estote: eósque qui ad ista stupent, ab hoc intempestiuo certamine liberantes, erudite quid oporteat timere reuererique, non istam arcam, sed quòd concurrentes ad illam violant templum dei, per conscientiam ad Iudaïsmum propẽsam,

B per intempestiuam istam obseruationem. Quotquot, inquit, in lege iustificamini, à gratia excidistis. Hoc oportet timere, ne in die illo audiatis ab eo qui vos iudicaturus est: Discedite, non noui vos: communicastis enim cum his qui me crucifixerunt, ad Iudæorum qui impiè agebant in me, ac legem violabant, synagogas concurristis. Atqui ego quidem templum illorum subuerti, & in ruderum aceruum verti templum illud venerabile, templum res verendas & horrendas continens. Vos autem habitactila negotiationum nihilo meliora spelunces latronum colitis. Etenim si tunc quum esset Cherubim, quum arca, quum adhuc spiritus floreret gratia, dixit: Fecistis illud speluncam latronum, aut vt refert Ioannes, domum negotiationis, propter iniquitates ac cædes illorum. Nunc postquàm illos spiritus deseruit gratia, cunctáque illa magnifica sublata sunt, etiam cum deo pugnantes impiam istam religionem celebrant, quid addere possit aliquis vt nominatis synagogis reperiat illis dignam impietatẽ? Etenim si iam tum erat spelũca latronum, quum statum suum obtineret: nunc etiamsi lupanar, si transgressionis locum si diaboli speluncam, si animarum exitium dixeris, si totius perditionis præcipitium ac barathrum, denique quicquid addideris, minus quàm pro rei dignitate dixeris. Templum cupis videre, ne carras ad synagogam, sed ipse fias templum. Vnicum templum dixit deus Hierosolymis, & innumerabilia erexit illo longè venerabiliora. Vos, inquit, templum estis dei viuentis. Hanc domum externa, omnem exige cogitationem malam, vt fias preciosum membrum Christi, vt fias templum, deinde & alios redde tales. Et quemadmodum quum vides pauperes non facilè prætercurris: ita quum videris aliquem ad synagogam currentem, ne dissimules, sed oratione ceu freno quodam cohibitum reducas ad ecclesiam. Hæc est maior eleemosyna quàm illa: imò maior quàm decem milia talentorum, quàm hic mundus vniuersus, quantus quantus vsquequaque patet oculis. Siquidem homo est toto mundo preciosior, huius enim causa & cœlum, & terra, & mare condita sunt & Sol & stellę. Perpende igitur quanta sit dignitas eius cuius saluti consulitur, & ne contempseris huius curam. Nam etiamsi pecuniæ vim immensam dinumerarit aliquis, non simile præstiterit ei quod præstat is qui seruat animam, & abducẽs ab errore ad pie-

Hiere.7.b
Ioan.2.c

Reg.5.a

1.Cor.14.

Gal.5.a

Matth.7.d

C Templum vere sanctũ.

2.Cor.6.d

tatem manu reducit. Qui dederit pauperi, famem soluit: qui Iudaïzantem correxerit, impietatem extinxit. Ille paupertati solatium adhibuit, hic iniquitatem inhibuit: ille corpus liberauit à dolore, hic animam eripuit à gehenna. Ostende thesaurum, ne deseratis lucrũ. Non est quòd hic paupertatem causemini, nõ est quòd mendicitatem prætexatis: verba tantùm insumenda sunt, sermonis modò fit impendium. Ne pigritemur igitur, sed omni studio venemur fratres nostros, eósque vel inuitis in domum nostram pertractis prandium apponamus, ad mensæ communionem illos ascisca-

D Contentio.

Pertrahi vult ad solutionem iciunij Iudaïci.

mus hodie, vt vbi nostro in conspectu iciunium soluerint, satísque declarauerint, fidémque plenam fecerint, quòd in melius correcti sint, & sibi ipsis & nobis æterna bona concilient, gratia ac bonitate domini nostri Iesu Christi, qui cũ & per quem patri vnà cũ spiritu sancto gloria, imperiũ, honor, & adoratio in æuum.

EIVSDEM ADVERSVS
Iudæos, oratio quarta.

E VTrum vos pugnæ huius cum Iudæis susceptę satietas cepit, an vultis, vt rursus hodie quoq; materiam eandem tractemus? Quanquam enim multa sunt iam dicta, attamen arbitror vos sic affectos, vt cupiatis iisdem de rebus iterum audire. Etenim qui non satiatur amore erga Iesum, is nec vnquã satiabitur pugna aduersus eos susceptа, qui Iesum oderunt. Super hæc, & alioqui nobis hic sermo necessarius est. Supersunt enim adhuc festorum Iudæorum reliquiæ. Sed quemadmodum illorum tubæ multò scelleratiores erant iis qui sonant in theatris, & ieiunia quauis ebrietate & comessatione erant improbiora: ita & tabernacula quæ nunc apud illos figuntur, nihilo sunt honestiora diuersoriis, in quibus scorta versantur ac tibicinæ. Ne quis autem orationis huius audaciam reprehendat. Nam ausus est extremus summáque impietas secus de illis opinari. Quum enim aduersus deũ contendant, ac spiritui sancto resistant: quur non de illis feramus sententiam? Erat olim hoc festum venerabile quum iuxta legem fieret, deique iussu. Nunc autem non amplius, eò quòd tota illius dignitas sublata est, eò quòd contra dei mentem celebratur. Quíque maximè violant legem prisca festa, ij maximè omnium sunt qui nunc videntur ea celebrare. At contrà, nos sumus qui maximè legem veneramur, qui eam velut hominem senio defectum, quiescere sinimus, nec in caueas hominibus differtas protrahimus postea quàm incanuit, neque præter ætatem certare compellimus. Nunc enim nec esse legis tempus, neque vetustę religionis, satis antè demõstrauimus. Agè igitur, quod superest hodie persoluamus. Satis quidem erat ex prophetis omnibus demonstrasse, quòd nunc extra Hierosolymam tale quippiam facere, transgressio legis sit & impietas. Nam si verum esset quod isti semper vbiq; iactantes prædicant, futurum vt ciuitatem denuò recipiant, nõ sic quidem possent à violatæ legis crimine liberari: attamen nos ex abundanti hoc quoq; demonstrabimus, quòd nec ciuitas sit instauranda, neque priscum reipublicæ statum sint recepturi. Hoc autem demonstrato, reliqua omnia in confesso sunt, videlicet quòd neque sacrificiorum ritus, neque holocausta, neque legis vis, nec alia pars vlla status illius consistere poterit. Primùm enim præcepit lex, vt ter in anno omne masculinum ascenderet in templum, cæterùm deiecto templo hoc fieri nequaquam poterat. Rursus præceperat,

F Scenopegia Iudæorum.

Exod.23.b

Leuit.15.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

G præceperat, vt qui profluuio seminis laboraret, qui lepra contaminatus esset, quę menstruo fluxu teneretur, quæ peperisset, offerret sacrificia. Atqui nec hoc fieri potest, quum desit locus, nec extet altare. Iussit cani sacros hymnos, & hoc antè declarauimus tum ipso loco vetari, tum à prophetis damnari accusantibus illos ac dicentibus, quòd foris legerent legem, & appellarent confessionem. Quum igitur ne legere quidem fas fuerit extra ciuitatem, quomodo legem seruare potuerũt extra ciuitatem? Hanc ob causam & minitans illis dicit: Non visitabo filias vestras, quum stuprum admiserint: neq; nurus vestras, quum mœchatæ fuerint. Quid autẽ hoc est? Recitata veteri lege conabor vobis reddere dilucidius. Quæ est igitur illa lex? Si mulier præuaricata fuerit à viro suo, eúmque negligens despexerit, dormieritque aliquis cum illa coïtu seminis, & latuerit oculos viri, nec testis fuerit aduersus illam, nec fuerit deprehensa: ac super ipsum quidem spiritus zelotypiæ, cæterùm ipsa non fuerit contaminata. Sensus horum verborum hic est: Si mulier, inquit, mœchata fuerit, & vir habeat illam adulterij suspectam, ille quidem suspicabitur. Et si non fuerit testis, nec vterus coarguens, ducet, inquit, illam ad sacerdotem, & offeret H donum illius, ordeaceam farinam. Quur ita tandem, non siligineam, nõ triticeam farinam, sed ordeaceam? quoniam id quod gerebatur luctus erat, & incusatio suspicióque forma sacrificij domesticam calamitatem imitabatur, eóque dicit: Non effundes super illam oleũ, neque impones illi thus. (nam contrahẽdus est sermo.) Adducet illam sacerdos, sumẽtque puram aquam in vase fictili, & sumet de terra quę est in pauimẽto, sumptámque coniiciet in aquam, statuẽtque mulierem, & adiurabit illam ac dicet: Si non es transgressa, nec polluta sub viro tuo, salua esto ab aqua redargutionis. Quòd si transgressa es ac polluta, & aliquis tecum concubuit, det dominus te in execrationem, ac detestationem in medio populi. Quid est, in execrationẽ, ac detestationem? Vt dicant, ne mihi accidat quod accidit illi mulieri. Vt reddat dominus vterum tuum inflatum, & ingrediatur aqua execrata, inflẽtque ventrem tuum: & dicet mulier, fiat, fiat. Et erit si fuerit polluta, ingredietur aqua redargutionis, & inflabit ventrem illius, & erit mulier execrabilis. Quòd si non fuerit polluta mulier erit innocua, & proseminabit semen. Ergo postquàm in captiuitatem abducti sunt, neque quicquam horum fieri potest, quum nec tabernaculum habeant, nec offerantur hostiæ, dominus comminãs dixit: Non visitabo filias vestras, quum stuprum admiserint: nec nurus vestras, quum mœchatæ fuerint. Vides legem à loco vim habere? Ex hoc perspicuum est ne sacerdotiũ quidem esse posse, quum desit ciuitas. Quemadmodum enim fieri non potest, vt imperator sit, si non sit exercitus aut diadema, non purpura, non alia quæ regnum commendant, comprobántque: ita nec sacrificus esse potest sublata hostia, vetita oblatione, sanctis conculcatis, toto rerum statu abolito. Nam his rebus omnibus constabat sacerdotium. Sufficiebat igitur nobis ad probationẽ, quemadmodum dicere cœperamus, quòd neque sacrificia, neque holocaustomata, neque reliquæ purificationes, neque præterea quicquam obseruationis Iudaïcæ redditurum sit. Supererat, vt demonstraretur, nunquam fore vt templum instauretur. Nam quemadmodum omnia sunt abrogata, si non sit templum, & si quid videatur fieri, facinus est aduersus legem commissum: Ita posteaquàm ratio demonstrauit nunquam fore vt templum redeat ad pristinum statum, eadem opera & illud demõstratum est, quòd neque cæteri ritus & cultus ad pristinum statum sint redituri: Non sacerdos erit quispiam, non rex. Etenim si non erat permissum vti quis ex ipsorum cognatione quanuis plebeius, seruiret alienigenis: multò magis fas non erat ipsum regem alienigenis subiici. Verùm quopiam hìc contendimus conamúrque, non tantùm, vt illis obturemus os, verùm etiam vt vestram charitatem erudiamus: agè hoc ipsum aliunde demonstrabimus, videlicet quòd illis & sacrificiorum & sacerdotij finis sit, adeò vt nunquam amplius ad pristinam consuetudinem hæc sint reditura. Quis igitur hæc dicit? Admirandus ille ac magnus propheta Dauid: declarãs enim quòd omne sacrificiorum genus esset eiiciendũ, & aliud inducendum, loquitur hunc in modum: Multa fecisti tu domine deus meus mirabilia tua, & cogitationibus tuis non est qui similis sit tui. Annunciaui & loquutus sum. Vides prophetæ sapientiam: vbi dixisset, multa fecisti tu domine deus meus mirabilia tua, stupefactus admiratione diuini opificij nihil dicit de conditione rerum nobis conspicuarum, cœli, terræ, maris, & aquæ, & ignis, non de stupendis illis prodigiis, L quæ acciderunt in Aegypto, non de cęteris huiusmodi oraculis. Sed quæ dicit esse miracula? Sacrificium & oblationem noluisti. Quid obsecro dicit: An istud stupendum est ac mirandum? Nequaquam, inquam: non enim hoc solùm vidit, sed cœlitus edoctus prospiciebat oculis propheticis futurum vt gentes adducerentur: & quomodo qui prius erant addicti diis, colebántque lapides, miseriores ipsis Brutis, repentè visum reciperent, omniúmque dominum agnoscerent, ac relicta impura dæmonum cultura, purè citráque sanguinem deum colerent: simúlque intelligẽs quòd non illę solùm, sed & Iudæi infirmiores relicta hostiarum, holocaustomatum aliorúmque corporalium rituum obseruatione, ad nostram & ipsi philosophiam adducerentur, simúlque reputans ineffabilem dei erga genus humanum charitatẽ, quę superat omnem intellectum, & attonitus admiratione tantæ mutationis futuræ, & quàm mirabiliter ista deus in alium ordinem translaturus esset, & homines ex dæmonibus facturus angelos, ac vitæ genus inducturus cœlis dignũ. Tum quòd hæc omnia essent futura vetere sacrificio abolito, & altero in illius locum inducto per corpus Christi: quod sacrificium admiratus ac stupefactus dicebat: Multa tu fecisti deus meus mirabilia tua, & ex persona Christi totum hoc vaticinium ædit. Sanè quum dixisset: Sacrificium & oblationem noluisti, subiicit: Corpus autem adaptasti mihi. De corpore loquens dominico, cõmuni pro toto orbe sacrificio, quo nostras purificauit animas, peccata dissoluit, mortem extinxit, cœlos aperuit, multáque ac magnas spes nobis ostendit, cæteráque præparauit omnia: quæ quidem & Paulus videns exclamauit, dicens: O altitudo diuitiarum sapientię ac scięti æ dei, quàm imperscrutabilia sunt iudicia eius, & imperuestigabiles viæ eius. Hæc igitur omnia prospiciẽs dicebat: Multa tu fecisti domine deus meus mirabilia tua. Deinde quum ex persona Christi dixisset, Holocaustomata & pro peccato non probasti, subiunxit, Tunc dixi, ecce adsum: quoniam perfectioris doctrinę tempus est. Nam imperfectiora per seruos erãt docenda, sublimiora verò & humanam superantia naturam per ipsum legis authorem, ideoque Paulus dicebat: Multipharię multísque modis deus loquutus patribus nostris

ritus nunq̃ restituẽtur. K

Ose.4.c

Nume.5.b Pœna adulteræ.

Zelotypiæ remedium. Ibidem.

I

Simile.

Iudæorum

Psal.39.b Christus finis legis.

Victima Christi efficax.

Roma.11.d

Psal.39.b Perfectiora docuit ipse dominus.

Hebre.1.a

M

Psal.39.b

A stris per prophetas, extremis hisce diebus loquutus est nobis per filium, quem constituit hæredem omnium. Ac rursus Ioannes: Lex per Mosen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Itaque hæc summa legis laus est, quòd ea naturam humanam illi doctori præparauit. Deinde ne putares hunc esse recentem deum, aut aliquid nuperè euenturum adferre, audi quid dicit: In capite libri scriptum est de me: Iam olim meum aduentum prędixerunt prophetę, & in initio librorum meæ diuinitatis cognitionem obiter hominibus aperuerunt. Itaque quum deus dicit in initio conditi mundi: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, tectè nobis filij diuinitatem aperit ad quem loquitur. Post hæc declarans, quòd hæc vitæ ratio non est priori contraria, sed hoc quòque voluisse deum, vt illo sacrificio antiquato in eius locum hoc induceretur (Nam erat correctionis vehementia, non contrarietas aut pugna) vbi dixisset: In capite libri scriptum est de me, subiecit: Vt facerem voluntatem B tuam deus, volui, & legem tuam in medio ventris meipòst exponens quæ tandem esset voluntas dei, prætermissa mentione hostiarũ, holocaustomatum, oblationum, laborum, ac sudorum, ait: Annunciaui iustitiam in ecclesia magna. Quid hoc est, annunciaui iustitiam in ecclesia magna? Non dixit, dedi: sed, annunciaui. Quid tandem igitur? non ex benefactis, nec laboribus, nec pensatione, sed ex sola gratia iustificauit genus nostrum. Quod & Paulus declarans dicit: Nunc autem absque lege iustitia dei manifestata est, iustitia autem dei per fidem Iesu Christi, non per vllum sudorem aut laborem. Et hoc assumpto testimonio hunc in modum loquitur: Vmbram enim habens lex futurorum bonorum, non ipsam rerum imaginem, singulis annis iisdem hostiis quà semper offerunt, nunquam potest accedentes perfectos reddere. Eóque ingrediens mundum dicit: Sacrificium & oblationem noluisti, corpus autem adaptasti mihi: significans ingressum vnigeniti in mundum per carnis dispensationem. Sic enim ad nos venit, non locum loco commutans (qui nanque conueniat hoc in eum, qui est vbique, quique cuncta complet?) sed per carnem nobis factus conspicuus. Cęterùm quoniam non solùm aduersus Iudæos est nobis pugna, verumetiam aduersus gentes, ac multos hæreticos: agè profundiorem sensum quendam hic vobis aperiamus, quæramúsque quid tandem sibi velit, quòd C quum Paulus innumerabilia haberet testimonia, quæ docerent cessare legem veterẽsque ritus, huius meminit: neque enim simpliciter, neque fortuitò id fecit, sed ratione ac sapientia quadam ineffabili. Quòd enim alia quoque habuerit testimonia, tum maiora, tum vehementiora si voluisset adducere, omnes confitebuntur. Esaias enim ait: Non est mihi voluntas in vobis, plenus sum holocaustomatibus arietum, & adipe agnorum & sanguinem taurorum & hircorum nolo, neque si veneritis in conspectum meum. Quis enim exquisiuit hæc de manibus vestris? Si obtuleritis similaginem, frustra facietis. Incensum abominatio mihi est. Et alibi rursum: Non nunc aduocaui te Iacob, neque molestiam tibi exhibui Israël, non glorificasti me sacrificiis, neque seruisti mihi in donis, neque tibi molestus fui in thure, neque parasti mihi argento sustitum. Hieremias autem: Ad quid mihi thus è Saba affertur, & cinnamomum è terra longinqua? holocaustomata vestra non delectarunt me. Ac rursus: Holocaustomata vestra cũ sacrificiis vestris: & comeditis car-

Ioan.1.b

Lex nos præparauit Christo.

Psal.39.b

Gene.1.c

Filius deus significatus in Genesi.

Solus Christus gratis iustificat. Roma.3.c

Hebre.10.a

Psal.39.b

Esaiæ.43.d

Cap.6.e

Ibidem.7.c

Cap.1.c

Tomus quintus.

nes. Et alius insuper prophetarum sic ait: Aufer à me strepitum cantionum tuarum, & canticum organorum tuorum non audiam. Rursus alibi, quum Iudæi dicerent: An accipiet dominus in holocaustomatibus, si dedero primogenita mea pro impietate mea, fructũ ventris mei pro peccato animæ. Propheta increpans illos dicebat: Annunciabo tibi homo quid sit bonum, & quid dominus deus quærat abs te, vt diligas misericordiam, & facias iudicium & iustitiam, vt paratus sis ambulare post dominum deum tuum. Dauid quoque sic dicebat: Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos. Quam igitur ob rem quum tot posset adferre testimonia, per quæ deus videtur illa sacrificia reiicere, neomenias, sabbata dies festos, omnibus illis omissis huius vnius meminit? Non simpliciter id factum, neque fortuitò: sed iam causam dicemus. Multi infideles & ex Iudæis ipsis pugnantes aduersus nos, dicunt veterem religionem antiquatam esse, non quòd ipsa esset imperfecta, neque quòd inducta sit maior, nostra videlicet religio, sed propter improbitatem eorum, qui tunc offerebãt sacrificia. Esaias itaque dicit: Si extenderitis manus vestras, auertam oculos meos à vobis: si multiplicaueritis obsecrationẽ, non exaudiam vos. Mox causam addens prosequitur: Manus vestræ sanguine plenæ. Hoc autem non est sacrificia accusare, sed offerentium iniquitatem criminari. Et ideo non accepta habuit sacrificia, quòd ea manibus impuris offerrent. Rursum quum Dauid dixisset: Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hœdos, adiecit dicens: Peccatori autem dixit deus: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tu autem odisti disciplinam, & abiecisti sermones meos post tergum tuum: si videbas furem, currebas cum eo, & cum adultero ponebas portionem tuam: os tuum abundauit malitia, & lingua tua contexebat dolos: sedens aduersus fratrem tuum obtrectabas, & aduersus filium matris tuę ponebas offendiculum. Vnde perspicuum est, quòd hic obhas etiam causas reiecerit sacrificia, quoniam furabãtur, quoniam fratribus insidiabantur. Sed quum vnusquisque prophetarum, inquiunt, accuset offerentes, fatentur omnes deum has ob causas aspernatum fuisse nostra sacrificia. Sed Paulus illis plagam satis magnam inflixit, & abundè illorum impudentię silentium imposuit hoc testimonio. Quum enim vellet ostẽdere, quòd ipsam Iudęorum religionem, vt imperfectissimam reiecisset, irritámque fecisset: hoc assumpsit testimoniũ, in quo accusatio offerentium nulla est, sed ipsius religionis imperfectio nuda per se declaratur. Propheta enim nulla in re accusans Iudęos, simpliciter sic loquitur: Sacrificium & oblationem noluisti, corpus autem adaptasti mihi, holocaustomata & pro peccato nõ probasti. Idq; exponẽs Paulus ait: Tollit prius, vt posterius statuat. Nam posteaquàm dixit, sacrificium & oblationem noluisti, deinde addidit, corpus autem adaptasti mihi: quoniam ostendit aliud inductum sacrificium, nullam prętereà spem dedit futurum, vt illud restitueretur. Et hoc ipsum interpretans Paulus dixit: Per oblationem hanc sanctificati in voluntate Christi. Si enim sanguis taurorum & hircorum, & cinis vitulæ aspersus inquinatos sanctificat ad carnis emundationem: quantò magis sanguis Iesu Christi, qui per spiritũ æternum obtulit semetipsum immaculatũ, emundabit conscientiam vestram ab operibus mortuis? Itaq; quòd illud sacrificiũ antiquatum est, & aliud in eius locũ inductum,

D

Amos.5.g

Mich.6.b

Victimæ deo gratissimæ.

Psal.49.b

Sacra Iudæorum cessarunt meliori victimæ.

Esaiæ.1.d

E

Psal.49.b

F

Imperfecta Iudæorum religio.

Hebre.10.c

Ibidem.9.d

M

Universidad de Deusto
Biblioteca

G ductum, quódque posthac illud nõ sit restituendum: satis ex his demonstratum est. Agè, iam superest, vt quod dudum conati sumus demonstrare, illius sacerdotij ritus posthac non exorituros, neque denuò redituros, euidenter hoc palámque è scripturis ipsis dilucidum faciamus, pauca prius vobis præfati, quò fiat euidentior eorum quæ dicentur enarratio. Abraham reuersus è Persside genuit Isaac, Isaac deinde Iacob, Iacob duodecim patriarchas, ex quibus profectę sunt duodecim tribus, magis autem tredecim: quãdoquidem loco Ioseph duo ipsius filij Ephraïm & Manasses extiterũt tribuum principes. & quemadmodum vnicuique filiorum Iacob, tribus cognomine respondebat, Rubim, Simeon, Leui, Iuda, Nephthalim, Gad, Aser, Beniamin: sic sub Ioseph duo illius filij cognomen indebant tribubus, & appellabãtur, altera quidem Ephraïm, altera verò Manasse. Harum itaque tredecim, cæteræ quidem omnes agros habebant ac prouentus multos, & agricolabantur omnes, reliquáque omnia exercebant ad victum pertinentia. Cæterùm tribus Leui sola honorata sacerdotio à negotiis ad victum pertinentibus liberata erat, H neque colebant agros, neque tractabant opificia, neque præterea quicquam huius generis exercebant, sed soli sacerdotio vacabant, ac decimas accipiebant à toto populo tum frumenti, tum ordei. Ex his enim rebus illis portionem dabant omnes, & hic erat illis prouentus. Nec phas erat ex vlla alia tribu sacerdotem vnquam fieri. Ex hac enim tribu factus est Aaron, nimirum de tribu Leui, ac per successionem illius posteri sacerdotium accipiebant, neque quisquam vnquam ex alia tribu creatus est. Hi itaque Leuitæ decimas ab illis accipiebant, & sic alebantur. Sed ante Iacob, sub Isaac, sub Abraham quum nondum esset Moses, nondum scripta lex, nondum Leuiticum sacerdotium esset proditum, non tabernaculum, non templum esset, non tribus discretæ, non Hierusalem extaret, quum nullus omnino in Iudæos rerum principatum occupasset, fuit quidam Melchisedec, rex idem & sacerdos: typus enim futurus erat Christi, cuius & scriptura manifestè meminit. Quum enim Abraham irruptione facta in Persas, ac fratris filio Loth ex illorum manibus erepto, omnibus spoliis direptis rediret, hostibus virtute deiectis, hunc in modum de Melchisedec loquitur scriptura: I Et Melchisedec rex Salem obtulit panẽ ac vinum: erat enim sacerdos dei altissimi, & benedixit Abrahæ, dixitque: Benedictus es Abraham deo altissimo, qui condidit cœlum & terram, & benedictus deus altissimus, qui tradidit inimicos tuos sub manus tuas. Et dedit illi decimas ex omnibus Abraham. Si quis igitur prophetarum extitit qui dicat, quòd post Abraham póstque sacerdotium illud, & hæc sacrificia atque oblationes exoriturus esset sacerdos alius, nõ ex illa tribu, sed ex alia, ex qua nunquam creatus est sacerdos, non secundum ordinem Melchisedec: manifestum est quòd vetus sacerdotium cessauit, aliud autem nouum in illius locum inductum est. Nam si futurum erat vt vetus illud obtineret, non secundum ordinem Melchisedec, sed secundum ordinem Aaron, oportuit hoc explicare. Quis igitur hoc dicit? Hic ipse, qui de sacrificiis loquutus, de Christo disserens hoc quoq; alicubi dicit: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis. Deinde nõ quis de vulgarium hominum aliquo suspicaretur illud esse dictum, non dicit hoc Esaias, neque Hieremias, neq; quisquam alius propheta priuatę conditionis, sed ipse rex: vt intelligeres quòd non possit hominem appellare suum dominum, sed deum solum. K Nam si priuatus fuisset, fortassis aliquis improborum dixisset illum de homine loqui. Quomodo enim si de quopiam hominũ hæc loquutus fuisset Dauid, dixisset quòd homo à dextris consedisset ineffabilis ac summæ illius maiestatis? Hoc enim impossibile. De hoc verò ait: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Deinde ne putares eum imbecillem esse minúsque potentem: Tecum, inquit, principatus est in diebus potentiæ tuæ. Manifestius etiam declarans addidit: Ex vtero ante luciferum genui te. Ante luciferum nullus hominum fuit genitus. Tu sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec. Non dixit secundum ordinem Aaron. Proinde percontare Iudæum, si sacerdotium vetus non est antiquandum, quam ob causam induxit alium sacerdotem secundum ordinem Melchisedec, & non secundum ordinem Aaron. Per hoc igitur ipsum rem euidentiorem reddidit. Quum enim dixisset de Christo, quemadmodum & alibi loquitur: Tu sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec, subiunxit, de quo multus nobis sermo & enarratu difficilis. Hebr.7.a L Deinde quum increpasset discipulos, (dicendum est enim breuiter) ait: Quis est ille Melchisedec? & adducit historiam quæ loquitur hoc modo: Hic occurrit Abrahæ reuertenti à concisione regum, benedixitque illi, cui & decimas impartitus est Abraham. Pòst aperiens considerationem figuræ: Contemplamini autem quantus sit iste, inquit. Hoc autem non simpliciter dixit, sed ostendere cupiens, quòd maius sit sacerdotium nostrum quàm Iudæorum, atque in ipsis typis præueniens rerum excellentia declaratur. Nam Abraham Isaac erat pater, auus Iacob, proauus Leui, siquidem Iacobi filius erat Leui. Ex Leui sacerdotium apud Iudæos sumpsit originem. Verùm hic Abraham progenitor Leuitarum ac Iudaïcorũ sacerdotum, sub Melchisedec, qui typum gerebat nostri sacerdotij, laici locum obtinuit, idque duplici modo declarauit. Primùm quòd illi dederit decimas. Nam laici sacerdotibus dabant decimas. Deinde quòd benedictionem acceperit ab eo. Etenim laici à sacerdotibus benedictionem accipiunt. Rursum considera quanta sit excellentia nostratis sacerdotij, quandoquidem Abraham, patriarcha Iudæorum, progenitor Leuitarum comperitur benedictionem accipere à Melchisedec, illique dare decimas. M Sacerdotij Christiani dignitas. Nam horum vtrunque narrat vetus testamentum, & quòd Melchisedec benedixerit Abrahæ, & quòd decimas ab eo acceperit. His igitur in medium adductis Paulus dicebat: Considerate quantus est iste. Quis? Melchisedec, inquit, cui etiam decimas Abraham ex præcipuis dedit, ipsorũ patriarcha. Et quidem hi qui sunt ex filiis Leui, sacerdotium accipientes, mandatum habent, vt decimas accipiant à populo, hoc est à fratribus suis, quanquam egressis è lumbis Abrahæ. Quod autem dicit tale est: Leuitæ, inquit, qui apud Iudæos sunt sacerdotes, mandatum acceperunt iuxta legem, vt decimas acciperent ab aliis Iudæis, & tamen omnes Leuitæ progeniti sunt ex Abraham, quemadmodum & reliquus populus, nihilominus decimas accipiunt à fratribus suis. Melchisedec verò qui non ducit originem ab illis, neque enim ex Abraham progenitus erat, neque ex tribu Leuitica, sed ex alio genere: decimauit Abraham, hoc est decimas accepit ab Abraham, nec id solùm, verùm & aliud quiddã fecit. Quid autem hoc? quòd eidem, qui promissiones habebat, videlicet

Tribus tredecim.

Tribus Leuiticæ.

Melchisedec ante legem sacerdos.

Psal.109.a

Christus deus.

Gene.14.c

A videlicet Abrahamo, benedixerit. Et quid hoc inquis, significat? quòd hoc sacerdotium illo multò sit inferius. Quomodo? Citra omnem controuersiam quod minus est, à maiore benedictionem accipit. Itaque nisi Abraham progenitor Leuitarum fuisset inferior Melchisedec, nequaquam ille huic benedixisset, neque hic illi decimas dedisset. Deinde volens ostendere quòd per Melchisedec aduenerit hoc sacerdotium, subiecit Hebre.7.b dicens: Et, vt ita loquar, hoc est propemodum, per Abraham etiã ipse Leui qui decimas accipiet decimatus est. Quid est, decimatus est? Decimas dedit Melchisedec & ipse Leui, qui nondum erat genitus per patrem ipsius, inquit: Adhuc enim in lumbis patris erat quum occurreret Abrahæ Melchisedec. Nam ideo hoc occupans dixit. Cuius igitur causa hæc dicebat? Subiicit dicens: Si consummatio igitur erat per Leuiticum sacerdotium, populus enim sub illo legem accepit, quid opus erat deinde secũdum ordinem Melchisedec exoriri alium sacerdotem, qui non dicatur iuxta ordinem Aaron? Quid autem est quod dicit? Si res, inquit, erant perfectæ quæ gerebantur apud Iudæos, neque lex erat vmbra futurorum bonorum, sed ipsa totum effi- B ciebat, nec futurum erat vt cuiquam alteri concederet, neque vt sacerdotium prius cessaret, qua de causa propheta dixit: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec: dicendum enim erat, secundum ordinem Aaron. Et idcirco ait: Si consummatio per Leuiticum sacerdotium erat, quid deinde opus erat secundum ordinem Melchisedec exoriri sacerdotem alium, qui non diceretur secundum ordinem Aaron? Ex hoc enim liquet, quòd illud finem acceperit, aliud in illius locum inductum sit multò melius ac sublimius. Hoc autem cuicto, simul & illud in confesso est, quòd alius etiam vitæ status sacerdotio congruens, simul inducendus esset, neque non legislatio melior, nimirum nostra. Quod sanè demonstrans Paulus dicebat: Translato enim sacerdotio, necessariò fit & legis translatio. Quoniam autem pleraque legalia circa Ibidem. sacerdotij ministerium consistebãt, priore autem sacerdotium profligatum est, nimirum alio in illius vicem inducto, legislationem etiam meliorem in illius locũ induci oportuit. Post hæc declarans de quo hæc dicat ait: De quo enim dicuntur hæc, alterius tribus parti- C ceps fuit, ex qua nullus vacabat altari. Manifestum est enim quòd ex Iuda exortus est dominus noster, in quã tribum nihil de sacerdotio Moses loquutus est. Quum igitur clarum sit Christum ex illa esse tribu, nimirum ex Iuda, & sacerdotem iuxta ordinem Melchisedec, porrò Melchisedec esse multò honorabiliorem Abrahamo, nimirum & illud vndiquaque constat, quòd etiam aliud pro alio inducitur sacerdotiũ, multò quàm prius fuerat sublimius. Nam si typus talis, etiam Iudaï co sacerdotio splendidior erat, multò magis ipsa veritas: quod tractans idem Apostolus, dixit: Ampliùs ad- Hebr.7.c huc manifestum est, si secundum similitudinem Melchisedec exoritur alius rex, qui nõ sit iuxta legem præcepti carnalis, sed iuxta virtutem vitæ incorruptibilis, quòd nullum illius præcepum erat carnale. Non enim oues mactare neque vitulos iussit, sed virtutem animi curare, & hoc pacto deum colere, & horum præmia vitam nobis designauit, quæ nunquam corrumpetur. Ac rursum mortuos nos suo peccatis venientes suscitauit, & in vitam reduxit destructa duplici morte, altera peccati, altera carnis. Quoniam igitur venit, propter hoc dicit: Non iuxta legem præcepti, sed iuxta virtutem vitæ incorruptibilis. Iam igitur & illud quod re- D stabat demonstratum est, quòd translato sacerdotio, legis quoque translationem fieri conueniebat. Attamẽ & hoc ipsum expressè licebat demonstrare, prophetásque testes rursus adducere, quòd & lex esset trãsferenda, quòd reipublicæ status in melius transmutandus, & quòd nunquam rex aliquis Iudæus exoriturus sit. Verùm quoniam tantum est dicendum, quantum auditor possit capere, nec omnia simul, nec aeruatim, illis in aliud tẽpus dispensatis: hìc sermonem finiemus, exhortantes vestram charitatem, memineritis eorum quæ dicta sunt, & hæc illis quæ prius dicta sunt annectatis, quódque prius rogauimus idem & nunc rogamus, vt fratres vestros reducatis ad salutem, multam sollicitudinem habeatis pro membris neglectis. Propter hoc enim nos tantum laborum suspicimus, non vt vulgari more loquamur, neque vt plausum strepitúmque feramus: sed vt auulsos, ad viam veritatis reducamus. Ac ne quis mihi dicat, nihil mihi est cum eo negotij, vtinam contingat mihi mea ipsius negotia rectè gerere. Nemo suum ipsius negotium rectè gerere potest, neglecta proximi salute, propter hoc & Paulus E ait: Nemo quod suum est quærat, sed quisque quod alterius: sciens quòd sua cuiusque vtilitas in proximi vtilitate sita est. Sanus es tu, sed oculus tuus infirmatur: hoc est, est ægrotus. Itaque si verè solicitus fueris pro ægrotante, magis dolebis, & imitaberis in hoc quoque beatum illum qui dicit: Quis infirmatur, & ego non 2.Cor.11.g infirmor? quis offenditur, & ego non vror? Etenim si quum duos obolos dederimus, paulúmque pecuniæ insumpserimus in pauperes, gaudemus: si poterimus animas seruare, quanto maiorem voluptatis fructum capiemus? quantum autem in futuro seculo recipiemus gaudium? Nam ibi quoquè quoties conueniemus, multam capiemus voluptatem ex congressu, reminiscẽtes officiorum, quæ vicissim alij in alios præstitimus. Deinde quum illos consp exerimus ad tribunal illud metuẽdum, multæ fiduciæ participes erimus: & quemadmodum qui iniuria afficiũt, qui vsurpant aliena, qui rapiunt, qui mala innumera proximis inferunt, quum illuc venerint, eósque viderint qui hæc passi sunt. Videbunt enim, videbunt inquam, omnino (id quod perspicuum est, & ex diuite illo & Lazaro) neque os aperire poterunt, neque habebunt quod dicant aut excusent, sed multò pudore magnáque condemnatione repleti ex illorum aspectu, ad ignea flumina adducentur. Itidem qui bene viuunt, qui docent, qui instituunt, vbi viderint eos quos seruauerunt, illic patrocinantes ipsis, multa fiducia replebuntur. Et hoc Paulus declarans dixit: Gloria vestra sumus, quemadmodum & vos nostra. Quando hoc? In die domini nostri Iesu Christi. Ac Lucæ.16.c rursus Christus exhortatur, dicens: Facite vobis amicos ex mammona iniquitatis, vt quum defeceritis, accipiant vos in æterna sua tabernacula. Vides quòd multa fiducia vobis contingit ab his, quos hic nostro beneficio quærimus. Quòd si vbi pecunia duntaxat insumitur, tot sunt coronæ, tanta merces, tanta remuneratio: vbi iuuatur anima, quæ fieri potest, vt non multa magnáque nobis contingant bona? Etenim si Tabitha Acto.9.g illa, quæ viduas vestiebat, quæ paupertati subueniebat, à morte in vitam reuocata est, & lachrymę eorum qui beneficiis affecti fuerant, animam in corpus reduxerunt, quum nondum venisset resurrectio: quid facient hominum lachrymæ per te seruatorum? Quemadmodum enim hanc circũstantes viduæ vitam ex mortua reddiderunt,

Cura fratet næ salutis.

2.Cor.1.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

G reddiderunt, sic & te tunc circunstantes qui nunc per te seruati fuerint, efficient, vt multam experiaris humanitatem, & ex incendio gehennæ eripient. Hæc igitur scientes non ad præsentem horam tantùm feruidi simus & vigilantes, sed ignem quem habetis nunc, excitate egressi foras, lustrantésque curate salutem ciuitatis. Quod si ignoretis, disquirite vbi sint qui his malis ægrotant. Sic enim & nos vobis promptius lubentiúsque loquemur, ipsis factis cognoscentes quòd non in petram semen iacimus, & vos ipsi circa virtutis exercitationem eritis alacriores. Quemadmodum in pecuniis, qui duos lucratus est aureos, procliuis est ad decem, ad viginti colligendos congregandósque. Sic vsu venit & in virtute, qui fecerit bonum opus, officiúmve præstiterit, extimulationem aliquam aut exhortationem ad agendum sumit, vt alia quoque benefacta aggrediatur. Vt igitur & fratres seruemus, & nobis ipsis veniam pro peccatis, imò potius multam fiduciam reponamus, denique curemus & illud, vt à cęteris omnibus nomen dei glorificętur, cum vxoribus, liberis, & fa
H mulis ad hunc venatum & indaginem egressi, extrahamus è diaboli laqueis captos ab illo iuxta ipsius volũtatem: nec prius desistamus, quàm quicquid per nos præstari poterit, præstiterimus, siue pareant, siue nó pareant. Quin potius impossibile est, vt Christiani quum sint, nõ pareant: sed ne vel hanc excusationem habeatis illud dico. Si postquàm multa verba exhauseris, & quicquid per te præstari poterit, expleueris: videris illum non obtemperare, adducito ad sacerdotes, & omnes per dei gratiã potientur venatu, totúmque tuum erit, qui illum adduxeris. Expedit vt hæc & vxores dicant viris, & viri vxoribus, & filij parentibus, & patres filiis, & amici amicis. Discant hæc & Iudæi, & ij qui nobis quidem coniuncti videntur, sed cum illis sentiunt, quòd nobis aliquod studium est, ac solicitudo, vigilantiáque pro fratribus nostris ad illos vltro currentibus. Et omnes ante nos, illos corrigent, qui quum nostræ professionis sint, tamen illò commeant. Quin potius nemo posthac ausurus est ad illos confugere, sed erit
1. Timo. 2. b corpus ecclesiæ purum. Deus autẽ qui vult omnes homines fieri saluos, & ad agnitionem veritatis venire, & vos ad istum venatum corroboret, & illos ab hoc errore liberet. Denique cunctos ad salutem reuocatos dignos reddat cœlorum regno, in gloriam eiusdem
I domini nostri ac saluatoris Iesu Christi, cui gloria & imperium, nũc & semper, & in secula seculorũ, Amen.

EIVSDEM ADVERSVS
Iudæos, oratio quinta.

ἄοινος μέθη. PRæteriit ieiunium Iudæorum, immo potius ebrietas Iudæorum. Est enim & absque vino ebrietas, est & in sobrietate temulentia luxuriosáq; comessatio. Quòd si nemo posset vino temulentus esse, nequaquam propheta diceret: Væ iis qui ebrij sunt, & non à vino: si non esset sine vino ebrietas, haud quaquam dixisset Paulus, Nolite ebriari vino in
Ephe. 5. d quo est luxuria. Nam quemadmodum vino, sic & alio modo possit aliquis inebriari. Eóque dixit, nolite inebriari vino. Est enim ebrietas & in ira, & in absurda
Ebrietas varia. concupiscentia, & in auaritia, & in amore gloriæ, denique in aliis innumeris affectibus, Ebrietas enim nihil aliud est, quàm excidisse à recta ratione deliratióque, & sanæ mẽtis priuatio. Non solùm igitur qui multum exhaurit merum, verumetiam qui alium quempiam morbum alit in animo, vehementer ebrius esse iudicabitur. Etenim qui mulieris alienæ tenetur amore, qui K
scortis vacat, ebrius est. Et quemadmodum is qui multum ebibit merum, sesęq; ingurgitauit, illiberales voces effundit, aliúdque pro alio videt: sic & hic veluti mero quopiam, sua cupiditate repletus, neq; sana profert verba, sed obscœna omnia, sed pernicioſa, sed illiberalia, risusq; plena, aliáque pro aliis videt, cæcutiens ad ea quę cernuntur. Quòd si cui mulieri stuprum inferre concupiscit, hanc vbique imaginans, non aliter quàm mente captus, ac delirans, in conuenticulis, in conuiuiis, in omni tempore, in omni loco, & si innumera hominum milia ipsum alloquantur, ne audire quidem videtur, sed ad illam tantùm intentus est animus, nec aliud somniat quàm peccatum, habétque suspecta omnia, metuit omnia, nihilo melior animante λιποψυχῆ. quod alligatum scutica impellitur. Rursusq; quem tenet ira, ebrius est. Similiter & huic turget facies, vox fit asperior, oculi fiunt sanguinoléti, mens obtenebratur, prudentia submergitur, lingua tremit, oculi intorquẽtur, aures alia pro aliis audiunt, nimirũ ira longè grauius quàm vllum merum soleat percellente cerebrum, L
tempestatem concitante, turbationémque gignente insedabilem. Quòd si ebrius est, quem tenet concupiscentia, iráve: multò magis homo impius & in deum blasphemus, illiúsque legibus repugnans, quique hanc intempestiuam Iudæorum pertinaciam nunquam vult effugere, ebrius est insanitque, deterius affectus quàm ij qui comessantur, quique mente capti sunt, licèt ipse morbum suum non sentire videatur. Nam id maximè conuenit ebrietati, etiam sensu vacare malorum, quæ turpiter committit. Quemadmodum igitur illud est Simile. grauissimum in mente captis & attonitis, quòd quum ægrotent, nec hoc ipsum sentiant se esse ægrotos: sic & Iudæi, nunc quum sint ebrij, non sentiunt tamen morbum suum. Præteriit igitur illorum ieiunium, quauis ebrietate fœdius. Nos autem ne remittamus pro fratribus nostris solicitudinem, neque posthac existimemus vllam illorũ curam esse importunam: sed quemadmodum faciunt milites, vbi commisso prælio verterint in fugam aduersarios, ab insectatione redeuntes, non protinus currunt ad tabernacula, sed prius ad conflictus locum profecti, tollunt eos qui ex ipsorum numero cæsi sunt, ac vita quidem defunctos terræ occulunt: cæterùm ſ quos viderint inter mortuos spiran M
tes adhuc, nec lethale vulnus habentes, iis in tentoria sublatis, cultam adhibent curationem extracto telo, accersitis medicis, abstersо sanguine, pharmacis correctis, reliquáque omni curatione admota ad sanitatem reducunt. Et nos igitur quoniam opitulante dei gratia Iudæos persequuti sumus armatis aduersus illos vndiquaque prophetis, reuersi ad nos videamus, num qui fratrum nostrorum ceciderint, num qui ab ieiunio intercepti sint, nũm qui filij in festo communicarint: ac neminem quidem tradamus sepulturæ, sed potius sublatos omnes curemus. Nam sub externę quidem hostibus, qui semel conciderit, animámque efflarit: fieri non potest vt miles eum recuperet, & ad vitam reuocet. Cæterùm in hoc bello prælióque, etiamsi quis lethale vulnus acceperit, fieri potest vt auxiliante no- Dissimile.
bis dei gratia eum ad vitam reducamus. Non enim hæc naturæ mos est, quemadmodum illa, sed voluntatis ac propositi. Voluntatem autem mortuam licet denuò susciteare, animæq; morti datæ persuadere licet, vt ad suam vitam redeat, suúmque dominum agnoscat. Agitè ne defatigemur fratres, neque delassemur, neque

A neque desistamus, neq; quisquam illa verba dicat, quòd ante ieiunium illis cauere oportuerit, omnémque mouere lapidem: nunc verò posteaquàm ieiunatum est, posteaquàm peccatum admissum est, posteaquàm iniquitas cõsummata est, quę superest vtilitas? Etenim si quis nouit quid sit fratri cõsulere, nouit & illud, quòd nunc potissimum oporteat admouere manus, omnéque studium impendere. Neque enim tantùm ante peccatum admissum cõuenit fratris saluti cauere, verùm & post lapsum manus porrigendę sunt. Etenim si deus ab initio fecisset istud, tantúmque nobis cõsuluisset ante pec
Prima cautio ne peccetur, de lapsis tamen non desperandũ. catũ, post peccatũ neglexisset hominem, passusq; fuisset perpetua in ruina iacêre: nullus adhuc nostrum vnquam salutem fuisset consequutus. Verùm hoc non fa
Gene. 2. c cit deus, quippe amans humani generis ac mitis, nostræq; salutis auidissimus. Quin & post peccata multam præstat solicitudinem, quandoquidem & Adę cauit ante peccatum, dicens è quouis ligno quod est in paradiso comedens comedes: è ligno verò cognitionis boni malique non comedetis, sed quocunque die comederitis, morte moriemini. Ecce & facilitate le-
B gis, & largitate concessorum, & acerbitate supplicij: & ipso fine illationis prospexit ne peccaret. Non enim dixit, post vnũm aut duos trêsve dies, sed in ipso die quo comederitis, morte moriemini. Denique cunctis quibus cauere oportuit modis, cauit homini: attamen vbi post tantam prouidentiam, eruditionem, exhortationem, beneficentiam lapsus est, nec obtemperauit iussis diuinis, non dixit deus, quæ iam restat vtilitas? Comedit, cecidit, transgressus est legẽ, credidit diabolo, despexit præceptum dei, accepit vulnus, mortuus est, neci traditus est, in damnationis sententiam incidit. Quid posthac est quod illi loquamur? Nihil horum dixit, sed protinus ad illum venit, alloquutus est, consolatus est, ac rursus aliud admouit remedium, videlicet laborem ac sudorem, nec prius destitit omnia facere, conari omnia, donec naturam collapsam restituisset, atq; à mor te liberasset, & ad cœlum prouexisset, maioráque quàm perdiderat homini bona dedisset: factis ipsis docens diabolum, quòd his insidiis nihil profecisset, sed quòd homines eiectos è paradiso, paulò pòst visurus esset in cœlis angelis permixtos. Idem fecit in Caïn. Siquidem
C & illius priusquàm peccaret, cauerat saluti, denuncia- to periculo dicens: Peccasti, quiesce, ad te conuersio illius, & tu illius dominaberis. Vide sapientiam prudentiámque dei! Hoc metuis, inquit, ne te frater spoliet
Gene. 4. b secundum. LXX. Noua interpretatio. prærogatiua primogenitorum, propterea quòd mihi clarus est, ne principatum sibi vsurpet tibi debitum. Nam primogenitos, posterius geniti is oportebat honorabiliores esse. Bono, inquit, animo sis, ne metue, ne hac de causa despondeas animum: ad te conuersio eius, & tu dominaberis illius. Quod autem dicit hunc habet sensum: Mane in honore primogeniti, & esto fratri tuo refugium, vmbraculum, ac patrocinium, imperáque & dominare illius, tantùm ne ad parricidium prosilias, neque ad impiam illam feraris occisionem. Verùm ne sic quidem auscultauit, neque conquieuit, sed cædem sensit impiauit, dexteram in fraternum immisit iugulum. Quid igitur? num dixit deus, Sinamus illum in posterum? Quis posthac erit profectus? Perpetrauit parricidium, mactauit fratrem, contempsit admonitionem meam, insanabile hominémque condonandum homicidium ausus est perpetrare, talique ac tanta dignatus solicitudine mea, eruditione, consilio, cuncta illa protulit ex animo, nec vlla ratione conuersus est.

Deseratur igitur in posterum ac proiectus esto, nec vl- D
lo meo respectu dignus habeatur. Nihil tale deus nec dixit, nec fecit, sed ad illum venit denuò & corrigit ho minem dicẽs: Vbi est Abel frater tuus? Ac ne inficiantem quidem deserit, sed vel inuitum adigit ad facinoris confessionem: quúmque ille dixisset, Nescio: Num custos fratris mei sum ego? ait, vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Ipsæ, inquit, res prædicant te homicidio inquinatum. Quid igitur ille? Maius est peccatum meum quàm vt mihi remittatur, etsi eiicias me de terra, etiam à facie tua occultabor. Huius sermonis sententia sic habet, Grauiora quidem commisi, quàm vt veniam mereantur, aut excusari possint, aut condonanda sint: sed si velis vrgere quod factum est, omnibus obiiciar, tuo auxilio destitutus. Quid igitur deus? Non sic, inquit, imò quisquis occiderit Caïn, septem vindictas persoluet. Ne metuas inquit, hoc, viues longam vitam. Si quis te occiderit, obnoxius erit mul- Septuplum pro plurimum.
tis suppliciis. Nam septenarius numerus in scriptis infinitæ multitudinis significationem habet. Quoniam igitur Caïn multis suppliciis obnoxius erat, anxietati, E
tremori, suspiriis, deiectionibus animi, dissolutioni corporis: Qui occiderit, inquit, te, & ab illis vinculis liberarit, ipse in sese vindictas accerset. Ac videtur quidẽ id quod dicitur vehementer atrox esse, quum contrà declaret domini beneuolentiam. Etenim deus volens posteros ad temperantiam adducere, tale supplicij genus excogitauit, quod Caïn à peccato posset liberare. Caïn quare seruatus in vita.
Nam si protinus illum interfecisset, abisset quidẽ peccatum in sese tectum ferens, neque posteris vllo pacto fuisset cognitus. Nunc autem permissus multo tempore viuere in illo tremore, docuit obuios omnes ipso aspectu, vacillationẽque carnis, exhortans ne quando similia auderent, ne similia paterẽtur: simul & ipse redditus est melior. Nam tremor & timor ac vita cum anxietate peracta, corporisque dissolutio, veluti vinculo quopiam constrinxit illum, neque permisit denuò ad simile facinus prorumpere, & prioris assiduè commonefecit, & interim ipsius animam moderatiorem reddidit. Sed inter hæc loquenti mihi venit in mẽtem, vt in medium adducam, quæráque quamobrem tandem quum peccatum suum esset confessus, factúmque damnasset, dicens se maiora peccasse quàm vt veniam
F mereretur, nullàque excusatione se dignum esse, non potuerit abluere peccata, quum propheta dicat, Dic tu Esaiæ. 43. d iniquitates tuas prior, vt iustificeris: sed condemnatus Confessio vltro facienda. fuerit. Quoniam non dixit quemadmodum iussit propheta: non enim simpliciter dixit, Dic tu iniquitates tuas, sed ait, dic tu prior iniquitates tuas. Quod quęritur hoc est, non simpliciter esse dicendas, sed prius esse dicendas, non expectandam redargutionem accusantis. Hic autem non dixit prior, sed expectauit donec redargueretur à deo, quin potius illo redarguente negauit. Postquàm autem semel factum est peccatum palàm, tum dixit peccatum, quæ quidem non est confessio. Proinde tu quoque dilecte quum peccaueris, nè expectaris vt ab alio accuseris: sed priusquàm accuseris ac deferaris, tu condemna quæ facta sunt. Nam si quis alius deinde te redarguerit, non iam confessionis est officium, sed illius qui accusat correctio. Quapropter Prouer. 18. c & alius quispiam inquit, Iustus suiipsius accusator est in principio sermonis. Itaq; non hoc est quod quęritur vt accuses te ipsum, sed vt prior teipsum accuses, nec expectes ab aliis redargutionem. Petrus itaq; post illam nefariam abiurationẽ, quoniam celeriter suum ipsius peccatum

Universidad de Deusto
Biblioteca

G peccatum recordatus est,nullóque accusante dixit pec
Matth.26. & Luc.22.g catum,fleuitque amarè:adeò abluit illam abnegationẽ,
vt etiam primus apostolorũ fuerit factus,ac terrarum
orbem totũ subiecerit. Sed quòd dicebã,(nam oportet
ad id quod propositum erat reuerti)satis vobis ex his
demonstrauit ratio, quòd non oporteat fratres lapsos
negligere neq; contemnere,verùm prospicere quidem
illis ante peccatum,cæterùm etiã post peccatũ multam
erga illos præstare curam.Itidem faciũt & medici:præ-
scribunt enim ac præcipiunt hominibus , quæ possunt
illorum sanitatẽ tueri,omnémque morbum excludere,
cęterùm vbi neglexerint præscripta,& in valetudinem
1.Cor.5.a aduersam inciderint, non negligunt eos ipsi , sed tum
maximè multam adhibent solicitudinẽ,quò illos mor
bo leuent. Itidem & Paulus fecit,qui eum qui stuprum
commiserat,post illud peccatum quod ne inter gentes
quidem inueniebatur,non cõtempsit: verùm etiam a-
uersantem,nolentémque confiteri peccatũ,sed subduc
cere se parantem ac resilientem,reduxit ad sanitatem:
& ita reduxit,vt cõiungeret corpori ecclesiæ: neq; di-
xit apud sese,quid amplius?quæ vtilitas?Stuprum com
misi, peccatum perpetrauit,nec vult desistere à lasci-
H uia,verùm sibi placet, & immedicabile vulnus reddi-
dit:sinamus igitur illum ac deseramus.Nihil horũ di-
xit,sed propter hoc ipsum maximè multa vsus est erga
illum solicitudine,quòd ad non referendam malitiam
videbat illum esse delapsum : neq; cessauit terrere,mi-
nari,punire,tum per sese,tum per alios complures,ni-
hil non faciens,nihil nõ tentans,donec illum ad agni-
tionem peccati perduxisset,ad sensum iniquitatis, po-
stremò donec ipsum liberasset ab omni nota.Hoc sanè
Samaritani misericordia. facito tu quoq; imitare Samaritanum illum, qui in e-
uangelio tantam erga vulneratum præstitit solicitudi-
nem.Etenim illic præterijt Leuita,præterijt pharisæus,
Lucæ.10.c ac neuter deflexit ad iacentem, sed inclemẽter crude-
litérque relicto seminece abierũt. Samaritanus autem
quispiam , qui nulla ex parte illi coniunctus erat , non
prętercurrit:sed accurrens misertus est,instillauit oleũ
& vinum,imposuit asino,duxit ad diuersorium,pecu-
niam partim dedit præsentẽ,partim pollicitus est, pro
eius qui nihil ad ipsum pertinebat curatione,nec dixit
apud sese: Quæ mihi cura est istius?Samaritanus sum,
nihil mihi cum illo , procul absumus à ciuitate , & ille
ne ingredi quidem potest.Quid autẽ si ferre non pos-
sit vię longitudinem,mortuum adferã?capiendus sum
ob cędem,obnoxius ero homicidio.His sanè de causis
multi sæpe prætereuntes ac videtes homines vulnera-
tos,prætereunt,nõ quòd grauentur tollere pecuniísque
parcant,sed metuentes ne & ipsi pertrahantur in iudi-
cium tanquam cędis rei:verùm humanus ille ac mitis
nihil horum metuit, sed his omnibus contemptis im-
posuit eum asino, & in diuersoriũ perduxit, neq; quic-
quam harum rerum spectabat, nõ periculum, non pe-
cuniarum impendium, non aliud prętera quicquam.
Allegoria parabolæ. Quòd si Samaritanus adeò humanus mitisque fuit er-
ga hominem ignotũ,quam habituri sumus nos veniã,
si proprios fratres neglexerimus in malis grauioribus?
Nam & isti qui nunc iciunauerũt,inciderũt in prædo-
nes ludæos,imò verius omnibus prædonibus sęuiores,
quique grauioribus malis affiçiunt eos qui in ipsos in-
cidunt.Neq; enim vestes illorũ lacerarunt,neq; corpo-
ri inflixerunt vulnera, quemadmodũ illi tunc fecerãt:
sed animam sauciarũt, multísque vulneribus illi infli-
ctis sic abierũt illos relinquẽtes in fouea peccati iacen-
tes.Ne igitur dissimulemus talem tragœdiã calamita-
témque,neq; prætereamus inclementer tam miserabi-
le spectaculum.Quinetiam si alij hoc fecerint,tu ne fe-
ceris.Ne dixeris apud temetipsum,homo sum munda-
nus,vxorem & liberos habeo,ista sacerdotum sunt,ista
monachorũ.Neq; enim Samaritanus ille hæc dicebat,
vbi nunc sacerdotes?vbi nunc pharisæi?vbi Iudæorum
doctores? sed perinde quasi venatũ quempiam maxi-
mum nactus esset,ita lucrũ arripuit.Et tu igitur quum
videris aliquem egentẽ curatione, vel corporis vel a-
nimi,ne dicito apud teipsum,quare ille & ille eum non
curauerunt,sed à morbo libera.Ne petas ab illis causas
negligętiæ. Si inueneris aurum iacens,non dicis apud
teipsum, quare ille aut ille hoc nõ sustulerũt,sed festi-
nas ante alios rapere . Itidem & de fratribus collapsis
cogita,putatóque te thesaurũ reperisse,nimirum occa-
sionem illis medẽdi.Etenim si instillaueris illi velut o-
leum sermonis doctrinam , si obligaueris humanitate
temperantiáque vulneratũ,si sanaueris,ille te faciet di
tiorem quouis thesauro . Qui enim eduxerit precio-
sum ex indignitate,tanquàm os meum erit,inquit,ille.
Quid huic poterit æquiparari?Quod neq; ieiunio,neq;
humi peractę cubationes,neque peruigilia,neque aliud
quippiam potest efficere,efficit fratris procurata salus.
Cogita quàm multa tuum os frequenter peccauerit,
quàm multa verba obscœna protulerit,quàm multa cõ
uicia , quàm multa maledicta euomuerit , & omnino
susçipies collapsi curã. Nam hoc vno benefacto omnẽ
illam delere maculam poteris. Et quid dico delere:fa-
cies vt sit os tuum,sicut os dei.Quid huic honori pos-
sit æquiparari ? Non enim ego ista polliceor, ipse deus
hoc dixit. Si vnũ quempiã eduxeris,inquit,vt os meũ,
erit os tuum,purũ,sanctúmque. Ne igitur negligamus
fratres neq; prætereũtes dicamus,quàm multi sunt qui
ieiunarunt,quàm multi intercepti sunt,sed curam ha-
beamus illorum,etiamsi multi sint qui ieiunarũt, tu ne
traducas, nève in fabulam vertas ecclesiæ calamitatẽ,
sed medere potius. Etsi quis dixerit,Multi ieiunarunt,
obtura illi os,ne fama diuulgetur,eiq; dicito: Ego qui-
dem non noui, deceptus es homo,mętirisque dicęs il-
los esse multos.Ac delatori quidẽ impone silentiũ,cæ-
terùm eos qui intercepti sunt ne neglexeris:vt vtrinq;
multa securitas cõtingat ecclesię,tum ex eo quòd fama
non sit euulgata, tum inde quòd eos ipsos interceptos
ad sacrũ gregem reduxeris.Ne igitur obambulãtes re-
feramus qui peccauerunt,sed festinemus vt eos qui pec
carunt,corrigamus.Est enim praua consuetudo tãtùm
accusare fratres,nec illorũ curã habere,traducere ma-
la infirmorũ,nec mederi.Auferamus igitur hanc pra-
uam consuetudinem charissimi.Neq; enim ea mediocrem pestem inuehit.Et quo pacto?ego dicam.Audiuit
aliquis ex te quòd nonnulli cum Iudæis ieiunauerint, mini-
mèque expędens quo animo dixeris,in aliud id quod
dictum est,detorsit. Rursus ille parum attentus,alteri
hoc ipsum elocutus est, deinde paulatim hac mala fa-
ma increscente , magnum quidẽ probrum offunditur
ecclesiæ : his verò qui pereunt nulla adfertur vtilitas,
quin potius grauissima noxa tum his tum aliis.Etiamsi
pauci fuerint,nos tamen eos rumoribus malis multos
facimus:& eos qui stant,imbecilliores reddimus,& eos
qui ad cauendum procliues sunt,impellimus.Frater enim
audiens esse multos qui ieiunarũt,ipse negligętior erit:
Deinde rursus qui infirmior est, hoc audito, accurret
ad multitudinẽ eorum qui ceciderũt.Ne igitur vel su-
per hoc , vel super alio quouis improbo facto gaudea-
mus, etiamsi multi fuerint peccatores , traducere eos
ac dicere

Omnium est prodesse proximo.

Simile.

Hier.15.d

χαμευνία

Celãda peccantiũ multitudo.

Quare non expediat,publicare turbam peccantium.

A ac dicere multos esse,sed potius obturemus os,& coër-
ceamus.Ne mihi dixeris multi sunt qui ieiunarunt,sed
corrige multos. Non ideo mihi consumptum est tan-
tum verborum,vt accuses multos,sed vt ex multis fa-
cias paucos: imò potius ne paucos quidem, sed & hos
ipsos etiam sanes.Ne itaq; traduxeris peccata,sed me-
dere.Quemadmodũ enim qui traducũt,& in hoc tan-
tùm vacant,etiam si pauci fuerint qui peccauerunt,fa-
ciunt vt multi esse putentur: sic qui cohibent ac silen-
tium imponunt traductoribus, lapsorúmque curã ha-
bent,etiã si multi fuerint & eos ipsos facilè corrigunt,
nec quenquam sinunt ex horum fama lædi.Non audi-
2.Reg.1.d stis quòd Dauid deplorans Saulem dixit , Quomodo
ceciderunt potentes? Ne annunciaueritis in Geth,ne-
que prædicaueritis in viis Ascalonis, ne lætentur filiæ
incircuncisorum.Quòd si ille rem manifestam noluit
Peccata fanãda potius quàm tradu cenda. traduci,ne aduersariis gigneret voluptatẽ:quantò ma-
gis non oportet hæc efferre ad aures alienas,sed potius
B ad nostras,vt neque hostes audientes gaudeant,neque
nostri re cognita concidant , sed oportet cohibere ru-
morem,& vndiquaque compescere. Ne mihi dixeris,
* alias,huic dicebam, ὅτι τότε ἁπαξ.fortasse scribendum erat, τῷ δὲ. hoc illi dicebãt, * apud te ipsum cõtine verbũ.Quem-
admodũ tu non poteras tacere,ita nec ille poterit hæc
apud sese continere. Hæc non de hoc præsente tãtùm
ieiunio dico,sed de cęteris etiam innumerabilibus pec
catis.Ne hoc consideremus tãtùm,an multi sint abre-
pti:sed illud cõsideremus, quomodo illos reducamus,
ne exaggeremus res hostium,ac nostras deiiciamus:ne
illos potẽtes ostendamus, nostras verò res imbecilles:
sed omnia potius in cõtrarium faciamus.Nouit etiam
Boni rumores augẽdi. fama vel deiicere,vel erigere animũ . Ideòque moneo
vt illos rumores augeamus , qui res nostras attollunt,
magnásque videri faciunt: non autẽ illa fratres exag-
geremus,quæ toti sodalitati dedecus offundunt.Con-
trà,si quid audierimus boni,apud omnes proferamus:
si quid verò mali prauique,apud nos ipsos occultemus,
ídque vt tollamus,nihil non faciamus.Et nunc obam-
bulemus,curiosè scrutemur,contẽplemur eos qui lapsi
sunt, etiamsi in ædes oporteat ingredi,de grauemur.
Quòd si ignotus fuerit,nec vlla ex parte ad te pertinẽs
is qui cecidit,scrutare,esto curiosus,quem habeat ami
cum aut necessarium, & cui maximè obtemperet, hoc
assumpto ingredere in ædes,ne pudescas,neque erubes-
cas.Si ingredereris pecuniam recepturus aut bene-
C ficium accepturus ab illo,æquum erat erubescere.Cę-
terùm quum pro illius salute ingrediendi occasionem
ceperis,liberatus es ab omni crimine . Asside sanè,lo-
quere cum illo, aliis de rebus facto sermonis exordio,
quò corruptio careat suspicione.Dic mihi,laudas ne lu
dæos eò quòd Christum crucifixerint , quódque eum
conuiciis afficiant , & legis tranigressorem appellant?
Profectò non sustinebit si fuerit Christianus , etiamsi
milies Iudaïzet dicere,laudo: sed obturabit aures,di-
cétque tibi,absit . Bono animo sis homo,quum ab ipso
ceperis consensum vnius proloquij.Rursus assumitò di-
cens : Quomodo igitur cum illis,dic mihi, quomodo
particeps es festi?quomodo cum illis ieiunas?Post hæc
accusa illorũ improbitatem,expone omnem iniquita-
tem,quam superioribus diebus narrabã apud vestram
charitatem,à loco,à tempore,à templo, à prædictione
prophetarũ redargui,oste de quomodo frustra & in-
cassum omnia faciunt,nec vnquam ad pristinum statũ
redituri sunt,quódque fas illis nõ est extra Hierosoly-
mam quicquã tale facere.Ad hæc commonefacias ge-
hennæ,formidandi tribunalis Christi,eorũ quę nostrã
causam illic, vel leuatura vel grauatura sunt,quódque D
illorum omniũ redituri sumus rationẽ,quòd vltio non
parua reposita est eis qui talia audent . Cõmonefacito
& Pauli dicentis,Quicunq; in lege iustificamini à gra- Gal.5.a
tia excidistis:& rursus cõminantis,Si circuncidamini, Ibidem.
Christus nihil vobis proderit : dicitóque quòd quem-
admodum circũcisio,ita & ieiunium Iudaïcum è cœlis
expellit ieiunãtem, etiamsi habuerit alia innumerabi-
lia benefacta. Dic,quòd Christiani propter hoc voca-
mur & sumus,vt Christo pareamus, non vt ad hostes
curramus. Quòd si prætexat curationes aliquas,dixe-
rítque tibi,pollicentur remediũ,& ideo ad illos curro:
patefacito illi impostúras,incantationes,applicaturas,
veneficia.Neq; enim alio modo videntur mederi,neq;
enim verè medentur.Absit.Quin ego quidẽ illud lon-
gè mirabilius dicã,etiamsi verè sanarẽt,satius tamẽ es-
se emori,quàm ad Christi hostes accurrere, itáque sa-
nari.Quid enim prodest curare corpus,anima pereun-
te? Quid autẽ lucri,aut quid solatij nancisçamur,mox
coniiciẽdi in ignem æternũ? Nam ne diceret ista,audi Deut.13.a
quid dicit dominus:Si extiterit propheta in te,aut som E
nium somniãs, ædideritque signũ ac prodigiũ, euene-
rítque signũ ac prodigiũ sicut loquutus est, dixerítque,
eamus & seruiamus diis aliis: ne auscultetis prophetæ
illi quoniã tentat vos dominus deus vester,an diliga-
tis ipsum ex toto corde vestro . Quod dicit tale est:Si Ne miraculis quidem credendum aduersus scripturam factam.
quis,inquit,propheta dixerit,Possum excitare mortuũ,
mederi cæco,sed obtemperate mihi,adoremus dæmo-
nes,immolemus idolis.Deinde si qui hæc loquitur,pos-
sit mederi cæco, aut excitare mortuum : nec ista præ-
stanti credideris inquit,eò quòd deus tentãs te,permi-
sit vt ille hoc possit, non quòd ille non nosset tuum a-
nimum,sed vt tibi probationis occasionẽ exhiberet,an
verè diligeres deũ . Est autem amantis,etiamsi exani-
mes, ad vitã reuocent qui nos conantur ab amato di-
strahere,nequaquam tamẽ ab amato deficere.Quòd si
hæc dixit Iudæis,multò magis ad maiorem sapientiam
inuitauit eos , quibus resurrectionis ostiũ aperuit,qui-
bus præcepit ne in rebus præsentibus figeret amorem,
sed spes omnes ad vitã futuram transferret. Sed quid
dicis ? Affligit te, premítque corporis morbus ? Atqui
nondum tanta passus es,quanta beatus ille Iob,imò ne
mitissimam quidẽ partem malorũ illius.Siquidem post-
quàm simul interissent greges & armenta cum cęteris F
omnibus , in prædam abductus est & puerorum totus
chorus,eáque omnia vno die peracta sunt,vt non mo-
dò natura calamitatum , verùm etiã perpetuitas deii-
cere posset athletam . Post hæc omnia vulnus accepit
lethale,vidit vermes toto vndique corpore scatentes,
nudúsque sedit in sterquilinio,publicum iis qui aderãt
calamitatis spectaculum, ille iustus, ille pius, ille ab o-
mni malo opere abstinens athleta.Ne hic quidem erat
malorum finis,sed dolores addebantur diurni pariter
ac nocturni,nouáque quædam & admirabilis illum fa
mes oppugnabat:Auenam,inquit,video cibum nullum,
prędra quotidiana,scommata,risus : Nam famuli, in-
quã,mei, & concubinarum mearum filij insurrexerũt
aduersum me,& in somnis terrores, cogitationũ per-
petua quędam fluctuatio.Atqui vxor consilium dedit,
vt ab his omnibus malis liberaretur, ita loquens , Dic Iob.2.c
aliquod verbum aduersus dominum,ac morere. Dic,
inquit,blasphemiam,& ab vrgẽtibus malis liberabere.
Quid igitur? Num subuertit sanctũ illum virũ mulie-
ris consilium?Imò cõtrarium fecit,magísque sibi sum-
psit alas,sic vt etiam increparet vxorem . Potius enim
duxit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

G duxit, maioribus affici cruciarique doloribus, innumeraque perpeti mala, quàm blasphemia vlla tantorum malorum relaxationem consequi. Itidem & ille qui triginta octo annis detentus fuerat in infirmitate sua, singulis annis currebat ad piscinam, & singulo quoque anno repellebatur, nec assequebatur sanitatẽ: sed quotannis conspiciebat alios sanari, propterea quòd multos haberent à quibus curarentur, se verò quoniam nullos haberet qui ipsum exhiberent, in perpetua manere paralysi. Ne hic quidem confugit ad diuinos, non adiit incantatores, aut prosiliit ad eos qui per applicaturas promittunt sanitatem, sed expectauit diuinam opem, cóque tandem admirandam quandam & inauditam sanitatem adeptus est. Lazarus autem cum fame, cum morbo, cum solitudine per omnem vitam colluctatus est, non triginta & octo annos versatus in his, sed per omne vitæ tempus. Sic igitur & expirauit in diuitis vestibulo iacens, contẽptus, irrisus, esuriens, canibus obiectus pabulum. Sic autem illius corpus debilitatum erat, vt nec canes irruentes vlceraque illius lingentes posset abigere. Haud tamen quærebat incantationem,

H non petala circunligauit, non expertus est imposturas, non veneficos ad se vocauit, nec aliud quicquam vetitarum artium tentauit, sed prius habuit illis immori malis, quàm vlla ex parte deserere pietatem. Quam igitur veniam nos impetrabimus, qui cùm illi in tantis malis perdurarint, ob febriculam, aut leue vulnus procurrimus ad synagogas, veneficos & impostores in ædes nostras accersimus? Nõ audisti, quid dicat scriptura: Fili si accedis seruiturus domino, præpara animam tuam ad tentationem: dirige cor tuum, & perdura in morbo ac paupertate: in illo fidens esto. Sicut in igni probatur aurum, sic homo fit acceptus in camino deiectionis. Si tu famulum tuum flagris cecideris, & ille triginta aut quinquaginta plagis acceptis, illico prouocet ad libertatem, aut deserat tuum dominium, & ad alios quospiam sese conferat, qui te oderint, eósque in te concitet: dic mihi, non is abs te veniam impetraturus sit? An quisquam pro illo poterit esse patronus? Nequaquam. Quur ita tãdem? Quoniam officium est heri, punire talem famulum. Non ob id tantùm, verùm etiam ob hoc: quòd si fugiendum erat, non ad hostes & osores domini prioris oportebat fugere, sed ad amicos & cognatos. Proinde tu quoq; si videris te puniri à deo, ne profugias ad inimicos Iudæos, ne magis etiam illum in te prouoces, sed ad amicos illius martyres ac sanctos, qui illi placuerunt, quique multam apud illum habent authoritatem. Sed quid loquor de famulis & heris? Filius non poterit hoc facere, nec abnegare cognationem quam habet cum patre. Nam & naturæ leges & leges ab hominibus institutę, sic præscribunt, etiam si flagris cædat pater, si à mensa depellat, si ædibus exigat, si quocunq; modo puniat: iubent omnia fortiter perpeti, nec vllam illi venium concedunt, ni parũ it pertuleritque. Etiamsi filius cæsus innumeras querimonias deplorans proferat, hæc verba audiẽdi ab omnibus: Pater est qui cæcidit ac dominus, habétque potestatem in te quod vult faciendi, & oportet omnia placidè ferre. Ergo famuli quidem ferunt dominos, filij parentes, frequenter & præter æquum punientes: tu verò non sustines deum te corripientem, qui plus habet in te iuris, vtpote verè dominus, qui plus te diligit quàm pater, quique nihil per iracundiam, sed omnia facit in tuam vtilitatem: sed si leuis aliquis morbus acciderit, illico resiliens ab illius dominio, ad dæmones accurris, & ad synagogas confugis? Et quam tandem K
post hæc veniam cõsequeris? Quo pacto valebis illum denuò tibi propitium reddere? Quin potius nec alius quisquam pro te deprecari poterit etiamsi tantùm valeat apud deum authoritate quantùm Moses. Non est, inquam, quisquam qui hoc facere poterit. Non audis quid deus loquatur ad Hieremiam de Iudæis: Ne deprecẽris pro populo isto, quoniam si surrexerit Moses & Samuël, non exaudiam illos. Adeò sunt peccata omnem remissionem superantia, quæq; nullam recipiãt excusationem. Itaque ne tantam in nos prouocemus iram, etiamsi videantur aliqui febrem incantamentis sedare, non enim verè sedant: tamẽ aliam in conscientiam inducunt febrem, ratione singulis diebus stimulante, conscientiáque flagellante ac dicente: Impiè fecisti, iniquitatem perpetrasti, violasti fœdus cum Christo ictum, ob paululum bonę valetudinis pietatem deseruisti. Num tu solus hæc passus es? An non alij multò quàm tu acerbiora passi sunt? Attamen nullus illorum tale quid ausus est: tu verò mollis ac dissolutus animã tuam oppigneraști. Quomodo excusaberis Christo? quomodo illum implorabis precibus? qua conscientia L
posthac ingredieris ecclesiam? quibus oculis videbis sacerdotem? qua manu sacram attinges mensam? quibus auribus audies scripturas, quæ illic legũtur? Quum his stimulis quotidie ratio te punget vrgebitque, quum cõscientia flagellabit, rursus ipse dices: Quæ hæc est sanitas, quum intus tam multas habeam cogitationes accusatrices? Quòd si perduraueris pauliſper, eósque qui vel incantationem aliquam canere voluerint, vel applicationes aliquas applicare corpori, multa etiam cũ contumelia tuis ex ædibus eieceris: protinus ab ipsa cõscientia refrigerationẽ acceperis. Etiamsi milies exurat febris, anima tua quouis liquore, quauis irroratione meliorem vtiliorémque mitigationẽ adducet. Quemadmodum enim postquàm receperis incantationem, sanúsque factus fueris, miserius affectus es iis qui febre laborant, dum tecum reputas peccati magnitudinem: sic nunc quoque etiam si febriciteris, innumeráque patiaris mala, repulsis impiis illis, quouis sano melius eris affectus animo gestiente præ gaudio conscientia ac laudante te probantéque ac dicente, euge euge, heus homo Christi seruus, fidelis vir, athleta pietatis, qui na- M
lueris molestiis immorte quàm deferre tuam pietatem, proximo secundum martyres loco stabis in illo die. Quemadmodum enim illi præoptarunt cædi flagris torquerique, vt ad honorem peruenirent: ita tu quoque hodie præoptasti flagellari torquerique à febri vulneribúsque, ne abiiceres pietatem, non incantamentis, non applicaturis ac subus istiusmodi inescatus, neque sensu prementium dolorum deiectus. Nam etsi te non auferat hæc febris, alia prorsus auferet, etsi nunc non morimur, tamen posthac moriemur. Mortale corpus sortiti sumus, non vt illius cupiditatibus obtemperantes impietatẽ amplectamur, sed vt illius affectionibus ad pietatem abutamur. Hæc enim corruptibilitas, & hoc ipsum mortale corpus si sobrij fuerimus, nobis est materia probationis, multámque nobis in illo die præstabit fiduciam, non autem in illo sæculo, verùm etiam in præsenti vita. Siquidem cùm eieceris incantationes multa cum contumelię ex ædibus tuis, omnes hoc audito collaudabũt, mirabũtur, & inter se dicẽt: Ille labores ægritúdinesque plurimis exhortãtibus, incitãtibus, cõsolãtibus, vt magicis quibusdã ille remẽtis vteretur, non accessit: sed respondit, satius est hoc pacto mori, quàm

Ioan.5.a

In malis nõ fugiendum ad malas artes.

Lucæ.16.e

Eccli.2.a

Simile.

Flagellum domini patienter ferendum.

Cap.7.d &.15.a

Laus rectè factorum.

A quàm deserere pietatem. Ad hæc consequentur multi plausus ab his qui audierint: cunctis stupentibus, deum glorificãtibus. Hoc quod statuis erit tibi honorabilius? quot imaginibus magnificentius? quanto honore insignius? Omnes laudabunt, omnes tuam fœlicitatẽ prædicabunt, omnes te corona dignũ iudicabunt. Præterea ipsi quoq; meliores fient, ac vicissim tuum exemplum æmulabuntur, imitabunturq; fortitudinem, & si quis alius tale quippiam fecerit, tu mercedem feres, qui exempli fueris author. Neq; tantùm consequentur laudes rectè factorum, verùm etiam celerrima morbi leuatio, quum ipsa tua præclara voluntate conciliante tibi deum ad maiorem beneuolentiam, tum sanctis omnibus gratulantibus tuæ promptitudini, atq; ex intimo corde pro te preces fundentibus. Quòd si hic talia sunt præmia fortitudinis huius, cogita quantas illic recipies coronas, quum angelis omnibus præsentibus, omnibus archangelis, Christus aduenies prehensa manu tua in medium te illud theatrum produxerit, cunctisq; audientibus dixerit: Hic homo quũ aliquan-
B do febre correptus esset, multis ipsum exhortantibus vt à morbo liberaretur, propter nomen meum, ac reuerentiam quam habet erga me, ne quid offenderet meam bonitatem, omnes qui pollicebantur ipsi damnatarum artium præsidio sanitatẽ, repulit, cumq; ignominia reiecit, ac præoptauit emori potiũ morbo, quàm deserere meam beneuolentiam. Etenim si eos qui ipsi potum dederunt, qui vestierunt, qui cibum dederunt, in mediũ adducit: multò magis adducet eos qui propter ipsum optarunt obnoxij esse & affligi febri. Neq; enim simile est dare panem ac vestem, & morbũ diutinum perferre. Imò hoc illo multò maius est. Quantò enim laboris ac doloris plus toleratum fuerit, tantò etiam corona erit magnificentior. Hæc & sani meditemur, & ægrotantes inter nos colloquamur, & si viderimus nos ipsos aliquando febri intolerabili correptos illud apud nos ipsos dicamus: Quid autem si nobis alicunde intẽtata lite ad tribunal rapiamur, moxq; sublatis fudentur latera, an non necesse fuerit omnino perpeti, idq; nullo lucro nullaque mercede? Hoc & nunc cogitemus, proposita sit etiam tolerantiæ merces satis magna, vt leniat collapsum animum. Sed mo-
C lesta est febris. Verùm oppone ille incendium gehennæ, quod effugies omnino, si tolueris istam febrim cũ omni tolerantia perferre. Reputa tecum quàm multa passi sunt apostoli, considera iustos perpetuò in afflictionibus fuisse, recordare beati Timothei, qui nunquã ab aduersa valetudine respiranit, sed ab adolescentia iugi morbo erat obnoxius, idq; Paulus declarans dixit, modico vino vtere propter stomachum tuum ac frequẽtes infirmitates tuas. Quòd si ille iustus, ille sanctus, ille qui orbis præfecturam suscepit, qui mortuos excitauit, qui dæmones abegit, qui morbos innumerabiles in aliis correxit, tam acerba passus est: quã excusationem habebit qui tumultuatur ac deficit in morbis
temporariis? Non audisti scripturam dicẽtem, Quem diligit dominus castigat, flagellat autem omnem filiũ quem recipit? Quammulti frequenter optarunt martyrij coronam accipere? Hæc est parata martyrij corona. Non enim is modo martyrium peragit, qui iussus sacrificare, potius ducit emori: verùm etiam seruantẽ quod iustum est, ac sponte propter deum mortem accersere, manifestum est martyrium. At vt intelligas hoc esse verum, recordare quomodo Ioannes Baptista mortuus sit, & qua de causa, & quamobrem, quomodo Abel. Neuter enim horum vel altare vidit incensum, D
vel statuam positam, vel iussus fuit immolare dæmonibus, sed ille quidem quia tantummodo reprehendit Herodem, decollatus est: hic verò quoniam deum meliori sacrificio honorauit quàm frater, occisus est. Nũ igitur priuati sunt martyrij corona? At quis hoc audeat dicere? quandoquidem ipsum etiã mortis genus sufficit ad omnibus persuadendum, quòd inter primos martyres celebrantur. Quòd si etiam diuinam sententiam super his prolatam quæris, audi quid dicit Paulus. Nam quæ illæ loquitur, sine dubio spiritus sunt. Puto enim, inquit, quòd spiritum dei habeam. Quid igitur hic dicit? Exorsus ab Abel quum dixisset, quòd maiorem hostiam Abel præ Cain obtulisset deo, & propter hanc mortuus adhuc loqueretur: deinde digressus ad prophetas ac decursa serie vsq; ad Ioannem, dixisset, occisione gladij mortui sunt, alij verò distenti sunt, multis & diuersis mortis generibus commemoratis, subiecit hoc modo: Itaq; nos quoq; tantam habentes circundantem nos nubem martyrum abiecta omni segnicie, & tenaciter inhærente peccato, per tolerãE
tiam curramus. Vides quòd etiã Abel appellauit martyrem, & Noë & Abraham & Isaac & Iacob. nã & isti propter deum mortui sunt. Quemadmodum, inquit Paulus, quotidie morior: atqui non mortuus est, sed proposito tantùm perpessus est mortem: Sic & tu si repueris incantaméta, veneficia, ac magicas artes, etiãsi morbo moriaris, martyr perfectus fueris, eò quòd aliis pollicentibus morbi leuationem cum impietate, præoptaris mortem cũ pietate. Et hæc nobis dicta sunto, aduersus eos qui iactant dicuntq; dæmones mederi. Cæterùm vt intelligas, ne hoc quidem esse verum, audi quid Christus dicat de diabolo, Ille homicida erat ab initio. Deus dicit, homicida est, & tu ad illum tanquam ad medicum curris? Die mihi quum accusaberis, quam rationem adferre poteris, qui credas horum impostoris esse fidendum potius quàm Christi sententiæ? Quum igitur deus dicat, homicida est: isti verò dicant, potest leuare morbos, nimirum repugnantes sententiæ diuinæ: tu recipiens maleficia illa, & incantamẽta, nihil aliud quàm ipsis factis tuis iudicas, istorũ verbis potius habendam fidẽ quàm Christi. Quòd si diabolus homicida est, manifestum est quòd illi seruienF
tes dæmones sunt. Et hoc quoq; te ipsis factis docuit Christus, qui permisit illos irruere in illum gregẽ porcorum, vt intelligeres quòd eadem facturi fuerint hominibus statimq; præfocassent, si deus illis permisisset aduersus eos propria potentia ac voluntate vti. Nunc verò ipse illos coërcuit prohibuitq;, nec quicquam eis permisit facere aduersus homines: quod quidem ipse potestate accepta in porcos declararũt. Etenim si porcis non pepercerunt, multò minus à nobis abstinuissent, si aduersus nos potestatem habuissent. Ne igitur dilecte fraudibus illorum abducaris, sed esto confirmatus in timore dei, ne similis illorum fias. Nam similes illorum sunt qui faciunt eadem, & omnes qui confidũt in illis. Et quomodo ingredieris synagogam? Si signaris frontem tuam, illico fugiet praua potestas synagogam inhabitans: sin verò non signaueris, in ipsis foribus protinus arma abiecisti, mox nudum & inermem abreptum diabolus malis innumeris afficiet. Sed quid attinet de illis loqui? Nam quod ipse quoq; maximum peccatum esse iudicas, ac sceleratum illum locum accurrere, manifestum est ex ipso adeũdi modo. Etenim quoties illuc accedis, studes & famulos & amicos & vicinos

Ioan.8.f.

Matth.8.d & Luc. 8.e.

Dilemma.

Pudor arguit conscientiam.

1.Tim.5.d.

Hebr.12.b.

Matth.14.a

Genc.4.b.

1.Cor.7.g.

Heb.11.a.

Ibidem.g.

Ibidẽ.12.a.

1.Cor.15.d.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G vicinos fallere, iubesq; ne te deferant ad sacerdotes: ac si quis detulerit, indignaris. An non igitur magnę dementię sit, homines velle fallere, quũ deus qui videt, vbiq; sit præsens, perfrictaq; facie tantum facinus audere? Sed non times deum? Ergo saltem ipsos reuerere Iudæos. Quibus enim oculis ipsos intueberis? quò ore alloqueris, profitens te esse Christianum, tamen ad illorum artes currens, & ab illis opem implorans? Non perpendis quantum risum in te effundent, quot scommata, quantã subsannationẽ, quanta dedecora, quantã irrisionem, quanta probra? Etsi non palàm, certè in sua ipsorum conscientia. Proinde dic mihi, hæccine sunt tolerabilia? hæccine ferenda? Etiamsi mille mortes sint oppetendæ, si non ferẽda mala tolerare sit necesse: multò satius erat omnes illas perpeti molestias, quàm istis scelestis risui & ludibrio fieri, præterea cum mala conscientia viuere. Hæc non dico vt audiatis tantùm, verùm etiam vt his morbis laborantes sanetis. Quemadmodum enim illos incusamus, quòd ad sceleratum illud theatrum, & impiam illam aberrent synagogam: sic & vos, quòd infirmos corrigere non vultis. Nõ igitur hoc est quod quæritur dilecte, vt huc ingressus tãtùm audias quæ dicuntur. Nam id quidem etiã ad condemnationem facit, quũ auditis sermonibus non adiungitur operũ demonstratio. Etenim propterea Christianus es, ideo hoc nomen accepisti, vt Christum imiteris, eiusq; legibus operum exhibitione pareas. Quid autem ille fecit? Non Hierosolymis desidens vocauit ad se ægrotos, sed obambulabat ciuitates ac vicos, geminos curans morbos, tum animi, tum corporis: attamen poterat eodem in loco sedens omnes ad se attrahere, non tamen hoc fecit, nobis præbens exemplum, vt obambulemus & quæramus eos qui pereũt. Rursus hoc etiam parabola de pastore significauit: non enim desidebat cũ nonaginta ouibus, expectans donec quæ aberrauerat veniret ad ipsum, sed abiit ipse & inuenit, inuentamq; gestauit humeris ac reduxit. An nõ vides medicos quoq; hoc ipsum facere? Non cogunt ęgrotos lecto decumbentes ad ipsorũ ædes deferri, sed ipsi accurrunt ad eos. Hoc & tu facito dilecte, sciens hanc præsentem vitam esse breuẽ: quodq; nisi hæc lucra parauerimus, nullam illic sumus habituri salutem. Sæpe vna anima quam lucrati fuerimus, potest innumerabilium peccatorũ pondus abolere, animæq; redimendæ fieri precium in illo die. Cogita quamobrem prophęta, quamobrem apostolus, quamobrem iusti, quãobrem frequẽter angeli missi sint, quapropter ipse primogenitus filius ac verbum dei aduenit. An nõ vt homines seruaret? an non vt eos errantes reduceret? Hoc idem fac agas tu quoq; pro viribus tuis, omneq; studiũ ac solicitudinẽ impendas ad reducendũ eos qui aberrarunt. Ad hęc vos singulis concionibus adhortari nõ cesso: siue mentem adhibeatis siue non adhibeatis, ego dicere non desinam. Nam hanc legem nobis deus præscripsit, vt siue audieritis, siue non audieritis, hoc ministerium impleamus. Et si quidem audieritis ea quę dicuntur, multa cum voluptate hoc ipsum faciemus. Cũ autem neglexeritis ac per insignem socordiam contẽpseritis, nobis quidem ex vestra inobedientia nullum futurum est periculum: (quandoquidem quicquid erat nostrum, præstitimus) attamen quanquam non pericli tamur nos qui præstiterimus omnia quæ in nobis sunt, dolemus tamen quòd vos accusabimini in die illo. Nõ enim absq; periculo vobis erit audisse, si nõ accesserint opera. Audi igitur quomodo Christus accusans doctores sermonem occultantes, etiam his qui docentur, loquatur. Quum enim dixisset, Oportuit deponere pecuniam meam apud mensarios: & adiecisset, Ego veniens cum vsura vtiq; repetissem illam: ostendit, quòd postquàm audierit (nam hæc est pecuniæ depositio) qui accepit doctrinam, vsuram facere oporteat, tanquam domino repeturo. Vsura autem doctrinæ nihil aliud est, quàm operum exhibitio. Ergo quoniam nos quoq; deponimus pecuniam in aures vestras: necesse est, vt vos reddatis vsuram domino, hoc est salutem fratrũ vestrorum. Itaq; si hęc ipsa quæ dicuntur tantùm detinueritis, nihil ex his lucri facientes: metuo ne eandem detis pœnam, quam dedit ille qui defoderat talentum. Nam ille propterea manibus ac pedibus vinctus in tenebras eiectus est externas, quoniam non deprompsit in alios quæ audierat. Ne igitur nos quoq; eadem patiamur, eum qui quinq; talentis acceptis duo lucratus est imitemur, etiamsi sermonem, etiamsi pecuniam, etiamsi corporis laborẽ, etiamsi preces aut aliud quippiam quicquid illud fuerit proximo seruando insumere oportuerit, ne grauemur: vt vndecunque talentum nobis à deo traditum pro sua quisque portione multiplicantes, possimus illam beatam audire vocem, Euge serue bone & fidelis, in paucis fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui: quam nobis omnibus audire contingat, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, qui cum & per quem, patri gloria simul cum sancto spiritu in secula seculorum, Amen.

Ab hostibus arguit.

Lucæ.15.a.

Simile.

Matth.25.c

Matth.22.b

Ibidẽ.25.b.

Orationum aduersus Iudæos, finis.

† Habes tomo tertio fo.91. sermonem Diui Ioannis Chrysostomi contra Iudæos, Gentiles & hæreticos: quem idoneè magis attexuissemus loco huic, sed nobis imposuit inscriptio, videlicet, Nuptiæ factæ sunt, &c. quam inducit solùm, non item explicat.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, aduersus eos, qui apud se fouent sorores adoptiuas, quas συνεισάκτους & subintroductas uocant, & contra concubinarios, sermo.

MAioribus nostris duæ tuntùm cognitæ fuerũt causæ propter quas mulieribus viri cohabitent. Etenim quidem vetus est, ac iusta, rationiq; consentanea: nempe matrimonium, quod deo legislatore institutum. Propter hoc enim, inquit, relinquet vir patrem suum & matrem suam, & adhærebit vxori suæ, eruntq; duo in carnem vnam. Altera verò posterior & ex confesso iniusta, & legi aduersa, nempe stuprum quod à malignis introductũ est dæmonibus. Atqui nostra hac ætate tertius quidam nouus & insolitus mos prodiit, cuius causam haud facilè inuestigauerim. Sunt enim nõnulli, qui puellas nuptiarum inexpertas domum ducant, & vsq; in extremam senectam inclusas tenent, ac fouent, non procreãdorum puerorum gratia, negant enim se cum illis rem habere: neq; libidinis causa, aiunt enim quòd illas & integras & incorruptas seruent. Et si quis ab eis causam rogauerit, dicunt sibi multas esse: sed fingunt. Ego enim nullam eos habere crediderim, quæ vel honesta vel idonea sit. Verùm de his nunc non dicemus. Afferemus autem in medium, quam nos potissimũ causam suspicemur. Et quænam illa? Omnino, si à scopo aberrauero, fas vobis esto vt me redarguatis. Et quæ nam causa? quis ille prætextus? Videtur mihi mulieris conuictus, etiã absq; nuptiis ab

M Genes.2.d.

A ptiis ac congressu, voluptatis habere nonnihil. Quòd si non rectè sentio, non est quòd dicam. Meã vobis sententiam narro, mox autem non meam solùm, sed & illorum dicam: nam & illis sic videtur. Quod inde colliquescit. Tantam enim gloriã, & tanta scandala neutiquam despicerent, nisi ingens quædam & vehemens cohabitandi voluptas esset. Precor vt nobis venia detur, desitq; indignatio. Neq; enim temerè, & simpliciter, inimicos vellem. Non sum tam miser ac ærumnosus, qui temerè omnes offendere velim: sed valde doleo ac crucior, & gloriam dei blasphemari, & multorum salutem propter voluptatem hanc paulatim perire. Et habet voluptas hæc maiorẽ cohabitandi amorem, quàm legitimæ nuptiæ. Quod nunc fortè vobis mirum videtur: sed vbi quod auditis declararo, eritis & vos mihi testes. Etenim cum legitima muliere congredi, quum non sit vetitum, concupiscentiæ vehemẽtiam demulcet, & sæpenumero satietatem affert, immodicum restinguens ardorẽ. Præterea partus & partuũ dolores, puerorũq; procreationes ac educationes, necnon & frequẽtes qui ex his sequuntur morbi, corpus affligunt, florem ætatis marcidum reddunt, inualidumq; voluptatis calçar faciunt. In virgine autẽ cohabitatrice nihil horum reperies. Abest enim coitus, qui naturæ impetum deprimat, ac calcar obtũdat: neq; dolores partus, neq; puerorum educationes carnem lã guescere faciunt: sed inuenilem vigorem diu conseruat, vtpote intacta manens. Vnde post partus & educationes puerorum corpora vxorum infirmiora fiunt, illa autem vsq; in quadragesimum annum in sua perma net forma, & cũ virginibus iam elocandis certat, hinc est quòd cohabitantes duplici igne accenduntur: nam & ardor eorum non restinguitur coitu eis interdicto, & ardoris fomes redditur validior. Quam ergo huius contubernij causam suspicer? Sed ne valde succensea mus eis, neq; difficiles simus & importuni. Nam qui ęgrum vult restituere, non hoc agit ira & verberibus, sed aptat magis pharmaca magna cura, & blanda adhortatione. Nobis, quanuis illos punire & eis indignari liceret, vtpote in iudicum adscitis ordinem: non tamen hoc facimus, sed medicorum magis, & eorum qui curare solent, morem sequi lubet. Vnde obsecramus & adhortamur, & eorum si opus est genua attingimus, si forte quod agendum suscepimus, perficiamus. Igitur quemadmodum medici, qui ęgros à cibo vel potu nociuo abarcere cupiunt, licèt illa mixtam habeant voluptatem, ante omnia tamen percludant, inesse illis præter nocumenta etiam multum insuauitatis: sic & nos faciemus, commonstrando illis quòd cohabitatio illa, quanuis suauis & iucunda videatur, pernicios a sit, & nihilo melior, quàm mortiferæ potiones. Et videtur quidem multam habere lætitiam, latet tamen multum in ea amaritudinis, quam animæ quę voluptatibus oblectatur, infundit. Nã qui seruasus discedit, facilè discedit. Sanè qui metu & necessitate à dilecta seiungitur, fortior amator fit, & fortassis iterum ad illam accedet: at si vt rem damnosam & amaram fugit, haud quaquam iterum reuertitur ob calculũ sententiæ suæ, quæ quauis necessitate violentius illi persuadet. Quocirca quomodo persuadebimus illis, quòd hoc non solùm noceat, sed et amarum sit? & quomodo aliter, quàm ex ipsa rerũ natura? Interrogemus ergo eos, si quis mẽsa sumptuosa apposita, variis dulcissimisq; plena eduliis, denunciet summis minis, ne quid propositorũ attingatur: num vel ad talẽ mensam considere, & seipsos cruciare? Ego vtiq; non opinor: neq; enim ex aspectu voluptate fruentur, quantam tristitiam ex interdicto concipient. Quid autem si quis sitienti & ardenti præsiti fontem limpidum & purum demonstratũ, nõ solùm non degustare, sed ne extremis quidem digitis contingere permitteret, an quid eo cruciatu acerbius? Neq; hic mihi contradixerit vllus. Tantum enim hoc malum est, vt etiam exteri, qui plurimum valent in naturæ voluptate, & tristitia expendenda, volentes effingere quosdam, qui valde cruciantur, talem quandam fabulã in medio proferant. Introducitur in fabula extremo supplicio afficiendus, cui ostenditur omniũ ciborum copia, & præterfluens aqua: nec conceditur, vt aliquo istorum fruatur: & cùm extendit ille manum, omnia quæ videntur, à tactu fugiunt, fitq; hoc semper. Et hæc est externorum fabula. Et philosophorum quidam, cùm vidisset sodalium quendam osculum formoso puero dare, admirabundus dixit: Cur tãtum intra se caminum accendere, & in ignem se ausit cũ periculo iniicere? Ego autẽ non idem dixerim de his qui cohabitantes amant & contrectant: At si qui sunt qui hæc calumnientur, demonstrare tentabo, quòd & hi illo vsq; perueniant, & durius sibi quàm sit dictum supplicium accersant. Nam si aspectus solus tãtum infert dolorem: quantò maiorem & contactus accendit, ex quo vt est voluptas multò crassior, quàm ex aspectu, ita maiorem struit flammam, & acerbiorem efficit dolorem, qui magis quàm fera exasperatur? Quantò enim magis concupiscentias augemus, & plura eis fomenta suppeditamus, tantò & dolores nostri magis intenduntur. Et quemadmodũ qui mensæ & fonti assident, non sic videndo dolent, vt cui permissum est attingere, & tamen ne degustet prohibetur: sic vtiq; qui ad contrectanda virginum corpora admittuntur, grauius puniũtur, quàm qui ex solius spectaculi refocillatione hauriunt cruciatum? Et quid opus est philosophari in his afferendo res externas? Dei enim sententia his omnibus potentior, ipsa nobis ostendit rem ita sese habere. Nam cum vellet punire Adam, non procul à paradiso ipsum habitare fecit, sed propè paradisum, vt continuã pœnam haberet è spectaculo loci quem desiderabat, & eo quanuis semper illum ante se videret, frui non permitteretur. Iam fortè aliquis dixerit, & quomodo si hoc natura tam amarum, pleriq; tanto studio sectantur? Ad quod ego dixerim, quòd istucipsum extremæ ægritudinis maximum est argumentum. Nã hic mos est ægrotantium, vt quærant frigidam quandam, breuisq; temporis voluptatem, vnde prolixiorem sibi cõciliant pœnam. Hoc & in febrientibus videre quis potest, qui cùm paulisper abstinere nolunt à refocillatione momentanea vetitorum vel esculentorum, vel poculentorum, longum quendam & difficillimum inuehunt sibi morbum. Oportet autẽ vt hi qui bene valent, non eorum qui malè habent sententiam & mores sequantur. Nam si illos sequemur, & à medica arte, & à philosophia condemnabimur. Non autem hoc solùm in febri contingit, vel mulierum amore, sed & in diuitiis & omnibus aliis qui ita ægrotãt. Etenim qui in pecunias insaniunt, licèt sciãt quòd hi qui parua hæc indigis impartiantur, infinita bona inde capiant: detinẽt tamen ea & defodiunt, & bonis omnibus excidere malunt, ob frigidã breuemq; hãc voluptatulã, quàm æterna pœna liberari, & immortalem vitã adipisci, illas ad breue tẽpus despiciẽdo. Hoc vtiq; & illis contingit ob paruã oculorum concupiscentiam: nã dum non ferũt vt seipsos

B

C

D

E

F

Tantalus.

Gene.3.d.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G vt seipsos aliquantisper contineant, intolerabilẽ intra se ignem cogunt: & quantò scilicet se magis oblectari putant, tantò magis malo implicantur, diabolo suis artibus hoc curante ad incrementũ & perseuerantiã incendij, vt ardentes & delectentur & doleant, absurdũ quoddã temperamentũ in animabus suis plantantes. Iam, quid si quis nos intemperantiæ ob hæc verba cõdemnet? Sanè strenuos illos viros, & cũ mulieribus habitantes, qui nihil graue patiantur, beatos quidẽ dico, qui tales sunt, & vellem etiã ipse hoc robore donari: & ipse quidem fortè adducor vt credã, quòd possibile sit esse aliquos tales. Vellem tamen eos qui nos reprehendunt, posse hoc nobis persuadere, quòd adolescens feruens, puellæq; virgini cohabitans, & ad latera eius assidens, & simul cœnans, & per diem totũ cõfabulans, vt nihil aliud apponam, intempestiuos risus & effusos cachinnos, & mollia verba, atq; alia quæ dictu inhonesta audiens, & eadem habitans domo, eademq; cõmunicans mensa, vbi vltro citroq; est libertas verborũ, nulla humanarũ affectionũ capiatur, sed purus à mala voluptate & concupiscentia permaneat. Vellẽ hæc ab his
H qui nos arguunt me doceri posse: sed neq; ipsi volunt doceri, & reclamant nobis, quasi impudentibus & eodem morbo decũbentibus, suoq; vitio correptis si nos defendamus. Et quid hæc ad nos, inquit? Neq; nos sumus obnoxij insipientiæ alienæ, neq; si quis stultè scandalizetur, dignus ego sum, qui pœnas dem ob illius in-
Roma.14.c sipientiam. Sed Paulus nõ dixit hoc, sed iussit, vt si iniustè scandalizetur aliquis, eius infirmitati consulatur. Tunc enim solùm liberamur à pœna, quæ posita est in eos qui scandalũ dant aliis, si ex scandalo aliud quoddam lucrum nascatur maius damno, quod ex scandalo fit. Adeoq; si hoc non fuerit, & hoc solùm obuenerit, vt scandalizentur alij, siue ob rationem aliquã, siue ob nullam, siue vt infirmi offendantur, sanguis illorũ super caput nostrum, & ex manibus nostris deus animas tales requiret. Et propter hoc ne per omnia curã nullam haberemus, vel abiiceremus eorum quibus offendiculo sumus, terminos quosdam & regulas tales nobis Christus præscripsit. Nam & hoc & illud fecit, nunc illos curans, nunc contemnens prout temporis postulabat. Enimuero cùm de natura ciborum dissere
I ret & ostenderet eam esse puram, & à Iudaïca obseruatione liberaret, vbi scilicet Petro egresso ac dicẽte, Scãdalizati sunt: dixit, Sinite ipsos. Et non solùm despexit,
Ibidem. quin & accusauit. Omnis enim plantatio, quã non plãtauit pater meus cœlestis, eradicabitur. Ita legem de cibis statuit. Vbi autem petebant à Petro drachmã, tunc non idem egit sicut antea, sed rationem habuit scanda-
Ibidẽ.12.d. li, & ait: Vt autem non scandalizemus ipsos, mitte hamum in mare, & piscem qui primum egressus fuerit, tolle, inueniesq; in ore eius staterem: hunc acceptum da pro me & te. Vides vt scandali & curam habet, & negligit. Nam hoc loco nihil valde referebat etiã gloriam vnigeniti obscurari: aut quomodo, cùm & alibi studuerit eam adumbrare, præceperitq; multis, ne cui dicerent quòd ipse esset Christus? Et propterea nihil damni ex eo quòd dependit didrachmũ: si autem non soluisset, nata fuissent mala. Nam vt tyrannum & obluctantem & ciuitatis vniuersæ inimicum, & in extrema pericula iniicientem vtiq; auersati fuissent: & propterea ipsos qui volebant capere Christum, & facere regem longius fugit, eamq; opinionẽ à multis, qui circa ipsum erant, repulit. Alio autem loco opus erat, vt corrigeretur factum, propterea; vtiliter ac tempestiuè, & vt in meliori opere contempsit scandalum. Etiã K
postea valde tempori congruebat, vt ad excellentiorẽ philosophiam ascensuri, non prohiberentur lege, quæ ad Iudæos pertinebat, sed abirent posthac ita vocante tempore ad animi puritatem, neq; remorarentur corporali obseruatione, sed permitterentur ab humilitate illa eximi: Sic & Paulus contempsit eos, qui scandaliza-
1.Cor.10.g. bantur, magistrum sequens, & dixit: Per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi cõducit, sed quod multis, vt saluentur. Si autem Paulus suam contemnit vtilitatem, vt inueniat quod multis prosit: quanta nos digni erimus pœna, si neq; proprium fugimus damnũ, nec cogitamus quomodo inueniamus quod vtile sit aliis? nos quoq; cùm aliis suauiter perdimus, cùm oportebat & nos ipsos & alios seruare. Atque propter hoc cùm videt maius lucrum quàm damnũ quod oritur, contemnit eos qui scandalum patiuntur. Vbi autem lucrum nullum, ipsum scandalizari solum habet pro iusta causa, omnia & facere & pati paratus ne eueniat. Et non disputat talia more nostro. Non enim dicit, Quare sunt tam infirmi? quare tam stupidi? quare affectiones illas admittunt? Sed ea de causa ipsis potissimum
L parcit, quia ob rationis penuriam ita se habent, & ita infirmi sunt. Dic enim mihi, qualem ille rationabilem prætextum dicere potest qui scandalizatur in comedẽte carnem, & bibente vinum? An non hanc nobis legẽ deus ipse permittit? Veruntamen in his si scãdalizetur
Ibidem.8.g aliquis, Paulus abstinet. Nunquam enim carnẽ comedam, inquit, vt ne scandalizem fratrem: & non dixit sicut nos, Subiiciendúsne ego alienæ insipientiæ? num quia alicui simpliciori videtur esse scandalum, egóne dignus qui supplicium luam? Quãuis si etiam dixisset, multò tamen iustius dixisset quàm nos. Nam qui in illis scandalizatur, insensatus est, & valde insipiens. Verùm in his ipse multas iustas & dignas causas, quas diceret habet, & multò iustiores dixisset Paulus, siquidẽ dicere voluisset: at non dixit, sed ad vnum solum spectauit, nempe salutem proximi. Et vide eminentiam. Non enim dixit semel, aut bis, vel tanto aut tanto tempore: sed, in æternum, ait, non comedam, si scandalizetur alius. Et vt ne putes in his eum subsistere, & aliud
Roma.14.d quiddam adiicit. Hoc maius. Vt enim dixit, bonum est
M non comedere carnem, & non bibere vinum, coniunxit & illud: Neq; aliud per quod frater tuus impingit, vel scandalizatur, vel infirmatur. Et animaduerte sapientiam præceptoris. Relicto enim infirmo, fortem corrigit ante illum. Nã fortis author est, quòd ille infirmus est, eò quòd possit infirmitatẽ corrigere, & non facit. Et quid dico de infirmis fratribus? Etenim Iudæis & Gentibus iubet eandem curã impendi. Abiq; offen-
1.Cor.10.g. diculo enim, ait, sitis & Iudæis & Gentibus, & ecclesiæ dei. Itaq; quantò fortiorem esse dicis, nihilq; ab hac cohabitatione incommodi accipere, tantò magis teipsum debere rem constituas, vt vinculum hoc rumpas. Nam quantò fortior eras, tantò & iustior fuisses, infirmiorẽ gestando. Igitur si infirmus es, propter te ipsum desiste: sin robustior, propter alterius infirmitatem. Non enim sibiipsi duntaxat, sed & aliis fortem esse oportet eum qui fortis est. Quòd si te fortem esse dicis, & infirmitatem illius contemnis: duplum dabis pœnam, tum quòd nõ pepercisti, tum quòd multa tibi vis erat, vt illi parcere possis. Nam vnusquisq; nostrum, debitor est salutis proximi. Propterea iussi sumus, vt non quæ nostra
2.Cor.10.c. 1.Cor.6. &.7.d. sunt, sed quæ proximi spectemus. Precio enim magno empti sumus, & qui nos redemit, hoc præcepit in cõmunem

A munem animarum nostrarum vtilitatem. Non enim hoc solùm nostrum est lucrum, quando propria saluamus membra, sed & quando alios in maiori securitate constituimus. Quanuis te perpetuò defendas, redargue-is tamen per opera, damnum ex hac cohabitatione accepturus non vulgare. Quando enim te video ita
Gala 2.d. Ibidẽ.c 11. 1.Cor.15.c. C
Iob.31.a. Ibidem.9.d. Matth.5.d. Ibidẽ.19.b. Ibidem.
& tugurium, vt hac ratione se ipsos castigantes concu D
piscentiæ furorem comprimant. At tu dicis, quòd licèt videas cohabitantem virgini, & alligatum, & deliciantem, & animam potius amittentem quàm cohabitatricẽ, paratumq; omnia & facere & pati potius quàm separari à dilecta: ne suspiceris aliquid mali, ne putes concupiscentiæ negotium, sed pietatis potius. Admirande vir, is affectus est his qui lapidibus cohabitant, non hominibus. Et tu quidem fortè non credis ob magnam tuam continentiam. Ego autem audiui multos dicentes, quòd etiam multi apud lapides & statuas aliquid passi sint. Quòd si tantùm valuit dura effigies, quantam operabitur insaniam in effigie pulchra tenerum corpus? Quomodo non credentur magis verisimilia dicere, qui nos accusant, quàm nos qui defendimus? Quid enim verisimile, dic mihi? An quòd vir mulierem concupiscit, vel quòd non concupiscit? Omnino dixerimus quòd concupiscat. Rursum quum innumeræ causæ impellunt vt egrediatur, & non fert quòd egrediatur, sed vult vt intra domum se cõtineat, haud E
in vllum bonum. quin potius multa sunt probra, & dana tam à suis, quàm ab alienis. Quid hic verisimile. Ex bono ne hoc agatur proposito, an ex malo? Opinor quis facilè dixerit quòd ex malo. Veruntamen non de his ipsis diligẽter scrutabimur: sed ponatur, vt fingi potest, quòd ij qui scandalizantur, non scandalizentur iustè, sed temerè & sine causa. Sed dic mihi, cuius gratia virgini cohabitas? Nulla enim alia causa cœpta est cohabitatio hæc, quàm propter dilectionem & amorem. Sed circunscribe hoc, & auferetur rei vtilitas. Quis enim qui vir est, vellet sine hac ferre necessitates, delicias, & iniurias mulierum, & alias huius generis imperfectiones? Propterea & ab initio deus mulierem hõc robore armauit, bene sciens quòd valde despicabilis esset, nisi hoc sibi initiò conferret, & quòd nullus ei cohabitaturus esset, cui purificandarum conscientiarum est studium: nam quòd nunc tam necessariæ & vtiles sunt, ideo est, quia & pueros procreant, & domũ custodiũt, & alia multa his plura administrant. Si igitur, inquã, quæ viris ministrant, sæpe tamen contemptæ sunt, vt & è domo eiiciantur: quomodo absq; cõcupiscentia nobis esse possunt dilectæ, præsertim à quibus tot opprobria? Vel ergo causam cohabitationis dicite, vel nullã F
aliam suspicari necesse, quàm malam concupiscentiã, & ignominiosam voluptatẽ. Quid igitur si poterimus, ait, causam iustam & rationabilem dicere? Frustra hæc apud nos dixeris, præsertim si nullam talem dices. Veruntamen & ipsam vellem dicere, si vel vmbram aliquam iusti prætextus dicere posses. Defensore caret, ait, virgo, neq; virum habet, neq; tutorem, neq; patrẽ, sæpe item nec fratrem, & indiget aliquo, qui ei manũ præbeat, & solitariæ mœrorem consoletur, & vbiq; se pro ea opponat a duersariis, & ipsam in securitate & portu constituat. Quam tu mihi, dic, securitatem, quẽ portum narras? Portum enim non arcentem fluctus, sed excitantem: & portum, non comprimentem tempestates, sed & proprias habentem & grauiores procellas. Non cõfundimini, nõ vultus vestros obtegitis ita vos defendentes? Nam hoc ministerio neq; excusatio, neq; damnum, neq; scandalũ nasceretur, sed fama adhuc salua liceret istuc ipsum facere. Cur igitur nõ estis misericordiores, & vt augeatis eius diuitias, & seculari studio dediti, & negotiis vos immiscentes, ac in mundanis conuersantes curis, reditis in dispensatorum, & exactorum, & mercatorum ordinem? Nõ poteritis de
paupertate

Universidad de Deusto
Biblioteca

G paupertate disserere,vel persuadere, vt facultates contemnantur,qui omnia facitis ne quid ex vestris facultatibus vobis decedat,vt opibus opes accrescant,propter vos, & iterum etiã propter illas institores facti. Neq; enim ingenua & iucunda sunt vestra officia.Qui iussi estis portare crucem & sequi Christum, abiecistis crucem, quasi effœminati milites scuto sublato ad fusum & calathum consideti, propter alium turpiorem congressum aperta in præsentem vitam ianua.Non enim tam turpe est eos qui in matrimonio sunt hęc administrare,vt vos qui simulatis vos resiliisse à præsentium rerum curis, ob alterius personam iterum easdẽ subire.Propterea helluonum,& adulatorum,& parasitorum,& mulieribus seruientium, vbiq; curam suscipimus, quandoquidem inhumanum abiectã omnem generositatem nobis supernè datam seruilitate & vtilitate terrena commutamus.Et viduarum quidem dispẽsare opes noluerunt generosi olim illi viri:nam quum oriretur cõtentio,eò quòd nullus esset qui administraret, existimauerunt hoc inferius esse sua philosophia, H vnde aliis demãdarunt. Nos autem non erubescimus diuitias alienas augere, cum dãno earum quas possidemus,nihilo meliores eunuchis illis in hoc potissimum opus occupatis:qui ordinati vt quotidie sanguinem & animã pro viduis exponamus, & hæc nostra sunt arma? Quid igitur? oportebitne omnia quæ virgini sunt ablata contemnere, & quæ tolluntur & circunferuntur à cognatis,à familiaribus,& alienis, & domesticis? Non profectò:bonã reddemus virgini retributionem, propter quæ neq; nuptias habuit,neq; præsentem mundum dilexit, sed pro omnibus Christum rapuit. Sinamus illã iacẽre ante eos,qui eam facultatibus suis priuant?Et quantò satius erat nuptui esse traditã: vsamq; cohabitatore, cui incumberet harum rerum administratio, quàm cum innupta manet, fœderaq; cum deo conculcat,& iniuriã facit rei tam honestę ac reuerendæ, & alios quoq; ad suffragia suorum malorum trahit? Quo pacto autem hãc pro omnibus Christum delegisse dices, cùm Christus dicat: Non potestis simul seruire deo & mãmonæ? Quo pacto item mundum & præsentia odio habere poterit,quæ concupiscentias huius mundi non aspernãdas suadet? Quomodo autem eã,quæ virum habet hortari potes,vt contemnat mundana,cùm tu virgini diuitias conquiris, hãc ipsam olim relicturus,vt cõtinuò seruiat domino,& indiuulsè omnem vitã & omne studium in id negotij expendat? Quomodo poterit virgo philosophari,cùm te mirum videat, & habitum in opinione aliqua, suis in opibus ita negotiosum? Quomodo discet dãnum contemptui habere,cum te videat omnia & facientem,& patientẽ, vt illius opes accumules? Non sic nos deus à negotiis liberari vult, sed contemnere facultates, & omnibus quæ ad hãc vitã pertinẽt renũciare: at non sinitis vos, neq; conceditis legem dei valere. Quid ergo, si aliorũ opus habeat præfectura & patrocinio, dicit, interim multa ferens indigna? An non indigna sunt hæc virgine? Immo nihil tam indignũ virgine, vt ditari & negotiorum turba adobrui. Quid autem si & alia cũ his iubeat,qualia sunt fœnerari aureos: deinde nobis vocatis ad cõpositiones,nihil persuadeamus:& cùm persuasa non fuerit,nocuerit aliis:arguemúrne nos vt authores? Quid autem,si negotiationes illas illiberales & seruiles instruat? Deinde cum nos cooperari noluerimus,aliis quibusdã opus habet:dignine erimus qui redarguamur? Nullo modo,quin potius digni qui laudemur. Itaque si secus agitur,& accusationem meremur, K quòd earum cooperarij similia facimus: vis non aufferri bona illius? admone eam vt deponat, vbi neque viro opus habet ad custodiã,& perpetuò inconsumpta maneat:si autem voluerit opes habere, cuius gratia ludit in non ludicris? Nã si virgo hæc agat, ludit ludum non iucundum,sed mortiferum. Quandoquidem debitricem horum certaminũ se constituit, omnino indigna sua pollicitatione facit. Maior pœna, grauior vitę dicta. Num audisti qualem ipsi legem posuit Paulus, immo Christus qui per illum locutus est,quòd diuisa est & mulier,& virgo.Et quæ innupta est, cogitat quæ sunt domini, vt sit sancta & corpore, & spiritu? Sed vos non sinitis,ad omnia earum desideria auscultantes magis quàm emptitia mancipia.Etiã dicit quis: Quid igitur,si extrema inopia laboret? Nam de abundantibus bene à te dicta sunt. Quæ autem in mendicitate,& inopia multa neglectę iacent,reprehendis nos, si iuuentur? Vtinam non deiecissetis & depulissetis eas in alia perditionis barathra,& bonum esset. Enimuero si hac satis abductus persuasione, qui iussit præesse pauperibus:habes multos fratres ibi,persuade & monstra, L vt subeatur honestũ illud opus ab eo,de quo nulla suboritur suspicio & scandalum, eò quòd hoc loco eleemosyna omni inhumanitate & crudelitate sit deterior. Quæ enim vtilitas, dum tu quidem corpus bene alis,animam autem expolias:quando vestem das,suspicione autem hac & nudis turpiorem facis:quãdo prodes in his quæ sunt corporis: omnia autem spiritualia disperdis:quando ei multa præparas super terrã, eiicis autem è cœlis:Qualis autem hæc eleemosyna,quando gloria domini contemptui est,quando palàm sunt opprobria & confusio, & conuicia, & scommata, & eius cui misericordia fit, & aliorum multorum qui scandalizantur:Non à misericorde,sed inhumana anima hęc proficiscuntur.Nam si ex misericordia & humanitate essent, hæc circa viros quoq; declarare oportebat. At mulieres,inquis,maiore opus habent cura: viri autem natura,multo habet adiumenta.Quin & in viris multi sunt mulieribus deterius habentes, & ob grandem senectam, & ob valetudinem, & ob cæcitatem corporis,& ob morbos graues,aliasq; id genus causas.Verũtamen quia maximæ vobis curæ est mulierum genus, M vtpote infirmius,& ad eas valde misericordes & compatientes estis,neq; hic hoc prætextu destituamini: sed ostendemus hæc argumenta in his,quibus nihil suspicionis,& mercedis plurimum. Sunt enim & mulieres quædam quæ præsenio confectę,vel abscessis manibus, vel captæ oculis,variisq; aliis morbis inualidæ,& difficiliore morbis paupertate. Siquidẽ inopia, cùm prorsus nihil habetur, cõporis morbos affert. Hæc autem paupertas à morbis quoq; grauior fit,& intolerabilior: nasq; inueneris,collige,immo in colligẽdis nullo opus erit labore,ita ante omnes iacent,paratæ omnibus qui portigant manum. Si opes habes, his expende:si validus es, has corporis ministerio adiuua, multa & hic opera videbis quæ indigent corporali ministerio, & sumptu opum & circuncursitatione. Nam opus habet vt illis assignẽtur domicilia, præparentur potiones, & lauentur ipsæ & vestes,& curentur boni,aliaq; multa.Etiamsi solam decem essent,quæ ita ægrotant:nunc autẽ ciuitas nostra his tota impleta est,inueniesq; mille aut duo millia quibus cura opus foret. Istæ desolatæ sunt,istæ humi iacent.Hæc est eleemosyna,hæc est humanitas,hoc in gloriam transit dei, & in vtilitatẽ eorum qui

Acto.6.a.

Matth.6.d.

I

A rum qui vident,& qui accipiunt,& qui faciũt. Etenim iustius adiuuantur infirmiores,quàm fortiores:& vetulæ,quàm iuniores: & hæ quibus neq; necessaria sunt, quàm illæ quæ mediocria possident: & illæ quæ apud multos abominabiles,quàm quas multi adamant:& illæ quæ contemptæ diu fuerunt ob intolerabiles dolores, quàm quæ fauorem aliis conciliare possunt. Ostẽde igitur quòd prępter deum hoc facias,& illis opitulare.Quòd si has neq; per somnũ videre vis, sed formosas & adolescentes obambulando venaris, & illibe ralis huius venationis causam quidem aliam habes nõ ferendam:prætexis autem aliam quæ in speciem honesta & accepta est,nempe causam tutelæ.Licèt autẽ homines decipias,sed non item tribunal dei, quod muneribus corrumpi nequit. Nam ob aliam quidem causam hæc facis,& aliam prætexis: nã dicitis, quòd propter deum faciatis omnia. facitis autẽ opera quæ sunt inimicorum dei. Ego autem & addo aliquid amplius. Ponamus enim quòd vera dicat, qui sic dicit, & ab omni cõcupiscentia purus sit,neq; ex vllo alio, quàm ex sola pietate hanc præfecturam suscipiat: attamen neq; B sic ipsum à pœnis fore liberum inueniemus. Nã si deessent occasiones aliæ, in quibus etiam pietatem declarare,facereq; nullis animabus in eo impingentibus posset:nec sic tamẽ hoc agere oporteret, vbi minus lucro damnum. Quomodo feres, vt ob corporalia negotia vnius aut duarum virginũ infinita multitudo animarum iacturam faciat? Veruntamen nec sic grauissima est accusatio: cùm autem innumeras inuenies vias, & alienas ab accusatione,& liberas à scãdalis,& quę maiorem habent abundantiam:cuius gratia tibiipsi nectis negotia frustra & incassum,& lucrum subtrahis,& periculosè extruis,& ignominiosè? Et liceret sine damno & cum gloria. An nescis fulgidam Christiani vitã vsquequaq; lucere debere,& eum qui suam gloriã fœdat, vbiq; postea inutilem, & nihil magnum lucrari posse, etiam si fortunatus sit? Nam si sal infatuatũ fuerit, di- Marc.9.& Lucæ.14.g cit,ad quid valebit vltrà? Sal enim nos esse vult, & lumen,& fermẽtum deus, vt & alij à nobis vtilitatẽ accipiant. Quòd si homines irreprehensibiliter viuẽtes, vix conuertere valent negligẽtes:quomodo si illis dãnosimus,non vndequaq; rei erimus? Vã sicut qui peruersam agit vitam,nunquam saluatur: ita neq; qui seC ipsum ignominia aspergit, pœnam effugere poterit. Quòd si etiam admirabile quiddam dicendum, etiã si grauiter quis peccet,atq; clam hoc faciat,& neminem scandalizet,minorem dabit pœnam, quàm qui leuiter peccauit,idq; impudenter, & cum multorum scãdalo. Et ne dictum admireris, neq; plus iusto dictum putes, ipsam tibi hanc è cœlo sententiam afferemus, & hanc legem inde prolatam probabimus: nam beatum Mosen omnium qui super terram hominum mitissimum dei amicum,prophetarum maximum,quandoquidem deus aliis per ænigmata loquutus est, huic autem cut Exod.33.c amicus amico. Hũc talem qui multas miserias in deserto tulit, ot annis,qui in extremis sæpè periculis fuit apud Aegyptios propter Iudæos, & apud Iudæos pro ipsis ingratis:tamen hunc talem & tantum nihil aliud prohibuit post tot ærumnas & labores,multaq; præclarè gesta promissione potiri, quàm quòd scandalizati sunt ij,qui cum ipso erat apud aquam.Et hoc est,quod Nume.20.b insinuabat deus dicendo, Quia nõ credidistis mihi vt sanctificaretis me coram filiis Israël, propter hoc non inducetis congregationem hanc in terram,quam dedi eis. Quãuis autẽ ante hoc in nõnullis minus ob-

D

Ibidem.11.c

Exod.18.c. & Deut.1.b.

E

Esaiæ.52.b.

Ibidẽ.48.b.

Roma.9.a.

Exod.32.g.

F

disset,contradixit enim deo semel ac iterum cùm mitteretur in Aegyptum, & postea in deserto incredulus dicebat:Sexcenta millia sunt peditum,& tu dixisti,carnem dabo ipsis,& comedent mensem dierum:num oues & boues mactabunt, vel omnia edulia maris congregabuntur & sufficient ipsis?Et postea iterum difficilem se reddidit, & populi præfecturã detrectabat, attamen nihil aliud potuit ipsum propositis præmiis priuare,quàm solùm illud quod apud aquã contigit:quod natura quidem minus aliis erat, sed quia cum damno aliorum fiebat,multò maius iudicatum. Illa enim priuatim & occultè accidebant, hoc autem manifestè, & apud populum omnem committebat.Propterea & reprehendens deus hoc,insinuabat dicens:Quia nõ sanctificastis me coram filiis Israël. peccati eorum naturam detegens,& vnde factum quod veniam non mereatur declarans.Si autem talem virum hoc fecit impingere,nos vermiculos & nullius pensi,quomodo nõ destruet & perdet? Nihil enim ita exacerbat deum, vt quando nomẽ eius blasphematur.Vnde sursum ac deorsum apud Iudæos hoc iactat,eos reprehendẽs, quòd nomen meum prophanastis.& iterum,Vos prophanastis ipsum.&,Propter vos nomẽ meum blasphematur in gentibus.& tanta ipsi cura ne eueniret quod euenit, vt & indignos sępe saluarit,vt ne hoc fieret.Feci enim, ait,ne nomen meum prophanetur,& non propter vos ego facio domus Israël, sed vt nomen meum nõ prophanetur. Iam Paulus anathema esse optabat pro gloria dei: & ipse Moses quoq; è libro vitæ deleri orabat pro gloria nominis dei:vos autem non solùm nihil eligitis pati,atq; adeò in ipsam inciditis blasphemiam, & omnia facitis per quæ illam augeatis,& quotidie intẽdatis.Quis igitur vos excusaret? quis item ignosceret? Nullus est,& planè nullus. Tãtam autem curã & deus facit, vt non blasphemetur nomen suum: similiter & sancti,non quòd deus opus habeat,vt à nobis glorificetur: Nullius enim indiget & perfectus est, sed ex ea re multum damni hominibus. Quando enim apud nos malè audit nomen dei, & gloria eius nobis nihil vltrà prodest. Quòd si deus quum accusatur, nihil prodest: multò minus vos. Omnia igitur faciamus, vt nulla sit occasio scandali,etiam si iniustè reprehendant:persuasionibus diluamus crimina, & imitemur sanctos, quibus tantum fuit studium & gloriæ dei, & suæ propter deum.Ne abiectis omnibus & conculcatis,sufficere arbitremur ad defensionem si dixerimus: Vestẽ emimus virgini,& calceos, & alia quæ ad corporalem curã virginis attinent,bene disposuimus.Quis,ait, administraret ea quæ domi nostræ? quis possessionibus intẽderet? quis præesset domui nobis absentibus?& cùm intus nõ sit mulier. quandoquidem & hæc prioribus contraria, & turpiora. Et nullius ipsi curã habent,neq; erubescũt, sicuti ebrij omne quod in buccã venit loquentes:quapropter neq; nos defatigabimur,etiamsi talia sunt quæ ab iis dicuntur, vt nullum responsum mereatur. Non grauabimur,inquam,& respondere, & manuetè cum eis agere,donec ab hac ebrietate illos liberemus, quãtùm scilicet ad nos attinet:confundor quidem & erubesco cùm hæc euertere attento, quibus contrà dicere illi non erubescunt,ferenda tamen omnino erubescentia,propter eos qui erubescere nesciunt.Etenim absurdum fuerit,redarguentem eos qui fratres quos scãdalizant contemnunt, seque ipsos confundunt, propter pudorem illorum curam abiicere.Dic enim, quæ sunt illa, quæ domi agunt, propter quæ tantopere necessarius vsus

Universidad de Deusto
Biblioteca

G sarius vsus virginis? Barbarorum puellorum tibi examina sunt, & nuper empta, quæ oportet erudire & ad lanificium,& ad alia ministeria. Ad hæc dicis, promptuarium mihi est opum multarum, & oportet custodem intus semper sedere,& familiarium malitiã obfirmare oculos virginis, cœnam quoque & conuiuia continuè apparare, & oportet domum ornari & coquos & mensæ ministros cura regi virginis. Sunt item multi varij sumptus, sunt & continui, & oportet aliquem semper præsidem esse,& superintendentem, vt custodiantur cum diligentia, vt ne illa à domo sine vtilitate elabantur. Nihil horum ait,sed quo pacto ipsam hãc arcam & vestem, & aliam aspiciat facultatulam? bene vertat mensam,bene sternat lectũ,& incendat ignem, & abluat pedes,& aliã quietem omnem præbeat. Dein pro parua & frigida refocillatione hac tantam feremus accusationem? tanta sustinebimus opprobria? Et quantò melius frater & facilius administraret? Natura enim fortior est muliere vir. Vsu autem nobis magis familiaris, & non tam sumptuosus. Mulier quippe vtpote tenerior,& molliore indiget lectulo,& tenuiore vestitu, & fortassis puella altera, quæ ei ministret: & non tantum nobis ministerium præbebit, quanto ipsi opus erit apud nos: frater autem hic non tantis eget. Quòd si aliquo eget,eodẽ & nos indigemus, quod non paruæ commoditatis, si contubernales nõ variis, sed iisdem vtantur: id quod certè in virgine non est. Primum sanè siue lauari velit, siue nudare corpus, neque frater ipsi ad hæc ministrabit, tametsi valde impudens sit, neque ipsa sibi sufficiens est. Si autem fratres sunt qui cohabitãt, vicissim ministrare poterunt. Item quãdo dormire opus fuerit, virgine quidem intus sedente, & lectos seiunctos duos esse oportet, & strata duo,& lodices duos: si autem castius agant,& domicilia duo. At si fratres sint, iterum re familiari tãta non est opus. Etenim domus vna, ceruical vnum, & lectus vnus,& eadem tegmina vtrisque sufficiunt: & in summa, si quis omnium pertractet ministerium, hic multam inueniet facilitatem, alibi autem difficultatem. Et transeo domus turpitudinem. Quale enim est, si in domum viri solitarij itur, videre calceos muliebres suspensos,& cingula, & mitras, calathiscos & circulos,& pectines,& fusa, & alia quæ particulatim omnia numerare non datur? Si autem vlterius de his quæsieris, plurimus est risus. Primum quidem in puellarum tanta turba solus pascitur, quasi choraulis in orchestra, qui in choro mulierum saltãtium concinit: quo quid turpius & inhonestius? Deinde disrumpitur tota die familiaribus succensens ob res quæ ad mulieres spectãt. Nam ei necessarium omnino silere,& omnia negligere,& ab illa increpari vel dicentem & increpãtem cõfundi, & vide quid contingat. Nam qui iussus est, ne propè quidem ad temporalia negotia accedere, non solùm temporalia,sed muliebria ipsissima tractat. Etenim vasa muliebria afferre non detrectabit argentariis, deinde rogans num speculum dominæ præparatum sit, num cadum, num lechytum, reddiderint: eam in eam corruptionem venerunt omnia, vt pluribus vasis vtantur, quàm seculares virgines. Hinc iterum ad vnguentariam officinam currit disputans de aromatibus dominæ, sæpe etiam prius quàm mediocri studio. Nec detrectabit si & pauper criminãdus sit. Vtuntur autem & virgines vnguentis, non modò variis, sed & sumptuosis. Deinde ab vnguentaria ad vendentem lintea: & ab illo iterum, ad pellionem. Non enim verentur imperare hæc parua, quia vident eos valde obedientes, & gratiam habentes imperantibus maiorem, quàm alij ministrantibus. Hinc iterum si quando aliquid apparandum quod ad circungestabile tabernaculum hoc pertinet, vsq; ad vesperam impransi persequerant officinis affixi. Et de loco non est miraculum, sed quòd & miseris famulis sunt molesti, & frequenti iniuria, & inclamatione & clamore nos vrgent. Cogita quantæ hinc accusationes: ministet enim iniuria affectus & pro talibus rebus, quia eum qui iniuria affecit non alio modo vlcisci potest, lingua hoc facit,& occulta obtrectatione: nec parcit alicui eorum, quin furori suo satisfaciat, sed tam immodicè vlciscitur, quantum verisimile est seruum ita exprobratum,& cui sola hæc est consolatio, è malis suis aduersus eum qui contristauit. At qui pauperi, inquit, cohabitat, nec cum argentariis negotia habet: non enim paupertas sinit assidere officinis vnguentariis,& cum sutoribus,& textoribus, & variegatoribus, & tinctoribus multum conuersari: & quid opus catalogo omnium sordium, vt quando in domum inducunt cerussæ, & croci venditores, & deinde in foro talia iterum requirunt? Et hæc quidem in domo & foro continguntur, sed ferunt his multò magis ridicula. In ecclesia dici non potest quanta sit confusio. Nam sicut nemo ignorat ipsorum locum contemptum,& illiberalem seruitutem: sic & in loco hoc sancto,& terribili, omnibus suam intemperantiam prædicant: & quod vtique molestius & maioris ignominiæ, quòd & se fucant & ornant, de quo erubescere oportebat. Ante fores ipsas excipiunt eunuchorum loco, pompam habent, & præambulantes fastum spirant vi dentibus omnibus, & non humiliter descendunt, sed cum exultatione assultant, id in sancto & reuerendo sacramentorum tempore,& ministrando multas vt illis placent occasiones, his qui eas vident, prębentes. Illæ autem miseræ & calamitosæ eos ab hac gratia prohibent, idq; miris deliciis & fastu. Quanuis, si quis vel his, vel illis maledicere vellet: quid maledicto hoc inueniret atrocius, quàm vt tam innumeris testibus intemperantiæ eorum arguatur,& in oculis omnium fœdè agant? Quid opus est dicere, quot in ecclesiis ob illorum gratiam subuertantur, quot diuina opera à multis negligantur, vt ne has irritent? Et quid dico ne irritent, si quis tantùm insuauiter & tristius eas videat? omnia malunt ferre, quàm dissimulare illam hoc passam,& nõ vlcisci. Hactenus & nos fœdè egimus, illorum omnia enarrantes? Non vtique hoc proposuimus: nam si omnia tractare velimus, multa & longa nobis oratione opus esset: immo si maximè prolixior esse vellem, non possent omnia dici, quandoquidem dum ex multis pauca colligimus, etiã sic prolixi sumus: sed non ad hoc venimus, verùm inuiti ad illorum memoriam rapti sumus, vt cordati auditores parumper admonerentur: reliquum operæpretium obsecratione & precatione. Oro igitur & supplico, & ante genua vestra me prouolùo, & omnibus preces affero, persuadeamini, & ab hac ebrietate redeamus, simus nostri ipsorum compotes,& agnoscamus honorem, quem dedit nobis deus. Et Paulum clamantem audiamus: Ne sitis 1.Cor.7.d
serui hominum: & desinamus, vt seruiamus mulieribus ad communem omnium nostrorum perniciem. Milites nos esse Christus vult, & strenuos, & athletas. Num propter hoc nos armauit armis spiritualibus, vt puellarum triobolarium ministeria suscipiamus, vt circa lanas & stamina & alia ministeria versemur,

A versemur, vt assideamus ad mulierculas nentes & texentes, vt totum diem consumamus, verbaq; & mores muliebres in animas demũgamus? sed vt configamus inuisibiles virtutes, quæ nobis aduersantur: vt diabolum percutiamus, qui contra nos militat, vt abigamus feroces dæmonũ phalanges, vt subuertamus eorum præsidia, vt potestates & mundi dominos, rectores harum tenebrarum ligatos in seruitutẽ ducamus, vt spiritualia malitiæ in exiliũ effugemus, vt ignẽ spiremus, vt ad quotidianas mortes parati simus. Propter hoc induit nos thorace iustitiæ, ppter hoc cinxit nos zona veritatis, propter hoc imposuit galeam salutis, propter hoc calceauit præparatione euangelij pacis,& tradidit gladium spiritus, propter hoc ignem accendit nostris animabus. Si igitur militem aliquem postquàm induerit galeam, suralia, thoracem, postquàm acceperit scutum, gladium, lanceam, tela, sagittas, phare-
B tram, tuba iam clarùm sonante, & omnes euocante, hostibus magno impetu sæuientibus, & ciuitatẽ à fundamẽtis euertere molientibus, videres non in agmen foras currere, sed in domum ingredi,& mulieri assidere cum armis: an non si modò liceret, gladio mediũ transfoderes, ne sermone quidem eum dignatus. At si tu tanta irã impletus es, quomodo putas deum in multò turpioribus erga nos affici? Tantò enim turpiora & absurdiora sunt hæc quàm illa, quantò & grauius bellum,& hostes truculentiores,& præmia pro quibus bellatur maiora,& in summa, omnia tantùm transcendunt, quantùm vmbram veritas. Itaque ne effœminemus robur nostrum, ne succidamus neruos nostros istis cohabitationibus. Etenim indicibilem & infinitã animabus nostris instillat malitiã. Quid enim, etiamsi non sentiamus amore ebrij? Istuc enim ipsum omniũ est longè grauissimum, quòd nescimus quomodo eneruemur, cæraq; omni molliores reddamur. Nam sicut si quis leonem superbum & toruè videntem arripiat, & iubas abradat, dentes excutiat, vngues amputet, turpemq; faciat & ridiculum,& terribilem illum & intolerabilem,& rugitu solo omnia concutientem, facilè iam à puero vincibilem: Ita & hos omnes, quos capiunt, facilè posse capi faciunt à diabolo, molliores, concitatiores, impudentes, inconsiderãtes, iracundos, audaces, intempestiuos, humiles, abiectos, seruiles, illiberãles, sordidos, nugaces, & in summa, omnino corruptos mulierum mores in animam illorum immittunt & infe-
C runt. Etenim fieri non potest mulieri cohabitantem cum tanta compassione, & illarum conuersationibus emollitum non esse sordidum quendam,& forense mancipium: & si quid loquitur, de staminibus & lanis loquitur, linguæ eius qualitate muliebrium verborum infecta. Et si quid facit: hoc magna seruilitate operatur, & seipsum procul à Christiana libertate seiungit, ad nihil eximium, & quod præclarè sit, vtilis. Nam cùm ad seculares & ciuiles res hominum inutilis sit, & nullius frugis, multò magis ad magnitudinẽ rerum spiritualium, quæ tantò generosiores vires requirunt, vt ne attingi quidem possint, nisi ab his qui ad eas tranaturi angeli ex hominibus fiant: non ipsi autẽ solùm tanto malo afficiuntur, sed & illis morum pessimorum authores fiunt. Nã quemadmodum illi qui istis impendiò placere volunt, officij sui rationem negligunt: ita ipsæ propter eos à sua verecundia excidunt malam & pernicioſam inuicem exhibentes retributionem. Etenim se ornãt curiosius, delicatiori vestium & incessus multã curam habent, & quæ non licet, quotidie nugantur: quandoquidem vident mul- D
tos incompositis moribus & verbis oblectari, omnia instruunt per quæ ipsos in seruitute contineant. Iam si voluerimus paulisper resipiscere,& nostri ipsorum esse,& illos lucrabimur,& nosipsos & alios omnes: & sicut nunc perditionis multorum rei facti sumus, sic & à multorum salute mercedem accipiemus: & quibus nunc potimur turpiter, illis fruemur magno cum honore. Cur enim vis honorari à mulieribus, dic mihi? Maximè indignum hoc est viro spirituali amare talẽ honorem. Veruntamen & hic aderit, quando nõ quærimus ipsum. Solet enim homo despicere eos, qui sibi ministrant,& in admiratione habere eos qui non adulantur. cui rei muliebris natura magis obnoxia est. Nã si illis quis aduletur, intolerabilis est. Admirantur autem multò maximè eos, qui cedere nesciunt, nec succumbunt intempestiuis suis concupiscentiis: & huius vos mihi testes eritis. Nã nunc non solùm externę, sed & ipse quoque vos irridet: etsi non manifestè, certè tamen in conscientia, glorianturq; hac dura tyrannide, tunc autẽ omnino vos admirabuntur, & vestram obstupescent libertatem. Quòd si nostris sermonibus E
non creditis, illasipsas interrogate, vtros magis laudẽt & approbent, an eos qui seruiunt, & qui dominantur: an subiectos, & qui omnia faciunt & patiuntur ob ipsarum gratiam, vel qui nihil horum ferunt, & duris suis præceptis eas erubescere faciunt? Et si volent dicere verũ, omnino illos dicent: immo neque responso opus, rebus istucipsum clamantibus. At voluptatis gratia, qui cohabitat, opus inhiat, oculos pascens virginũ aspectibus, maximè quidem si & hoc sic poterit. Verũ propter hoc ipsum fugere oportebat: nunc autem nobis satis demonstratum est, quòd suaue hoc non sit, sed planè contrarium, si quis hac contemplatione nõ fruatur: & tu illis adiicito, etiam è bona conscientia lætitiã illis auferri. Nihil enim nos sic exhilarare solet, vt cõscientia pura & bona spes. Sed quietis gratia hoc inquiris? Iam demonstratum est, quòd hoc facilius esset, si frater cohabitaret: at nũc penè nihil à seruo differs, & quærens requiem, seruitutem inueniſti multò grauissimã: extra hoc ministerium stabas, erasq; inter eos qui imperabant, nõ quibus imperabatur. Igitur hic pro voluptate mœror,& pro gloria confusio, & pro libertate seruitus,& pro requie labor. Accedunt ad hæc, q F
& deus blasphematur,& tanta perditio ac scandala, & immortalis pœna, & plurimorum bonorum amissio. Ibi autem contraria omnia, gloria, honor, voluptas, libertas & vitæ & sermonis, salus animarum, regni hæreditas, pœnæ effugium. Cuius ergo gratia non hæc illis commutamus, ego certè nescio. Veruntamẽ si quis seipsum perdere desiderat, nulla nobis posthac defensione opus erit, neque venia. Si enim nihil horum esset, omnia tamen pro gloria dei ferre oportebat: cùm & præsentia percipere, & futura assequi bona liceat. Nunquid cura de hoc quòd dei gloria contemnitur & blasphematur,& nosipsos perdimus? quis eripiet & liberabit à supplicio propter hoc imminente? Nullus, nullus. Omnia igitur hæc nobiscum perpendentes, reparemus vel tardè animarum nostrarum salutem. Quòd si quid difficultatis habet, diuelli consuetudine longa, virtute rationis post dei gratiam hoc tantum subuertamus: & illud nobis persuadeamus, vel si principium solùm imponamus operi, non vltrà visuros nos difficultatem. sic aduersus consuetudinem prævalebis. Nam si decem dies te abstraxeris, facilè feres viginti: & iterũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

G bis tantos, deindeq; via progrediens, neque senties difficultatem, quam habuisti initiò, videbisq; facillimum factu, quod tot agones prius exposcebat, & in aliam te mutabis consuetudinem, inueniens haud ita grauem translationem: neque id per cõsuetudinem solum, sed & per bonam spem contingit. Sic te illæ magis admirabuntur, & deus præ aliis acceptum habebit, & homines coronabunt, viuesq; liberè & iucundè. Quid enim fuerit suauius, quàm à mala cõscientia liberari, & perpetuum concupiscentiæ bellum dirimere, & multa facilitate bonam continentiæ coronam plectere, & liberis oculis in cœlum respicere, puraq; voce & corde dominum vniuersorum inuocare? Nullus catenis, ponderе, & aliis carcerum incõmodis exemptus, immo nullus qui cæcus erat apertis oculis, & visa hac dulci luce sic exultat, gestit & tripudiat, vt cùm ab hac seruitute liberari contigit. Longè enim dulcior hac luce est liberatio ab hac tyrannide, & omni caligine grauior seruitutis huius & incolarum miseria. Verùm quid opus est hæc prolixius referre? & vitæ illius indignitatem, tristitiam, damnum, & corruptionem: & huius libertatem, voluptatem, vtilitatem, & multifarias virtutes nullus sermo satis commẽdare potest, sed sola rerum experientia. Et tũc scietis bene, à quibus malis liberati sitis, quam assecuti fueritis vitam, cùm re ipsa parere volueritis. Parete igitur, vt opere ipsa quæ dicta sũt discatis. Quòd si adhuc respuitis, & nostris sermonibus non creditis: dicite aliquem qui hanc seruitutem tulerit aliquãdo, & deinde liberatus ad libertatem bonam recurrerit, & scietis admonitionis huius lucrum. Etenim & Salomon cùm secularium rerum concupiscentia teneretur, magnas eas & admirandas putabat, multumq; in eis laboris & solicitudinis insumebat, magnificas ædificando domos, copiosum coaceruando aurum, congregando cantorum choros, varia genera ministrorum mensæ, & popinæ, quærendo animæ suæ voluptatem ab ortorum & corporum formosorũ gratia: & omnem, vt ita dicam, oblectationis & refrigerij viam sectando. At vbi inde ad se reuersus, & quasi ex vmbrosa quadam abysso ad lumen veræ sapientiæ respicere valuit, tunc sublimem illam, & cœlis dignã emisit vocem: Vanitas vanitatum, dicens, & omnia vanitas. Hanc & vos & hac sublimiorem, si volueritis efferetis sententiam de intempestiua hac voluptate, si aliquantisper à mala consuetudine vos sequestraueritis. Quanuis autem à Solomone seculis superioribus non tam multa sapientiæ exigebatur diligentia: neque enim delicias lex vetus prohibebat, neque aliis frui superuacuis dicebat vanum: attamen & sic se habentibus rebus, in ipsis contueri licebit, quàm viles & vanitati obnoxiæ res sint. Nos verò ad maiorem vocati vitam, & ad excellentius fastigium ascendimus, & in maioribus exercemur palæstris. Et quid aliud, q̃ quòd sicut supernæ virtutes, intellectuales & incorporeæ illæ vitam instituere iubemur? igitur, quo pacto non est turpe, extremoq; supplicio dignum, illis multò minores apparere? & non solùm concessis non fieri sublimiores, vt illæ, sed & vetita aggredi, quanuis intolerabilem pœnam afferant? Nam in anima malum amorem pascere, ex concupiscentia spectare mulierem, speculari alienam formositatem, confundere seipsum, nocere inimicis, Iudæis ac Gentilibus ansas nostram fidem blasphemandi præbere, domesticos & alienos supplantare, seruili ministerio mancipatos esse, ad secularium negotiorum turbam nosipsos intrudere donatam nobis libertatẽ diabolo offerre, & immanissima tyrannide commutare: ridiculum quidem amicis, opprobriosum verò inimicis esse, malam omni ecclesiæ opinionem inuehere, confundere honestam virginitatis dignitatem, & luxuriantibus multas præbere occasiones, aliaq; his plura facere grauia. Neq; ie enim omnia scire licet, quæ pro his rebus ferant, quæ tamen valde prohibita sunt, & cruciatum intolerabilem secum afferũt: atque adeò si parua etiam voluptas sit, & opponantur ei risus, cõfusio, multorum suspiciones, reprehensiones, conuicia, opprobrationes, vermis perpetuus, tenebræ exteriores, ignis inextinguibilis, tribulatio, angustia, stridor dentium, vincula insolubilia. Et si hæc in tabula proponamus ante oculos, resiliamusq; & vel serò à pernicioso, grauissimoq; hoc morbo, vt cum fulgentibus coronis hinc migremus, & possimus libero ore ad Christum dicere. Propter te & gloriam tuam, & familiaritates contempsimus, & voluptati imperauimus, & animam nostram affliximus, & eiectis amicis & suspectis, te amoreq; tui rebus omnibus præposuimus. Sic enim lucramur nosipsos, lucramur miseras illas, lucramur eos qui scandalizantur: & cum martyribus collocabimur, primoq; in ordine erimus eorum qui hoc maximo certamine vicerunt, & fortiter cruciatus tulerunt. Non enim minorem pono hominem, concupiscentia vetere detentum, & in suauissima & antiqua consuetudine comprehensum: & deinde per timorem dei disrumpentem vincula, & ad id quod deo probatur, recurrentem. Est enim & hoc multò difficillimum, compassionẽ & affectionem inueteratam eiicere, & multiplices occasiones auellere, & assumptis alis ad cœlestes apsides recurrere. Et sicut martyrum velox labor, ita & horum prolixior dolor. Quapropter & pares coronæ, quoniam & certamina inter se respondent, & similia. Et si quis educit, & separat preciosum à prophano, sicut os dei erit: qui & seipsum liberauerit, & multos alios à calumniis exemerit, cogita quantam accipiet mercedem, & præmiorum spe lætus & alacris, contemnet malam consuetudinem, vt iuxta dei voluntatem trãsita vita hac, pura deum conscientia alibi videat, sanctissimaq; cõuersatione fruatur. Nam vt corporales affectiones solutæ fuerint, & extinguetur tyrãnica concupiscentia, nullum erit obstaculũ simul ibi esse mulierẽ & virum, è medioq; sublatis omnibus suspicionibus malis, & agere & seruare vitam, quam agunt angeli, & intellectuales illæ virtutes, & omnes qui in regnum cœlorum introducuntur, Amen.

Missa

MISSA SANCTI IOANNIS CHRYSOSTOMI

Supra complures annos ab Erasmo Roterodamo, in gratiam episcopi Roffensis, uersa.

Oratio quam dicit sacerdos, priusquàm ingrediatur templum ubi sacrificat.

DOmine deus noster emitte manum tuam de sancto habitaculo tuo, & corrobora me ad propositũ ministerium tuũ, vt citra condemnationem assistã metuẽdo altari, & immaculatum sacrificium peragam, & nũc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Oratio quam dicit sacerdos, cùm ingreditur.

Psal.5.b Introibo in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo domine, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Hæc ubi dixit, osculatur mẽsam quater in figuram crucis, & accipit stecharion, id est lineam uestem, dextra manu: & osculatur, ac benedicit eam.

Esa.61.d Exultet anima mea in domino: induit enim me vestimentum salutis & tunicam lætitiæ, circumposuit mihi mitram, & tanquam sponsum, adornauit me decore nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

In cervicale.

Ibid.92.a Dominus regnauit, decorẽ indutus est: indutus est dominus virtutem, & circuncinctus est nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

In cingulum.

Ibid.44.a Accingere gladio tuo super fœmoribus tuis potẽs: specie & pulchritudine tua, & intende, & prosperare, & regna propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua.

Oratio pallij.

C Sacerdotes tui domine induentur iustitia, & sancti tui
Psal.31.b & 2.Para. 6.g exultationem exultabunt nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Ad primam sublationem.

Esaiæ.53.c Tanquã ouis ad mactationem ductus es Christe rex, & tanquam agnus coram eo qui tondet se mutus, sic nõ aperuit os suum. In humilitate illius iudicium eius sublatum est. Generationem autẽ eius quis enarrabit? Sacrifice domine agnum: quoniam tollitur de terra vita illius.

Immolatur agnus dei, qui tollit peccatum mundi.

Ad secundam sublationem.

Precibus domine eius quæsumus te deiparæ, & semper virginis Mariæ, sanctarum omnium potestatum spiritualium, pretiosi prophetæ præcursoris ac Baptistæ Ioannis, sanctorum gloriosorum apostolorum, & sancti Nicolai, cuius & memoriam celebramus, miserere, & serua nos.

Benedictio tertiæ sublationis.

Memẽto domine augustissimorũ & dei obseruantium regum nostrorum: Memento domine spiritualis nostri patris, & totius in Christo fraternitatis nostræ, & omnium qui præmigrarunt è vita, patrum & fratrum nostrorum.

Tomus quintus.

Ad infusionem uini.

Et vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit sanguis. Ioan.19.f

Et addens aquam dicit:

Et aqua, & qui vidit testimonium perhibuit, & verũ est testimonium eius. Ibidem

Diaconus. Dominum obsecremus.

Oratio mystica.

Domine deus noster qui obtulisti teipsum agnum irreprehensibilem, pro mundi vita, respice ad nos, & ad panem hunc, & ad poculum hoc, & fac illum immaculatum & preciosum tuum sanguinem in trãssumptionem animarum & corporum: quoniam sanctificatum est, & glorificatum preciosissimum & augustum nomen tuum patris, & filij, & spiritus sancti.

Oratio thymiamatis.

Thymiama offerimus in conspectu tuo domine deus noster in odorem beneuolentiæ spiritualis, quam accipe domine in sanctum & supercœleste & intellectuale sacrarium, ac vicissim mitte nobis diuites misericordias tuas bonas seruis tuis, qui inuocant nomen tuum sanctum: quoniam glorificatum & sanctificatum est preciosissimum & augustum nomẽ tuum patris, & filij, & sancti spiritus.

Ad discum.

Operuit cœlos virtus eius, & laudis eius plena est terra. Abac.3.a

Cùm tetigit calicem.

Dominus regnauit, decorem indutus est: indutus est dominus fortitudinem, & præcinxit se. Psal.92.a

Cùm mittit nebulam.

Et nebula lucida obumbrauit eos. Verbo domini cœli stabiliti sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen. Mat.17.a & Psal.32.b

Oratio ad oblationẽ cùm ponuntur sacra, priusquàm inferantur ad altare: qui locus est in sinistra altaris.

Deus deus noster, qui cœlestem panem alimoniam totius mundi dominum nostrum Iesum Christum & deum emisisti seruatorem, & redemptorem, & benefícum benedicentem, ac sanctificantem nos, ipse benedic oblationẽ hanc, & accipe eam in supercœleste tuũ sacrarium. Memento, quippe bonus, & humanus, eorũ qui intulerunt, & per quos intulerunt. Nosq; sine condemnatione serua in celebratione diuinorum tuorum mysteriorum: quoniam benedictum est, & sanctificatum est, & glorificatum est preciosissimum & augustũ nomen tuum patris & filij, & sancti spiritus, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Deinde uenit Diaconus, & accipit benedictionem à sacerdote, & sacerdos dicit:

Angelus domini dirigit viam tuam, & vnà nobiscum sacra peraget.

Primum benedicit sacerdos populum.

Gratia sanctissimi, & boni, & viuificãtis spiritus sit vobiscum.

Sacerdos autem cum diacono faciunt ascensiones tres in sanctũ sacrarium, ex accipit benedictionẽ sacerdotis diaconus, & sacerdos benedicit caput illius dicens.

Angelus domini dirigit viam tuam, & vnà nobiscum sacra peraget.

Diaconus autem egressus sacrarium, dicit:

Benedic domine.

Et sacerdos. Ecphonesis. † Exclamatio: siue pronunciatio.

Benedictũ regnum patris, & filij, & sancti spiritus nũc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Tunc diaconus exclamat:

Universidad de Deusto
Biblioteca

G In pace dominum obsecremus.
Populus. Domine miserere.
Diaconus.
Pro superna pace, & salute animarum nostrarum, dominum rogemus.
Populus. Dimine miserere.
Diaconus.
Pro pace totius mundi, prosperitate sanctarum dei ecclesiarum, & omnium vnione, dominum rogemus.
Populus. Domine miserere.
Diaconus.
Pro sancta hac domo, & cum fide, reuerentia, timore dei ingredientibus in eam, dominum rogemus.
Populus. Domine miserere.
Diaconus.
Pro vniuerso episcopatu orthodoxorum, honorabili presbyteratu, toto in Christo diaconatu, clero & populo, dominum rogemus.
Populus. Domine miserere.
Diaconus.
H Pro augustissimis & deo deditis regibus nostris, toto palatio, & exercitu illorum, dominum rogemus.
Populus. Domine miserere.
Diaconus.
Vt illos in bello adiuuet, & subiiciat pedibus illorum omnem hostem & inimicum, dominum rogemus.
Populus. Domine miserere.
Diaconus.
Pro sancta hac sola ciuitate tota, & regione, & fide habitantium in eis, dominum rogemus.
Populus. Domine miserere.
Diaconus.
Pro temperie aëris, fertilitate, & temporibus pacificis, dominum rogemus.
Populus. Domine miserere.
Diaconus.
Pro nauigantibus, viatoribus, ęgrotantibus, laborantibus, captiuis, & pro salute illorum, dominũ rogemus.
Populus. Domine miserere.
Diaconus.
Vt liberet nos ab omni tribulatione, iræ, & necessitatis, dominum rogemus.
I *Populus.* Domine miserere.
Dum diaconus pronunciat rogationes, sacerdos dicit hanc orationem secretè:
Domine deus noster, cuius robur inæstimabile, & gloria incomprehensibilis, cuius misericordia immensurabilis, & humanitas ineffabilis, ipse domine secũdum clementiam tuã respice in nos, & ad sanctam domum hanc: & fac nobiscum, cumq; his qui nobiscũ vota faciunt, diuites misericordias tuas & miserationes tuas.
Populus. Domine miserere.
Diaconus.
Defende, serua, miserere, custodi nos deus tua gratia.
Sanctissimæ, incontaminatæ, super omnes benedictæ, gloriosæ dominæ nostræ, deiparæ, & semper virginis Mariæ, cum omnibus sanctis memoriam agentes, nosipsos, & inuicem, & omnem vitam nostram Christo deo nostro commendemus.
Populus. Domine miserere.
Exclamatio sacerdotis.
Quoniam decet te omnis gloria, honor, & adoratio, patrem & filium & sanctum spiritum, nũc & semper, & in secula seculorum, Amen.
Antiphonum primum. *Chorus unus canit:*
Bonum confiteri domino, & psallere nomini tuo altissime. K Psal.91.a
Hoc idem in altera chori parte canitur:
Precibus sanctissimæ deiparæ, seruator, serua nos.
Ad annunciandum manè misericordiam tuam & veritatem tuam omnibus diebus nostris, precibus deiparæ, seruator, serua nos. Ibidem.
Quoniam rectus dominus deus noster, & nunc est in iustitia vultus illius. Precibus deiparæ, seruator, serua nos. Ibidem.c
Oratio.
Domine deus serua populum tuum, & benedic hæreditati tuę, plenitudinem ecclesię tuæ serua: sanctifica diligentes decorem domus tuæ. Tu eos vicissim glorifica diuina tua virtute, & ne deseras nos sperantes in te. Ibid.27.c
Diaconus.
Defende, serua, miserere, & custodi nos deo tua gratia.
Populus. Domine miserere.
Diaconus.
Sanctissimæ, intemeratæ, super omnes benedictæ, gloriosæ dominæ nostræ, deiparæ, & semper virginis Mariæ, cum omnibus sanctis memoriam agentes, nosipsos, & inuicem, & omnem vitam nostram Christo deo nostro commendemus. L
Populus. Domine miserere.
Exclamatio sacerdotis.
Quoniam tua est potentia, & tuum est regnum patris, & filij, & sancti spiritus, nũc & semper, & in secula seculorum, Amen.
Antiphonum secundum. *Ex una parte chori canitur:*
Dominus regnauit, decorẽ indutus est: indutus est dominus fortitudinem, & precinxit se. Ibid.92.a
Hoc idem in altera parte chori canitur:
Etenim firmauit orbem terræ, qui non commouebitur:
Testimonia tua domine credibilia facta sunt nimis.
Precibus sanctorum serua nos.
Gloria patri, & filio, & spiritui sancto: Sicut erat in principio, & nunc & semper, & in secula seculorum, Amẽ.
Oratio.
Vnigenitus filius, & verbum dei, qui est immortalis, quiq; vt nos saluos faceret, carnem assumpsit, ex sancta deipara, semperq; virgine Maria, intrepidè assumpto homine, & crucifixus deus mortem morte conculcãs, ęqualis in trinitate cõglorificatus, cũ patre, & spiritu sancto, nũc & semper, & in secula seculorũ, Amen. M
Diaconus.
Etiam atque etiam, in pace dominum rogemus.
Oratio.
Qui communes hac & concordes preces largitus es, quiq; quando duo aut tres conc rdant in nomine tuo, petitiones præstaturum, te promisisti: ipse nunc quoq; domine seruorum tuorum postulationes ad eorum vtilitatem imple, concedens nobis in præsenti seculo, cognitionẽ veritatis, & in futurovitã ęternã largiaris. Matt.18.c
Diaconus
Etiam atque etiam, dominum rogemus.
Defende, serua, miserere, & custodi nos deo tua gratia.
Populus. Domine miserere.
Sanctissimæ, incontaminatæ, super omnes benedictæ, dominæ nostræ, deiparæ, & semper virginis Mariæ, cũ omnibus sanctis memoriam agentes, nosipsos, & inuicem, & omnem vitam nostram Christo deo nostro cõmendemus.
Exclamatio sacerdotis.

Quoniam

A Quoniam bonus, & humanus deus es, & tibi gloriam referimus, patri, filio, & sancto spiritui, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.
Antiphonum III. *Ex una parte chori canitur:*
Psal.94.a Venite exultemꝰ domino, iubilemus deo seruatori nostro.
Hoc idem in altera parte chori canitur:
Serua nos fili dei vnigenite, qui in sanctis es mirabilis, canentes tibi, alleluia.
Præoccupemus faciem eius in confessione, & in psalmis iubilemus ei.
Serua nos fili dei vnigenite, &c.
Quoniam deus magnus dominus, & rex magnus super omnem terram.
Serua nos *ut supra.*
Quoniam in manu illius fines terrę, & altitudines mõtium ipse conspicit. Serua nos, *ut supra.*
Quoniam ipsius est mare, & ipse fecit illud, & aridam fundauerunt manus eius.
Serua nos, *ut supra.*
Gloria patri, & filio, & spiritui sancto: Sicut erat in prin
B cipio, & nunc & semper, & in secula seculorum, Amẽ.
Cõmuntur hæc ab utroque choro alternatim. Sacerdos autem egreditur è paruo ostio, portans euangelium, præcedente ministro cũ lucerna. Et conuersus ad Christi imaginẽ inter duo ostia inflexo capite, cum exclamatione dicit hanc orationem primùm secretè:
Here domine deus noster, qui constituisti in cœlis ordines, & exercitus angelorum & archangelorum in ministerium tuæ gloriæ, fac vt cum nostro ingressu, fiat ingressus sanctorũ angelorum nobiscũ sacra celebrantium, & pariter glorificantium tuam bonitatem.
Tunc addit sacerdos:
Benedictus sit ingressus sanctorum tuorum, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.
Et tollens in altum euangelium in imaginem crucis, magna uoce dicit:
Sapientia recta.
Chorus.
Venite adoremus, & prouoluamur Christo.
Serua nos fili dei, &c.
Quoniam sanctus tu deus noster, & tibi ter sanctum
C hymnum referimus, patri, & filio, & sancto spiritui, Amen.
Cantor uerò canit hæc:
Sanctus deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nobis.
Gloria patri, & filio, & sancto spiritui nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.
Cantor uerò canit hæc magna uoce:
Sanctus deus, sanctus immortalis, miserere nobis.
Dum hæc cantuntur, sacerdos dicit tacitè hanc orationem:
Deus sancte, qui in sanctis requiescis: qui ter sancta voce à Seraphim laudaris, & à Cherubim glorificaris, & ab omni supercœlesti potestate adoraris: qui à non ente ad esse producis vniuersa: qui hominem condidisti iuxta imaginem tuam & similitudinem, eumq; omni tua gratia coornasti, dans postulanti sapientiam & intellectum, non despiciens errantem, sed ponens ad salutem pœnitẽtiam: qui dignatus es nos humiles, & indignos seruos tuos, etiam in hoc tempore constituere in conspectu gloriæ sancti sacrarij tui, vt prouoluantur tuis miserationibus, & debitam tibi adorationem, & glorificationem offerãmus: ipse domine suscipe ex ore nostro peccatorum ter sanctum hymnum, & respice D nos in bonitate tua. Condona nobis omne delictum, & voluntarium, & inuoluntariũ, & sanctifica nostras animas, & corpora. Et da nobis in pietate seruire tibi omnibus diebus vitæ nostræ, precibus sanctæ deiparę, & omnium sanctorum, qui à seculo tibi placuerunt.
Sacerdos.
Attendamus. Pax omnibus.
Sapientia recta.
Cantor. Psalmus Dauid.
Diaconus. Attendamus.
Cantor. Quod proponitur.
Et post hoc quod proponitur, *sacerdos dicit:*
Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignis flammam. *Versus.* Psal.103.a
Benedic anima mea domino, & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius. Ibid.102.a
Tunc dicit epistolam ad Hæbræos.
Epistola Pauli. *Lectio.*
Fratres, Si enim p angelos dictus sermo fuit firmꝰ, &c. Hebr.2.a
Post epistolam sacerdos dicit:
Pax omnibus. E
Cantor. Sapientia recta.
Psalmus Dauid, & Alleluia.
Tunc uenit diaconus ad sacerdotem flexo capite, sacerdos autem orat super eum.
Dominus dabit verbum euangelizãtibus virtute multa, per preces domine nostrę, deiparę, & semp virginis Mariæ, sancti & glorioſi apostoli & euangelistæ huius. Psal.67.c
Et sacerdos.
Sapientia recta. Audiamus sanctum euangeliũ.
Diaconus. Ex Lucæ euangelio.
Et populus. Gloria tibi domine.
Et sacerdos: Attendamus.
Diaconus.
Dixit dominus discipulis suis: Qui vos audit, me audit: & qui spernit vos, me spernit, &c. Luc.10.c
Post euangelium, Diaconus.
Dicamus omnes ex tota anima, & ex tota mente dicamus.
Sacerdotis exclamatio. Ezec.18.g
Domine omnipotens deus patrum nostrorum, diues in misericordia, & bonus in miserationibus, qui non vis mortem peccatoris, sed expectas conuersionem & pœnitentiam, vt conuertatur & viuat. F
Diaconus.
Pro sancta domo hac, & iis qui cum fide, pietate, & timore dei ingrediuntur eam, rogemus.
Populus. Domine miserere.
Diaconus.
Vt liberet nos ab omni tribulatione, iræ, & necessitatis, dominum rogemus.
Oratio secreta.
Domine deus noster prolixam hanc supplicationem accipe à tuis seruis, & miserere nostri secundum multitudinem misericordiæ tuæ, & miserationes tuas dimitte super nos, & super omnem populum tuum expectantem abs te diuitem misericordiam.
Diaconus.
Vt propitius, beneuolus, & placabilis fiat, dominum rogemus.
Populus. Domine miserere.
Vt exaudiat dominus deus vocem deprecationis nostræ peccatorum, dominum rogemus.
Populus. Domine miserere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Pro ſpirituali noſtro patre, ſacræ legis adminiſtratore, & omni in Chriſto miniſterio, dominum rogemus.
Populus. Domine miſerere.
Pro omnibus qui ante nos laborarunt, & ſacris initiarunt, dominum rogemus.
Populus. Domine miſerere.
Pro circunſtante populo, & expectante abs te diuitem miſericordiam, dominum rogemus.
Populus. Domine miſerere.
Exclamatio ſacerdotis.
Quoniam miſericors, & amans hominum eſt deus, & tibi gloriam referimus, patri & filio, & ſancto ſpiritui, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.
Diaconus.
Precamini catechumeni dominum.
Fideles, pro catechumenis rogemus, vt dominus eorũ miſereatur.
Populus. Domine miſerere.
Catechiſabit eos verbo veritatis.
Populus. Domine miſerere.
Aperiet illis euangelium iuſtitiæ.
H *Populus.* Domine miſerere.
Aduniet eos ſanctæ ſuæ catholicæ, & apoſtolicæ eccleſiæ.
Populus. Domine miſerere.
Sacerdos.
Serua, miſerere, & cuſtodi eos deus tua gratia.
Diaconus.
Catechumeni capita veſtra domino flectite.
Oratio ſacerdotis ſuper catechumenos.
Domine deꝰ noſter qui in altis habitas, & humilia reſpicis, qui ſalutem hominum generi emiſiſti vnigenitum tuum filium, & deum dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, reſpice ſuper ſeruos tuos catechumenos, quiq; tibi ſuas ceruices inclinarunt, ac dignos eos facito in tempore opportuno, lotione renaſcentiæ, remiſſionem peccatorũ, & indumento incorruptionis. Aduni eos ſanctæ tuæ catholicæ, & apoſtolicæ eccleſiæ, & annumera eos electo tuo ouili.
Exclamatio ſacerdotis.
Vt & ipſi nobiſcum glorificent precioſiſſimum, & auguſtum nomen tuum, patris, & filij, & ſancti ſpiritus,
I nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.
Diaconus.
Quotquot eſtis catechumeni accedite. Catechumeni accedite. Quotquot eſtis catechumeni accedite. Ne quis catechumenorum: quotquot eſtis fideles, etiã atque etiam in pace dominum rogemus.
Oratio fidelium prima.
Gratias agimus tibi domine deꝰ virtutum, qui dignatus es nos, vt aſſiſtamus, & nunc tuo ſancto ſacrario, & vt prouoluamur tuis miſerationibꝰ, pro noſtris peccatis, & populi ignorantiis, ſuſcipe deus deprecationẽ noſtram: fac nos dignos, vt offeramus tibi deprecationes: & ſupplicationes, & ſacrificia immaculata pro populo tuo: & idoneos nos redde, quos poſuiſti in miniſterio tuo hoc, in virtute ſpiritus tui ſancti, ſine cõdemnatione, & offeſa in puro teſtimonio cõſciẽtiæ noſtræ, vt inuocemus te in omni tẽpore, & loco, vt exaudiẽs nos propitius nobis ſis in multitudine bonitatis tuæ.
Diaconus.
Defende, ſerua, miſerere, cuſtodi nos deus tua gratia.
Populus.
†In exemplari quodã Græco deeſt. Domine miſerere, & cuſtodi nos deus.†
Sapientia.

Quoniam te decet omnis gloria, honor, & adoratio, patrem, & filium, & ſanctum ſpiritum, nũc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.
K ſunt, & cuſtodi nos deus. Et poſt Sapientia ponitur ἐκφώνησις τοῦ ἱερέως
Diaconus.
Etiam atque etiam dominum rogemus.
Diaconus autem dicit litanias.
Oratio fidelium ſecunda.
Iterum & ſæpius tibi prouoluimur, & te rogamus bone, & humane, vt reſpicias ad deprecationem noſtrã. Purifica noſtras animas, & corpora ab omni inquinamento, carniſq; & ſpiritus: & da nobis, vt innoxij, & ſine condẽnatione aſſiſtamus ſancto tuo ſacrario: da verò deus etiã his, qui nobiſcũ rogant profectũ vitæ, & fidei, & intelligentiæ ſpiritualis. Da ipſis ſemper cũ timore & dilectione ſeruientibus tibi, citra, noxam & abſq; condẽnatione participes eſſe ſanctorũ tuorũ myſteriorũ, & ſupercœleſti tuo regno digni habeantur.
Diaconus.
Defende, ſerua, miſerere noſtri deus tua gratia.
Populus. Domine miſerere.
Sapientia.
Exclamatio ſacerdotis. L
Vt à tua virtute ſemper ſeruati tibi gloriã referamus, patri, & filio, & ſancto ſpiritui, nũc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.
Oratio cherubici, à ſacerdote prolata.
Nullus dignus eſt implicitus carnalibus deſideriis & voluptatibus, accedere, aut appropinquare, aut miniſtrare tibi rex glorię. Siquidem miniſtrare tibi magnũ, ac formidandũ etiam ſupercœleſtibus virtutibus. Attamen propter ineffabilem & immenſam tuam humanitatem intrepidè & irreuocabiliter factus es homo, & ſummus pontifex noſter. Sacrificiorum ritum inſti tuiſti, ac ſolennis huius & immaculati ſacrificij celebrationem nobis tradidiſti, tãquam dominus omniũ. Tu enim ſolus domine deus noſter dominaris ſupercœleſtibus, & terreſtribus, qui ſuper thronum Cherubicum veheris, qui Seraphim dominus rex Iſraël, qui ſolus ſanctus, & in ſanctis requieſcis. Te igitur ergo ſolum bonum & placabilem, reſpice ad me peccatorem, & antiquum ſeruum tuum, ac purga animam meam, & cor à conſcientia mala, & idoneum me redde, virtute tui ſancti ſpiritus indutũ, tui ſacerdotij, gratia: vt aſſiſtã ſanctæ tuæ, huic menſæ, cõſecrem ſanctũ & immaculatum tuum corpus, & precioſum ſanguinẽ. Ad te enim accedo inflexa mea ceruice, & precor te, ne auertas faciẽ tuam à me, neq; reprobes me à pueris tuis: ſed patiaris, vt offerantur tibi à me peccatore, & indigno ſeruo tuo dona hæc. Tu enim es, qui offers, & offerris, & accipiens, & dans. Chriſte deus noſter. Ac tibi gloriam referimus, cum patre tuo initio careẽte, & ſanctiſſimo, ac bono, ac viuificante tuo ſpiritu, nũc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.
†Legiſſe videtur ἀπροσκόπως & χρείου. i. inutilem. M
Et cùm ſacerdos dicit hanc orationem, cantores canunt hæc:
Qui Cherubim myſticè repræſentamus, & viuificanti trinitati ter ſanctum hymnum canimus, & omnem vitæ deponimus ſolicitudinem, tanquam regem omniũ ſuſcipientes, & angelicis inuiſibiliter ſtipati agminibus, Alleluia.
Sacerdos uerò poſt orationem ſequitur diaconum, & uadit ad oblationem. Et inclinatis capitibus ter in terram, ſumunt, diaconus quidem corpus, ſacerdos uerò ſanguinem, & exeunt ex præſtio, dicẽte ſacerdote paululum egreſſo.
Meminerit

A Meminerit tui dominus deus in regno ſuo, nũc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.
Et ſi quis eſt epiſcopus, dicit:
Sancte ſacerdos, memento mei.
Sacerdos autem dicit.
Meminerit tui dominus deus noſter in regno ſuo.
Et iterum, ac tertiò dicit:
Lucæ.23.c Memento mei, dum veneris in regnum tuum.
Poſt hæc ingreſſi alterum oſtium, ponunt ſacra dona in magno altari. Et dicit ſacerdos hæc.
Ioan.19.g Decorus ille Ioſeph à ligno deponens immaculatũ corpus tuum, ſindone pura inuoluit, & aromatibus, impoſuit monumento nouo.
Diaconus egrediens dicit:
Impleamus deprecationem noſtram domino.
Populus. Domine miſerere.
Diaconus.
Pro appoſitis & ſanctificatis precioſis donis, dominũ rogemus.
Populus. Domine miſerere.
Diaconus.
B Pro ſancta domo hac, & cum fide, pietate, ac timore dei ingredientibus in eam, dominum rogemus.
Populus. Domine miſerere.
Diaconus.
Vt liberet nos ab omni tribulatione, iræ, & neceſſitatis, dominum rogemus.
Populus. Domine miſerere.
Oratio poſt depoſitionem ſanctorum donorum à ſacerdote.
Domine deus noſter, qui omnipotens es, qui ſolus ſanctus, qui accipis ſacrificium laudis ab iis, qui inuocant te in toto corde, accipe & noſtram peccatorum deprecationem, & adducito in ſanctum tuum ſacrarium. Et idoneos nos redde ad inferenda tibi dona & ſacrificia ſpiritualia pro noſtris peccatis, & populi ignorantiis, & dignos nos fac: vt inueniamus gratiam in conſpectu tuo, vt acceptabile fiat ſacrificium noſtrum, & vt obumbret ſpiritus gratiæ tuæ bonus ſuper nos, & ſuper propoſita dona hæc, & omnẽ populum tuum.
Populus. Præſta domine.
Subueni, ſerua, miſerere, & cuſtodi illos deus tua gratia.
C *Populus.* Præſta domine.
Diem omnem perfectum, ſanctum, pacificum, peccati expertem à domino poſtulemus.
Populus. Præſta domine.
Veniam & remiſſionem peccatorum, & delictorũ noſtrorum à domino poſtulemus.
Populus. Præſta domine.
Honeſta & conducibilia animabus noſtris, & pacem mundo à domino poſtulemus.
Populus. Præſta domine.
Reliquum tempus vitæ noſtræ in pace & pœnitẽtia noſtra, à domino poſtulemus.
Populus. Præſta domine.
Chriſtianum finem vitæ noſtræ, doloris, ac turpitudinis expertem, pacatum, & honeſtam defenſionem, à domino poſtulemus.
Populus. Præſta domine.
Sanctiſſimæ, immaculatæ, ſuper omnes benedictæ, dominæ noſtræ deiparæ, & ſemper virginis Mariæ, cum omnibus ſanctis memoriam facientes, noſipſos, & inuicem, & omnem vitam noſtram Chriſto deo noſtro commendemus.
Tomus quintus.
Exclamatio. D
Propter miſerationes vnigeniti tui filij, cum quo benedictus es, cũ ſanctiſſimo, & bono, & viuificante tuo ſpiritu, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.
Sacerdos. Pax omnibus.
Populus. Et cum ſpiritu tuo.
Diaconus.
Diligamus inuicem, vt in concordia confiteamur.
Populus.
Patrem, filium, & ſanctum ſpiritum, trinitatem vnius eſſentiæ, & inſeparabilem.
Tunc oſculatur ſacerdos operculum quater, & dicit:
Hoſtia hoſtia, in ſapientia attendamus.
Lector autem dicit:
Credo in vnum deum, patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ, viſibiliumq; omnium & inuiſibiliũ, & in vnum dominum, & reliqua.
Poſt ſymbolum autem dicit ſacerdos:
Stemus honeſtè. Stemus cum timore dei. Attendamus ſacram ſublationem in pace offerre.
Chorus.
Miſericordiam pacis. Laudis hymnum. E
Exclamatio ſacerdotis.
Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, & dilectio dei patris, & communio ſancti ſpiritus cum omnibus vobis.
Populus. Amen.
Diaconus. Surſum habeamus corda.
Populus. Habemus ad dominum.
Diaconus. Gratias agamus domino.
Populus. Dignum & iuſtum.
Sacerdos ſecretè:
Dignum & iuſtum te canere, te benedicere, te laudare, tibi gratias agere, te adorare in omni loco dominationis. Tu enim es deus ineffabilis, incogitabilis, inuiſibilis, incomprehenſibilis, ſemper exiſtens, eodem modo exiſtens, tu & vnigenitus tuus filius & ſpiritus tuus ſanctus. Tu à nihilo ad eſſe nos produxiſti, prolapſos reſtituiſti rurſum, neque deſtitiſti omnia facere, donec nos in cœlum ſubduceres, & regnum largireris futurum. Gratias agimus tibi, & vnigenito tuo filio, & ſpiritui tuo ſancto, pro omnibus quæ ſcimus & quæ non ſcimus, manifeſtis & occultis beneficiis tuis in nos collatis. Gratias agimus tibi & pro hoc miniſterio, quod è F manibꝰ noſtris accipere dignatus es. Et quidẽ tibi aſſiſtũt milia archangelorũ, & multa milia angelorũ, Cherubin ac Seraphin, ſenis alis, pluribus oculis, ſublimia pennata.
Exclamatio ſacerdotis.
Victorialem hymnum canentia, vociferantia, clamantia, & dicentia:
Populus.
Sanctus, ſanctus, ſanctus, dominus ſabaoth. Pleni ſunt cœli & terra gloria tua: oſanna in excelſiſſimis.
Benedictus qui venit in nomine domini.
Sacerdos autem inclinato capite dicit:
Cum his & nos beatis poteſtatibus domine hominum amator clamamus, & dicimus: Sanctus es, & totus ſanctus: tu & vnigenitus filius tuus ac ſpiritus ſanctus, ſanctus es, & totus ſanctꝰ, & magnifica gloria tua, qui mũ Ioan.3.b dũ tuum ſic dilexiſti, vt filium tuum vnigenitũ dares, vt omnis credens in illum non pereat, ſed habeat vitam æternam: qui veniens & omnem pro nobis diſpẽſationem adimplens, nocte qua traditus eſt, magis autem ſeipſum tradidit pro mundi vita, accipiens panẽ in ſanctis ſuis, & immaculatis, & incontaminatis ma

 nibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gnibus,gratias agens,benedicens,sanctificans,frangens dedit sanctis suis discipulis & apostolis,dicens: Accipite,comedite,Hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur in remissionem peccatorum,Amen. Mat.26.& Mar.14.c & Luc.22.b

Similiter postquàm cœnatum est,accipiés calicem, & benedicens,dicit: Bibite ex eo omnes. Hic est sanguis meus noui testaméti, qui pro vobis & multis effunditur in remissionem peccatorum.

Secreta oratio.

Memoriam igitur agentes salutaris huius mandati,& omnium pro nobis factorum,crucis,sepulchri,triduanæ resurrectionis, in cœlos ascensionis , ad dexteram consessus,secundi & glorioſi rursum aduentus.

Exclamatio ſacerdotis.

Tua ex tuis tibi offerentes,& omnia,& per omnia.

Chorus.

Te laudamus,tibi benedicimus,tibi gratias agimus.

Rursus inclinato capite dicit ſacerdos:

Propter hoc tibi offerimus rationalem hunc, & immaculatum cultum,& inuocamus,& rogamus,& supplicamus.Emitte spiritum tuum sanctũ super nos, & super proposita dona hæc,Amen.

H *Et ſurgens,obſignat ſacra dona,& dicit:*

Et fac panem quidem hunc preciosum corpus Christi tui,Amen.

Et in calice dicit:

In calice verò hoc preciosum sanguinem Christi tui, transmutans spiritu tuo sancto.

Sacerdos orat.

Vt fiat assumentibus in lotionem animarum,in remissionem peccatorum , in cõmunionem sancti spiritus, in regni cœlorum impletionem , in fiduciam apud te, non in iudicium,non in condemnationem . Præterea offerimus tibi rationalẽ hunc cultũ,pro in fide requiescentibus maioribꝰ,patribus,patriarchis,prophetis, & apostolis,præconibus,& euangelistis, martyribus,confessoribus,cõfitẽtibus, & omni spiritu in fide initiato. Præcipuè pro sãctissima,immaculata, super oẽs benedicta,domina nostra deipara, & semp virgine Maria. Vt verè dignũ & iustum est , glorificare te deiparã,& semper beatissimam,& penitus incontaminatam matrem dei nostri,honoratiorẽ Cherubim,& gloriosiorẽ

I incomparabiliter Seraphim, quæ citra corruptionem deum peperit:verè deiparam te magnificamus.

Hæc canente choro ſacerdos dicit:

Lucæ.1.c Aue gratia plena Maria dominus tecum,benedicta tu in mulieribus,& benedictus fructus ventris tui : quoniam saluatorem peperisti animarum nostrarum.

Oratio.

Honorabilium,incorporalium,supercœlestium,sancti Ioannis prophetæ præcursoris & Baptistæ, sanctorum gloriosorum & omnino celebrium apostolorum, sancti huius cuius & memoriam agimus, & omnium sanctorum tuorum, quorum supplicationibus respice nos deus, & memento omnium qui dormierunt in spe resurrectionis & vitæ æternæ, & requiescere eos facito, vbi videtur lumen vultus tui.

Adhuc te inuocamus. In primis memento domine omnis episcopatus orthodoxorum rectè interpretantium verbum tuæ veritatis,tocius sacerdotij, in Christo diaconatus & omnis sacerdotalis ordinis.Etiã offerimus tibi rationale hoc obsequium pro orbe terrarum,pro sancta catholica & apostolica ecclesia,pro iis quoq; qui in pura & casta vita degunt.Pró fidelissimis & Christũ amantibus nostris regibus, omni palatio & exercitu illorum.Da illis domine pacificum robur, vt K & nos in tranquillitate illorum pacatam & quietã vitam agamus in omni pietate & religione.

Exclamatio.

In primis memẽto domine omnis episcopatus orthodoxorũ & rectè interpretantiũ verbum tuæ veritatis.

Chorus.

Et quos quisque in animo cogitat.

Diaconus.

Et da nobis vno ore & vno corde glorificare & celebrare preciosum & augustum nomen tuum patris , & filij,& sancti spiritus,nunc & semper,& in secula seculorum.

Et sint misericordiæ magni dei & saluatoris nostri Iesu Christi cum omnibus nobis.

Populus. Amen.

Omnium sanctorum memoriam agentes,etiam atque etiam in pace dominum rogemus.

Super adductis,& sanctificatis preciosis donis, dominum rogemus.

Populus. Domine miserere.

Quoniam humanus deus noster , qui suscepit hæc in L sanctum & supercœleste & intellectuale sacrarium suum.

Populus. Domine miserere.

Vt vicissim dimittat & nobis diuinam gratiam & cõmunionem sancti spiritus,dominum rogemus.

Populus. Domine miserere.

Vt liberet nos ab omni tribulatione,ire,& necessitatis, dominum rogemus.

Populus. Domine miserere.

Oratio.

Memento domine gregis nostri huius in quo habitamus,& totius ciuitatis & regionis, & in fide habitantium in ipsis.Memento domine nauigãtium, viatorũ, ægrotantium,laborãtium,captiuorum,& salutis ipsorum.Memento domine fructificantium & laborantiũ in sanctis tuis ecclesiis,& qui pauperum meminerunt, & super omnes nos misericordias tuas emitte.

Sacerdos inclinans orat:

Tibi commendamus vitam nostram omnem & spem domine amator hominum , & inuocamus te,& rogamus,& supplicamus . Dignos nos facito,vt participes M simus supercœlestium tuorum & tremendorum mysteriorum huius sacræ & spiritualis mensæ cum pura conscientia in remissionem peccatorum,in condonationem delictorum,in spiritus sancti communionem, in regni cœlestis hæreditatem,in fiduciam erga te, nõ in iudicium aut condemnationem.

Diaconus.

Defende serua,miserere, & custodi nos deus tua gratia.

Diem omnem perfectum,sanctum,pacificum , & sine peccatis à domino postulemus.

Populus. Præsta domine.

Nuncium pacis,fidelem ducem,custodem animarum & corporum nostrorum,à domino postulemus.

Populus. Præsta domine.

Veniam & remissionem peccatorum & delictorũ nostrorum à domino postulemus.

Populus. Præsta domine.

Honesta & conducibilia animabus nostris, & pacem mundo,à domino postulemus.

Populus. Præsta domine.

Vt reliquum tempus vitæ nostræ in pace finiamus, & pœnitentia

A pœnitentia nostra,à domino postulemus.

Populus. Præsta domine.

Christianum finem vitæ nostræ,doloris & turpitudinis expertem , pacatum, & honestam purgationem, à domino postulemus.

Exclamatio ſacerdotis:

Et dignos fac nos domine,vt cum fiducia & sine condemnatione audeamus inuocare te supercœleste deũ, & dicere: *Populus.*

Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomẽ tuum: & reliqua. *Exclamatio.*

Quoniam tuum est regnum,& potestas, & gloria, patris,& filij,& sancti spiritus , nunc & semper,& in secula seculorum,Amen.

Sacerdos. Pax omnibus.

Diaconus. Capita vestra deo inclinate.

Sacerdos dicit orationem hanc:

Gratias agimꝰ tibi rex inuisibilis, qui immẽsa tua virtute omnia condidisti , & multitudine misericordiæ tuæ à nihilo ad esse vniuersa produxisti ; ipse domine cœlitus respice ad seruos tuos inclinantes tibi sua ca-

B pita.Non enim inclinarunt carni & sanguini , sed tibi metuendo,& humano deo. Tu igitur domine proposita dona omnibus nobis in bonum exeques iuxta propriam cuiusq; indigentiam, cum nauigãtibus nauiga, cum viatoribus viam ambula,ægrotos sana , medicus animarum & corporum.Gratia & miserationibus , & humanitate vnigeniti tui filij,cum quo benedictus es, cum sanctissimo,& bono,& viuificãte tuo spiritu,nũc & semper,& in secula seculorum,Amen.

Sacerdos orat:

Attẽde domine Iesu Christe deus noster, de sancto habitaculo tuo,& de throno gloriæ regni tui, & veni ad sanctificandum nos,qui in excelsis vna cũ patre sedes, & hic nobiscũ inuisibiliter ades , & dignos nos redde potente manu tua , vt participes simus immaculati tui corporis,& preciosi tui sanguinis, & per nos omnis populus.

Sacerdos autem ſpargit fumum incenſi ſacris.

Exclamatio. Attendamus.

Sacerdos eleuans ſanctum panem dicit:

Sancta sanctis.

C *Chorus dicit:*

Vnus sanctꝰ,vnus dominus Iesus Christꝰ in gloria dei patris.

Sacerdos autem eleuat panem,dicens:

Super cœlos deus,& super omnem terram gloria eiꝰ effusa est.

Diuiſurus ſacerdos panem,dicit:

Diuiditur agnus dei, & tollit peccatum mundi.

Et accipiens ſacerdos ex pane particulam mittit in calicem,dicens:

Plenitudo spiritus sancti , nunc & semper,& in secula seculorum,Amen.

Et tũc ſacerdos aſſumit,& populus canit, & ſacerdos poſitus particula diuini corporis,dicit:

Conuiuij tui mystici hodie fili dei communionem assumpsi,non tamen hostibus tuis dixi mysterium, Neq; osculum tibi dabo quemadmodum Iudas , sed veluti latro ille confitebor tibi.Memento mei domine , cùm veneris in regnum tuum. Luc.23.c

Hanc orationẽ dicit eo priuſquam aſſumant diuina.

Deus remitte,dimitte,ignosce mihi peccatori peccata mea & voluntaria & inuoluntaria, siue in cognitione,siue in ignorantia,siue in verbo,siue in opere,siue in concupiscẽtia feci,omnia ignosce:quoniam bonus, & D humanus,longanimis, & multæ misericordiæ . Et intercessione immaculatæ , dominæ nostræ deiparæ , & semper virginis Mariæ dignum me fac, vt sine condemnatione accipiam immaculatum tuum donum in remissionem peccatorum in vitam æternam , in purgationem malarum mearum cogitationũ, in illustrationem mandatorum tuorum: quoniam te decet gloria,honor,& adoratio,patrem,& filium,& sanctũ spiritum,nunc & semper, & in secula seculorum,Amen.

Oratio.

Fiat mihi domine Iesu Christe corpus tuum sanctum in remissionem peccatorum meorum, & sanguis tuus preciosus in vitam æternam.Et in secundo tuo aduentu annumera me iustis tuis,& electis ouibus.

Oratio.

Gratias agimus tibi domine humane benefactor animarũ nostrarum , quoniam & hodierno die dignatus es nos supercœlestibus tuis & immortalibꝰ mysteriis: dirige nostram viam , confirma nos in timore tuo omnes,custodi vitam nostram , stabili nostros gressus, precibus& supplicationibus sanctæ deiparæ,& semper E virginis Mariæ,& omnium sanctorum.

Tunc aperitur magnum oſtium ſuſpenſis lucernis.

Et ſacerdos oſtendit calicem populo,dicens:

Cum timore dei,& fide,& dilectione accedite.

Chorus dicit:

Benedictus,qui venit in nomine domini.

Sacerdos dicit:

Benedictus deus noster,nũc & semper,& in secula seculorum,Amen.

Diaconus egreſſus è ſancto altari, dicit:poſt depoſitionem ſanctorum donorum:

Recti qui participes fuimꝰ diuinorũ,immaculatorum, immortaliũ,supercœlestium,viuificantiũ,tremendorũ mysteriorũ dignè in omnibus gratias agamꝰ domino.

Diaconus addit:

Defende,serua,miserere, custodi nos deus tua gratia. Omnem diem perfectum,sanctum,pacatum, & peccati expertem postulantes,nosipsos,& inuicem,&c.

Exclamatio.

Quoniam tu sanctificatio nostra,& tibi gloriam referimus,patri,& filio,& spiritui sancto. F

Diaconus. In pace accedite.

Populus. In nomine domini.

Diaconus. Dominum rogemus.

Populus. Domine miserere.

Oratio poſt ambonem.

Qui benedicis benedicẽtibus tibi domine,& sanctificas in te confidentes,salua populum tuum , & benedic hæreditati tuæ.Plenitudinẽ ecclesiæ tuæ custodi , sanctifica diligentes decorem domus tuæ.Tu ipsos vicissim glorifica diuina tua virtute , & ne deseras nos speIacob.1.b rantes in te:pacem mundo tuo da,ecclesiis tuis, sacerdotibus,regibus nostris,exercitui,& omni populo tuo: quoniam omne donum bonum,& omne datum perfectum desursum est descendens ex te patre luminũ . Et tibi gloriam,& gratiarumactionem , & adorationem offerimus,patri,& filio,& sancto spiritui, nunc & semper,& in secula seculorum, Amen. Ἀναλογῶ locus ædi-tus ascen-sus.

Tunc populus dicit:

Sit nomen domini benedictum, ex hoc nunc & vsque in seculum. Pſal.71.d

Benedicam dominum in omni tempore , semper laus eius in ore meo:& reliqua. Ibid.33

Sacerdos

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sacerdos autem benedicit sancta,& exuit.
Qui ipse es impletio legis & prophetarũ Christe deus noster,qui impleſti omnem paternam diſpẽſationem, imple gaudio & exultatione corda noſtra,nũc & ſemper,& in ſecula ſeculorum,Amen.
Deo gratia.
Miſſæ diui Ioannis Chryſoſtomi finis.

EX EPISTOLIS DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, archiepiſcopi Conſtantinopolitani, quas non dubium eſt numeroſas fuiſſe, etiam teſtibus iis, qui tanti doctoris uitam deſcripſerunt, quatuor hactenus ſolùm impreſſæ circunferuntur.

Nos autem inter ſedulò euoluenda uiri huius beati opera deprehẽdimus paræneſim illam, quæ ad Theodorum lapſum prior eſt,epiſtolam eſſe genere quidem paræneticò deſcriptam. Quare in hũc locum relegauimus, ſuppleturam quintæ epiſtolæ uicem. Proinde homilia illa,quæ ad Theodorum monachum eſt, cùm ſit epiſtolaris,non incongruè implebit ſextam. Septimam item,ea, quæ eſt ad Eutropium & alios aliquot. His ſeptem octauam attexuimus eam,quæ ad Olympiam eſt, nunquam hactenus excuſam typis,quæ utinam tam fœlicem nacta eſſet interpretẽ,quàm eſt ſententiis prægnans. Bene uale lector.

INNOCENTIO EPISCOPO ROMAE

domino meo reuerendiſſimo, pientiſſimoq;, Ioannes in domino ſalutem.

ETiam ante quàm redditæ ſunt literæ noſtræ, opinor pietatem veſtrã audiuiſſe, quid nam hic patrare auſa fuerit iniquitas. Ea enim rerum eſt magnitudo & grauitas, vt nulla fermè orbis pars relicta ſit, quæ triſtem hãc tragœdiam non audierit. Quãdoquidẽ fama vſq; ad fines terrę perlata,plurima vbique lamenta & eiulatus,excitauit. Verùm quia non ſatis eſt plãgere,ſed opus etiã,vt cura geratur,& ſpectetur qua ratione, & quo cõſilio grauiſſima illa eccleſiæ tempeſtas ſedetur. Proinde neceſſarium eſſe duximus, vt perſuadeatur Demetrio,Panſophio, Pappo,& Eugonio,dominis meis maximè venerabilib⁹,piiſq; epiſcopis,relictis negotiis propriis,pelago ſe committere:ſuſceptaq; longinqua peregrinatione hac,ad veſtrã properare charitatem,de omnibus vos manifeſtè docentes,quò quãtocyus rebus ſuccurratur. Miſimus autem cum eis venerabiles dilectoſq; diaconum Paulum & Cyriacum, qui & ipſi, quæ facta ſunt,charitati veſtræ exponẽt: Et nos quoque paucis,in epiſtolæ forma docebimus. Theophilus ille,qui Alexandrinæ eccleſiæ epiſcopatum regendum ſuſcepit,cùm à pientiſſimo rege, cui aduerſus illum quædam nunciata erant, iuſſus eſſet venire ſolus, collecta multitudine epiſcoporũ non paucórũ huc venit, quo præludio, quaſi declarare volebat,ſe ad bellum & ad aciem pergere, cumq; in Gangrã,diuinoq; cultui deditam vrbem Cõſtantinopolim ingreſſus eſſet, iuxta cõſuetudinem & conſtitutionem hactenus obſeruatã nõ intrauit in eccleſiã, neq; ad nos acceſſit,neq; participẽ ſe fecit, vel ſermonis, vel precum,vel communionis:ſed egreſſus è naui, & prætercurſis eccleſiæ veſtibulis,alicubi extra vrbẽ diuerſatus eſt,tametſi nos plurimũ obſecrarem⁹ & ipſum, & eos qui cum ipſo erãt,vt apud nos diuerteret. Erant enim diuerſoria,& omnia alia quæ oportebat, bene inſtructa. At neq; illi, neq; ipſe nobis morem gerebãt. Vnde nos ea videntes,valde cõſternabamur animo: & quãuis iniuſtarũ illarũ inimicitiarum cauſam nullam inuenire poſſemus,nihilominus tamen officium eis, quod illi nobis debebant,impendimus. Nam iterum atq; iterum eum obſecrauimus,vt ſe nobis coniungeret,ac diceret cuius gratia,ſtatim ab initio tantũ excitaret bellũ,tantamq; vrbẽ ſeditioſam faceret. Verùm, cùm ille cauſam dicere nollet,neq; vrgerẽt accuſatores ei⁹: vocauit nos rex pientiſſimus, & iuſſit vt iremus ad locũ, in quo ille agebat,reiq; ſummam ab eo audiremus. Nã inſidias,& cædes,& alia plurima cauſabantur:nos autem ſcientes leges patrũ,viroq; honorẽ habentes, habentes etiã ſuper hac re eius literas, Oportere in quibuſq; prouinciis ſua negotia tractari,tranſmontanosq; ad noſtra iudicia nõ trahẽdos,fortiter detrectauimus, ne cauſam ſuſciperemus iudicandã. Porrò ille ſicut & prius nobis obluctari cœpit, & multa authoritate vocato archidiacono meo,quaſi iam eccleſia viduata eſſet,ac epiſcopũ non haberet, clerum omnem ſibi per illũ adiunxit:factaq; ſunt eccleſiæ ſeditioſæ,& è ſingulis eccleſiis abducebantur clerici,& inſtruebantur, vt nos accuſarent, & libellos aduerſus nos producerent. Poſt hæc vocauit & nos ad iudiciũ,nondũ dilutis quæ aduerſum ſe erant cauſis,id quod contra omnes canones & leges eſt. Porrò nos ſcientes,q̃ non ad iudiciũ, ſed ad hoſtem & inimicum perrecturi eſſem⁹,id quod ſatis declarant,quæ prius ac poſtea ſunt facta,miſimus ad eum epiſcopos, Demetrium epiſcopũ Piſinatium, Eleuſium,Apamiæ, Lupinũ,Appiariæ: preſbyteros autem,Germanum & Seuerum,qui congrua lenitate reſponderent,ac dicerent:Non vitare nos iudicium, ſed inimicum apertum,& hoſtem manifeſtarium. Nam qui nondum acceptis libellis ſtatim ab initio talia fecit, & ſeipſum abſtraxit ab eccleſiæ precibus & communione,& inſuper accuſatores ſubornauit, clerũ ad ſe traxit,eccleſiam deſolauit: quomodo idoneus cenſeri poſſit huiuſmodi, vt in iudicis thronum conſcẽdat ſibi minimè congruentem? Neque enim cõgruum eſt, vt hi qui in Aegypto ſunt, iudicẽt eos qui in Thracia, & præſertim ille,qui ipſe reus eſt,inimicus & hoſtis. At ille nihil horum reueritus,magno ſtudio anhelabat,vt perficeret ea quæ mente conceperat. Cùm autem conteſtaremur paratos nos ad diluendum crimina, & ad innocentiam,ſicut & ipnocentes ſumus, declarãdam, coram centum,vel mille epiſcopis non aſſenſit:ſed licèt abſentes eſſemus,& ad ſynodum appellaremus,& iudicium inquireremus:& non auditorium,ſed manifeſtas inimicitias fugeremus: ipſe tamen accuſatores ſuſcepit,meos excommunicauit, & de illis, qui nondũ ſe de ſuis purgauerãt criminibus,libellos collegit: quæ omnia legibus & canonibus prohibita ſunt. Et quid opus eſt multùm dicere? nõ deſtitit omnia facere & tractare, donec nos vi,& potentia è ciuitate & eccleſia eiiceret, etiam iam prouecta veſpera, & vniuerſo populo nos attrahente. Tractus igitur vi, & abductus à magiſtratu ciuitatis,in media ciuitate,& in nauim coniectus per noctem nauigaui, eò quòd ad ſynodum & iudicium prouocaram. Quis hæc ſine lachrymis,etiam ſi cor lapideum habeat, audiret? Verùm ſicut prius dixi, ea, quæ perperam fiunt, non ſolùm deploranda, ſed & corrigenda ſunt: & ideò charitatem veſtram obſecro, vt prouocetur ad condolendum, faciendumq; omnia, quò mala hæc ſiſtantur.

ſiſtantur. Neque enim hic facinorum illius finis,ſed ad priora adiecit & alia. Nam poſtquàm eos qui eccleſiã inuaſerant pietiſſimus rex eiecit, & multi epiſcopi qui aderant cognoſcentes iniquitatem, & fugientes inſidias illorum,quaſi incẽdium depaſcens omnia,in ſuas regiones conceſſerunt, nosq; iterum in vrbẽ & in eccleſiam,à qua eiecti eramus, vocati ſumus,inducentibus nos epiſcopis ſupra triginta,& notario à rege pietiſſimo,in hoc miſſo:ille ſtatim aufugit,eò quòd ingreſſi mox obſecrabamus Chriſtianiſſimum regem,vt cõcilium cogeret,quo facta hæc iuſtificarentur. Malè cõſcius enim ſibi erat, & reprehenſionem pertimeſcens, & idcirco cùm regis literæ in omnia loca mitterẽtur, & vndequaque omnes congregarent,occultè,mediaq; nocte & ipſe & ſui cõſcẽſa naui elapſi ſunt. Porrò nos, vtpote conſcientiæ noſtræ fidentes, nõ propterea deſtitimus,ſed eadem iterum à Chriſtianiſſimo rege rogauimus. Qui & pro ſua pietate, miſſis ad illum nunciis,eum & omnes qui cum eo erant, ex Aegypto vocauit,vt rationem factorum redderent:neque ſufficere putarent ad defenſionem, quæ attentarant ex vna parte abſentibus nobis, tam iniuſtè contra tot ac tantos canones. Atqui regiis literis ille nõ obtemperauit, ſed domi manſit,prætexens ſeditionem populi, & intempeſtiuam feſtinationem: tametſi etiam illic erant qui ei reluctabantur:& populus quoque ante literas cõuiciis eum innumeris abluerat. Verùm hæc nos exactè proſequi nolumus, ſummatim nefarios illius conatus oſtendentes. Itaque nos non quieuimus,ſed in hoc incubuim⁹, orãtes regem,vt haberetur iudicium,in quo agere & reſpondere liceret. Dicebamus enim nos paratos ad oſtendendum nos non eſſe reos,ſed illos legum extremos tranſgreſſores. Erant autem relicti hic Syri,qui cum eo affuerant,& communiter omnia fecerant. Quos etiã acceſſimus,ad dandam rationem parati,atq; ſuper ea re ſæpe eos interpellauimus,obſecrantes vt dignentur nobis libellos & commentarios accuſationũ dare,vel genus criminũ,vel accuſatores ipſos ſignificare. Verùm nihil horum obtinuimus:iterumq; ex eccleſia eiecti ſumus. Quòd ſi quæ tunc contigerũt & omnem excedunt tragœdiã,enarrare vellẽ:quis ſermo explicaret? quæ auris ſine horrore perciperet? Cùm autẽ illa,quæ dixi,prætenderemus, ipſo magna ſabbato collecta man⁹ militũ, ad vesperam diei in eccleſias ingreſſa,clerũ omnem qui nobiſcũ erat,vi eiecit,& armis gradum vndiq; muniuit. Mulieres quoq;,quæ per illud tempus ſe exuerant,vt baptizarẽtur,metu grauiorum inſidiarum nudæ aufugerunt. Neque enim concedebatur,vt ſe velarent, ſicut mulieres honeſtas decet. Multæ etiam acceptis vulneribus eiiciebantur,& ſanguine implebantur natatoria,& ſancto cruore rubeſcebant fluẽta. Neq; hic rerum finis erat. Nam & ſanctuaria ingreſſi ſunt milites,quorum aliquos ſcimus nullis initiatos myſteriis, & viderũt omnia quæ intus erant. Quin & ſanctiſſimus Chriſti ſanguis,ſicut in tali tumultu cõtingit,in prædictorũ militum veſtes effuſus eſt. Ardebãtq; quaſi in Barbarica captiuitate omnia. Vulgus enim in ſolitudinẽ fugabatur, populus omnis extra ciuitatem verſabatur, eratq; in tãto feſto vacuæ eccleſiæ,& plures quàm quadraginta epiſcopi, qui nobis communicarãt,cum populo & clero,ſine cauſa fugabantur. Et ob prodigioſa flagitia,vbiq; per fora, per domos,per ſolitudines,per omnes ciuitatis partes, omnia lamẽtis,eiulatibus,fontibus lachrymarum,omni genus calamitatibus plenerant: & in tanto tumultu, & trepidatione ac planctu erant omnia,vt non modò qui affligebantur, ſed & qui nihil tale patiebantur: & non ſolùm qui noſtræ fidei erant, ſed & hæretici,& Iudæi, & gentiles, quaſi ciuitate capta nobiſcum dolebant. Talia auſi ſunt præter ſententiam pientiſſimi regis,nocte profunda,epiſcopis hæc inſtruentibus,& vbique militantibus,nec erubeſcentibus, quòd eſſent duces militum, & pro diaconis ſatellites præeuntes haberẽt. Facto autem die,omnis ciuitas extra muros ſub arboribus,& in nemora emigrauit, ibi feſtum diem celebrans,quaſi oues diſperſæ. Liceat vobis ex his & cætera omnia penſare:nam omnia quæ facta ſũt, ſermone complecti,vt dixi,impoſſibile eſt. Eſt autem & hoc perquàm moleſtum, quòd talia, tantaq; mala,nullum adhuc finem accipiunt: neque ſpes eſt quòd ſtatim finiãtur:ſed augentur indies magis ac magis,nosq; multis ridiculo facti ſumus,immo ridet nullus, etiam val de peruerſus:lugent autem omnes,propter extremam & inauditam hãc malitiam,malorum facilè colophonem. Quid, ſi quis dicet,de turbationibus etiam in aliis eccleſiis poſtea excitatis? Nõ enim hic ceſſauit hoc malum,ſed vſq; ad Orientem peruenit. Nam ſicut à capite quod malis humoribus plenum, & reliqua mẽbra corrumpuntur:ita & nunc quoq; tumultus, qui in hac magna ciuitate cœperunt,quaſi ex fonte in omnia loca effluunt,& clerici vbique in epiſcopos inſurgũt, & epiſcopi ab epiſcopis, & populi à populis ſciſſi ſunt, & alij' propediem ſcindentur, & expectatur vbique malorum partus, orbisq; totius ſubuerſio. Igitur domini maximè venerãdi,& pij, cùm hæc ita ſe habere didiceritis,ſtudium veſtrum,& magnam diligentiam adhibete,quò retundatur hæc, quæ in eccleſias irrupit iniquitas. Quippe ſi mos hic inualuerit: & fas erit cuiuis in alienam paræciam irrumpere, idq; ex tantis interuallis,& eiicere quos voluerit, & authoritate propria quæque pro libidine ſua facere,ſcitote quòd breui trãſibunt omnia, & totus orbis premetur bello non indicto,omnibus ab omnibus eiectis, & omnes eiiciẽtibus. Quapropter ne cõfuſio hæc omnem quæ ſub cœlo eſt nationẽ inuadat, obſecro, vt ſcribas quòd hæc tã iniquè facta,& abſentibus nobis, & non declinantibus iudicium,nõ habeant robur, ſicut neque ſua natura habent:illi autem,qui iniquè egerũt, pœnæ eccleſiaſticarum legum ſubiaceãt:nobis verò,qui nec cõuicti, nec redarguti,nec habiti vt rei, literis veſtris & charitate veſtra,aliorumq; omnium,quorum ſcilicet & antea ſocietate fruebamur, frui concedite. Si autem aduerſarij noſtri,qui ita iniquè egerunt, adhuc fingunt crimina quædam,propter quæ nos iniuſtè eiecerunt, nõ datis nobis neque commentariis,neque libellis, neq; manifeſtatis accuſatoribus, agemus & tuebimur etiã nos libenter cauſam, monſtrabimusq; illoſipſos, non nos reos eſſe eorum quæ nobis impingunt, ſicut & planè innoxij ſumus:& contrà, quæ ab ipſis facta,contra omnem ſunt honeſtatem, contra omnes leges, contra omnes eccleſiaſticos canones. Et quid dico canones eccleſiaſticos? Neque in Gentilium iudiciis, neq; in Barbarorum tribunalibus talia attentata ſunt vnquam. Neque Scythę,neque Sauromatæ vnquam iudicarunt, iudicium dandũ vni parti,abſente ea quæ accuſatur,& vitãte non iudicium,ſed inimicitias,& inuocãte multa milia iudicium,& proteſtante coram totò orbe declaraturam,ſe nõ eſſe ream, depulſuramq; crimina,& oſtenſuram ſuã innocentiam. Hæc igitur omnia cùm ita ſe habere intellexeritis à dominis meis pientiſſimis fratribus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gmis fratribus nostris episcopis,obsecro,vt præstetis id quod petent officij.Quo non solùm nobis gratificabimini,sed & ecclesiarum vniuersitati,mercedemq; accepturi estis à deo, qui nihil non propter ecclesiarum pacem facere dignatur.Sæper vale, & ora pro me domine dignissime & sanctissime.

INNOCENTIO EPISCOPO ROmæ,Ioannes in domino salutem.

COrpus quidem nostrũ, vno eodemq; loco tenetur,& stabilitum est:animus autem charitatis ala in vniuerso orbe circũuolitat.Proinde licèt tanta itineris intercapedine separati simus,à pietate tamẽ vestra non absumus,sed quotidie vobis præsentes sumus.Animi enim oculis videmꝰ vestram illã fortitudinem,& synceram affectionem, cõstantiamq; non mutabilem,& quòd vos consolari nos plurimum & perpetuò cupiatis. Quantò enim fluctus extollũtur sublimius,& plures latent scopuli,vehementioresq; vẽti sunt,& tempestates,tantò & vigilantia vestra augetur.Neque vos tanta viæ prolixitas, neque tantum tẽporis interuallum,neque causarum difficultas segniores reddidit:sed perseueranter imitamini optimos gubernatores,qui tunc maximè vigiles sunt, quando eleuari fluctus, & mare intumescere, & multas aquas in nauim inundare , grauissimamq; interdiu noctem ingruere vident . Eapropter & gratias vobis habemus multas,& desideramus quidem ad vos dare crebras literas,id quod nobis maximo foret solatio.Verùm quia solitudo huius loci intantum vos à nobis separat: neque facilè ad vos peruenire valent hi qui nobiscum agunt , vel etiam qui in vicino habitant , tum quòd in extremis finibus locus ille situs est,tum quòd latrones vias illas vndique obsident: precamur vt diuturnũ silentium nostrum efficiat,quòd magis nobis condolea tis, quàm quòd nos reos putetis negligẽtię.Neq; enim contemptus in causa est, quòd tacuimus . Nunc enim multo tempore venerabilem, & dilectum Ioannẽ presbyterũ, Paulumq; diaconum in hoc tenuimus,vt scriberemus.Perpetuas enim vobis gratias agimus , quòd paternam erga nos beneuolentiam declarastis . Nam quantũ in vestra pietate situm fuit , iam res omnes sedatæ & emendatæ,& sublata omnia scandala fuissent, gauderentq; ecclesiæ tranquilla & syncera pace:& essent planè secunda omnia,neq; contemptæ leges, neq; violatæ patrũ constitutiones forent. At illi in suis impiis operibus pergunt,& quasi antea nihil attentarint, ita priora malefacta recentibus vincere certant.Nolo autẽ omnia,quæ interim gesta sunt singillatim recensere,quandoquidẽ non solùm epistolæ,sed & historiæ modum transcenderet narratio.Cæterùm vestram oro vigilãtiam,cp licèt illi omnia tumultibus impleuerint, laborauerintq; morbis incurabilibus,& pœnitentię nõ capacibus:si tamen curari morbos voluerint, ne affligãtur,neque è cœtu abiiciãtur, considerata tãti operis magnitudine.Certamẽ enim illud fermè totius orbis est. Ecclesiæ vsq; ad genua humiliatæ sunt, populi dispersi,clerus diuexatus,episcopi exules, constitutiones patrum violatæ.Et idcirco iterũ atque iterũ, & sæpius vestram oro diligẽtiam,vt quantò maior est tẽpestas, tãtò maius adhibeatur studium . Expecto quidẽ futurum,vt aliquãto amplius corrigantur.Quod si minus fiet , vos vestram coronam paratam apud misericordem deum habetis:& hi, qui iniuria afficiũtur,consolationem ex incremẽto charitatis vestræ nõ minorem accipient.Nam & nos tertium nunc annum in exilio versamur,expositi pesti,fami,bello,continuis obsidionibꝰ,solitudini indicibili,quotidianæ morti , & Isauricis gladiis:& non mediocriter nos consolantur solida vestra fides & charitas, quæ se in me tam tenui & simplice oblectãt.Hic noster murus,hęc securitas:hic portus absque fluctibus , hic multorum bonorum thesaurus,hæc lætitiæ mirificæq; voluptatis causa est. Et si in desolatiorem, quàm ille est , locum iterum abigemur, non paruam hinc habentes nostrarum afflictionũ consolationem,abimus.

CYRIACO EPISCOPO exuli Ioannes exul.

AGè mœstitiæ tuæ vlcus denuò exhauriam , & cogitationes quæ tibi hanc tristitiæ nubẽ inuehũt,denuò discutiam.Quid enim est quod mœres & luges? An quòd periculosa tempestas , & luctuosum naufragium ecclesiam inuaserunt? Hoc & ego scio,nec est qui cõtradicat. Et si vis depingam formam rerum,quomodo sese habeant . Mare ab infima abysso,amotis repagulis omnibꝰ turbari cœpit, & naues relictis remis,& gubernaculis , manibus amplexati genua, & omni consilio propter tempestatem destituti,neque cœlum spectant, neque pelagus,fieq; aridam: sed in stratis iacent,plorantes & flentes.Et talia quidẽ in mari contingunt. Verùm in mari nostro,grauiores tempestates,grauioresq; fluctꝰ sunt: sed ora dominum nostrum Christum , qui non arte tempestatem sedat, sed nutu solo maris sæuitiam soluit.Ne sis autem pusillo animo,quòd licèt sæpe rogaueris,non tamen sis exauditus . Habet enim hanc cõsuetudinem deus . An non potuit ipse tres pueros liberare, vt non iniicerentur in caminum ignis?sed cum in seruitutem redacti, cùm in regionem Barbarorum abducti , cùm paterna hæreditate priuati essent, cum ab omnibus ignorarentur,& nihil eis penitus relictũ esset,tunc denique Christus verax deus repentè mirabili opere dispersit ignẽ. Ignis enim non ferès iustorum virtutem exiliit foris, & Chaldæos , quos circa caminum inuenit, incendit, fuitq; illis pœna caminꝰ pro ecclesia . Vnde & omnes creaturas aduocabant, tam visibiles quàm inuisibiles, angelosq; ac virtutes,& omnia complexi,dicebant:Benedicite omnia opera domini dominum . Vides quomodo patientia sanctorum, ignem in rorem conmutauit,tyrannumq; ita peregit, vt in omnem orbem terrarum literas mitteret:Magnus deus,inquit, Sidrack, Misak,& Abdenago. Et ecce quanta seueritate præcipit,statuens , quòd si quis verbum aduersus illos dixerit,domus eius confiscetur,facultatesq; diripiãtur. Ne igitur mœsto & pusillo animo sies . Etenim ego cum à ciuitate fugarer,nihil horum curabam, sed dicebã intra memetipsum : Si quidem vult regina me exulem, agat in exilium.Domini est terra & plenitudo eius.Et si vult secare,secet.Idem passus est & Esaias,subscribar illi.Si vult in pelagus me mittere,Ionæ recordabor: si vult in caminũ mittere,idẽ passi sunt tres illi pueri. Si me feris vult obiicere,obiiciat: Danielis in lacũ leonibus obiecti recordabor . Si me lapidare vult, lapidet me . Stephanũ habeo primũ martyrẽ sociũ.Si & caput tollere vult,tollat:habeo sociũ Ioannem Baptistã.Si & substantiã auferre,auferat . Nudus exiui de vtero matris meæ,nudus etiã abibo.Me admonet Apostolus:Hominis personã deus nõ accipit.Et si adhuc hominibus placerẽ,seruus Christi vtiq; nõ essem . Armat me & Dauid dicens: Loquebar coram regibus , & non confundebar . Multa quidem aduersus me conspirauerunt , & conixerunt,

Danie.3.e M

Ibidem.g

Psal.23.a In argumento Esaiæ. Ionæ.1.d

Danie.3.c Ibid.14.f

Act.7.8 Matt.14.a Iob.1.b

Act.10.c Galat.1.b

Matt.11.c Ibid.12.b

Psal.118.f

A dixerunt,quòd ad communionem non ieiunos recepe rim.Et si quidem hoc feci , expungatur nomen meum ex albo episcoporum,& non scribatur in libro orthodoxæ fidei.Quoniam ecce si tale quid admisi , abiiciat me etiam Christus è regno suo.Si autem pergunt hoc mihi obiicere & contendere,deponant & Paulum,qui Acto.16.f postquàm cœnauit,totam domum baptizauit . Depõnãt & Christum ipsum,qui postquàm cœnatum est, à Luc.22.b postolis communionẽ dedit.Dicunt,quòd cum mulier dormiuerim,exuite me, & inuenietis membrorum meorum mortificationem . Sed hæc omnia per inuidiam excogitarunt.Nam multum contristaris frater Cyriace,cp illi nos in exilium abegerunt, ipsi autem in concione fidenter ambulant,& loquuntur, multitudineq; satellitum stipantur.Verùm hoc loco mente versa Lazarum & diuitem.Vter illorum hoc seculo afflictus?vter fructũ accepit?Quid nocuit illi inopia?Nónne quasi athleta & victor in sinus Abrahæ abductus? Quid profuit huic opulentia , & quòd in purpura & byssо vitam egit?Vbinam qui fasces gestabant?vbi satellites?vbi equi aureis frenis?vbi parasiti,& regia mẽsa? Nónne vt latro vinctus in sepulchrũ abductus est, B nudam animam exportans,& clamans vana voce: Pa Luc.16.e ter Abrahæ,in mitte Lazarũ,vt riget,& refrigeret summitate digiti linguam meam,quia grauiter torqueor? Cur patrem vocas Abraham, cuius vitam non es imitatus? Ille omnem hominẽ in domo sua hospitabatur, tu autem neque inopis curam habebas.Non est ploranDum & flendum,quòd diues ille aquę gutta dignus nõ habetur.Micas cadentes de mensa,pauperi non dedit: quid mirum,si nunc gutta aquę non accipit?Hyeme non seminauit misericordiã, venit æstas,& nihil messuit.Est & hæc dispensatio domini, vt quando impios punit,& iustos remunerat, mutuum se videant & cognoscant.Etenim nunc martyres , suos quique tyrannos agnoscent,& tyranni suos quos afflixerunt martyres.Neque mea verba sunt hæc,sed sapientis,qui di- Sap.5.a cit:Tunc in magna fiducia stabit iustus aduersum eos, qui se afflixerunt.Nam sicut si viator,qui in æstu & calore ambulat,inuenitq; fontem limpidum,multi flagrãs: & magna fame laborans , exhibita mensa omnigenis dapibus instructa,prohibeatur à potentiore aliquo, ne mensam vel fontem cõtingat, nève cibis & aqua fruatur,valde graui dolore afficitur: Ita & in die iudicij vi C debunt impij sanctos lætari , & ipsi mensa regia frui non poterunt.Ita & deus Adamum punire volens,fecit eum è regione paradisi terram operari , vt locum illum desiderabilem quotidie videns, maiorem in anima dolorem haberet . Cæterùm nos,quanuis hic non conueniamus mutuum:attamẽ alibi nullus est qui prohibeat,ne simul versemur. Videbimus sanè eos,qui in exilium nos miserunt,sicut Lazarus diuitem,& martyres tyrannos.Ne igitur animo cõficiaris,sed esto memor prophetæ dicentis : Sobolem nationem hominis ne Esa.51.c timueritis,& ab improbitate eorum ne vincamini.Nã sicut lana tinea deuorabuntur,& sicut vestes veterascent. Cogita autem & dominum , quomodo statim à cunabulis persecutionem tulerit , & in terram barbaram fuerit missus.Qui terram continet, factus est nobis figura,ne deficeremus in tentationibus.Recordare passionum saluatoris , & iniuriarum quas tulit pro nobis.Alium Samaritanum vocabant , alij dæmoniacum,& voracem,& pseudoprophetam:dicebant enim,Ecce homo vorax & vini potor : & , In principe Matt.11.c dæmoniorum dæmonia eiicit. Quid autem quòd ali- Ibid.12.b

xerunt eum,vt præcipitarent? Quid , quòd in faciem D eius conspuerunt, & alapas ei dederunt? Quid , quòd aceto & felle potarunt,& arundine caput eius percus- Mar.15.b serunt?Quid,quòd eum circundederunt chlamyde,& spinis coronauerunt,& supplicando, omniq; alio irridendi genere deriserunt, circundederũtq; eum sangui narij illi canes?Quid,quòd ad passionem ductus,& nudatus,dereliquerunt̃q; eum omnes discipuli? Et vnus quidem negauit , alius etiam prodidit , alij autem omnes fugam inierũt , & solus ipse stetit nudus in medio illarum turbarum , quas festus dies coëgerat : & quòd vt malefactorem in medio malefactorum eum crucifixerunt: & quòd sepultura carens pendebat,neque deponebant ipsum à cruce donec precibus à quodam impetrat, qui eum sepeliret:& quòd sepulturam non habuit,conuiciaq; mala aduersus eum pronuncia bãt,& inter cætera,quòd discipuli ipsum furati essent, Mat.28.c & quòd non resurrexisset.Cogita item apostolos,quòd vbique persecutionem ferebant,& occultabantur in ciuitatibus,non valentes in aperto ambulare: & quomodo Petrus apud Simonem coriarium , & Paulus apud Acto.9.g mulierem purpurariam latuerint : neque enim diuiti- Ibidẽ.16.c bus fidere audebat,sed post hæc facta sunt omnia prospera:ita & nunc.Igitur ne sis tristi animo . Audiui enim & ego de deliro illo Nectario, quẽ regina in thro E no collocauit , quòd afflixerit fratres & virgines non volentes sibi communicare,& quòd multi illorũ propter me in carcere mortui sint . Nam lupus ille est in agnino habitu,& personam gerit episcopi,cùm sit adulter . Nam sicut adultera est mulier , quæ viuente viro alteri se coniunxerit:ita & ille non carnalis,sed spiritualis est adulter,qui me viuo sedem meæ ecclesiæ inuasit . Hæc tibi per epistolam significata sint à Cucusis Ciliciæ,quo loco regina me exulem manere iussit. Porrò in itinere multa aduersa mihi acciderunt, quæ non curauimus.Vbi autem in Cappadociæ prouinciã Taurociliciam venimus , multi sanctorum patrum chori nobis occurrerunt , in primis examina monachorũ & virginum,iuges lachrymarum fontes effundẽtium & flentium,eò quòd in exilium nos proficisci videbant, dicebantq;:Tolerabilius fuisse, si Sol radios suos retraxisset obscuratus,quàm quòd os Ioãnis tacuit.Turbauerunt & afflixerunt hæc me non parum , eò quòd omnes propter me flentes videbam : alia enim omnia F non admodum curabam.Episcopus autem huius ciuitatis me perquàm humaniter excepit , multãq; in nos declarauit charitatem:atq; adeò si licuisset,sede sua nobis cessisset,ni nos à patribus præscriptam legem obseruassemus.Oro,& supplico , genuaq; tua contingo frater,abiice lustum moerorem tui,& nostri apud deũ memor esto, nobisq; rescribe precor.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI ad episcopos & presbyteros ob pietatem in carcere inclusos,epistola.

BEati vos ob carcerem,ob catenas , ob inuicta vincula:beati inquam, & ter beati,immo sæpius.Totum orbem vobis conciliastis.Etiam longè absentes , amicos vobis fecistis . Vbique terrarum & mariũ canuntur vestra præclara facinora:fortitudo,constans sententia , animusq; minimè seruilis. Nihil quod aliis videtur graue,vos deterruit:non tribunal,nó carnifex,nó tormentorũ coaceruationes, nó minæ,quę innumeras mortes nunciabãt: nõ iudex qui ignẽ ab ore flabat, nõ aduersarij qui frẽdebãt dẽtibus, & innumeris

Universidad de Deusto
Biblioteca

G & innumeris aliis insultandi modis gestiebant,nó tan
tæ calumniæ,non impudentissimæ accusationes, non
mors ante oculos quotidie proposita, sed hæc omnia
vobis vberem potius ac sufficiétem consolationis ma
teriam præstitére.Et idcirco clari quidem vos & cele
brant,ac prædicant vos omnes, non amici solùm, sed
& inimici ipsi,qui hæc effecerunt.Eorũ si quis introspi
ciat conscientiã,licèt non manifestè fateantur, inue-
niet etiam apud ipsos vestrũ miraculum magnificari.
Tanta res est virtus, vt illam etiam impugnantes ad-
mirentur.Tanta res est malitia,vt etiam ij qui eã opera-
rantur,cõdemnent.Et ita in hac vita res vestræ se ha-
bent.Quæ autẽ in cœlis fiunt, quis sermo dignè explicabit?Inscripta sunt nomina vestra in libro vitæ: cum
sanctis martyribus cõnumerati estis.Scio hæc ego cer
tò,non quòd in cœlum transcéderim, sed è diuinis o-
raculis didici.Nam si Ioannes ille infœcundæ fructus,
& eremi ciuis,nuptiis in quas peccabatur,patrocinat⁹
est:& cum præuaricationem corrigere non posset,ar-
guit tamen,& propterea in carcerem coniectus,& de-
collatus,martyr,& martyrũ primus est . Vos qui legi-
H bus, & constitutionibus patrũ, quas transgrediũtur a-
liqui,& sacerdotio,quod inuadunt & contaminant,pa
trocinamini , & propter veritatem hæc patimini , vt
cessent impudentes calumniæ: cogitate qualem acce-
Marc.6.c pturi sitis mercedem. Non licet tibi habere vxorẽ Phi
lippi fratris tui , dixit fortis & sublimis ille , satisq; ei
fuit ad recentem arguendi libertatem . Locuti estis &
vos,Et exposita sunt etiam vestra corpora pœnis, sup-
pliciis,tormentis.Nondum decapitati estis , sed longè
acerbiora tulistis. Non enim idem est breui temporis
momento caput amittere,& tanto tẽpore cum talibus
luctari doloribus,terroribꝰ,minis,vinculis, abductio-
nibus ad tribunal,carnificum manibus,syncophanta-
rum impudentissimis linguis,conuiciis,salibus, & di-
cacitatibus.Nam & hoc maximum certaminis genus,
ponitur; à beato Paulo in magnorum certaminũ or-
Heb.10.f dine,cũ sic ait:Recordamini dies pristinos , in quibus
illuminati,ingens certamen afflictionum sustinuistis.
Deinde certamen narrans , ipsum ponit sic dicendo:
Partim opprobriis & afflictionibus spectaculo estis,
partim cõmunicantes his, qui sic affliguntur . Si ergo
I qui cõmunicant , certant: multò magis qui sustinent.
Nó enim vnam,aut duas,aut tres,sed longè plures su-
stinuistis mortes: etsi non experientia , certum tamen
quòd animo . Gaudete igitur & plaudite.Dominus cœ
lorum iussit non solùm non dolere, vel frangi animo,
vel decidere,sed gaudere & exultare , quando nomen
Luc.6.d vestrũ tanquã malum eiicient . Quòd si in sycophan-
tiis gaudendũ,quando his accedunt calumniæ,verbe-
ra,tormenta , gladij acuti, vincula, catenæ, abductio-
nes,traductiones,inimicorum atroces cateruæ, cogi-
tate qualis merces,quàm coaceruatę erunt retributio-
nes.Gaudete igitur,exultate,viriles estote, corrobora-
mini,cogitate quot vestro exẽplo ad certamina arma-
tis,quantos fluctuabundos cõfirmatis, quãtos spiritus
resuscitatis. Nã afflictionibus vestris multũ profuturi
estis,nó solùm præsentibus, sed & absentibus : nec his
solùm qui vident,sed & his qui audiũt. Cõtinuò verse
Roma.8.d tur in ore vestro illud apostolicum dictum: Non sunt
æquales afflictiones,quæ nunc tolerantur, ad futuram
gloriam,in nobis reuelandã. Expectate: breui tẽtatio-
nũ finis erit liberatioq; perfecta. Orate etiã iugiter pro
nobis.Nã etsi viarũ prolixitate longè diuersis locis ha
bitamus,multoq; tẽpore à vobis segregati sumus:atta-
men vos vt præsentes & cõuiuentes nobis deamamus, K
vestrũ amicum caput exosculamur,coronatos vos ex-
pansis manibus excipimus.Expectate etiam vos ex mu
tua erga nos charitate lucrum vestrũ maximum.Nam
si magnam mercedem expectare licet his , qui vos a-
mant:cogitate quales vos,qui tãtis claretis virtutibus,
manent retributiones.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI AD

Theodorum lapsum parænesis prior, uel de reparatione lapsi,liber unus:uiro quodam docto interprete.

Hiere.9.a Vis dabit capiti meo aquã,& oculis meis fon
tem lachrymarum? Quod in tẽpore quidem
nũc dixerim,longeq; tempestiuius , q̃ tũ pro-
pheta ille:tametsi multas ciuitates deflere,aut vniuer-
sas gentes,consiliũ non est.Animam tuam deploro,nu
merosissimis adeoq; amplissimis populis adequatã di-
gnitate,imò multis nominibus digniorem. Quando-
quidẽ vnus iste melior est,qui dei voluntatẽ amplectitur,q̃ sunt decem milia transgressorũ. Melior nimirũ,
& tu pridẽ fuisti infinitis Iudæorum milibus . Qua de
causa nemo mihi vitio verterit,si ex propheta luctum
acerbiorẽ assumam,altioremq; dolorem ostendam.E- L
quidem nec ciuitatem aliquam euersam lugeo,neq; vi
ros iniustos in ius victoris coactos. Quinimo sacram
animam lugeo destitutam esse,deploratamq;, ac tem-
plum demolitum atq; extinctum , cui Christus nuper
præfuit,hoc est ornatum cogitationis istius,quẽ modo
exussit diabolus . Quis honestus & clarus non inge-
muit,qui incidit in ploratum prophetæ , qui animad-
uertit barbaram manũ sancta sanctorum prophanas-
se,& subiectis ignibus perdidisse omnia,Cherubim,ar
cam,tabulas lapideas , vrnã auream . Atqui damnum
istud illo est tantò perniciosius, quò illorum significa-
tio preciosior,quæ ad tuam ipsius animã pertinet . Tu
es illo sanctius tẽplum,quod neque auro, neque argen
to,sed ex gratia spiritus resplenduit: & in vicem Che-
rubim,atq; arcæ,Christũ & huius patrem , simul atque
consolatorẽ habuit conuersantẽ intra ipsum,at nõ am
plius habet. Vastum nũc est desertum,ac deformis nu
ditas à pulchritudine ac decore pristino,quando diui-
num & incredibile ornamentum detractũ est. Deser-
tum plenũ periculis,ac sine custode.Ibi nec ianua,nec
pessulũ,omnia omnibus patent corruptoribus animæ, M
turpibꝰ animi diiudicationibus. Si superbia,si scorta-
tio,si habendi libido animum captat,nemo prohibebit.
Principio quẽadmodum cœlum est inaccessum omni-
bus,ita fuit puritas cogitationis tuæ . Et fortè videor
incredibilia dixisse iis,qui vident destitutionẽ tuã, &
subuersionẽ:propterea doleo & lugeo , nec in hac ad-
uersitate cesso,quousq; te in pristina alacritate videro.
Hominibus hoc esse supra vires apparet,deo tamen o- Psal.112.a
mnia in manu sunt.Is est enim qui erigit è terra mẽdi
cũ,& è stercore exaltat pauperẽ,vt sedeat cũ principi-
bus cũ principibus populi sui . Is est qui facit incolere
sterilẽ in domo,matrẽ propter liberos lætantẽ. Itaq; ne
desperes ad optima cõmutari.Quòd si eaq; dæmõ tã-
tũ potuit,vt te à vertice illo & fastigio virtutis in ex-
tremũ malitię detruderet:multò magis deus in pristi-
nã te poterit vidicare libertatẽ,neq; in eã solùm,sed ti
bi multò feliciorem,quàm fuit prior,perficere . Tan-
tùm ne relabaris,ne excindas spes aſſaplas,ne in te ad-
mittas,quæ impiis accidit.Nunquã enim peccatorũ
quãlibet exuberans copia in desperationem coniicere
solita fuit,sed cum illis impiam habere animam.Pro-
pterea Salomon non dixit simpliciter,Quisquis venit
in profundum

A in profundum malorũ,contemnit:sed nominatim,in-
Prou.18.a quit,impius:quia illorum tãtùm est ille morbus,post-
quàm in profundum malorũ descenderũt . Et hoc est,
quod non permittit eos respicere,neque eò reuerti,vn
de exciderant. Nam flagitiosa disceptatio perinde atq;
collarium incumbit in animæ ceruicem & compellés
oculos in terram demittere,prohibet ne ad dominum
suum suspiciat.Atqui viri est perquàm generosi , plane
neq; admirabilis conterere huiusmodi lignum, & im
positum sibi lictorem deturbare,adeoq; dicere prophe
tæ verba:Quemadmodum oculi ancillæ in manus do
minæ suæ, sic oculi nostri ad dominum deum nostrũ,
Psal.122.a donec miserebitur nostri.Miserere nostri domine,mi
serere nostri:quoniã multifariãm repleti sumus despe
ctione.Hęc sunt diuinę disciplinę,& supremę philoso
phiæ verè dogmata.Repleti sumꝰ,inquit,despectione,
& infinitis rerum tristiũ procellis quatimur,neque ta
men prohibemur à suspiciẽdo ad deum.Et priusquàm
nacti fuerimus postulata, non intermittimꝰ eum ora-
re.Hoc est nimirum animi generosi,non consternari,
nec à spe discedere propterea quòd subinde precan
B neque referre pedem, propterea quòd subinde precan
do nihil emolumenti persensit , sed perdurare quoad
misereatur nostri,iuxta beati Dauid sentẽtiam.Quare
diabolus in varias desperationis cogitationes nos im
mittit,quò excludat in deum expectationem , hoc est,
ancoram tutam,substantiã vitæ nostræ, manuductio-
nem in ea via,qua in deum ferimur,salutem perditarũ
animarum.Ipsa enim spe,inquit,seruabimur . Siquidẽ
Rom.8.c ea ipsa est catena aurea & firma, qua de cœlo propen-
sa subducimus animas nostras:quæ breui sursum in il
lud summum fastigium retracta , eos qui ipsam forti-
ter manibus seruant,euellit & rapit supra fluctus præ-
sentis vitæ,omnium longè periculosissimos. Quamob
rem qui mollis per indulgentiam hanc sacram ancо-
ram amittit , continuò decidit & suffocatur,submer-
sus in profundum malitiæ.Quæ cùm agnouit versipel
lis,posteaquàm ipsi nos conscientia malorum operum
oneraniimus,tum ille reuersus , ingerit cogitationẽ o-
mni plumbo grauiorem,qua vergimus de extremã sa
lutis desperationem:qua semel susceпta,continuò de-
primimur pondere,& omissa catena alia,delabimur in
C vltima malorum. Quo in rerum statu dudum es , qui
reiecto mandato domini tam mansueti, tam humilis,
istius tyranni & sine fœdere nostram salutem impu-
gnantis atrox imperium sustines. Benigno ergo dissi-
pato,abiecto;q; leui onere,in vicem illorum ferreis vin
culis collum insertasti.Et quod amplius est,lapidẽ mo
larem, quem asinarium nominãt,de tua ipsius ceruice
dependisti.Vbi igitur subsistes in posterum,qui demer
sisti in tam vastum mare animam miserrimam,quum
ipse tantam tibi necessitatem, quæ continuò deorsum
cogit,vltro induxisti.Mulier itaque illa quando inue-
nit vnam drachmam , vicinas conuocauit pa-
Luc.15.c pes lætitiæ:Gratulamini mihi,ait.Equidem amicos o-
mnes & reos,& tuos in rem planè diuersam conuo-
cabo,non dicam gratulamini mihi , sed lugete mecũ,
ploratus illos assumite,ac tristè & flebile quiddam no
biscum exclamate.Maximam nimirum iacturam feci
mus,non quia tot aut tot auri talenta è manibus exci-
derunt,neque quòd magna vis lapidum preciosorum,
sed quòd is qui omnium istorum est preciosior , nau-
gans nobiscum hoc mare magnum & vastissimũ , ne-
scio quo pacto excussus , ad profundum perditionis
proruit . Si qui me tentarint à luctu reducere , iis hæc
verba prophetæ respondebo,dicens:Omittite me,ama D
rè flebo,consolari me non potestis.Equidem huiusmo Esa.22.a
di luctum lugeo,qui nobis immensam vim lachryma
rum adducit,de quo haud dubium neque Paulum,neq;
Petrum puduisset lugere ac plorare,omni consolatio-
ne reiecta . Quandoquidem hanc communem mortẽ
deplorantibus , quispiam facilè paucis multum animi
reddit . Cæterùm quando vice corporis anima morti
succumbit,infinitis cõfecta vulneribus,vbi cum mor-
te bona forma,quæ priꝰ apparuit, & habitus & pulchri
tudo omnis extincta est : quis tam durus,tam alienus
à condolendi affectu,qui in locum fletus, & lachryma
rum sermonem se solantem queat adducere?Quemad
modum illic non lugere,ita è diuerso hic lugere, phi-
losophiæ est.Qui ad cœlum peruenit , qui seculi huius
vanitatem irrisit,qui formam corporum nõ aliter at-
que lapideum simulachrum inspexit:qui aurum vt lu-
tum,delicias omnes vti cœnum contempsit,ille nobis
ex insperato,febre correptus absurdæ concupiscentię,
sanitatem,virile robur,speciem omnem perdidit,ser-
tusq; factus est voluptatum. Hũc itaque num iure ob-
secro deplorabimus:num plangemus,donec eum no- E
bis iterum asseramus ? Alioqui quis esset in nobis sen-
sus humani animi? nam corporeæ mortis destructio-
nem nemo hìc inueniet,id tamen lugentes à lamentis
nihil cohibet . Cæterùm vnius animæ mors hìc abo-
leri contingit.In inferno enim quis,inquit,confitebi- Psal.6.b
tur tibi?Quo igitur pacto non maximi est flagitij,tam
incuriosè ferre animæ interitum? Qui corporis mor-
tem lugent,tanta id solent vehementia,quanquam vi-
dent quòd defunctũ lachrymis in vitam reuocare ne-
queant: & nos nihil tale exhibemus , qui scimus spem
esse de anima in pristinam vitam reducenda.Siquidẽ
complures & hac tempestate , & progenitorũ nostro-
rum seculis , qui ordinis sui desertores , & è frequen-
tata via præcipites euntes , tanta alacritate resurrexe-
runt:vt priora sequentibus facilè cælarent, palmamq;
corriperent , ac redimiti corona cum victoribus prę-
dicarentur, ac in cœtum beatorum allegarẽtur. Quã-
diu tamen quis in fornace voluptatum consistit,etiam
si exemplis abundat infinitis , ipsi res esse supra vires
apparet:cæterùm si vel leuiter cœpit illinc egredi,idẽ-
tidem procedens , vim ignis à tergo relinquit , vi- F
detq; ante se, & ad pedes propemodum viam roscі-
dam , atque eximiæ facilitatis , tantum ne desperę-
mus , ne dubitemus, de reditu ad superos.Etenim cui
deest fiducia,is frustra possidet vel infinitam ac fortis
simam animi promptitudinem . Ianuam enim sibi re-
sipiscendi semel obsirmauit , & ad curriculum adi-
tum intercluſit.Quis potest autem foris manens prę-
clarum facinus designare ? Quapropter malignus ni-
hil non tentat,quò nobis hanc diffidentem cogitatio-
nem inserat . Etenim non est sudandum ei , neque a-
modo opus habet industria , vt nos oppugnet , nimi-
rum lapsos & iacentes , quibus nec reluctandi consi-
lium supereſt . Qui verò vinculis magna vi rupꝰ re-
cepit pristinum robur , & in rebus istis perditissi-
mis non est acturus quietem , sedulò diabolo relu-
ctans , sit vel millies lapsus , surget iterum,& hostem
conficiet. Cæterùm qui cogitatu desperationis impe-
ditus , animoq; fractus est , quomodo abibit victor?
quomodo reluctabitur ? quin abiecto , quod aiunt,
clypeo , mox fugam capescit . Caue dicas , iis tantùm
veniæ locum concedi,qui modicè deliquerunt . Nam
finge , si lubet , aliquem vniuersa malitia redundan-
tem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gtem,qui patrarit omnia,quæ à regno excludunt, is vt demus non sit extra fidem, sed fidelis aliquando fuerit,acceptusq; deo:postea verò factꝰ scortator,adulter, mollis, pædico,fur, ebrius,calumniator, aliaq; id genus flagitia sedulò cómittat, equidem illi non ero desperandi author,neq; si perseuerauit ad extremam vsque senectam,cũ infandis illis maximisq; vitiis. Quòd si morbus esset ira dei, nò iniuria quis à spe decideret, perinde atq; concitata tantis facinoribus flamma deinceps restingui nequeat. Cæterùm diuinum numen quia liberum est à perturbationibus,& punit,& in promeritos animaduertit:neque tamen vlla vltionis cupiditate vnquam tangitur,sed amorem potius ad nos id faciẽs præ se fert,magnamq; curam. Bono esse animo addecet,& confidere de virtute resipiscẽtiæ. Siquidem illis qui in ipsum deliquerũt, nõ solet propter suã contumeliam immittere, aut quicquam incõmodi in hãc naturam inducere: sed omnino ad nostram spectans vtilitatẽ, videlicet ne peruersitas nostra aut in peius abeat,aut contemnat, despiciatq; illius benignitatem. Quemadmodum is qui è conspectu lucis vltro secedit,ea damnum non dedit,sua potissimum ipsius culpa coniectus est in tenebras:sic qui solitus fastidire virtutem dei omnia potentem, ex ea quidem nihil mali habet,summum autem exitium ipse sibi aduexit. Hac de causa deus flagella nobis minatur,& interim adducit,non vt se vlciscatur,sed vt nos ad se trahat. Medicus enim propter contumeliam mente captorum non dolet,neq; mordetur:sed omnia facit, omnia molitur, quæ ad sedandos illorum absurdos mores attinẽt,non suam spectans,sed illorum vtilitatem. Quòd si tenuẽ ægrotus coniecturam temperantiæ & frugalitatis ostẽdit,cõtinuò gaudet & lætatur,multoq; accuratius medicinam apponit: non propterea quòd sit vindex, aut quòd expetat pœnas prioris contumeliæ,sed quia tam pulchrum initium prouehere vult,ac absoluere in syn ceram sanitatem. Nõ aliter deus postquàm nos in extremam cecidimus insaniam,non est vltor veteris flagitij,sed vt morbum arceat,omnia dicit ac facit:quod satis à rectis cogitationibus videre est, idipsum contestantibus,cæterùm incredulo nobis de his rebus facilè fidem faciemus ex diuinis scripturis. Nam quis est rege Babyloniorum sceleratior? Profer aliquem si potes, qui tantam vim diuinę potentię prius acceperat,vt & prophetam adoraret, & ei sacrum ceu deo fieri iuberet:rursum in veterem superbiam proiectus,eos qui ipsum noluerũt præferre deo, vinctos in fornacem accensam dedit,nihilo tamen secius hunc tam atrocem ac impium,qui fera potius quàm homo censendus erat,ad resipiscentiam cohortatur:variasq; offert occasiones mutandi animi in melius, primò miraculum quod in ardente fornace contigit: deinde faciem quã rex vidit,& Daniel interpretatus est, quæ idonea erat vel saxum,nedum animam inflectere. Tandem post illam rerum admonitionem,etiam prophetа in mediũ fidelissimè cõsuluit,quando dixit:Propterea rex consiliũ meum tibi gratum esto, peccata tua per eleemosynas redimito, ac iniquitates per commiserationem super pauperes, forsitan erit lóganimitas delictis tuis. Quid dicis tu sapiens ac beate? Est ne post tantum casum reditus? post morbum tam desperatum iterum sanitas, iterum prudentia sperandа, post mentem scilicet adeò motam? Omni se responsione nudauit rex, qua prius esse potuit vtcunque purgatus. Nam antea nesciebat eum, qui ipsum creauit, & qui ipsum in eximiam illam euexit gloriam: quanquam iure habuit tã potentiæ eius, q̃ prouidentiæ argumenta recẽsere,quę plurima sunt facta, tum erga se,tum erga progenitores. Quandoquidem vbi sapientiæ eius & præscientiæ euidentia signa suscepisset, atque magicam astronomiam, omnemq; diabolicæ insaniæ vmbram vidisset subuersam,grauiora prioribus exhibuit. Nam quæ sapientes magi Gazarenі exponere nequibãt, candideq; profitebantur esse maiora, quàm quòd iuxta humanã industriam paterent, ea puellus illi reddidit absoluta: quo miraculo eum sic reduxit,vt non solùm crederet, sed & vt orbi terrarum toti fieret eius dogmatis præco,& magister manifestus. Quare si erat ante suscepta signa venia indignus,quòd deum ignoraret:multò magis indignus erit post illa portenta, post confessionem eius, post doctrinam erga alios ostẽsam. Neque enim parum probè credidit,quòd solus esset deus verus, qui tantam in seruum suum gloriam posuisset, quanuis id aliis præcepisset,nihilo tamen secius ab huiusmodi cõfessione recidit in idololatriam. Qui pridem prostratus in faciem,dei seruum adorauit,tanto deinde furore correptꝰ est,vt & seruos dei, qui ipsum adorare recusarunt, in fornacem immitteret. Quid igitur? Num deus,sicut erat puniendus,desertorem pusiuit? Quinimo maiora ei argumenta potentiæ tribuit, sedulò reducens à socordi arrogantia in veterem modestiam: & quod est sanè magis admirandum (neque enim est cur ob excessum miraculorum minus credas) quæ facta sunt,in nullo alio signum fecit,quemadmodum in camino, quem ille ipse accendit contra pueros, quos ligatos in eum coniecit. Fuit itaque flamma supra opinionem ad miraculum vsque exardens. At clementissimus,quo maiore metu illum expaueſceret,quóve terrore ampliore examinaret,omnemq; excluderet ab eo pertinaciam,id quod est magis obstupescendum, inexpectatumq; effecit. Siquidem permisit eam conflagrare,quantum ille volebat, suamq; ostendit potentiam moderatam ea prudentia,quæ nõ dissolueret opus inimicorum,permanens tamen inane reddidit ac sine viribus: ne aliquis cùm eos intra flammas obambulantes vidisset,arbitraretur flammam esse quiddam fictitij,permisit vt combureret illos,qui eos iniecerant, etiam corigiam calceorũ & stupam, totq; aboleuit corpora. Quandoquidem imperio dei nihil est potentius, quem sequitur omnium quæ sunt natura, vt qui eam ex eo quod non est in esse produxit, quemadmodum demonstrauit:nam flamma corripuit mortalia corpora non aliter atque à mortalibus abstinuit,integrumq; reddidit apud se depositum, idq; multo cum splendore. Nam quemadmodum ex regibus reges,ita de camino egressi sunt illi pueri. Nemo ad regem dignatus est vel respicere, quin ab illo omnes visum in hoc incomparabile spectaculum obuerterunt:nec diadema,nec purpura,nec aliud quidpiam regiæ phantasiæ populum adeò promouit, atque species illorum fidelium,vt per talia ceu per somnium perfectæ videbãtur. Quod enim est in nobis maximè infirmum, & abolitu facillimum,nempe capillorum natura:id velut omni robustius adamante superauit flammas, alioqui omnia deuorantes. Cæterùm neq; id quidem solum erat suspiciendum,quòd in medium ignis accepti nihil incommodi senserunt, sed quia semper locuti sunt. Omnes sciunt qui ardentibus adfuerunt,quandiu habuerunt labia in sermonem soluta, pauliſper quidem ad incendium substiterunt, visuri quo modo futura esset

ex ore

A ex ore dissoluto discessio animæ. Verùm tot miraculis animaduersis, omnibusq; obstupescentibus tam præsentibus & spectatoribus,quàm absentibus,& illis quicunq; per literas didicerunt, Rex ille qui alios edocuit, perdurauit inemendabilis,iterumq; in veterẽ reuersus est malitiã. At ne tum quidẽ adeò desperatum afflixit, quin adhuc animum continuit,& per somnium,& per prophetã ei consulens. Cæterùm sanè vbi nihilo melior est factus,tum inducit in posterum flagellum, nec id velut vltor præteriti delicti, sed vt futura incommoda præscindat, vt reliquã malitiã arceat: nec dum tamen omnino extinxit, sed paucis annis erudito pristinum reddidit honorem. Pœna quam deus irrogat, nihil damni dat, sed lucrifecit: quod est inter bona omnia maximum. Solidã enim dat in Christum tenere fiduciam, & resipiscere à peccatis adueršus illum commissis. Siquidem tanta est dei humanitas, & erga nos amor, nunquam auersatur pœnitentiam syncerè factam si quis ad malitiæ fines olim penetrarit, illinc eum ad virtutis viam reducere conatur,& suscipit redeuntem,& suauiter amplectitur,nihilq; non facit,quò in pristinam dignitatem reformet. Quodq; est maioris facilitatis argumentum, etiã si non omnem præ se
B fert pœnitentiã, breuem illam, & exiguo tempore factam non abnuit,sed magna pẽsitat mercede: id quod manifestum est ex iis quæ de populo Iudæorum alicu-
Esaiæ.57.d. bi dicit Esaias: Propter peccata pauliſper contristaui eum,& percussi eum, & auerti faciẽ meã ab eo, & ipse contristatus sum, & ambulaui mœstus, & sanaui eum, solatus sum eum. Τεθαγῶς,quòd rex ille impientissimus,qui propter mulierem factus est maximè deditus peccatis, vbi semel duntaxat luxit, & saccum indutus agnouit scelera sua, vsqueadeo dei misericordiam arripuit,vt euitaret omnia mala,quæ tum ei imminebãt.
3.Reg.21.g. Nam deus Helię dixit:Vidi quomodo compunctus est Achab à facie mea, non inducã malum in diebus eius. Post hunc Manasse cunctos insania anteiuit,ac tyrannide,legalẽ euertit cultum,templum clausit,idolorum errorem deo aduersum inuexit, vniuersis qui ante se vixerunt impietate præstans. Is posteaquàm aliquando resipuit,relatus est in numerum amicorum: si conspecta imagine suarum iniquitatũ de reditu desperasset,
C ac eã immutatione, decidisset profectò ab his bonis, quæ postea obuenerunt: nunc verò quia perpendit, quàm exiguum sit, vel excessus tantus suorum peccatorum respectu infinitæ comiseratiõnis dei, diaboli vincula dissipauit, euasit victor, bonum cursum consummauit. Cæterùm deus non solum per ea, quæ in hunc facta sunt,sed per verba prophetæ eliminauit cogitationem desperationis. Hodie enim, inquit, si vocem eius audieritis, ne obfirmetis corda vestra sicut
Psal.94.b. in exacerbatione. Ita hunc modum hodie nobis per omnem vitam dicendum est, & si libet ad senectam vsque. Non enim ad temporis rationem, sed iuxta affectum amicæ solet diiudicari pœnitentia. Ninuitæ
Ionæ.3.c. non multis diebus precati, vt peccatum eorum deleret,dies tempus exiguum potuit vniuersam eorũ abo-
Lucæ.1.e. lere iniquitatem. Et latro haud longo tẽpore ingressum paradisi impetrauit. Quacunque quis hora se deiiciens,vel vnum dixerit verbum,in eo momento totius vitæ peccata simul abluit, atque ante apostolos officij grati præmium suscepit. Videmus etiam martyres non ita multis annis, imò paucis diebus, adeoq; non rarò intra diem iam splendidas consecutos coronas. Quapropter vbiq; nobis opus est alacritate, sedu-

loq; affectu:itaq; paremus conscientiam, vt tanta vehe D
mentia cùm veterem odisse malitiam, tum diuersam elegisse viam videamur,quantam deus nobis imperat ac requirit, nihil ob temporis breuitatẽ habeamus minus,quando multi ex postremis ardẽti studio se priores præuenerunt. Neq; enim graue est hominem cecidisse, sed lapsum iacere, nec resurgere conari, vltro perferre malum, torpereq; ob desperationis sermonẽ, & morbum corrupti iudicij prædicare graue est. Contra quos exardens propheta dixit: Non qui cadit, non Hiere.8.b.
resurgit:nec qui auertitur,nunquam reuertitur? Si quẽ à nobis requiris,qui post susceptam fidem sit prolapsus animaduertas quòd de hoc etiam illa dicta sunt: nam qui cecidit, ex eorum est numero, qui prius steterunt, non qui iacuerunt: nam qui iacet, quomodo is potest cadere? Verùm alia quoq; dicuntur per parabolas, per manifesta facta, nedum verba. Ouis illa quæ separata Lucæ.15.a.
fuit à nonagintanouẽ, moxq; inuenta & reducta, quid aliud nobis demonstrat,quàm casum & reditũ? Quoniam ouis erat non alieni pastoris,de reliquarum erat grege,priusq; sub eodem pastore pascebatur: & errauit neutiquam casu, sed per montes & saltus, hoc est per E
viam longam,deflectentemq; à recto. Quid? num neglexit errantem? Nequaquam, reportauit eam impositam humeris suis,nõ egit ante se,nec verberauit. Quẽadmodum optimi medici difficili diuturnoq; morbo decumbentes, variis medicinis ad sanitatẽ restituunt, non semper vtentes arte: interim enim nonnihil cupientibus diuersa obsecundãt:sic deus vehemẽter corruptos non impellit magna vi ad virtutem, sed mansuetè & sensim promouet:imò plerunq; portat,ne immanior scissura fiat,aut error productior. Non est vnũ hoc simile,quod huiusmodi doctrinam confirmat, pa Ibidem.c.
rabola etiam de intemperante puero stat ab eadẽ, qui non erat patri alienus,vtpote filius, & fratri pueri acceptissimi,nec in malitiã casu incurrit:quinimo sciens prudensq;,vt sic dicam, in alterum littus malorũ prorupit,diues,liber,bene natus, omnibus seruis, omnibus mercenariis, nedum hospitibus factus est calamitosior:atqui redditus est pristinæ dignitati, amissamque gloriã recuperauit. Si de vita desperasset, ac de his rebus,quæ ei contigerunt, ambiguus in aliena resedisset regione, orbatus fuisset nimirum bonis illis, quæ mox F
obuenerunt:periisset fame, mortémque obisset omniũ maximè miserabilem. Verùm quia pœnituit,nec diffisus est super reditu, è tanta corruptione in priorem claritatem commutatus, amicitur stola pulcherrima, fruitur potioribus, quàm frater à lapsu immunis. Tot annos, inquit, seruio tibi, & nunquam præceptum tuum sum prætergressus, nec mihi unquam hœdum dedisti, vt cum amicis meis lætarer: at postquàm filius ille tuus,qui deuorauit substantiã suam, venit, occidisti ei vitulum illum saginatũ. Tanta est virtus pœnitentiæ. Tam præclaris itaque exemplis excitati, ne permaneamus in malis factis, nec incerti fluctuemus de mutandis nobis in melius, quin magna fiducia dicamus: Pergamus ad patrem, appropinquemus deo, is nequaquam nos auersabitur. Atqui nos consultò, deditaque opera procul ipsos seiungimus. Deus au- Hiere.23.e.
tem,inquit,appropinquans ego sum, & non deus procul. Quemadmodum per prophetam iterum exprobrat:Non, inquit, peccata vestra diuidant inter me & Esaiæ.59.a.
vos. Quare cùm peccata nos longè dirimunt à deo, tollamus necesse est ea, ceu interuallum molestissimũ, quod nos propiores fieri prohibet. Audi, iam in rem

Universidad de Deusto
Biblioteca

G præsentem duceris. Apud Corinthios vir quidam insignis patrauit peccatum, quale nec apud ethnicos nominabatur: is erat fidelis de familia Christi: sunt qui eũ fuisse sacerdotem quoq; autumant. Quid tum? Paulusne aspe illorum qui seruabuntur, eum deiecit? Ille inquam Paulus, qui in superioribus & consequentibus toties expostulat cum Corinthiis hunc non esse receptum in pœnitentiam, ostensurus deniq; nullũ esse peccatum, quod medicinam refugiat, iterum loquitur de eo qui grauius, quàm gẽtes peccauerat: Tradite, inquit, eum satanæ ad interitum carnis, quò spiritus saluus sit in die domini Iesu. Id quidem ante pœnitentiam dixit. Mox vt resipuit: Satis est, inquit, istiusmodi homini increpatio hæc, quæ facta est à pluribus. Et scripsit vt eum consolarentur, vt resipiscentiæ locum darent, ne eum in satanæ potestatem transire contingeret. Item Galatæ gens perfecta, post susceptam fidem, post signa per se facta, post multas tentationes propter fidẽ Christi exuperatas, lapsi sunt, iterumq; resurrexerunt: siquidem claruerunt miraculis, quemadmodum idem manifestat. Qui igitur vobis, ait, præbet spiritũ, & operatur virtutes in vobis. Multa fidei certamina decertarunt, quod sic docuit: Tam multa, inquit, passi estis frustra, si tamen & frustra. Post tanta virtutis incrementa graue flagitium commiserunt in hoc, quòd à Christo diuerterunt, de quo videtur ille dixisse: Ecce ego Paulus dico vobis, si circuncidamini, Christus nihil vobis proderit. Et iterũ: Quicunq; à lege iustificamini, à gratia excidistis. A lapsu tam pernicioso, perquàm amanter eos recepit: nam dicit Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis, ostendit nimirum vel ab vltima destructione posse Christum superiorem reformari in nobis. Non vult enim mortẽ peccatoris, sed vt reuertatur & viuat. Reuertamur itaque amicum caput, & voluntatem dei perficiamus. In hoc quidem nos creauit, ac in istud esse produxit, quò nos æternis bonis participaret, vtq; tribueret regnum cœlorũ, non vt in gehennam detrudat, aut ignibus dedat, qui quidem facti sunt propter diabolum, non propter nos, non aliter atq; nostri gratia paratum est regnum cœlorum. Vtrunq; subindicat cùm dicit illis, qui

I à dextris adstabunt: Venite benedicti patris mei, possidete regnum paratum vobis ab exordio mundi: à sinistris autem constitutis, Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est: non addit, vobis: sed diabolo & angelis eius. Qua de causa non est gehenna instituta propter nos, sed propter aduersarium & angelos eius: regnum autem cœlorum ab exordio mundi propter nos adornatũ, modò ne nos reddamus indignos ad hęc, vt cũ sponso ingrediamur: quandiu enim hic sumus, etiã si peccamus decies millies, semper erit spei locus, omnia dabitur abluere scelera dignam exhibentibus pœnitentiam. Cæterùm si quando hinc abierimus, nondum consecuti vehementissimam pœnitentiam, manebit nos quidam acerbius: nam tum vel dentibus frendemus, vel flagemus, vel rogemus infructa, sed ne summo quidem digito paululũ quidam refrigerij quidpiã destillabit ardentibus nobis: quin eadẽ audiemus, quę quondam diues ille, nẽpe magnũ esse hiatum inter nos & vos. Redeamus itaq; ad frugem meliorem memoneo, dum hic degimus, & agnoscamus dominum sicut agnoscere fas est. Etenim non est cur alibi sperem pœnitentiã, in inferno constituti, quo in loco pharmacum hoc infirmum est: hoc autem seculo, etiam in extrema senecta impositum, miram vim præ

1.Cor.5.a.

1.Cor.5.b.

2.Cor.2.b.

Gala.3.a.

H

Ibidem.

Galat.5.a.

Ibidem.

Ibidem.4.c

Ezec.18.g.

Matth.25.c

Lucæ.16.g.

se fert. Vnde diabolus omnem, quod aiunt, lapidẽ mouet, quò in nobis altè radicem agat cogitatio desperationis. Quãdoquidem nouit quamlibet exiguum pœnituerimus, nullo id pacto facturos indonatos à deo. Quemadmodũ enim malitia subfrigida, si incidit, inflammentem habet retalionem: sic actus pœnitudine super commissis à se, quanquam idoneam delictis pœnitentiam non exhibet, æqualem tamen illi quam habet, quantulacunq; est, retributionem sentiet. Etenim nihil bonorũ, sit vel minutissimum, à iudice neglectũ erit. Quando peccata tanta cura disquiuntur, vt de verbis & cogitationibus pœnam attemperet: quantò accuratius bonorum operum tam insignium, quàm obscurorum rationem habebit illis temporibus? Quare si vires non sufficiunt ad amissam diligentiam reuerti, & fortè præsens morbo, libidoq; te destituit, nihil adhuc deploratum videtur, modò initiũ rei feceris, atq; ad certamen aditum recluseris. Quãto tempore ante vestibulũ oberras, optimo iure omnia tibi difficilia ac desperata videbuntur: ante nimirũ experientiam res facillimè, maximeq; parabiles, arduæ difficultatis speciẽ præbere solent, deinde vbi facto periculo paulùm introserpsimus, & animum perduauimus, pro tremore, pro desperatione confidentia subit, diminuit timorẽ, facilitatẽ auget, spes amplas confirmat: propterea malignus ludam inde seduxit, quò minus facto fœliciter initio, redierit per pœnitentiam, vnde prolapsus erat. Equidem dico quod supra veri fidem aliis apparet, ne illud quidem peccatum ludæ esse maius, quàm auxiliũ quod nobis à pœnitẽtia venit. Quare rogo & obsecro, omnem satanæ cogitationem à septis animæ procul arceas, atq; ad hunc penetres portũ salutis. Si vno velut nisu ad summum illud fastigiũ conscendere iubere m, haud iniuria grauatim tentares, propter permixtam rei difficultatem: quando verò tantulum dũtaxat in præsentia requiro, non dico quantũ malis peractis debetur, sed quantuluncunq; eũ, qui hoc loci consistit, retinere sufficit, ne in cõtrarium relabatur. quid dum contaris? quid refugis? quid teipsum retrahis? Num vidisti quosdam qui in deliciis, in ebrietatibus, in reliquo huius vitæ ludibrio mortui sunt? Vbi nunc sunt, qui prius videlicet per forum tumidi superbia, cum multis assectatoribus se mouebant, qui sericis induti vestimẽtis, vnguentum olentes, arridentes parasito, & semper affixi scenæ, vbi nunc illorum est phantasia? sublata est. Cœnarum sumptus, immodicus risus, quies animæ, cogitationis diffusio, vita mollis, otiosa, luxu perdita: vbi nunc? Euolarunt omnia. Quid ex corpore factum est, quod pridem tanto famulitio, tam exquisita mũditia abundabat? Abiit nimirum ad sepulchrum. Contemplare puluerem, cineres, vermes, eius formæ speciem, & amarè suspires. Atque vtinam ad puluerem tantùm eiusmodi damnum pertingeret. Verùm interim à sepulchro, & his vermibus deduc oculos mentis ad vermem illum immortalem, ad ignem illum inextinguibilem, ad fremitum dentium, ad extremas tenebras ad afflictionem & angustiam, ad simile Lazari ac diuitis, qui amictus purpura, & tot numorum dominus, tactus est omnium rerum adeò indigus, vt nec vnius guttulæ aquæ dominus esset, & sub acerbissima tormentorum necessitate constitueretur. Quid putasne somniis præstare huius perituri seculi bona? Quemadmodum enim qui ad metalla dãnati, aut aliã quandam pœnam luunt hac grauiorem, ii quãdo sub duris illis laboribus, & acerbissima vita consopiuntur, se vi-

K

L

M

Lucæ.16.f.

dent in

A dent in deliciis, ac læta rerum affluentia, experrecti autem à somniis nihil oblectamenti reliquum intelligũt: sic dies ille tanquam in somnio tantum dies fuisset, posteaquàm hinc emigrauit, amaram suam pœnã persoluit. Hæc considera, & isti igni repugna, qui te occupat nunc ardore concupiscentiarum. Recede à fornace interim, nam qui eam hìc probè restinxit, nec eius incalescet alibi vicinio: si quis eam non exuperat, huræ abeuntem excipiet tantò vehementior, quò tibi cupis longiore tempore huius vitæ fructum superesse. Equidem opinor non plures annos tibi, quàm quinquaginta expectandos, imò ne hoc quidem nobis certum est: siquidem de nostra vita nescimus, an vesperum immi nens assequatur: qua fronte super tot annis asseuerabimus? Præterea dubia aliarum rerum vicissitudo, & inobseruabilis, nedum temporis: quandoq; enim dum vita in longum tempus producitur, quæ oblectant non æqualiter producuntur, modò adsunt, modò elabuntur. Verùm vt demus gratia sermonis ita fore, teq; tot annos victurum, neq; vllus casus fœlicitatem intercipiat: quantulum hoc ad secula infinita sempiternaq; erit? quantulum ad fœua flagella, & inenarrabile cœlo-

B rũm gaudium? Hìc habent tam iucunda, quàm tristia finem, eumq; celerrimum: illic seculis extenduntur vtraq; immortalibus, nec dici potest quantum virtute & potentia differant à rebus præsentibus. Cùm ignem audis, ne arbitreris esse similem huic igni, accensus enim deferuescit & mutatur: ille autem semel in flammam exurgens, ardet perpetuò, nunquam intermoritur. Qui peccauerunt, necesse est vt immortalitatem induant, non tamen ad honorem sibi: verùm vt continuum supersit viaticum illius supplicij: quod quàm sit horrendum, oratio nequit vnquam explicare. Ab experimento rerum tenuium, fieri potest vt accipiamus de magnis aliquid coniecturæ. Si quando in balneo fueris nimium efferuescente, tum gehennæ recorderis: & rursum, si quando febre acriore conflagraueris, ad flãmam, quæ tunc est progredere: tum probè intelliges, quãta balneũ & febris adeò nos afflictant aut territant: quo animo futuri sumus, quando in fluuium ignis incidemus, qui ducitur ab illo horrendo tribunali? Profectò frendemus dentibus propter labores & cruciatus illos indicibiles, nemo suppetias feret. Plorabimus omnes tristissimè, flamma nobis vehementius incumbente. Neminẽ videbimus præter condemnatos nobiscũ, & immanem solitudinẽ. Quis potest verbis consequi, quàm formidabiles pauores à tenebris exorientur, quę in animis nostris extabunt? Quemadmodũ ignis illic non habet vim resoluendi, sic nec lucere potest: alioqui non essent tenebræ. Huiusmodi igitur pauorem à tenebris, tremorem, solutionem membrorum, attonitum stuporem adducere sufficit vna illius temporis ratio. Multa illic, variaq; tormenta, grumuli pœnarum, ceu niuis inundant. Cæterùm si quis fortè dubitat, quo pacto sat esse, ac æternum durare immortalis queat anima, confecta tanta vi pœnarum, is cognoscat quæ hìc fiunt: quomodo non rarò multi ad morbum non minus acrẽ, quàm diuturnũ suffecerint, nec anima dissoluta est: sed corpus est constrictũ ac depressum, anima afflicti remanente in negotio, non aliter atq; si cor-

C pori non addita foret. Quas postquàm incorruptibile corpus, insolubileq; acceperit, nihil prohibet in infinitum protendi supplicium: hìc quidem non simul contingunt vehementia pœnarũ & earũ diuturnitas. Altera enim cũ altera pugnat, propter conditionem corrupti

bilis huius corporis non ferentis ea: immortalitate autem succedente soluitur hæc pugna, & magna potentia nos in infinitum vtraq; mala possidebũt, nec excessus vllus tormentorũ perimet animam nostram. Sic inquam licet nos esse persuasos: neq; enim hoc corpus poterit in illo tempore consumi cruciatibus: afflictum permanebit cũ anima, nec finis vllus erit. Quàm exquisitas igitur delicias appetis, & quantum temporis opponi cupis illi supplicio & pœnæ? Visne centum annos, aut bis centum? Verùm quid hi sunt ad secula interminabilia? quod enim est somnium vnius diei per omnem vitam, id est fructus rerum præsentium comparatus ad statum futurorum bonorũ. Est ne qui propterea vt suaue somnium videat, per omnem vitam eligat ferre cruciatũ? & qui sic stultus est, vt vltro ad talem mercedem aduolet? Nihil dũ equidem delicias, nec amaritudinem, quæ in eis occultur, aperio: quandoquidem loqui de his rebus adhuc est intempestiuũ: vbi eas effugere valebis, tum locus erit huiusmodi tractandi. Nunc quia morbo illo detineris, videbimur tibi nugas agere, si quando voluptatem amaram nominauero: liberatus olim à morbo dei beneficio, mox plane intelliges malitiam. Quare sermones illos in aliud E tempus differamus, hoc nunc dicemus. Fingamus delicias esse delicias, & voluptatem voluptatem, nihilq; habere fellis: sed quid obsecro dicemus de imminẽte pœna? quid tum faciemus? qui modò læti gestimus velut in vmbra & imagine, opere quidem alibi persoluemus pœnam: & præterea quia exiguo tempore, quę tum futura diximus, aut etiam absurdiora effugere licet, fruiq; bonis adiacentibus. Hoc est enim opus clementiæ diuinæ, quod nobis certamina non in longum tempus præscripsit, breui quidem & in momento, & in ictu oculi finientur: nã tantula est præsens vita, quę omnino bello debetur, si eam ad infinita secula confers. Num id animas damnatorũ contristabit, quando meminerint quòd occasione emendandi per hos paucos dies non vsi, se tradiderint malis immortalibus? Surgamus ergo, ne simile quiddam patiantur, dum tempus est acceptum, dũ est salutis dies, dum est vis magna pœnitentiæ. Siquidem malis ignauiter cohærentes, quæ dicta sunt omnia excipient, multoq; illis duriora. Ea enim quæ in gehenna noxiis parantur, multò sunt molestiora, à tantis excidisse bonis tantum habet dolorem, tan F tam afflictionem, tantam angustiam, quantum vllum esse potest aliud flagellum: certè hìc debitum peccãtibus, cuiusmodi per se sufficere, & quàm tormenta reliqua gehennæ acerbius mordere, conterereq; animas nostras videtur. Concipe animo statũ vitæ illius, quãtum homini concipere datur: nam iuxta rei dignitatẽ nobis sermo nullus adesse potest: ex iis tamen quæ audimus, ceu per ænigmata coniecturam quantulamcũque faciemus. Abiuit, inquit, dolor, & tristitia, & gemi- Esaiæ.35.d. tus. Quid igitur ea vita beatius erit? Non est cur illic pauperiem metuas, & morbum. Nemo videbit contumeliosum, nec iniquè oppressum, nemo exasperatum, aut irascentem, aut inuidentem: nemo ardentem absurda concupiscentia, aut mœrentem propter sumptum necessarium, aut à magistratu vapulantem. Omnis enim affectuum turba, quæ hìc sedata est, perimetur: omnia erunt pax, lætitia, gaudium, omnia serenitas & tranquillitas, omnia dies & splendor & lux: lux non, quæ nunc est, sed planè alia, quæ hanc tantum excedit fulgore, quantum ea lumen lychni: neque enim occulitur illic aut nocte, aut congressu nubium,

Universidad de Deusto
Biblioteca

G nec vrit,neq; inflammat corpora : nam nox non obũbrat,nec aderit vespera,nec frigora,nec æstus,nec alia huius generis immutatio : sed omnino alia est conditio , quam demum ad hoc idonei reperti intelligent: non est illic senium, nec senectæ mala : quæq; obnoxia sunt corruptioni,è medio & è pedibus,quod aiunt, tollentur. Omnia occupabit vbique incorruptibilis gloria , & quod omnium longè est maximum , continua fruentur conuersatione cum Christo , vnà cum angelis , cum archangelis , cum superioribus potestatibus. Contemplare cœlum, animaduerte permutatum fore habitum totius creaturę:nihil enim huiusmodi vt nũc est,manebit,sed multò pulchrius erit,ac præclarius: & quantum plumbo aurum vibrans aëra, tãtum hac rerum præsentium specie futurus ille decor illustrior erit:quemadmodum beatus Paulus ait:Quoniam & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis. Et enim nunc ceu corruptionis particeps, multa patitur, quæ ferre corpus contingit : tum verò hæc vniuersa reiiciet , nobisq; exhibebit elegantem & incorruptibilem habitudinem. Incorruptibile nanciscetur anima H corpus, quæ & ipsa in melius formabitur. Vnde putas tum simultas? vnde pugna? lucundus nimirum concentus erit in hoc,quòd omnes sancti perpetuò inter se cõsentient:nullus illic calumniator timendus, nullæ dæmonum insidiæ , nullæ minæ , nulla mors , nec ea quæ hic extinguimur , nec altera , quæ hac multò est acerbior : omnis harum rerum expectatio desiit. Et quemadmodum puellus regius primùm alitur cibo non admodum splendido , terretur minis pædagogi , ne per indulgentiam lapsus,paterna se indignum reddat hæreditate: mox regiam nactus maiestatem , omnia hæc mutat, præsidet cũ magna libertate , vestitus purpura, diademateq; ornatus , & stipatus numeroso satellitio, abiectis ab anima rebus humilibus ac subamaris , in quorum tunc locum omnia magnifica, omnia iucunda successerunt : sic tum eueniet omnibus sanctis. Atqui sermonis elegantia,& vires nihil possunt: ad montem illum oratione pergamus,vbi dominus transformatus est: contemplemur eum splendentem, sicut resplenduit , quanquam ne sic quidem vniuersum nobis futuri seculi splendorem exhibuit: quia fuit quod tum apparuit, attẽperatio quædam pro captu nostro, neutiquàm accurata rei demonstratio:quod à verbis euan I gelistæ manifestũ est.Quidnam ait? Splenduit, inquit, Matth.17.a sicut Sol.Cæterùm incorruptibilium corporum gloria non tantam lucem demittit, quantam illud corruptibile corpus:neq; talem,cuiusmodi oculi mortales capere sufficiunt. Ad hanc quidem visionem oculi requirũtur incorruptibiles & immortales. Verùm in monte tum aperuit tantum lucis , quantũ ferre potuerunt citra læsionem aciei,atq; afflictionem oculorũ contuentium in illud : quod tamen aliter cecidit, prociderunt enim in faciem.Dic,obsecro,si quis tẽ in theatrum inducat,vbi magna hominum multitudo sederet, amicta stolis aureis , & in medio omnium ostenderetur eiũ quendam adornatũ eximiè gemmis , regio vestitu insignem,coronam habentem in capite, deinde pollicetur te assumpturum in numerum eorum , num omnia faceres quæ ipse iusserit ? Euola nunc in cœlos animo, in illud intende theatrum, quod non coiit ex huiusmodi viris. Conuentus est illic eorum , qui exuperant omne precium , auri, lapidum preciosorum radiorum Solis,& omnis visibilis formæ, non hominum solùm, sed eorum qui hominibus antecellunt,angelorum, archangelorum,thronorum, dominationum, principatuum,potestatum.De rege ipso nihil satis idoneum dici potest, adeò sermonem & mentem omnem excedit eius pulchritudo,formositas,splẽdor,gloria, maiestas, magnificentia.Tantùmne bonorum à nobisipsis summouebimus , quò declinemus exigui temporis laborẽ? Quòd si quotidie foret infinities moriendum,ferendũ tamen esset.Præterea gehennã,tormentaq; omnia conuenit sustinere , vt videre queas Christum venientem in gloria sua , & conscribi ordini sanctorũ. Audi quid Petrus dicit : Bonũ est nos hic esse. Si Petrus qui vidit Matth.17.a obscuram quandam imaginem futurorũ,omnia contemnuò reiecit ab animo propter voluptatem inditã animæ à tali aspectu:quid dicemus , quando rerũ veritas aderit,quando regiis cubiculis adapertis,contueri licebit ipsum regem,non per ænigma,nec per speculũ, sed facie ad faciem,non amplius inquã per fidem, sed per speciem? Sunt quidam absurdi iudicij, ij dũtaxat amãt effugisse gehennam:contrà ego multò durius esse tormentũ quoddam assero,quàm gehenna est : hoc est,nõ assecutũ esse tantam gloriã,& illinc elapsum esse. Nec opinor equidem tanto dolore lugendũ de malis gehẽnæ, quanto necesse est casum deplorare , quo de cœlis excidimus,qui est nimirũ cruciatus omniũ durissimꝰ. Quando regem videmus frequenti satellitio palatiũ adequitantem, eos qui illi proximo cohærent, sermonis,consiliiq; & maiestatis eius participes, fœlices iudicamus,nosq; miseros:licèt enim infinitis bonis abundauerimus,& harũ rerũ nihil sentimꝰ , suspicientes in gloriam sanctorũ. Adde quòd compertissimũ est, secuM li fastũ esse dubiũ & infirmũ propter vim bellorũ,propter insidias & inuidiam , propter hoc quòd vel extra teli iactũ, & extra periculi suspicionem , per se tamen ne huius quidẽ faciendus est: cæterùm tuta perpetuaq; erit fœlicitas , regnante rege omniũ , qui possidet non modò quæ terra , verũ etiam quæ ambitu cœli continentur:imò terram pugno complectitur, & palmo cœlos, qui omnia sustinet verbo potentiæ suæ, cui gentes cunctæ pro nihilo computantur: & adhuc dubitamus, an summũ sit supplicium à choro , qui est apud deum, excludi? adhuc amabimus ceu bonum præcipuum effugisse gehennam? Quid anima sic affecta miserius ? Nã rex ille non iugo alborum mulorum , nec aureo vehiculo vectus,nec purpurã, neq; diademate ornatus veniet diiudicaturus terram.Sed quo modo veniet? Audi prophetas clamantes & dicentes , quoniam hominum facultatem excedit.Deus enim vẽsser, ait quidã, Psal.49.a palàm veniet,nec silebit:ignis coram eo exardebit, circa eum tempestas vehemens. Aduocabit cœlum à superioribus , & terram ad diiudicandum populum suũ. Ad hæc Esaias pœnã nobis proponit:Ecce,inquit, dies Esaiæ.13.b. domini veniet,austerus furore & ira,ad ponendum totum orbem terrarum in solitudinem,& ad abolendos peccatores ex ea : quia nec stellæ cœli, nec Orion,neq; quis alius ornatus cœli lucem diffundet,& obtenebrescet Sol in exortu suo , neque luna dabit lumen suum, & orbi terrarum ingeram mala , & impiis peccata sua : & perdam superbiam iniquorum , & altitudinem superborum humiliabo : & erunt qui relicti sunt pretiosiores , quàm aurum valde exustum igni : & homo pluris æstimabitur lapide , qui est ex Sapphir. Cælos enim commouebit , & terra excutietur ex fundamentis suis propter furorem iræ domini sabaoth , in die qua venerit furor eius. Et iterum : Fenestræ,inquit , de cœlo aperientur , & commouebuntur Esaiæ.24.c. fundamenta

A fundamẽta terræ,& turbabitur terra,& eliquescet terra:inclinando inclinabitur terra,sicut ebrius & crapulans;concutietur sicut casula custodum, terra cõcidet, nec poterit resurgere : confirmabitur enim contra se iniquitas,& inducet deus aduersus ornatum cœli in altomanum suã in illo die,& contra regna terræ:& congregabuntur congregationes eius ad carcerem, & excludent munitionem. Subscribit Malachias: Ecce, ig- Malac.3.a. quit, veniet dominus omnipotens , & quis expectabit diem ingressus eius , aut quis subsistet in visione? propterea quòd ipse ingreditur tanquam ignis conflatilis,& tanquam vrceus fullonum, & sedebit ad conflãdum, & ad purgandum velut argentum & aurum? Et Ibidẽ.4.a. iterum : Ecce, inquit, dies domini veniet exardens vt fornax,& inflammabit eos : & erunt omnes alienigenæ,& omnes qui faciunt absurda,arũdo, accendet eos dies ventura,dicit dominus omnipotẽs:nec relinquetur,neque radix,neq; palmes. Cæterùm vir desideriorum:Vidi,inquit,vsque dum throni positi sunt, & anDaniel.7.c. tiquus dierum sedit , & vestimentum eius album sicut nix:& capillis capitis eius tanquam lana munda,throB nus eius flamma ignis,rotæ eius ignis consumens,fluuius igneus proruit,antecedens ante eum : mille milia ministrabant ei, & decies millies decem millia consistebant ante eum:concio iudicum consedit , & libri aIbidem.d. perti sunt.Deinde post pauca, Vidi, inquit, in visione noctis , & ecce cum nubibus cœli sicut filius hominis veniebat,& vsque ad antiquum dierũ peruenit, & coram eo est ei oblatus,& datus est ei principatus & honor & regnũ:& omnes populi , tribus & linguæ ei seruient : & potestas eius potestas æterna, regnũ eius non destruetur.Horruit spiritus meus:ego Daniel territus sum:visiones capitis mei conturbauerunt me.Tum aperientur omnes cœlestium fastigiorum portæ , imò istud ipsum cœlum è medio subducetur , haud aliter atque scenæ pelles , ac velum contrahitur è medio, vt commutetur in melius.Tum omnia stupore conferta erunt, & horrore, & metu:tum etiam angelos ingens metus occupabit : neque solùm angelos, sed etiam archangelos, & thronos, & potestates cœlorũ, propterea quòd conserui iudicium subituri sunt de peracta in mundo vita. Nam si in iudicio vnius ciuitatis, quæ in C ipsorum cura,omnes exhorruerunt, quanquam erant extra periculũ : quid tum erit,quando cognoscetur de vniuerso terrarum orbe,sub illice non requirente testes,nec iudicia : sed quando absque illis facta simul & verba in medium ipse reus exactè prodet , ostendetq; scelera ipsorum istorum authoribus,pariterq; illis, qui ea ignorant? Quomodo,inquit, fieri potest,vt tum non concutiatur quælibet potentia? Si enim fluuius ignem non volueret, neque angeli assisterent adeò formidabiles:soli autem conuocati homines,quorũ pars laudata est,& in admiratione habita,pars ablegata ingloriè, ne gloriã dei videat: num illud per se pœna foret tota gehenna longè acerbior? A tãtis bonis esse prolapsum, orbatas animas mordet perpetuò, quantum illud malum putas? Nullo sermone quisquã hic explicabit, alibi autem dilucidè perspiciemus. Quare obsecro ob oculos modò ponas, non dico immanissimam illam pœnam & suffusos gemitu pudore , necnon palàm conspicuos , defixis in terram oculis ob conscientiam ignominiæ: sed illam viam tetram, quæ ad ignem abripit,sed & ferentes tormenta , traditosq; atrocibus punitoribus : idq; eo temporis,quo cornis adornati, celebresq; excantatis Ius angelis regio throno assistunt,

D quicunq; hic bona fecerunt,quiq; digni fuerunt reperti æterna vita. Hæc in illa die. Quæ autem sequuntur, quis sermo nobis exprimet? Quis vel deliniabit voluptatem , quæ ex conuictu Christi extabit,aut vtilitatẽ, aut gaudiũ? Etenim anima quæ in propriam rediit naturam,quę in reliquum tempus multa libertate dominum suum suscipit,quantum ea fructum capiat,quantum dulcedinis,quantum lucrum,haud quisquam vnquam satis explicabit : nec solùm læta bonis præsentibus,sed secura,tutaq; erit, quòd tanta gaudiorum semina nequaquam desitura sint. Eam itaq; iucunditatem vniuersam sermone quis effinget,quis attinget cogitatione ? Obscurè vtpote minutis magna demonstraturus , tentabo facere perspicuum. Perpendamus igitur eos,qui in hac vita huius mundi commodis oblectantur,diuitiis inquam & magistratu atq; gloria,quanta libidine superbiaq; efferuntur ? In terra enim se adhuc degere,negare videntur:quanquàm fruuntur iis demũ bonis, quæ bona esse nondum omnibus persuasum est, quę possessores mutare solita,frequentius ex insperato euolant,& quandoq; citius,quàm somnia.Quòd si paE lisper consistunt, iuxta modum forsitan vitæ huius, si latissimè,extendũtur: nam vlterius protendi nequeũt. Quòd si hæc fluxa suos possessores in tanta gaudia sustollunt, & animum, licèt incerta subitaq; sint, in iugè effundunt lætitiam:quid putas futurum de animis illis accersitis ad infinita bona , quæ in cœlis pios manent, quæ fixa semperq; duratura sunt,quæ virtute quoq; his præsentibus longè præstant,nedũ constantia sua,nunquam desitura , & cuiusmodi haudquaquam ascenderunt in cor hominis ? Nunc enim quemadmodum in vtero puellus , sic in mundo viuimus multis intercluF si angustiis,venturiq; seculi nec fulgorem, neq; claritatẽ valentes contueri: cæterùm vbi tempus imminet parturitionis, & partus æditur iuxta legitimũ præuisumq; tempus , hæc vita omnes tum excipit mortales. Nam abortiui de tenebris ingrediuntur ex afflictione ad afflictionem non paulò duriorem. Maturi autem fœtus, qui notam regij simulachri gerunt obseruantq;, perducũtur ad regem,eiusq; mysterium capessunt: quod angeli quoq;,& archangeli deo rerum omniũ perficiunt. Quare noli characteres illos perpetuò nobis obscurare amice optime , sed eos euestigiò instaura , refingeq; in melius: pulchritudinem corporis intra naturæ vim deus descripsit: decorem autem animæ illinc à necessitate & seruitute examit , veluti corporis luce meliore, atque eius potiundæ copiam omnem nobis attemperauit diuina trutina.Quandoquidem dominus noster impendiò nos amat , eòque vehementius cohonestat genus nostrum. Minora quidem illa , nec quicquam eximij præ se ferentia proficiunt nobis:& quò minimè præstantia credas , ea necessitati naturæ producenda commisit.Porrò verorum bonorum nos esse opifices dedit, propterea quòd corporis pulchritudo in nostra sita potestate, modò curæ nimiæ fuissent , sempérque rebus infructuosis impendissemus operam,& animo dotes, vbique, neglexissemus , quum negata ea facultate iam nunc omnia facimus , omnia molimur : pigmentis formam à nobis quasi ab inuitis asserimus : quum veram nequimus,coloribus, tincturis, concinnatione capillorum,vestium circunductu, oculorum lubricitate , multisque eius generis ineptiis falsam affingimus: quod studium rebus frugi tribuissemus , si potuissemus ad bonam formam aliquid adiungere. Haud temerè aliud quicquam egissemus , vbi fuisset nostrarũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

G virium,quàm excolere formam : quin omnia simul in
hoc tempora consumpsissemus, & venustassemus abiectissimam seruam infinitis ornamentis, relicta domina nobilissima, inculta magis, magisque neglecta quouis mancipio. Qua de causa deus adempta infœlici cutæ,melioris rei artem nobis indidit,per quam qui corpus ex deformi elegans reddere nequit,is animam vel vltimæ turpitudinis,in summam speciem reducere sufficiet:adeòque amabilem reddere, atque adeò illicem, vt & deum regem omnium in suam concupiscentiam pelliceat, ne dum viros bonos, iuxta ea, quæ
Psal.44.c. psalmorum cantor de huiusmodi pulchritudine animæ absoluit. Et concupiscet, inquit, rex pulchritudinem tuam. Num vides quòd deformes, impudentèsque mulieres prostitutæ vix possunt obtrudi gladiatoribus, & iis quoque, qui cum bestiis depugnare soliti sunt:Cæterùm si quæ bonæ formæ,si ingenuæ liberalique facie, per occasionem in eam inciderit calamitatem, quemlibet generosum eximiúmque virum nihil pudebit vel connubio sibi talem adiunxisse. Tanta est
H apud homines misericordia, tanta despectio vulgaris opinionis,quæ sæpenumero in propatulo affectas ignominia,liberat ab infami seruitute, recipítque in ordinem matronarum.Quantò benignior facilitas erit apud deum erga animam propter superni generis præstantiam, quæ per tyrannidem diaboli in huius vitæ turpissimum lupanar coniecta est? Harum rerum exempla plurima sunt apud prophetas, qui vaticinantur aduersus Hierosolymam, prolapsam in scortationem aliquam nouo modo, quemadmodum Ezechiel dicit:
Ezech.16.d Quibuslibet meretricibus datur merces, tu autem addidisti mercedem, & in te euenit contra omnium mulierum consuetudinem:sediisti expectans eos,tanquam coturnix sola in eremo. Hanc adeò deperditæ libidinis vocat rursum deus.Etenim captiuitas eis pœna nõ fuit,sed potius ad occasionem redit⁹, & ad correctionem : propterea quia si deo libuisset conficere pœnis commeritos,profectò domum non reduxisset, nec ciuitatem celebriorem, nec templum augustius vetere
Aggæi.2.b. apparasset.Erit enim gloria, inquit, huius domus, illa vltima præstantior priore : quia sæpius consurcatam libidine deus à pœnitentia non summouit: multò auidius animam tuam amplexabitur,ne dubita, isto duntaxat casu prolapsam.Nemo enim nemo amator formæ quamlibet insanus,aduersum adamatã tanto conflagrat igni, quanto studio deus nostram appetit salutem:quod videre est de vnaquaque anima, & de diuinis scripturis. Obserua in præfationibus Hieremiæ, &
Matth.23.d passim apud prophetas, contemptum fastiditúmque dominum, iterum tamen aduolantem, ac instaurantem amicitiam erga defectores, iuxta id quod etiam in euangeliis ipse contestatur : Hierusalem Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te
2.Cor.5.d. missi sunt:quoties volui congregare filios tuos,quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti?Deus,inquit,erat in Christo,mundum reconcilians sibi, non imputans eis peccata sua, & posuit in nobis sermonem reconciliationis.Itaq; nomine Christi legatione fungimur : tanquam deo vos obsecrante per nos, rogamus pro Christo, reconciliamini deo.
Roma.8.b. Hæc ad nos modò dicta putato, non enim incredulitas tantùm, sed & vita immunda solet excitare grauem inimicitiam. Affectus enim carnis, inquit, inimicitia est aduersus deum. Destruamus igitur interiectum murum, dissipemúsque, atque cadauer eiicia-

I

mus, quò beata reconciliatio contingat, quò reddamur iterum amabiles,& expetendi deo.Scio quòd admiraris Hermiones faciem, & bonam formam eius, K
nihil ei in terris existimas simile : verùm si voles ô amice,iam nunc eris ea multò elegantior,& pulchrior: tantúmque præstabis, quantum luteis aureæ statuæ. Si super corpore illustri meliorum mentes percelluntur & obstupescunt, quãdo in anima refulserit lumen decoris,quid æquale huic sic pulchro oppones?Nam huius pulchritudinis substantia est pituita, sanguis fluidus, atrabilis, succus sibi bene mansi. Talibus enim pigmentis, oculi, genæ, & reliqua membra venustantur:quanquam non suscipiant huiusmodi aspersionem quotidie, quod sæpenumero propter ventris malitiã, aut epatis corrumpitur, ipsaque cutis marcescit, congruo farcimento destituta, atque oculis excauantur. Citius euolat,quàm intellexeris oris decor vniuersus. Quid subest micantibus ocellis? quid occulitur rectis naribus?quid ore cælatur gratioso,& malis purpureis? Certè nihil aliud, quàm gypso incrustatum sepulchrũ L
esse dixeris, bonam corporis formam : modò exactè cognoscas, tam diuersis oppleta intus sordibus. Deinde & pannum reiectum, quem cùm vides implicitum, tenere simile quiddam pituitæ aut fluori, cuiusmodi ex ore vltrò distillat : quêmque ne summis quidem digitis audes attingere, imò ne intueri quidem: sed ad plicas eius,& conuolutiones intimas conuertẽs visum,exhorrescis nauseans. Huiusmodi est,si penitus expendis,corporis venustas, quæ conferta est putore, & sanie multa : cæterùm ista tua dignitas,qua pridem claruisti, erat multò alia. Sicut enim terram cœlum, sic ea formam corporis euanidam exuperat : quinimo & cœlo ipso est illustrior,meliórque. Animam enim à corpore exutam nemo vspiam vidit, aliunde tamen eius tibi demonstrare decorem tentabo, à potentiis nimirum maioribus. Audi igitur quomodo virũ deteriorum consternauit illarum decor : nam demonstraturus earum pulchritudinem, neque corpus cui cõponeret potuit inuenire, ad metalli materiam profugit,qua nihil dum contentus, fulgurationis vim acerrimam in exemplũ quoque assumpsit.Quare cùm substantiam angeli nec puram, nec nudam vidit, sed obscurè admodum & obtectè, sic tamen eam illustrauit, M
vt decuit apparere expositam extra omne velamentũ. Eiusmodi quiddam etiam de pulchritudine animæ cogitasse plus est. Erunt enim,inquit,angelicis corporibus leuiora & tenuiora quæ fecesserunt ad vitam ferentem super corpora,quo homine meliora,magisque admiranda istis creduntur: ergo terra cœlum,& aqua ignis, & lapidibus stellæ sunt pretiosiores : & iridem potius, quàm violas,aut rosas,aut quoslibet flores terræ admiramur.Sic nimirum illis omnibus Christianæ animæ facies præfulget, sed & modis omnibus,vbi oculis corporis liceret contueri speciem huius, deridicula viderentur,quæcunque exempla è rebus crassis & visibilius desumpserimus. Vsqueadeo tenuiter deliniant incomparabiles animæ dotes, & venustatem. Cuiusmodi possessionem & fœlicitatem ne negligamus, maximè quia facilis aditus nobis ad illud pulchrum conquendum datur per spem futurorũ: continuò enim leuiusculum afflictionis, graue & inæstimabile pondus gloriæ peperit, nobis videlicet considerantibus non quæ videntur, sed quæ non videntur:
2.Cor.4.d. nam quæ videntur, temporaria : quæ autem non videntur,æterna sunt.Quòd si afflictiones,quas nosti,faciles por-

A ciles portatu, leuésque nominauit beatus Paulus, propterea quòd non respicitur ad ea,quæ videntur:quantò p:ocliuius erit eo ingenio petulantiam restinguere? Nam ad pericula te non vocamus, quæ à piis interim oꝛeunda sunt, neque ad mortem quotidie obeundam: neque ad perpetuos labores, neque ad flagra,neque ad vincula, neque ad inimicitias cum orbe terrarum sine fœdere gerendam,neque ad odium domesticorum, neque ad vigilias frequentes, neque ad longam peregrinationem,neque ad naufragia, neque ad latrocinum incursus,neque ad insidias cognatorum, neque ad affectum doloris pro fortunis amicorum afflictis suscipiendum, neq; ad famem,neque ad algores, neque ad nuditatem, neque ad experimentum aliquod durum, neque ad animum consternatum, de rebus tuis alienísve confouendum.Interea quidem à te nihil harum rerum requiro,tantùm studeo maledictam seruitutem amouere,pristinámque reducere libertatem: quæ quidem libertas exactè nouerat & agnouerat, quanta sit
B intemperantiæ pœna,quódque præmium superiori vitæ probę futurum est.Nam incredulos de resurrectione ex mortuis leuius commoueri, nullúmque metum sentire,non admodum est admirandum:sed quòd nos qui credimus,quæ hìc sunt,vel potius ea,quę alibi prospiciemus, tam miserè vitam trãsigimus,tam calamitosè,& earum rerum memoria nihil excitamur, exuti prorsus omni sensu, istud quidem longè est omnium absurdissimum,maximéque obstupescẽdum: siquidem credentes,quę sunt incredulorum designamus:parum dixi : multò nimirum indigniora, quàm illi perpetramus. Sunt enim inter illos,qui secundum virtutẽ huius vitæ clari extiterunt,quę nobis esse debet vehemẽs admonitio.Num deinceps venia iure negabitur?Naufragio enim periclitati mercatores fermè nihil dum concidũt,eandem viam audent iterum tentare,quanquam ex incuria id non euenit,sed ex vi ventorum inC euitabile damnum pertulerunt : & nos contamur semel frustrati rursum accingi negotio,qui scimus ante vltimum vitæ momentum nihil desperandũ, qui prænouimus nec naufragium,nec damnum incidens, nisi volentibus accidere. Quid abstinemus manum?quid cessamus? quantus pudor sic resupinos consertis inter se mutuò manibus iacere, atque vtinam inter se consertis,& non contra seipsas commissis.Quod quidem insignis est insania, nõ minor quàm si quis eorum qui in arena pugnis decertant,ora ipso aduersario,in suum caput manibus irrueret, faciémque contunderet propriam.Ex insidiis nos obseruat diabolus,& incautos in magna ꝛ abducit perniciem:quam necesse est,vt resistamus intrepidi,vt cauteamus ne iterum subripiamur ad pericula, ne ipsi nos in præceps collocemus, ne cicatricem ab illo infligtam, nostra culpa refricemus.
2.Reg.11. Quandoquidem beatus Dauid casu decidit non leui re,quàm tu modò,imò non tantùm æquali:subinde enim aliud flagitium adiecit, nempe fœdem atrocissimam innocentis Uriæ. Quid igitur? Num prostratus nihil amplius tentauit, quò resurgeret? Nunquid forti animo arma resumpsit aduersum inimicum? Adeò enim constanti pectore est ei reluctatus, vt & mortuus filiis suis præsidio fortunam Salomoni demerito mille mortes,propter Dauid,deus(scriptum est)reliquit re
3.Reg.11.f gnum integrum, cùm sic loquitur : Scindens scindam regnum in manu tua, & dabo istud seruo tuo : verùm temporibus tuis id non faciam,propter Dauid patrem tuum : è manibus filij tui istud accipiam. Ipsi denique

Ezechiæ periclitaturo vltimo discrimine, quanquam D
iustus esset propter beatum illum virum,auxilium promisit.Protegam eam,inquit,vrbẽ,vt seruem eam pro- 4.Reg.19.g
pter me,& propter Dauid seruum meum: tanta est pœnitentiæ virtus. Porrò si eius sententiæ fuisset,cuius tu nunc es,deum non posse deinceps placari:& si dixisset, affecit me honore eximio,allegit in numerum prophetarum,& imperium in contribules concessit,periculisque infinitis eripuit:quo itaq; pacto continget,vt eum iterum placem, cui post tanta beneficia sum aduersatus omnia pessima temerè perpetrando?Huiusmodi si vnquam venire in mentem permisisset, nõ solùm non attigisset ea, quæ inde præstitit, sed etiam priora insignia dissipasset.Neq; enim sola corporis vulnera dum negliguntur, inducunt mortem, sed etiam ipsius animæ: & inscitia nostra tanta est,vt illius plagis accuratissimè medeamur, huius autẽ obstinatè cõtemnimus: quanquam corpori malum immedicabile sæpenumero accidit,nihil tamen de salute desperamus, quin dicto medicorum audientes,quanquam morbum pharmacis abolere nequeunt,studemus tamẽ ex verbis eorum qualemcunque possumus consolationem venari. Animis hìc nullus est morbus deploratus,quoniam na E
turæ viribus non subest, & perinde negligimus huius incõmoda desperato salutis obtentu, tanquam ad nos nihil pertineret: inde quidem existit,quo detrudimur in barathrum desperationis. Quemadmodum ægrotos qui bona spe sustinentur, salubriter curamus, propterea quòd nihil in eis,de quo dubitandum videatur: ita ab illis abstinemus,qui animum ad sanitatem prorsus abiecerunt,eósque nolumus accipere curandos,tanto diligentiorem corporis, quàm animæ curam habemus : quo fit,vt nec seruare corpus valeamus, optimo quidem iure: nam qui neglecto potiore,de minutis omni solicitudine distringitur, vtraque dissipat & perdit:cæterùm qui ordinem,cui maxima virtus,custodit, & quod prius est,maximè curat:altero,quod est vilius, posthabito, per potioris quidem salutem seruat etiam
Matth.10.c posterius. Sicut & Christus insinuare videtur : Ne timeatis,inquit,eos qui occidũt corpus, animam autem nequeunt occidere: quin potius timeatis potentem & animam & corpus perdere in gehennam.Fortassis tibi per nos persuasum erit, nunquam esse negandum redi
F tum animæ ad sanitatem à morbis tanquam desperatis. Non absurdum itaque videtur aliorum iam cogitationes rememorare.Quanlibet ipse animum abieceris,nos vtique spem de consequenda sanitate tua,nunquam vocabimus in dubium: neutiquam enim id nobis permittemus, quod solemus aliis vitio vertere : & multùm interest,vtrum à spe ipse te summoueas,an ab alio summouearis.Etenim ab alio in eum torpore detrusus,non raro celerem veniam obtinebis:at is qui sibiipsi omnem ademit fiduciam,nunquam inde confidet. Et quid ita?quia nemo alterius studia,resipiscentiámque in manu habet, suorum autem potestatem omnino tenet: atqui nihil dum tantopere præcluimus spẽrandi viam,quanquam infinities ignauia hac laboraueris, fortè dabitur aliquis in virtutem regressus, & de malitia veteris vitæ reconciliatio. Audi sequentia.
Ninuitæ audita prophetæ inuectione & minis,qui ait: Ionæ.3.b
Adhuc quadraginta dies,& Niniue subuertetur:nõ ita consternati sunt, quanquam nihil spei vspiam fuit de deo precibus impetrando,imò potius contrarium habuerunt suspicari ex oraculo. Nam non erat dictum cum aliqua disiunctione,sed aperta sententia,& nihilo

Universidad de Deusto
Biblioteca

G secius tantam exhibuerunt pœnitentiam: Quis scit, inquit, si pœnitebit & consolabitur nos deus, & auertet animum ab indignatione, neque nos pereamus? Et vidit deus opera eorum quòd summoti essent à viis suis peruersis, & pœnituit deum super afflictione, quam locutus erat se ipsis facturum, & non fecit. Homines illi barbari & imprudentes tantum potuerunt intelligere: multò amplius conuenit vt nos idem perficiamus, qui diuinis decretis, totque exeplis eruditi sumus, qui tam in verbis, quàm in operibus quouis populo plus perspeximus: Consilia, inquit, mea non sunt, vt cõsilia vestra: nec viæ meæ, sicut viæ vestræ. Quantùm abest à terra cœlum, tantùm distant iustificationes meæ à cogitationibus vestris, & consilia mea à vestris consiliis. Porrò nos ministri, qui sæpenumero deliquimus, in meliorem frugem proficisci stipulati sumus, quàm blandè reuersi suscipimur, quãta gloria cohonestamur, & nos non rarò delabimur in maiorem licentiam. Non quidem in eum casum à deo describimur: siquidem vbi deus in hoc nos creasset, vt perderet, probè quidem id pernosses, iurèque dubitasses super propria salute: cæterùm quia nõ ob aliud, quàm propter bonitatem nos produxit, quò bonis fruamur sempiternis, atque in hoc omnia facit, omnia molitur in præsentem horam vsq; quod factum ipsius idoneum est, nos dubios reddere. Vehementer eum exasperamus, qualiter alioqui nemo alius: quo fit, vt ea de causa maximè oporteat abstinuisse sceleribus, duci pœnitudine super peractis, multúmque specimen præbere animi demutati. Quandoquidem nihil est quod in nos queat, soleátque illum ipsum semel perinde irritare, atque in posterum nolle reflexisse in viam: nam peccasse est humanum, perdurasse autem in flagitiis non humanum est, sed penitus diabolicum. Considera quanto maiore stomacho deus id ferat apud prophetam. Scriptum est enim, posteaquàm ab eo defecerint omnia: Ad me, inquit, reuertere, neq; reuersus est. Et è contrario iterum admitens demonstrare, quàm benignè lancem, quę continet salutem nostram, inclinet, vbi post tanta, támque enormia delicta se receperunt recta incedere, cum id audisset, inquit: Quis dabit vt sic parentur corda eorũ intra ipsos quò me timeant, custodiántque præcepta mea omni tempore, vt eis bene sit, & filiis eorum per seculum? Prætera Moses subscribit: Agè, inquit, Israël quid dominus deus à te petit? Vt timeas dominum deũ tuum, vt ambules in cunctis viis eius, & vt amẽs eum. Quare qui captat omnibus modis, vt à nobis ametur, & in hoc omnia facit: neque vnigenito propter amicitiam nostram pepercit, vtq; ipsi aliquando reconciliemur, tam amabilem rem præstitit: qui fieri possit, vt resipiscentes non admittat? vt non redamet? Audi quid per prophetam dicit: Dic, inquit, tu iniquitates tuas prior, vt sis iustificatus: & hoc, quò in amicitiam fortiter ardeamus, expetit à nobis. Qui est amore captus, si ipsum ij quos amat, afficiunt quanlibet graui contumelia, nondum extingui sustinet concupiscẽtiam, nullius rei gratia illatas iniurias in mediũ festinat proponere, quàm vt solido ipsius amore demonstrato, arctiore eos dilectione obuinciat. Quoniam autem confessum esse peccata, tantum affert solatij: quantum putas allaturum, per opera diluisse? Nisi sic foret, & à recto cursu semel deflectentibus pateret reditus: quotus tum quisque ex tot hominum milibus in cœlum introisse videbitur? præter admodum paucos, qui supra nos iam nunc sunt cooptati in numerum bonorum. Atqui maximè refulgentes inueniemus post lapsus enormes, qui magnum impetum in malitia præ se tulerunt, eundè rursus adhibuerunt sæpenumero rebus optimis, perpensis apud se debitis, quibus sunt velut obærati per sua ipsorũ malefacta? quod & Christus ipse illustre reddidit, vbi Simoni de muliere respondet: Vides enim, ait, hanc mulierem: sum ingressus domum tuam, aquam ad pedes meos non dedisti, ea autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis suis absterst: osculum mihi non dedisti, ipsa verò ex eo tempore quo intrauit, non intermisit pedes meos exosculari: oleo caput mihi non vnxisti, hæc autem vnguento pedes meos inunxit. Non temerè dico tibi, remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multùm. Cæterùm cui parum remittitur, is parum diligit, eique dixit: Remittũtur tua peccata. Quare aduersarius cùm his rebus cognitis, plenè intelligit eos qui malefacta quantunlibet immania perpetrarũt, vt primum cœperint pœnitere, quod maiore studio id faciunt, tanquam conscij delictorum suorũ, vehementer timet, ac formidat, ne quando rem exordiantur. Gradu enim facto, amplius detineri nequeunt: conflagrant per pœnitentiam tanquam vehemens ignis, & auro puto puróque animas suas puriores efficiunt, tanquam vento rapido conscientiæ, ac memoria præcedentium peccatorum, in virtutis portum conuehuntur. Et hoc est quod peccatores plus possident, quàm qui nunquam ceciderunt: quoniam maiore alacritate reditum tentant, tantùm rem, vt sic dixerim, auspicentur. Nam arduum est, & difficile factu, posse ingredi cliuum primum, & vestibula contingere pœnitentiæ, & inimicum illic exuflantem ignem & imminentẽ abigere atque prosternere: ille autem tanto furore deinceps non digrassabitur semel experatus, ex ea re fortis est qui cecidit. Cæterùm nos maiorem alacritatem concipiemus, multáque facilitate pulcherrimam illam pugnam depugnabimus. Suscipiamus itaque quod superest ascensus, recurramus in vrbem cœlestem, in qua profiteamur, in qua ciues agere iussi sumus. Nam à nobis spem ouare abiicere, non solùm id mali habet, quòd eius ciuitatis portas nobis intercludit, aut quòd in peiorem ignauiam trahit, atque contemptum, aliud habet facile pessimum: intrudit enim in socordiam, cuiusmodi est ipsi satanę: Etenim diabolus ex nulla re ãtus euasit, atque ex prima desperatione, vnde in socordiam ceu per gradus delapsus est. Vt primum enim anima de consequenda salute dubitat, non sentit amplius, quo periclitetur præcipitio, quidlibet faciendo, dicendóque contra salutem suam. Quemadmodum furia correpti, deperdita semel sanitate capitis nihil verentur, nihil eos pudet, intrepidè quidvis audent, in ignem, in mare, in prærupta æditáque saxa impigrè conuolant. In hunc modum qui se incuriæ per desperationem permisere, deiecti sunt intolerabiles, per auia vitiorum assiduò discurrentant, neque mors imminens eos ab insania deterret, atque à deprauatione infinitis se calamitatibus conficiunt. Quare adhortor, antequam altius ab ea ebrietate commaduerit, resipisca, vt resurgas, vt crapulam diabolicam secludas. Si putas esse supra vires, vt vniuersam secludas, & sensim & paululum eius mali, atque ęruum paululum deme. At mihi quidè longè facillimum videtur, omnes laqueos quibus complicamur, simul abrumpere, conferendo nos in palæstram pœnitentiæ: cæterùm quia tibi fortassis arduum apparet, sicut lubet attingas viam ad meliora ducentem, modò attingas & apprehendas vitam

A tam æternam. Magno siquidem studio precor & oro per superiorem probationem, per istam libertatem, vt iterum videamus obmissum animi robur: miserere offensorum per caput tuum, miserere cadentium, & eorum qui facti sunt per te segniores, qui virtutis viam desperarunt. Et nunc quidem ingens mœror occupat fratrum conuentum, voluptas autem & lætitia confessum incredulorum, & iuuenum otio deditorum: cęterùm vbi redieris in illam accuratam diligentiam contrarium erit, nostráque ignominia in aduersarios vniuersa deriuabitur. Nos autem ingenuæ reddemur libertati, videntes te iterum cum eximio splendore coronatum, prædicatúmque: tales victoriæ maiorem ferunt & iucunditatem, & voluptatem. Non enim propria benefacta mercede pensabuntur, sed quòd aliis cohortationi fuisti & solatio, exemplum est maximum, quisquis in tanta mala inciderit ad resurgẽdum, & ad conquerendum contra se. Ne contemnas tantum lucri, neq; animas nostras ad inferos cum mœrore subducas, quin dederis nobis & respirasse, & excussisse nubila pectoris, quæ per tristitiam nos occuparũt: nostris B enim malis omissis, tua damna lamentamur. Quando autem in animum induxeris resipiscere, dispicere omnia prudenter, & angelicæ militiæ cõnumerari: tum nos à luctu reuocabis, bonámque partem de peccatis nostris auferes. Qui per resipiscentiam iterum exurgunt, magna claritate resplendent, & non rarò maiore, quàm alij qui nunquam ceciderũt: quod primò demonstraui etiam à diuinis scripturis. Ea nimirum ratione & vectigalium exactores, & ipsæ meretrices hæreditate acquirunt regnum cœlorum: ea ratione multi ex nouissimis anteferuntur prioribus. Narrabo tibi, quæ nostris contigere temporibus, & quorum ipse testis esse valeo. Noui iuuenem illum filium Vrbani, qui continuò à teneris vnguiculis absque custodia fuit educationis legitimæ, dominus autem multarũ rerum, pecuniarum, ministrorum, agrorum. Is cùm dixisset, quàm sit oblectatus consuetudine rei musicæ, deposito illo splẽdidissimo amictu, totóque huius itæ fastu, repentè pallio se viliore contexit, ad montes, ad solitudinem secessit, egregiámque exhibuit philosophiam, non iuxta illius ætatis modum, sed qualem posset vir quispiam admirabilis & excellens: deinde ad sacra mysteriorum sacerrima idoneus reputatus, magnam accessionem virtuti adiecit. Omnes gauisi sunt impensè, deúmque glorificarunt, quòd in affluentia deliciarum enutritus, clarus ex progenitoribus & admodum adolescens, cunctam huius vitæ phantasiam, fucatámque fœlicitatem, semel conculcasset, & euasisset ad verum fastigium virtutis. Cùm esset eò loci cõstitutus, & nunc iure suspiciendus: ecce corruptores quidam considerantes id esse præter dignitatem generis, iterum illum in fluctus pristinos abduxerunt. Reiectis iterum cunctis eius vitæ, quæ pridem erant, ornamentis, à montibus in medium forum se contulit, & equis vectus, & magno stipatus famulitio, totam, vrbem obiuit, neque saperi, neque temperatè viuere libuit: nimiis enim deliciis incalescens, in absurdos amores ceu noleas perpellitur. Nemo erat ex cœtu conuersantium, qui nõ de ipsius salute pudaret, cum esse, tantum ei examen adulatorum gohæsit: cui accesserunt clientia parentum, iuuentus, multæ opes: qui omnia solent calumniari, hominem traduxerũt eo nomine, quòd à spiritalibus defecisset, inutilis alterus & rei familiari, quòd superiori tempore sermoni & eloquentiæ deditus, retulisset pedem, illícque nihil fructus valuerit consequi, huiusmodi quiddam crebrò occinuerunt. Cùm esset itaque multo suffusus pudore, quidam sancti viri qui sæpenumero in tales beluas impegerunt, & per experientiã probè sunt edocti, quòd spe diuina communitis neutiquam sit desperandum: obseruarunt eum assiduè, visumq; in foro accesserunt, amplexique sunt: quos ille principiò sequentes velut è sublimi, equo insidens alloquebatur contemptim, tanta erat primum impudẽtia hominis. At illi misericordes, studiosiq; in rem alioqui perituræ pueritiæ, non ita multùm ea contumelia mouebantur, in vnum istud figentes obtutum, vt quacunque via lupo agnellum subtrahant, & callidè perfecerunt. Siquidem posthac aliquãdo velut obstupescens, intra se abreptus est. Assiduam eorum curam tum cœpit reuereri, quoties illos vel procul obuiam factos conspexit, ab equo citò desiliit, & oculis in terram deiectis, cum multo silentio, quæ apud illos agerentur, auscultauit, propiórque factus maiori pudore suffundebatur, & eis habuit honorem debitum. Atque eo ingenio lapsum diuinæ gratiæ paucis diebus reddiderunt, omniáque ista retia simul expedientes, pristinæ tranquillitati, philosophiæq; liberum tradiderunt. In tantam autem lucem tunc temporis emicuit, vt superiorem vitam, quæ post casum peracta est, incessens, homo nihili videretur. Cùm enim probè perspexisset, quæ sit malorum esca, distribuit in egentes diuitias omnes: eo facto se à noxiis curis exonerans, omnem occasionem, quæ potuit insidias tendere, abscidit. Viam quæ ducit ad cœlũ incedens, ad apicem virtutis iamdudum penetrauit. Et ille cùm esset iuuenis, excidit, & iterum surrexit. Alius quispiam post multos sudores eremiticæ conuersationis, cui duntaxat vnus fuit conuictor, cum quo vixit planè angelicam vitam, ad senectam vsque perseuerans. Is aliquando ex versutia diaboli velut oscitans, ac remissior factus, accessum dedit maligno ad incitandam concupiscentiam: & lapsus est cũ muliere se commiscendo, qui nunquam vidit mulierem ab eo tempore, quo se ad monasticam vitam cõtulit. Principiò contubernalem suum orauit, vt ipsi daret carnes, atque vinum, adiectis minis, nisi impetraret, in forum se perrecturum: quod dixit non ex desiderio carniũ, sed causam & prætextum captaturus descensus in vrbẽ. Commilito eius cùm varia curiosè dispexisset, formidáretque ne renuens, illum in maius flagitium coniiceret, permisit vt satisfaceret affecto animo. Postquam in eo refriguit amor sapientiæ, deposita fronte fictionem aperuit, palámque profitebatur sibi necesse esse, vt in ciuitatem proficisceretur. Is qui prohibebat, dum vidit se frustra niti, tandem id etiam concessit: at procul assectatus, abeuntem obseruauit, quònam terrarum eo deflexu descenderet. Vidit autem intrantem lupanar, & cùm intellexisset eum commixtum fuisse cum muliere meretrice, expectauit foras: & post absurdæ concupiscentiæ saturitatem, egredientem obuiis ulnis exceptum, amplexúmque, ac multum exosculatum, nihil expostulando de commissis flagitiis, tantùm est adhortatus, vt expleta iam concupiscentia, in solitudinis domicilium velit reuerti. De tanta mansuetudine pudere cœpit, móxque animo perculsus, compunctúsque super temerè perpetratis, ad montem est socium persecutus: eóque loci constitutus vir ille, se casa quapiam conclusit, & eius domunculæ ianua obserata alter ipsi panem & aquam quotidie præbuit: quærentibus autem de se, iussit vt responderet se somnum capere. Hæc cùm dixisset,

Ionæ.3.d
Esaiæ.55.c
Hiere.3.c
Ibidẽ.30.d
Deut.10.c
Esaiæ.43.d
Lucæ.7.g
Matth.21.c
Matth.10.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gxisset, facilè inuenit illum ipsum amicum assensorem, seipsum introdusit, perseuerauitque illic per omnem vitã in ieiunijs,in precationibus, in lachrymis repurgans animam à sorde peccati. Tempore autem nõ ita multo peracto,magna siccitas viciniam inuasit:omnes incolę cùm frustra plorarent,quispiam ex eis per somnium mandatum accepit,vt abiret ad virum illum inclusum, hortaturus eum, quò velit orare ac dissoluere siccitatem . Itaque discessit assumpto socio,& inuenerunt veterem illius conuictorem solum : à quo dum percontantur,accipiunt,quem tum quæsitũ venerant, obiisse diem:qua in re cùm sibi imponi putarẽt,ad preces iterum conuertuntur , iterúmque per priorem visionem eadem superioribus didicerunt:circunsteterũt deinde hactenus verum fateri dissimulantem , obtestatique sunt,vt ipsis viri illius indicium faceret : nam quòd mortuus non esset,quòdque adhuc viueret,omni contentione affirmarunt.Is cùm hæc audisset,ac videret quæ ex pacto inter se arcana tenuerunt euulgata, deduxit eos ad virum illum, & pariete demolito(quia ianuam obstruxerat)intrauerunt omnes,mox aduoluti pedibus exposito mandato suo, rogarunt , vt ferret H suppetias aduersus ariditatem . Ille primum resistere, asserens abesse se à tanta impudentia:nam vt subitò factum est peccatum , ita semper ante oculos conseruauit:tandem commemorantes omnia quę sibi contigerant,persuaserunt vt oraret.Vt primùm autem orauit, mutata est siccitas.Quę gesta sunt cum illo iuuene,qui pridem discipulus fuit Ioannis filij Zebedæi : deinde longo tempore ducem egit latronum:iterum à sanctis manibus beati senis interceptus, in superiorem virtutem è lustro, è spelunca latronum penetrauit,ipse non ignoras:nosti enim non minus quàm ego.Sępenumero te admirante audiui referre beati viri condescensum , & mansuetudinem & suauitatem illicem : quoniam prior cruentam dexteram exosculatus est , hærens in amplexu adulescentis , & ea via reduxit ad amissam virtutẽ . Beatus item Paulus sic Onesimon inutilem transfugam, furem illum non solùm ipse amplexus est demutatum in melius : sed etiam idoneum putauit, quem pœnitẽtem honore præceptoris dignaretur.Rogo te,inquit,pro filio meo,quem genui in vinculis meis, Onesimo, quondam tibi inutili, nunc verò mihi & tibi pertutili,quem remisi.Tu autem eum,hoc est, viscera mea susci pe, quem ego cupiebam apud me retinere, vt pro te mihi ministraret in vinculis euangelij:sed absque tua sententia nihil volui facere,ne velut ex necessitate bonum tuum esset, sed spontaneum. Nam propterea forsitan secessit ad tempus , vt æternum eum reciperes,non iam vt seruum,sed supra seruum: nempe fratrẽ dilectum maximè mihi, quantò autem magis tibi & in carne & in domino ? Si igitur me habes consortem, suscipe illum tanquam me . Ad Corinthios scribens : Ne fortè,inquit, vbi venero, lugeam multos, qui antè peccauerint & nõ pœnituerint. Et iterum : Sicut prædixi , & prædico, quòd si venero denuò,nõ parcam.Intelligisne quos lugeat,quibus nõ parcat ? Non iis qui peccauerunt , sed qui semel atque iterũ orantibus vt resipiscerent,refugerunt aures prębere.Siquidem quòd ait,prædixi. & prædico,vt presens cùm essem , iterum scribo : nihil est aliud quàm ne timor nos exanimet . Etenim Paulus & si non adest , vt olim,quando cum Corinthiis expostulauit:at Christus ipse in præsentia manet, qui tum per hunc locutus est. Vbi perdurabimus in peccatis obstinatè , non parcet, magnum vulnus infliget, atque hic interim permittet K conscindi flagris. Anteuertamus igitur faciem eius in confessione,effundamus coram eo corda nostra. Peccasti enim,ait scriptura,ne superaddas amplius, atque de prioribus tuis peccatis iterum:Iustus est sui accusator ab exordio sermonis . Ne expectemus igitur accusatorem, quin illius partes præripiamus,eóque officio iudicem nobis pacatiorem constituemus . Cæterùm tu confiteris peccata,tęque tui miseret supra modum:scio equidem satis:verùm id non requiro solùm, cupio autem , vt te res aliqua iustificet , vt primum te obsequentem præbueris. Quandiu enim lucrosam intermittis confessionem illam , nihil est cur te accuses: quoniam nescis in posterũ de peccatis discedere.Nam nemo quicquam perficiet cũ alacritate & idonea obseruantia,cui non prius persuasum fuerit,quòd ea res sibi commodo sit futura . Num is qui seminat , postquàm messem non expectat,post sementem vnquam metet? Quis enim proposuit aliquando frustra laborare , & non consequi ex industria fructum?Non aliter qui seminat visiones,lachrymas, & cõfessionem extra spem alioquin vtilissimam, nequit à peccatis abstinere , detentus adhuc malo incredulitatis . Sed quemadmodũ L agricola ille,qui desperato fructuum prouentu segetes deuastantia non arcebit: ita & ille qui seminat per lachrymas confessionem , nihil lucri expectans , neutiquam dimouere studebit ea quę resipiscentiam corrũpunt . Corrumpit autem pœnitentiam, iterum iisdem malis institisse.Nam vnus est,ait scriptura,qui extruit, & alter qui demolitur. Quid lucri accedit præter laborem ? Expiatur quis à tactu mortui, & iterum attingit funus : quid emolumenti huic ex lauacro? Haud secus homo,qui ieiunat,de peccatis sciljcet suis & pergit,eadémque denuò committit,quis huius preces exaudiet? Et rursum:Qui diuertit,inquit,à iustitia ad peccatum, cum dominus præparabit in gladium.Et sicut canis ad vomitum reglutiendum redit,sitq; odiosus:sic imprudens, qui per propriam malitiam ad peccata reflectit. Ne igitur peccatum atque accusator traduxeris:sed tanquam qui debet iustificari per formam pœnitentiæ : quo pacto animam confitentis assidua cura licebit continere,ne quando ad vitia relabatur . Nam vehementer se damnare,profiteríque peccatore,commune est,vt sic dixerim,etiam cum infidelibus . Multos à scena tam viros quàm mulieres , quum turpitudinem suam perpenderent,sui miseret:at nos collimant M ad verum scopum : ideóque istud confessionem nulla ratione nominarim: quia nõ est cum animæ compunctione, neque cum amaritudine lachrymarum, neque cum peccatorum abolitione,quòd ea sic enunciant.Verùm sunt qui eo nomine ab auditoribus gloriam nimirum elegantia,& gratia sermonum aucupantur . Peccata enim non apparent eiusdem molestiæ,quando alius quispiam ingerit,& quando ipse audes. Sunt rursum qui nimia desperatione obstupescunt,insensatique redduntur,& bonam existimationem & sinistram opinionem iuxta ponentes, magna petulantia sua seu aliena mala proclamant:cæterùm caue ne fueris neque de horum neque de illorum numero . Nolo enim vt proficiscaris à desperatione ad securitatem,quin cum alacritate ac fiducia erudite pœnitentiæ desperationis,quantum vales huic diuersum studiũ ostendas.At quę tandem est radix & mater desperationis?Ignauia inquam, imò quam quis haud ineptè nominauerit non tantùm radicem,sed vicissim illius quoque & parentem & altricem,

Vide Eusebium Cæsariẽsem hist. ecclesiastic. lib.iij.cap. xxiij.

ad Philemonem.c.

2.Cor.12.f

Ibidem.13.a

Ibidẽ.26.d

Prouerb. 26.b

A tricem.Quemadmodum in cadauere tabes gignit vermiculos , quæ ab iis iterum augetur : ita est propemodum noc loci.Nam ignauia desperationem parit,ab ea mutuò & illa nutricatur,adeóque dum seruant inter se execrabiles vices dandi,accipiendique, confirmantur in potẽtiam haud mediocrem: alteram itaque rescindens abarcẽnsque alteram quę consequitur facili opera conficiet. Nunquam enim qui non torpescit,in desperationem proruet:neque qui alitur spe bona,aut qui expectationem salutis non abdicat , in socordiam delabitur. Par istud pessimum dissipa,& iugum confringe,hoc est illam variam, illam grauem cogitationem. Quandoquidem qui vtrunque malum coniunxit,non est vnius formę,sed multiplicem de se prębet speciem, omnifariámque.Quis autem talis est?Vsu venire solet, vt is qui pœnituit,corrigat plurima, maximáque facinora : interim autem quia denuò peccat,nactæ correctioni non minoris ponderis peccatum opponit:quod maximè in desperationem abripit:haud segnius atque hi ab expectatione cadunt , qui simul eadem vt ædificarunt,demoliuntur exhausto frustra tanto labore:necesse est,vt illa in mẽte habeamus,vtq; expleamus tam pernicioſarii cogitationem . Siquidem virtutis modo B alteram vitiorum lacrem adæquante non anteuerterimus , à mole peccatorum quæ interim obrepserunt, penitus opprimemur : nihil enim tum retinebit , quò minus absorbeamur:sin actione boni prẽmuniti fuerimus, ea nos defendet non aliter atque thorax firmus, acuta noxiáque tela summouet,quò minus,quod solẽt, queant præstare : quin his discussis,omne periculum à corpore defendit.Nam qui illinc abscedit,tum bonis q̃ malis operibus affluens, habebit aliquid solatij in pœna & diris illis tormentis: qui autem à factis melioribus alienus,tantúmque est peioribus stipatus, dici non potest , quàm arctissimè pœnæ sempiternæ cohæreat à vita illinc abmandatus. Nam illic bellum erit malorũ operum cum aliis diuersæ conditionis . Si hæc deprimunt libram,saluum reddũt non mediocriter authorem suum:& non tantum poterit damnum, quod vsu malorum operum accreuit,quantum eam deorsum rapit prior ordo.Peruersa autem opera si exuperant, abducunt ad ignẽ gehennæ:propterea quòd non sit tantum agmen operum virtutis, quod valeat restitisse impulsu tam violẽto:sermo nostri solus hoc non astruit, verùm contestantur omnia diuina eloquia, siquidem Matth.16.d ait ille: Reddet vnicuique secundum opera sua,nequid in gehenna tantùm , inuenies etiam in cœlo discrimina plurima . Mansiones enim multæ,inquit,sunt apud patrem meum:& alia est claritas Solis,alia claritas lunæ.Et quid miraculi est eum tam curiosè illa esse perscrutatum , quando stellæ quoque differentiam ad stellam asseruit ? Quare rebus his omnibus perspectis, nunquam ab exercitio operum cessemus.Vbi assurgere ad ordinem Solis aut lunæ non datur , ne contemperimus astrorum cœtum, donec tantum virtutis de nobis præbuerimus, vt liceat incolere cœlum . Si non aurum , si non preciosus lapis habebimur , ad argenti modum pertingentes,adhuc permaneamus in fundamento. Id vnum curæ sit,ne ad eam deficiamus materiam,quam ignis cito corripit:deinde cùm videmus egregia facinora superare aptum nostrum , minora perfecisse nihil pudeat . Reiicere enim parua,vbi magna consequi non vales, extremæ est dementiæ, quum omnibus modis effugiamus.Quemadmodũ enim opes corporis accumulantur, quum amatores illarũ ne minimum,quidem lucellum negligunt:sic spirituales diuitiæ.Num absurdum apparet,quòd iudex quoque frigidi poculi mercedem rependit?Atqui nos stolidiores, nisi magna benefacta possimus , minorum curam omnem abiicimus . Minima qui non despicit,accurato studio vel maxima perficiet:qui verò illa fastidit,ab his interim excidet:quòd ne contingat,libuit Christo pro Matth.10.d illis mercedem amplissimam certò polliceri . Quid enim facilius, quàm respectum agere eorum, qui laborant,de quo tamẽ magnum vicissim prẽmium tribuit? Itaq; vitam sempiternam suscipe, oblectes te domino, & ei supplica, iterũ arripe iugum commodum, subeas leue onus,dignum principio finem superadde.Ne despexeris diuitias tantas,quæ vltro affluunt:quas semel vniuersas amittes,vbi perseueraueris exasperando deũ per ea,quæ nunc facis . Vbi autem obstruxeris canales antequam multum damni datum,aut antequam alluuium aquarum exculta arua corruperit, recuperare poteris ab initio cuncta quæ perierant,adiecto etiam illis non exiguo fœnore.Quæ quidem cùm ritè perpenderis,excutias obsecro lutum & sordes:à terra,vbi iaces, resurgas , & formidabilis eris aduersario , qui te ceu nunquam resurrecturum prostrauit:postquàm viderit E manus te mouentem contrà,inexpectato vulnere percussus,segnior erit ad insidias denuò ponẽdas:ipse autem tutior factus , non amplius accipies tam acerbam plagam.Si aliorum calamitates idoneæ sunt,vt nos erudiant : quantò potentius quas ipsi exhausimus erudient?Videor mihi propediem visurus istud in tuo capite, & iterum ex libramine diuino te clariorem, pulchriorémve euasurum , tantámque præstaturum virtutem,vt aliis illic anteferri queas,modò ne desperes, neque recidas . Hæc enim ad iudicium proficiunt , sic mihi quidẽ vsus est.Postquàm aliquid vel per alios intelligo,non cesso quod mihi cõducat eligere:qua in re si probè auscultas,nihil erit loci reliquis medicamẽtis.

AD THEODORVM MONACHVM,

Homilia epistolaris: sed incerto interprete.

Si fletus posset & gemitus per literas nunciari,redundantia lachrymis atq; suspiriis profectò ad te scripta misissem . Equidem fleo, F non quòd paternarum rerum solicitudinem geras,sed quòd ex fraterno te deleueris numero,quòd negligendo calcaueris,quicquid ante de pectore Christo spopõderas,ad hæc inhorresco,his angore crucior, propter ista formido,non immerito: vt enim non obiicitur desertio militiæ non militanti : ita is qui semel esse cœperit miles, cùm deseruisse detegitur, pœna dignus vltima iudicatur.Non est graue Theodore charissime cadere luctantem,sed iacere delectum:non est pernicioſum in prælio vulnerari , sed post vulnus acceptum desperatione curandi medelam vlceri denegare . Nullus se demergit,naue fluctibus semel eversa, ac totum onus perditum desit nauigare:sed rursus ad maria nudúsque festinat,rursus immensa peruolat freta,& iterato fœlicius cursu,casus prioris damna compensat . Sæpe etiam athletas videmus,post frequentes lapsus,& deiectiones plurimas coronatos:militẽ quoque scimus post fugas multas virum fortem fuisse , & victores victos. Multi etiã qui negauerant prius Christum propter crudelitatem , necessitatemque pœnarũ, simile rursus certamen aggressi glorioſe coronã martyrij receperunt.Quòd si vnusquisque eorum quos di-

numerauimus

Universidad de Deusto
Biblioteca

G numerauimus propter aduersa principia desperando
cessisset,nunquam ad sequentium voluntatem,ac fru-
ctum bonorũ peruenire potuisset : similis profectò res
est frater charissime, ideoque considera ne quis paulis-
per cõmunis inimicus, & vbi bene steteras, loco mo-
nit:idcirco & ipse te totum ad præceps,quod videtur,
impellas.Persiste,imò magnanimus esto,& vnde extu-
leras pedem reuoca,nêve ignominiæ,vel opprobrij ge
nus credas exiguam hanc parui temporis plagam.Ne-
que enim reprehenditur miles,cùm de prælio reuertit
tur vulneratus,sed reprehẽsibile magis,ac semper turpe est arma deponere,& seruitutis iugum subire captiuum. Quandiu autem quis in conflictibus perseuerat,
siue pro tempore cadat ille, siue fugiat , nullus vsque-
adeo ingratus ac durus,& bellicæ disciplinæ expers e-
rit,qui vituperet denuò dimicantem.Non pugnantem
quippe est non vulnerari . Quicunque autem iracun-
dia pertinaci in hostes feruntur , aut cadere nonnun-
quam videntur,aut vincere . Quod quidem tibi nunc
prouenisse non miror , qui dum subitò serpentem oc-
cisurus insequeris , minimè morsum tetridentis eua-
H dis.Verùm si constantior redeas,& sobrio vt conuenit
paululum corde confidas : non solùm & ipsa vestigia
impressi vlceris repentè delebis , sed diuinitatis auxi-
lio,& iam caput scelerati anguis extingues . Neque il-
lud te fortè terreat,quòd tam subitò,& in exordiis suis
refrenatus tibi cursus videtur , & impedita principia.
Vidit sine dubio,& velociter vidit oculus hostilis,non
modicarum in sensibus tuis signa virtutũ,& inuictum
debellatorem suis rebus increscere longè antè præsen-
sit . Qui enim contra ipsum subitò moliri tot & tanta
cœpisset,eum nisi inimicitiis occuparet, expugnãdum
à se postea difficilius æstimauit.Ob quod solicitius,vi-
gilantiúsque festinans,aduersum te totus exiliit, imò
aduersum se magis:si tamen ita ipse perstiteris,vt cœ-
peras repugnare.Quis enim non in te iure miratus sit,
post repentinam illam mutationẽ,& rapidum ad me-
liora trãscursum,cœlestis iam verè animę probos mo-
res? Epularum quidem tibi oblectatio omnis, & luxus
contemptui erat . Despiciebatur supellex varia, atque
preciosa omnis inanium rerum iactura ignorabatur.
Totum illud externæ,atque peregrinę philosophiæ stu
dium à diuersis lectionibus sufficiebat dies non perpe-
tuæ orationum noctes,exciderat paternæ sensibus tuis
I memoria dignitatis , diuitias obliuio profunda posse-
derat.Fraterna autem genua complecti, & sanctorum
pedibus aduolui omni nobilitate sublimius iudicabas.
Ista dæmonem perculerant,ista illum ad certamen ar-
marunt . Propter hæc factum est, vt intorqueret qui-
dem tela violentius,sed tamen certius non feriret . Et
quidem si post multorum hoc tibi temporum spacia,
post diuturna ieiunia , post terrenorum durriciam le-
ctulorum,post alios labores cœlestis philosophiæ con-
tigisset,nec sic quidem desperandum putarem : quan-
uis videretur non parua priorum iactura meritorum,
licèt maximum damnum plures putarent post tot,tan
tósque sudores, tot luctas,tot pericula,tot palmas,cubitò iacere conuicti.Verùm quia is nunc te in procin-
ctu certaminis,cùm quo eras certaturus,elisit,hoc tan
tùm proficit,vt fortiorem te suntiat resurgentem.Mo
dò enim tibi è portu soluendi magis, quàm de cõmer-
ciis reuertenti , ac repetita à diuitiis repetitis nauigia
reportanti occurrit incassum pirata violentus : vt si
quispiam prouocatum leonem conetur occidere, sola
tantùm rudentis transitum ferri pellis agnoscat , non
solùm illum profectò non læsit, sed cautiorem, sæuio- K
rémque in sui magis perniciem prouocauit.Lubricum
genus est natura mortalis,citò quidem labitur,sed non
serò reparatur . Et vt facilè cadit, ita & velociter sur-
get.Beatus quoque ille Dauid,vir electus in ordine re-
gum,electus in numero prophetarum: posteaquàm in
plurimis deo dignus apparuit, hominem se esse mon- 2.Reg.11.
strauit , & in amore quodam alienæ mulieris exarsit. a.b.c
Nec hoc solo contentus fuit , sed adulterium ex cupi-
ditate commisit , & homicidium propter adulterium
perpetrauit.Sed non ideo,quoniam duplex vulnus ac-
ceperat , etiam tertio seipse percussit : verùm mox ad
medicum cõuolauit, & diuersa medicamina plagis fe- Ibidẽ.12.d
stinus apposuit,ieiunia,lachrymas,luctus,preces,& in-
defessam peccatorum confessionem,ac sic per ista pla-
cato veniam à deo meruit , & ad priorem dignitatem
rediit, vsqueadeo, vt post adulterij, & homicidij cri-
men , impietatem ac scelus filij paterna memoria po- 3.Reg.11.c
tuerit obumbrare.Filius enim eius cui Salomon voca-
bulum erat,iisdẽ quibus pater vitiis inuolutus,ob mu-
lierum gratiam à paterno recedere ausus est deo.Hinc
aduerte quàm leue sit non vincere voluptâtem cupi- L
ditatis : sed peruertere ordinem naturæ,& virum ge-
nitum subiacere seruitio fœminarum.Hunc ipsum er-
go Salomonem,qui omni penitus spoliari imperio dig-
nissimus erat, paternorum contemplatione merito-
rum sextam regni dominus portionem habere permi-
sit . Et sanè securè, & vbi esset eloquentia secularis, &
repentè in exercendis negligentior studiis,fori voces,
ad tribunalium palmas , & coronas illas atque victo-
rias deseruisses.Rouocarem profectò sensibus tuis me-
moriam præteritorum,& peterem ne tibi perire pate-
reris tot,ac tantos inter illa iudicia desudatos labores.
Verùm quia omnis nobis solicitudo est cœlestium re-
rum,ne terrestribus prorsus cogitationibus præpedia-
mur : aliud magis contemplare,quæso,iudicium,aliud
prospice, quod sine fine reuerendum est , atque inter- Roma.14.b
miscendum tribunali.Omnes enim nos,inquit,necesse &.2.Corin.
est manifestari ante tribunal Christi. Ille tũc iudex se- 5.b
debit,qui nunc à te repudiatur.Quid tunc ergo dice-
mus?quo colore excusationis vtemur,si in eodem cri-
mine permanebimus? Interrogo quid loquimur . Ne-
gotiorum fortè , atque causarum varias solicitudines
prætendimus.Sed ante eos commonens ipse prędixit: M
Quid proderit homini,si totum mundum lucretur,a- Matth.16.d
nimæ autem suæ damnũm patiatur ? Sed seductos nos
à quocunque causabimur. Sed non potuit Adam vxo-
ris illecebras excusare dicẽs: Mulier quam dedisti mi- Gene.3.b
hi sociam , ipsa me seduxit . Nec rursum vxorem ser-
pentis culpa defendit,magni horrendique timoris ple
num, illud Theodore iudicium est, non accusatore e- Hebr.4.d
get,neque testes requirit.Omnia enim nuda,atque de-
tecta sunt oculis iudicantis:nec factorum tantummo-
do,verumetiam cogitationum nostrarum rei necessa-
riò subiacemus.Scrutator enim,atque discretor est co Sapi.m.1.b
gitationis & cordis ille qui iudicat.Sed forsitan natu-
rali infirmitate tentabimus crimen obtegere, nec po-
tuisse nos susceptum iugum ferre dicemus . Et qualis
hæc excusatio erit , iugum nos placidum non voluisse
sufferre,onus non potuisse portare, quod ipse vocaue-
rit leue:imò grate, & onerosum pondus putarem quie-
tum laborem , ad quem nos Christus inuitat , dicens: Matth.11.d
Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis , & Ibidem.
ego vos requiescere faciam . Et rursus: Tollite iugum
meum , quia suaue est , & onus meum leue est . Quid
enim

A enim leuius esse dices, ac melius, quàm solicitudine se-
culari, & laboribus & metu exui, q̃ ab istius mundi flu-
ctibus segregari,& possidere placidi tranquillique por
tus securitatem? Agè perspiciamus quid in hoc seculo
nobis beatum,quid optabile videatur . Sine dubio
dignitatem,& opes dices,& ambitionis humanæ fœli-
citatem . Sed quid his miserabilius erit , si ea libertati
Christianorum volueris comparare? Illum primatem
beatum æstimas . Iudex populari iracundiæ subiacet,
multitudinisque vulgaris irrationabilem impetum tre
mit: maiorum autẽ potestatum authoritatem veretur,
& perpetua pro his quos regit, solicitudine frangitur:
& qui paulò antè iudex erat,fit repentè priuatus . Non
est profectò theatralibus scenis presens vita dissimilis.
Nam vt illic ille imperatoris,hic iudicis,alter & mili-
tis implet officium:vbi autem cõsecuta nox fuerit,nec
imperator agnoscitur imperator,nec iudex qui fuerit;
iudex videtur , nec miles postea qui prius miles : ita
vnusquisque nostrum in illius seculi die,non personis,
sed rebus atque actibus competentem accipiet digni-
B tatem.Hæc ergo gloria iudicanda est,quæ sic ab homi
Iob.13.d ne defluit,vt cadere diuinus sermo florem dixit à fœ-
Psal.102.c no?Sed diuitiarum pompa laudanda est,quam qui pos
1.Petr.1.d sident,miserabiles iudicantur. Væ enim,inquit,diuiti-
Lucæ.6.d bus.Et alibi: Væ his,qui cõfidunt in virtute propria,&
Psal.48.b qui in vbertate diuitiarum suarum gloriantur . Chri-
stianus autem nec priuatus ex iudice,nec pauper ex di-
uite,nec ex glorioso esse inglorioſus potest, sed opibus
semper ex vbertate fit egendo locupletior:at tunc ma-
ximè supra omnes esse incipit,cùm inferiorẽ se omni-
bus facit,& ex dignitate illa,per quam regit non homi
nes,sed mundi istius potestates,ipsumq; seculariũ te-
nebrarum obtinet principem . Humilitas quippe non
illa tantum laudatur, quæ de conscientia peccatorum
venit,sed illa,quæ ex virtute descendit, deo chara est.
Et quia in ea requiescit deus , ideo omnibus domina-
tur,& nullus eum de hac dominatione detrudere po-
Hebr.13.a test.Bonum quidem nuptias & ipse confiteor. Hono-
rabiles,inquit,nuptiæ,& cubile immaculatum. Forni-
catores autẽ,& adulteros iudicat deus.Sed te iam ser-
uare non conuenit priuilegia nuptiarum: Angelorum
enim societate semel iunctum,illud relinquere,& vxo
ris laqueis implicari , adulterij crimen incurrere est:
C quanuis frequenter hoc ipsum nuptias voces , ego ta-
men & adulterio illud tãto peius affirmo, quantò ma-
ior ac melior mortalibus angelus.Neque alius tibi for
tè persuaserit,dicens : Nihil de non accipienda vxore
dominus præcepit . Nec me ignorare confiteor, quòd
adulterium interdixit,non nuptias vetuit,verùm in te
adulterij nomẽ accipiet, si volueris vnquam,quod ab-
sit,nuptias cogitare.Et quid mirum,si nuptię tales,qui-
bus offenditur deus,adulterio cõparantur? Maius lon-
gè audies:Homicida iustorum laude donatur,& mi-
ricors plus,quàm homicida punitur:quoniam hoc ve-
Nũc.15.b tante fit domino,illud volente. Et Phinees quidem ad
iustitiam reputatum est , quòd impudicum cum turpi
fœmina virum vno gladio percussisset.Saulem autem
1.Reg.15.c Samuel sanctus dei in luctibus,lachrymis,precibúsque
&.16.a pernoctans,damnatione, cui illum addixerat deus,li-
berare non potuit : quomodo hostium ducem , quem
debuerat trucidare , inuito parcendum credidit deo?
Cùm hæc ita sint,stupere desiste : si nuptiæ peiores ad-
ulterio iudicantur,quoties Christus offenditur? Atque
vt illud repetã,quod in principio posui epistolæ,si mi-
litiæ vinctula non teneat,quis tibi desertionis crimen
obiiceret? Nunc autem nihil in te penitus tui iuris est, D
quippe qui tanto imperatori militare cœpisti . Nam si 1.Cor.7.a
mulier proprij corporis non habet potestatem,sed vir:
multò magis hi , qui Christo potius quàm sibi viuunt,
conditione corporis sui habere nõ possunt.Iste qui nũc
Theodore contemnitur,ipse tunc sine dubio iudicabit.
Hoc præcipuè cogitemus,prospiciamus illum igneum
fluuium,qui ante conspectum ipsius præcedet:& quòd
qui illis semel traditus fuerit flammis, sperare non po
terit requiem, finémque pœnarũ.In hoc quippe seculo
aut quæritur vita,aut amittitur.Huius enim vitæ diui-
tiæ , & illicitæ voluptates , somno similes vmbrisque
transcurrunt , in quibus antequam peccato terminus
detur,delectatio cupiditatis extinguitur:illa verò sup-
plicia,quæ homines propter ista suscipiunt,non carent
fine tormenti:& quod hic oblectare creditur,tẽporale
est:quicquid autẽ illic cruciat & consumit, æternũ est.
Quid in hoc mũdo stabile,quid perenne est?Credo di-
uitiæ,quę vsq; ad vespertinas quidem horas plerunque
manserũt?Sed fortasse gloria secularis? Audi ergo cu-
iusdam venerabilis viri vocem : Tempus,inquit, vitæ Iob.9.c
meæ,leuius cursoribus fuit.Vt enim illi priusquàm be- E
ne stent, exiliunt : ita & hæc euolat antequam veniat.
Nec ignoro quòd inferiorẽ te fecerit cõtra inimici cõ
flictum cessatio dimicandi:scio quòd in medio verse-
ris incendio seculariũ voluptatũ, Sed si aduersariè di-
ctum velis,non seruiemus oblectationibus tuis,nec ra
dicem adoramus omnium malorũ:si sustuleris ad cœ-
lum oculos,mox caliginẽ dominus tetri ignis excutiet:
& eos quidẽ,qui te ad incendium impulerunt, cõcre-
mabit: te autẽ in medio fornacis cõstitutum respergetrore nebularum,& sibilantis aurę spiritu æstuantia tibi
corda mulcebit,ita vt nec ad cogitationes,nec ad con
scientiã tuam vis ignis accedat:tantùm ne requiescere
segnior velis,& spõtè vincaris . Nam & munitissimas
ciuitatũ, cùm sæpe omnia obsidentiũ tela vicissent,o-
mnium expugnationũ genera vitassent,vnius tantùm,
vel alterius ciuiũ interius cõmanentiũ occulta proditio sine vllo repẽtè certamine capi fecit.Et nunc caue,
ne qua in sensibus tuis cogitatio proditionis tibi ma-
chinã moliatur innumeris artibus, licèt tẽporis expu-
gnatione murorũ vtatur inimicus,incassum cũcta ten
tauit.Multos nanque,ac magnos habes diuini muneris
gratia viros,qui nobiscũ dolẽt,qui te palęstri oleo spi- F
rituali sępe perfundũt,qui pro animę tuę diebus,ac no
ctibus salute formidãt.Habes sanctum Valeriũ,ac deo
dignũ,Florentiũ quoq; per omnia eidẽ morũ ornamẽto germanũ.Habes Porphyriũ philosophiã Christi phi
losophantẽ,aliósq; prẽterea plures numero, & pares vi
ta. Omnes hi indefessa casum fraternum lamẽtatione
deplorãt. Etiam sine dubio iugi prẽce meruissent assequi dudũ quod precabãtur,si paulisper hostium temet-
ipsum laqueis eruere tentasses.Quomodo ergo nõ in-
congruum,& reprehensione dignũ videtur,si cùm alij
ne nunc quidem de tua salute desperent,sed continuis
orationibus recepturos se proprij corporis frãtrẽ esse
confidant,nolis ipse cõsurgere semel lapsus, sed iacere
persistas,atque ipsum quodammodo hostem increpes,
dicens:Occide,ne parcas . Nunquid qui cadit,non re- Hiere.8.b
surget? in libris cœlestibus legimus dictũ.Verùm con-
tradicis ipse his sermonibus,& repugnas.Nam despe-
rare semel lapsum,nihil aliud est dicere,quàm hoc,qui
semel ceciderit non resurgat. Ne quæso,nêve vsqueadeo
in expugnatione tui, ac lesione permaneas,nêve tãtum
ignominiæ omnibus nobis effundas dolorem . Et qui-
dem non

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gdem non nunc solùm loquor, quando annum vicesimum necdum agis, sed etiam si omni te ævo Christo vixisse meminisses: postmodum autem in vltimo senectutis curriculo æquè vt nunc lapsum viderem, ne tunc quidem huiusmodi in te desperationem probarem. Sed erigo obsecro mêtem euangelici latronis exemplo iustificati in cruce,& in ipsa morte saluati. Ante oculos collocabo eos etiam, qui vndecima quidem hora aggressi sunt opus, sed ad totius mercedem diei peruenire meruerunt. Vt igitur satis durum videtur, ac barbarum his, qui deuoluti fuerint ad profundum imi gurgitis cœnum,si tamen casus prioris crimina emendent,salutare correctis remedium denegare: ita rursus haud tutum est hac spe hominem ad vitia nutriri, vt dicat enim, datio post ista succurrit, nunc interim voluptatibus vitæ istius fruar, postea autem per exigui tẽporis castitatem mercedes transactorũ quoque adipiscar annorum. Memini nanque te sæpe dixisse his,qui in studiis tibi secularibus posito tam perniciosa suadebant,etiamsi in isto,aiebas, breuis tẽporis spacio,bonum terminum vitæ minimè fuero consecutus, quemadmodum ad illum ibi, qui dixit: Nolo differas conuerti ad deum,neque diem ex die protrahas:nescis enim quid pariat superuentura dies, huius animi, huiusque consilij recipe, ac recordare obsecrationem, & constringe vinculis furem. Hoc enim nomine excessum de hoc seculo nostrũ Christus appellat,quòd ignorantibus veniat, & nescientibus nobis repentinus assistat. Considera vniuersas mundi istius curas, vel quæ singulis quibusque sunt propriæ, vel quæ multis solent esse communes,mecum intolerabilis iudicij, & extrema nonnunquam pericula, quæ ad inuidiam cuiusque plerunque nascuntur, miserabiles illos labores,& seruile adulationis ingenium:imò & seruos quosque, qui honestiores paululum videntur indignos terrenorum operum,ac breues fructus,quorum infœlici cupiditate deficiunt. Multi etiam voluptate,ob quam tot labores impenderant caruerunt, & priori omni æuo in solicitudinibus,periculisque consumpto:tunc cùm recepisse se immensi sudoris putauere mercedem subita morte præuenti, nihil secum ex his,quibus nec hìc quidem vti potuerant,abstulerũt: nec immerito. Nam si huius telluris imperatorem vix aliquem post multa discrimina,post frequentium trophæa bellorum cum authoritate promerita videre contingit:quemadmodum cœlestem omnium regem poterit intuerì ille, qui per totum suæ tempus ætatis alij vixerit,& alij militarit? Agè vt & de domestica,quæ in vxore,filiis,seruulisque sunt solicitudines dicam,durũ esse filios non habere monstrabo:quorum alterum frustra nuptus illigare est, alterum amarissimæ succũbere seruituti. Aegritudo tentabit paruulum, formido præcipuè immaturæ mortis disrumpat orbita non ferenda, crescentibus deinceps annorum gradibus quoque curam adipiscar animorũ, ac semper pro ipsis, aut timorem parens sustineat, aut dolorem. Graue æquè est,si se magis pauperem quis agnoscat vxore: graue etiam,si ditior sit illa,quæ nubit. Vni enim facultates mariti imminuuntur,alio libertas & authoritas derogatur. Qui præterea illas enumerare molestias possit, quæ à dominis ingeruntur seruis? Hæc ergo Theodore charissime vita dicẽda est, vnam discerpi ac diuidi animam in tam variias rerũ, ac personarum necessitates, tot hominibus seruire, tot viuere, sibi autem soli tempus omne viuendi penitus denegare. Nihil horum apud nos dilectissime, quod & teste confirmo,inueniri potest. Illo enim ipso per breue tempus, quando paulisper demersum fluctibus caput expedire tẽtasti,memor es quę dulcedo,quod gaudium in tua mente diffuderat. Non est profectò,nó est omnibus curis solutus, habet,nisi solus ille,qui Christo viuit ac seruit. Ille semper vniuersis quæcunq; sunt malis superior inuenitur, tãtùm vt seipso aduersum se vt nolit inimico. Alius ei obesse nihil poterit, nullius vnquam regi captiua colla iugo submittit, non facultatum damnis solicitatur: quippe qui dicit,quòd nihil intulimus in hunc mundum,neque hinc quicquam auferre poterimus: non gloriæ,aut bonorum cupiditate superatur. Scit enim quòd nobis dignitas nostra seruatur in cœlo,non conuiciis, non plagis ad iracũdiam commouetur: vnum tãtummodo Christianus iudicat malum, solúmq; formidat domini cœlestis offensam. Nam illa alia, hoc est imminutionem pecuniarum, amissionem patriæ,periculum vitę:quorũ omnes etiam memoriam perhorrescũt, perniciosa prorsus esse non credit. Hinc autem aliquando migrare,& ad superna transire fore dulcius,sub ipsa vitæ istius luce confidit: vt si quispiam rupis excelsæ verticem tenens, pelagus omne prospiciat, multósque inde nauigantium crebris fluctibus freti,vnda submergi, alios in prærupti mõtis saxo collidi,nõnullos ad alia littora cõtendendo properare,& subitò vi tẽpestatis,vt vinctos ad alia deduci, plures sorbẽtes vnda sæuientis profundi ima penetrare,aliquos tabulę vnius auxilio ex fragmẽtis nauis inuentæ à morte defendi,aliquãdo pro gubernaculo,atq; remigiis manibus tantummodo suis vti: alios autem videat turbidos fluctus multiformi atque multiplici genere cadauera ferri:ita est ergo ille,qui militat Christo,cùm se à tempestatibus,atque turbinibus vitę istius separat,consistit in arduo semper,ac tuto securus loco. Quid enim celsius potest esse,quid tutius,quàm vnam tantùm nos solicitudinem gerere, quemadmodũ deo placere possimus? Vidisti certè Theodore naufragia huiusmodi,pelagus, vndásque declina, & excelsum illum huiuscemodi pelago quære nauigantem:quamobrem obtestor ac deprecor,fuge maria,vndásque declina,& excelsum illum, atq; à periculo captiuitatis immunem occupa locũ. Resurrectionem Theodore non ambigis fore,& illud cœleste iudiciũ,quod nos post ãnem vitę huius expectat. Omnes,inquit beatus Apostolus, nos adstare oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisq; propria corporis, prout gessit siue bonũ siue malum. Non incassum gehenna cũ pœnis denunciatur, nec frustra tot ac tantorum bonorum præmia præparantur. Vmbra autem quędam ipsisq; vmbris inanior, nequiórque est conuersatio secularis, plena periculorum,plena tormẽtorum, extremo cuidam seruitio subiugata. Ne quæso & præsentis temporis bono fraudemur,& futuri. Licet autem vtrunque lucrari,si velis facere,clamat beatus Ioannes: Qui in Christo credit, debet sicut & ille ambulauit, & ipse ambulare. Et alibi: Fugite fornicationem, & iterum: Tempus breue est,&, Bonum est,inquit, homini mulierem non tangere, quasi & in tactu solo periculum sit: & iterum, Volo autem omnes homines esse,vt meipsum. Beatus qui Pauli similis fuerit, fœlix qui audiat Apostolum præcipientem, non ignoscendum. Liberi nos arbitrij esse natura permisit, vt quod volumus, hoc faciamus. Eligamus igitur bonum potius, quia boni dei creatura sumus,ne nos diaboli opprimant mala. Nam qui in Christo viuunt, etiam istius mundi commoda consequuntur,

Lucæ.23.f
Matth.20.a
Eccli.5.b
Matth.24.d.& Lucæ.12.e.& 1.Thes.5.a
1.Tom.6.b
Roma.14.& 2.Cor.5.b
1.Ioan.2.a
1.Cor.6.b
Ibidẽ.7.e
Ibidem.

Aquuntur, dicente Apostolo: Vos,inquit, templum dei estis,& spiritus dei habitat in vobis. Et quem cœlum, & terra non capit,famuli dei pectus capit. Vides ergo Theodore,quòd in hac vita,etiam melior,ac maior ostenditur ille qui deum, quam ille qui coniugis curam gerit. Nullus quippe hinc ad illam transgressis pœnitentiæ locus est. Neque enim aliquis athletarũ posteaquàm egressus stadio fuerit,spectaculis ex more finitis luctamẽ aggredi potest. Hoc si cogitare semper velis, terribilem illum, atque violentum maligni dæmonis gladium,frangendo comminues, quo interficere plurimos solet,per quem deiectio spei resurrectionis abscindit. Graue istud,ac durum est armorum ipsius genus, & alia semel captus arte nõ retinet,sed huiusmodi vinculis illigatos constringere solet, quos potuerit subiugare. Quos tamen nexus citò,si volueris dei nutu dissoluendo rumpemus. Scio quidem me epistolæ excessisse mensuram, sed ignosce quòd longius paulò nõ sponte processi, sed tristitiæ acerbitate compulsus, & charitatis affectu: propter quam & ipse mihi,vt ignoscis,imposui istam scribendi necessitatem, vetantibus multis,atque dicentibus: Omitte,quid incassum laboras,& supra petram,vt aiunt,seris? Sed cùm multi mihi ista suaderent,nulli acquiescendum putabam. Spero enim,vt mecũ ipse confero,Christi dei nostri clementia faciente literas aliquid profuturas:sin autẽ id,quod abhorret ex votis fuerit consecutum, nobis tamẽ non mediocriter consolemus. Silentij crimẽ vitare potuerimus,neq; his, quibus mos est peragrare totum nauibus fretum, peiores esse credimus. Qui quoties viderint eiusdem artificis disciplina nauem fluctibus mersam, aut ventorum impetu dissolutam, incumbentes alicuius tabulæ pelago sæuiẽte differri, vela deponunt, & ancoras iaciunt,& minoris nauiculæ remigiis occupantes homines,aliâs fortassis ignotos,sed ex præsentis periculi conditione noscendos,omnibus modis seruare festinant. Verùm si illi forte respuerint salutis auxilium, nullus his credo poterit imputare eorundem perditionem,quasi voluissent, manifestum est seruare perituros: hæc à nobis transmissa perspicies. Speramus autem quòd etiã à te inuicem nobis otiua referentur, & quòd iteratò te sancto atq; fœlici saluatoris discipulorum choro videbimus aggregatum,incolumẽ te sanitate,quę vera est,citius recipiamus,orationibus sanctorum. O mihi amicũ caput,si qua etiam nunc in sensibus tuis memoria nostri est, neq; ad arcano pectoris tui expulisti,dignare scribere. Non enim ambigis ex literis tuis maximũ nobis gaudiũ esse venturum, Amen.

1.Cor.3.c

AD EVTROPIVM, ET ALIOS ALIquot, Homilia epistolaris: sed incerto interprete.

† Huius epistolæ genus passim paramythicum est, partim parænetícum.

Semper quidem frater,sed nunc præcipuè cõpetenter dicetur: Vanitas vanitatũ,& omnia vanitas. Vbi nunc est refulgens cõsulatus ambitio? Vbi resplendentes ad inuicem syderum tetro orbe lampades? vbi equorum certamina? vbi diuersorum munerum pompa? vbi coronæ, & varia totius orbis ornatus? vbi tubæ,& theatralis illa populi adulantis acclamatio? Repentini spiritus flatu tanquam folia cuncta decussa sunt,& arbor nuda derelicta est:& non solùm nuda,sed & ab ipsis cõuulsa radicibus: tanta enim vi ventus incubuit,vt ipsius arboris absoluerit neruos.

Ecclés.1.a

Vbi nunc simulati illi amici? vbi variæ adulationum facies? vbi conuiuæ,& prandiorum,cœnarúmque assectatores? vbi paropsides? vbi electa vina,& per totum diem tracta conuiuia? vbi cocorum exquisitæ artes? vbi denique omnis illa potentia,& clientum greges,ad gratiam cuncta loquẽtium? Nox erant omnia illa,& somnium,& die exorto nusquam comparuerũt. Vmbra erat,& pertransiit:fumus fuit,& dissolutus est: bullæ aquarum fuerunt,& disruptæ sunt:araneæ telę erant,& discissæ sunt. Propterea que iterum spirituale istud carmen canimus dicentes: Vanitas vanitatum,& omnia vanitas. Hunc enim versiculum,si saperent,qui in potentia versantur,in parietibus omnibus, & in vestibus suis scriberent,in foro, in domo,in ianuis, in ingressibus:& ante omnia in conscientiis suis, vt semper eum oculis cernerent,& corde sentirent: quoniamquidem multæ sunt rerum facies, multæ imagines falsæ, quæ decipiũt incautos: istud oportet quotidie salutare carmen,& in prandiis, & in cœnis, & in omni conuentu vnumquemque proximo suo canere, & à proximo suo libenter audire: quia vanitas vanitatum est,& omnia vanitas. Non tibi semper dicebam, quia fugaces sunt diuitiæ, & stare nesciunt loco? Sed tu me non libenter audiebas. Nónne tibi dicebam, quia nulla certa est in potentia tua fides? Sed tu hæc ægrè accipiebas. Ecce nunc ipse te rerum exitus docet, quia non solùm infideles & fugaces,sed exitiabiles sunt diuitiæ. Inde denique est,quòd pertimescis,quòd turpi concuteris metu. Nónne tibi dicebam, cùm me frequẽter corriperes, & increpares vera prosequentem:quia ego te magis diligerem, quàm illi qui adulabantur: Ego qui arguebam te,plus tibi profueram,si audire voluisses,quàm illi qui assentabantur? Non meministi cùm dicerem tibi, quia meliora sunt vulnera amici, quàm voluntaria oscula inimicorum? Si mea verba,quę tunc vulnera videbantur,audisses: nunquam tibi oscula adulatorum istum exitum peperissent. Mea enim verborum vulnera sanitatem ferebant, illorum autem oscula blandimenta morbũ tibi insanabilem generabant. Vbi sunt illi nunc, qui te in foro longis ambagibus constipabant,qui domi,foríque laudabant? Abnegauerunt te omnes amici tui,discesserunt vnusquisque in sua,& nudum te atque inanem reliquerunt,nullus illorum vel propè accedere ausus est. Nos verò non ita,sed & tunc cùm difficilis esses, ac durus ad monita nostra, non pertimescebamus: & nunc casum tuum nõ perhorremus,nec deserimus,sed quantum possumus,subleuamus: & ecclesia quidem, quæ à te impugnata est, apertis te gremiis suis suscipit. Turbę verò illæ theatrales,pro quibus aduersum nos sæpe inflatus es,acclamant interitũ tuum, nos tamẽ nunquam cessauimus,dicẽtes tibi: Quid agis? quorsum,hæc? Cur ad insaniam prouocas ciuitatẽ? Cur populos tantæ vrbis spectaculorũ contentione præcipitas? Sed tu nihil horũ curabas,quinimo diuitias tuas in his cõsumebas, à quibus nunc gladij acuuntur in te. Ecclesia verò, quæ iram tuam, & impetum furoris tui sæpe perpessa est: vbique discurrit,& satagit,& ex isto te laqueo conatur eripere. Verùm hæc agebacens,non insulto lapsis, nec superbo pede cerui colla iacentium calco,sed eos qui stare videntur,solicitos reddo. non sauciato vulnus exaspero,sed eorum quos nondum inuoluerunt aduersa tenebrarũ,cõseruare cupio sanitatem. Non,inquam,submergere studeo fluctuantem,sed eos moneo,qui secundis nauigant velis,ne forte si non caueant,submergantur: quod non fieri potest,si permutationes

Prou.27.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gtationes non cogitentur rerũ,vt non incidatur in eas. Nam qui in secundis aduersa prospiciunt,inopinatum nihil patiuntur in aduersis.Sed quoniam hic neque ex seipso cogitare hæc potuit,neq; ab aliis admonitus corrigi voluit : vos saltem,quibus à deo commissa est dispensatio diuitiarũ, & potentia temporalis,discite verecundiam moniti:& correptione alterius erudimini, 1. Timo 6.d nihil superbum sapere, neque in incerto diuitiarũ sperare.Tam nihil sunt enim hæc omnia quæ videtis: etenim si ea fumum, & vmbram, & fœnum, aut florem fœni nominemus,si somnium dixerimus,minus profecto quàm se habet veritas,dicimus.Nam cùm eò quòd in certatorum stadio & breuis est, atque infida possessio,multum tamen secum periculi gerũt,& plurimum indignæ & fidę mortis annectant.Quis enim hoc celsior videbatur?Nónne orbem supergressus est apice dignitatis?nónne ipsis etiam Romani imperij insulis terribilis fuit?nónne summa rerum potestas huic subiecta erat?nónne ad ingressum eius diadema regni tremuit, & imperij purpura inclinata,quassata est?Et ecce nunc infœlix,& prostratus iacet,captiuo miserabilior,seruo
H vilior,egenis abiectior,omni reo despectior:per horas enim singulas imminere gladios ceruicibus suis,& instare carnifices videt: nec quia fuerit vnquam ei voluptas aliqua meminit in vita,aut deliciarum vlla recordatio in memoriam eius venit . Sed quid dico voluptatis , ac deliciarum recordatio ? Sol si in cœlo nunc resplendeat,aut si sit in mundo,lux ipsa non sentit:sed die medio atra nox oculis eius incumbit , & nihil nisi tenebras videt . Sed quandiu hæc? Non puto me posse vllo sermone explicare,quæ patitur . Hesternus enim dies indicium fuit, cùm ad eum ventum fuisset ex palatio,& ad sacrarium confugisset,quàm vultus eius buxei coloris effectus , & nihil omnino à mortuo differens, tremor dentium, *mentúmque* demissum, interrupta vox,lingua resoluta.Et hæc dicimus non exprobrantes,vt superius dixi,neque insultantes ruinæ eius, sed vestram mentem mollire cupientes, & ad misericordiam prouocare , vt contenti iam sitis cruciatibus eius, & effugiat à nobis pœna, quam patitur . Multi enim sunt inter nos crudelius agentes , & in supplicia eius ardentius sæuientes,qui etiã nos culpant,cur eum susceperimus, & cur indulserimus, vt sacrosanctum altare cõtingeret. Propterea ergo exposui supplicia eius, quę nullo inferẽte perpetitur.Sed dic mihi frater,quid indignaris?quid tam pertinaciter sæuis? Cur igitur ad ecclesiam cõfugiat is, qui semper expugnauit ecclesiã? Propter hoc maximè , in his enim oportet glorificare deum , qui permisit eum in id necessitatis adduci , vt per ipsum & virtus,quæ inest ecclesiæ,& misericordia nosceretur.Virtus quidem ex eo,quòd impugnatorem suum supplicem videt : Misericordia verò ex eo,quòd protegit supplicem, & sub alis suis contegit, cuius dudum hostilia tela cõtempsit:quódque immemor priorum malorum suorum sinum suum cum pietate pandit ei,cuius vulneribus nunquam cessit. Quid hac victoria clarius?Quid ista virtute præstantius,hosti non cedere,misero subuenire?hæc pietas Gentiles confundit,Iudæos arguit , lætificat credentes : nunc enim in eum misericordiã facit,cùm omnes amici & familiares eius reliquerunt eum, cùm adulatorũ & satellitum eius nusquam vllus est:sola ecclesia velut omnium mater,& quæ memor sit sese ex hostibus , ac persecutoribus dilaniatam,receptam sub alas suas,& pectus suum iracundiæ regis opponit, furori plebis obsistit,odia omnium perfert, & impugnari se gaudet pro eo, à quo K expugnatur. Ista sunt ornamenta altaris ecclesiæ,istud est decus virtutũ eius,ista sunt Christianę pietatis insignia. Sed nefas est,inquit,istum flagitiosum raptorem atque inuasorem cuncta diuinum altare contingere . Nolo hæc deus charissime, quoniamquidem & Lucæ.7.g meretrix illa peccatrix contigit pedes Christi , & non exhorruit opprobrium contulit Christo,sed insignia virtutis eius elicuit.Neque enim immunditia eius polluit mundum, sed puritas mundi purificauit immundum. Nolite quæso,vos malorum memores existere:aut nescitis cuius domini sumus famuli, cuiusq; magistri discipuli.Recordamini illius nos esse seruos,qui pro his, Ibidẽ.23.e à quibus ad crucem deductus est,dicebat:Pater,dimitte illis,quia nesciunt quid faciũt.Sed refugiuro,inquit, ecclesiæ ipse prohibuit & legem dedit,quę velut muro quodam misso confugere eos ad diuinum altare prohiberet.Sed ecce ita dispensauit deus,vt prior disceret ipse quod fecit,& vim legis suæ ipse prior sentiret . Si vindictam queris, quid esse hac amplius potest, quàm vt ipse solueret quod ligauerat,destrueret quod ædificauerat,pateretur ipse quod cęteros pati iusserat:Quid L hoc spectaculo quæris amplius ? Hic positus,& tacens, orbi terrarũ iniquitatẽ suæ legis annunciat , monet omnes,& dicit : Nolite facere talia, ne talia patiamini. Est ne quisquàm,qui talem doctorẽ non audiat,qui nõ acquiescat huiusce modi monitori:quique non sermonibus doceat,nec exemplis aliunde quæsitis:sed se ipse, inquam,& suum exiliũ offerat omnibus ad exemplum? Quid tu putas altare nunc pollui?imò verò nunc effulget in virtute, nunc terribile apud omnes efficitur , & metuendum . Non aspicias quantum leonem tenet in vinculis, quos spiritus subiectus premit , quantam superbiam deiecit ac fregit. Aut ignoras,quia & imagines regum non ita magnæ,nec mirabiles videtur,cùm reclinati solio,& auro ac purpura refulgentes pinguntur : cúmque adhuc pedes eorum uincti post tergum, barbari iacent,capite in terram demerso.Sed quid pluribus opus est?Vos ipsi fidem date sermonibus mei. Nunquid nó clarior nobis,& celebrior hodie conuentus est? Nihil minus esse video in multitudine,quàm si sanctus Paschę dies ageretur.Quis istas huc hodie innumeras multitudines congregauit?Conuenisse video non solùm virorũ insolitos vultus,sed & mulierum: si quę illæ erant,quæ clausæ semper domibus habebãtur, M deglexerũ domesticam curã, & ad ecclesiam conuolarunt.Virgines etiã video prorupisse de thalamis,nec verecundia detinuit,quas dei gloria inuitauit.Conuolauit enim vndiq; omnis sexus,& omnis ætas , omnisq; conditio,vt illum quem viderant altaris hostem,nunc captiuum viderent altaris,vt perspicerent iudicia dei: Psal.103.d Qui respicit super terrã,& facit eam tremere:qui tangit montes , & fumigant, vt videat omnis oculus , & suismetipsis aspectibus credat , mortalium res , quàm sint fragiles , quàm caducæ , vt intueantur omnes , & perspiciant vultus istius : qui hesterno læti , exultantes,erecti, & despicientes omne hominum genus, hodie rugosæ anus, & annis decrepitæ esse fœdiores : ita enim se rerũ successus,& prosperitas habet.Hæc enim est huiusce modi conuersorũ virtus , & quanto elatior prius fuit,tanto nunc deiector fiat.At hanc rerum faciem etiam si dives,etiam si superbus aspiciat,emendatus intuens eum qui in tanto culmine erat,nunc usque ad ima deiectum,& eum qui orbem Orre extenta manu quatiebat, nunc lepusculi alicuius,aut ranæ timiditate attractum

A tate attractum latitare , absque vllis vinculis ad basim columnæ huius astrictum,formidantẽ,ac trementem: nónne intuens deponet continuò superbiam,& incipit nihil sperare de dignitate & diuitiis suis , sed incipiet continuò philosophari,& ad memoriam reuocare ser
Esaiæ.40.b monem scripturæ,quo dicitur:Omnis caro fœnum,& Iacobi.1.b omnis gloria hominis sicut flos fœni?Aruit fœnum,& Psal.36.a flos decidit,& sicut fœnum arescit:&,Sicut olera her-Ibidẽ.143.a barum citò cadet:quoniam homo vanitati assimilatur. Ibidẽ.101.a &,Sicut fumus dies eius.Et quæcunque his similia scripta sunt,recordabitur:si verò hæc aliquis pauper aspiciat,continuò eleuatur, & incipiet semetipsum consolari , & penuriæ suæ deponere dolorem . Gratulabitur enim in paupertate sua,quòd prestitit ei paupertas sua, ne incurreret diuitum ruinas, & penuriam suam centuplo omnibus diuitiis preferet,agẽs gratias deo,quòd sibi sortem paupertatis indulserit,ne pro diuitiis vsque ad vitę ipsius periculum peruenireret.Vide quantum lucri & diuitibus & pauperibus contulit,humilibus & elatis,seruis & liberis,quòd iste ad altare cõfugit?Vides quomodo vnusquisque inuenit ex ista conuersatione
B remedium, & ex ipso tantùm ædificatur intuitu? Puto vos mitigatos, puto repressam iracundiam, & impetũ impij furoris extinctum: puto quòd iam vos ad miserandum magis,quàm ad persequendum sermo cõuerterit.Et quid dico,Puto?imò iam certus sum. Video enim vultus vestros furore depulso lachrymas proferentes : induti enim estis Christum, & induti estis viscera misericordiæ:& ideo didicistis dolere cũ dolentibus,flere cum flentibus.Quàm breui seminanti mihi sermonem misericordiæ,seges fœcunda pietatis ascendit:& cõfido quòd iam nunc misericordiæ manipulos congregabo.Prosternamus nos,quæso,religioso principi,imò potius obsecremus primò misericordiam dei, qui cor regis emolliat,qui furorẽ regis mitiget,vt interam ab eo gratiam mereamur . Et quidem comperi, quod iamdudum ad aures eius delatum est , quòd hic ad altare dei,& verum istud asylum confugisset,& insistente exercitu expoſcentes,vt eum traderet ob scelerum suorum pœnas luendas,longa oratione vsum,quasedaret exercitum.Audio enim prosecutũ,quòd in singulis quibusque delinquentibus,non ea tantùm consideranda essent,quę peccauerint,sed & ea quæ aliquando fortè vtiliter gesserint . Cúmque in his non solùm
C tumentes animos non placaret,verùm & acrius inflãmaret , dolentium præcipuè & imperatoriam iniuriam: tum ille de serenissimo vultu profusis lachrymis admonuisse fertur exercitum,quòd ad altare dei confugerit , & ita tanti illius furoris impetum restrinxisset. Sed & nos quod ex nobis est,agamus.Si enim propriæ iniuriæ acerbitatẽ non exequitur imperator:quid sanctos facere decet , quid filiis ecclesiæ agere conueniet, quibus paulò post accedendũ est ad sancta,quibus contingenda sunt mysteria, quibus Christo dominico offerenda est,in qua dicendũ est:Remitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris ? Sci-Matth.6.b mus bene debitorem esse multorũ,scimus eum ingentis iniurię verbo.Non est nunc iudicij tempus,sed pietatis:nec vltionis,sed miserationis: neq; sententiæ,sed indulgentiæ.Desinite,quęso,vos ab indignatione animi, cohibete irãs, tumoremque depellite, & ad preces vos misericordis domini mecũ conuertite,vt det ei veniam,liberet eũ de imminentibus gladiis,& concedat ei tempus pœnitentiæ, vt possit se exuere omnibus malis quibus iniquè iniuste est.Rogemus im-

peratorem,vt honoret ecclesiam,honoret altare,& ho D minem qui ex eo sperauit salutem,non inaniter patiatur credidisse : addo & illud,quia si nos rogamus pro eo,ipsi quoq; imperatori gratissimum erit , & laudabit nos pro tanto pietatis opere, ac salute hominis remunerabitur opus nostrum.Iam verò apud deum quanta merces est,qui vtiq; misericordes diligit, crudeles respuit?Nam viro misericordi,si quidem iustus sit,coronas gloriæ dabit:si verò peccator sit,misericordiã conferet,& veniam peccatorũ.Misericordibus enim misereturdeus,qui dixit:Misericordiam volo,& non sacri- Osee.6.b ficium.Et in omnibus scripturis hoc inuenies quęrere deum, & in hoc opere remissionem fieri peccatorum. Si quis ergo vult suis peccatis veniam dari, si quis sibi vult propitium fieri deum : ipse faciat misericordiam peccatori,& ad exorandũ pro eo clementissimum principem veniat . In hoc enim & sibi diximus,vt misericordiam quęrat,& ecclesiæ laudem conferet.Sed & omnes,ad quoscunque plebis nostræ venerit,tantæ pietatis auditus mirabuntur, & dabunt gloriam deo, atq; in omnẽ terram odor boni operis diffundetur. Vt ergo tantorum bonorum participes exiſtamus rogemus, E deprecemur,eripiamus hominem de periculo, liberemus captiuum,manum supplici porrigamus,vt & nos futurorum bonorum participes effici mereamur , per gratiam & misericordiam domini nostri Iesu Christi, per quem , & cum quo patri gloria & imperium , vnà cum spiritu sancto , in secula seculorum , Amen.

EPISTOLA DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, *ad Olympiam fœminam cumprimis illustrem.*

Genus huius epistolæ non satis alioqui fœliciter versæ , paramythicum est,simul & protrepticum:In qua Chrysostomus vt nusquam non solet , & exemplis densus est : & homœoses interspargit non inelegantes,ab his etiam epistolam exorsus.

ET corpora , quæ cum validis luctata sunt febribus:& maria,quæ cũ ventis ferocibus certarunt : non repentè,neque illa aduersitatem deposuerunt,quam susceperè de febribus:nec ista motus,quos habuere de fluctibus:sed sensim paulatimque. Nam & corpora plurimo tempore indigent , cùm febrire cessauerint , ad diluendum omne imbecillitatis, F quod ex semet remanserat,tædium. A quę quoque vbi etiam aduersi spiritus flare desierint, diutius fluctuant ac mouentur & durant,huc illúcque iactitatæ,& pluri mo impetu circumactæ opus habent ipsæ etiam tempore ad redeundum in tranquillitatem serenam. Hæc autem proœmia sum præloquutus tuæ non † simpliciter venerationi,sed vt addiscas,quòd & istam tibi ne- † ἁπλῶς i.non temerè:vel, non fine causa. cessariò epistolam mittimus. Et si omnẽ mœroris dissoluimus tyrannidem , & omnem arcem eius effodimus per literas præcedentes:tamen multam habet instans sermo necessitatem , profundam etiam operandi pacem : vt memoriam omnium delens , quæ venerunt ex mœrore turbarum, tranquillitatem tibi candidam monstret & firmam : & in plurima te securitate constituat . Id enim nobis studij est, non vt solam te à mœrore liberemus, sed & repleamus, & additate quàm plurima atque perpetua . Possibile enim erit , si voles. Neq; enim in immutabilibus naturæ legibus,quas commutare vel transponere non valemus : sed in arbitrij sensibus liberis , quos tractabiles habemus , status ipse ciuitatis est positus: vt & nosti,& antè forte meministi.Neque enim multum temporis intercessit pluri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gmos me ac prolixos super hoc consumpsisse sermones, cùm frequeter historias recensserem, quas in medium deducebam. Non enim ita in natura negotiorum, sicut in hominum mente assolet stare fœlicitas. Igitur quoniam ad hunc se habet modum rerum præsentiũ conditio: vt & multi diuitiis affluentes, vitam istam arbitrati sint non viuendam: alij contrà in extrema paupertate degentes, lætiores omnes perdurarunt. Et illi quidem dum vterentur officiis, gloriáque vel honoribus fruerentur, vitæ maledixerunt suæ: hi verò ignobiles, & ex ignobilibus, & nulli penitus noti, beatiores plurimis se crediderunt. Neque enim vt in natura causarum, sic in animis hominum, ea quę eueniunt, à prosperitate consistunt. Neq; sanè cessabo frequenter istud recantans. Ne ergo recedas: sed erige te, & sermoni dexteram porrige. Et hoc nobis adiutorium præsta: vt plenius te ab istarum cogitationum amarissima captiuitate rapiamus. Si enim nolueris ipsa quoque tantum, quantum nos studium commendare: nihil vobis proderit ista medicina. Et quid mirum est, si nobis ista cõtingunt? Etenim omnipotẽs deus, cùm exhortatus fuerit & consolatus quenlibet: ille verò qui audit, non obediat dictis: ne tum quidem aliqua ex parte proficiet: sed & maioris hinc pœnæ occasio ei, qui noluerit obedire, nascetur. Et hoc significans Christus dicebat:
Ioan.15.a Si non venissem, & locutus eis non fuissem: peccatum non haberent. Modò verò excusationem non habent
Matth.23.d de peccato. Et præterea, Hierusalem quæ occidis prophetas & lapidas eos, qui ad te missi sunt: quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti? Ecce relinquetur domus vestra deserta. Hoc igitur sciens labora, & da operam, atque contende habens subsidium eorum quæ dicta sunt, expellendi & eliciendi cum multa virtute turbantes te cogitationes, tumultum & tempestatem maximam concitantes. Sed quòd istud operaberis, & hanc nostram admittes exhortationem: omnino non dubito. Oportet autem te tibi præparare gladios & hastilia, & arcus & sagittas, & clipeum & tibialia: vt his quidem muniaris, illis verò adoriaris atque confingas: & tanquam mortuas exponas superuenientes tibi tumultuosas cogitationes. Vnde itaque machinaméta & funditores comparemus: quatenus ne quidem iuxta hostes permittantur accedere, sed admodum procul mœror cum plurima excellentia propellatur. Pauca quædam de ea philosophemur, atque monstremus, quàm grauis hæc res sit & molesta. Nam tristitia animarum crudele tormẽtum est, dolor quidam inexplicabilis: & iudicium omni iudicio, vindictáque deterius. Nam & vermi est similis venenato: non solummodo carnem, sed & animam ipsam perimens. Et tinea non solùm ad ossa, sed ad corda pertingens: & perpetuus quidam carnifex non animam dilaniãs, sed vires animæ consumens: & iugis nox, ac tenebræ profundæ, & tempestas, & turbo, febris non apparens omni ighi validius incendens, & pugna requiem non habens, & languor plurimos obscurans vide.tu. Nam & Sol, & huius perspicui aëris natura impudimẽto videtur esse taliter affectis: & in ipso meridie profundissimam noctem videtur imitari. Vnde & admirabilis propheta, dum significaret ista, dicebat: Occidit illis Sol meridie, non tanquam sydere dissipato, neque tanquam si huius cursus esset incisus: sed quòd in mœroribus anima constituta, etiam diei lucem noctem putaret. Non enim noctis tenebræ tales sunt: qualis nox mœroris existit, non quidem veniens ex lege naturæ, K sed ex cogitationum obscuritate collecta: formidabilis quædam & intoleranda subsistens, crucem circumferens, faciémque omni tyranno crudeliorem præ se ferens: nulli facilè obsequerans eorum, qui eam dissoluere moliuntur, sed adamante fortius tenet frequẽter animam captiuatam: si quando hæc plurima philosophia vsa non fuerit. Quid istud opus est recensere, tanquam de proprio proferentẽ? Est in manibus in eos qui superati sunt, iam venire: & inde eos ipsius vires addiscere. Magis autem, si videtur, prius interim probationem eius aliunde faciam. Quando enim Adam peccauit illud graue peccatum, & omne genus hominum in cõmune damnauit, de mœrore pœnas luebat: illa verò quæ amplius deliquerat. Ideóque grauiore tristitia mœrebat: adeò vt huius peccatum, dum cum viri comparatur errore, non putetur esse peccatum. Adam
1.Tim.2.d enim non est seductus: mulier autẽ seducta in præuaricatione fuit. In præuaricatione igitur ista seducta fuit, dum tale sibi ac viro poculum tẽperasset: ideóque hoc genere vindictæ punitur, quasi quę possit dolorem sufGene.3.e ferre mœroris. Multiplicans enim, inquit, multiplicabo mœrores tuos, & gemitum tuum. In tristitia filios L generabis. Nusquam dolor, nusquam labor & sudor: sed mœror & gemitus. Et illa, quæ ex his vindicta descendit: doloribus & infinitis mortibus est coæqualis, imò etiam multò deterior. Nónne caput humanorum malorum formidabile, & non ferẽdum, & mille videtur luctibus dignum? Nónne iniquitatis extremę hanc esse Paulus dixit vltimam pœnam? Nam indignè mysteriorum sacramenta tangentés, & venerandæ mensæ participés inhonestos, hanc pœnam luere memora-1.Cor.11.g uit ita dicens: Propterea inter vos, multi debiles & infirmi, & dormiunt plurimi. Nónne & legislator & omnes, eos, qui intolerabiliter deliquerũt, hoc vindictæ genere damnauerunt? Sed & deus nónne hanc in lege posuit vltimã pœnam, his qui magna peccassent: Nónne propter huius mortis timorẽ, patriarcha ille Abraham & qui magnam vicisset naturam: vxorem propriam maluit voluptatibus donare barbaricis, & Aegyptiæ tyrannidi? Nam fabulam ipse componebat iniuriæ, & rogabat vxorem, vt cum eo tam horrendam tragœdiã simularet. Nónne erubescit, huiusmodi scGene.12.c næ proferens causam? Erit enim, inquit, vt cùm vide- M rint te facie claram, & speciosam vultu, occident me: te verò reseruabunt. Dic ergo, quòd soror mea sis, vt bene mihi sit, & viuat anima mea propter te. Vides timorem? vides tremorem, & exagitantem excelsam & philosophicam illam animam? Vides adamantem formidine solutum? Mentitũ genus, & aliam pro alia personа inferebat. Quis enim non confundatur, & decidat: cùm videat eum, qui heri & antè paucos dies gradiebatur stipatus, atq; mille actus exequebatur domus, vxoris, famulorum, liberorum curam gerebat, minabatur, terrebat, interrogabat pœnas, inferebat supplicia, mille alia per ciuitates atque regiones operabatur: subitò iacére præ ipsis lapidibus plus tacentem, plurimis se lamentantibus & amicis lugentibus, muliere vulnerante cor, genas lacerante, crinésque soluente, ancillarum choros cogente congregante: cum multo, vt diximus, planctu: illo nihil penitus sentiente? Omnia enim subitò recessére de medio meus cogitatus, & anima, & flos ipse faciei, motúsque membrorũ: & successerit deformis vocis amissio, insensibilitas, corruptio, sanies, vermis, cinis, puluis, fœtor, dissipatio plena visionis

A sionis horrendę: vt queadeò, vt ossa ipsa totius soluãtur corporis. Sed interim totum hoc formidabile & ipsis rebus ostensum ex sanctorum illorũ timore longè leuius est à mœroris tui defectione. Propter hanc enim, prolixiore verborũ ambitu dẽ cõsumpsi: vt te doceã, quam pœnã modò sustineas: & quomodo ad æqualem librã huius defectionis, multò maiorẽ vicem expectes bonorum. Vt autem discas quoniã hæc ita sunt, vt dicuntur: ad eos iam confugiã, qui ab hac captiuati esse nosc untur, ad quos & prius venire cogebar. Hebræorũ enim populus, dum Moyses venisset, & libertatem euã gelizasset, & Aegyptiorum malorum liberationẽ: neq; se eum audire sunt passi. Nam & causam apponens le-
Exod.8.a. gislator ille, memorabat: Locutus est autem Moyses populo, & nõ audiuit populus Moysen à pusillanimitate. Et quando maximas Iudæis deus tetẽderat minas pro iniquitate multa, post commorationẽ in alæna regione, post fames, post morbos, & humani generis cibum:
Deut.28.g. hanc infert vindictam, dicens: Dabo illis cor deficiẽs, & oculos deficientes, & animam tabescentẽ. Sed quid opus est nominare Iudæos, populum videlicet inquietum, & insipientem, & carni solummodo mancipatũ,
B & philosophari nescientẽ? Possumus in præsentia magis ex præclaris illis viris super his accipere probationem. Nanq; Apostoli triennio cùm fuissent cum Christo versati, & de immortalitate multa fuissent edocti, aliisq; secretis: cùm operati fuissent signa miranda, & omnem gloriam supergressi, & ipsum admirationis authorem multo tempore ob oculos habuissent, & cùm mensæ vnius & confabulationis tantorum sermonum participes extitissẽt, & essẽnt omnimodis eruditi: quia audiere verba, quæ pusillanimitatem sibi inciet concitarent, frequenter eum retinentes & suspensi ab eo: sicut infantes, qui intenti sunt sub mammis, & semper eum
Ioan.13.d. interrogantes, Quò vadis? ita extincti sunt tristitiæ tyrannide, & toti mœrore confecti sunt, vt ab eo hæc vltra non quærerent. Et ob hoc increpans eos Christus,
Ibidẽ.16.a. dicebat: Auditis, quia vado ad eum, qui me misit, & venio ad vos: & nullꝰ ex vobis interrogat me, quò vadis? Sed quoniam ista locutus sum vobis, tristitia repleuit cor vestrum. Vides, quando amor Christi tristitiæ tenebras fecerit, & quomodo. Est in nos grassata captiC uitas, & suos esse penitus hæc effecit. Helias verò ille, non enim discedam ab eo, ne nunc quidem post fugã atq; discessionem à palæstin? tristitiæ ferens regnum, etiam fortiter mœrebat. Hoc item conscriptor iste sig-
3.Reg.19.a. nificabat, dicens: Quoniam abiit secundum animam suam. Audi quid dicit, orans: Sufficit domine, accipe
Ibidem. animam meam: quoniam non sum ego melior, supra fratres meos. Et illud timendum, illius totius vindictæ cumulum, malorum omnium caput, totius peccati supplicium: hoc in orationibus postulabat, & pro gratia quærit accipere. Ita morte mœror grauior est. Vt enim illud fugeret, refugit ad mortẽ. Hæc in loco. Quam tibi volo etiam soluere quæstionem. Noui enim desiderium tuum circa solutiones eiusmodi: & admodũ noui quantum tibi hinc cõferam gratiæ. Quid sibi vult ista quæstio? Si mortem meliorem mœrore credebat: quare & patriam & populum, ne mortem incurreret, reliquit & fugit? Quomodo autem mortem quam tunc fugerat, nũc requirit? Vt videas hinc etiã maximè quomodo morte peior est mœror. Cùm enim eum solus ille timor turbasset: sine dubio agebat omnia, vt eũ posset effugere. Cùm verò incidens ista tristitia propriam ostendit naturã exdens eum, & cõsumens dentibus

suis intolerabiliter huic penitus factã: tunc demũ ille, D quod erat plus omnibus graue, leuius æstimauit. Ita & Ionas mœstitiã fugiens, confugit ad mortẽ: & ipse, ne intret, postulat dicẽs: Accipe animã meam à me, quo- Ionæ.4.b. niam bonũ est mihi mori magis, quàm viuere. Et Dauid, siue ex persona propria, siue aliis quibusq; plangentibus: psalmum scribens, id ipsum indicat: Obmutui, & Psal.38.a. humiliatus sum, & silui à bonis: & dolor meus renouatus est. Concaluit cor meũ intra me: & in meditatione mea exardescit ignis. illũ ignẽ & igne validiorẽ mœroris significans passionem. Vnde nequaquã ferens plagas eius & dolores locutus sum inquit, in lingua mea. Dicis mihi, quid loquitur? Mortem. Et ita postulat di- Ibidem. cens: Notum fac mihi domine finem meũ. Et numerũ dierũ meorũ, quis est: vt sciã, quid desit mihi? Vt quid, inquit, ego derelictꝰ sum, & quid deerit mihi? Hoc est, vt quid hic remansi, & in præsenti cõmoror vita, aliis in mortẽ concedẽtibus? Et sic mortẽ requirit, siue ipse, siue ille cuius persona loquitur suscepta: vt & interitu non instante, tempus præsentiæ eius non optaret addiscere. Notum enim fac, inquit, domine mihi finem E meum: vt & hic fruatur maxima voluptate. ita votiuũ, quod timebatur, efficitur. Propter intolerabilẽ mœstitiæ dolorẽ, & ignem qui in mente succenditur: in meditatione, inquit, mea exardescit ignis. Tantã itaq; supplicij vim sustinens, bonorũ vices maximas sperabat: multa brabia, innumerabiles retributiones, claras ac valde florentes huiuscemodi certaminũ coronas. Nã non solũ bona noui, inquit, facere: sed & pati quidlibet mali, spe fretus plurimæ mercedis atq; maximis præmiis illectus. Et ad hunc iam ecce procedo sermonem satis tibi & omnibus profuturũ, & idoneũ vrgere homines ad patientiã, & erigere ad tolerandũ: nec sinere istis passionũ sudoribus cedere. Itaq; quòd omnibꝰ passionibus peiorẽ constaret esse tristitiã, & malorum omnium cumulũ, principiumq; : sermo iam nobis istud abundantissimè cõprobauit. Restat autem iam rectè factorum & periculorũ facere cõparationẽ: vt scias manifestè, quòd non solũmodo præclara facientibus, sed aduersa sustinentibus, retributiones appositę sunt, & remunerationes admodum magnæ: quæ non minus ad tribulationes pertinent, quàm ad virtutes. Magis autẽ est, vbi & debeantur amplius tribulationibus. Et si pla- F cet, maximũ inducamus patientiæ certatorem, qui in vtroq; eorũ fortiter splenduit: illum inquam, adamantem, illam patientiæ petram, qui in Ausitide quidẽ re- Iob subindicat, qui teste Hieronymo de regione Ausitide fuit de terra Vz. Iob.31.b. gione durauit: per omnem verò orbem excellentiæ suę virtutibus inclaruit. Et dicã eius actus & passiones, vt videas, vnde amplius eluxerit. Qui igitur erant huius boni actus? Domus, inquit, mea omniũ venienti patuit: & communis erat viatoribus portus. Illius ferè omnia possidebant. Ego enim, inquit, eram oculus cæcorũ: pes verò claudorum. Ego eram pater inualidorum. Iudicium autem, quod non nouerã, inuestigaui: & confregi molas iniustorũ, & de medio dentiũ eorũ eripui rapinam. Infirmi autem quancunq; habuerunt aduersitatem, à me impetrauerunt. Neq; exiit quisquam ianuam meam sinu vacuo. Vidisti varias species humanitatis, & diuersos misericordiæ portus: & eos qui opprimerentur, modis omnibus adiuuantẽ. Vidisti inopem sufferentem, vidisti viduitati subuenientẽ, oppressos tuentem, vim facientibus formidabilẽ. Neq; tãtùm vt adesset ac iuuaret, studiũ propriũ demonstrabat. Hoc enim solet esse multorũ: sed & vt negotiũ ad finem vsq; deduceret, & cum magnis hoc viribus fa-

 ceret. Con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G ceret. Confregi enim, inquit, molas iniquorum: contra contentionem videlicet illorũ, prouidentiã suã erigẽs, velut murũ. Non autẽ solis hominum malignitatibus, sed & ipsius naturæ insidiis opposuit diligentiã suã: ex abundantia virium suarum emendans eius errores. Non enim habebat, quæ tribueret, mẽbra peccatis. Nã cùm dat oculos suos cæcis, pedes claudis, fiebat totus membra debiliũ: & per eum orbati luminibus, priuati cruribus, illi videbant, hi ambulabant. Quid par isti inueniri possit humanitati? Nosti cæteras eius, credo, virtutes: vt ne omnia prosequens, videar elõgare sermonem. Mansuetudinẽ videlicet, lenitatem, castitatem veram. Qui etiamnũ, cùm validus esset: contra iniqua facientes, nã verè admiratione maiore istud est dignũ, mitis erat atq; mansuetus, & ipso dulcior melle, etiã cęteris omnibus è famulis suis: quia amoris, quem circa illũ sumpserant, demonstrabant dicentes: Quis det nobis de eius carnibus satiari? Si autem seruis ita desiderabilis erat & amandus, quibus necesse est frequenter timori esse dominantẽ: multò vtiq; magis cæteris sanctis omnibus. Hęc igitur & his plura apud temetipsam colligẽs veni, egredere mecũ in quendã passionis eius catalogum: & videamus singula cõparantes, quando clarior apparebat cùm illa operaretur, an cùm tristitiam pateretur: & quæ defectũ ei plurimum cõmouerunt. Quando itaq; erat Iob illustrior, quando domũ suã omnibus aduenientibus aperuit: an cùm ea ruente, verba amara non protulit, sed potius domino benedixit? Vtiq; cùm hoc quidem virtus esset, istud ærumna. Quando splendidior erat, dic mihi, cùm sacrificabat pro filiis suis, & eos ad concordiã congregabat: an cũ defossi & amarissimo genere fuissent mortis extincti, cũ magna philosophia pertulit quod euenit? Quando potius ille radiauit, quando ne de tonsura ouium suarum calefacti sunt humeri nudorum: an cùm audisset ignem descendisse de cœlo, & exedisse cum pastoribus greges, non est cõmotus, neq; turbatus: sed mansuetissimè pertulit casum? Quando in sanitate corporis ad oppressorum patrocinium vtebatur conterens molas iniquorũ, & ex medio dentium rapiens rapinã, miseris portus existens: an cùm hoc idem corpus eius, hoc est indigentium scutum vermibus videbatur absumi, sedens in stercore, & testa illud radens, impleo, inquit, tabo glebas terræ? Atquin illa quidem omnia præclara facinora erant, ista verò omnia passiones: sed tamen ista illum clariorem, quàm illa fecêre. Hæc enim maximè amarissima certaminum portio, & maiorem virtutem requirens, & animã fortiorem & mentem philosophiæ appositiorem: quæ maiorem circa deũ habebat charitatem. Et præterea cùm illa quidem fierent, etsi impudenter & ualde crudeliter: attamen contradicit diabolus, dicens: Nũquid gratis colit Iob deum? Hæc verò cùm contigissent; confusus abscessit, terga dans quòd neq; vel impudentẽ contradictionem, vmbrã saltem habentem aliquã posset opponere. Hæc enim coronæ perfectio, hoc virtutis cacumen, ista fortitudinis aperta probatio, hoc vel limũ philosophiæ incrementum. Indicat autem hic ipse beatus Iob: quantè annis hæc animorum, mœror scilicet, sit ipsa deterior morte, requiem eam vocans. Mors enim, inquit, viro requies. Hinc eam pro munere postulabat: tantùm, vt à tristitia liberaretur, dicens: Si enim concedat dominus, & veniat mihi petitio mea, & spem meam det mihi deus: incipiens dominus vulneret me, & in finem me interficiat. Sit autẽ ciuitas mea

Iob.31.d.

H

λεπτοδυμίαν intelligit. i. animi deliquium siue defectionẽ, non ἐλάσσωμα.

I

Iob.2.c.

Ibidem.1.b.

Ibidẽ.17.d.

sepulchrum, in qua supra murum eius insiliebã. Quantò itaq; animi mœstitudo talis omnibus erat grauior, tantò maiores expectat retributiones. Vt autẽ & aliũde discas, quantum lucri afferant passiones, etiam si nõ propter deum quis patiatur. Et ne quis hoc hyperbolicõs dicere mercedat. Patienter autem, & fortiter ferat atq; mansuetè: deum verò in omnibus glorificet. Iste ipse nesciebat propter deum ista sepati: & tamen prõ hoc coronabatur, quòd cùm causam nesciret, patienter hoc ferret: Sed & ille Lazarus naturali infirmitate comprehensus. Hoc autem non erat pro deo pati: quoniã interim solummodo patiebatur, viriliterq; portabat, quum non esset qui curaret. Tolerauerat enim dolorem vermibus à vulneribus, à fame, ab aspectu diuitis & crudelitate: Nosti quantas adipisci meruit, postea coronas. Et quidem eius nullum præclarum facinus inuenimus. Non quòd pauperibus sit misertus, non quòd oppressis affuerit, non quòd boni fortè aliquid fecerit: sed quòd ianuæ diuitis pertulit exclusionem, & debilitatem, & canum linguas, & despectũ cõtra se diuitis. Quæ omnia periculosa esse constabant. Sed interim magnificũ iste nihil fecerat. Verùm quoniam tantummodo malorũ istorum tristitiã fortiter pertulit: parẽ patriarchæ, quẽ plurimas scimus fecisse virtutes, finem habere promeruit. Dicã aliquid cũ his etiã aliud, quod opinionem multorum videatur excedere: non tamen veritatẽ. Et si bonũ quis operatus fuerit magnificum vel virile, non autem cũ labore atq; periculo: non aliquam multã recipiet mercedem. Vnusquisq; sanè propriã mercedem accipiet, secundum suũ laborem: non secundũ magnitudinem facti, sed prout fuerit qualitas passionis. Propterea & Paulus glorians, non eò quòd magnũ quid feciſſet, sed solummodo gloriatur: sed & quòd aduersa tolerasset. Cùm enim dixisset: Ministri Christi sunt, vt minus sapiẽs dico, magis ego: & per cõparationem in quo ipse præcederet, texens nõ dixit, tantis & tantis prædicaui: sed dimittens omnia sua præclara facinora, mala quæ tolerauit, enumerat ita dicẽs: In laboribus plurimis, in plagis supra modũ, in carceribus abundantius, in mortibus frequenter. Quinquies quadraginta à Iudæis vna minus accepi. Ter virgis cæsus sum: ter naufragiũ feci. Nocte & die in profundo maris fui. In itineribus sæpe, periculis fluminum, periculis latronũ, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus. In fame & siti, in frigore & nuditate. Præter illa, quæ extrinsecus sunt, incursus mei cotidiani. Vides velut seriem passionũ, & gloriæ occasiones. Deinde infert facinus præclarũ. Et in hoc rursus, plus passionis aliquid inuenimus, quàm ipsius facti magnificum. Cùm enim dixisset, Concursus mei cotidiani, ea quæ superuenirent, memorans frequentes videlicet conturbationes: hoc enim est, quod dicit, concursus mei. Intulit enim dicẽs: Sollicitudo omnium ecclesiarum. Non dixit, correctio, sed, sollicitudo: quod plus habet de passione, quàm de virtute. Et sequentia hæc designant: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Nõ dixit, corrigor: sed, infirmor. Et denuò: Quis scandalizatur, & ego non vror? Liber ab scandalo, sed particeps sum mœroris effectus. Deinde ostendens quòd hæc talia maximã haberent retributiones, secutus est dicens: Si gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ sunt, gloriabor. Et alibi denuò infert eiusmodi fugam, per fenestrã in sporta demissus sum per murũ. Hoc autem de malè patiendi genere descendebat. Si

K

L

1.Cor.3.b.

2.Cor.11.c.

Lucæ.16.f.

Ibidem.

M

Ibidem.g.

A debat. Si itaq;, vt diximus, passiones, magnas habent mercedes: omnibus verò passionibꝰ peius & perniciosius animi defectus atq; tristitia: cogita quantæ tibi repositæ sint remunerationes. Non enim cessabo frequẽter tibi hanc insonare cantilenam, vt, quod in principio videor esse pollicitus, modò compleam præualeã: & ab ea ipsa tibi mœstitia afferens cogitationes, quæ possint contra eandem tibi párere consolationem. Vt autem & aliunde cognoscas, quãtum sit cum passionibus aliquid fortiter facere, & quantò minus sit id ipsum sine labore perficere: Nabuchodonosor ille Babylonius, qui cum in sceptris & diademate viueret, euangelicũ opus aliquando perfeciſſe dicitur: Post illã enim fornacem, & gloriosam inopinatamq; virtutem: in orbe toto terrarum extitit prædicator. Nã non lingua solũmodo, sed & per literas vbiq; sic scripsit: Nabuchodonosor populꝰ, tribus, vel linguę, si dixerint verbum contra deum Sydrak, Misak, & Abdenago, erunt in perditionem, & domus eorũ in direptionem. Et adiungit: Quoniã non est deus alter, qui ita possit liberare. Vides minas in literis positas, vides timorem, vides doctrinã, vides excelsam prædicationem, & extensas literas vbiq; terrarũ: Quid itaq;, dic mihi, parem num apostolis accipiet iste mercedẽ, quoniã locutus est dei non impari prædicatione virtutem: quoniã tanto studio tam bonum sparsit vbiq; sermonẽ: Non planè, nec quasi aliqua ex parte: sed supra modum prorsus minorem. Atqui id ipsum opus fecit, quod & illi. Sed quoniam non hic vel afflictiones vel passiones videntur adiunctæ: ideo intercisa sunt iura mercedis. Hic namq; cum potestate agebat hoc totum: illi verò prohibitionem & expulsionem sustinentes, pœnas omnes ferentes ac verbera in miseriis constituti, precipitati, submersi, fame necati per singulos moriebantur dies: iam ipsa per desidiã anima sustinente tormenta, per vnũquenq; infirmum infirmantes, per singulos qui scandalizabantur vsti. Sed & erãt in his doloribus & mœrore, vicẽs plurimæ retributionum. Nã vnusquisq; propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Non enim desistã frequenter hoc dicens, ac propterea & misericors deus, cùm sæpe Paulus rogasset liberari se ab his passionibus & defectionibus dolorũ atq; discriminum, nequaquã annuit. Propter hoc enim, inquit, ter dominum rogaui: & non meruit postulata. Et die mihi, rogo te, qua ex causa iam poterat maximã ille sperare mercedem, si eundem prædicaret, in securitate & deliciis constitutus, ob hoc quòd sæpe dixit, linguam modit, domi sedens? Sed hoc cuilibet facile erat, & ei qui animi vitio retur esse delecti, & qui insanè dissolutaq; viueret vita? Modò verò vbi eorum mortium, cursuũ mari norum, mœstitiæ ipsius lachrymarum, dolorumq; (nã triennio, inquit, nocte & die cum lachrymis exhortãs vnumquenq; vestrum non desistiti cum omni fiducia) remunerationes accipiet & coronas? Hæc itaq; cogitãs ac retractans quantum sit lucri, cuncta cum molestiis ac doloribus vtilia gaude & delectare quæstuosam & mille plenã coronis viã à prima tua ætate proficiens, etiã per frequentissimas passiones. Nã & imbecillitas corporis multiformis, & vari & innumeris mortibꝰ pe-

B Daniel.3.g.

C 1.Cor.3.b.

2.Cor.12.b.

Acto.20.f.

D

E

F

ior, non desiit expugnare te sæpe: & detractionum & iniuriarum quidam imbres, & calumniæ nunquã, quæ tibi inferrentur, cessauerũt. Mœrores autem & crebri fontes lachrymarum per omnia inquietauere tempora. De istis autem etiã vnum per se ipsum sufficit eis ad vtilitatem plurimã. Lazarus enim propter solã infirmitatem, similem patriarchæ adeptus est finem: & publicano detractio pharisæi iustitiã, quæ pharisæum vincere, deportauit. Et apostolorum princeps correxit ex lachrymis illud peccati vulnus horrendi. Quando ergo vnum ac solum de passionibus prædictis vides ad meritum potuisse sufficere: cogita, quãtas ipsa receptura es remunerationes, quæ cuncta simul, modum omnem superans toleraſti: & per omne, quod est amplius, tempus. Nihil enim, inquam, ita claros & bonos æmulatores bonis satiat infinitis: sicut turba tentationũ, & pericula, & dolores, & mœrores, & sustinere semper insidias malignorum, & eorum vel maximè à quibus ista fieri non debent, eaq; omnia ferre mãsuetè. Deniq; & filium Iacob nihil ita beatificauit, & fecit placere: sicut tunc illa omnia, calumnia, & vincula, & catenæ & miseria, quæ inde descendit. Magnum etenim illud castitatis indicium, quando Aegyptiã libidinem vicit, & miserrimã illam vocantem se ad conuentionem inissimã respuit, reperitur: sed non magnum hoc ita, sicut passiones. Qualis enim laus est, dic mihi, nõ mœchari, neq; alienã copulam dissipare, neq; cubile ad se non pertinens violare: neq; lædere eum, qui sibi benefecerat: nec pudore perfundere domum patroni sui, qui eum magnum fecit? Illud est maximum, id est, discrimen, insidiæ, furor libidinis mancipatæ, illata violẽtia, ineuitabile quoddã vinculum thalami, quod ei adultera illa composuit: retia, quæ vndiq; accusatio tetendit: calumnia, carcer, catenæ: & quòd nihil eorum, quæ iusta fuerant, impetrauit post certamen videlicet tantũ, pro quo debuit coronari: & quòd in custodiam tanquã reus criminis vsq; deducitur: & cum his, qui extrema deliquerant, clauditur. Fecit ergo eum magnum pædor, ferrum, & omnis miseria vinculorum. Tunc eum video magis clarere, quàm cùm supra sedẽ Aegyptiã frumenta indigentibus diuidebat, famemq; soluebat, & communis fiebat omnibus portus. Tunc enim video splendentem magis, cùm illi compedes & manicę imponerentur, quàm cùm in superbis vestibus magna potentia ingerebatur. Tempus enim illud cuiusdam negotiationis & infiniti quæstus erat, illud scilicet vinculorum: deliciarum autem & libertatis & honoris tempus habebat quidem plurimã voluptatem, non autem plurimum lucrum. Præterea nec sic quidem eum beatum dixerim, cum honoratur à patre, quàm cùm ei inuident fratres, & domesticos patiatur inimicos. Nam à prima illi ætate grauissima pugna de domo veniebat ab his, qui in eo, quod arguerent, non habebant: conficiebantur autem & dissiliebant, eò quòd maiorem patris mereretur affectum. Et quidem amorem ipsum legislator Moyses non de pueri meritis habuisse principium, sed à tẽpore ipso, quo natus est: quoniã vltimus fuit, inquit, genitus, & in vltima senectute. Eiusmodi autem amabilis filij pueritia, quippe qui contra spem generatur, propterea diligebatur. Amabat enim, inquit, eum: propterea quoniã filius senectutis erat ei. Hoc autem legislator scripsit, sicut ego arbitror, non quod verè erat: sed ipsam patris cogitationem & occasionem exponens. Nã cùm videret infantem inuidiã sustinere: curare hunc affectum in fratribus volens, finxit causam di-

Lucæ.16.e.

Matth.26. & Luc.22.g

Ioseph insignat.

Gene.39.e.

Gene.37.a.

Gsam dilectionis, quæ non magnã ei inuidiã generaret. Nã quia non erat amoris hæc causa,sed virtus animę, quæ esset & in ipsa ætate viridior,de Beniamin vtique apparet.Si enim ille propterea diligebatur,multò magis iuniore plus eo diligi oportebat. Post Ioseph enim est ille generatus: & magis iste, quàm ille erat ei filius senectutis.Sed sicut prædixi : patris hoc constabat esse figmentum , pugnã volentis dissipare fraternam. Sed nec sic quidẽ potuit,& incenditur flamma validior.Et quoniam nihil facere prætalebant:interim detulerunt contra eum detractionẽ malignissimam , & crimiñatione appetiuere turpissima: prænuentes in odiis barbaram fœminam multò apparentes ab ea esse peiores. Siquidẽ hæc in extraneum:illi iniqui extitisse videbantur in fratrẽ.Sed nec hucusq; suam statuere malitiam, sed priora semper augebant:& solum apprehendentes illum in solitudine vediderunt : & seruum ex ingenuo facientes , inuexerunt amarissimam seruitutẽ. Non enim contribulibus quibusdam , sed barbaris & alienæ linguæ viris, & in barbaras abeuntibus partes fratrem proprium vendiderunt. Deus verò clariorẽ eum parans facere patiebatur ea,quæ fiebant:& longanimiter tolerabat succedentia pericula periculis. Post inuidiã enim illam & accusationem turpissimam interfectio secuta est:seruitus scilicet ipsa morte acerbior.Non enim tibi simpliciter transeat,quod dictum est: sed cogita,quale erat:vt infantulus , qui fuerat bene natus in domo paterna,cum omni ingenuitate nutritus & dilectione tanta patris , subitò à fratribus venundaretur, qui nihil haberent,quod accusarẽt:& alienis ac barbaris traderetur,& moribus peregrinis & extraneis:&,vt verius dicam , magis bestiis quàm hominibus , & sine ciuitate & trãsmigrator & peregrinus,& seruus ex ingenuo efficeretur & ciue: vt qui tanta fruebatur fœlicitate,ad vltimam deduceretur miseriam seruitutis : vt supra modũ iniuriæ acciperet amarissimos dominos, & deduceretur in barbaram terrã. Sed nec in hoc mala ista cessauerunt : & expectabant insidiæ rursus insidias. Post omnia illa miseranda vbi fratres suos adoraturos se esse prædixerat : cùm enim eum accepissent hi negotiatores,non apud semetipsos retinuerunt, sed aliis eum peioribus barbaris tradiderunt.Nosti autem & hoc,quomodo ad cumulũ calamitatis accedat,malos dominos mutare peioribus.Molestiorem enim facit seruitutem, cùm peregrini sunt denuò illi qui comparant,& prioribus sæuiores.Et peruẽnit ad illam Aegyptiam & ipsanam mulierem,deoq; cõtrariam. Illuc inquã,vbi impudentia ora nascuntur : & est apud Aegyptios , ex quibus vnus solus potuit magnum illum Moysen in fugam vertere:& vix paululum ibi requieuit benigno circa se deo mirabilia faciente , & tanquã quem,feram illam,quæ eum comparauerat , mitigante. Statim enim palæstræ parabatur & aliud denuò stadiũ:aliaq; luctamina, certamina alia, & sudores prioribus fortiores.Cùm enim vidisset eũ iniquissimis oculis illa,quæ emerat,& fuisset vultus eius specie captiua ta,& vitiis omnino possessa:à concupiscentia nuptiarũ ad libidinis lœna facta est de fœmina. Et erat verum Ioseph hostis domesticus, agens aduersus eum contraria magis,quàm priores.Illi etenim odientes eum, domo expulerant : hæc diligens & ipcensa iuuenis specie. Et erat istud duplex bellum,magis autem triplex ac multiplex.Non enim,quia euasit hæc retia,& concidit hũc laqueum breui momento temporis : putes eum certamen istud tanquam sine labore superasse. Nam & sudorem sustinuit ingentẽ.Et si vis eum manifestius discere:cogita,quantum est iuuentuti certamen hoc.Nã in ipso flore ætatis tunc erat constitutus: quando naturæ maius erat incendium,quando maior concupiscentiæ tempestas, quando & firmiora consilia sunt. Adolescentium enim animæ non admodum prudẽtia muniuntur, nec plurimum virtuti commodant studium: sed tempestas in eis acerbior passionum , & ratio, quæ vitia gubernet,infirmior. Cũ natura verò & ætate accessit & libido mulieris. Et sicut Babyloniam fornacẽ manus illæ Persicæ cum multo studio succendebant, abundantiorem escam ignibus suggerentes, & porrigentes flammæ diuersa fomenta : sic tunc misera hæc atq; miseranda mulier accendit ignem ab illa fornace maiorem: vnguentis oblita, fricamentis gemarum picturis oculorum,voce confracta,motibus & gressibus dissolutis,mollibus vestimentis,auri circulis,& infinitis eiusmodi machinamentis,quasi per magica quædã turpitudinum volens illicere infantem. Et sicut capturus feram,ad quam difficile peruenitur,omnia incitat artis ingenia:sic & hæc,vtpote quæ sciret adolescentis optimè castitatem (nec enim tanto adhuc tempore poterat latere) arbitrata est plurimo opus esse apparatu, vt iuuenis iste caperetur : & propterea omnia artificia luxuriæ cõmouebat.Sed nec hæc sola sufficiebant: sed aptum tanquam ad hanc venationem tempus , locũq; quærebat.Ac propterea nõ statim vbi amore capta est, semet ingessit:sed expectauit plurimum tempus, malã istam quasi parturiens concupiscẽtiam, & seipsam diu apparans: timens ne in ipsa velocitate & repẽtinis insidiis posset effugere. Et aliquando cum solum inuenisset intus in domo solito more degentem : barathrum tentationis profundius fodit,& vndiq; alas voluptatis expandens , tanquam in mediis iam retibus habens aquilam,sic subintrat:& sola solum retentans,immo verò non sola.Nam habebat ætatem,& insidias ornamẽtorum secum cooperantes. Ecce ad illicitũ actũ illum pertrahit virum fortẽ.Quid hac tentatione peius inuenias?Qua nõ quid est fornace validius: vt iuuenis speciosus,seruus desolatus,peregrinus, trãsmigrator,à domina sic luxuriosa & insana,sic diuite,sic potente,& tãta in solitudine(nam & hæc ad captiuitatem istam plurimum facit)comprehenderetur, teneretur, blandimẽtis adiretur,& ad cubile dominicum traheretur,& fierent hæc omnia, post tanta pericula,& tantas insidias? Nosti etenim quòd pleriq; vbi aduersa euaserint, & ad delicias vocati fuerint, ad requiem & vsum solutiorẽ animosius currunt. Sed non ille ita : sed perseuerabat per omnia propriæ continentiæ demonstrator. Ego thalamum illum demonstrans, fornacem Babyloniã, & Danielis lacum, & vterum bestiæ marinæ, in quem propheta Ionas dimissus est,fidenter vnũ esse dixerim: immo thalamum ipsis esse peiorẽ. Ibi enim insidiarum victoria corporis erat periculum: hic autem animæ aperta pernicies, & mors, vt ita dicã,immortalis, & calamitas remedium non habens.Non autem ex solo malũ esse cõstabat genus hoc discriminis : sed quod cum maleuolentia & dolo plenum erat plurimis blandimentis,multò magis ipsum vario atq; multiplici, non qui corpus incenderet , sed qui animam ipsam consumeret. Et hoc significans Salomon , dicebat, qui valde bene nouerat,quàm periculosum esse virũ mulieri propinquare: Alligabit, inquit, quis in sinum ignem: & vestimenta non cõburet?Quis ambulabit super carbones ignis, pedes autẽ suos non incendet? Sic qui intrat ad

Daniel.3.c.

Argumentũ à simili.

Ionæ.2.a.

Prouer.6.d

Atrat ad mulierem virum habentem,& omnis qui tangit eam.Hoc est autem,quod dicit:Quomodo impossibile est coniunctum igni non incendi: ita qui accedit ad mulieres, non potest illud effugere. Hic autẽ,quod multò fortius erat , sustinuit. Neq; enim ipse ad eã accessit,sed ab illa tenebatur solus, & ita comprehensus: plurimis malis constrictus & insidiis, qui refrigerium quæreret & quietem.Sed tamen intantum retibus cõstitutus,& tam vrbanam feram videns ad semetipsum accedere : omni eum ex parte percutere requientem per tactum,per vocem,per oculos,per colores, per stibium,per aurum,per vnguenta, per vestimentum, per affectum,per verba,per circumpositum ornamentum, per secretum,per solitudinẽ,per hoc quod poterat latere,per diuitias,per potentiam,& quæ habebat in eo secum facienda:cum his omnibus,quę suprà commemorauimus,ætatem,seruitutem,peregrinationem:vicit omne illud incendium. Istam ergo tentationẽ dixerim grauiorem esse & à fratrum inuidia , & ab affinium odio, & à distractione,& à barbarorũ dominatione, & à longissima illa profectione,& à peregrina conuersatione, & à vinculis,& à catenis,& à longo malorum tempore,& à miseria quę ei illic euenit.Nam & de vltimis ei periculum vertebatur. Quoniam autem & hoc bellũ fugit:& hìc quoq; factus est spiritus roris flãs à dei gratia, & à iuuenis ipsius viribus. Tantum enim abundabat modestiæ & castitatis,vt & illius insaniam soluere festinaret.Sed tamen,quia ipse exiuit intactus:sicut illi olim iuuenes,qui apud persidem ignẽ fugerunt (neq; enim odor,inquit,ignis in eis erat) & castimoniæ magnus athleta probatus est , adamantis robur imitatus: videamus qualibus rebus posteà frui meruit , & quid pòst ob coronandum virum illũ succedit.Insidiæ rursus & barathrum,& mors,& periculum, & calumniæ, & odium irrationabile.Nam miserrima tunc illa horrendo furore bacchata , amorẽ iracundia consolatur, & passionem vnam coniungit alteri passioni,& concupiscentiæ luxuriosæ iram nectit iniustam, & fit homicida post adulterij quæsitam voluptatem.Et feritatem plurimam inspirans , & ad necem hominis attendens conuocat iudicem corruptum , dominum inquã illius virum suum:illum inquã barbarũ Aegyptium,& introducit accusationẽ sine teste:& nõ sinit intrare ad iudicium eum, qui appetebatur : sed absentẽ accusat, apud stultitiam iudicis simul & furentis , eò quòd quasi hæc persona esse existeret, cui facilè crederetur.& ille seruus esset,qui accusabatur.Et confidens loquensq; contraria, obtinuit iudicantem, & quasi victricẽ persuasit cum proferre sententiã,innocẽtem damnare, & vindictam inferre sequissimã.Et ecce vincula,carcer,catenæ : & ne accusatorem quidem sciens , condemnatur quasi adulter , quasi dominicũ thorum concupisset, & alienas nuptias polluisset:quasi deprehensus, quasi confessus,quasi conuictus. Nã & iudex & accusatrix apud plerosq; qui non nouerant veritatem,& vindicta ipsa quæ processerat,fabulam ipsam tanquam fide dignam faciebant videri. Sed nihil horũ illum turbare potuit: nec dixit,istę sunt somniorum retributiones,hic est finis visionum illarũ,ista sunt præmia castitatis: cognitio sine ratione,& sententia sine æquitate, & maligna rursus opinio. Tanquam fornicato. de paterna domo nuper expulsum:& quasi adulter modò,& quasi mulieris castimoniam violassem,modò cogor in vincula: & hoc in me omnium cõpletur assensu. Et fratres quidem mei non adoraturi non(hæc enim somnia illa mon strabant) in libertate & abundantia deliciisq; versantur in patria,& in domo degunt paterna:ego autẽ, qui supra illos videbar futurus, cum sacrilegis & latronibus, & cũ furibus hic vincior. Nec posteaquàm patria carui, periculis liberor & rebus incertis : sed in alienа iterum terra alia præcipitia nos expectãt, & gladij districti.Et illa quidẽ,quę talia perpetrauit,& calumniata est,& quæ dignã pro his pœnam vere deberet,exultat modò atq; bacchatur quasi quibusdã trophæis, clarissimisq; victoriis coronata:ego autẽ nullius conscius iniquitatis soluo vltimã pœnã? Nihil ille horum neq; dixit,neq; cogitauit:sed sicut vir fortis per supplicia,tã quam per coronas ambulans gratulabatur : neq; contra fratres, neq; contra adulterã doloris memoriã retinebat. Et vnde hoc manifestum est? Ex his, quæ ipse ad quendã,qui in carcere ligatus tenebatur,disputauerat.Tantum enim aberat vt à merore posslideretur:vt tristitias solueret aliorum. Nam quoniam vidit nonnullos illic turbatos,& confusos,atq; deiectos:accessit statim. Et vbi didicit causam , quòd ex somniis fuerat nata turbela:quæ viderãt,soluit. Deinde cùm rogaret, vt rex admoneretur de sui liberatione:etsi vir fortis erat & admirãdus,homo tamen erat, & nolebat catenis illis miserabiliter cruciari. Dũ ergo rogaret , vti memor eius esset ad regẽ, & suaderet vt ipse quoq; dimitteretur ex vinculis:cũ necesse eum esset, & causam dicere , propter quã istuc trusus esset : vt posset & ille, qui pro eo rogaturus erat,dignã habere occasionẽ pro eo petendi:nullũ tetigit de his,qui se læserant:sed cùm se de criminibus liberasset,stetit hucusq;, & non annexuit eos,quos in eum iniquos fuisse constabat.Nam & ego,inquit, ablatione ablatus sum de terra Hebræorũ: & quum nihil fecerim,miserunt me in hunc locũ tormentorum.Et ob quã causam non dicis? Taces meretricem,adulteram:taces fratres fratricidas, inuidiam, necem,distractionem,furorem, insidias dominæ & luxuriam,laqueos,machinas,tantam calumniam,iniquũ iudicium,corruptum iudicem,iniustã sententiam,vindictam non habentem rationẽ?Vt quid ista taces & cęlas?Non,inquit,noui retinere malitiam:quia hæc mihi coronæ sunt potius & brabia,& plurimę mercedis occasio.Vides animam multa philosophia eruditam? vides mentem immunem ab iracundia, & ipsis periculis altiorem? Vides eum cõdolentẽ magis inimicis, quàm memorem malignitatis ? Ne enim fratres in medium deduceret, vel illam sanguinariam: rapina,inquit, raptus sum de terra Hebræorum,quum nihil fecerim.Et nunquam personã illius dicit : nec lacus illius memor est,nec Ismahelitarum, nec rei cuiuslibet alterius. Sed interim post ista non leuis eum tentatio susceptit. Nam ille qui tantum ab eo adeptus fuerat solatium, liberatus à vinculis,& reuocatus ad honorem priorem, statim,vt est beneficium consecutus,oblitus iustitię fidem negauit.Nã homo hic quidem seruus in aulis regalibus versabatur cum prosperitate quàm pluruma: ille vero qui splenduerat supra Solem,& ita claros virtutibus inserat fadios,habitabat in carcere,& nemo erat, qui regem commoneret. Oportebat enim adhuc multas ei componi coronas,& brabia plurima comparari: vnde & prolixi laborum ambitus agebantur. Manere quidẽ oportuit certamina deo sinente,non tamen deserente,sed tantùm permittente his, qui in eum propriã exercebant malitiam,quantùm virum illum fortẽ dissipare non possent, nec auferre de medio virtutis optimum certamen.Nam in lacum eum mitti permisit,&

vestem

4.Regum c.9.legis Iezabelem nihil minus, quàm hæc fuit,impiam oculos stibiopinxisse. Stibium vel stimmi qđ & gynæciõ atq; idem à dilatandis oculorũ orbibus dicitur platyophthalmos. Lege,Pedacium Dioscor.c. 90.li. 5.& Plinium in hist. mundi.

Daniel.3.c.

Exod.4.a.

Universidad de Deusto Biblioteca

G vestem eius cruentari:ad necem verò eius illos venire
Gene.37.e. non siuit. Et videbatur quidem frater nimirum Iudas hoc dedisse consilium:hoc autē ex dei prouidentia veniebat.Et in Aegyptia muliere istud euenit.Qua enim ex causa,dic mihi,feruidus ille & luxuriosus(scis enim Aegyptium genus)ille inquam, furiosus & iracundus: ideoq; non admodum iudicio & æquitati vtilis(quando & hæc quoq; species passionis isti hominum generi innata est.(Qua,quæso te,causa, vt quem credidit mœchum & vxori propriæ violentum,non statim cōmotus peremit,aut ignibus tradidit?Sed sic cùm esset irrationabilis,vt cum vna parte sentiret,& accusato audiētiam non præberet : in ipso tempore vindicandi vultū se habere mãsuetudinis demonstrauit:vt videns,quod maius est,furentem fœminam & rabidam,flentem, vestes scissas circunferentem , & hic maximè subincensam,lugentem,& vlulantem, nec sic tamen ad iuuenis exarsit interitum.Vnde dic mihi? Nonne manifestum est,quoniam ille qui leones frenauit,& in fornacē frigus immisit:hic etiam bestię huius compescuit immoderatum furorem,& iram extinxit ingentem, adeò vt temperaretur ipsa vindicta? Hoc quiuis facilè addiscere potest, & in ipsis vinculis contigisse. Nam permisit eum ille vinciri,& cum condemnatis sedere: à crudelitate verò carcerē custodiētis eripuit. Nosti enim quid potest carceris custos.Sed ille tunc mitis erat atq; mãsuetus.Non solùm enim non aliquibus affecit iniuriis, sed omnibus eum,quos illic videbatur habere, præposuit. Atqui cùm eum pro adultero suscepisset,atq; damnato,& adultero satis nobili: nō enim in domo aliqua vilissima,sed satis [illegible]gna hoc scelus admisisse putabatur , sed interim nihil [illegible]am illum terruit vel coëgit, vt circa eum cru[illegible] existeret: sed coronæ iusto de illis passionibus nectebantur,diuinumq; subsidium cum multa in eum abundantia fundebatur. Vellem adhuc aliquid epistolæ prolixitati adiungere:sed quoniā hoc, quod diximus,vltra sufficientiā, modum arbitror excessisse:hoc in loco finem sermoni iam faciens , obsecro tuam venerationem , quod semper te rogare non destiti, vt à mœrore quidem liberata glorifices deum, quod semper fecisti vel facis , & ei gratias pro omnibus molestiis & doloribus redde.Ita enim & ipsa plurima præmia consequeris,& diabolo letale vulnus infliges : & nobis plurimam tribues consolationem , & poteris tristitiæ nubulam cum omni facilitate dispergere, & serenissima frui tranquillitate. Ne itaq; tu recidas,sed emergere ex hoc fumo elabora.Fumo enim, si volueris , facilius hunc omnem mœrorem prorsus excuties.Hoc nobis iterum facito manifestum,vt longè etiam,constituti,plurimam de talibus nec etiam literis metamus iocunditatem.

Tomi quinti & vltimi operum diui
Ioannis Chrysostomi finis.

Index quaternionum.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x
y z A B C D E F G H I K L M N O P.

Omnes sunt quaterniones,præter O P terniones.

PARISIIS, EX OFFICINA CAROLAE
Guillard,in via ad diuum Iacobum,sub Sole aureo.

Universidad de Deusto
Biblioteca